

VILLARROEL, Manuel de (O.S.B.)

Ephemerides sacrae et profanae, thesaurus temporum in quatuor tempora... / per... Emmanuelem de Villarroel..., monachum Benedictinum... -- Matriti : Ex Officina Viduae Francisci del Hierro..., 1730

[60], 608, [52] p., a2, b-h4, A-Z4, 2A-2Z4, 3A-3Z4, 4A-4G4, a-f4, g2 ; Fol.

Port. con grab. xil. y a dos tintas . -- Texto a dos col . -- Es el t. I

1. Efemérides 2. Efemerideak I. Título

R-5319 Ejemp. falta de port. y de las 12 p. inciales del cuaderno de [60] p. -- Datos tomados de Palau y Dulcet, Antonio. Manual del librero hispanoamericano. -- Falto de enc.

IN EPHEMERIDES SACRO-PROFANAS

AB ORBE CONDITO USQUE AD SPIRITUS-SANCTI ADVENTUM;
QUEIS CELEBRIORA ANTIQUITATIS MONIMENTA PRODUNTUR,
CUM FASTIS RELIGIOSIS SACRIS, ETIAM ETHNICIS;
VARIARUM RITU GENTIUM,
POLYLATRIA NUMINUM,
DEDICATIONE TEMPLORUM, IMAGINUM, STATUARUM;
INSTITUTIONE LUDORUM,
IMPERATORUM ROMANORUM TRIUMPHIS;
GRÆCORUM TROPHÆIS,
ORTU ET OCCASU SIGNORUM,
ET ALIARUM CONSTELLATIONUM COELESTIUM,

PROLOGUS GALEATUS.

§. I.



Æc post illa? Videnda vel irridenda? Flores post fructus? Quid? dicet lector. Instarunt qui valent, ne flores aliquomodo interditi perirent. Grandis utique (uti novum) provenus quod simul, vel prius prodirent fructus, quam flores. Hæc juvenis cogitavi (cogitanda uti exercitia juvenis) disposui, solum mihi laboravi: veruntamen haud indultum, evanescere sub potestate dominatrix temporis, sicut iuventus evanuit: etenim seavi. At qui enixè opus in lucem impellunt, videre animatus volunt, si flores fructus parturiunt. Hæc enim (ut verbis utar Senecæ ad Helviam vel Albinum) facta sunt disciplinarum omnium fundamenta. Nunc ad literas illas revertere: tutam te præstabunt. Illæ consolabuntur, illæ delectabunt. Illæ si bona fide animum intraverint; nunquam amplius intrabit dolor, nunquam sollicitudo, nunquam afflictionis irrita supervacua vexatio. Nulli horum patebit peccatus, nam clusum est, si literis non ad luxuriam, sed ad sapientiam utaris. Ita Stoicus, cap. 16. Ratio ex ipso redditur à Coel. Rhodigin. 21. cap. 29. Mobilis & inquit-

ta mens homini data est. Nunquam se tenet, spargitur, & cogitationes suas in nota omnia & ignota dimittit, vaga & quietis impatiens: quod non miraberis, si originem inspexeris. Ex coelesti namque descendit spiritu: celestium autem natura semper in motu est. Videantur ergo genij & ingenij ebullientis tyrocinia, quæ etiam juvenis senibus non ingrata; quin eorum fastidium suspicer, qui exotica omnia soliti suspendere naso.

Nec qui detrectat presentia liwor, iniquo
Ullum de nostris dente momordis opus.
Tu mihi, quod rarum est, vitæ sublime de-
disti

Nomen, ab-exequijs quod dare fama solet,
Sive favore tuli, sive hæc ego merito famula
Iure tibi grates, candidè lector, ago.

Ovidius inquit, 4. Trist. Eleg. 10. a. v. 121.

2 Ita ergo sumpsi principium a fine (ut verbis, Caranuelis in Præfation. Primi calami, sive de Metrametrica) ut librorum sunt primi novissimi & novissimi primi; & pateat simul puer centum annorum. Ex studijs suis intelligitur puer. Proverb. 20. 11. Istitutui retro diebus, imò annis (necdum ætatis viginti quatuor impleveram)

Prologus Galeatus,

Fastorum seriem & ordinem, tum apud Sacros, cum apud Profanos, aliaque paleophilos vel digna vel placitura (studio tamen mancipandi Sacris; ut ex occiso leone, mel vera, dulcis, celestisque sapientiae flueret; ac in obsequium veri Numinis cederet, quod de tenebris facit splendescere lumen) ne incidere in M. Tullij Cicer. crism, in *Orator.* dicentis: *Nescire, quid antequam esses, acciderit; semper est, esse puerum.* Labor operaque in opus & votum celsit: igitur decerpsti fructum ex floribus, & flores ex truncis aridis. Lapidum itaque philosophali applicita; duntaxat ex tactu, quae villa, fuere pretiosa.

Horat. — *Namque deserta, & inhospita tesqua,*
— *Amaena vocat, mecum qui sentit.*

Uti accinit Horatius, 1. *Epist.* 14. à v. 19. Hinc quia lecturo (non affectatione, neque affectatione delicatulo, non malaciae supercilio torve turgideque crisis prurigine percito, sed Antiquitatis studio) haud arbitrator iocundum; libenter ac volupè inferam, quae ex selectioribus AA. supremique subfellij, ac humanioribus literis erudite pollentibus, vigili diuturnaque cura suxi ac extraxi. Non enim omnia exponere cordi est, nec omniura sitim satiare, fontium contentus indice; ut qui sitibundus, largè scaturigine potiatur voto. Brevi respectu vasti argumenti, rem agam: ceterum AA. signans, & profitendo per quos profecerim; & ut fusiùs lector desiderata scrutetur ad libitum. Non hoc opus ingenij, estò excitamen; sed laboris improbi, in laborantium irrequietam quietem. Fastiditus saepe (fateor, & non invitè) oneri succubuissem, ni genius levasset, relevaretque quod grave curiositate argumenti. Subsecivis enim horis (tandem tandem leni levique passu vel cursu) è ruderibus Antiquitatis moles quatuor voluminum enixè perfeci, vel feci. Tantae molis erat molem condere sine molis gravamine. Dicam cum Persio, *Satyr.* 5. v. 19.

Pers. *Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis*

Bagina turgescat; dare pondus idonea fumo.

3 Nonnulla congesseram ex Masculo, Elià Reusnero, Genebrardo, Beyerlinck, Plinio, Maiolo, Rhodigino, Casaubono, Isaáco Vossio, Grangzo, Rosino, Dempstero, Dalecampio, Panvinio, Bulengero, Macrobio, Aul. Gellio, Stuck, Ravisio, Choul, Chartario, Othon. Vænio, Kircherio, Alexandro Caroloque Neapolit. & alijs Latinis AA. sed & ex Græcis, Diodoro Siculo, Halicarnassæ, Platone, Plutarcho, Suida, Stra-

bone, Athenzò, Herodoto, Thucydide, Ctesia, Pausania, alijsque viris eruditione claris. Etiam Iustravi, qui præfatos AA. illustrare; ut Ludov. Nonnium in *Goltzj. Græciam Asiam & Insulas*, Andr. Schottum in *Fastis Siculis*, Frideric. Sylburgium in *Pausan.* Eilard. Lubin. in *Antolog. Græcor.* Ioann. Izetz. Guiliel. Canter. Ioan. Brødæum, Marsil. Ficin. Meursium, in *Græcia feriat. & popul. Attic.* & cum alijs Ioan. Baptist. Gabiam. Ad Fastos Hebræor. facem ministrarunt Genebr. Ribera, Leonard. Marius, Munster. Ioann. Saubert. de *Sacrific. & Sacerdot. Hebr.* Braunius, de *Vestit. Sacerdot. Hebr.* Hadrian. Zeland. vel Relandus, de *Antiquit. sacris veter. Hebr.* Thom. Stanleius in *Philosoph. Oriental.* & Ioann. Clericus vulg. Crec. in *Pneumatolog.* Catolus Sigonius, Menochius, Petr. Cunæus, de *eorum Republ.* Marc. Lombard. de *Hebr. ritib.* Hospinian. de *Festis.* Uvilelm. Schickard. Ioseph Scaliger. *Isagog. Chron.* Alsted. *Encycloped.* Gravius, de *Fest. Antiq. Hebr.* Bucelin. in *Nucleo.* Micrelius, *Syntagm. histor. Ecclesiast.* Ioseph. *Antiq. & de Bell.* Drusius, de *Trib. sectis Iudaor.* Ioann. Selden. de *Synedrijs, & Dijs Syria.* Buxtorfius, *Lexic. Talmudic.* Marc. Marinus in *Arca Noe*, Bartoloc. *Bibl. Rabbin.* Seder-olam maior & minor sive *Zuta*, Eutyechius de *Antiq. PP.* Chronic. Alexandrin. cum notis Raderi, Alvarez. de Toletto, *Primitio. Eccl. cles.* cum Bolduc, Moyses Ægyptius, Maimonides, seu Rambam, *Director. dubior. & Halach.* Rab. Abrah. *Cabal. historie, & Fascicul. myrrh.* Abrah. Zacuth in *Lucasim*, Elias Levita in *Tisbi*, Ioseph Gorionid. *Histor. Iudaic.* eiusque compilerator Iosippus, David de Pomis in *Germin. David.* Galatin. de *Arca. Sac. Script.* Genebrard. cit. in *Chronolog.* Philo Iudæus, in *Breviar. seu de Temporib.* Alius Biblius, quia Bibli Phœnicæ natus, in *Antiq. Hebr.* pluresque alij in quorum lectionem propensè ducebar; quippequàm in meditatam opus novo lumine copiosè ditabar.

4 Nec his quieveram, ampliorum avidus in voti satietatem. Incidi fortè (alia scrutando inter m. scripta, quæ curiosissima, bibliothecæ fato functi, DD. Lucæ Cortesij, regij Senatoris, insignis Antiquarij, atque Palladis alumni) in volumen medio-cris corporis, cuius titulus summè pomposus, in mulcimen curiositatis vellicans suavi pruritu apparatus. Habebat ergo in decipulam lurconum, in fronte: *Abcondite mundi: Diarium sacrum per Raul. ex Rabbin.* Scrutatus, cognovi cuius & ex quibus

& totius operis argumentum.

erata, quæ illudusque mundo abscondita: acque tetigi, Rabbinorum opus esse, tam ex contextu, quam ex arrogantia. Ne mire- ris, ingenita illis scabies, ex cuius prurigi- ne gestiunt in fastum, supposito stupore fa- tuorum. Aben-Ezra in *Spheris* (de quibus §. 4. à n. 3.) inscripsit librum: *Initium Sa- pientie*; quem apud se esse, asserit Iosephi Scaliger in *Manil.* plauditque *luculentissi- mum.* Collimaret profectò; modò diceret, *delirijs, nanijs, vigillis somniantis nugis & gerris.* Rab. Bensalomas alium edidit, deäuratum titulo: *Hortus mirabilium mundi.* Rab. Simon Iocoides alium huiusmodi pompà: *Investigator secretorum.* Rab. Aza- rias: *Oculorum lumen.* Rab. Ioseph Castil- lienis, *Porta lucis.* Eodem vento distentus Rab. Kapol Ben-Samuel, alium, cuius frons, sine auctoris fronte: *Abstrusa abstrusorum, & omnia difficilia.* Rabb. Nehumia ben- Haccana, *Secretorum epistola.* Adi Iacob. Gaffarel. de *Curiositatib. inaudit.* cap. 11. num. 1. & Athanas. Kircher. in *Obelisco Pam- phil.* lib. 4. *Hierogrammatism.* 20. §. 1. & in *Oedip. Copto,* Tom. 1. *Syntagm.* 3. cap. 3. etiam Tom. 2. p. 2. *class.* 8. cap. 1. Cor illo- rum vanum est: titulus & titulus, & totum tutulus. Totum profectò vox, nihilque præ- terea. Cum succo rerum & eârûm summi- tate (quæ olim dicebatur *Cerebrum Iovis,* & *Lac gallinaceum,* apud Strab. 14. n. 11. Pliniumque in *Prefation. oper.* Vernaculè: *Pechugas de Angeles*) haud valeant fumi- venduli eminere Rabbinî; vel erga nugas magnificent fimbrias, se, suos suaque plau- dentes, gloriantur tianitu crepitantium fo- liorum. *Dum latantur, insaniunt; aut cer- tè vaticinantur falsa.* Sapient. 14. 18.

5 Ergo frons præfati voluminis *Ab- scondita Mundi.* Bractea insignis, uti ratio- cinia. *Abscondita:* & cui revelata sunt? In- geniosum quidem, si Dijs placet! Plura siccinè: præclarum utique cerebrum. O rem regiam! *Abscondita mundi.* Idè. Cogitavi gaudibundus tertium de cælo cecidisse Ca- tonem, Auctoremque ac librum, illumi- nantes abscondita tenebrarum. Pellexit Si- ren, ac viscera vellicavit. Emi, pretij pœ- nituit, arbitratus invenisse spolia multa. Perscrutatus sum: tædnuî: percussi femur: obvia carbonum congeries, quò Abscondi- ta Antiquitatis præcogitaveram opes. Alle- gat interdum *Talmud, Cabalam, Ioma & Hbagigab. Ioma,* hoc est tractatum de *Die- bus & dierum observatione.* Item *Hbagi- gab, de Festis & ritu illorum.* De his libel- lis, quos necdum vidi, & alijs huius surfu- ris, mentionem facit Arias Montanus, in

Apparat. Biblior. titul. Thabal-cain, sive de Mensuris. De Cabala magna, ibid. inquit: *Hunc librum nos Venetijs repertum, perle- gimus; non sine magna utilitate, ad multo- rum in sacris libris locorum explicationem.* Quid dicam, nescio; cùm ignorem de quo dicam. Si *Cabala magna* est eadem, quam ex turba Rabbinorum protulit in lucem præfatus Kircher d. tota *Class.* 4. cum *portis Intelligentiæ,* & mille alijs ineptijs, multi- plici superstitione; iudicium expressi, *Tom.* 6. *Tautolog.* 1. à n. 17. Ex illa namque, & eius voluntaria veteratrice inventione ac artificio; efformari quit quodcunque pla- cuerit vel displicuerit consulentis ridiculæ aviditati. Videri nonnulla licet apud præ- fatum Kircherum, loc. cit. Exemplum est in characteribus initialibus indicantibus the- saurum; per quos Æsopus Xanto innuit si- bi sumere: & simul eisdem elementis Regi reddere. Adi Syxtum Senensem, lib. 3. *Bi- bliotheca Sanct.* de *Elementaria exposit.* & Maxim. Planud. in *Æsopi vit.* Iudæorum *Talmud* palàm est, scatere nugis, & blas- phemijs. Anacephaleosim totius detestabi- lis corporis refert idem Senensis, ibid. *lib.* 2. Quapropter *Abscondita mundi* elicita ar- bitror, à disipatis cisternis, quæ continere haud valuèrunt, vel noluerunt Sacrarum literarum aquam; & ministrarunt turbidam seu lutulentam, imò putridam putri corde, & mala mente, ex Talmudistis & Cabalæ peste (factuorum sanitate) *per Raucl.* Ni fal- lor Rauclinum, seu Reuchlinum: vero no- mine *Capnionem,* qui Scholia apposuit & commentaria extruxit in *Artem Cabalisti- cam.* Nihil transeât, si iudicium duntaxat reliquæ cogitationum. Penes lectores ergo sit iudicium.

6 Quis ille (si ille, quia *Raucl.* non no- vi) dicit Genebrardus, *Append. in Innocent. Genebr.* *VIII.* apud Spondanum, *Ann.* 1491. n. 12. *Qui Reu- Reuchlinus Capnion* (inquit) *vir magnus, chlinus* *nisi lingue Hebraica mysteria cabalisticis nugamentis maculasset.* Elucet in libro de *Verbo mirifico* & in tribus, de *Cabala,* de quibus idem Genebr. *Ann. Mund.* 3993. & *Christ.* 1492. *A Ioanne Lapidano Theologo Parisiensi rudimenta lingue Hebraica Reu- chlinus Capnion didicit. Reliqua* (subdit) *à Iudæo, Abdia Ben-Iacob, dum legatione fungeretur apud Pontificem; ut ipse ait Epist. in suum Lexicon. Ut Marinus & Co- lorbasius cuncta sue religionis mysteria ex literis Alphabeti Græci probare conati sunt; Idem; Reuchlinum Capnionem tribus libris harum nugarum gustum mundo præbuisse sine refu- tatione; & Picum Mirandulanum patronum*

Festus Rab- binorum.

Ar. Mont. ris, mentionem facit Arias Montanus, in

Prologus Galeatus,

Carvial.

earum confitisse, equidem miror. Carvialus, insignis Minorita in *Erasmi Apologia*, ait: *Nulli cedis, Erasme? nec Budæo? Nec Pico? Non cedis Capnioni?* Adi Claudium Minocæn in *Imagin. Termini*. Ita magnus insignitur. An magnus, nescio: dubiæ fidei, scio: etenim eius scripta, sub larva Eleutheri Bizeni, titul. *Apologia Metrica*, igni tradita fuere à fidei Catholicæ Quæstoribus; simulque volumina Talmudica illustrata eiusdem lucubrationibus, damnavit præfatus Innocentius VIII. de quo ipse questus, uti intimè punctus, apud Cæsarem Maximilianum. Denuò cuncta proscriptis Paulus IV. Ann. 1559. Astruit sanè dubiam fidem necessitudo inter eum & Erasmus Roterodamum; & imago eius erecta à Theodoro Beza, inter præcipuos Evangelij ludicros restauratores. Consule sis Conradum Brunum, lib. 6. de *Hæretic.* cap. 6. & Ioann. Casalas, in *Candore lilij*, §. 98. Sebastian. Stadelius, in *Applausu eruditor. programm.* Declamat. 1. insit: *Ioannes Reuchlinus, vulgò Capnio, inter Melanchthonis familiares præcipuus fuit.* Ita ergo, etsi Galatin. 1. de *Arcan. Cathol. veritatis*, cap. 6. dicat: *Capnio quoque noster, in tribus libris quos de Arte Cabalistica ad Leonem hodiernum Pontificem Maximum elegantissimè inscripsit, plurima admodum præclara produxit in lucem.* At publicè privati libri eius de *Arte Cabalistica ab Inquisitoribus hæretica pravitatis.*

7 In hacce rerum farragine, stas diebus præfiguratur historiæ Biblicæ. Ignorant doctiores annos, & Rauchlinus dies etiam signare audeat? Quo fulcro? Suspicio & non obliquè, aliquem sciolum ardelionem, *Abcondita Mundi* sub nomine Rauchlini confecisse, vel confinxisse ut commenta & commentitia. Apponit enim, quod Rauchlinus, uti peritus non faceret, festa in die 31. Mensis, quo caret apud Hebræos, quorum Menses Lunares sunt. Cuncta vel in historia redolent Rabbinorum somnia; nisi quæ desumpta è Sacra pagina: imò in his etiam, tempus signatum est ad nutum, cum nullum in assertionem & eius fidem afferat testimonium. Apponam tamen, ne mundo abscondantur *Abcondita Mundi*; modò prænotetur, à Reuchlino, sive ab alio, sub eius auctoritate relata. Perperam igitur cohærent commentationes viri docti, & tot ineptiæ. Historia vera est: tempora ad lubitum revelata. Veritatem venerare, cæteratide: equidem hand signo ut credas; sed ut audaciæ in prolubia & ratiocinia, notitiam habeas. *Plura transferibo (dicam ad unguem ex Q. Curtio, in Alexand. histor.*

lib. 9. cap. 1.) *quàm credo: nam ne affirmare sustineo, de quibus dubito; neque subducere qua accipi.* Plura etiam ibi de Nationibus, cum quibus Hebræi per tempora & tempora conversati: Arabibus nimirum, Sabæis, Syris, Chaldæis, Persis & Ægyptijs: verum cuncta strictim, quasi per indicem tacta; ita ut non solum ieiunium fugiant lectorem, sed relinquunt impatientem: etenim ita transcurso rerum signatarum & celebriorum memoria; ut sit illarum species, & nullo modo notitia. Horum tamen tantilla, hinc & hinc, huc & illuc decursu temporis, mea feci; & ferè totum è latebris in cognitionem eliciui, exposuique fufius, quod ibi signatum parcissimè & sine Auctore, nec auctoritate; ut aliquomodo, vel aliquantulum quiesceret curiositas; nec remitteretur ad Kalendas Græcas.

8 In Calendario Iudaico, cuius supra meminimus sunt festa, tum à lege præscripta, tum postea instituta: & à Iudæis dies ieiuniorum vocantur Angariæ; in quos dies aliquando transferebantur lectiones sacræ, quæ usu legi debebant die Sabbati in Synagogis; de quibus diebus stas dicemus. A primis temporibus inter Hebræos mos acceptabilis inolevit; ut intra anni spatium tota lex legeretur publicè, sive annus esset embolismæus, sive non: nam si esset communis, lectiones circa finem Deuteronomij longiores erant: sin embolismæus, tunc pro numero Sabbatorum, in plures & breviores partiebantur, ea tamen conditione, ut in festo Tabernaculorum, integrè perlecta lege, rursus à Genesis libro esset exordium. Erant lectionum duo genera: lectiones ex lege dicebantur *Paraschia*, *Paraschiot*: ex Prophetis, *Hapthora*. Libri agiographi legebantur, sed non nisi voluntariè, iuxta privatorum devotionem. Sabbata erant 50. vel 51. sed propter annum embolismæum, vel secundum Adar, lectiones Hebræi signarunt quinquaginta quatuor. Vide sis Bernard. Lamy in *Apparat. Biblic.* lib. 1. cap. 5.

9 In rebus gestis à Christo Servatore N. pressus sententijs AA. à relatione resilire statui; quoniam accidit illis quod Auctori Mundi absconditorum. Vera uti Evangelica, referunt; sed eo tempore quo volunt, sine ullius auctoritate de historiæ tempore: quæ quidem si staret, non ita divariarent, ut quod dulcius, expectanti esset acerbius. In tempore discrepant Alapide in *Chronotaxi*, Castell. in *Devoto Peregr.* Alba, *Tabul.* 5. Calixt. Placentin. in *Supputat. tempor.* Elias Reusner. in *Ephemer.* Anton. Gislend. in *Opere aureo*, & Laurent. Beyerlinck.

& totius operis argumentum.

in *Theatr. Vit. hum.* lit. D. Tanta est discordia fratrum. In assertionibus, dicam ex Ovid. 1. *Metamorph. fabul. 1.*

Ovid.

—Nulli sua forma manebat:

Obstabatque alijs alius.

Quapropter nobis placet in presenti argumento, quod fecerunt Baronius, Adrichom. Mariana, Brietius, Torniiellus, Salian. & alij sacri, referentes Christi gesta; quin ubi Evangelistæ non indicant, quoniam illis ignotus, minimè definiant diem. Suo quisque distribuit modo gesta Christi, præter placet, ut novitatem ipso computu designet; & patet tunc voluntarium. Quæ historiæ relatoribus de tempore fides habenda; cum diversis in diebus articuli præferantur? Quò eundum, vel quò non eundum? Haud ullibi dicunt, unde illis testimonia in auctoritatem relatorum. Nobis sat erit illorum auctoritas; sed magnoperè desiderantur, quæ illorum concilient auctoritatem. Hinc accidit, ut quòd Christus in unico die fecit, aut docuit; dividatur inter plures dies, & sermones, ut nulla dies sit sine linea; quod quidem fatuum, & à veritate alienum, ut constat ex ipsa historia Evangelica.

10 Diarium Laurentij Beyerlinck ferè in cunctis aberrat à vero: ibi assignat quod primum occurrit, & die quo vult, adversante textu sacro, & interpretibus. Plura accumulatur, & in pluribus errat. Opus sane tumultuarium, quo non bene iunctarum concordia semina rerum. Nec prudentius procedit in profana historia: in Romanorum fastis & triumphis, feriisque Græcorum non solum præfigit voluntaria, sed pro sententia Auctores allegat, opposita referentes; quod indignum tanto Auctore. Sæpe mecum (sed excusationem cogitando) causam huiusmodi facilitatis scrutabar; maximè in dierum supputatione: at verò in rebus Romanorum nullam inveni: aliquantulam & aliquatenus in rebus Græcorum. Mensis apud hos, uti videbimus, §. seq. n. 1. (in discrimen aliarum Nationum, à novilunio calculantium, vel antiqua traditione ab ortu huius vel illius stellæ, asterismi, vel constellationis) incipiebat ab introitu Solis in aliquod signum cœleste, constituaente diem primum Mensis; durabatque usquequò aliud Luminare maius percuteret signum. Unde qui nobis dies primus, Græcis erat decimus, aut undecimus; de quo clariùs d. n. 4. Sic ergo salvari poterit supputatio Beyerlinck, ne sit error: qui profectò, ni insignia figat huiusmodi calculo. Hinc ibid. noto nomina Mensium apud varias Gentes, num. 7. & illorum initia; ut constet, quo

modo illorum dies nostris respondeant.

11 Novissimè in manus meas pervenit duplex volumen, idem ferè argumentum nostrum continens tam in Sacris quam in Ethnicis. Ex titulo autumavi, me oleum & operam perdidisse; quoniam supervacuum omninò, quasi novum, acta agere, & quæ profectum adscititia, sub hasta vendere ut propria. Introspexi, sed irrisi, nam bonus Auctor exiguæ staturæ, etsi ultra nidum extenderit alas ardelio, appingens delphinum filvis ac fluctibus aprum. Hunc socci cepere pedem, non natum rebus agendis. Succubuit oneri, eò quòd moles, quasi tomentum sine pondere & arte. Chorda semper oberat: igitur poscenti gravem sonum remittit acutum; quin propter inopiam rerum, sint nugæ canoræ. Dicit percitus insanabili cacœthe rudi socco, quod par erat tragico proferre cothurno: at tragicè labat semper sermone pedestri. Scriptor umbraticus nubem pro Iunone obijcit, corvosque deludit hiantes. Totus pædantissimus est. *Hac ambitio* (ait Sebastian. Stadelius, de *Circumforanea literator. vanitate*) *quia inopiam iudicij prodit, non potest non gignere facta ineptissima, & quæ largam præbeant ridendi materiam. Pædantia seipsos priusquam alios decipiunt, vanà nescio cuius sapientiæ opinione turgidi.* Appositè: Thersites lorica non poscit Achillis. Cuncta sunt spolia Calligulæ ex Oceano: conchilia & conchilia inania, vel in ipso mari insulsa. Quid, dum idioma nescit, in quo scribit? Equis iungit gryphes; & regerit dicta plenà paginà sollecissimis & barbarissimis. Cum magni nominis umbra, folia grava ineptijs. Valeat ergo, dignus maiori cachinno. Eodem modo elusus sum, fraudatusque à desiderio, videns quæ promiserat Daniel Angelocrator (idest, Minister Luteranus) in suo opere *Chronologic.* ubi meminit Kalendarij cœlestis, Hebræi, horum mensium, festivitatum & ieiuniorum; Kalendar. Ægyptij, Arabici, Persici & Græci. Pollicitis dives quilibet esse potest. Dicam ex Horatio de *Arte Poëtic.* v. 138.

Quid dignū tanto feret hic promissor biatu?
Nihil. Promissa vidimus, sed nihil amplius in argumentum videmus: cum in huiusmodi studium, nostrum totum esset votum. *Non liberalis, sed levis animi est, polliceri quod præstari non potest:* Plutarch. in *Pompon. Attic.* Nescio an vitæ recessu vel alia de causa promissa non solverit. Secus Neotericus, sicco pede intellexit alia ponere sidera polo.

Horat.

12. *Diarium Græcum* anonymum, typis

Prologus Galeatus,

pis mandatum Lugduni Batavorum (vulgo *Leida*) multa signat , sed tantum signat. Potest dici *Persicum* ; igitur ante Alexandrum Magnum (quod desideratur in Herodoto & Diodoro Siculo) Chaldæorum, Babylonum & Persarum, Ephemerides proponit ; sed non exponit. Labori nobis fuit exquirere in alijs, quod parçè innuit : invenimusque fidelem in historia : in qua quidem simulantem observavimus iudicem ; ut in alijs AA. perscrutaremur clariorem explanationem : quam faulè ad votum erga festa Egypti, eorumque Reges invenimus apud Kircherum in toto *Ordi. Egyptiac.* ac *Prodrom. Copto*, variâ eruditione ornatis : simulque apud Herodotum & Diodorum Sicul. verum sine temporis sigillatione ; sicut de Persis, apud Barnab. Brissou. De rebus Græcis, tam in celebritatibus, quam in varia fortuna & Reipublicarum & virorum illustrium ; signatè Meursius d. Georg. Draudius post *Centones rerum memorabilium* in *Commentar. Solini*. At quantum auguror, quæ signat, signat voluntariè, quippe sine auctoritatis fulcimine, addens gesta clariora ad libitum, præter ea, quæ habemus in diminuto *Diario Græco*, & referunt Plutarch. *Æmil. Probus* (vel ut placet Andr. Schotto) Cornel. Nepos, Iustin. ex Trogo Pompeio & Polybio : imò distinctis in diebus, quibus figit Petavius (uti videmus) tam in *Doctrina Tempor.* quam in *Rationar.* Ausus planè meo iudicio, temeritate plenus : equidem quod Draudius ex lectione observavit ; mirum est, fugisse Doctiores, ac in historia versatissimos, Salianum, Bricium, Turfellinum, aliosque insigniores historiographos.

13 Erga Alexandrum Magnum & successores plena profectò historia ; sed pleniora mendacia ; uti observavit Ioannes Freinshem. *Commentar. in Curtium Rufum* ; & Nicolaus Blancard. Hinc *Diarium Alexandri* etiam voluntarium arbitror, sicut eius epistolæ fictas ; & omninò commentitia plura quæ refert Sebastian. Musterus in *Geograph.* lib. 5. à cap. 120. Gesta nota sunt in Arriano, præfato Curt. Iustin. & Plutarch. sed somniata, plus quam gesta : maximè in formatione Diarj, in quo ex Plutarcho aliqua suppulari possunt, sed non omnia (ut exprimit libellus nomine Herculis Ciofani) ni invenisset *Diarium*, quod confecit quidam Beton, aut Archelaus Chorographus, de quo Diogenes Laërtius, lib. 2. de *Vit. Philosoph.* cap. 4. Vel *Commentarium de Alexandri rebus*, studio & opera Strabonis, vel Callisthenis, de quo Photius in *Eclogis*, & Laurent. Ro-

domanus, ex lib. 21. Diodor. Sicul. Cæterum evanuerunt, & in descriptionem expeditionis inclytæ desideravit Abraham Ortelius in *Parerg. Geograph. Tabul.* 5. Si Archelaus chorographus (inquit) quem omnem terram ab Alexandro pervagatam descripsisse tradit Laërtius : aut Beton, Alexandri dimensor, quem stationes expeditionis ; literis mandasse, annotavit Athenæus ; vel Strabonis *Commentarium*, quem de Rebus Alexandri fecisse, ait, ad nostra usque tempora manusque pervenissent ; minus proculdubio nobis difficile foret, Alexandri expeditionem studiosis lectoribus exhibere. Hæc sanè videntur similia somnio asserentium sex Mensium fastos Ovidij, à cunctis desideratos, esse in Gallia in Bibliotheca Regia ; quasi duntaxat haberentur pulveri mancipata. Præfatus Hercules Ciofani, in *Præfat. ad Notas Fastor. Ovid.* astruit, octo libros esse in Bibliotheca Summi Pontificis, & duos alios esse Achillis Statiij & Fulvij Ursini. Sit ergo, sed non videmus, nec ipse in Notis aliquid singulare designat.

14 In argumento Fastorum Romanorum, luculenter floridèque invenitur Ovidius ; de quo iurè possumus dicere, quod Augustinus de Homero, lib. 1. *Confess. cap. 14. Peritus texuit tales fabellas, & dulcedine vanus est.* Illustrant Vatem Carol. Neapolitan. Anton. Constantius, Paul. Marfus, & Rosin. cum Dempftero ; in quem etiam observationes criticæ præfati Herculis Ciofani. Additi etiam sex Mensibus vacuis fasti à Lil. Gregor. Gyrald. in *Kalendar. ex varia lectione*, ut ipse ait in *Præfat. & statis diebus*, argumento, quo tanti temporum errores implicant, alijs aliter apud alios ordinatis ac proditis ; ut pleraque nec quo mense, nec quoto die, quibusve Consulibus, Pontificibusque instituta sint, in tanta varietate & vetustate, non rerum modo, sed etiam auctororum statuere aut digerere possint. Hoc enim in opere, ad merum signum addit cuncta solemnia Græca, ac tempora rerum insigniter gestarum ; vocatque *Kalendarium Græcum*, quod Theódorus Gaza Atheniensibus studio multo confecit. In signum dixi, quippequam cuncta per acopen : maioremque faciem præbet ad historiarum illuminationem in Syntagmatibus de *Dijs* ; quam in argumento fastorum ; sicut similiter invenimus in Pausania, ut possemus ritus, simulacra, ac solemnia Græcorum tutò prodere, completè ac plenissimè ex *Mythologia Natalis de Comitibus, Observationibus Cælij Gregorij, Speculatione de Natur. Deor. Bibliotheca Apollodori, Fabulisque Palzphas-*

Abr. Ortel.

Augustin.

Lil. Gyrald.

& totius operis argumentum.

five vera, seu falsa sint; nihil momenti afferunt. Si in Scriptura tempus non scribitur, quid scribitur? Notat Iobus, 28. v. 20. *Unde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentia? Abscondita est ab oculis omnium viventium. Deus intelligit viam eius, & ipse novit locum illius.* Deo ergo tempora & futura & præterita pro maiestate servata: quapropter irridens Deastrorum oraculis, ait: *Priora quæ fuerunt, nunciate.* Isai. 41. 22. Nisi Dominus ædificaverit, in vanum improbus labor. Audacia est scrutari; & perscrutari, quæ Numen abscondit: scrutator etenim maiestatis opprimetur à gloria.

21 Credere debemus quæ Deus dignatus est revelare, nobisque datur exponere, sed non fingere, vel delirare. Nonnulli à mundi creatione usque in nativitatem N. Salvatoris ex Scriptura colligunt annos, 3950. uti videbimus infra, sicineque enumerant. Ab Adamo diluvium usque, 1656. colligitur ex Genesis cap. 5. & 6. usque in finem diluvij, 1657. ex *Genes.* 8. Hinc ad nativitatem Abrahæ, 282. ex *Genes.* 10. & 11. Ab eius ortu usque in vocationem & repromissionem; 75. *Ibid.* cap. 12. 4. Hinc usque ad Moysem & exitum Israël ex Ægypto; 430. ut ait Paulus ad Galat. 3. 17. Ab exitu usque erectionem templi per Salomonem; 480. ex 3. *Reg.* 6. à v. 1. Abhinc usque ad Babylonicam captivitatem & templi excidiam; 426. ex 3. & 4. *Reg.* A captivitate usque in annos Græcorum, 281. quinque post obitum Alexandri Magni, & duodecimo, ex quo Seleucus imposuit sibi diademam; unde anni Seleucidarum. Ab annis Græcorum usque in Machabæos; 144. denique usque ad Christum; 165. Alia (ni calculus fiat iuxta 70. Interpret. quorum concordiam cum Vulgata sollicitavit Leyva

& Escargota) ut voluntaria reiicienda sunt.

22 Spiritus-Sancti adventus debet signari per calculum temporis nativitatis Christi. Unde cum magis probabile (ideoque Ecclesia Latina computum sequitur) Christum natum, 25. Decembris, passum 25. Martij, cum ætatis haberet 33. ann. & tres menses; surrexisse post triduum, die 27. transactis 49. diebus scilicet septem hebdomadibus; Spiritus-Sancti adventus incidit 15. Maij iuxta Rom. Kalendarium, & 16. iuxta Hebræum: igitur super Apostolos venit in Pentecoste Iudæorum; uti astruximus, *Tom. 3. Tautolog. 8. n. 27.* Quid dicent AA. neoterici de die, de anno ambigentes? Unde veritas Christi nativitatis, ubi de tempore tot ipsorum opiniones? Iuxta Antonium Capellum, Christus natus ann. *V. C.* 747. *Coss.* Tiberio Claudio Nerone, & Cneo Calpurnio Pisone; *Olympiad.* 193. ann. 2. ¶ Iuxta Kleperum, ann. *V. C.* 748. *Coss.* D. Lælio Balbo, & C. Antistio Vetere; *Olymp.* 193. ann. 3. ¶ Apud Decherium & Petavium, ann. *V. C.* 749. *Coss.* Augusto XII. & L. Cornel. Sulla; *Olymp.* 193. ann. 4. ¶ Iuxta Philipp. Brietium, ann. *V. C.* 750. *Coss.* Caio Calvisio Sabino II. & L. Palsienno Rufo; *Olympiad.* 194. ann. 1. ¶ Iuxta Baronium, Scaliger. Gordonium & Calvisium, ann. *V. C.* 751. *Coss.* Cn. Cornelio Lentulo, & M. Marcello Messala; *Olympiad.* 94. ann. 2. ¶ Iuxta Panvinium, Sallianum & Pererium; ann. 752. *V. C.* *Coss.* Augusto XIII. & M. Plautio Silvano; *Olympiad.* 194. ann. 3. ¶ Iuxta Dionysium exiguum & alios cum Ecclesia, ann. 753. *V. C.* *Coss.* Cornelio Lentulo, & Calphurnio Pisone; *Olympiad.* 194. ann. 4. signum ergo absconditæ veritatis est discordantia AA. & multiplices contradictiones.

23 Eluceat hæc, quot homines, tot sententiæ. Natus est Redemptor & Salvator N.

anno ab orbe condito (ut autumat Rab. Nabalon) —————	3740.
Ut dicit Rab. Gerson, Ben-Levi & Ben-Abraham, —————	3754.
Hebræi in <i>Seder-Olam</i> , —————	3758.
Paulus à S. Maria, Lyranus, Galatinus, Georgius Venetus, —————	3760.
Hieronym. à Sancta Fide, alijque sequentes Vulgatam, —————	3760.
quam calculationem frequenter veneratur Rabbini; —————	3760.
Rab. Levi, —————	3780.
Nonnulli inter Talmudicos, —————	3784.
S. Iulianus ex Hebræis, —————	3834.
Benedictus Arias-Montanus, —————	3849.
Ioann. Ligfooth, & Gerardus Mercator, —————	3928.
Matthæus Beroaldus, —————	3930.
S. Hieronym. in <i>Hebraicis qq.</i> —————	3941.
Ioann. Carionus, —————	3944.
Calvisius, Alstedius, Micælius, & Helvicus, —————	3947.
Bullialdus, Argolus, & David Origanus, —————	3949.
Ubbo Emamius, Fabricius, Joseph Scaliger & Vecchierrus, —————	3950.

Prologus Galeatus,

Cornelius Cornelij Alapide,	3951.
Hermannus Schedel,	3952.
Vincentius Bellovacensis,	3953.
Ioannes Georgius Hervvart,	3955.
Horatius Turfellinus,	3956.
Philo Hebræus,	3957.
Lanspergius,	3958.
Salmeron,	3959.
Avicenna, Scultetus, Petr. Bogdanus, Dolionus, & Ioann. Lucidus,	3960.
Mathias Chefneur Augustinianus, & Adrichomius,	3961.
Sixtus Senensis, Masæus, & Picus Mirandulanus,	3962.
Abulensis, Buxtorfius, & Philipp. Melanchton,	3963.
Christianus Severinus, & Petr. Ballifardus,	3964.
Petrus Opmeër,	3966.
Hieronymus Bardius & Henric. Buntingus,	3967.
Iul. Cæsar Bulengerus, Gualterus & Elkstormius,	3969.
Bukolcerus, Iansenius, & Pantaleon,	3970.
Lombardus,	3971.
Theophilus Antiochenus ad Autolic.	3974.
Theodorus Bibliander,	3977.
Petavius,	3983.
Bellarminus,	3984.
Ioann. Cluverius,	3985.
Ioann. Heplexus,	3993.
Funcius,	3996.
M. Anton. Capellus, Tirinus, & Suarius, Iacob. Offerius, Guilielmus Hoëlius, Natal. Alexander, & novissimè Carol. Ioseph Imbonatus;	4000.
Iacobus Gordonius,	4002.
Iosephus Ben-Mathathias,	4003.
Thomas Lydiar,	4007.
Conradus Pauvellius & Pererius,	4022.
Guilielmus Langius & Henricus Philippi,	4040.
Ioann. Iacobus Hofmanus,	4049.
Torniellus, Xantesque Pagninus,	4051.
Salianus, Bucelinus, Buissier, & Spondanus,	4052.
Nicolaus Mullerus,	4053.
Philipp. Labbe, Brietius & Henricus Samericus,	4054.
Horatius Scoglius,	4055.
Ioseph Blancanus, & Rab. Moses Maimonides,	4058.
Ioannes de Roa, & Davila,	4072.
Arnaldus Pontacus,	4088.
Genebrardus,	4090.
Ribera,	4095.
Ludovicus Capellus,	4102.
Brentius,	4121.
Maluenda,	4133.
Laurentius Codomanus,	4140.
Ricciolus iuxta Vulgaram & Hebraicam editionem,	4184.
Marianus Scottus,	4193.
Odiaton, seu Ednicon Astrolog.	4320.
Cassiodorus,	4697.
Origenes in <i>Matth.</i>	4830.
Adon Viennensis,	4832.
Epiphanius, tempore secundæ Nicænæ Synodi,	5001.
In <i>Panario</i> , infra dicendam. Iuxta Arabes signante Genebrardo,	5185.

& totius operis argumentum.

Sigebertus, & Isidorus Hispalens.	5196.
Philipp. Bergomensis,	5198.
Eusebius Cæsariensis, Orosius, Beda & Baronius in <i>Mar-</i> <i>tyrol. Rom.</i>	5199.
Ioann. Nauclerus, & Paulus Forosempronienfis,	5201.
HRabanus Maurus,	5220.
Iaphar vel Albumasar Astronomus,	5228.
Lucas Tudensis, & Isidorus Diamata,	5336.
Petrus de Alliaco,	5344.
Panodorus & Ecclesia Alexandrina,	5492.
Q. Iulius Hilarion,	5497.
Theophanes Iornandus,	5500.
Nicephorus Calixtus,	5505.
Cedrenus,	5506.
Epiphanius in <i>Panar.</i>	5509.
Fasti Siculi,	5535.
Iosephus, qui prius signat, 4163. in <i>Proem. Antiquit. &</i> <i>lib. 1. contra Apionem, relinquens calculationem Hebrai-</i> <i>cam, 70. Interp. sequens,</i>	5555.
Isaacus Vossius,	5590.
Clemens Alexandrinus,	5624.
Ricciolus iuxta editionem 70. Interp.	5634.
Nicephorus Constantinopolitan.	5700.
Lactantius Firmian.	5800.
Philastrius,	5801.
Pezeronius,	5868.
Tabulæ Alphonsinæ apud Ricciolum,	5984.
Cyprianus, & Suidas verbo, <i>Phaleë,</i>	6000.
Julianus Archiep. Toletanus,	6011.
Onuphrius Panvinus,	6310.
Ioann. Regiomontanus, & in Tabulis Mulleri Rex Alpho-	6984.

24 Plures alij videndi apud Carolum, Ioseph. Imbonatum, Cisterciensem palæophilum: sed quid ex tot sententijs ac opinionibus mutuo pugnantibus? Veritas invenitur, vel depravata stupratur? Nullum perspicuius signum veritatis ignotæ, quam cogitatæ opiniones de veritate. Si nescitur verum, prorsum sententijs & sententijs cogitatur mendacium. Quorsum studium, ubi nihil utile ex varietate opinionum? Quid ex tanta mole? Nihil certi. *Plures* (dicam cum Iosepho, *Proem. Antiquitat. historias, multum inter se differentes quidam enim ostentanda eloquentiæ causâ, gloriæque ex ea captandæ; ad hoc studiorum genus se applicant.* Quænam itaque discretio inter verum & falsum, dum non cognoscitur opinionibus verum? Audiatur Francisc. Blanchin. in *Pontificum historia*, edita decretis Clementis XI. Innocentij XIII. & Benedicti XIII. ann. 1723. cuius adiutores 300. viri doctissimi. Ita igitur inquit, Tom. 2. in *Prolegomen. n. X. Solidum quinquennium ante aram communem Christum natum fuisse; nemo iam dubitat, qui nummum Herodis Antipa inspexerit, à Cardinali No-*

rifio feliciter declaratum Epist. pochæ Syro-Macedonum, cussum sub Caio Caligula, & consignatum sub eiusdem Herodis Tetrarchæ, ann. XLIII. Unde subdit ibid. n. 150. Natalis Christi Domini præcedit aram communem (scilicet quam Ecclesia sequitur ex Dionysio exiguo) annis 5. solidis, & diebus 7. Illustre itaque cogitationis volucris ratiocinium, multiplici eruditione insertatum. Numisma non vidi, nec expositionem Eminentis. Noris; sed ut minus sapiens, vel in insipientia, dicam, de inventione & Blanchini cogitatione quid cogitem. A Luca dicitur 2.43. (alij testimonijs parco) quod cum factus esset annorum duodecim, remansit puer Iesus in Ierusalem. Si Christi natale præcedit aram communem 5. annis & diebus 7. dum remansit Salvator N. in Ierusalem, erat 17. annorum & dierum 7. Cui credendum? Blanchino, vel Luca? An Lucas annos Iesu retulit iuxta futuram Blanchini calculationem, vel iuxta ætatem Salvatoris? Iuxta Blanchinum si æra Christiana 5. annis, diebusque 7. communem præcedit; puer Iesus remansit in Ierusalem anno ætatis 7. cum dicat Lucas

*Refutatur
Blanchin.*

Prologus Galeatus,

illud mysterium contigisse, cum factus esset duodecim annorum. Utrinde claudicat conjectura, signante Evangelista 12. Christi annos: igitur iuxta Auctoris supputationem, ut patet, Iesus in Ierusalem remansit vel anno 7. ætatis, vel 17. Sic alia & in alijs AA. præfatis maiora inconvenientia: in quibus omnibus pro veritatis certitudine & firmitate; minimè attendendum quid sentiant, sed quid sentiendum sit. Aberrant sanè, qui infeliciter in sacris literis ea se reperire posse confidunt; quibus sacrarum literarum fides possit aliquatenus vel aliquomodo destrui. Divinos codices volunt, sed loca sententiæ suæ inimica prætereunt, & ea tantùm observantes annotant, unde aliquid opinioni suæ consentaneum futiliter iudicant. Quid ad hæc? Respondebunt: Non est dubium de 12. annorum tempore, remanente Iesu in Ierusalem, cum ex Luca infallibiliter constet; sed de tempore, quo Iesus habebat duodecim annos. Profectò. Tædet igitur quod cavillationibus & hi & illi removeantur à computo universalis Ecclesiæ; quo iuxta illorum sententias discordantes gesta Christi apud illos vel sint antequàm natus, vel per longissimum tempus à nativitate. Distat tempus ultimæ opinionis à prima, ann. 3244. Quis sustinebit somnia vigilantium! *Hi verò* (inquit Iosephus, 1. *contr. Apion.*) *cùm quaedam aliter scriberent quàm alij; tunc se putabant, omnium veraciores ostendi.* Futilis sanè subtilitas, & incuriosa curiositas. Modò non eget Ecclesia novis calculationibus.

25 Verùm dices: Quare eodem modo & incertitudine calculationem Dionysij laborantem, sequimur? Conformari Ecclesiæ statuimus. Hæc erit (quousque constat veritas ex sacra pagina, vel revelatione divina) directa via, & plana, ita ut stulti non errent per eam; quin novitas priscorum ac recentiorum doctorum nos arctè compellat, ut tot sæculis receptam supputationem relinquamus. Hæc enim confecta est à Dionysio Exiguo (Benedictina in infantia Religionis, sub Iustiniano Imperatore) Synchroo Cassiodori, cui familiaritate & eruditione multigena fuit coniunctus. Hic quem Ecclesia sequitur natale Christi signat à condito orbe, ann. 4053. Ab V. C. 753. Aliud est verus ortus Christi, aliud Christiana. Christi ortus in fine anni labentis, nimirum die 25. Decembris: æra verò Christiana in principio anni sequentis, Kalend. scilicet Ianuarij, quo die Iesus post dies octo à nativitate fuit circumcisus: quapropter æra Christiana incipit ann.

4054 ab orbe condito; licet ex calculatione Hebræorum & Vulgata, ut vidimus, minor numerus supputetur, & ex 70. Interpret. maior. Unde Ecclesia utramque sequitur: Dionysij iuxta Hebræicam traditionem æram communem: 70. Interpret. in Martyrologio Romano. Quomodo ita disita sit supputatio Rabbiorum à numero annorum à 70. Interpret. signatorum, declarat Haac Vossius. Nescio, an verum sit, quippe tantummodò cogitatio, sine auctoritatis sulcro. *Hebraei* (inquit in *Canon. Chronologic. cap. 23.*) *post adventum demùm Christi, & præcipuè post everfas Ierosolymas, in odium Christianæ religionis, altera contrarior æra introducenda fuit. Tum demùm Iudæi chronologiam suam mutilarunt; & de codicibus suis amputaverunt annos, 1440. Tum quoque alijs pravis interpretamentis mensuram temporis accidere conati sunt ita ut ætatem mundi totis bis mille annis mutalacerint; eò nempe, ne Christus advenisse, videtur: quancvis Christianos, qui proximè subsequuti Apostolica tempora, Iustinum Martyrem, Irenæum, aliosque non fugerint istæ Iudæorum corruptela; &c.* Illorum perfidiam urgebant Danielis hebdomada. Huiusmodi cogitatio suffragatur calculo 70. Interpretum: equidem castratis ex sacris codicibus 2000. annis; nil mirum, quòd ad quinque millia Hebræica non perveniat calculatio ab orbe condito usque ad Christi nativitatem. Ex ipsis enim Iosephus, ut vidimus *supr.* quinque millium annorum historiam scripturam se, fatetur.

§. II.

De Mensibus.

I DE Anno & Mensibus egi satis; Tom. 3. *Tautolog.* 8. à n. 34. hic tantùm in propositum notanda, quæ pro illis in hunc locum meditanter omitti. Menses iuxta Censorin. de *Die Natal.* cap. 5. & Macrobi. 1. *Saturnal.* à cap. 13. sunt *Civiles*, qui dicti etiam *Eoresenses*; & *Naturales*, sive *Cælestes*. Civiles, quos quæque civitas, Genive ex publico instituto observat: ut Romani à Kalendis in Kalendas, Hebræi à Neomenia in Neomeniam, Græci à Numenijs in Numenia, hoc est, ab ingressu Solis in cœleste Signum, exitum usque, seu ingressum in aliud. Menses Naturales dividuntur in *Lunares* & *Solares*. Solares sunt à puncto, quo Sol percutit Zodiaci Signum, quousque lustrat Signum sequens & illustret. Unde quia in alijs plus, in alijs minus mo-

Menses civiles & Naturales.

Lunares & Solares.

Ortus Christi 753. Aliud est verus ortus Christi, aliud Christiana.

Christiana.

& totius operis argumentum.

ratur; modò 31. modò 30. dieb. Mensis constituitur. Lunares bifariam accipiuntur, Periodicè & Synodicè. Periodicus Lunaris Mensis est illud intervallum, quo Luna decurrit suam orbem dieb. 27. hor. 7. minutis 4. & secundis, sive minutijs 7. Synodicus, est illud spatium, quo Luna à Sole recedens, illum assequitur, constante intervallo dieb. 29. hor. 12. minut. 44. & secund. 3. Ex hoc calculo conficitur annus tam Solaris, quam Lunaris. Annus Lunaris est cursus Lunæ 12. Menses naturales completis; sicut Solaris, cursus Solis totum Zodiacum lustrantis. Utriusque luminaris lustratio fit per suam eclipticam cursu & conversione. Totus Lunæ cursus (quo constat Lunaris annus) conficitur spatio dieb. 354. hor. 8. minut. 48. ac circiter 38. secund. Solis gyros fit spatio dieb. 365. hor. 5. minut. 49. Siccine utriusque Planetæ cursus dicitur *Annus Astronomicus*. Ad Petavium de *Doctrin. tempor.* lib. 4. cap. 36. Pratermitto annum Tropicum Solarem, incipientem ab uno ex quatuor cardinibus annuis Solstitiorum & Æquinoctiorum: illorum, Sole stante in tropico *Canceri* & *Capricorni*; horum, in Signis *Arietis* & *Libre*. Hinc aliquorum error, annos Præcorum trium duntaxat mensium autumantium. Vid. Petav. *ibid.* n. 30. Nos ex professo die 21. *Mart.* cum inventionibus Antiquorum in designatione quatuor temporum.

2 His igitur liquet, primum diem Solarium Mensium (conficientium Astronomicum Annum) esse ipsummet, quo Sol ingreditur singula Zodiaci Signa: etiamque diem primum Mensis Lunaris, esse punctum illud, quo incidit Synodus Solis & Lunæ; quæ dicitur *Luna nova*, seu *Neomenia*. Synodus hæc quolibet die cuiuslibet Mensis potest incidere: tuncque apud quos Novilunium Mensis exordium, erit Mensis primus dies. Apud Nos aliter. *Non enim semper* (ait Alphragan. in *Astronom.*) *initium Mensis & conspectus novæ Lunæ contingit in eundem diem: neque hoc fit, nisi tractu temporis ambo inter se æquentur.* Qua de causa statio Solis tempore Iosue, facta dicitur à Rab. Iose (apud Cuneum, de *Hebr. Republ.* lib. 3. cap. 4.) *Kalend. Nisan, in ipso æquinoctio*: igitur tunc (si æquinoctium die 21. *Mart.*) fuit Neomenia, simulque Hebræis primus dies Martij, qui nobis 21. in quo æquinoctium. Similiter eiusdem Mensis die 10. dicemus mortuam fuisse Mariam, sororem Moyse; quanvis Iosephus, 4. *Antiq.* cap. 4. signet mortem

Luna primâ. Utramque verum; igitur die decima fuit novilunium.

3 Inquires obiter, quomodò à populo sancto ad temporis amulsim celebrabatur Neomenia; cum inæqualiter in cursu procedat Luna quoad nos, signantes uno mense, 29. Lunæ dies, in alio, 30? Astronomicè enim Lunæ cursus in quovis Mense, ut vidimus, *num.* 1. constat dieb. 29. & hor. 12. Sciendum, apud Hebræos nonnunquam 12. horas Lunæ præcedentis, rejici in sequentem mensem: quod quidem prudentissimè decretum, ut ritè adimpleretur lex de Neomeniæ sacrificio præscripto, *Numer.* 28. v. 11. Nocte intempestâ contingere quibus Novilunium, horâque importunâ in sacrificiorum ritus & tempus: tuncque licet miscaret Luna nova; quousque lux esset, & tempus decretum in litationem, nec sacrificia fiebant, nec alia à lege mandata. Indicatur Eccli. 43. 7. *A Luna (dicitur) signum diei festi.* Maluenda: *Etiam à Luna signum festivitatis.* Si signum, præcedebat profecto; ita ut cum tempus opportunum adesset, per sacra celebraretur Neomenia. Quare quum Sacerdotes tubis clangebant, uti dicemus §. *seq. num.* 8. in Novilunio; non fiebat, quia illotunc Novilunium, sed quia sequenti die, seu luce perficiendum sacrificium Neomeniæ, cuius signum erat Novilunium. Ita, si intempestivè incidebat nova Luna: sin autem, omnia perficiebantur iuxta temporis ordinem. Creperum omnino, an Neomenia celebranda, numerando tempus à coniunctione, seu synodo Lunæ; an verò ab apparitione? Dici poterat, a tempore quo videbatur in cælo; velipere, die tertio à coniunctione; tuncque fieri signum diei festi, ministris Tabernaculi aut templi tubas resonantibus; quin aliquid detraheretur temporis in mensis adæquationem; etenim eadem distantia à synodo Lunæ in synodum, ac à visione in novæ visionem. Ita Stephan. Menoch, 3. de *Republ. Hebr.* cap. 2. quæst. 2. Hoc intelligendum de Luna iam tridua, non ephemera: alias si prima tunc dies de illa diceretur; cum Phase (celebrandum die 14. *Martij*) iacideret in 16. vel 17.

4 Mensem nostrum seu Romanum secant, quanvis non totaliter, duo Signa Zodiaci: etenim si Sol *Arietem* non ingreditur nisi post transactos 20. dies Martij; necessario lustrabit *Pisces*, quousque percutiat radijs *Arietem*. Potitur enim *Martius* noster *Piscium* & *Arietis* influxu; quapropter eius signa dicuntur: igitur diebus, quibus Martius constat, successivè Sol lustrat utrum-

Lunaris periodicus, & synodicus.

Qualis Solis & Lunæ Annus Astronomicus?

Quo tempore ab Hebræis celebrata Neomenia?

Mens Romanus secant duo signa.

Prologus Galeatus,

erumque Signum; ut in Mésium singulorum Ifagoge notabimus. Aliter in Græcorum Mensibus, quippequàm sicut Hebræi in computum habent ductricem Lunam; illi in calculum Mensium, observant Solis ingressum in Signa. Quare dies qui nobis 20. *Ianuar.* Græcis erit dies primus; quia tunc Sol incipit lustrare *Aquarium*. Victoria Græcor. ad Platæas de Persis (horum duce Mardonio) 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 3. cap. 5. signatur à Petavio die 3. *Bædromionis*, *Septembris die 25*. Optimo prorsus calculo, igitur Græcis primus dies Septembris, qui nobis 23. quandoquidem Sol tunc ingreditur *Libram*. Miraberis, sæpe non solum diem, sed etiam Mensem apud AA. mutatum: Mensem sequentem ferè pro antecedente nominant; & non alia de causa, nisi quia singuli Græcorum Menses, Romanorum binos initiativè & consummativè complectuntur. *Huius varietatis causam* (ait Plutarch. in *Aristid.*) *nemo mirari debet, cum illi qui diligentissimè rationem Astro- rum tenere hoc tempore profitentur, aliud alij mensis principium & exitum agant.* Subindeque ait: *Pugnatum quartà Bædromionis die secundum Athenienses; secundum Bæotios, vigesimaseptimà Panemi.* Hoc est, *Iunij*, apud Macedon. Sicut in præ- senti mense Luna viget prioris (& dicimus v. g. in *Februario*, Lunam *Ianuarij*, quia singulorum partem amplectitur) ita quia interferitur mensis Græcus (cuius principium à Sole ingrediente in Signum) inter binos menses Romanos, alij dicunt *Ianuarium*, alij *Februarium*, exitum his cogitantibus, & illis tantùm initium.

5 Hæccine lubenter præmissi, non tam ut Ethnicos intelligas, quàm ut sacros AA. in Mensium signatura percipias. Iosephus, Petr. Comestor, Tornielus, Reusnerus, alijque multi, usquequaque mensem secundum pro primo, *Aprilem pro Martio*, & sic de reliquis, signant. Videtur error primo oculorum iactu, maximè contrariante paginâ Sacrà; & tamen error non est: igitur Scriptura numerat secundum mensem, in quo Lunæ principium: illi verò secundum mensem, in quo habet exitum. Unde cum Luna, à quo mensis Hebræus, binum mensem Romanum per partes lustrat; est primus mensis, si initium consideratur: secundus verò, si consideratur finis. Erit profectò in *Martio & Aprili* festum, cuius Luna signum; quia utriusque mensis partem illius mensis Luna in curriculo comprehendit. Ad dierum mensium calculum, facile omniad negotium: tot erant profectò, quot

distant à novilunio; sicut inter Græcos quæ distant ab ingressu Solis in Signum; et si nos, uti Latini, aliter numeremus.

6 Theodorus Gaza in *Mensib. Attic.* nimis sedit pro concordantia mensium Græcorum & Romanorum. Viam demonstravimus & breviorè & clariorem non solum in menses, sed etiam in dies. Unde aptior ad computum ordo Romanorum: ex emendatione Iulij Cæsaris: igitur magis proprium ad anni initium, ubi finis recessus Solis, & principium accessus ad nos: consequenterque tempus patet aptissimum, initium incrementi dierum, ac decrementi notitium, de quo Censorin. loc. cit. cap. 20. & alij videndi in *Ifagog.* *Ianuar. n. 6.* Nobis Christicolis, hoc in tempore, altiore intuitu initium celebratur anni, utpotè summa collatæ gratiæ memoriale perenne.

Quid est, quod arctum circulum

Sol iam recurrens deserit?

Christusne terris nascitur,

Qui lucis auget tramitem?

Cælum nitescit letius:

Gratetur & gaudens humus;

Scandit gradatim denud

Iubar priores lineas.

Canit Prudentius in *Cathemer.* à v. 1594. His ergo sedulò inspectis, patebit cui ex nostris responderet Græcorum dies: siquidem quàm illi ab ingressu Solis in Signum numerant mensem; primus illis mensis dies, nobis erit 21. 22. vel 23. Similiter ex nationibus, Lunæ in discretionem Mensium sequentibus primum coniunctionis diem. Primus enim dies numerabitur illis, quo nobis contigerit novilunium.

7 Erga coaptationem Mensium peregrinarum nationum, ita variant AA. vel doctissimi in doctrina temporum; ut potius videantur desipere, quàm exponere. Vel in traductione, seu versione discordant Græcorum interpretes. Raptus Sabinarum à Plutarcho, interprete Lupo Florentino, signatur 20. *August.* interprete Guiljelmo Xilandro, die 18. Unde dicit opportunè Rosin. 4. *Antiq.* cap. 12. *Modò contrarium scribunt, ut incertus sis, quid potissimum sequaris.* Sic exemplum. Septimus Mensium Atheniensium (annum incipientiam à 22. *Maij*, Sole percutiente *Geminos*) dictus *Anthesterion*, respondet nostro Novembri, A Baptist. Pio, *Poster. annotat.* cap. 75. dicitur *Aprilis*. A Gaza in *Mens. Attic.* vocatur *November*. A Lalamantio de *Anni ration.* appellatur *September*. A Guarino signatur *Ianuaris*: denique invenies *Anthesterion Martium nostrum*, in *Append. anno-*

Quomodo in nostris noscetur mensis Solis aut Lunæ naris exordium?

Cur in brachio Christi natus?

Prudentius

Unde varietas in Mensium designatione?

& totius operis argumentum.

taf. ad Plutarch. *Vir. illustr.* Non facile iudicium ex discordantibus. Quid dicam de intelligentia frequentis prisce inscriptionis, *Ex A. D. K. Iam*: idest, *Ex ante diem Kalend. Ianuar.* Non *pridie Kalendas Ianuar.* plurimi volunt intelligi, sed in ipsis Kalendis de quo Panvin. Boissard. & Goltz. tam in *Casar.* & *Obitio*, quam in *Fest.* Totum angiportus. Nec minus negotium facessit, quo mense principium anni. Vix unus invenitur, qui cum altero consentiat: de discordantia queruntur omnes, sed nemo conciliat. *Toth, Thoth*, vel *Thot*, est Ægyptiorum primus mensis. At quid non AA. de tempore, in quo *Thot*? Kircher. in *Prodr. Copt.* cap. 5. & in *Oedip.* Tom. 2. cap. 2. p. 2. class. 7. signat, 29. *August.* Serar. lib. 2. in *Iosue*, quæst. 25. ab ortu *Canicule*, dum Sol ingreditur *Leonem*: hoc est, 23. *Iul.* Petav. p. 2. *Rationar.* cap. 12. can. 1. ait: *Neomenia Thoth tam primo Ianuarij, quam ultimo Decembris.* Dicam cum Marone, *Eclog.* 3. v. 108.

Virgil. *Non nostrum, inter vos tantas componere lites.*

Ante anni correctionem per Iulium Cæsarem, idem inter Auctores versabatur; ut

obiervat Illustriss. Franciscus Blanchini, *Prolegom.* in Commentar. Anastasij Bibliothecarij de Vitis Pontificum Romanor. ad Chronolog. *Consul. & Casarum*, à fol. 152. Ibi enim ante præfatam correctionem distinctis diebus gesta illustrium figuntur; quod totum certum & falsum: igitur sæpe annus constabat 440. diebus (cum Tarquiniensis esset 355.) & mensis plerunque 40. diebus; quousque Cæsar ad 365. reduxit, tribus mensibus intercalatis. Unde cum nec sic cursui Solis (ut iuxta tempus responderent stationes, posset aptari) alia correctio facta per Augustum successorem in imperio; uti suo loco videbimus & annotabimus. Ne igitur sitientem lectorem siæ frigida transeam, exhibeo tabulam Mensium apud varias nationes, & anni initia; ut ipse conferat, & iudicium efformet, vel perficiat, calculans cui quis ex diebus respondeat. Ex varijs AA. singula erui, ac præfixi, prout iacent apud Bedam, Genebrard. Haye, Kircher. Tamay. Reusner. Ioann. Crispin. post *Lexic. Grec.* Gyrald. Redan. Leonclavium, in *Republ. Turcar.* §. 8. & Cotovicum, in *Append. Arab.* auctore Alphragano, quò *supr. n. 2.*

Prologus Galeatus;

TABULA MENSIIUM

Signa.	Sub tutela.	Romanor.	Hebrzor.	Post captivi- tat. Babylon.	Syrorum.	Chaldzor.	Ægyptior.	Græcorum. per Signa.	Athenienf.
Aquarius. die 21.	Iunonis.	Ianuarius.	Undecimus.	Sebeth. idest, Sceptrum.	Afchbat: Siubat. ex 28. dieb.	Tybi. 30. dieb.	Mechir. In 26. Ia- nuar.	Hydrochoos. die 20.	Gamelion. die 21.
Pisces. die 19.	Neptuni.	Februarius.	Duodecimus.	Adar. Requies.	Adar. ex 31. d.	Mechir. 29. d.	Phame- noth. In 26. Febr.	Ichthios. die 19.	Elaphobo- lion. d. 19.
Aries. die 21.	Minervæ.	Martius.	Abil. Primus; idest, Miraculum.	Nisan. Fuga. Initium An- ni Sacri.	Nisan. ex 30. d.	Phene- moth. 30. d.	Pharmuthi. In 27. Marj.	Crios. die 18.	Munychiô. d. 21.
Taurus. die 21.	Veneris.	Aprilis.	Zio. Secundus; idest, Splendor.	Ijar. Luna.	Eijar. ex 31. d.	Pharmuthi 29. d.	Paony. In 26. April.	Taurus. d. 20.	Targellon. d. 21.
Gemini. die 22.	Apollinis.	Maius.	Tertius.	Siban. Exercitius.	Aziran: Itaziran. ex 30. d.	Pachan. 30. d.	Payni. In 26. Maij.	Didymi. d. 19. Initium Ann.	Sciopho- rion. d. 22. Initiû An.
Cancer. die 22.	Mercurij.	Iunius.	Quartus.	Tamuz. necidium.	Tamouz. ex 31. d.	Payni. 29. d.	Epiphi. In 25. Ian.	Carcinos. d. 19.	Hecatom- bæon. d. 22.
Leo. die 23.	Iovis.	Quintilis. Iulius.	Quintus.	Ab. Pater.	Ab. ex 31. d.	Epiphi. 30. d.	Mefori. In 25. Iul.	Leon. d. 20.	Metagit- sion. d. 23.
Virgo. die 23.	Cereris.	Sextilis. Augustus.	Sextus.	Elul. Pernoctatio.	Eiloul. ex 30. d.	Mefori. 29. d.	Thoth. Initiû Ann. In 29. Aug.	Parthenos. d. 21.	Bordro- mion. d. 23.
Libra. die 23.	Vulcani.	September.	Septimus. Ethanim. idest, Fortitudo.	Tifri. Virtus. Initium An- ni Civilis.	Thizrin. 1. ex 31. d. Initium Anni.	Toth. 30. d. Initium Anni.	Paophi. In 28. Sept.	Zygius. d. 22.	Mzmafte- rion. d. 23.
Scorpius. die 24.	Martis.	October.	Octavus. Bul. idest, Venusstarcans	Marchesuat. Defitio.	Thizrin. 2. ex 30. d.	Paophi. 29. d.	Arbyr. In 29. Octob.	Scorpios. d. 21.	Pyanc- pion. d. 24.
Sagittarius. die 23.	Dianæ.	November.	Nonus.	Callen: Kisleu. Fiducia.	Conon. 1. ex 31. d.	Athir. 30. d.	Chzac. In 27. No- vemb.	Toxotes. d. 22.	Anthefti- rion. d. 23.
Capricor- nus. die 22.	Vestæ.	December.	Decimus.	Tebeth. Bonitas pul- chra.	Conon. 2. ex 31. d.	Choiac. 29. d.	Tybi. In 27. De- cemb.	Ægoceros. d. 21.	Pofideon. d. 22.

& totius operis argumentum.
APUD VARIAS NATIONES.

Macedonū.	Bythinor.	Cypriorum.	Cappadoc.	Arabum.	Perfarum.	Æthiopyum.	Turcarum.	Abissinor.	Mexicanor.
Geritius.	Aphrodisios.	Eadios.	Thrix.	1. Zjumada, Giamedi 1.	Mordad- mach.	Lecabit. d. 26. Jan.	Silchidze.	Tuba.	Tlacaxipe- naliztli. d. 6. Febr.
Dyltrus & Diofcurus.	Demetrios.	Pomz or. <i>Initium</i> Ann.	Mata.	2. Zjumada, Giamedi 2.	Sjahir- mach.	Megabit. 26. Febr.	Macharem.	Iachatit.	Tozacctli. 26. Febr. <i>Initiū An.</i>
Xanticus.	Hercos.	Aphrodisios.	Xallaltheri.	Recieb. Regab & Receb.	Mihrmach.	Miazia. 27. Mart.	Sepher.	Mascaram.	Hucito- zeuzli. 18. Mart.
Artemi- fius.	Hermios.	Apogoni- cos	Michri.	Sjaban, Séhaben.	Abaumach.	Gunbnoth. 26. April.	Rebuil- Evel.	Tiqmit.	Toxali. 6. April.
Dzifius.	Métroos.	Ainicos.	Apomena- ma.	Ramedhan.	Adurmach.	Seul. 24. Maij.	Rebuil- Achir.	Pafchnes.	Ezalioalit- zli. 26. April.
Pæremus, & Lous.	Dionysios.	Ionios.	Ardra. <i>Initium</i> Ann.	Sjavval, & Schevval.	Deimach.	Kmali. 25. Jun.	Dfuma- fel-Evel.	Peuni.	Tecuilhui- cintli. 26. Maij.
Acus.	Heraclzos.	Cefarcos.	Tetofia.	Dulcada & Dalkaida.	Bahmen- mach.	Nahafi. 25. Jul.	Dfuma- fel-Achir.	Epip. <i>Initium</i> Ann.	Hucitecuil- huitli. 6. Jun.
Gorpius.	Dios.	Sebastos.	Ofnonia.	Dulhazia & Dulchagia.	Asfendar- mach.	Mafarrum. 27. August.	Rezeb.	Mufri.	Micca- thuitcintli. 26. Jun.
Hyperber- teus.	Bendizos. <i>Initium</i> Ann.	Aytocrato- ricos.	Sondara.	Muharram, Muchar. <i>Initiū Ann.</i>	Fervvandir- mach. <i>Initium</i> Anni.	Techemt. 28. Sept.	Schaban.	Thoth.	Ucinic- cailh. 16. Jul.
Dius.	Sratzos.	Dymarche- zafios.	Artenia.	Tsafar & Sephar.	Ardahchi- schmach.	Hedar. 28. Octobr. <i>Initiū Ann.</i>	Ramadan.	Papa- ...	Uchpa- niztli. 6. Aug. 7.
Apellæus.	Arzos.	Plutitatos.	Artanestion.	Rabe prior. Rabic-Evel.	Chodad- mach.	Tchechtas. 29. Nov.	Schevval.	Hathur.	P- 26
Adinæus. <i>Initium</i> Ann.	Pericipios.	Archiercos.	Arcorata.	Rabe 2. & Rabic-Achir.	Tirmach.	Thir. 28. Decemb.	Silcade. <i>Initium</i> Ann.	Chiach.	

Prologus Galeatus;

Reliqui menses usque in 18. in quos Mexicani dividunt Annum; videris apud Acoftam & Kircherum, Tom. 3. *Oedip. Copt.* in *Theatr. Hieroglyph. cap. 4.*

8 Sicine in propositum curiosus compos voti fiet: equidem hic tam nomina Mensium, quam Signa cœlestia (à quibus apud aliquos nomina) & etiam Numina, sub quorum erant tutela, unde emanavit temporum discretorum nomenclatura. Vide Gyrald. libell. de *Annis & Mensib.* At sciendum est, inter Hebræos, duplex fuisse initium Anni, *Civilis* scilicet & *Sacri*, propter expressa, *Tom. 3. F. 8. n. 44.* Unde res civiles, uti contractus, à *Tizri*, sive Septembri, primo illorum mense, qui initium anni vulgaris. Sacra verò à *Nisan*, sive Luna Martij, similiterque reliqui successus Biblici, etsi de re civili & profana sit sermo; ut astruxi, quò dudum, *n. 46.* Hinc Hebræi in *Chronico maiore*, sive *Seder-olam Rabba*, deviant à vero circa historiam Noëticam, quoniam in autumnò collocant principium anni & Mundi. Petavius, 2. p. *Rationar.* lib. 3. cap. 13. defendit, annos Græcorum in lib. 1. *Machab.* à *Nisan*: in posteriore, numerari debere à *Tyzri*: ita ut anni prioris libri sex mensium intervallo, posterioris præcedant initia. Non huius loci est diatriba, quæ de causa supersedeo: sed præmittere, operæ pretium est; ea nimirum quæ narrantur de filijs Israël, post exitum ab Ægypto, intelligi debere de duobus primis annis ab exitu: videlicet, à cap. 12. *Exod.* usque ad 20. *Numer.* Gesta (nota) anni primi, à præfato cap. 12. Anni verò secundi, à cap. 1. *Levit.* usque ad *Numer.* 20. exclusivè. Hinc incipiunt gesta vergentis anni 40. ab exitu, Israëlitis in deserto Pharan vagabundis per 37. annos; in quibus nihil singulare ex Sacra Scriptura constat, præter Mansiones: hæque incerto tempore, quicquid dicat Rauchlinus, vel quisquis libelli præfati Auctor: tantum in *Seder-olam*, cap. 8. inveni: *Decimonono anno filij Israël iterum insanierunt, & manserunt 19. annis in Cadef-barne.* Modò in dies flectatur sermo, utpotè Ephemeridum necessarium articulum.

§. III.

De Diebus.

1 IN sententia Censorini & Macrobij, quò sape. Dies dicitur *Civilis & Naturalis*: hic ab ortu Solis, ad eius occasumque; qui constat vespere & mane. *Civilis*, qui etiam *Astronomicus* dicitur,

est spatium 24. horarum (quarum qualibet constat 60. minutis) resultans ex continuo gyro primi Mobilis, quo comprehenditur nox & dies. Quapropter dies *Astronomici* sunt æquales: *Naturales* verò secus, quippequàm à brumali Solstitio usque ad æstivum crescunt: decrescuntque rursus hinc illuc, præter accedit Sol ad polos, & recedit ab Æquatore; sub quo nonnunquam æquales & dies & noctes. Nobis dies maiores, quum Sol in tropico *Canceri*; & noctes in tropico *Capricorni*: etenim eò nox maior, quò dies brevior, & econtrà; quibus dies conficitur *Astronomicus*. Vide dicta, *Tom. 3. Tautolog. 8. à n. 2.* Quoad festivitatum solemnitatem, earumque periodum, variè acceptum à Nationibus dierum exordium; ut ait Macrobius, d. cap. 3. exprimit etiam Beyerlinck, quo supr. in *Theatr.* metrice.

Græci manè diem capiebant Solis ab ortu: Vespere Iudæi: seroantes sidera cœli, Dum Sol in medio fulget nitissimus orbe: Christianicola incipiunt medio sub tempore noctis.

Beyerlinck.

2 Apud Romanos erant dies *Festi*, *Profesti*, *Intercisi* (qui à Servio dicti *Disfisi*, utpotè partim religiosi, partim fasti) *Comitiales*, *Nundinales*, & *Ægyptiaci*, qui ab Astronomis etiam dicti *Puteales*. *Profesti* vocabantur, in quibus duntaxat ad negotia vacatio; & dividebantur in *Fastos* & *Nefastos*. *Fasti* erant, quibus Prætor causas expediebat: *Nefasti*, quibus iudicialia verba, *Do* scilicet, *Dico* & *Abdico* pronunciare, nefas. *Do*, quum potestas citandi in iudicium, concedebatur: hoc est, diem dicere, quem Paulus vocat *humanum diem*, 1. Cor. 4. 3. *Dico*, cum index sententiam fulminabat. *Abdico* demum, quum quis iure cedebat. *Festi* dies erant, qui ludorum spectaculorum, convivij, aut sacrificij gratiâ instituebantur, vel iam instituti fuerant. *Intercisi* dicebantur, quibus civiles, sacræque functiones agi quibant. Exponit Ovid. 1. *Fastor.* à v. 45. Macrobius, d. cap. 16. & Gyrald. loc. cit. *Comitiales* & *Nundinales* erant conventibus & nundinis destinati: illi, si suffragia à tribubus, sive Curijs essent accipienda: hi pro mercibus, seu emolumentis uniuscuiusque proprijs. Ita faciles captu notæ veter. *Kalendarij.* *F.* fastum diem signat. *N.* nefastum. *FP.* fastum priore parte, posteriore nefastum; sicut econtrà *NP.* priore parte nefastum, fastum verò posteriore. *EN.* intercisum, quod olim *Endotercisum*. Indicat *C.* diem Comitiale. Signatur sicine: *Q. R. C. F.* hoc est: *Quando Rex comitiavit, fas*; de quo 24. *Mart.* n. 6. Hæccine

Note illorum.

Nomina Mensium à Dijs, vel Zodiaci Signis.

Inter Hebræos annus sacer & civilis.

ies natu-
lis et ci-
vis.

& totius operis argumentum.

ne, dices, profectò trita. Profectò, verùm haud inficiaberis esse argumento necessaria.

3 Dies Ægyptiacus (ita dictus, propter Ægyptios inventores, de quibus Macrobr. d. cap. 14. asserit, *Solos divinarum rerum conscios*) ominosus ac funestus erat. A Romanis *Ater* dictus (Hispanicè, *Haziago*) propter aliquam insignem cladem acceptam; uti ipsis postridie Nonarum cuiusvis mensis in fide fuit. Ovid. *ibid.* à v. 57. *Nonarum tutela Deo caret: omnibus istis,*

Ovid.

Ne fallare cave, proximus ater erit. Omen ab eventu est: illis nam Roma diebus

Damna sub adverso, tristia Marte tulit. Propter Aliensem cladem (ut observant Macrobr. d. cap. 16. Liv. lib. 6. *sect.* 10. Plutarch. *Rom.* qq. 25. Cicer. lib. 9. ad *Attic.* epist. 4. & Alex. ab Alex. 4. *Dier. Genial.* cap. 20.) diem infaustum signarunt postridie Idus *Iulij*: cùmque exiguum illis pro superstitione videretur; atros ac ominosos habuere, quotquot postridie cunctarum Kalend. Iduum & Nonarum. Aul. Gellius, *Noct. Attic.* 5. cap. 17. Gyrard. Anton. Constant. & Paul. Marf. in loc. cit. *Ovid.* Præter hos ex aspectu maligno Planetarum, stauerunt Romani duos alios singulis mensibus; quos sine succo signat Ranzonius: incipit:

Dies Ægyptiaci.

Enric. Ranzon.

Prima dies mensis & septima truncat ut ensis, &c.

4 Superstitio olim prævaluit, & adhuc inter aniculos & sciolos stultissimè grassatur. Plures dies cavendos signat Manilius (4. *Astron.* cap. 1. à v. 444. usque in fin.) in singulis mensibus; sed cuius ponderis tantæ momenta, protulit, lib. 3. cap. 6. à v. 36. accinens:

Difficile est, in idem tempus concurrere cuncta:

Manil.

Et modò deest alius, modò adest, vicibusque recedit:

Aut redit, aut aliud mutatur tempore tempus.

Habemus salutem ex inimicis nostris. Difficile prorsum, alijs esse horam faustam, & alijs infestam. Si cuncta ex astris necessaria, in cunctis futura eadem: quod quidem quàm falsum, astruit Gregor. Magn. in *Evangeli.* homil. 10. in Esau & Iacob, adversæ & averse conditionis tam in physicis, quàm in moralibus. Ne claudicet ratio distinctione temporis (igitur si Iacob secutus in nativitate fratrem, hic proculdubio præcesserat: & in præcedentia, estò brevissima ortus, cunctorum astrorum, orbium velocissima pernitate, mutatus aspectus) efficacè videtur exemplum, apud Henric. Gan-

Vanitas observationis stellarum in actione.

davens. *Quodlibet.* 6. cap. 14. & Petr. Galtruch. *Physic. particul.* Tract. 3. disp. 1. cap. 2. in quodam monstro, cuius capita & superiores partes discretæ erant, inferiores autem copulatæ. *Bina capita* (inquiunt) *inter se perpetuis odijs dissidebant, semper appetebant contraria.* Non est effugium. Idem claret horoscopus, idem astrorum & Planetarum aspectus, sed in subiectis eiusdem impressionis pugnacissimus animus. Unde arbitror avellendum schema vagantis Lunæ per singula Signa (in quaslibet libera actiones humanas, vel indifferentes pro felicitate captanda, aut infelicitate fugienda) ab historia curiosa (in hoc, superstitiosa, & nimis) Maioli, Tom. 2. *Dier. Camicular.* Colloq. 4. simulque Ægyptiorum & Arabum, apud Kircher. Tom. 2. *Oedip.* p. 2. class. 7. cap. 10. ubi in eundem effectum describuntur influxus 28. Mansionum Lunæ, incipientis à porta *Via Lactææ*; & eius Stationes, Genijque, seu Angeli, nominibus distincti. Cuncta prohibentur cap. *Non licet.* 26. q. 5. & *Non observabitis.* q. 7. de quo *Isagog. Ian.* n. 5. Hæccine, quantumvis ab AA. seu Scriptoribus rideantur, profectò morionum ruina.

Mira singularitas in monstro superius binæ corpore.

5 Serio tractat Claudius Dariotus (qui quidem reiiciendus) in libell. de *Electioib. principior. idoneorum rebus inchoand.* ex quo videtur sumpsisse Maiolus, vel ex Hesiodo, in *Dieb. & operibus.* Ad Cæli Rhodigin. 14. *Lect. antiq.* cap. 9. plodeque quæ observanda præcipit Virgil. 1. *Georgic.* à v. 276. Ita enim his nugis Ethnici addicti, ut nihil agerent citra huiusmodi superstitionem. Audi Iuvenalem vel ridentem, *Satyr.* 6. à v. 567.

—Quid enim maius dare Numina possunt? Hæc tamè ignorat quid sidus triste minetur Saturni, quo læta Venus se proferat astro, Qui menses damnis, quæ dentur tempora lucro,

Iuvenal.

Illius occurfus etiam vitare, &c.

Quid Catholici, si irrident Ethnici? Consule D. Thom. 1. p. q. 116. Picum Mirandulan. in *Astrolog.* latèque Pererium in *Genes.* lib. 2. Quæ fides præstanda, potiùs auditur ex professore Astronomiæ. Manilius dicat: audiatur, lib. 3. cap. 6. v. 41.

Asperiosem ut agat mensem, si mensis in astrum

Latius inciderit, signum si triste dici, Si fortuna diem foveat, si durior horas

Manil.

Iccircò nihil in totum sibi credere fas est.

6 Apud Hebræos etiam dies fasti, aut civiles, Aliquando *Intercisi*, ut dies Phæse, cuius solemnitatis initium à vesperâ se-

Prologus Galeatus,

cunda, quæ prima erat Azymorum, uti fuisse diserui loc. cit. *Tom. 3.* Civiles & facti erant, quibus pervia tribunalia in ius, ac quodlibet opus corporale licebat. Festi dicebantur dies, quum hocine totum interdiceretur: nimirum, opus servile non necessarium. Necessarium his diebus superstitione ac ridiculè inhibebant fectâ traditione Rabbini, quos taxat Salvator N. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6. & Ioann. 5.* imò Virgil. lib. 1. *Georg. v. 268.* dicens:

Ordo dierum apud Hebræos.

Virgil.

Quippe etiam festis quadam exercere diebus Fas & iura sinunt.

Superstitio in observatione festorum.

Quapropter si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias, adhibitis operis liberasset; non est Ferias polluisse: nec ille, qui trabem festi fractam fulciendo, ab imminente vindicavit ruina. *Macrob. 1. Saturnal. cap. 16.* Discant Iudæi: at quid tunc, si nostro etiam tempore deliri? In Angliâ quidam iudex ioco festivo (ut refert Alapid, in *Deuter. 5. 14.*) barditatem contumacem cuiusdam Iudæi ingeniosè retudit: igitur Hebræo in puteum casu lapso accurrit, ut educeret, funemque demisit. Iudæus accipere renuit, dicentique: *Sabbatum colo, de puteo surgere nolo;* furridens iudex respondit: *Sabbatum quidem: Dominicum servabis ibidem.*

Vellicatio festiva in superstitio.

7 Dies festi à Deo instituti constant. Sabbathum, *Exod. 35. à v. 2.* Pascha seu Phase, *ibid. cap. 12. & Levit. 23. 5.* Pentecoste, *ibid. v. 15.* Clangor tubarum, *v. 24. & Numer. 29. 1.* Expiatio, *Levit. 23. 27.* Tabernacula, *v. 34.* Cætus seu Collectæ pertinent ad idem festum, sicut dies Azymorum ad Phase. His festivitatis addi possunt Annus Sabbaticus, *Exod. 23. 11. & Deuter. 15. 1.* simulque Annus Iubilæi, *Levit. 25. 8.* Alia Hebræi celebrantur festa, ab ipsis indicta, de quibus suis locis; sed hæc clarent à Deo populo decreta. Neomenia dici quit dies Intercisus (præter Neomeniam Septembris, seu *Tizri*, in qua fiebat memoria sacrificij Isaac: quare David, *Psalms. 80. 4.* vocat insignem solemnitatis diem, indiciturque *Levit. 23. 24.*) igitur nihil præter sacrificia iuebantur observari: ex devotione verò populi, uti festum inolevit (2. *Paralip. 2. 4. Judith. 8. 6. Isai. 1. 13. Osee. 2. 11. & 1. Mach. 10. 34.*) quo fomitem ad otium invenit lubricitas sceminarum. Hinc Augustini sententia: *Melius facerent Iudææ mulieres, si Neomenijs nerent, quàm in his impudicè saltarent.* Adi Alapid. in *Numer. 28. 11.*

Festa illorum à Deo decreta.

Abusus festorum.

8 Quæ apud Hebræos Neomenia, apud Græcos dicebatur *Numenia* (de quo 1. *Ianuar. n. 20.*) à Romanis *Kalendas*, à ver-

bo prisco *Kaloo*; idest, *Voco*; quia tunc plebs vocabatur in concionem, ut sciret quid illo mense agendum, & quæ festa, atque feriæ celebrandæ. Astruunt *Macrob. d. cap. 14. & Gyrald. de Ann. & Mensib.* suffragante *Hubert. Goltz. in Fast. à fol. 297.* Totum sumptum arbitror ab Hebræis: igitur cum à Luna signum festi & mensis, instante novilunio, uti supr. diximus. §. 2. n. 3. Synagogarum turrículas ascendebant Sacerdotes & Levitæ, ac Lunæ ortum populo tubarum clangore nunciabant, vel prænunciabant. Iubetur *Numer. 10. 10.* Turcæ morem retinent, ut observant *Gabriel Sionita, de Morib. Turcar. Cotovicus, cap. 6. & Ioann. Baptist. Montalvan, in Commentar. Rerum Turcic.* Causa institutionis Neomeniæ, fuit memoria Providentiæ Dei, sicut Sabbathum institutum fuit ob memoriam Creationis; quod congruit in Novilunio: igitur sublunariis corporibus Luna potentius dominatur, in ortuque maximè immutat. Ita *D. Thom. 1. p. q. 102. art. 4. ad 10. & Lyran. in Numer. 28. 11.* Hoc intuitu ab Ethnicis anni dicebantur *Phæbo*, idest, *Soli*; menses *Iunoni*, scilicet, *Lunæ*: etenim hæc menses, ille annos devolutionibus conficit. *Ovid. d. v. 55.* inquit:

Neomenia apud Turcæ?

Anni Soli, menses Lunæ cur dicantur?

Vendicat Ausonias Iunonis cura Kalendas,
Idibus alba Iovis grandior agna cadit.
Idus mensis idem est ac quasi mensis dimidium; ut per Signum cœlestè, ferè dimidio mensis respondens, mensis cognosceretur Astronomicus. *Kalendæ* ergo dicebantur à Romanis initia mensium sine respectu ad Lunam vel Solem: quæ quidem vox, estò inveniatur in AA. Græcis, & Orientalibus (pluriefque in Sacra pagina) non est propria, sed Interpretum: quare pro *Kalendis*, Hebr. legit: *Lunationes & Innovationes.* Pro Ephemeridis necessariò observandum est, quod monet *Hieronym. Tradit. Hebr. in 2. Paralip. 29.* nimirum, quoties non exprimitur in Sacra pagina dies, sed mensis duntaxat; eundem mensis diem intelligendum esse, ac præcessit in numero mensis: uti *ibid. v. 3. Anno & mense primo regni sui, ex Hebræe lingue idiomate (infir) etiam primus dies regni eius in hac descriptione subauditur.*

Ovid.

Quid Idus?

§. IV

De Diebus Sideralibus.

Dies ergo præter Ægyptiacos (vel propter Ægyptiacos) etiam *Siderales dicti*, respectu ortus Signorum

Dies Siderales

& totius operis argumentum.

Quid Asteris-
riserunt?

rum & aliarum Constellationum coelestium; expressi ab Astronomis nomine *Asteris-
riserunt* qui quidem nil aliud est, quam multitudo quaedam stellarum aliquam imaginem aliquomodo exprimentium. De his ergo diebus agemus, haud de Decretorijs, Criticis & Iudicativis, Medicos spectantibus, & extra nostrum propositum. Pro quo sciendum, ab Astronomis excogitari ortus & occasus *Cosmicos & Chronicos* (proprius, *Achronicos* ut observat à Sacro-Bosco in *Sphæ.* cap. 2. hicque simul Christoph. Clavius) quorum noticia instituto prorsum necessaria. Ortus Astrorum propriè est elevatio seu ascensio supra Horizontem: econtrà autem occasus est depressio stellarum seu occultatio infra Horizontem. Ergo propriè astrum oritur *Cosmicè*, quando una cum Sole matutino tempore ascendit; sicut propriè occidit *Cosmicè*, quum sub Horizontem, oriente Sole, descenderit. *Achronicus* ortus erit, dum emerferit, ascendens ad nos, Sole occidente: eritque tunc occasus *Achronicè*, quando infra Horizontem cum Sole demergitur. A Poëtis finguntur ortus & occasus *Heliaci* (à Sole, Græcè: *Helios*) *vespertini & matutini*: qui quidem non aliud, nisi radijs Solis proximis, vel disitis, stellam apparere, vel non apparere: videri posse, vel non videri. Quicquid sit, nostra non interest.

Quid ortus
stellarum &
occasus?

Cosmici, A-
chronici, &
Heliaci

2. Etiam ab Astronomis cogitantur ortus & occasus Astrorum respectu Signorum *Zodiaci*. Quare si claræ stellæ cum aliquo Signo oriuntur, aut occidunt; dicitur ortus vel occasus *Apotelesmaticus*: at si singulæ partes partes singulas signorum comitantur; dicitur *Monomærianus*: ex quibus cunctis resultant *Phænomena*: idest, aspectus astrorum, seu apparentia, quo titulo scripsit Aratus, quem commentarijs illustrarunt Cicero & Cæsar Germanicus, uti sæpe videbimus. Hinc *Myriogenesis*, quæ vox ficta ab Arabibus, Persis & Ægyptijs, ac sumpta pro puncto genethliaco, dicto latè *horoscopo*, fomite plerunque curiositatis in vacuis cerebris, & circumventionis in impostoribus. Significationes *Monomæriarum* consulens apud Firmicum, lib. 7. & 8. Manil. lib. 4. cap. 2. Ptolom. Pelusiot. *Quadripartit.* lib. 4. à cap. 1. Omar, de *Nativitatib.* fusèque Franc. Iunctin. de *Iudicijs nativit.* in *Astrologia Specul.* tract. 1. & 2. Etiam iacent apud Ioseph. Scaligerum in *Notis ad Manilij Sphæ.* haud utique in scientiæ iudicium, sed in plausum stultorum, decipi ambientium.

Apotelesma-
tici & Mo-
nomæriani.

Quid Phæ-
nomena &
Myriogen-
sis?

Manil.

Nec fas est, verbis suspendere mundum.

Dicam cum Manil. 4. cap. 1. v. 440. Conditio est circulatorum. Ipsi sibi & alijs somnia fingunt. Figan tamen huiusmodi deliria (quæ hieroglyphicas imagines appellat Kircher. in *Mathematic. Ægyptiorum*, cap. 5. tabul. 3.) prænt in Sphæris iacent. Separet lector pretiosum à vili, altioreque sensu in meliora retorqueat.

3. Ergo Sphære sunt *Barbarica*, à Firmico: *Ægyptiaca* à Ptolomeo; *Arabica*, ex Abraham Avenari in *Astrolog.* Abenephio, & Abenragel: *Persica & Indica* ab Abenezra; ut referunt Kircher. & Scaliger loc. cit. Auctores subodoror voluisse insanire in risum, & puerorum oblectamen, haud in Astronomiæ frugem; vel in sciolorum stuporem, ad ea quæ nec intelligi, uti voluntaria, possunt, quasi intelligerent, insipienter admirantes. Unde nil præterea pectus ex animo vomit, nisi quod in buccam venit. Dividunt primò opus ludicrum in ternos Signorum Decanos, qui dicuntur *Facies*, seu *Vultus* Signorum, vel *Horoscopi*; ita ut in 36. Horoscopos dividat totum Zodiacum, quibus præsent totidem Genijs; Angeli, Ephori, sive Præsides; unde directio influxus, quippe per *Facies* in Decurijs intelligebant Phænomena, ex quibus significationes operationum, quæ in Decanis per Signa ab Ephoris, sive illorum Genijs perficiuntur. Apud Ægyptios nomina Signorum non erant Animalium, sed Numinum, Ægypti propriorum (uti videbimus singulis mensibus die 21.) quare quos Animalium influxus Græci, Assyrij, ac Babylonij dicebant; Ægyptij vocabant Genium, seu Intelligentiam, dirigentem Signum in influxus, sive imaginis administratorem. *Diviserunt Ægyptij* (subdit Abenephios) *Circulum in duodecim arces, quarum prima est Aries, Genius eius Amun, administrator omnium eorum, cui ipsi subsunt ex elementis, lapidibus, plantis, animalibus.* Idem Trismegistus in *Asclep.* Iamblicusque in *Myster. Ægyptior.* quorum rotam videris apud Kircher. d. cap. 2. & 6. Cuncta comprehendit Manilius, accinens, 1. *Astron.* cap. v. 108.

Sphæra va-
ria.

Ordo illa-
rum.

Genij &
Præsides.

— Totumque animo comprehendere cœlū,
Attribuitq; suis formas, sua nomina Signis,
Quasq; vices agerent, ecclā sub lege notavit:
Omniaque ad Numen mundi, faciemque mo-
veri,

Manil.

*Sideribus vario mutantibus ordine fata.
Has autem fecies rerum per Signa locatas,
In quibus omnis erit fortuna cœdita summa,
Athla vocant Græci.*

4. Dicuntur divisiones Signorum *Decani*,

Decani.

Prologus Galeatus,

ut, quia cum tricenarum partium singula sint signa; unumquodque tres Decurias habet; in quibus alterationes rerum notabiles sunt: ita ergo Facies illæ notantur nomine Decanorum, tanquam capita nobiliora, indicantia iuxta climata diversa (ex variatione morphoseon, seu figurarum) diversitatem operationum ac munerum. Unde si in Græcia, aut Ægypto sub Tauro natos, prænucciamus agricolas; in Perside, iuxta Facies prædicendi sunt Reges. Apage, succentet bilis. Quis sustinebit delirantem Manilium?

Longaque per certos signantur tempora cursus:

Idem.

*Tunc & opes & regna fluunt; & sapius orta Paupertas, artesque data, moresque creati, Et vitia & clades, damna & cõpendia vite. Hæc & alia, quasi felicitis acerbæque fortis leges inveniantur in Sphærarum Decanis, & Faciebus. In Sphæra Arabica nulla dies sine linea. Semper aliquid novi: at quo iure? Arabes malè feriati, à malè feriatis Myriogenses acceperrunt: ait Scaliger d. ante Monomæ. Si ita qui nugatores plaudir, quid qui plodit, & explodere debet? Vitam hominum solus hic Conditor, qui creavit, administrat: subdit Gregor. quò supr. Si à signis cœli timendum non est, minùs profectò à fideis indicationibus: maximè cum in præfatis Sphæris (præter Ægyptiacam, quanvis non totam) non tam res, quam hieroglyphica & voluntaria præstantur. Nihilominùs tamen apponam pro curiositate, non cuilibet obvia; vel ne dicatur prætermissum incuriã, haud quia verum; aut verosimile cogitem. Ioann. Iovian. Pontan. in Prolom. Centiloq. sentent. 95. species, imagines ac simulacra hæccine figit in ortu stellarum, ad imaginariam vim imprimendam in genituris & horoscopis, pro cognitione inclinationis nascentis, in quæ propensioris: quandoquidem eius specimen in stella aut constellatione videtur. Io! Rideatur, vel irrideatur. Ingerit igitur uti necessarium, quod supponit uti fictum: ideoque, 1. de Reb. Cœlestib. cap. 38. inquit: *Simulacrorum enarratio anilia multa continet.**

5 In aliqualem notitiam dicendorum in Mensibus (ut qui voces & res ignorant, huc in perceptionem recurrant) aliqua Astrologica pretium erit, prælibare, ex varijs Scientiæ huius peritissimis, scilicet, Claud. Ptolomeo, Iul. Firmico, Hygin. Cæsare German. Claud. Darioto, Cornel. Gemma, Ioann. Schoner, Tychone, Franc. Pifferio, Copernico, Albumassar (aliàs, Almanzor)

Sacro-Bosco, Arato, Alphragano, Callistio, Christophoro Clavio Iunctino & alijs citand. apud quos invenitur differentia Astrologiæ & Astronomiæ: quatenus illa considerat Astrorum coniunctiones, cœlorum conversiones; ex hisque eventus, & significationes influxuum. Astronomia verò motus tantum orbium cœlestium & Astrorum. Unde supposito horum motu, tanquam in seopum scientiæ huius professores collimant in Zodiacum: qui quidem circulus est, dividens Sphæram in duas partes æquales; cuius latitudo est 12. graduum, longitudo verò 360. In Firmamento, seu Sphæra octava sunt Sidera, quæ dicuntur Fixa, in cuius ambitu tot sunt stellæ, quot radices linguæ Sanctæ, seu Hebraicæ, nimirum, 1022. ex quo sinxerunt Rabbini Alphabetum cœleste, quorum delirium impugnavimus Tom. 6. T. 1. à n. 16. Tycho Brahe ait, observasse in Dania plures esse; sed pauciores, quam 1100. uti alij contendunt. Plin. lib. 2. cap. 41. asserit; à peritis signari 1600. insignes effectus, visuque. Vide vera apud Clavium in cap. 1. Sphæ. In plaga Septentrionali sunt 360. primæ magnitudinis tantum 3. secund. 18. tert. 84. quart. 174. quint. 58. sext. 13. nebulosæ, 1. obscuræ, 9. In Australi verò plaga sunt 316. prim. magnit. 7. secund. 18. tert. 60. quart. 168. quint. 53. sext. 9. nebulosæ, 1. In Zodiaco sunt omnes 346. prim. magnit. 5. secund. 9. tert. 64. quart. 132. quint. 106. sext. 27. nebul. 3. luminosæ, 1. obscur. 2. in Coma Berenices sunt extra numerum. Liquec numerus in tota Sphæra, 1022. stellarum. prim. magnit. 15. secund. 45. tert. 208. quart. 474. quint. 217. sext. 49. nebul. 5. obscuræ, 9. excepta Berenices coma. Totum ergo intelligendum de stellis notis; quippe aliquando visæ novæ, uti observavit Cornel. Gemma, de Divin. character. & nos; Tom. 1. T. 1. n. 22.

6 Prope polum Antarticum, seu Australem, nullas esse stellæ, asserit Clavius, quò dudum. Stella propior est 34. sub musculo sinistri pedis Centauri. Unde ut ille subdit, fabulosum omninò, quod vulgò dici solet; lucidissimas ibi fulgere stellæ, formam Crucis referentes: nisi intelligamus stellæ in Centauro, 29. 31. 33. & 34. quæ figuram instar Crucis constituunt. Aliiter Manil. sed tantum cogitat, 1. Astron. cap. 5. à v. 164.

Quæque intra gelidum Capricorni sidus, & axem

Imo subnixum vertuntur lumina mundo, Altera pars orbis sub aquis iacet invia nobis, Igno-

Discrimen Astrologiæ & Astronomiæ.

Quid Zodiacus?

Stellæ tantum sunt 1022.

In polo Antartico nulla stella.

Manil.

Deliria ex phanomenis

Quid simulacrum & imago Astronomi?

& totius operis argumentum.

*Ignotasque hominū gētes, nec tranſiſta regna
Commune ex uno lumen ducentia Sole,
Diverſas umbras, lævaque cadentia Signa,
Et dextros ortus cælo ſpectantia verſo.
Nec minor eſt illis mundus, nec lumine peior,
Nec numeroſa minūſ naſcuntur ſidera in
orbe.*

Prope noſtrum polum Borealem mira fulget pulchritudo cœli, ſtellis claris & obſcuris infertati, Conditoris opera eximia eximiè annunciante Firmamento : equidem 48. imaginibus, ſive conſtellationibus micat, quarum nomina à proprietate quadam, configuratione, aut ſtellarum diſpoſitione, ſunt apud omnes accepta; exceptis præcis Ægyptijs, eis imponentibus nomina Numinum, ut diximus, num. 3. Ordo ergo totius Sphæræ ſic ſe habet.

7 Dux *Urſæ* ita ad noſtrum polum vergunt, ut *Minor* ſit pedibus verſus polum, *Maior* tergo, averſis caudis. In extremo enim *Urſæ Minoris* eſt ſtella *Polaris* Zodiaci. *Urſa Minor* dicitur *Cynofura*, ſicut *Maior*, *Helice*. Inter has flexuoſè labitur *Draco*, ſuper cuius caput *Hercules* clavam tenet, quaſi percuffurus (dictus *Engonafis*) capiteque *Serpentarium*, ſeu *Ophiuchum* attingit; ita ut pedibus vergat in Boream, & *Serpentarius* in Auſtrum: qui quidem uno pede premit *Scorpionem*, & altero eclipticam radit, utraque manu tenens *Anguem*, cuius caput iuxta *Coronam*: quæ utique fulget poſt *Herculis* tergum, diciturque *Borealis*, ſive *Corona Ariadna*. Poſt *Bootes*, ſeu *Arctophylax*, pedibus iuxta *Virginem*. Sub manu ſiniſtra *Herculis* collocatur *Lyra* (quæ etiam dicitur *Vultur cadens*) cuius manubrium ad Auſtrum vergit. Deinde *Aquila*: retrò vel pones, *Telum*, ſeu *Sagitta*. Sequitur *Cygnus* (etiam *Olor*, *Avis*, *Gallina*) qui expansis alis *Lyræ* tangit, & cauda tendit in *Cephei* caput, hærentis uno brachio verſus *Draconem*, & altero verſus *Caſſiopeiam*, pede verò circiter pedem *Urſæ Minoris*. In regione *Tauri* eſt *Eriſthonius*, *Auriga*, ſive *Herſiobus*, in cuius humero inſident *Hædi*. Ante illum eſt *Perſeus*, caput *Medusæ* (ab Arabibus & Hebræis, *Caput Diaboli*) ſiniſtrà tenens manu, dextrà gladium, cuius capulus *Caſſiopeiam* penè attingit. Ante *Caput Medusæ* eſt *Deltoton*, ſive *Triangulus*. Hinc *Andromeda* vergens pedibus in *Perſei* caput, capiteque in *Pegaſum*, ſeu *Equum alatum*; qui quidem altero pede *Cygnum* in ala, & capite tangit *Equiculum*, collocatum inter *Delphinum* & *Pegaſum*.

8 In parte Auſtrali prima conſtellationis

eſt *Ara*, *Lar*, ſeu *Thuribulam*, ſub aculeo *Scorpionis*, ſub cuius corpore anteriora *Centauri*, iuxta hunc *Beſtia*, ſeu *Lupus*: *Hydra*que flexuoſè delabitur in regionibus *Cancris*, *Leonis* & *Virginis*. Iuxta *Hydræ* verſus *Leonem* lucet *Crater*, *Patera*, ſeu *Urna*; & verſus *Virginem* vergit: caput verò *Hydræ*, *Procyon*, *Canis Minor*, ſeu *Antecanis* præcedit; & *Hydra* habet inter ſe & Zodiaci polum Auſtralem, *Argum*, ſive *Navem*. Prope hanc micat *Canis Maior*, & ante hunc *Lepus* ſub pedibus *Orionis*; qui eum penitus premit: à quo quidem videtur fluere *Eridanus*, ſeu *Nilus*, qui etiam antonomatiçè dicitur *Fluvius*; poſt quem *Cetus* ſub *Piſcibus* & *Ariete*. Ibi *Corona Auſtrina*, ſeu *Rota Ixionis*, apud *Aram* ſub pedibus *Sagittarij*; ſicut ſub ſiniſtro pede *Aquarij*, rutilat *Piſcis Auſtralis*, ſeu *Notius*. Denique coruſcat *Corvus* inter *Hydræ* & *Urnam*. Alia nomina & imagines Aſteriſmorum horum erant apud Ægyptios, uti in Menſibus ſingillatim videbimus. In Zodiaco autem ſunt 12. Conſtellationes, quæ dicuntur Signa, ſcilicet: *Aries*, *Taurus*, *Gemini*, *Cancer*, *Leo*, *Virgo*, *Libra*que, *Scorpius*, *Arcitenens*, *Capre*, *Amphora*, *Piſces*.

Sub *Triangulo* ſitus eſt *Aries*. *Taurus* ſub *Eriſthonio* & *Perſeo*. *Gemini*, *Cancer* & *Leo* ſub *Maiore Urſa*. *Virgo* ſub *Boote*. *Libra* & *Scorpius* ſub *Serpentario*. Sub *Aquila* *Sagittarius*. *Capricornus* ſub *Delphino* & *Equiculo*: ſub hoc & *Pegaſo* *Aquarius*. Denique ſub *Pegaſo* & *Andromeda* *Piſces*. Nomina apud Ægyptios iuxta ſchema *Triſmegiſti*, reſpondentia Signis ordine præfato, ſunt *Amun*, *Apis*, *Hercules-Apollo*, *Hermanubis*, *Momphta*, *Iſis*, *Omphta*, *Typhon*, *Nephte*, *Anubis*, *Canopus*, *Ichthon*. Hæ ſunt in Sphæra conſtellationes. Metricè deſcriptas leges apud *Aratum*; & in eo *Germanic. Cæſar. Seneca* innuit in *Thyſt.* à v. 845. *Manil. lib. 1. cap. 5.* *Anſon. Edyl. 13.* & *Iovian. Pontan. latè* in ſua *Urania*.

9 Zodiacus dividitur in 12. partes æquales, ſcilicet in 12. præfata Signa, de qua diſiſione, & Signorum coaptatione, ac conditione; *Firmicus 2. Matheſeos*, à cap. 1. de genituris, ſeu myriogenèſi ex influxu Planetarum; toto lib. 7. & *Iunctin. in Speculo*, libell. de *Iudicijs natiuitatum*, à cap. 1. Etiam dividitur quodlibet Signum in 30. partes, quæ *Gradus Signi* dicuntur: quæ ratione, ut diximus, tota Zodiaci longitudo conſtat 360. gradibus. Gradus quilibet etiam ſubdividitur in 60. minuta; & minuta ſimiliter in ſecunda, & ſic uſque in infinitum

Ordo conſtellationum Borealiſum.

Auſtraliſum.

Zodiaci.

Clav.

Illarum ſignorum.

Nomina Signorum Ægyptiorum.

Qui gradus Signorum

Prologus Galeatus,

rum per sexagenariam multiplicationem. Deinde Signa dividuntur in Australia & Borealia media eclipticâ æquè secante, ita ut hinc & hinc sint Signa sex; sicut *Aquator* est circulus Sphæram dividens in duas partes æquales, parem utriusque versus mundi polos distantiam relinquens: in quo si Sol steterit, toto orbi terrarum dies & noctes æquales fient. *Ecliptica* discindit totum circulum Zodiaci in latitudinem: ita ut signa quæ declinant ab *Æquinoctiali* versus Septentrionem, sint *Borealia*; & quæ versus meridiem, sunt *Australia*. Illa sunt ab *Arietis* usque ad *Virginem* inclusive: hæc autem à *Libra* usque in *Pisces*. Circulus hic dicitur *Ecliptica*, quippequam dum Sol & Luna linealiter sub illa, sunt eclipses: Solis, in novilunio, interpositâ Luna rectè inter aspectum nostrum & corpus Solare: Luna verò, in plenilunio, interpositâ terrâ inter illius corpus & corpus Solis, oppositum Lunâ ex diametro. Nonnulli *Eclipticam* usurpant pro *Zodiaco* (nullâ habitâ ratione latitudinis Zodiaci) præut est circulus, seu via Solis; quia semper Sol sub illa proprio motu cursum peragit.

io Uterius Signa dividuntur in rectè & obliquè ascendentia. Rectè ascendunt *Cancer, Leo, Virgò, Scorpius, Libra & Sagittarius*. Obliquè, reliqua. Obliquè ascendentia obedire dicuntur rectè ascendentibus. Ortus rectus dicitur Signorum; quando cum eis maior pars *Æquatoris*, seu *Æquinoctialis*, quàm Zodiaci ascenderit: obliquus verò econtrâ, quando scilicet maior pars Zodiaci oritur, quàm *Æquatoris*. Principium rectitudinis à *Cancro*; obliquitatis, à *Capricorno*. Ex his Signis alia dicuntur *Fixa*, alia *Mobilia*, alia *Media*, seu *Communia*; dividuntur annuum per quatuor tempora: *vernale*, nimirum, *æstivale, autumnale*, & *hyemale*; quolibet Zodiaci quadrante angulis stationibus anni respondente. Unde Signa *Mobilia* dicuntur *Aries, Cancer, Libra & Capricornus*, in quibus initia quatuor temporum; quippe in ipsis Signis fit mutatio unius temporis stationis in aliam. Perperam Claud. Dariotus, d. animo libero hominis hæc acceptiones accommodat. Propter mobilitatem prædicta quatuor Signa dicuntur *Cardinalia*. Econtrâ vocantur *Fixa* seu *immobilia*, *Taurus, Leo, Scorpius & Aquarius*; quia in illis complexio temporis firma est. *Media* verò, seu *communia* dicuntur *Gemini, Virgo, Sagittarius & Pisces*; quia cum sint extrema illorum temporum, aliquid commune cum quolibet in qualitatibus habent. Etiam erga hæc

cine infantis Dariotus. Secantur quoque Signa in quatuor triplicitates, eodem intuitu pro qualitate temporum & humorum, elementorum analogia. Ignæ triplicitatis sunt *Aries, Leo, Sagittarius*; quia Signa calida, sicca, biliosa, amara, diurna, masculina & orientalia. Triplicitatis terrez sunt *Taurus, Virgò, Capricornus*; quippe frigida, sicca, melancholica, acida, nocturna, feminina & meridionalia. Aërez triplicitatis, *Gemini, Libra, Aquarius*: igitur calida & humida, sanguinea & dulcia, masculina & occidentalia. Aquæ demùm triplicitatis, *Cancer, Scorpius, Pisces*: etenim frigida & humida, pituitosa, insipida, feminina, nocturna & septentrionalia. *Masculina & feminina* dicuntur metaphoricè, quia alia adinstar maris, plus virium habent ad agendum, alia verò ad passiones sunt aptiora. *Orientalia* vocantur, &c. quoniam has orbis plagas respiciunt. *Diurna* verò & *Nocturna*, allusione in diei pulchritudinem & noctis horrorem: etenim diurna in sua ditione natos, clariores, albiores & pulchriores reddunt: nocturna deformes, nigros ac turpes. Zodiacus ergo divisus est in hæc cene 12. Signa, propter diversos aspectus, ut dicemus statim in Planetis. Etiam dicuntur Signa videntia & audientia, cæca & surda, vel surda tantum, vel oculata tantum. Quæ sint, refert Firmicus, d. lib. 8. cap. 2. Quomodo, præmissimus Tom. 7. *Tautolog.* 8. à n. 31.

II *Planeta* Græcè, Latine *Sidera errantia*, dicuntur septem lumina vaga: *Luna*, scilicet, *Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter & Saturnus*. Hic est frigida & sicca qualitatis, melancholicus, naturæ humanæ inimicus, vitam destruens, malevolus (aptius, *maleficus* vel *malignus*) masculinus, diurnus, & maior *infelicitate*, quàm Astro nomi dicunt *Infortunam*. Conficit cursum spatio 30. annor. Ita Sacro-Bosco, sed Gallic. lib. 1. cap. 5. *Theatr.* signat tantum 29. ann. 155. dies & 3. hor. *Iupiter* econtrâ, naturæ amicus est, calidæ, humidæ & sanguineæ conditionis, masculinus, diurnus, *fortunæ*que maior. Peragit cursum 12. ann. vel 11. dieb. 314. hor. 13. minut. 12. *Mars* calidus est immoderatè & siccus, cholericæ qualitatis, nocturnus, malevolus, & *fortunæ* minor. Cursus eius perficitur 2. ann. vel aptius, ann. 1. dieb. 321. hor. 16. minut. 34. *Sol* Planetarum Princeps, uti *Luminare* maius, calidus est & siccus moderatè, masculinus, diurnus & *beneficus*, *fortunæ* per aspectum, & *infortunæ* per corporalem conjunctionem minor. Zodiacum percurrit in anno:

Quid Borealia quatuor?

Quid Ecliptica?

Quid Ecliptica?

Quæ Signorum ascensio recta & obliqua?

Quæ Signa mobilia, & cardinalia?

Fixa & Media?

Quatuor triplicitates elementares.

Quid in Signis masculinum, femininum, diurnum, nocturnum, Orientale, &c?

Planeta.

Saturnus.

Iupiter.

Mars.

Sol.

& totius operis argumentum.

Venus.

anno. *Venus* frigida est & humida temperate, foemina, nocturna, & benefica natura, conditionis phlegmaticae: in cursu *Solem* comitatur. *Mercurius* promiscuus est, penitusque communis ac volubilis: masculinus cum masculinis, cum foemininis foeminus, cum calidis calidus, cum humidis humidus, *fortuna* cum *fortunis*, praecipue benevolo aspectu, vel corporis applicatione. Etiam in cursu sequitur *Solem*. *Luna* tandem frigida est & humida; etsi aliquatenus calefaciat, magis humectat. Naturam, seu qualitates adinstar *Solis*; in anni temporibus per quartas suas immutat. Foemina est & nocturna, cunctarum virtutum ac impressionum aliorum Planetarum in sublunaria delatrix. De eius cursu diximus, §. 2. n. 1. Intersectio, seu linea illa, per quam *Luna* movetur ab Austro versus Septentrionem, dicitur *Caput Draconis*: reliqua vero intersectio, per quam a Septentrione movetur ad Austrum; vocatur *Cauda Draconis*. Haec constellatio cum bonis Planetis est mala, cum malis bona: ita ut bonorum bonitatem, & malorum malitiam minuat. Econtra *Caput Draconis*: adinstar *Mercurij*, cum bonis est bonum, cum malis pessimum: bonorum namque bonitatem, ac malorum malitiam adauget.

Luna.

Cauda & caput Draconis.

12. In aliquibus Constellationibus Planetæ, quasi potestatem exercentes, magis viribus utuntur; quæ ab Astronomis validiores ac fortunati dicuntur; & quia illorum natura symbola Constellationibus, & quia ex utrifque, uti unita, vehementior virtus. Hinc Planetarum manant celebres stationes, quas Prisci indigitabant *Essentiales dignitates*. Hæ sunt *Domus*, *Exaltatio*, *Triplicitas*, *Terminus* & *Facies*. Ergo *Domus* dicitur affinitas qualitatum inter Signum & Planetam. *Soli* & *Luna* unica duntaxat signatur *Domus* (etsi reliqui Planetæ duplicem habeant, nocturnam & diurnam binis in Signis). *Luna* *Cancer*, *Soli* *Leo*, quia isthæc Signa, nostro vertici propiora, ac maiorem ætatis partem constituentia, conveniunt in qualitibus cum his Planetis. *Cancer* *Luna* domus, frigidus est, foemininus, nocturnus & mobilis: *Leo* vero, domus *Solis*, calidus, siccus, masculinus, fixus & diurnus, ut est *Sol*. Quare cum Planetæ non æquale potestatem exercent in cunctis Signis; sed singuli in eo, vel eis, quibus amplior invenitur naturæ ac qualitatum proportio (ex qua maior conformatio) in proprijs domibus maiorem habent virtutem & potestatem. Ita *Saturnus* in *Capricorno* & *Aquario*. Hoc Signum est domus

Quid Domus illorum & quibus in Signis?

cuius diurna, illud nocturna. *Iovis* domus nocturna est *Pisces*; diurna *Sagittarius*. *Martis* diurna, *Aries*: nocturna *Scorpius*. Sic *Veneris* nocturna: *Taurus*, *Libra* vero diurna. *Mercurij* diurna domus *Gemini*: *Virgo* autem nocturna est. Unde domus diurna, Signum diurnum dicitur; nocturnumque, nocturna domus. Similiter in domibus proprijs Planetæ signantur validiores, sicut in domibus oppositis valde infirmi. *Fortuna* & virtus Planetarum roboratur; dum sunt in domo amici sui: uti cum *Mars* est in *Tauro*, vel *Libra*, domibus *Veneris*, amica *Martis*; cui cæteri Planetæ inimici, maxime *Iupiter* & *Sol*. De illorum amicitia & inimicitia, consule Galluc. d. lib. 2. cap. 12. Hæc Planetarum dignitas omnium dignitatum illorum minima est. *Fortuna* illorum augetur cum virtute, seu potestate (hoc enim dicitur *Fortuna*) in *Angulis succedentibus*, vel quando *Ascendentem* aspiciunt: maxime dum sunt in domibus sui gaudij; ut *Mercurius* in prima domo ex 12. de quibus infr. num. 20. Iuvatur enim virtus illorum *Trino*, *Sextili*, vel saltem *Quadrato*, aspectu bonorum Planetarum: v.g. quum in *Corde Solis* sunt (idest, secundum longitudinem & latitudinem ei iuncti tanto spatio, quantum semidiametri *Solis* & Planetæ conficiunt) tunc conduplicantur Planetæ vires; unde dicitur: *Mercurius in corde Leonis duplex Mercurius est*.

Ubi maior illorū Fortuna?

Quid est esse in corde Solis?

13. Alia ex essentialibus Planetarum dignitas, est *Exaltatio*: quæ quidem nihil aliud est, quam locus respectu *Zodiaci*, quo illorum potestas naturali quadam sublimitate erigitur; uti *Soli* accidit in 19. grad. *Arietis*: illic enim elevatur, quia tunc vergeré incipit in Septentrionem, & dies incipiunt crescere. Ita casus *Solis* in 19. grad. *Libra*, propter oppositam causam. *Libra* quæ casus *Solis*, naturæ conservatoris, est exaltatio *Saturni*, inimici naturæ, in grad. 21. *Martis* exaltatio in grad. 28. *Capricorni*. Planetæ *Iovis* in *Cancer* grad. 15. *Veneris* in *Pisces* 27. grad. *Mercurij* in 15. *Virginis*, sicut *Luna* grad. 3. *Tauri*. Etiam grad. 3. *Geminorum* exaltatur *Caput Draconis*; sicut *Cauda* sublimatur grad. 3. *Sagittarij*. Hinc oritur apud Astrologos, quam vocant ridiculè *Fortunam*, patris afferentes sub horum horoscopo, amplissimam felicitatem, sicut ex Planetarum casu, contrarios omnino influxus.

Exaltatio Planetarū, quid?

14. Sequitur alia Planetarum dignitas, nimirum, *Triplicitas*, quæ invenitur in Signis; uti diximus, num. 10. Planetæ ergo sunt harum triplicitatum Præsides, seu Do-

Prologus Galeatus,

mini: Triplicitas ergo Signorum tribus Planetis regitur, quorum prima praefectura in die, altera, nocte: tertia, communis, quia primis Planetis interiecta. Prima Triplicitas est, & dicitur *Ignia*; quam moderantur *Sol, Iupiter & Saturnus*. *Sol* in die, *Iupiter* nocte, nocte dieque *Saturnus*. Triplicitas secunda, quae dicitur *Terrea*, habet Praefides *Venerem, Lunam & Martem*: hunc in utroque tempore, *Lunam* nocte, *Venerem* in die. Tertia, quae *Aerea*, gaudet Dominis *Saturno, Mercurio & Iove*. Dies à *Saturno*, nox regitur à *Mercurio*: utrumque Iupiter moderatione coadiuvat. *Aquea* denique triplicitas Rectores habet *Venerem, Martem & Lunam*. Hæc utroque dirigit tempore, in die *Venus, Mars*que nocte. Hæc embolia excogitarunt Astronomi; & quod peius, fidem præstant.

15 Post hæc dignitates est dignitas *Terminorum* Planetarum, qui etiam vocantur *Fines*; extra quos parum aut nihil valet virtus Planetarum in Signis, & intra quos, proportionaliter ad partes Signorum, prævalet magis Planetarum potentia. In reliquis dignitatibus fit proportio totius cum toto: in hac autem, totius virtutis Planetarum cum partibus Signi. Hæc inventio fuit Ægyptiorum, etsi in divisionem terminorum, illorum assignationi contradicat Ptolomeus. Apud Chaldæos variantur termini Planetarum, ut videri quit apud Thom. Stanleium in *Philosoph. Oriental.* l. 1. sect. 2. à cap. 20. Nos sequemur, quam facit Iovian. Pontan. in lib. de *Rebus Cælest.* uti exhibebimus in *Mens. Isagog.* Totius Zodiaci (divisi in grad. 360.) ratione *Finium*, seu *Terminorum*, tribuuntur *Saturno* grad. 50. *Iovi*, 79. *Marti*, 66. *Veneri*, 89. *Mercurio*, 76. *Sol & Luna* fines non habent: regnant enim inter Planetas. Signiferi totius imperium penes illos esse, constat. *Sol* igitur medietate, quæ à sua domo incipit (nimirum à *Leone, Capricornum* usque) clauditur. Similiter *Luna* à medietate (quæ à principio *Aquarij*, usque ad *Canceri* finem) se porrigit. Sunt igitur *Sol & Luna* in illis medietatibus, sicut Planetæ reliqui in suis finibus.

16 Ultima dignitas Planetarum est, quæ dicitur *Facies*. Zodiacus in longitudinem supponitur divisus in 12. Signa: Signum quodlibet in 30. gradus: hi gradus subdividuntur in tres portiones æquales; quas *Facies* Planetarum dicunt Astronomi, qualibet continente denos gradus, unde nomen *Decuriarum*, & *Decanorum*; iuxta Manilium, 4. *Astron.* à v. 298. cap. 1.

Quam partem decimã dixerit Decania gentes. A numero nomen positum est, quod partibus Astra

Condita tricenis propria sub sorte feruntur. In his locis singuli Planetæ dominio gaudent: *Mars* principium obtinet, quia prima *Arietis* facies *Marti* tribuitur, secunda *Soli*, tertia *Veneri*. Sic primam *Tauri Mercurius* possidet, secundam *Luna*, tertiam *Saturnus*: unde prima *Geminorum* est *Iovis*, secunda *Martis*, & sic deinceps secundum ordinem Planetarum, & successionem Signorum. Nota ne in æquivoco sit labor, *Facies* esse æquivocum: significat enim *Decuriam*, Rectorem, seu Genium *Decuriæ*, & simulacrum, seu imaginem Phænomeni, signatam per hieroglyphica, uti diximus n. 3. & 4. ad *Myriogenesim*, sive *Horoscopum*; & exhibebimus die 1. 11. & 21. cuiusque Mensis. Dominantur huiusmodi systematibus Planetæ, sicut afficiuntur infortunio; dum sunt *Cadentes* sub angulis, *Ascendentem* nec respiciunt, vel extra suas dignitates existunt, vel sunt in dignitatibus inimicorum. Unde Planeta dicitur *Vacuus*, ab uno separatus, & ab alio non receptus: sicut Planeta *Ferinus*, qui Signum tenet, quod nullus Planeta respicit. Dicitur Planeta *Peregrinus*, modò sit extra suas omnes dignitates: sicut *Combustus* iuxta nonnullos, dum sub radijs Solis, vel in *via combusta* est (de qua die 3. *Octobr.* n. 1.) quia vires Planetarum augentur vel languent respectu habitudinis ad Solem: iuxta alios, solum dici potest Planeta *Combustus*, dum terni nequit, nec oculis se offert propter nimiam propinquitatem ad Solem. Summe dicitur *Combustus*, dum infr. grad. 12. remanet, quia tunc oppressus. Denique Planeta dicitur *Triumphans*, vel esse in *Carpento*, quasi in curru; ubi duabus aut tribus dignitatibus gaudet: *Domo*, & *Exaltatione*, vel simul *Termino*. Prætermitto alia, quæ operi non necessaria, uti *Almugiam*, & *Dodecatemoria*, videnda apud Gallucium d. lib. 2. cap. 10. & Pontan. 1. de *Reb. cælest.* cap. 42.

17 Aspectus Planetarum quinque sunt: *Coniunctio*, scilicet, *Sextilis*, *Quadratus*, *Trinus* & *Oppositio*; qui solent etiam dici *Radiationes* Planetarum. *Sextilis* & *Trinus* amicitia sunt: *Quadratus* & *Oppositio*, inimicitia. *Coniunctio* anceps est: bonorum bona, malorum mala. Fit ergo *Coniunctio*, quum duo Planetæ sive per longitudinem, sive per latitudinem, unico tantum gradu distant à se invicem: vel propriè, dum sunt in eodem gradu & minuto. *Sextilis* radiatio est, cum centra duorum corporum Pla-

Manil.

Faciærum
acceptiones.

Quid sit
Planeta va-
cuus, feri-
nus, peregr-
nus, combu-
stus, & in
carpento?

Aspectus seu
radiationes.

Quid illorũ
coniunctio?

Quæ & qua-
les Signorum
triplicitates
ex Planetis?

Qui fines
& Termini
Planetarum
in Signis?

Cur non ha-
bent Sol &
Luna?

Quid faciæ?

& totius operis argumentum.

*Sextilis,
Quadratus,
Trinus, &
Oppositio?*

netarum duobus Signis distant, hoc est, sexta Zodiaci parte, vel 60. gradib. *Tetragnus*, seu *Quadratus* dicitur, quum quarta Zodiaci parte remoti sunt: idest, tribus Signis, vel 90. gradib. *Trinus* verò tertiam Zodiaci partem inter Planetas comprehendit, nimirum, quatuor Signa, vel 120. gradus. *Oppositio* denique fit, quando inter Planetarum corpora sex intercedunt Signa, nempe, 180. grad. Vid. Iul. Firmic. 2. *Matheseos*, cap. 25. Durant autem huiusmodi aspectus, quantum persistunt Planetarum radij; unde fiunt *applicationes & separationes*. Totum intelligendum de Planetis, quando sub ecliptica: equidem uti observat Sacro-Bosco, cap. 1. ibique Clavius: *Sol semper decurrit sub ecliptica: omnes verò alij Planete declinant vel versus Septentrionem, vel versus Austrum: quandoque autem sub ecliptica*. Radiatio *sextilis* aspectus dicitur imperfectæ amicitia, & *Trini* perfectæ amicitia; quia Signa sextili aspectu, unicum tantum qualitate concordant: trino verò, omnino Signa cum Signis conformantur qualitatibus. *Quadratus* est imperfectæ inimicitia, quia Signa hoc aspectu unicum tantum qualitate discordant: *Oppositio* autem omnimodæ inimicitia, quia Signa suis qualitatibus & situ contraria ex diametro sunt. *Applicatio* Planetarum est, quando per 6. grad. idest, medietatem radiorum aspicientis, Planeta adhæret alteri. *Separatio*, ubi uno gradu à vero aspectu Planeta alterum relinquit. *Prohibitio* dicitur obex coniunctionum, aut radiationum Planetarum; fitque corpore, aspectu & retrogradatione. Corpus Planete alterius aspectum impedit, dum propè accedit. Prohibetur aspectu, ubi Planete radij tertio propius, quam aspicienti diriguntur. Retrogradatione verò, quando Planeta alteri applicans, regreditur, antequam ei coniungatur. Etiam datur *Translatio* luminis in Planetis; quæ contigit, ubi levis Planeta à graviore superatur, & alteri dehinc coniungitur. Gravior Planeta dicitur superior; qui inferior, levis: ut *Saturnus* respectu *Iovis*, hic respectu *Martis*, &c. Etiam translatio luminis fit, quando levis Planeta graviore iungitur: tunc enim Planeta medius naturam & lumen primi Planete in tertium tradit: v.g. quum *Sol Marti* applicat, & *Mars Saturno*: tunc *Mars* lumen *Solis* in Saturnum mittit. *Receptio* pariter Planetarum datur; quæ quidem potens & debilis est: *Potens*, quando Planeta aliquod dominium ibi habet, ubi alter est Dominus domus, vel exaltatur, & illi se applicat. *Debilis*, dum se ap-

Quid applicatio & separatio?

Prohibitio, & quot modis fit?

Quid luminis translatio?

Receptio?

plicat alteri Planete, Domino *Termini & Faciei*; quæ sunt minoris dignitatis. *Redditus* quoque in radiatione datur; fitque & ratione virtutis Planetarum, & ratione luminis. *Ratione luminis*, cum duo Planete inter se distantes, alicui tertio iunguntur: tunc enim tertius, illorum lumen accipiens, ad eos aspectu, vel ad alia mittit loca Zodiaci. *Ratione virtutis*, ubi Planeta à propria domo, vel alià dignitate, alteri iungitur, qui *combustus* aut *retrogradus* est: tunc hic, quia virtutem retinere nequit, aspicienti mittit; seu potius, remittit. Alia notare quibam, sed protraheretur §. articulus. Adeundus profectò Otho Brundelsius libell. de *Diffinitionib. & Terminis Astrolog.* sicut de Eclipsibus Solis & Lunæ ante Christ. Ricciolus, Tom. 1. in *Almagest.* lib. 5. cap. 19. Fusèque cuncta in huiusmodi facultate singulari ingenio inveniuntur Tom. 2. *Encycloped.* Ioan. Henric. Alstedij, in *Uranometria*, p. 4. lib. 17. à cap. 2. Ferè per singulos dies figentur ortus & occasus Constellationum; & in Mensium Hagoge, quid portendunt comete in cælestibus Signis; ex Iunctino & alijs, principe Aibumalare.

Redditus?

18 Vidimus gradus Signorum, quibus alij addunt *Lucidos*, *Fumosos*, *Tenebrosos*, *Vacuos* & *Puteales*; qui Planetas afficiunt fortunio, vel infortunio, propter stellas fixas, ibi existentes. *Lucidi* fortunio, ceteri infortunio: at *Vacui* utroque carent usu. *Lucidi* augent fortunam, quia ibi stellæ qualitatibus convenientes, & Planete in dignitatibus. Alij econtrà. Qui sint in Decurijs Mensium dicemus; etsi arbitremur (nisi in nauticam, medicinam & agriculturam) huiusmodi iudicia, vanitates & insanias falsas. Vanorum scopus dirigitur in Iudiciariam ad quodlibet quanvis liberum: liberumque iurè prohibitum. Nullus Altrorum effectus in liberam voluntatem. Nihilominus tamen pro naturalibus describam *Domus cæli*, ab Astronomis inventas.

Quid gradus lucidi, vacui & puteales?

19 Cælum per Æquatorem divisum astruximus in duas medietates, sicut Signa per Eclipticam: Zodiacum in 12. partes, atque in quartam ipsa Signa. Hæ divisiones dicuntur fixæ, immobiles & perpetuæ. Alia divisio est quæ in perpetua, successivè per mutatione versatur, diversasque mutationes continuo sortitur. Græcè *Dodecatogon*, idest, *Duodecim Mansiones*, seu *Cæli domus*, quibus attribuuntur diversæ significationes tam quò ad genesein, quam quò ad athla, idest, actiones, illo horoscopo natorum. O curas hominum! Nesciunt presentia & explorant maximoperè futura; quasi illorum

Prologus Galeatus,

esset, nosse tempora vel momenta, quæ Pa-
ter posuit in sua potestate. Cælum primò
per meridianum circulum, in duas partes
æquales dividitur: pars quæ versus Orien-
tem, *Ascendens* dicitur: quæ Occidentem,
Descendens. Tunc additur cælo, sicque di-
vifo, circulus horizontis; quo quidem cum
meridiano, tota cæli sphaera manet divisa
quatuor in partes æquales; quarum princi-
pia, *Cæli anguli*, sive *Caraines* nominan-
tur: hoc est, quatuor eclipticæ gradus, qui
meridianum, tam in media nocte, quam in
meridie; & horizontem tam exortivum,
quàm occiduum, statà horà punctoque per-
tingunt. Hinc ex quatuor quartis, quæ pri-
ma est, signatur ab oriente ad cæli medium:
secundà, hinc ad occidentem: hinc tertia
ad mediam noctem, ac hinc quarta usque
in orientem. Quælibet harum rursùs dividi-
tur in tres æquas partes (quarum in *Æqua-
tore* æqualis erit distantia) quæ *Domus*, *Do-
milia*, *Habitacula*, vel *Hospitia* dicuntur.
Prima domus initium sumit ab horizonte
exortivo (qui appellatur *Angulus orientis*,
sicut quarta, *Angulus terra*; septima, *An-
gulus occidentis*; & decima, *Angulus medij
cæli*) & secundum Signorum ordinem ter-
minatur in circulo succedente: equidem si-
cut 1. 4. 7. & 10. domus dicitur *Angularis*;
2. 5. 8. & 11. sequentes has, dicuntur *Suc-
cedentes*: reliquæ 3. 6. 9. 12. *Cadentes* no-
minantur; quia debiles sunt, sicut Planetæ
illis in domibus existentes. In prima domo
orientali collocatur Signum *Arietis*: in cæ-
li culmine, *Cancer*: in occidentali cardine,
Libra; & in angulo terræ, *Capricornus*: quæ
quidem domus sunt maximæ virtutis; sicut
Succedentes, minoris: *Taurus* enim succe-
dit *Arieti*, *Cancro* *Leo*, *Scorpius* *Libra*, &
Aquarius *Capricorno*. Hinc quatuor reliquæ
domus dicuntur *Cadentes*, nimirum, *Gemi-
ni*, *Virgo*, *Sagittarius* & *Pisces*; quippe tunc
debilissimæ conditionis.

20 Prima domus dicitur *Vita*, quæ qui-
dem *Gaudium* appellatur *Mercurij*: hoc est,
requies, & fruitio, propter summam inter
Signum & Planetam in illa domo qualita-
tum concordiam. Secunda dicitur *Substan-
tia* & *Spes*: est succedens. Tertia, quæ ca-
dens, vocatur *Dea*, vel *Fratres*: est *Gau-
dium Luna*. Quarta Angularis, dicitur *Pa-*

rentes. Quinta succedens, *Liberi*: est *Vene-
ris Gaudium*. Sexta cadens, dicitur *Valtu-
do*, quæ *Gaudium Martis*. Septima cardin-
alis, vocatur *Coniux*. Octava succedens,
Mors. Nona cadens, *Religio*, sive *Deus*: est
Gaudium Solis. Decima angularis signatur
per *M. C.* hoc est, *Maius culmen*. Undeci-
ma succedens, dicitur *Bonus demon*: *Gau-
dium* est *Iovis*. Ultima cadens, quæ *Satur-
ni Gaudium*, vocatur *Malus demon*. Alijs
nominibus Ægyptij cum Genijs Mundi
schema hoccine deaurarunt; sed eadem in
utrisque mens & intuitus. Adi Kircher. d.
Class. 7. cap. 5. Quas non ineptias harum
domorum combinationibus, & Planeta-
rum situ effutiunt deliri Iudiciarij? Nolo
dicere, nec AA. signare; quippe quæ vo-
munt, non solum indigna catholici, sed ra-
tionalis. Hæc satis sint pro dicendis singu-
lis mensibus de influxu Signorum in ortu,
culmine, occasu & imo in cælo; in quo ma-
ioris mihi exitit notitiæ brevitatis, quàm
notitia. Huc igitur recurrendum, ubi quid
diebus aut mensibus commune occurrerit;
ne iteretur, quod signatur usquequaque, &
lector ignoret quod exprimitur ibi tantum
per indicem.

21 Dies ergo Siderales & gradus Signi
præfigentur in Mensibus singulis diebus: at
sciendum, non apponendos ad amussim
Solis, sed præut generaliter signantur ab
Auctoribus (idem intelligendum de Man-
sionibus *Luna*, sive *Hospitijs*, ut dicunt A-
rabes) igitur aliter, nequibant implere in-
æqualitatem mensium Romanorum. Unde
tempore statò, fixòve rem non fixam & con-
tinuam signant, ut fervetur ordo Romanus,
cui aptant cuncta peregrinarum nationum.
V.g. Sol 22. Maij, ingreditur *Geminos*: ve-
rùm die 21. primus in illis *Solis* signatur
gradus, & prima Signi Decuria, Præsès &
Facies; quia in *Ariete* (à quo incipit annus
Astronomicus) primus gradus & prima De-
curia initium acceperunt: sicque anni te-
nor continuatur usque in finem. De ingressu
Solis in Signa proprijs in locis dicemus: at
si desideratur certissimè dies, & contemplan-
da Tabula sequens, in qua Menses & Signa
cum numeris infra se. Ablatò ergo ex 30.
hoccine inferiore numero, clarè patebit,
quo die Sol ingreditur Signum.

Aries — Taurus — Gemini — Cancer — Leo — Virgo —
9 — 9 — 8 — 8 — 7 — 7

Septemb. — Octob. — Novemb. — December — Ianuarius — Februarius.
Libra — Scorpius — Sagittarius — Capricornus — Aquarius — Pisces —
7 — 6 — 7 — 8 — 9 — 11

Quid est
quæ sint cæ-
lestes in
sphaera Do-
morum?

Ordo domo-
rum.

Ingressus
Solis in Si-
gna.

& totius operis argumentum.

Ubi infra, numerus 6. ingressus erit die 24. Ubi 7. die 23. Ubi 8. die 22. Ubi 9. die 21. denique ubi 11. die 19. tot enim dies restant usque ad 30. compendium cursus *Solis* in Signis. Huius Tabula usus in curiosiora se extendit: per illam igitur Mathematicè constat, quem *Eclipticæ* gradum teneat *Sol* quolibet anni die. Ad cognitionem ingressus *Solis* in Signa, ut diximus, ex 30. auferitur numerus, qui est infra Signum & Mensem. In cognitionem gradus *Solis* in utroque, e contra additur numero 30. numerus, infra Signum collocatus; & constat evidenter quotus gradus *Solis* in Signo & Mense: v. g. Martij die 10. quem *Eclipticæ* gradum *Sol* tenebit? Patebit euestigiò. Numero 10. diei, adde numerum 9. qui est sub *Ariete* (Martij Signo) numeri unà, 19. conficiunt. In 19. ergo gradu *Piscium* erit *Sol* die decima Martij. Semper enim numerandum usque ad 30. equidem quodlibet Signū 30. grad. constat. Si numerus constatus minor est, quàm 30. indicat in mense gradum Signi mensis anterioris, ut in exemplo præfato. Si maior 30. numerus fuerit; relictis 30. reliquus numerus, sive analectum, gradus erit *Solis* in *Ecliptica*: v. g. die 28. Martij. Si huic numero, adduntur 9. quæ sunt sub *Ariete*, conficiunt 37. Reiectis 30. in grad. 7. *Arietis* erit *Sol*, die 28. Martij. Si verò numerus coalescens ex die Mensis & Signi, duntaxat fuerit 30. *Sol* tunc existit in fine mensis præcedentis, & in principio Signi mensis propositi.

22. Prænotandum denique, quoties orto aliquo fidere, vel Asterismo, dicitur *Aëris conturbatio*; non debere intelligi de turbine, typhone, aut venti procella (ni expressè notetur) sed de aëris qualitate, seu alteratione: etenim corpora benè vel malè se habent, iuxta huius clementi conditionem. Constat namque iuxta aëris statum non solum alterari corpora infirmorum, sed & valentium. Ex his omnibus, quæ meo iudicio fanatici erga conuinationes, & influxus delirant Iudiciarij videlicet citatos Astrologos maximè totum opus Francisci Iunctini in *Astrolog. Specul.* apud quem in *Kal. Astrologic.* invenitur non solum dies nativitatibus virorum illustrium; sed hora & minuta: quod quidem apud Astronomos plausu, apud cordatos perploditur risu, & iurè.

§. V.

De Diebus Ludicris.

1. **H**I dies pertinent ad Spectacula, in quæ nimis profusi tam Græci, quàm Romani. *Quid oportet* (ait Maximus Tyrius, *serm.* 33.) *Atheniensium facta memorare? Civitas omnis celebratum & hilaritatum referta est. Nulla enim pars anni voluptatis ullius sorte carebat: classe quidem certabant, domi verò festa celebrabant.* Romæ etiam fastus & luxus. Præter Solemnia, erant quotidiana spectacula. Taxat Seneca. *Manè leonibus & ursis homines, meridiè spectatoribus obijciuntur* (inquit, *Epist.* 7.) *interfectores interfecturis iubentur obijci, & victorem ad aliam detinent cadem. Intermissum est spectaculum? Interim iugulantur homines, ne nihil agatur.* Idem Sueton. in *Claud.* cap. 34. & *Apuleius*, 4. *Metamorph.* Unde Tertullian. in *Apolog.* cap. 15. inquit: *Risum & inter ludicras meridianorum crudelitates, Mercurium, mortuos cauterio examinantem.* De his ergo ludis nihil dicemus, sed publicis.

Spectacula quotidiana.

2. Ludi alij erant *Circenses*, alij *Scenici*. *Circenses* dicebantur, haud quia circumenses exercebant; sed quia agebantur in Circo Maximo, sicut *Scenici*, quia in Theatro: de quo fuscè Iul. Cæsar Bulenger. Tom. 2. *System. de Circo & Theatr.* & Rosin. lib. 5. *Antiq. Rom.* ubi ludorum tam hinc, quàm ibi species videlicet. Mariana de *Spectacul.* cap. 2. dividit Spectaculum (quod non aliud, nisi ludus voluptatis gratiâ publicè susceptus) in *Scenica* & *Gymnica*, de quibus suis in locis. Spectacula fiebant vel in Theatro, cuius figura semicirculi erat, in fronte obiectâ scenâ, ubi ludi committebantur; vel in Amphitheatro, quasi ex duplici theatro, quod quidem extendebatur maiore longitudine, quàm latitudine; in quo vel gladiatores cum feris, vel inter se pugnabant, vel feræ tantum. Videlicet Bulenger. de *Circo Romano*, & Iust. Lips. de *Amphitheatr.* quò eius partes scitè describuntur. Ludi erant sacra. Constat ex Davide Origano, qui in *Kalendar. Rom.* de Ludis Palatinis, 17. *Januar.* ait: *Fiebant in parvo Templo rotundo.* Dicemus ibid. n. 13. Ex his spectaculis alia dicebantur *Sacra*, quia in honorem Deorum fiebant; ut *Cerealia*, *Megalesia*, &c. Alia *Votiva*, etiam in Deorum honorem, modò aliquid fausti Reipublicæ contigisset ad votum. Alia *Feralia*, uti in iustis Coss. & Imperatorum, quæ extensa in ho-

Ludi varij.

Unde scietur gradus Solis in Ecliptica?

Quid signetur per Aëris tempore?

Prologus Galeatus,

horum apoteosim. Alia merè *Ludicra*, uti ludus Troianus in òblectamen populi. Ad, si tanti est, Terrullian. de *Spectacul.* Calsiodor. *lib. 3. Epist. 51.* Uvolfgang. Lazium, tot. *lib. 10. de Rom. republ.* Panvin. de *Ludis Circensib.* ubi singularia luculenter describit Ioan. Argolus, expressà pompà ab utroque. Ne lector vefcus discedat, illam ex Dionysio Halicarnasseo, *lib. 7. Rom. Antiq. à cap. 39.* volupè excerpam, ac prò oculis ponam.

3 Pompa ergo (Sacraque, ex quibus licet æstimare reliqua) ita disposita. Priusquam spectaculum committeretur, viri potestate ac dignitate præstantes, pompam ducebant cum Dijs, seu imaginibus, à Capitolio per forum in Circum Maximum: in quo apparatu primi erant eorum filij, pubertati proximi, qui iam per ætatem possent interesse, equis veñti, quorum patres erant Equites Romani. Cæteri pedites (distincti per alas & centurias, classiumque ordines) ibant, quasi ludum literarium peterent; ut appareret peregrinis futura inventus urbana, quam esset elegans & formà & numero. Hos sequebantur bigarij & quadrigarij ad cursum, singulariumque equorum agitadores; post quos athletæ graviorum, leviorumque certaminum, nudi cætera, pudenda tantum tecti subligaribus campestribus. Hos sequebantur Saltatores & illorum chorus bifariam divisus, virorum scilicet, imberbium & puerorum; post quos tibicines instantes antiqui moris breves tibias, citharistæque plectentes lyras septem fidium, eburneas. Saltatorum habitus, erat tunica punicea, balthéis æreis adstricta, gladijs dependentibus; gestabant etiam breves lanceas fœminæ, viri verò æreas simul galeas, cristis pinnatis insignes. Quemque chorum præcedebat choragus, ut formulas saltationis indicaret & primus duceret: alter militares ac concitatos præcinens modulos, rhythmis plerunque proceleumaticis: hoc est, saltatione armata, vocatà *Pyrætica*. Post saltatores armatos in pompa incedebant Satyri saltatores, quorum habitus Silenos repræsentabat: erant enim hirsuta tunicæ amaculaque conferta ex omnium florum genere, mira & delectabili varietate. Aliorum verò Satyrorum habitus hircinis tergoribus erant amacula campestris, & in vertice setæ horrentes, aliaque ad vivum similla, quibus à priscis sæculis delectabantur Romani: Ichonographiam Circi & cunctorum ordinem in pompa, videris apud Panvin. loc. cit. & Pamel. in *Tertull.* *lib. de Spectacul.*

Pompa ludorum.

Saltatio Pyrætica.

Satyrorum habitus.

4 Post hos choros transibat agmen citharædorum & tibicinum; quos sequebantur acerraphori; in thuribus auris & argentis, tam sacris, quam profanis, diversis incensis aromatibus suffitum facientes. Extremum agmen claudiebant simulacrorum baiuli, Deorum utentes habitibus: nec solum Iovis, Junonis, Minervæ, aliorumque: *Dij Maiores* inter duodecim Maiores nominatorum; sed antiquorum etiam, quorum illi duodecim sunt progenies: Saturni, scilicet, Themidis, Latonæ, Parcarum, Memoriz, Proserpinæ, Nympharum, Musarum, Horarum, Gratiarum, Liberi & Liberæ: semideorumque, quorum animæ post mortem inter cœlites relatæ, pari cum his honore colebantur; uti Hercules, Æsculapij, Helenæ, Castorum, Panos & aliorum huius fursuris. Peractà pompà continuò sacrificabant Coss. sacerdotisque, quibus fas erat, assistentibus victimarijs, more Græcorum: lotis enim manibus, & lustratis aquâ purâ victimis, molâque conspersis earum capitibus, votisque nuncupatis, ministros eas mactare iubebant: horum alij stantem etiam hostiam veste feriebant inter tempora, alij cadentem cultris excipiebant, mox directo tergo, concidebant membratim, delibatasque ex singulis extis, alijsque membris primitias, farre obvolutas in canistris offerebant sacrificantibus: qui quidem aris impositas succendebant, & vinum affundebant insuper. Ita singula factitari inter Græcos sacrificantes, refert Homerus, iterat Halicarnasseus. Post pompam & sacrificium Coss. simul epulabantur, & post manuum lotionem, dimisso mantili, seu mappa, quibus abstersæ, spectaculum incipiebat: de quo fuse, *1. Ianuar. n. 3.*

Dij Maiores.

Ordo ritus sacrificij Ethnicij.

5 Primum erat certamen quadrigarum, bigarum (Panvinus addit etiam trigarum) & singularium equorum cursus, sicut olim in Olympia: in quo spectaculo valde alliciebant animum & desultorij equi & equites desultores, in ipso cursu impetè & velocissimè, de equo in equum desilientes, aliquando in quaternos, aliquando in senos, ut notat Florus *lib. 3. cap. 3.* & Hom. *15. Iliad. à v. 664.* quasi huiusmodi corporis in cursu habilitas, Græcorum communis, vel inter illos non infrequens.

Equi desultorij, & desultores equites.

Ut vir equis desultorijs uti bene sciens, Quatuor impellens agit, semper saliens, Aliquando in alium alternat; illi autem volant.

Hom. 15.

Plura hic congerit Ioann. Spondan. ex Livio & Eustachio. Iust. Lips. *lib. 3. de Milit. Rom. dialog. 8.* Cœl. Rhodigin. *lib. 21. cap.*

& totius operis argumentum.

30. Cicér. pro *Murena*, Marc. Varro in *Fabul. Menipp.* & lib. 2. de *Re rustica*. cap. 7. Propert. lib. 4. *Eleg.* 1. v. 36. unde Ludi *Desultorij* in honorem Castorum, de quibus, 15. *Iul.* n. 10. Sub Heniocho natos hac gaudere agilitate, asserit Manil. d. lib. 5. à v. 85.

Necnon alterno Desultor Sidere dorso, Quadrupedum, & stabilis poterit defigere plantas,

Manil.

Per quos vadit equos, ludet per terga volantum.

Vide Calsiodorum, 3. *Variar.* 51. Equi industrij, edoctique erant, ne desultor insiliens caderet. Mira dicemus, ex Pausan. cap. 190. de Equa Phidolæ, in *Isag. Novembr.* n. 22.

6. Finito certamine equestri, desilientes in pedes, cursu certabant in stadio. Post Athletæ, Cursores, Luctatores, & Pugiles, ludus Troianus (Hispanicè, *Cañas* vel *Torneo*) Venatio, seu agitatio ferarum, & hominum cum eis crudele certamen. Ad Argolum in *Panvinij Circensib.* Halicarnass. d. addit, inter certamina de Republica præclare meritos coronari; voceque præconis, ex Græcorum more, laudari, ostensis ludorum spectatōribus, spolijs de hoste relatis; ac collectis suffragijs in Theatro pro qualitate honorum in coronas & statuas. Joseph.

Venatio.

14. *Antiq.* cap. 16. Victoribus ludorum concedebatur palma & pecunia. Si ex munere essent gladiatores, pro summo honore eis conferebatur *Rudis*, idest, gladius ligneus, in signum fortitudinis, & deinceps immunitatis à pugna: si conditione servi, pileus eis tradebatur in libertatis insigne: de quo Iustus Lips. 1. *Saturnal.* cap. 15. & 2. cap. 23. Nosque in Sacris Feroniæ, 13.

Premia victorum.

Quibus gladius ligneus vel pileus

Arma dicantur.

Quæ palma victoribus

April. Denique arma dicantur Herculi, Athletarum præfidi. Idem, *ibid.* & Panvin. d. lib. 1. cap. 16. de ritu consule La-Zerd. in 7. *Aneid.* à v. 185. n. 19. & Dempster. in 2. *Rosin.* cap. 2. Palma victorum quadrigarum non erat ramus, sed aurum, equi, prædia & mancipia. Plin. lib. 21. cap. 3. Sueton. in *August.* cap. 45. & Dio, lib. 56. alijque plures.

7. Etsi plures Romæ essent Circi, uti Flamminius, Apollinaris, Agonalis, Floralis, de quibus Panvin. d. cap. 18. Jacob. Boissard. in *Descript. Rom.* Rosin. lib. 5. cap. 4. & Marlian. in *Topograph.* locus præcipuus ludis signatus, erat Circus Maximus, quem crexit, perfecit, & exornavit Tarquinius Priscus, qui primos ludos in eo opulentissimos edixit inter Aventinum & Palatinum montem, cuius circuitus octo stadiorum,

Circus Maximus.

capax CL. millium spectatōrum; ut ait Halicarnass. lib. 3. cap. 56. Ampliavit Iul. Cæsar, ad CCCLX. hominum millia; uti refert Plin. lib. 36. cap. 15. Ornamenta plurima habebat: & inter metas ad cursum, quas signabant utrinde *Ova Castorum*, erat Ara & Columna, supra quam Victoriæ imago cum palma. Alia Ara & columna cum statua Genij Pop. Romani: deinde Ara & columna in qua Romæ simulacrum, & simul Ara & columna cum Fortunæ effigie. Etiam in tramite statua Neptuni Equestris; Magnæ Matris cum sistro, sedentis super leonem; & Aræ Deorum Magnorum, Valentium & Porentium, cum æde Solis, seu Phœbi. In medio metæ erat Solis Obeliscus, in cuius apice globulus pyropi lucebat, ad Solis radios flammantis. Cuncta recolat Tertullian. de *Spectacul.* congeritque Panvin. loc. cit. cap. 17. Alij post addiderunt in Circo Maximo pugnas navales, seu *Naumachias*. Idem lib. 2. cap. 11. Sueton. in *Cæsar.* cap. 39. in *August.* 43. in *Neron.* 12. & 28. & in *Domitian.* cap. 4. Senec. *Epist.* 71. Plin. lib. 16. à cap. 39. Dio lib. 43. & 44. Appian. lib. 2. de *Bell. civil.* Ex Poetis, Stadius lib. 4. *Silvar.* 4. à v. 4. & Martial. *Spectaculor.* Epigr. 24. & 28. Hæc sint dicta, tanquam Sacrificijs & Spectaculis communia, quæ singularia proprijs dicemus in *Dieb.* sed notandum apud AA. aliquando *Ferias* signari nomine ludorum; non propriè, sed quia in illis ludere indultum. Ad Marlian. *Topograph. Rom.* cap. 30. & in *Epitom.* lib. 3. cap. 6.

Eius ornamenta, & statuae.

Obeliscus Solis.

Naumachia

Feris nomine ludorum.

§. VI.

De Diebus Triumphalibus.

1. Quoniam sæpe occurrent in *Ephemerid.* triumphu Ducum Rom. operæ pretium erit, aliqua de Triumphis prælibare. Erat igitur Triumphus Minor & Maior: hic dicebatur propriè *Triumphus*, ille *Ovatio*; vel ab Ove victimâ, cum taurus destinaretur triumpho; vel à voce plausus *Obe*, vel *Ovab*. Halicarn. *Differt* (ait, lib. 5. cap. 37.) *hic triumphus ab altero, quod in Ovatione Dux non curru, sed pedibus in Urbem præcedit pompam militum: deinde pro intertexta auro trabea, induitur togâ prætextâ; qui quotidianus est cultus Prætorum, atque Coss. nec sceptrum gestabat, ut triumphantes, sed tantum lauream. In cæteris nullo discrimine.* Plutarch. in *Marcell.* & Alex. ab Alex.

Quid Ovatio?

Prologus Galeatus, 3

8. cap. 17. suffragantur: adduntque, Ovan-
tem aliquando equo vectum. Myrteam tan-
tùm concedit coronam, Aul. Gell. 5. cap. 6.
Meminit Sext. Pompeius, lib. 13. Suetonius
in Neron. 25. & Plin. lib. 15. cap. 29. addit
& lauream: sicut Suetonius in Tiber. cap. 9.
Ovans & curru in Urbem vectus est. Cate-
ra ex dicendis, quæ acervavit ex Bulong.
Tom. 2. System. Blond. Rom. Triumph.
Panvin. de Triumph. Plutarchi Vit. Illustr.
Halicarn. 5. cap. 35. Valer. Maxim. 2. à cap.
3. Ioseph. de Bell. lib. 7. cap. 24. Rosin. 101
cap. 29. & hic Demipster.

2 Triumphus inter cunctos S. P. Q. R.
honores, fuit maximus. Triumphus dicitur
à voce Græc. *Thriambo*, eò quod sæpe ite-
raretur à populo. Ovid. 2. de Art. vi. 1. &
Horat. lib. 4. Carm. Od. 1. v. 49. succinit
Teque dum procedis, lo triumphbe,
Non semel dicemus: lo triumphbe,
Civitas omnis, debimusque Divis

Quid tri-
phus?

Horat.

Thura benignis.
Huius functionis pompam, sumptam à Græ-
cis, autumat Plinius, lib. 7. cap. 58. Unde
Athenienses, ut in Alcibiade refert Plutarch.
dum summi Duces, & strategæ, rebus feliciter
gestis, Urbem ingrediebantur, non modò
excipiebant, magistratibus & cunctis ordi-
nibus obvius; sed etiam Deorum imagines
secum producebant, diemque Victoriæ in
Fastis studiosè signabant. Argivi Ducem Su-
premum exercitumque victorem recipie-
bant in *Charadro* (nobili loco extra Ur-
bem) ibique de militaribus donis, quæ cui-
que pro virtute debebantur, optimatum
consilio ac consensu, decernebant. Apud
Romanos, etsi Romulus primus trium-
phavit; pompam tamen triumphi Tarqui-
nus Priscus invenit. Quare insigni aliqua
victoriâ partâ, ac rebus, triumpho dignis
iuxta leges, à Duce perfectis; cum Impera-
tore in salutabat exercitus, illeque laureatos
fasces in Urbem per cursores mittebat.
Deinde si incolumi exercitu, ac pacatâ pro-
vincia revertebatur; extra Urbem, eî pro
mansione in Campo Martio ædes signaban-
tur Minervæ, ut inde possit ex iure petere
triumphum, expositis causis per internun-
cios. Si honore dignus, primò à Senatu,
deinde à populo confirmabatur Imperato-
ris nomen, diesque signabatur, quo possit
in Urbem ingredi triumphans. Tunc ille
triumphali habitu amictus, laureâ corona-
tus, laurumque dextrâ tenens (quæ post
triumphum seri solebat, ut ait Plin. lib. 15.
cap. 30.) convocatis militibus, privatim
que laudatis, pecuniam, armillas, torques,
hastas puras (idest, sine ferro) egregie cla-

boratas, & sæpe inauratas, coronas aureas
& argenteas (expresso in his nomine, & à
militæ præcitate gestis) distribuere munifi-
cus. Currum his peractis Imperator con-
scendebat; ante cuius currum Signum Her-
culis, seu bimago præibat (videnda causa,
§. 8. n. 14.) ut ait Alcon. Pedan. 3. *Act.
Ciceron. in Verr.* Inter eâ candidis vestibus am-
ictus ad spectaculum triumphi, sese in ta-
bulatis populis præparabat, dispositis per
Urbem crateribus, vino plenis, mensisque
dapibus varijs: cuius quidem obsequium
triumphantes pendebant; Congiarium po-
pulo concedentes, insuperque expensas in
spectacula publica.

Pompa
ord.

3. Hæc tunc Urbis, templaque pervia,
vaporibus repleta suavissimis: primumque
Senatus obvius triumphaturo, usque in
portam Capenam (quæ *Triumphalis* dice-
batur) præibat *Via Sacra*, in Capitolium.
Post Senatam tibicines & tubicines, classi-
cum resonantes, fertis etiam redimit. Se-
quebantur currus referti tabulis eburneis
(in triumpho Scipionis devicto Antiocho,
supra mille eburneos dentes deportatos,
asserit Liv. lib. 7. sect. 14.) æreis, colossis,
signis, statuis, ligneis turribus, captarum
urbium, castellorum, montium, fluviorum,
paludum, mariumque simulacris, cum in-
scriptionibus rerum seriem exponentibus.
Ferebatur continuò aurum, argentum, æs
tam factum, quam infectum; Signa aurea
& argentea; vasa insignia, lectica, spolia-
que civitatum, vi captarum, coronæ aureæ,
& Urbium dona; quibus Imperator exer-
citus à fœderatis provincijs muneratus fue-
rat. In triumpho Caesaris (referente Appian.
lib. 1. *Bell. Civil.*) coronæ octingentæ vi-
ginti duo supra bis mille, inductæ; & in cel-
lâm Iovis collocatæ fuere. Lucullus in
triumpho de Mithridate, huius simulacrum
aureum sex pedum, clypeumque lapillis
pretiosis refertum, inter alia insignia, mi-
randaque in Urbem intulit. Plutarch. in eo.
Pliniusque lib. 33. cap. 12. *Iam enim (infit)
Magni Pompeij triumpho, reperimus trans-
latam Pharnacis, qui primus regnavit in
Ponto, argenteam statuam.* Post hæc falca-
ti curius, clypeique insignes, scuta, parma,
catapultæ, ballistæ & tormentorum omne
genus, machinæque bellicæ in urbium ex-
pugnationem. Etiam pulcherrima & orna-
tissima gentium victarum arma, galeæ, tho-
races, ocreæ, pharetræ, frena, enses, sagittæ,
arcus, pila, & rela missilia. Post armorum
currus sequebantur, qui vasis argenteis nu-
misminata Nationum ferebant: alij crateras
& phialas aureas, argenteasque (ex depila-

Triumph
Græcorum.

Romanorū.

Fercula Pæ-
pæ.

Statua Mi-
thridatis, qua
lit?

& totius operis argumentum.

tis tēpſis, etenim Romani fuere latrones orbis) ac calices ornatiffimos & pretioſos.

4 Ducebantur ſimul obſides civitatum tanquā pignora pacis: poſt captivi, captique equi & elephantes, inter quos etiam ſi aliqua bellua Romæ ignota (ut aſruit Vopiſc. in *Aurelian.*) tigrides, alces, leones, camelopardales, &c. Alij tibicines poſt hæc etiam bellicum præcinentes iuxta boves, qui ab adoleſcentibus popis, ſuccinctis in munus, auratis cornibus (de quo *1. Iannuar.* n. 19.) & ornati fertis, ducebantur. Boves ſequebantur pueri, dicti Camilli, pateras portantes in ſacrificij munia. Necebant pompæ ordinem captorum Regum, Ducumve currus, arma & diademata, quæ ſuper arma vehebantur. Deinde ipſi Reges vel Duces cum uxoribus, filijs, fratribus & ſororibus; ſed Reges aureis catenis, ut Zenobiæ contigit in triumpho Aureliani (Vopiſc. d.) & Artabaxæ Parthorum Regi, Alexandriæ, triumphante M. Antonio, more Romano, in gratiam Cleopatæ; quod ægerrimè tulit Roma, ut in *Anton.* inquit Plutarch. Si verò Reges, Duces, aut illorum affines aut cognati iam fato functi; illorum imagines geſtabantur in triumpho. Imago Cleopatæ, veneno aſpidum quæ ſibi mortem conſcivit, ducta iuſſu Auguſti in triumpho poſt bellum Actiacum. Ita Plutarch. d. Affirmit Appian. quò dudum, in triumpho Cæſaris, Catonis, Scipionis & Petreij imagines delatas. Similiter ſi ante ingreſſum in Urbem Imperator obiret (uti de Traiano refert Ælius Spartian. in *Adrian.* & Alex. ab Alex. loc. cit.) minimè privabatur honore. *Cum triumphum* (inquit) *ei Senatus, qui Traiano debitus erat, detuliſſet; reſuſavit ipſe, atque imaginem Traiani curru triumphali vexit, ut optimus Imperator ne poſt mortem quidem, triumphum amitteret dignitatem.*

Vitiſſima

Vitiſſi Reges aureis catenis.

Tralamas triumphavit poſt mortem.

Habitus triumphantis.

Corona.

A ſerod perſata.

5 Sequebatur deinceps Imperator triumphans in curru, adinſtar turris rotundo, aurato, à quatuor albis equis veſtus, toga purpureà, auro intextà amictus (quæ dicebatur *Toga palmata, Ioviſque Capitolini*, vel quia in eius ſervabatur cella; vel quia adinſtar illius, qua fulgebat Iovis imago, ut ait Iſaac. Grangæus in illud Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 38. *Pratorem curribus altis, in tunica Iovis.*) cuius in capite laurea (quam imponere videbatur imago Victoriæ à tergo triumphantis) aliquando aurea corona, gemmis ex provincia, ornata; dextrà laurus, eburneumque ſceptrum in ſiniſtra. Lamprid. in *Alexandr. Sever.* & Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. cui placet, ſervum portariſſe triumphantis coronam, qui illum monebat reſpicere à tergo, & meminiffe hominem eſſe; qua de cauſa nola & ſiagrum in curru triumphali ſuſpenſa erant. Intuitus inſignis Reſcolere debebat, qui ita incedebat glorioſè, in tantas poſt pompam poſſe incidere calamitates; quòd vel ſiagris cæderetur ut ſervus, vel capitis damnaretur ut noxius; ut contigit Marc. Attilio Regulo. Quod inter tot ſeria ſummè ridiculum; eſt minio liniffe faciem. An ut à cunctis, vel ut à nemine cognosceretur? Ut cognosceretur præ cunctis; quia color ille & Dijs & hominibus pro ſumma dignitate; ut inquit Plin. *lib.* 33. *cap.* 7. & Virgil. *Ecolg.* 10. v. 27. Glorioſa huiusmodi tinctura apud Medos & Perſas ex inſtitutione Cyri. Xenoph. in *Pædijs*, *lib.* 8. Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 20. & 6. *cap.* 6. ex Plin. *lib.* 24. *cap.* 17. Iuvenal. ubi dudum, totam triumphum apparatus deſcribens, aptius de colore, quam de apparatu dixiſſet, v. 47.

Tunc quoque materiã riſus invenit ad omnes Occuſus hominum. Etiam ne à maligno oculo ob tantam gloriam, qui plauſus ſuſcineretur; ſecum portabat bullam, in livorem efficaci amuletum. *Fascinus Deus, currus triumphantium cuſtos* (ait Plin. *lib.* 28. *cap.* 4.) *ſub hoc pendens defendit* (triumphantem) *medicus invidia. Similis medicina lingue, ut ſit exorata à tergo Fortuna, gloriæ carnifex.* Vid. Tertull. *Apolog.* *cap.* 33. & Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Speculum Fortuna nola & ſiagrum.

Ludicra nota ſacies minata.

Iuvenal.

Fascinus in curru.

Lictores.

6 Currum igitur Imperatoris, ſi Conſul, 12. ſi Prætor, 6. ſi Dictator, vel Auguſtus, 24. lictores præcedebant, amicti habitu purpureo, faſcibus ac ſecuris laureatis; ipſumque cingebant turbæ citharædorum, ſuo ordine pſallentium, ac coronis aureis: inter hos pueri, in acerris odorum ſuffimenta portantes; inter quos exultabat quidam feſtivè, deliri ſpecie, qui inconditis iocis ineptire videbatur, talari veſte, armillis auro ſplendentibus amictus, laſcivâ geſtulatione ad ineptias uſque cachinnosciens, inſultanſque victis, in triumphum ductis. Præter Manducum procedebant duo, larvam anus ebriz præferentes, dicti *Citeria & Petreia*, de quibus Feſt. Pompeius, *lib.* 14. Inolevit quoque, portare in pompa decrepitem ſenem, bullà puerili ornatum, plebis ludibrium; eò quòd Romulus in triumpho de Veientibus, Ducem ſenio conſectum in oſtentatione captivum duxerit. Ergo in ſeria.

7 Sæpe triumphans hand ſolus vehebatur in curru; etſi ſolus equorum habenas

Larvæ & imagines in riſum.

Prologus Galeatus,

teneret: equidem ingenui pueri, impubesque puellę triumphan-
tem committabantur. Iuxta currum Scribę ac ministri, comi-
tes expeditionis, in veste candida & equis phaleratis: cęterorum equitabat nemo, sed tantum laureati sequebantur. Post currum, scutiferi, mox legati & tribuni, deinde exercitus omnis sequebatur, in legiones, cohortes, centurias & manipulos distributus, & lauro redimitus; ex quo alij laudes Ducis resonabant, alij salibus perstringebant. Sueton. in *Cęsar.* cap. 49. & *Gell. lib. 15. cap. 4.* Cüm ita esset disposita triumphi forma, per forum Romanum omnes in Capitolium ascendebant; ubi Cōs. Magistratus & cunctus Senatus triumphan-
tem expectabat: qui quidem inchoare sacrificia, lævum omen habebat; ni ei prius nunciaretur nex Ducis exercitus victi, aliorumque Principū (quos in carcerem trudi, & occidi iusserat in foro Rom.) ex illis, qui manibus post terga revinctis, servati fuerant ad triumphum. Illustre prorsus Romanorum facinus! Nece cognita, tauros in pompa ductos, Iovi Opt. Max. immolabat, coronamque in eius sinum deponebat plaudens triumpho datam pacem; ut asserit Polybius, *lib. 12. cap. 14.*

8 Exin in Capitolij porticu cœna (ad quam Cōs. invitati non adibant, nequis superior triumphante videretur: igitur primo Consuli debebatur locus primus: nolebatque honorem Rempublicam honoranti, præripere) lauta, magnifica sumptu maximo. Athan. *lib. 4. cap. 15* -- *lib. 5. cap. 15.* Possidon. *lib. 2. Histor.* Sueton. in *Cęsar.* cap. 38. in *Tiber.* cap. 20. *Plin. lib. 9. cap. 55.* & *lib. 14. cap. 15.* Durabat epulum usque in dubiam lucem, quo peracto (donarijsque quibusdam dicatis) tibijs & fistulis, comitibus amicis, sine offensione cives in propriam reducebant domum; atque ita festivam triumphantis solemnitatem ritę finiebant. Ex tunc illi (& aliquando posteris) concedebantur maximę dignitatis honores: nimirum locus in Circo, ad ludorum spectaculum cum laurea & sella Curuli inter viros Consulares: sedere in veste triumphali, arcus marmorius, statua pedestris, vel equestris. Spolia cuncta mittebantur in ærarium, ad ædem Saturni.

9 Triumphi etiam dicebantur *Navales*, concessi Ducibus, qui Classem hostilem superassent. Primus concessus C. Duilio, ut ait Tit. Liv. in *Epitom.* lib. 17. *Flor. lib. 2. cap. 2.* *Plin. lib. 34. cap. 5.* & *Valer. Max. lib. 3. cap. 6.* De his inquit Panvin. d. *In omnibus, terrestribus triumphis similes fuisse existimo; nisi quod victoris Ducis currum*

præcederent navium & triremium victarum simulacra: item currus rostris arpagonibus, remis, & ceteris maritimis instrumentis, eo bello captis, onusti. Idem Panciroll. *lib. 1. Titul. 57.* contra Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 6.* asserit, etiam in alijs triumphis illata rostra navium, & naves rostratas. Unde Plutarch. in *Lucull.* refert, ultra centum in triumpho ab illo inductas. *Rostrata naves* dicebantur, quia in proris effigies diversarū avium. *Collocabantur in foro*, ait *Plin. lib. 16. cap. 4.* Unde oratio in foro habita, dicebatur *Pro Rostris*: *Quintil. Declamat. 340.* Cüm primæ, quæ ex Antiatribus à Romanis captæ, figuram haberent capitis avium; à rostris, dictæ postea naves Rostratæ, etsi leonis aut draconis formam haberent. Primus invenit Piseus, ut ait *Plin. lib. 7. cap. 56.* & ut noctū inter alias nosceretur navis Rostrata; unico tantum lumine gaudebat: *Tit. Liv. lib. 9. sect. 23.* Hoc totum præmissi, ut intelligatur, quod frequenter de aliquo dicitur in Fastis: *Navalem fecit.*

10 Restat exponendum, quid ibid. significet: *In monte Albano*; quod idem est, ac *Non in Urbe*, uti ceteri triumphi. Hoc fiebat, cüm triumphum Senatus negasset, uti accidit M. Marcello, devictis Syracusis, & Cęsari. Distat mons Albanus ab Urbe, XII. M. pass. *Papyrius Maso* (inquit *Valer. Max. lib. 3. cap. 6.*) *cüm bene gesta Republ. triumphum à Senatu non impetrasset; in Albano monte triumphandi & ipse initium fecit, & ceteris etiam exemplum præbuit: proque laurea corona, cüm alicui spectaculo interesset, myrteâ usus est.* Idem *Plin. lib. 15. cap. 29.* Gloria triumphorum inceptit à Romulo & desijt in Probo; etsi aliqui astruant Belisarium Constantinopoli triumphasse. A Romulo usque ad Vespasianum numerantur 320. triumphi. *Orosius, lib. 7. cap. 9.* Usque ad Belisarium, 350. *Panciroll. ubi supr.* Quod mirum profectò, proferam. Intra tot annos, totque triumphis, *Opima*, quæ dicebantur *Spolia*, ter tantum dicata: à Romulo de Acrone, à Cossio Cornelio, de Tolumnio; & à M. Marcello, de Vidumaro. Dicebantur *Spolia Opima*, que Dux pop. Rom. hostium Duci detrahebat, quem singulari certamine superasset. Hęc dicebantur tantum Iovi Feretrio, mactabaturque taurus. *Adi Alex. ab Alex. 1. cap. 14. Liv. 1. sect. 48. Halicarn. lib. 2. cap. 21. Valer. Max. lib. 3. cap. 2.* & *Corn. Nep. de Viris illustrib. cap. 2.* Modò in alia.

Ministri & exercitus vi-
ber.

Coronę de-
ponebat tri-
phans in si-
num Iovis.

Cœna.

Honores
triumphales.

Ferriū in
æde Saturni

Triumphus
Navalis.

Quid Rostra
& naves Ro-
stratę?

Quid est,
Ferre Na-
valem?

Triumphus
in Albano
monte, qui-
bus & qua-
lit?

Quę spolia
Opima?

Iupiter Fe-
retrius.

& totius operis argumentum.

§. VII.

De Diebus Lustralibus.

HAud de statis lustrationibus loquendum, sed de conceptivis: etenim quoties aliquod prodigium apparebat (nunciabaturve, estò falsò) industria Sacerdotum *procuratio fiebat maioribus hostijs*; uti identidem regerit Livius. Procuratio prodigiorum dicebatur supplicatio in Deorum placationem. Dæmonis arte (Numinis veri, vivique simiæ) rara ac singularissima contingebant ostenta: & quasi à Dijs facta, Ethnici stultissimè credebant; *ut constaret, quantum maligni spiritus prævalerent*: ait August. 7. *Civ. cap. 24.* Singularis prodigiorum speciebus, specialia cogitarunt sacrificia; ut specie Religionis, idolorum, glisceret cultus, atque Pontificum quæstus. Fingebant sæpe imaginum lachrymas & voces, lapidibus pluisse, aliquando sanguine, aliquando lanà, Signa Deorum mota, ædium, turriumque culmina, portas, mœniaque de cælo tacta, bovem locutum, aut canem, mulæ partum, mures rosisse metallum, monstra apparuisse, mare proiecisse. Sirenes, ignem spontè concepisse altaria, Deorumque lucos; angues eximie magnitudinis visos humano sermone, exercitus in aère decertantes, duos Soles, tres Lunas, variæque meteora, & reliqua superstitionis deliria, cum ingenti telluris hiatu, & voragine cæcà; de quibus abundè Iulius Obsequens, T extor, *Officin. lib. 7. cap. 53.* metricèque Claudian. 1. in *Eutrop. à v. 1.* Sciendum, apud Ethnicos fuisse *Portenta, Ostenta & Monstra*: de quibus Festus Pompeius cum Frontone, ait: *Portenta, quia indicant quid porro & quò tendant. Ostenta, quæ tantummodò indicant. Monstra, quæ præcipiunt remedia. In ostento, raritas admirationem facit. In monstro, rectus ordo natura pervertitur. In portento, differtur eventus; sed prodigium detrimentum significat.* Idem Iul. Cæsar Bulenger. de *Prodigijs*, cap. 1.

2 Si terra concussa, supplicatio in tri-duum decreta, & ex una familia viri, fertis redimiti, per cuncta pulvinaria (de quibus, *num. 3.*) præcipientibus Duumviris, supplicabant; sed nullum Numen invocabant, ne peius fieret, si alius pro alio invocaretur. Gell. *lib. 2. cap. 28.* & Livius *lib. 4. sect. 61.* Si bos, canis, serpens, vel idolum locutum, voxve cælestis audita in monte Albano (qui

erat nonnunquam theatrum harum fætionum) Senatus fiebat extra Curiam sub dios; quasi Senatorum gravedines, portentorum essent expiationes. Alex. ab Alex. *lib. 5. rap. 27.* Si partus semiferi, vel monstrosi, actutum in aquis suffocabantur; & à ternovenis virginibus munera Iunoni Lucinæ offerebantur, carmina per urbem præcipientibus. Iul. Obsequens, cap. 81. Gell. *lib. 9. cap. 4.* Cicer. 1. de *Divinat.* & Liv. usquequaque. Si ædes Deorum vidissent fulmine tactas, duos apparuisse Soles, in cælo facès, lapidibus pluisse, &c. illicò *Novendialia* præscribebantur, lectisternia, ludj, feriæ, & supplicationes circa universa delubra & pulvinaria; in qua pompa Senatores & Patricij, cum uxoribus & liberis, virginibusque Vestalibus, coronati propitiationem Numinum implorabant. Cicer. 2. de *Natur. Deor. Plin. lib. 2. cap. 25.* & Obsequens, d. *cap. 41. 43. 66. 72. 127. & 129.*

3 *Supplicatio* à Romanis dicebatur, quàm ad pulvinaria confluebant, vel pro gratiarum actione, vel pro malo averruncando: tunc Dijs parabatur epulum. Dicta sunt huiusmodi sacra, *Pulvinaria & Lectisternia*; quia imagines Numinum, quibus fiebat supplicatio, illotunc collocabantur in lectulis, cum pulvinaribus, quasi accubitura. Prima lectisternia Iovi Vulcano & Minervæ instituta; quia his tributæ fulminum eiaculationes: Liv. 2. *sect. 27.* Decursu verò temporis primum lectisternium fiebat Iovi & Iunoni; secundum, Neptuno & Minervæ; tertium, Marti & Veneri; quartum, Apollini & Dianæ; quintum Vulcano & Vestæ; sextum, Mercurio & Cereri: tuncque fasciculi verbenarum (ò maiestas!) pro capitibus locabantur, quos dicebant *Pulvinaria*. Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 3.* Cicer. 3. in *Catilin. Fest. Pomp. lib. 17.* & Vives in 3. *Civit. cap. 17.* Aliquando matronæ post supplicationem in Capitolio, Iunoni faciebant in mari proximo, unde hausta aqua templum & imaginem irrorabant. Alex. ab Alex. quò supr.

4 Lustratio etiam fiebat, si bubo, vel lupus Capitolium, aut Cellam Iovis intrasset: quæ purgatio constabat tædis sulphureis, pulvere fordæ bovis, de quo 15. *April.* Si theatra loca publica, vel domus expiari congruebat; quisquilijs præfatis apponebant laurum, verbenam, & ova, victimas porcellos, ignem & aquam. Natal. Com. 1. *Mytholog. cap. 14.* Plin. *lib. 15. cap. 30. & 25. cap. 9.* Servius in illud, 12. *Aeneid. v. 119.* *Alij fontem, ignemque ferebant: & Iac. Grang. in illud Iuvenal. Satyr. 6. v. 516.*

Expiationes eorum.

Novendialia.

Quid Supplicatio, Pulvinaria & Lectisternia?

Instrumta lustrationis.

Quid procuratio prodigiorum?

Varia ostenta.

Discrimen inter prodigium, portentum, ostentum & monstrum.

Prologus Galeatus,

Nisi centum lustraverit ovis. Totum à Græcis, qui huiusmodi expiationes dicebant *Catharsia*, à porcellis immolatis & ovis. Rhodigin. *lib. 6. cap. 12. & 27. cap. 17.* Summam stupiditatem apud Træcenos refert Pausanias, *cap. 87.* de expiatione Infelicitatis. Qui sub lava forte iacebat, vel iacere arbitrabatur; ut Numina placaret, sese ab illis destitutum prædicabat, amictus linteo & lucernam cum lauro habens in manu, non pede, sed genu ambulans. Postquam lassus huiusmodi situ & vocibus, lauro applicabat ignem lucernæ: si ardens resonabat, qui infelix arbitrabatur fortunæ propitiationem: sin minus, continuam infelicitatem. De crepitu aut silentio usæ lauri, etiam superstitio apud Romanos. Consule Plin. *lib. 15. cap. 29. & 30.* Pier. Valer. *lib. 50. cap. 13.* Ovid. *4. Fastor. v. 371.* Tibull. *2. Eleg. 5. à v. 81. & Propert. 2. Eleg. 28. v. 35.*

5 De *Arvalibus* (à quibus *Ambarvalia* sacrificia pro expiatione agrorum) & *Suovetaurilijs*, à victimis sue, ove & tauro; quia decursu temporis stata sacra, suis locis dicemus. Vid. Macrobr. *3. Saturn. cap. 5.* *Amburbialia* dicebantur lustratio Urbis. Primò instituta singulis quinquennijs, deinde quotannis, de quibus in *Febr. 1.* Totum lustrationis ordinem describit Lucanus, *1. Pharsal. à v. 590.* Hac enim acceptione usurpat *Amburbialia* contra *Ambarvalia*, Turnebus in *Adversar. 18. cap. 17.* ab ambitu urbis, seu circuitu. De lustratione Exercitus tam apud Rom. quàm apud exteros, in *8. Mart. à n. 19.* Si verò Grex expiandus, pastor diluculo oves inspergebat aquâ salicâ, suffumigabat ovile sulphure & herbâ Sabinâ accensis, offerens Pali Deæ cum carmine milium, lac & sapam. Gyrald. *Syn. tagm. 17. n. 91.* ex Ovid. *4. Fastor. à v. 729.* Si classis cum navibus, teda lucida, ovo & sulphure, ut inter Ægyptios fiebat lustratio navis Ildis. *Simulacris dispositis, navem faberrimè factam picturis miris variegatam, summus Sacerdos tedâ & ovo & sulphure solemnissimas preces de casto prefatus ore, quam purissimè purificatam, Dea nuncupavit, dicavitque.* Apulei. *11. Metam.* Classe ergo dispositâ in littore, ara abluta aquâ marinâ, erigebatur; quam circundabat exercitus: victimamque & exta (ducibus insidentibus in scaphis) deferebant ad naves: demùmque partem horum in mare porriciebant, partemque carmine adolebant in ara. Ritus describunt Virgil. *5. Aneid. à v. 235.* Livius *lib. 9. sect. 45.* & Gyrald. de *Navig. astruitque Appian. lib. 5. de lustratione Classis Cæsaris.*

6 Etsi ignis purificabat, etiâ purificabatur ignis. Ne mlretis. Dij purificatores, non solum in suis imaginibus, sed in seipsis expiationem admittēbant. Ovid. *4. Metamorph. fab. 13. canit:*

Læta redit Iuno: quam cælum intrare parentem,

Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris. Totum ignem Græciæ contaminatum adventu Xerxis, arbitrata est tota Græcia: unde ut fulgere ritè possit Athenis, & Olympiæ in Ara Iovis Eleutherij & Olympici; decrevit, extincto cuncto profano, qui ibi erat, purum è Delphis adduci, ex communi sacro foco. Plutarch. in *Aristid. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27. & Nos 3. August.* Lustrationem pyræ, vel rogi in parentationibus virorum insignium apud Romanos, latè refert Virgil. *11. Aneid. à v. 188. incipit:*

*Ter circû accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mæstû funeris ignem
Lustrare in equis, ululatusque ore dedere.
In flammam iugulant pecudes, &c.*

Aliquando lustratio ignis dicebatur, si fomes ei nobilior ministraretur. Quare cautum erat legibus (ut notat Natal. Comes, *1. Mytholog. cap. 10.*) in sacrificijs statis, excitari ignem (qui aliàs impurus reputabatur) haud nisi à iunipero, myrto, vitibus, ficu, fraxino, albâ populo, æsculo, & alijs, ut refert Stuck. de *Sacrific. Gentil. cap. 175. & Benedic. Curtius de Hort. tot. lib. 5.* Sic excitatus, post fovebatur lignis aromaticis. Unde illud Statij, *lib. 6. Thebaid. v. 204.*

Ditantur flamma: non unquam opulentior illo

Ante cinis, &c.

7 Aliæ etiam erant lustrationes pro reatu noxæ & scienter & per errorem; quas & instrumenta piaminum videtis apud Delrium in Senec. *Hippolyt. à v. 714.* Clem. Alexandrin. *7. Stromat. & Augustin. 21. Civit. cap. 13.* ex profanis Columel. *lib. 12. de Re rustic. ex quo Marcian. Capell. lib. 2.* Apud Indos erat Puteus & Crater. In puteum ad expiationem, è fundo attollitur aqua, percussâ à Sole. Iuxta puteum crater, igne plenus, quin unquam labrà excedat. *Illic Indi à facinoribus expiantur: quapropter Sapientes Culpa puteum appellant, Craterem autem Veniæ.* Philostrat. *3. de Vit. Apollonij, cap. 3.* Procliviores in crimina Gentes, quia huiusmodi topicis inventionibus autumabant deleri (uti aquâ purâ, vivâ, perenni) homicidia; uti refert Lactant. *lib. 5. cap. 20.* ridet Cicero, *2. de Legib. & Ovid. 4. Fastorum, v. 571.*

Dij lustrantur.

Ovid.

Ignis.

Virgil.

Quibus lignis foveat.

Variorum criminum.

Catharsia.

Lustratio infelicitatis.

Agrorum & Urbium.

Gregis.

Navis Ildis.

Classis expiatio.

& totius operis argumentum.

Ovid. *Ab nimium faciles, qui tristia crimina cedis
Fluminea tolli posse putatis aqua.*

Quia non stata huiusmodi execranda sacra;
ritus decrevi præmittere, ut lustrationum
haberetur aliquatenus notitia: cætera di-
cenda, præut occurrerint in *Dieb.* expiationi
destinatis à Gentilibus.

§. VIII.

De Diebus Fests.

1 **F**esta habuerunt Ethnici & stata
& conceptiva. *Conceptiva* alia
erant privativa, & alia publica. *Stata* seu
Stativa dicebantur, quæ certis celebraban-
tur diebus: *Conceptiva* verò, seu *Imperati-
va* publica, quæ à Magistratibus & Ponti-
ficibus indicebantur; ut erant *Feriae Lati-
nae*, à Tarquino Superbo institutæ, erecto
communi templo in Fœderis signum inter
Romanos & Latinos, sacro *Iovi Latiali*;
quò & nundinæ & convivia populi utrius-
que quotannis in monte Albano. Victimæ
taurus, ex cuius extis cuique populo certa
portio tribuebatur (unde postea *Visceratio*
dicta) dum sacrificium (cui præerant Ro-
mani, uti asserit Halicarnas. *lib. 4. cap. 41.*)
fiebat pro cunctis. Elapsis aliquot annis, ce-
lebriores *Feriae* fuere, & festa stata die 27.
April. Similiter *Novendialia*, quæ conce-
ptiva (fiebant enim, vel dum fato functis
iusta celebrantes solvebant, maxime de Re-
publica præclare meritis, qui florente Im-
perio Patres patriæ plaudebantur; vel dum
procuratio decernebatur ex folijs Sibyllinis
pro aliquo prodigio, novisque meteoris,
aut de quibus egimus §. antec. num. 2. &
Liv. lib. 27. sect. 109.) postque stata, uti
videbimus, 9. *Oct.* & 2. *Novembr.* Varia sa-
crificia & comitia populorum Italiæ refert
Alex. ab Alex. *lib. 5. cap. 7.* hicque Tiraquell.

*Festa Con-
ceptiva.*

*Feriae Lati-
nae Iovi La-
tiali.*

*Novendia-
lia.*

*Pompa An-
seris & Ca-
nis.*

*Lapis Ma-
nalis.*

2 Inter festa conceptiva Romana fuit
pompa Canis crucifixi & Anseris regie or-
nati, ac in lectica sedentis; eò quòd irrum-
pentibus noctu in Capitolium Gallis, mutis
canibus, Romanos sopitos clangore & stre-
pitu ad defensionem arcis anseres excita-
runt. Hinc in Capitolio publicè alebantur,
ut tradit Plutarch. in *Camil.* & de *Fortun.*
Roman. Non secus ac alia, huiusmodi insa-
na pompa decursu temporis fuit stativa: si-
cut solemne *Lapidis-manalis* iuxta adem
Martis inventi, cum Urbem ureret summa
siccitas: etenim simulac. in Urbem inve-
ctus, secuta pluvia copiosa. Hoc enim even-
tu, studio à Pontifice movebatur, ubi im-

ber arvis videbatur necessarius. Nonius
Marcell. in *Romul.* Sext. Pomp. *lib. 4. M.*
Varr. 2. de *Vit. popul. Rom.* & Rosin. *lib. 4.*
cap. 17. De alijs festis conceptivis dicerem,
uti de *Nundinis*, ni stata apud AA. invene-
rim. Arbitror primùm ad libitum Pontifi-
cum fuisse, devolutoque tempore inter
Fastos affixa: adi Macrob. *lib. 1. Saturnal.*
cap. 16. Halicarn. *lib. 2. cap. 17-7. cap. 28.*
& Plutarch. *Rom. qq. 42.* Primitiva plura
tam familiarum, quàm individuorum erant,
quorum stabilitas decreta legibus: igitur in
prima 12. *Tabul.* dicitur: *Sacra privata per-
petuo manent.* Vid. Rosin. *lib. 8. cap. 6.* Sa-
cra hæccine dedicatione Statuarum, de qui-
bus quæ apud Antiquitatis Scriptores sele-
ctiora inveni, non abscondam: potissimè,
quum uti videbimus in Mensibus, rarus
dies signabitur sine statua erectæ dedica-
tione.

3 Inter Romanos ab honore statua in-
cipiebat nobilitas; in cuius commendatio-
nem, non minoris habebatur, statua erige-
re, quàm habere: ait Plin. *lib. 1. Epist. 17.*
Suas enim Cæsar firmavit, ubi Pompeij
prostratas crexit. Per statuas splendorem
familiarum Prisci ostentabant: dicabantur-
que ut noscerentur qui præclari florissent,
quorum honore ducti posterì, studebant vir-
tuti æmulandæ memoriæ. Tacit. 2. *Annal.*
cap. 32. Valer. Maxim. *lib. 8. cap. 15. Vi-
debat Torquatus se in eo atrio concedisse, in
quo illius imperiosi Torquati severitate con-
spiciat imago posita erat, prudentissimoque
viro succurrebat effigies maiorum suorum
cum titulis suis: iccirco in prima ædium par-
te poni solere, ut eorum virtutes posterì non
solum legerent, sed etiam imitarentur.* Ita
ergo vivebant post mortem, quippe in se-
ipsis præferabant virtutis imaginem.

*Statuarum
honor.*

Valer. Max.

— *Incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus & vita redit bonis
Post mortem Ducibus.*

Horat.

Horat. 4. *Od. 8.* à v. 13. & Arnob. 1. *Contr.*
Gent. cap. ult. *Bibliothecam reponitis in ar-
canis, quadrigis & statuis numeramini.* Qui despe-
xit inter Græcos Agefilaus huiusmo-
di honorem, & inter Romanos Cato Cenfor-
inus (ut ait Chartar. in *Prolog. Imag.*
Deor. fol. 12.) quippe magis studebant famæ
memoriæ factorum, quàm in virtutis
plausum, laudem & præmium.

4 Principium statuarum tribuitur à
Fulgentio Placiade, *lib. 1. Mytholog.* cap. 1.
Syrophanti Regi Ægypti (etsi in Chrono-
logia ante & post diluvium à Kirchero ex-
actè deprompta, 1. p. *Oedip. Copt.* syntagm.
1. cap. 9. & 10. nec nomen quidem audia-
tur)

Prologus Galeatus,

Inotio. *fur*) Ibi Fulgentius refert, quod de patre dolente pro filio, eiusque simulacrum in solamen erigente; dicitur *Sapient.* 14. à v. 15. additque: *Dum tristitia remedium querit, seminarium potius doloris invenit.* Statius in *Epiced. Lucani*, 2. *Silv.* v. 130.

Stat. *Ac solatia vana subministrat Vultus qui similis notatus auro Stratis prænitet, incubatque somno.*

Chartar. Ducti subditi in obsequium potentis, variis modis studerunt in mulcimen, cogitantes in simulacri cultu & ornatu, allicere parentis animum in gratias & iræ eius effugere minas. *Servi* (infit Chartar. d.) *cùm domini animum aliquid offendissent, ex quo sibi magnopere timerent, ad statuam accurrebant, illi in genua accidebant, illi supplicabant, ab ea delicti veniam implorabant, quam à patre ob filij charitatem impetrabant. Hinc factum est, ut eam floribus coronarent, munusculisque alijs prosequerentur, cui saepe salutem suam referrent acceptam.* Ad huius imitationem aliæ quoque statuae fuerunt collocatæ. Idem Fulgent. quò dudum.

Unde ornatus & veneratio? *Tantum religio potuit suadere malorum.* Ut canit vel Ethnicus, *lib. 1. de Rer. natur.* v. 102. etenim consuevit uniuersa familia in domini adulationem aut coronas plectere, aut simulacrum ornare, aut denique odoramenta succendere. *Octavia imagines* (inquit Tacit., 14. *Annal.* cap. 61.) *gestant bumeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt.* Hoc sine seminarium idololatriæ, ut fasè diximus, *Tom. 4. Tautolog.* 3. à n. 5. astringitque *Isidor.* 8. *Etymolog.* cap. 11. Frequenter igitur sub patrocinio, titulo, nomineque alicuius Numinis statuae dedicatio fiebat. *Aristoteles* (ait in eo Laërtius) *matris suæ imaginem Cereri dicavit ad Nemeam*: de Theophrasto idem asserit sic sine dedicasse imaginem Aristotelis. In *Platon.* etiam præmittit: *Mithridates statuam, quam erigebat Platoni, Musis dedicavit.* Athenæus 2. *cap.* 13. *Gorgias Leontinus statuam sibi positurus, eam Apollini Delphico consecrauit.* Apuleius *Florid.* 3. infit: *Illam imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formauerat, diuinis percolens honoribus ipso se solatio cruciabat.* Demùm Theocrit. *Edyl.* 7. v. 30. *Aurei utrique & Veneri dicabimur.*

Theocrit. 5 Non omnibus concessum, statuam erigere, vel habere; sed tantum eis, qui dignitate præstant. *Effigies* (inquit Plin. *lib.* 34. *cap.* 4.) *hominum non solebant exprimi nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primò Sacrorum certaminum victoria, maximèque Olympiæ: ubi omnium*

qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eadem Pausanias, *cap.* 64. At pridem statuarum invenitur usus. Semiramis suam effigiem sculpi iussit in lapide, cuius longitudo septendecim stadiorum, centumque Sacerdotes statuit, qui solemnè ritu ac pompa eam venerarentur, variisque sacrificijs ei litarent, ac si Numen aliquod esset. *Statua* (ait Chartarius, d.) *increaibilis magnitudinis.* Profectò, sapit: sed in descriptione desipit. Declarant quid & quomodo Rhodigin. *lib.* 29. *cap.* 24. & Iul. Cæsar Bulenger. 1. de *Pictur. & Statuar.* cap. 21. *Semiramis* (inquunt) *cùm lapis deficeret, & maius aliquid concupisceret, quàm quod ære posset assequi; apud montem Media, qui Bagistanus dicitur, in petra stadiorum septem & decem, suam sculpsit effigiem.* Quit intelligi ibi suam ad amussim imaginem sculpsisse, vel formatam ex tam vasto saxo: quod quidem mirum non est, tum quia olim montes pro statuis dicabant, ut ait Strabo, *lib.* 7. de Getis: tum quia cùm formam hominis mons referret, ut ait Ludovic. Nonnius in *Græc. Goltz.* Tabul. 24. *Dinocrates Architectus* (inquit Vitruv. 11. *cap.* 6.) *Alexandro persuasit, se formaturum ex monte Atbo statuam tanto Regi dignam; cuius manus leua contineret amplissimam civitatem, dextra verò pateram, quæ exciperet omnium fluminum, quæ sunt in eo monte aquam; ut inde in mare effunderetur.*

6 Causa in statuarum erectionem nunquam circumspècta inter Romanos non cùm floreret, sed cùm vigeret Imperium. *Ob merita vitæ imagines, statuae & tituli rependuntur: honores publici, privilegia, cui Curia, cui populus suffragijs immolat:* ait Tertullian. de *Anima*, cap. 33. & Cæsiodor. *lib.* 8. *Epist.* 2. *Amore Principum* (infit) *constat inventum, ut simulacris aneis fides seruaretur imaginis; quatenus ventura progenies auctorem videret, qui sibi Rempublicam multis beneficijs obligasset.* Hinc ait Senec. de *Consolat. ad Marciam*, cap. 22. *Cùm decerneretur Seiano statua in Pompeij teatro ponenda; exclamavit Cordus: Tunc verè theatrum perire. Quis enim non rumpetur, supra cineres Cn. Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi Imperatoris consecrari pessimum militem.* Statua denegata fuit Dario Hystaspis, vel subiugata Ægypto in Memphi iuxta Sesostris statuam; dicente Principe Sacerdotum, necdum tot victorijs ad Sesostris merita pervenisse. Vid. Kircher. quo supr. *Dynast.* 19. & Diodor. *Sicul. lib.* 1. n. 28. ex Herodot. *lib.* 2. v. 30. *A Senatu Spurlana, Principe*

Statua portosa Semiramidis.

Chartar.

Rhodig.

Ex monte statua.

Vitruv.

Tertull.

Cæsiodor.

Ignominia in indigno.

Cur Dario denegata in Ægypto?

Plin.

& totius operis argumentum.

- auctore, triumphalis statua decreta est: non ita ut multis, qui nunquam in acie steterunt, nunquam castra viderunt, nunquam denique tubarum sonum, nisi in spectaculis, audierunt:* ait Plin. lib. 2. epist. 7. Non dignus memoriâ, qui aliquid memorabile non fecisset: tanto enim honore solummodò digni, qui per gesta nominati; ita ut vel facti functis ad posteros per imagines sui memoria perveniret laudanda. *Etiam Senatus impatiens dispendij sui* (inquit Symmachus, lib. 10. Epist. 25.) *solatium petit de honore virtutis: vestrumque Numen precatur, ut virum nostrâ etate mirabilem, statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum. Ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus amula alitur exemplo honoris alieni.* Ideo qui meruerunt singulari virtute, fundi huiusmodi æstimabili honore: de quibus videbis Textor. 3. Officin. cap. 29. & Cassan. 1. p. Glor. Mund. consider. 35.
7. Tantus igitur honor semper sub invidia, qui debebat esse sub æmulatione ad merita. *Excepta deinde res est à toto orbe terrarum humanissimâ ambitione.* Sine ulla statua aut imagine nec hominis, nec Dei, more Persarum, fuerunt Romani annis centum & septuaginta, iuxta Augustin. 4. Civ. cap. 31. de quo diximus, Tom. 6. T. 11. n. 5. Zonaras Tom. 2. fol. 10. *Vetuerunt* (inquit) *Romani humanâ, aut animalis formâ imaginem Dei formare: itaque apud eos neque pictum, neque fictum os aliquod Dei fuit per 170. annos: & cum templa haberent, nulla fuit formata effigies.* Græci usque ad insaniam appetivere huiusmodi vanitatem. Rhodi fuisse Signorum ad septuaginta tria millia, nec pauciora Athenis; Olympiæ, Delphis etiam superfuisse; asserunt Rhodigin. d. & Bulenger. cap. 21. Delirio adhæserunt Romani, ita ut alter in Urbe populus videretur lapideus. *Luc. Mummius devictâ Achaia replevit urbem* (Plin. quò dudum) *In M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena tantum. Multa & Luculli invexere.* Marcellus è Sicilia, cæterique Duces & Imperatores Romani universâ Græciâ debellatâ certatim inferebant. Vid. Plutarch. in *Marcell.* & Pausan. cap. 44. 45. & 221. Nihil avidius cupiebant victores Provinciarum, quàm statuas, signa & simulacra, de quo Bulenger. d. à cap. 19. Unde ut magis deciperentur, arte dæmonis, semel statuis pluit; ut refert Ulyss. Aldrovand. ex Iul. Obsequent. Tom. 4. in *Monstror. histor.* Statuam Iulij Cæsaris motam in insula Tiberina ab Occidente in Orientem, Tacitus, 1. *Histor.* cap. 86. Suetoniusque in *Vitell.* cap. 9. inquit: *Statue equestres cum plurifariam ei apponerentur; fractis repente cruribus, pariter corruerunt.*
8. Initio tantum Regibus & exercitus Imperatoribus erectæ: post inolevit abusus, legeque cohibita audacia; ita ut sine Senatusconsulto fas non esset. *Sublatas omnes, præter eas, quæ populi aut Senatus sententiâ statuta essent.* Plin. ibid. cap. 6. Simul cum statua, viris de Repub. præclare meritis, signabatur materia, statura, gestus, habitus, locus, & dies dedicationis. Primis temporibus signa conficiebantur ex argilla & gypso, ut astruunt ex Plinio Rhodigin. Bulenger. & Dempster. ex ligno, asserit Tibull. 1. *Eleg.* 10. à v. 17. de Iove Capitolino Plin. lib. 35. cap. 12. *inficit: Fictilem eum fuisse, & ideo mimiari solitum: fictiles in fastigio templi eius quadrigas. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodie memoria nomen in urbe retinet: hæ enim tum effigies Deum erant laudatissimæ. Aurum enim & argentum ne Dijs quidem conficiebant.* Vid. Chartar. fol. 16. Divite iam imperio non solum ex metallis, sed pretiosis Signorum & statuarum materia. *Non est prætereundum & novitium inventum: siquidem non solum ex auro argenteove, aut certè ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in iisdem locis ibi loquantur, quinimò etiam quæ non sunt, finguntur, pariuntque desideria non traditi vultus: quo maius nullum est felicitatis specimen, quam semper omnes scire cupere qualis fuerit aliquis.* *Asinij Pollionis hoc Roma inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rem publicam fecit.* Hæc Plin. ibid. cap. 2. De statuis aureis, Stat. 5. *Silvar.* 1. v. 190.
- Da Capitolinis æternum sedibus aurum, Quo niteant sacri centeno pondere vultus Cæsaris, & propria signet cultriciis amorem.* Suetonius in *August.* cap. 52. inquit: *Argenteas statuas, olim sibi postas conscripsit omnes: latè Plinius lib. 33. cap. 12. de itatuis argenteis; usumque taxat, lib. 35. cap. 2. subdens: Adeo materiam maluit omnes, quàm se nosci, honorem non nisi pretio ducentes; ut frangat bæres, furisque detrabat laqueus.* Comprobavit ambitionem Domitianus, qui nullam sibi in Capitolio, nisi auream & argenteam statuam poni passus est. Bulenger. cap. 21.
9. Habitus varius: inter Græcos frequenter statuz nudæ, ut ait Plin. lib. 34. cap. 5. *Apud Romanos rarò nudæ: unde singulares in Rostris, Romuli & Camilli sine tunica; ut dicitur ibid. cap. 6. Ubi sine ullo ha-*

Sueton.

Illarū materia.

Plin.

Aurum.

Idem.

Bibliotheca Pollionis cū statuis Scriptorum.

Stat.

Sueton.

Statue ex argenteo.

Plin.

Illarum habitus.

Symmach.

Intuitus in erectione?

Plin.

Zonar.

Quædam Romani sine statuis & imaginibus?

Isaniæ Græcorum præsens Roma.

Statuis pluit.

Nota arte dæmonis.

Prologus Galeatus,

*Qua Achil-
lea, Milita-
tus, Togati*
habitu lancea insigniebantur; dicebantur *Pilata*, sive *Achillea*: cap. 5. Ubi cum thora-
ce, *Militares*, seu *Romana*. Aliquando
etiam cum toga, quod signum honoris ma-
ximi: unde cap. 6. de statua Cœliæ equestri
dicitur: *Ceu parum esset, togâ eam cingi*.
Habitus triumphantium (ex quo statua dic-
ta *Triumphales*, ut vidimus §. 6. n. 5.) am-
plioris dignitatis erat ac commendationis:
quapropter de Augusto ait Sueton. in eo,
cap. 31. *Statuas omnium triumphali effigie
in utraque fori sut porticu dedicavit*. Sta-
tuæ Equestres fuerunt in summo honore.

*Triumpha-
tus*
Stat. currus abequeus, albi
Iuvenal. *Quadrifuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curvatum hastile minatur
Eminis, & statua meditatatur prelia lusca.*

Equestri?
Succinit Iuvenal. Satyr. 7. à v. 126. *Augu-
stum Senatus* (inquit Velleius Patercul. 2.
Histor. Rom. cap. 61.) *honoratum equestri
statua, que hodieque in Rostris posita, ata-
tem eius scriptura indicat: qui honor non
alij per trecentos annos, quam L. Sylla &
Cn. Pompeio, & C. Casari contigerat*. Etiam
fœminæ dignatæ huiusmodi honore, ut re-
fert Ravil. Textor quò supr. Plin. lib. 34.
cap. 6. qui cap. 5. inquit: *Equestres statuæ Ro-
manam celebrationem habent*.

*Statuarum
locus.*
10 Locus in statuam signabatur etiam
à municipibus, Senatu, aut Principe, vel
ab omnibus simul. Apuleius *Florid.* citat.
Postulabat (inquit) *locum statuæ: qui in illa
sanctissima Curia aderant, libenter decre-
verunt locum*. Idem Bulenger. cap. 19. *Alie
foris & circa limina* (subdit Plin. lib. 35.
cap. 2.) *animorum ingentium imagines erant,
affixis Gentium spolijs*. Inter situs insignes
(æti ait Cicero pro *Deiorat.*) *ad statuam
nullus est locus Rostris clarior*. Ovid. ad
Liuiam, v. 269. de *Drufo*:

Ovid.
Stabis & in Rostris tituli spectosus honore.
*Forma, &
statua.*
Forma, præut cuique placebat, nisi statua
transisset in simulacrum, ut videbimus n.

Turneb.
13. De statua cogitavit Turneb. *Adversar.*
lib. 26. cap. 3. duntaxat humerorum tenus
simulacra effingi: quod signare videtur Pli-
nius, quò dudum dicens: *Expressi serâ
vultus singulis disponebantur armarijs*: ne-
quibat profectò fieri, si statua essent totius
habitudinis. Idem asserit de vultu imagi-
nis Pompeij, fabrefactæ ex margaritis, lib.
37. cap. 2. Cicero. pro *Bruto*, ait: *Ex quo
tanquam ex ore imago exprimat: & Iuvenal.
Satyr. 8. v. 53.*

Iuvenal.
Truncoque simillimus Herma.
*Quid Her-
ma?*
*Hermæ autem non erant plenz statuar: hu-
meros tantum vultumque in basi exprime-
bant. Aliter statuas prisca videmus, licet*

fuerint sic & sic. Statua iuxta Rhodigin. lib.
17. cap. 16. erant *Pariles, Magnæ, Miores*
& *Maximæ*. *Pariles dicebantur, quum hu-
mani corporis modulus servabatur, cuiusmo-
di surrigebantur sapientibus viris. Magnæ,
si infra sesqui alteram contineretur statu-
ra; quæ Augustæ vocantur etiam, quales Re-
gum sunt, ac Imperatorum. Statua Miores;
quibus commensus foret duplicatus, quales
Heroum visantur: nam Maximæ, Dijs Opti-
malis sacra, multò etiam auctiores compinge-
bantur: unde Colossos nuncupabant.*

11 Statua haud sacræ erant, ni dicatæ:
sacrabantur cum titulo, inscriptione & fir-
mitate, qua Statua dicebantur. Senec. ad
Marciam, cap. 22. habeturque leg. 14. ff. de
*condition. & demonstrat. leg. 2. ff. de Loco
publ.* Statua Cœliæ & Horatij Coclitis pri-
mò Romæ consecratas, asserit Plin. lib. 34.
cap. 6. suffragijs cunctorum. Claudian. Præ-
fat. de *Bell. Getic.* à v. 7.

*Sed prior effigiem tribuit successus amœnâ,
Oraque patricius nostra dicavit honos.*

*Annuit hic Princeps titulû, poscente Senatu,
Quod legimur medio, conspicimurque foro.*
Invocato ergo Deo aliquo sub cuius pro-
tectione statua inscribatur, titulabatur &
sacrabatur. Cicero. 13. *Philipp.* pro dedica-
tione inquit: *Satua in Rostris Lepido cum
Inscriptione*. Idem Lamprid. in *Alexandro*,
& Bulenger. lib. 2. de *Imperator. Rom.* cap.
12. Ovid. *Epist.* 2. à v. 67.

*Inter & Agidas mediâ statuaris in urbe,
Magnificus titulis, stet pater antè suis.*
Hoc tua post illos titulos signetur imago.
Etiam Propertius, lib. 2. *Eleg.* 14. v. 26. Iu-
venal. *Satyr.* 10. v. 58. Claudian. Præfat. in
2. *Eutrop.* à v. 9. & Valer. Maxim. lib. 4.
cap. 4. & 5.

12 Consecrabantur etiam magicè ima-
gines. Ita illas dicere consueverant (Rhodi-
gin. inquit, lib. 29. cap. 24.) *ut magicis aucte
diritatibus, nubes, imbres & huiusmodi alia
existimarentur mira ratione perficere; no-
vasque formas animantium ad arbitrium
permutare: imò verò & fictiles quoque sta-
tuas vocem esse natas, meminist Plotinus: si-
quidem Magi statuas loquentes construere
credebantur, in quibus nec propria ulla sta-
tuarum anima, nec sidera loquebantur; sed
dæmones ab eodem ducti sidere, sub cuius im-
perio statuæ fingebantur*. Diversis aspecti-
bus stellarum naturaliter posse fieri, autu-
mant Magi: & quando elingues loquantur
videris apud eundem ex sententia Mago-
rum, lib. 29. cap. 14. Hinc ex diversorum
lapidum fragminibus studebant fingere,
quæ sibi creditum fœcine citius animari; ex

Ordo statu-
ræ, & qui-
bus?

Cœl. Rho-
digin.

Dicatio sta-
tuarum.

Claudian.

Rhodigin.

Statua Ma-
gica loqua-
ces.

& totius operis argumentum.

- Er Fatales.** Augustino refert Bulenger. *cap. 21.* ita & in hunc effectum defodiebantur, ibique consecrabantur, dicebanturque *Statue Fatales*, uti inventæ tempore Constantij, ne in Imperium Barbari transire possent. Idem, *cap. 19.* Non secus fictum, defossum Palladium ad Troiæ custodiam, & statuam Memnonis post coram Sole canentem. Sæpe ut commendaretur simulacrum & crederetur quicquid de illo fictum, evulgabatur de cælo delapsum. *Prolomeus* (infit Bulenger. *cap. 20.*) cum artifices coegisset, ut simulacrum *Diana* facerent, post opus scrobe facta, omnes defodit, ut simulacrum de cælo lapsum putaretur. Plures præstigias Fatalium Statuarum refert Maiolus *Tom. 2. Colloq. 2.* & *Delr. Disq. Magicar.* lib. 1. *cap. 3. q. 1.* & 2. Mirum, quod narrat Procopius de anulo, seu sigillo Theodorici Regis, lib. 2. de *Bell. Gottico* (statuam dicit Maiol. *Tom. 1. colloq. 4.*) Cum Theodorici Gottorum Regis exitus ille infelicissimus immineret, vel ipsa muta saxa loqui quodammodo visa sunt. Regis in foro imago erat lapillis sectilibus composita. Huius imaginis caput nescio quo casu, adhuc Theodorico superstite, defluxit repente, sua sponte depulsa lapillorum compage; unde mox subsocutum, ut Theodoricus vitam finiret. Post annos deinde octo, lapilli, qui in imagine eius ventrem effigiabant, quoniam eundem in modum protinus excidissent; Athalaricus, Theodorici ex filia nepos, fato suo defungitur. Paulo post labentibus circa pudenda lapillis, Amalafuntha Theodorici filia ex humanis excessit. Huiusmodi statuarum tam mutæ, quam loquaces dicebantur Talismanicæ & Ilicæ; de quibus fusè *Tom. 4. T. 3. à num. 15.*
- 13** Ex statua fiebat simulacrum specimine divinitatis, tuncque Heroi, cui erecta, summa gloria; quia è manibus appendebat phiala, Numinis insigne, uti observat Bulenger. *cap. 20.* & iam non statua Herois, sed Numinis. De Cæsare inquit Sueton. in eo, *cap. 85.* Solidam columnam plebs ei in foro statuit, scripsitque Parenti Patriæ: apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias, interposito per Cæsarem iureiurando, distrabere, perseveravit.
- Senec.** Senec. 3. de *Ira*, *cap. 18.* M. Mario vicatim populus statuas posuerat, thure & vino supplicabat. Tacit. 4. *Annal.* *cap. 2.* de Seiano inquit: Coli per theatra & fora effigies eius, interque principia legionum sineret Tiberius. Simoni Mago etiam ficcine statua erecta inter duos pontes Tiberis, cum hocci-ne titulo: *Simoni Deo Sancto.* Iustin. *Apoloq. 2.* idem perhibet Dio de statuis Iul. Cæ-
- laris & Octavij. Hoc privilegio gaudebant, qui ter vicissent in Olympia. *Eorum, qui ter ibi* (ait Plin. 34. *cap. 4.*) *superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quæ Iconicas vocant.* His statuis concedebatur Plin. Asylum, ut patet ex Sueton. in *August.* *cap. 17.* & in *Tiber.* *cap. 53.* Libertatem, quam perfidiâ Annibalis amiserat Magius Decius, recuperavit, cum ad statuam Ptolomei Philopatoris confugisset. Tit. Liv. *lib. 23. sect. 28.*
- 14** Universi generis statuarum post dedicationem dimoveri è loco nequibant; et si inimicorum essent: ita enim religiose colebantur. Cicer. in *Verr. 2.* ostendit huius venerationis exemplum in superstitione Rhodiiorum: etenim quanvis Mithridatem averfarentur, in eam acerrimo bello insurgentes, eius statuam editiore loco sitam, haud ausi movere, imò nec tangere. Unde malè auditur Caligula, de quo Sueton. *cap. 34.* *Statuas virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subvertit atque disiecit; ut restitui salvois titulis non valerent.*
- Statuis immotis premet solum Quas nemo gloriabitur, per vim Tantillum movere loco.* Sueton. Certè enim ille sine aliis redibunt in suam basim, Lycophr. *Littora vestigijs pede carentibus calcantes.* Canit Lycophron in *Cassandr.* De huiusmodi diabolico embolio dicemus 20. *Januar. n. 13.* & 24. *n. 10-13.* *Februar. n. 2-28.* *Mart. n. 14.* & 29. *n. 15.* Lycophron aludit ad Diomedis statuas à Dauno in mare projectas, quæ arte dæmonis enatarunt ad suas bases; ex quo Diomedes ac avibus, celebratus tanquam Deus. Quare cum dedecus iudicaretur, non solum deiectio, aut emotio, sed si statuarum materia rumperetur, deturparetur aliquomodo forma; erat iniuriarum actio, ut habetur *leg. si statua, ff. de iniurijs.* Dio in *Rhodiaco honor.* ait: *Occidit eum qui ex imagine unicum verbum eraserit; qui tollit titulum, totum decretum tollit, quo ille honorem consecutus est.* Aristid. in *Apoloq.* etiam inquit: *Si pictor titulos imaginum, quæ decreta sunt viris fortibus deleteret, aut pro faustis acclamationibus infastas appingeret, mulctatur.* Tantùm moveri quibant in triumphis & funeribus, unde Plin. *lib. 35. cap. 2.* *Aliter apud Maiores (ait) in atrijs hæ erant, quæ spectarentur (non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora) quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo,* Plin. to.

Prologus Galeatus,

totus aderat familia eius, qui unquam fuerat populus. Alij foris & circa limina, que nec emptori effringere liceret, triumphabant-que etiam dominis mutatis ipse domus. Universæ imagines tunc movebantur pertinentes ad familiam, exceptâ statua Scipionis Africani (dum triumphus cuilibet ex familia Cornelia) collocata in cella Iovis, uti videbimus 16. Septembr. unde nequibat avelli. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 15. & Chartar. fol. 13. Etiam Deorum signa inferebantur in triumphum, exceptâ statuâ Herculis in Foro Boario collocata, quæ Triumphalis dicebatur (arbitror, quia uti fictilis, in pompa non frangeretur.) eò quòd per triumphos habitu triumphali ornabatur. Plin. lib. 34. cap. 7. Chartar. fol. 17. & Bulenger. cap. 19.

Statua Scipionis Africani maioris.

Ritus dedicationis Statuarum Deorum.

Quando renebatur possis in dedicatione?

Senec.

Plin.

15 Ita ergo fiebat dedicatio statuarum in honorem hominum; aliter profectò simulacrorum Numinum. Consecratio igitur statuarum, signorum, ædium, ararum, templorum, & cætera, de quibus infra num. 16. apud Romanos fiebat per Consulem aut Imperatorem accenso foculo cum tibi-cine, verbis priscis & solemnibus, præunte Pontifice Maximo, præfante carmen capite velato, & concione populi advocatâ: à quo munere arcebat funere pollutus, aut aliquo mœore percitus iuxta Numæ ritus. Tunc invocato Numine, nominatoque, conceptis verbis consecrabantur dicata. In consecranda ara vel simulacro non oportebat postem tenere; at necessarium in dedicatione templi, facelli, phani, basilicæ aut ædis: aliâs si aliquid non ritè factum, totum profectò irritum. De Horatio Pulvillo, cui contigit dedicatio Ædis Iovis Opt. Maxim. in Capitolio, dicit Senec. ad *Marciam*, cap. 13. *Hoc fecit Pontifex, cui postem tenenti, & Capitolium dedicanti, mors filij nunciata est: quam ille exaudisse dissimulans, & solemnia pontificalis carminis verba concepit, gemitu non interruptente precationem, & ad filij sui nomen Iove propitiato. Dignus meherculè fuit memorabili dedicatione: dignus amplissimo sacerdotio, qui colere Deos ne iratos quidem destitit.* Latè refert Tit. Liv. lib. 2. sect. 25. (similiter ad quercum pastoribus sacram, cum spolijs hostium Romulus sacravit templum *Iovi Feretrio*: ibid. lib. 1. sect. 33.) Valer. Max. lib. 5. cap. 10. Maiol. lib. 2. colloq. 1. & Struck de *Sacrific. Gentil.* cap. 89. ubi plura ad rem legetis. Etiam si ex verbis concipiendis vox caderet, vel syllaba, infecta cuncta; qua de causa de Metello Pontifice ait Plin. lib. 11. cap. 37. *Adeo inexpli-*

cata lingua fuisse accepimus; ut multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dicanda ade Opifere dicere. Hinc Tull. Hostilius tactus de cælo, quia ritè verbis haud traxit Iovem è cælis. Volventem Commentarios Numa (inquit Liv. lib. 1. sect. 104.) cum ibi quædam occulta solemnia sacrificia Iovi Elicio facta invenisset, operatum in sacris se abdidisse; sed non ritè initura, aut curatum id sacrum esse: nec solum nullam ei oblatam cælestium speciem, sed ira Iovis sollicitati prævâ religione, fulmine ipsum cum domo conflagrasse. Vid. Rhodigin. lib. 16. cap. 14. aliosque 10. Sept. n. 5. Ad rem Ludovic. Vives in Augustin. 10. Civ. cap. 28. Periculosa res est, nisi ritè exerceatur. Irritantur enim demones & magna inferunt mala imperitè excantatis, quod multis horrendis supplicijs ostenderunt, quippe amant perfectam impietatem.

16 Notanda est (quia voces usquequaque occurrent) locorum sacrorum differentia. *Basilica* est domus Regia, quod Nos *Pallatium* dicimus. Unde cum templis esset perfimilis (etsi constaret ambulationibus amplissimis præ templis) templa quæ spatiosa, claustris vel atrijs instructa, *Basilicæ* dicta sunt: propriè autem *Basilica* est domus ampla, causarum cognitioni destinata, vel quia ibi Reges conveniebant iuri dicundo, vel quia ex tota urbe alij ibi causas agendi, alij consultandi, alij expediendi gratiâ confluebant. Adi Vitruvium lib. 5. cap. 1. & Marlian. in *Rom. Topograph.* lib. 5. cap. 4. *Templum* dicebatur edificium sacrum loco augurato. Cornelio Fronto de *Vocabul. differens.* Donat. quia in editiore loco conditum, unde cuncta contemplari possumus. *Non enim omnes ædes sacra erant templa* (ait Marc. Varro, 1. de *Ling. Latin.*) *Curia augurato condita, erat templum: ædes sacra non augurato condita, templa non dicebantur; neque in illis poterant haberi Senatus.* Idem Iacob. Boiffard. 1. p. *Rom. descript.* cap. 160. *Ædes* pro cubiculo aut cœnaculo aliquando usurpatur, sicut in plurali numero pro domibus privatis: at singulari numero, pro templo, vel sacratio: unde *Ædicula* pro templi sacri appendice, vel loculo statuz. Siccinæ *Sacellum*, angustus brevisque locus Deo sacer; q. d. parva cella, vel cella sacra. Aul. Gell. lib. 6. cap. 12. qui addit, in *facellum* præter consecrationem, aram esse necessariam. *Delubrum* sacer est locus, in quo Dei alicuius simulacrum, ritè dicatum; vel quia ibi noxij periculâ diluunt. Front. verb. *Delubrum*. Dictum *Fanum* aliqui arbitrantur à Fauno, qui

Quid sit trahere Iovem de cælo?

Tit. Liv.

Iupiter Elicius.

Viv.

Quid sit Basilica?

Templum.

M. Var.

Ædes, ædicula, facellum.

Delubrum, Fanum.

& totius operis argumentum.

inter Latinos prius Dijs templum erexit. Martian. Capella in *Mytholog.* Quare ex eius religione nominata templa *Panaecon-* traque profanum, quicquid sine religione. Arbitror cum Alconio in 3. *Verrin.* Fanum dici templum aut sacellum, quod aliqua statua vocalis. Sic fanatici, qui furiosi divinabant, exeuntes ab aris, sicut lymphatici, divini aqua pota. *Sacrarium*, etsi proprie pro loco, quod sacra reponebantur; antonomastice accipitur pro loco sanctiore in templo, seu adyto, ad quod non omnibus aditus concedebatur. *Ara* dicta ab ansis, quae constabat. Precantes enim in templo, aut iurantes aris ansas tenebant, uti observant Donatus & Servius in Virgil. 12. *Aeneid.* v. 201. & Macrobi. 3. *Saturnal.* cap. 2. Aptius Tertullian. *Apolog.* cap. 24. aram asserens dictam ab arula, sive foculo, in quo ignis. Differt *Ara* ab *Altari*, eò quod *Ara* essent Dijs Superis & Inferis; *Altaria* duntaxat Superis. Hinc *Altaria* ab altitudine; *Ara* ab ansis. Pamel. in *Tertullian.* loc. cit.

Lucus. 17. *Lucus* per antiphrasim, quasi sine luce, ut placet Servio: at proprie *Lucus* propter lumina crebra in nocturnis sacrificijs; ut arridet Frontoni. In *Lucis* ex arbore proceriore pendeat lucerna, ut observat Iustus Lips. 1. *Elect.* cap. 3. canitque Prudentius in *Symmach.* v. 1819.

Prudent. *Et qua fumificas arbor vittata lucernas sustinuit, cadit altrici succisa bipenni.* Diximus, *Tom.* 6. *T.* 1. n. 54. *Lucus* ergo erat locus, manu arboribus consitus, non caedus, alicui Deorum, vel hominis cineribus consecratus: qui priusquam extrueretur (alias non esset religiosus) fulmine debebat esse tactus: expiarique congruebat bidental, hoc est, ove, ad prodigij procurationem immolata, ibique solemniter sepulta. Cornut. in *Satyr.* 1. Persij, v. 27. Valla, 4. *Elegant.* cap. 56. & Rosin. *lib.* 1. cap. 13. Tacit. de *Morib. Germanor.* cap. 9. insit: *Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.* & cap. 40. *Antiqua religionis lucus offenditur.* In omnes nationes prevaluit huiusmodi error, arboribus adoratis, vel intra lucos idolis. Ovid. 3. *Amor.* Eleg. 12. v. 8. *Concedes Numinis esse locum.* Sil. Ital. 2. de *Bell. Punic.* v. 68. *Arbor Numen habet. Sua Fatidico repetebat nomina luo.* Statius, 4. *Tibaid.* v. 425. *Nec caret umbra Deo.* Cui lucus dicatus, frequenter peregrinos immolabant, uti tam in Tauris, quam Romae fiebat in Dianae Aricinae cultum, de qua 13. *August.* Unde Lucan. 3. *Pharsal.* à v. 399.

Lucus erat longo nunquam violatus ab evo;
Obscurum cingens connexis aera ramis,
Et gelidas albe summotis Solibus umbras:
Silvani, Nymphaeque tenent, & barbara ritu
Sacra Deum, structa sacris feralibus ara;
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbor.
 Hoc intuitu praescribitur filijs Israëli destructio imaginum & lucorum. *Aras destrues; confringe statuas, lucosque succide.* Exod. 34. 13. Deuter. 7. 5-12. 3. Accinit Claudian. 1. de *Laudib. Stilicon.* v. 229.

Lucan.

Religione truces, & robora Numinis instar
 Barbarici, nostra feriant impune bipennes.

Claudian.

18. Haecine festa erant conceptiva apud Romanos, qui cuncta acceperunt à Graecis, uti contendit Halicarnas. lib. 1. *Rom. Antiquit.* inter quos etiam festivitates conceptivae & publicae & privatae. Graecis autem ob prosperos successus, & partam de hostibus victoriam (ait Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27.) rarerentur supplicatio, saepius epulum per singulas tribus dari, & ludi indicij solebant. Huiusmodi plausus dicebantur *Analecteria*, ut notat Ioann. Meursius in

Festivitates conceptivae apud Graecos.

Alex. ab Alex.

Meurs. *Graec. feriata*, ubi notat AA. loca infirma, maxima curatio indigentia: unde liber dicens *Medicus lectionum*, haud Index Hellenicarum feriarum. *Epinicia* etiam dicebantur, quum choreis & canticis recipiebatur à Republica Dux victor: in cuius pompa vasa argentea & aurea portabantur, absque ulla imagine; sacra decernentes, quasi hoc magnificentum laudationis munus. Meursius in *Panathen.* cap. 23. & Halicar. lib. 3. cap. 14. Apud Romanos *Epinicia* quoque; sed dicebantur carmina, ignes nocturni, pyraeque accensae in testimonium publicae laetitiae ad primum victoriae nuncium; vel urbem ingrediente Imperatore. Rhodigin. lib. 15. cap. 15. alijque quos videris, *Tom.* 3. *T.* 4. n. 6. & *Tom.* 6. *T.* 11. n. 17. Constat ex Scriptura, *Iudith.* 3. 10. *Epiniciorum* initium sumptum à cantore Apolline in convivio cunctorum Deorum in plausum Iovis ob victoriam reportatam de Saturno. Natal. Com. 2. *Mytholog.* cap. 1. ex Tibullo, lib. 2. *Eleg.* 2. à v. 7.

Epinicia.

Sed nitidus pulcherque veni, nunc indue vestem

Purpuream, longas nunc bene nocte comas;
Quodam te memorant, Saturno Rege fugato,
Victoris laudes tunc cecinisse Iovis.

Tibull.

19. Privata conceptiva festa ferè infinita erant. Aliqua indicanda, *Garmelia* dicebantur dies nuptiarum primus; *Apaylia*, secundus. *Prosceteria*, cum filia à parentibus discederet in mariti domum. *Amphidromia*.

Garmelia, Apaylia, Prosceteria, Amphidromia, Epistimia.

Prologus Galeatus, 38

nia, dum nomen natis imponebatur, instructis sacrificio & convivio, signatoque paranympho, paneque occultè tolto, dum puer tradebatur nutrici. Athen. lib. 11. cap. 8. Plato in *Theateto*, & Clemens Alexandr. *Stromat. lib. 6. Epebeia*, cum inter puberes pueri referebantur, comam tondebant, Apollinique, vel alicui fluminum dicabant (de quo Tom. 4. T. 1. n. 19. & 24.) quo die domus fores ornabantur bifida lauro. Plutarch. in *Theseo*, & Censorin. de *Die natal. cap. 14. Epidemia* dicebantur, si aliquis incolumis è peregrinatione rediret: *Genesia* verò, ubi amici & familiares in memoriam fato functi, eius natale celebrabant; quæ quidem dicebantur *Genetblia*, dum viveret. A Plinio defuncti memoria vocatur *Idada*, lib. 35. cap. 2. Ipse Epicurus in testamento suo natale patris, matris, fratrum & suum post mortem celebrandum ordinat: ait Laert. in eius *Vit. lib. 10. & Meurs. de Funerib. cap. 36. Vid. 21. Ianuar. n. 7.* A fœminis celebrabatur *Thefaracoſton*: id est, dies quadragesimus à partu, de quo Censorin. cap. 11. *Hos dies in Græcia insignes habent: namque prægnans ante illum non prodit in sanum, & post partum non nisi post quadragesimum.* Innuir Euripid. in *Electra*, v. 654. ubi *Die Soles, diesque, quibus purgatur puerpera.* Arbitror sumptum ab Hebræis: *Levitic. 12. 4.* Ita alia festa apud Græcos conceptiva: at de his nihil agendum, sed tantum de statis, statutis à Magistratibus, & in Fastos à Pontificibus relatis tam inter Græcos, quam inter Romanos. Kircherus in *Agypt. Oedip. 1. p. syntagm. 3.* cuncta autumat sumpta ab Ægyptijs; quippequam Ægyptus sentina superstitionum, quæ in cunctis nationibus inveniuntur execrandæ, nec abs re. Dum signo Græcos, intelligendum est de universis Rebuspublicis, scilicet Atticorum, Laconum, Thebanorum, Locrensiarum, Argivorum, Corinthiorum, Achæorum, Atolorum, Acarnanum, Cretensium, Rhodiorum, Lyciorumque cum Ephesijs, etsi in Asia: alias si dum dicuntur Græca festa, Atheniensibus tantum fuissent attributa; haud aliud egissent nisi festa. Quare dum quotidie signantur; alia hæc, alia autem hic debent intelligi.

20 Romæ non solum propria, sed etiam peregrina celebrabantur: etenim in omnes gentes arbitrabantur imperium, modò illarum Numina ac simulacra adducerentur in cultum. Cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus: magna que sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat exterarum, falsitatem. *Ibi* (inquit Leo

Papa, in *Natal. Apostolor. serm. 11.*) *illigentissima superstitione habebatur collectum, quicquid usquam fuerat vanis erroribus institutum.* Ne mireris: ita Roma in adola projecta & specie religionis, ut Numina cogeret plus quam triginta millia. Vid. Augustin. late tractantem prioribus libris de *Civ. Dei. Vulgaris turba. & rudis* (sunt Halicarnas. lib. 2. cap. 11.) *philosophia. Firmans in deteriorem partem accipit duplex hinc accipit incommodum, aut Deos contempnus tanquam multis involutus infortunij, aut à nulla iniquitate turpitudinis abstinens; cum videat Deos his obnoxios.* Accipiebat Romæ avidè à Græcia deauratos errores, quasi è cœlo Sol. intelligentiæ radios emitteret absconditæ veritatis. *Malum à Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est; quantas mendaciarum nebulas excelsaverit.* Eusebius, 11. *Divin. instituti* cap. 15. Ioseph. *Contr. Appion.* Cato de *Origin. Ital.* quem Plinius exponit, lib. 29. cap. 1. subditque: *Bonum, eorum literas inspicere, non perdiscere.* His embolijis eò devenerunt infatuati Romani, qui prius locorum Genios; aut Numina tantum colebant, non loca; ut Romam uti Deam adorarent; eiusque aram collocarent in Circo Maximo. Notat Dalecampius in *Plin. lib. 3. cap. 5.* increpatque Prudentius in *Symmach. à v. 307.* *Ac sacram resonare viam mugitibus ante Delubrum Roma, colitur nam sanguine & ipsa More. Dea, nomenque loci cum Numè habetur: Atque Urbis, Venerisque pari se culmine tollunt*

Templa, simul geminis adolentur thura Deabus.

Parum illis visum in suis arvis à se erectam sibi Romam destinare Deam, & eius Numen ampliarunt in adorationem orbis. Ride Martialem, lib. 12. *Epigram. 8.*

Terrarum Dea, gentiumque Roma,

Cui par est nihil, & nihil secundum.

Adi Iust. Lipsium, de *Magnitudine Roman. Imper. cap. 2.* & Bulenger. 2. de *Imper. Roman. cap. 5.* Plura in argumentum delibimus 25. *August.*

21 Hinc quia duntaxat de statis festis sermo fit, titulus huius lucubrationis *Ephemeres*: etenim iuxta Aul. Gellium, lib. 5. cap. 18. *Cum per dies singulos res gesta scribuntur, ea historia Græco vocabulo Ephemeres dicitur: id eorum est quasi qui Diariam scribunt.* Ephemerides instituit in Senatu Cæsar, ut asserit Sueton. in eo, cap. 20. quo loco Iust. Lipsius subdit: *Ijs continebantur res, rationesque populi, iudicia publica, comi-*

Leo Pap.

Unde tanta in Romanis superstitione?

Halicarn.

Euseb. Græci mendacissimi.

Plin.

Roma Dea habita.

Prudent.

Martial.

Quid Ephemeres?

Aul. Gell.

Iust. Lips.

Epidemia, Genesia, Genetblia.

Thefaracoſton.

Censor.

Euripid.

& totius operis argumentum.

*initia, supplicia, edificia, natiuitates, illu-
stres mortes, matrimonia, diuortia.* Ad Cæ-
ceron. pro Quintio, & Tacit. 13. *Annal. cap.*
31--16. cap. 22. Non secus ageamus quolibet
die ingerendo etiam sacra Deorum; at
ne caspiter, erretque lector in vocibus mul-
tiplicium Nutrium, maxime discrimine
temporum; congruit scire unde ordo su-
perstitionum. Saturni dicebantur (ait Xe-
nophont. de *Equivoc. cap. 1.*) *capita fami-*
liarum nobilium Regum, qui urbes condide-
runt senissimi. Primogeniti eorum Ioues, &
Iunones: Hercules vero nepotes eorum for-
tissimi: patres Saturnorum Cæli, uxores
Rhea, & cælorum Vesta. Quot ergo Satur-
ni, tot Cæli, Vesta, Rhea, Iunones, Ioues,
Hercules. Idem quoque qui unis popularis est
Hercules, alteris est Iupiter: nam Ninus qui
Chaldeis extitit Hercules, fuit Asyrijs Iu-
piter, quibus oppidulum paternum tetrapo-
lim & caput imperij statuit. Unde ipsum,
Ninum, idest, Iouem cognominarunt, qui
proprio nomine Asyrius dicebatur, à quo
Asyrii dicti, & à cognomine, urbs Ninus
dicta. Sic de alijs æquivocis, quorum ex-
plicationem discēs à Ioann. Annio in Berosi
Commentar. ubi pulcherrima ac in propo-
situm selectissima.

Origo Deo-
rum.

Xenoph.

§. IX.

De Diebus felicibus & in- felicibus.

DE diebus infaustis, siue Ægy-
ptiacis diximus §. 3. n. 3. Fe-
lices dicebantur, dum aliquid cadebat ad
votum, vel ultra votum; sese fortunam (quam
colebant magnopere) ingerente in sinum.
Varij ritus in utrisque diebus apud Priscos
fuerunt. Modum celebritatis indicat Iuvenal.
Satyr. 12. v. 91.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operitur festa lucernis.
Tertullian. *Apologetic. cap. 35.* Cur (ait) *die*
ieto non laureis postes adumbramus, nec
lucernis diem infringimus? Pamel. hic, Iust.
Lips. *Elect. lib. 1. cap. 3.* & Isaac. Grangæus
in loc. cit. Iuvenal. *Romani quoque* (inquit
Alexand. ab Alex. *lib. 4. cap. 20.*) *quid quo-*
que die lucri damnumque fecissent, literis de-
signabant; quæ Ephemerides dicuntur. Dies olim
notabantur lapillis, sumpto more à Thraci-
bus: nam dies ex lætitia computantes (qui
dies ex Sacra pagina dicuntur *Dies homi-*
nis, Ierem. 17. 16. de quo *Tom. 6. T. 9. n. 45.*)

Alex. ab
Alexand.

candido calculo; infaustusque atro vel fu-
sco: collatis ergo lapillis, noverant, tot dies
vixisse; quot felices exegerit. Alex. ibid. &
Erasm. *Cibiliad. 1. Gentur. 1. Adag. 78.* &
Gentur. 5. Adag. 53. Propterea in Roma-
nor. ritibus; de quo Græter. & Boissard.
in 4. p. *Antiquit. Roman.* inuenitur: *Vixit*
VII. ann. duravit LXIII.

Dies notati
calculis.

Quorum dulcia mixta sunt amaris;
Sed tucunda tamen fuere plura:

Et si calculas omnis huc & illuc

Diversus; decolorque digeratur;

Vincet candida turba nigriorem.

Martial.

Succinit Martial. *lib. 12. Epigram. 34.* Ori-
ginem aliam signat Cæli. Rhodigin. *lib. 14.*
cap. 9. Nam in Samios (ait) *pugnans Pericles*

Ma

exercitus octifariam distributo; sorte pugna-

tuos educebat: cui autem alba obtigisset sa-

ba, is epulabatur & otio perfruebatur pin-

gui. At frequenter ad Thraces mos reduci-

tur, de quibus Plin. lib. 7. cap. 40. Vana (ex-

clamat) mortalitas, & ad circumscribendum

seipsam ingeniosa, computat more Thracie

gentis: quæ calculos colore distinctos pro ex-

perimento cuiusque diet in urnam condit;

ac supremo die separatos dinumerat, atque

ita de quoque pronunciat. Ovidius, Epi. 2. 1.

v. 124. & Horat. 1. Carm. Od. 36. v. 10. lib. 2.

Satyr. 3. v. 246. suffragantur proposito.

Quorsum abeant sani? Cretâ an carbone

notandi?

Albâ ne careat pulchrâ dies notâ.

Somnia formoso candidiora die.

Causam signat Perius, *Satyr. 5. v. 108.* &
Lactant. Firmian. de *Phœnic. v. 154.*

Quæque seruanda forent, & quæ fugienda

vetissim,

Ille prius cretâ, max hæc carbone notabant.

Protinus insculpunt sacrato in marmore

formam,

Et signant titulo rem, diemque novo.

2 Felices dies plaudebantur titulo Lu-
cis vel Solis, dicebanturque *Boni & Candi-*
di, quasi collati sorte cœlesti; eo sensu quo
Plato *lib. 5. de Republ.* & Plutarch. *libell. de*
Discrim. adulator. & amic. Deos vocant
Candidos.

Candidus insueti miratur lumen Olympi.

Virgil. *Eclog. 5. v. 56. Candidus, idest, felix,*

ait Iacob. Pontan. Splendor enim & candor
vitæ beatæ ac felicitatis insigne: unde idem

3. *Aneid. v. 538. Latè candore nivali:* ubi

Servius: *Candidus, idest, Deus immortalis,*

contra mortuos qui Nigri dicebantur. Hinc

Iuvenalis *Satyr. 1. v. 72. Nigros offerre ma-*

ritos. Non niger iam esto occulus Iul. Cæsar.

Claram dispergere lumen lucem

Adventum testata Dei.

Horat.

Ovid.

Perf.

Lactant.

Virgil.

Qui dies ni-
gri, vel can-
didis

Claudisa.

Prologus Galeatus;

Sil. Ital. Modularur Claudian. 1. de Raptu Proserpin. v. 8. Sil. Italic. lib. 15. de Bello Punic. v. 53. *Currentibusque dies, horaque serena.* Ferè Lux, Solque usurpantur pro vita. Si vita tristis, Sol dicitur niger, uti apud Horatium, 1. Satyr. 9. v. 72. *Hunc Solem tam nigrum.* Si verò fausta, lux clara designatur, & Sol albus.

Catull. *Fulsere quondam candidi tibi Soles, O lucem dignam candidiore nota!* Accinit Catullus, Epigram. 8. & 108. Corneliusque Gallus, in *Amorib.* carm. 2.

Gall. *O niveas Lucas! ò tempora dulcia! Verè Aurea Saturni sacra fuerunt senis.*

3. Copiosa apud Poetas huius acceptio- nis seges. Diximus supr. n. 19. §. 8. ex Euripid. Horat. 4. Carm. Od. 2. v. 46—Od. 5. v. 8. & Martial. lib. 5. Epigram. 21.

Horat. *O Sol pulcher! Populo gratior it dies, Et Soles melius nitent.*

Martial. *Nunc vivit sibi neuter: heu! bonosque Soles effugere, atque abire sentit.*

Qui Soles candidi, & nigri Nihil aliud hisce vocibus Ethnici designarunt, nisi dies faustos & infelices: potissimè forte insperata, vel desponsa (uti miratus est, vel ab illa dignatus, Philippus Amyntæ, de quo Plutarch. in *Alexandr.* & Iustin. lib. 12.) etenim color albus & niger claret index mœroris à læva forte, & hilaritatis à risu fortunæ. Idcirco atris, niveisque calculis olim depromptum iudicium in gratiam & indulgentiam, vel in criminis vindictam; uti constat ex Plutarch. in *Alcibiad.* & Ovid. 15. *Metam.* fab. 1. dicente:

Ovid. *Mos erat Antiquis, niveis atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere à culpa. Tunc quoque sic lata est sententia tristis & omnis*

Calculus immittem demittitur ater in urnam, Qua simul effudit numerosos versa lapillos, Omnibus è nigro color est mutatus in albam.

4. Si calculi albi insignia dierum faustorum; ubi fortuna plena, notabantur lapillis pretiosis, seu margaritis. Ita Domitius Calderin. in illud. Martial. lib. 10. Epigram. 38.

Martial. *O nox & omnis hora que notata est Caris littoris Indici lapillis!*

Dies fortunati nota- bantur unio nibus. Nimirum pretiosis unionibus, aut gemmis. Haud calculo notanda communi, quæ plena felicitate. Idem lib. 9. Epigram. 53.

Idem. *Felix utraque lux, diesque nobis Signandi melioribus lapillis.*

Plin. *O stulti! dicebatis bonum malum & malum bonum. O stultissimi presentia tantum sentientes! Mortalium nemo est felix (inquit Plin. quò quidam) Quid quod iste calculi candore laudatus dies, originem mali habuit?*

Quam multas accepta afflixere Imperia, Quam multos bona perdidere, & ultimis mersere supplicijs! Heu vana & imprudens diligentia! Numerus dierum computatur, ubi queritur pondus. Ita est profectio: alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus. Abundè igitur ac indulgenter for- tuna decidit cum eo, qui iurè dici non infelice patet: quippe ut alia non sint, certè ne lassescat fortuna, metus est. Quid quòd nemo mortalium omnibus horis sapit? Utinam falsum hoc & non à Vate dictum! Nec à Vate, nec falsum, sed ille sicut cæteri falleretur, veram felicitatem collocans duras inter Ephemerides; colens Numina & sacra, quæ omninò rationi abominabilia. Horum ergo non omnia dicam, tum quia impudentissima plura, cum quia multa sine succo deliria purapura & mera. Lector ergo labore fruatur, erutus in lucis regnum de potestate tenebrarum; ut vivat & scribatur in libro viventium, felicitatis solidæ peroptabili folio, ac numeret in vitam diem mortis meliore lapillo.

§. X.

Methodus operis.

Primò designanda cœlestia, post sacra, deinde Romana & Græca: at si illorum sacra menstrua, videnda in Ianuario. Occurrent voces, maxime in Iliogogis mensium, Astrologicæ facultatis ignaris, quæ videbuntur fastidiosæ, quoniam non intellectæ: etenim lectione etiam improbâ, ni prælegatur prologus, lector profectio factus erit & ieiunus. Siccine operis argumentum efformatum, ne regeratur quod iam suppositum vel supponendum. Hæ utique Ephemerides singulari conditione erunt feliciter commendabiles; quia sine errore meo, quantunvis scateant erroribus, sed congestis ex errantibus, cæcis scilicet & obcæcatis Gentilibus. In huiusmodi opere nihil ergo dignum fide, nisi quod ex Sacra Scriptura constat. Cætera lector accipiat, præter libuerit: igitur quæ à Profanis uti altissimæ plausa, iurè risu vel fletu plœdenda. Exponitur theatrum mentis deliræ in toto orbe, mancipato Satanz, gliscente stultitiâ, quia summa cæcutientibus videbatur sapientiâ tam in Numinibus, quam in Numinum simulacris, imaginibus, imaginum formis, cultu, cultus modo, arte, specie, ornatu; in quibus omnibus (quantunvis Mythologi la- boreant in directionem curvicitatis sensu sym- bon

& totius operis argumentum.

bolico, ac hieroglyphico, cuius in retia-
lo ceciderunt peccatores) illorum qui tra-
diti in reprobum sensum celeberrima sa-
pientia, patet rationi fecundissima stulti-
tia: de quo Paulus *Rom. 1.* Hæc studio pro-
fero intentione prorsum optimâ, ut iuxta
Origenem, *Homil. 31. in Luc.* sanctificentur
Profana, pessundato Oraculo Accaron, in
cognitionem Numinis veri Israël. *Tulit Da-
vid* (dicitur, *1. Paralip. 20. 2.*) *coronam Mel-
ebon de capite eius, & invenit in ea auri pon-
do talentum, & pretiosissimas gemmas.* Ta-
lentum literarum nobis futile, si accipitur
præut nitebat in Gentilitatis capite: erit au-
rum, si in veram catholicam fidem mute-
tur totum Ethnicismi talentum: etenim mo-
dò haud effreni ostentationis cupidine, sed
rationis moderamine, in corona profanæ
eruditionis, ostentantis aureas, deauratâ-
ve literas; inveniet Catholicus pretiosissi-
mas gemmas. Aquæ fontis Cereris Milefiæ
similes sunt: *quæ ex ipso scaturiginis labro
hausta, falsum saporem habet: eadem dul-
cissima, quàm profuit in rivulos.* Athen.
lib. 2. cap. 6. Nosque *14. Ianuar. n. 7.* De
usu humaniorum literarum diximus plura,
Tom. 1. 1. 6. à n. 3-4. T. 5. n. 28. Ad Sal-
meronem, *Prolegom. 17.* ubi selectissima,
ac opulenta. *Videte* (siccine, ut verbis Pau-
li utar, *Coloss. 2. 8.*) *ne quis vos seducat per
Philosophiam & inanem fallaciam, secun-
dum traditionem hominum, secundum ele-
menta mundi, & non secundum Christum.*

Humanio-
rum litera-
rum symbo-
lum.

2 Intende quæ elementa mundi, secun-
dum mundi aut hominum traditionem.
Quilibet etsi non paveat, expavesceat, mi-
rabiturque homines ita degenerasse à ratio-
ne; ut stulti fierent, *dicentes se esse sapientes,
& mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei
in similitudinem imaginis corruptibilis ho-
minis & volucrum & quadrupedum & ser-
pentium.* *Rom. 1. à 22.* Sentina superstitio-
num, mentisque vorago fuit Ægyptus: ex
illa tanquam ex equo Dureto tot in orbem
egressi validi errores.

Cecitas mē-
tis ex idola-
latría.

*Quis nescit, Volusi Bythinice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet saturâ serpentibus Ibiim.
Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci,
Juvenal. Dimidiatio magice resonant ubi Memnone
chorde.*

Ægyptus
errorū sen-
tina.

*Illuc cœruleos, huc pisces fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianâ.
Porrum & cepe nefas violare, ac frangere
morsu.*

*O Sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in
bortis*

Numina!

Uti ridet Iuvenalis, *Satyr. 15. à v. 1.* Videt
ris quæ de origine Idololatriæ diximus;
Tom. 4. T. 3. à n. 3. De superstitionibus Ro-
manorum unde fucta & hausta, *§. 8. hinc à n.
20.* Unde ut brevi cunctorum Deorum
Gentium detur notitia (quippe de ferè cun-
ctis agendum) sciendum est, apud illos fuisse
Deos qui *Maiores* dicebantur, vel *Selecti*,
alio nomine *Consentes*, quoniam vocati in
consilium Iovis. Qui apud Græcos, præliba-
vimus, *§. 5. n. 4. & signabimus, 1. Ianuar.
n. 19.* *Selecti* ergo dicebantur, quia semper
fuere cœlestes; etsi Neptunus sub aquis,
Vulcanus in Lipara ad ignem, Pluto &
Proserpina iacerent in inferno. Dij etiam
erant *Minores*, dicti *Semones* (hoc est, Se-
mihomines, uti autumat Iust. Lips. *lib. 2.
Antiq. lect. cap. 18.* Rhodigin. *lib. 2. cap. 3.*
& Fulgent. Placiades in *Voc. Antiq.*) qui præ-
sides hominum ab ortu usque ad Orcum,
cunctis assistentes functionibus tam liberis,
quàm necessarijs: de quibus & illorum offi-
cijs consule Augustin. à *lib. 4. Civ. usque ad
8. & Rosin. cum Dempster. lib. 2. cap. 19.*
Alij erant *Minores* de cœlestibus (qui dice-
bantur *Antiquiores*, tanquàm patres Deo-
rum Maiorum, ut ait Halicarnas. *lib. 7. cap.
40.*) haud quia minores maiestate, sed ce-
lebratione.

Dij Maior-
es & Con-
sentes

Minores &
Semones

Antiquior-
es

3 Alij dicti *Indigetes*, *Semidei*, quos
evexit in æthera virtus, ut Hercules, Æscu-
lapius, Evander, Castores, Quirinus, Fau-
nus, Picus, Tyberinus, Virbius, Liber-Pa-
ter, seu Dionysius, Acca Laurentia, seu Ta-
rentia, Romuli & Remi nutrix, oppidi lu-
pa. *Indigetes* dicebantur, quasi nulla re in-
digerent, quasi cum Dijs agerent, vel indi-
gitari præ nobilitate possent. Ride etymo-
logias: impune poteris & iurè. Fuere simul
Dij Rustici, seu Ruris, quos agricolæ cole-
bant impensè, qui *Consentes* etiam dicti; de
quibus M. Varr. *1. de Re rustic. cap. 1.* in-
quit: *Invocabo Deos Consentes: non urba-
nos, quorum imagines ad forum auratæ
stant, sex mares, & femina totidem; sed il-
los duodecim Deos, qui maximè agricolarum
duces sunt. Primùm, qui omnes fructus cœ-
lo & terrâ continent, Iovem & Tellurem.
Iupiter pater appellatur, Tellus terra mater.
Secundò Solem & Lunam, quorum tempora
servantur, cum quadam seruntur & con-
sentes. Tertiò Cererem & Liberum, quod
horum fructus maximè necessarij ad vi-
ctum. Quartò Rubigum ac Floram, quibus
propitijs, neque Rubigo frumenta, neque ar-
bores corrumpit, neque non tempestivè flo-
rent. Item Minervam & Venerem; quarum
unius procuratio olivæ, alterius hortorum.*

Indigetes,

Rustici Cœ-
sentes.

Prologus Galcatus,

Necton etiam precor Lympham & Bonum ventum; quoniam sine aqua misera agricultura, sine successu ac bono vento, frustratio est. Hinc Dij *Consentes*, quasi *Consentientes*, quia si omnes propitij, cuncta cadunt ad votum. Hac de causa singulis his Dijs sacra- bantur singuli menses, uti videbimus in uniuscuiusque *Isagog.* Ad Ludov. Vives in August. 4. de *Civit.* cap. 23.

4 Haud quievit Ethnicorum aviditas in Numinibus ascititijs Indigetum, quorum merita rapuerunt divinitatem; & finxerunt etiam uti Numina, Virtutes per quas rapuerunt nimirum illas, quæ in cælum concedebatur ascensus, illis quos amavit Iupiter æquus. Unde Numina (Nomina prorsum) nota, & dicitur gratia culta, Virtus, Honor, Bona mens, Fides, Spes (charitas nec audita) pietas, pudicitia, quies, liberalitas, Maestas, pax, amicitia, concordia, salus & felicitas. Brevius, virtutes morales, & illarum temporarij fructus; propter quas (quia flagitijs & criminibus damnandi æterno supplicio) cum nulla virtutis actio sine præmio; dedit illis Deus verus (non Dij, qui nihili, etsi colebantur) regna, libertatem, salutem, & cæteros temporales honores; ut astruit Augustin. 5. de *Civit.* cap. 12. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt? Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Hi Dij ab Ethnicis culti, in quibus aliqua bonitas, vel aliquomodo: at eò devenit infania; ut noxia quoque enixè venerarentur.

5 Dij *Miscellanei* hi dicuntur à Rosino d. cap. 21. Refragor profecto. Primos in orbe Deos fecit timor. Quippini cæci sine veri Numinis cognitione, adorarent, quod timerent? Quænam in his mistura, ut illa huiusmodi Numina haberent nomina? Miscellanea erunt Auctoris, non commentitiæ Deitatis. Origo erroris coram est. Vel inter Ethnicos, ut latè diserui, *Tom. 4. T. 5. à n. 28.* inolitum, mortalibus adeste Agathodæmones & Cacodæmones; bonos scilicet Genios & malos, quos vocamus, & illi etiam Angelos vocaverunt. A bonis bona, à malis mortales experiebantur mala. Quapropter cum ab illis veritas corrumpere- tur; Numina finxerunt maligna, & benevo- la. Deos, malorum averruncatores, & cru-

ciatus acerbitate inferentes. Hinc apud Ægyptios Numina apotropæa, idest, propitia; & antiecbmia; hoc est, contraria: illa, nomine *Osiridis*; hæc *Typhonis*. Hoc intuitu fictum; in ovo aureo, 24. Numina, seu bona, inclusa ab Ormazde; quod resciscens Arimanius permiscuit in ovo aureo opposita 24. mala Numina: vid. Kircher. in *Obelisco. Pamphil.* lib. 2. cap. 10. distinct. 2. Ethnici huiusmodi noxtia tam mala, quam bona adorabant ut Numina. Bona, ut venirent & mala expellerent; mala ne venirent, vel citò abessent. Unde colebant, non amantes sed timentes, Pallorem & Pavorem, Tempestatem, Febrem, Mortem, Fugam, Rediculum, Luctum, Morbum, Famem, Egestatem, Laborem, Servitutem, Metum, Bellum, Furias, Parcas, Senectutem, Discordiam, Satyros, Faunos, Sirenes, & sexcenta alia dæmonia; ut describit Virgil. 6. *Aneid.* à 273. in faucibus Orci, Rosin. d. & Alex. Neapolit. lib. 6. cap. 4. Hæcine turba Deorum apud Græcos & Romanos, quorum superstitionibus non solum orbis tinctus, sed imbutus, in erroribus summersus, uti videbimus. Dedi ergo cor meum, ut scirem è literis sacris prudentiam atque doctrinam: ex Ethnicis errores & stultitiam. *Agnovi, quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus.* Eccle. 1. 17. Quod veteritas habuit sacrum, Christiana posteritas fecit esse ludibrium. *Videamus ergo (ut ait Cyrill. Alexandrin. Homil. 6. Contr. Nestor.) studium ignorantia.* Etas etiam animum tulit: dicamque cum Hieronymo, *Epist. 2. In hoc opere pro etate tunc lussimus: & calentibus adhuc rhetorum studijs, atque doctriinis; quedam scholastico flore depinximus.*

6 In hoc itaque studium, maximum que in Deorum imagines exponendas sine expositione: quas enixè erui (præter expressas à Chartario & Albrico) ex rudibus Antiquitatis, numismatibus, monumentis, emblematum symbolis; quæ quidem deserviunt ad informandos, & reformandos mores, modò in bonum rationalem, que sensum retorqueantur. Sic
itur ad astra.

*Virtutes cul-
tæ, ut Nu-
mina.*

*Que Numi-
na bona &
mala?*

*Orum 204
roasticum.*

*Etiã ma-
la.*



IANUARIUS.

ISAGOGE MENSIS.



DRIMUS hic mensis à Numa, postque à tempore Iul. Cæsaris apud Romanos, & sub Iunonis tutela, sicut eius in Zodiaco cœleste Signum. Manil. 1. *Astron.* cap. 12. Gyrald. de *Mensib.* Macrobi. 1. *Saturnal.* cap. 7. & Alex. ab Alex. 3. *D. G.* cap. 24. Sol die 21. percutit *Aquarium* (domum principalem *Saturni*, cuius detrimentum in *Leone*: Christoph. Clavius, in cap. 1. *Spher. à sacro-bosco*, Paul. Gallucius, lib. 2. *Theatri Mund.* cap. 9. Berchor. in *Reductor.* lib. 5. cap. 20. ex quo Grannuyse, aliàs Bartholom. Anglicus, de *Propriet. rer.* lib. 8. cap. 20.) & residet in *Capricorno*: quod quidem signum

Aquarius:

est casus *Iovis* & exaltatio *Martis*. Pingitur *Aquarius* Urnam tenens, & quasi aquam effundens. Est Signum aëreum, masculinum, fixum diurnum. Domini aut Præsides eius triplicitatis sunt *Saturnus* in die, *Mercurius* nocte, & *Iupiter* particeps. De triplicitate est tertia. Ita AA. præfati. Prima *Facies Aquarij* est *Veneris*, secunda *Mercurij*, tertia *Luna*. Pontan. de *Reb. cœlestib.* lib. 1. cap. 22. & Misael cum Marciano. *Aquarius* est domicilium *Saturni*. Dicitur *Domus* amicitiae mercatus & fortunæ, Regis & militis, augmenti divitiarum & ministrorum (isdem AA. additque *Dariotus*) *Fiducia*, *spei*, & *aulicorum*, gaudiumque *Iovis*. Hæc domus dicitur *Bonus demon*: Iudicijs huiusmodi dementiæ parco nolens falcem mittere in messem alienam; sed rideo, quod licet. Fines *Aquarij* sunt quinque in decursu *Solis* per gradus eius 30. quæ patent Planetarum ditiones. Primi sex *Aquarij* gradus (qui ab Astronomis dicuntur *partes*) sunt *Saturni*: sex sequ. *Mercurij*, octo *Veneris*, quinque *Iovis*, & reliquæ partes quinque *Martis*. Partes, quæ *Saturno* dicatæ, maleficæ sunt & infelices: quæ *Mercurio*, in industriam ac dexteritatem influunt, peritiam in expeditione, scientiam legum, instituendi rationem, doctrinarum cognitionem, ingeniumque admodum versatile, cum innata quadam aptitudine ad res ministrandas & administrandas. Quæ *Veneri*, summam pietatem & amicitiam studium, veri honestique amoris affectionem. Quæ *Iovi*, fortunam, gloriæ & famæ despectum, invidiamque à socijs ac fratribus insectatoribus. Denique quæ *Marti*, socordiam, ignaviam, præcipitem mentem in omne flagitium, sine cruciaminis ac torturæ formidine: Ptolom. in *Iudicijs*, & *Iovian.* Pontan. d. cap. 23. & lib. 5. cap. 11. Idem ibid. astruit (causasque exponit, quas videtis) *Taurum* oriente *Aquario*, culmen cœli tenere; occasum, *Leonem*, imaque *Scorpium*. Unde quibus *Aquarius* in genitura ascenderit; ex *Saturno* potentes, ex *Mercurio* eruditi, ex *Venere* religiosi, ex *Iove* benefici & munifici; atque ex *Marte*, gratiâ dignatorum ac fautorum vacui. Io! Festinemus nasci sub hoc horoscopo. Quibus *Aquarius* culminaverit, laborabunt hominum invidiâ, maxime dignitatibus ac honoribus fungentes, fortunæque volubilitate quassabuntur. Qui in occasu, vitia inerunt corpori, sed senectus bona & opulenta. Papæ! Plaudite manibus. His auditis, non ridebimus? Tenente occasum *Aquario*, contriangula Signa, *Libra* & *Gemini* felici tuerentur aspectu. Hæcine Signa summè debilia sunt in imo cardine *Aquarij*: quapropter tunc nati; obnoxij laboribus, incommodis, periculis, maxime in aquis, vel iuxta aquas. Idem ibid. reliqua referentur in *Decurijs*. Manil. lib. 4. cap. 1. à v. 260. & cap. 2. à v. 70. succinit, ictus eiusdem aspidis morsu:

Eius imago, & qualitas: triplicitas, & eius Resores.

Facies.

Domus, Bonus demon.

Fines seu termini Aquarij.

Horoscopi & configuratio.

Influxus.

Quem si quem sanctum velles, castumque probumque,
Hic tibi nascetur, cum primus *Aquarius* exit.
Cognatas tribuit iuvenilis *Aquarius* artes

*Cernere sub terris, undas inducere terris;
Ipsaque converfis aspergere fluctibus Astra
Quippe etiam mundi faciem, sedesque movebit
Sidereas, cœlumque novum versabit in orbem:
Mite genus, dulcesque fluunt ad sidera partus:
Pectora nec sordent, faciles in damna feruntur:
Nec deest, nec superest census. Sic profuist Urna.*

Manil.

Stella Aquarij.
Cometa in Aquario.

2 *Aquarium*, quem Græci dicunt *Hydrochoonta*, constantem stell. 42. (ut placet Clavio, *Constell.* 32. & Galluc. *lib.* 5. *cap.* 35.) prim. magnitud. 1. tert. 9. quart. 18. quint. 13. sext. 1. Influxus Cometæ in aliqua ex *Aquarij* stellis, exponitur à Firmico, quem pedibus sequitur in *Tractat. de Comet.* Francisc. Junctin. in *Astrologiæ Specul.* ubi: *Si apparuerit (inquit) in Signo Aquarij aliqua ex stellis Cometis; significat multitudinem prætorum, interfectiones & cruciatus: mortem aut Principi aut Regi in parte Orientis. Ad hæc infirmitates, aëris obscuritatem tonitruum, fulgurum & fulminum impetu. Præter pestem etiam luctuosam, etiam multorum summorum virorum inopinatum obitum.* Congaudes de haccine mirifica scientia: vel dic, aptius, *Deus super omnia.* Finxerunt Prisci fuisse Aristæum, apum inventorem (de quo Virgil. 4. *Georgic.* à v. 287. & Ovid. 1. *Fastor.* à v. 363.) qui summis precibus à Dijs impetravit ventos Euros, qui quotannis in rigore æstatis profiant post *Canicula* exortum, vocanturque *Etesæ* ab *Etos*, Græcè, *Annus*. Unde venti quasi annuales: quia ex ventis cunctis eodem tempore, quotannis redeunt. Strabo, *lib.* 3. Alij *Etesias* dicunt Favonios, de quibus suo loco, *Menf. Iul.* Ad Pfin. *lib.* 2. *cap.* 47--18. *cap.* 28. & Aul. Gell. *lib.* 2. *cap.* 22. Hi enim saluberrimi flatus calores Solis refrigerant per continuos quadraginta dies, ne nimio astu fruges lædantur: qua de causa Aristæus in cœlum, propitiante Iove, elatus, ibi *Aquarius* factus est. Galluc. & Alexand. Piccolomineus, *Opuscul. de Stell. fixis.* Signum præfatum fuisse Ganymedem, ab Aquila ex Ida in cœlum sublatum; arbitratur Natal. à Comitib. 9. *Mytholog.* *cap.* 13. qui quidem ad Deorum convivium susceptus pro filia Iunonis, Hebe, Dea Iuventutis perpulchra; quia pluvia in hyeme sequitur pulchritudinem Autumnus. Idem ibid. *lib.* 2. *cap.* 5. & Ioann. Stofferin. in *Spher. Procli.* De Iuventute, eiusque imagine profert Hemelar. *Aur. Numism.* *Tab.* 27. *Imago Iuventæ, sive Iuventutis, florida propter adolescentiam. Est autem Dea iuventutis præses: pateram sinistra tenens, dextra nescio quid in catinum, sive labrum adstans inspergit. Hanc Græci Heben vocant, & Herculi nuptam fabulantur.* Post anno V.C. 561: in principio anni (ut refert Liv. *lib.* 36. *sect.* 87.) *Iuventutis adem in Circo Maximo C. Lucin, Lucullus Dumvir dedicavit; voverat eam sexdecim annis antè M. Livius Cos. quo die Adrubalem exercitumque eius cecidit, & ludii facti. Principio eius anni, duos boves domitos in Carinis per scalas pervenerunt in tegulas adiscij: eos vivos comburi, cineremque fororum deijci in Tiberim aruspices iusserunt. Tarracine nunciatum est, lapidibus pluisse; Minturnis adem Iovis & tabernas de cœlo tactas esse. Vulturini in ostio fluminis duas naves fulmine ietas conspasse. Eorum prodigiorum causa, libros Sibyllinos ex S. C. decem viri cum adissent, renunciant, ieiunium instituendum Cereri, &c. Vir ergo Iuventutis Ganymedes, Pincerna constitutus est Deorum, super quorum manus infundebat aquam; ut constaret quanta lautitia in repumicata fastidiosa Deitate. Berchor. & Grannuyf. d. Hi sunt *Ganymedis honores*, quos ægrè ferebat Iuno, de quibus Virgil. 1. *Æneid.* v. 33. Augustin. 18. *Civit.* *cap.* 13. ibi Ludov. Vives, Claud. Minos in *Emblem.* 4. Alciat. ex Ovid. 1. *Fastor.* v. 652. & *lib.* 2. v. 145. ubi:*

Ovid.

*Iam puer Ideus mediâ tenus eminet alvo,
Et liquidas misto nectare fundit aquas.*

Idem dixerunt Nigidius, & Hyginus in *Astronomic. Poetic.* *lib.* 2. *cap.* seu *fabul.* 30. & utrumque amplexus est Germanic. Cæsar in *Arat. Phœnom.* *cap.* 23. Hegeſianax & Paulus Marſus in loc. cit. Ovid. referunt Urnam Aquarij ad diluvium Deucalionis Theſſali; eò quòd illo regnante tanta è cœlo copia aquarum, ut iterum cataclyſmus crederetur. Ad Delrium in Senecæ *Thyeſt.* v. 864. etſi Stoicus dubiter, dicens:

Senec.

Frangetque tuam, quisquis ſis, urnam.

Cecrops.

3 Eubulus & alij apud eosdem & Anton. Constant. in 2. *Fastor.* cit. contendunt *Aquarium* fuisse Cecropem, Athenarum Regem, & illius Urnam insigne Antiquitatis: etenim pridem ille regnavit, quam vinum esset inventum: urnaque pingitur, quoniam in Sacris erat aquæ usus, antequam vinum. Insigniter præ Priscis comminiscitur Pontanus, mentem in pascua ludicrè mittens. Astruit ergo *Aquarium* fuisse juvenem validum ætate Satur-

furni, cui senex custodiam vigilem credidit coelestis arcis, in expugnatione Gigantum anguipedum. Excluso à iuvene clam in fossa, vallante caeli adamantinos muros, tumido Eridano, aliisque fluminibus, impetè ruptis cataractis, in irruentes immisit, absumpsit, atque suffocatos summerfit.

*His actis, postquam caelo pars parta, Tonantem
Admonuit desoris tanti, gratusque Senatus
Decrevit meritis factum illustrare trophais;
Effulsit stellis iuvenis, diffulsit & annis
Conspicuus: facinusque manet regalibus astris
Perpetuum, & magis celebratum est nomen Aquari.*

Pontan.

4 Orto Aquario, oritur Procyon (seu Canis Maior & Virgo, ut referunt Iun. & Alstedius in *Kalendar. Astronomic.* Etiam Pegasus iuxta Aratum & Hyginum. Manilij iudicio, etiam Cepheus, Cassiopeia & Aquila. De his extremis dicemus opportuniore loco. De Pegaso fictum è guttis sanguinis exsecti Medusæ capitis genitum (Ovid. 4. *Metam.* fab. ult. Hygin. *fab.* 1. & de *Astron.* lib. 2. fab. 19. Fulgent. 1. *Mytholog.* cap. 26. Germanic. d. *cap.* 15. & Aratus) alatum & cornutum, ignem spirantem, ac ferreos pedes habentem. Ita Anselm. de *Imagin. mund.* lib. 1. cap. 27. Post hanc victoriam, in eo à Perseo partam, & aliam propter Andromedam, evolavit in Helicon, illoque saxum percutiente, mirè Hippocrinæ elicitur, idest, fons equinus. Pausan. *cap.* 46. & 74. qui *cap.* 47. asserit, hoc in fonte Minervam Pegasus frenasse; sicque Bellerophonti opitulantem, adversus Chimæram tradidisse: propterea iuxta Corinthum habuisse fanum, cognomento *Minerva Frenatrici*; cuius Signum (seu imago) ligneum, sed facies, manus, imique pedes ex candido lapide. Pausania suffragantur Palæfatus, 1. de *Fabul. non credend.* cap. 29. Goltz. in *Græcia*, Tabul. 12. & 13. & Natal. Comes, 7. *Mythol.* cap. 1. Pegasus dictum à Pegoos, idest, Oceani fontibus, ubi natus ex Medusa & Neptuno, captumque à Bellerophonte, cum ex Pirene, Corinthio fonte biberet; censet Strabo, *lib.* 8. Hic tanto dono, seu felicitate tumidus, impositus equo, in cælum ascendere ausus est. Arrogantiam tunc temeritatis vindex, Iupiter Optimus arte, non fulmine arcuit: immittens igitur cæstrum pennato equo, cuius acrimoniâ ageretur in rabiem, audacem compescuit, & fato tradidit: igitur Pegasus stimulo percitus equitem præcipitem, attonitumque allisit ad saxa; tuncque per aëra volans, pervenit in cælum ad *Iovis præsepe*, de quo Menf. *Iun.* Aurora in cælo Pegasus videns, impetravit à Iove, ut eo vecta (quippe dedecebat teneram virginem iter ita longum quotidie pedestrem agere, sicut illud usque) cursum præcederet Solis. Natal. Com. d. *lib.* 9. *cap.* 4. & Chartar. in *Apollin.* fol. 67. Aliâ etiam fabulâ ornatur thearum: Gallucius loc. cit. & Hyginus (cum fas sit, vel si crimen, impune, quodlibet longè positus, de fideribus mendacium) finxerunt festivè, Menalippen, Chironis filiam (quæ gravida furtim, profugit in Pelion, patris formidans severitatem) miseratione Deorum conversam in equam, ne Chiron præsentiret partum (Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 10. filiam Chironis in equam mutatam, Ocyroen dicit: alij Thetim) cuius pulchritudine & elegantia Dij allecti, traxerunt in altra; sed non equæ, sed equi nomine insignitam, dimidiamque apparere, quod noluerit sciri fœminam esse: verum non fugit patrem, quem illa semper fugit: etenim absconditur, dum oritur Centaurus, qui dicitur aliâs Chiron. Iovian. Pontan. *lib.* 5. *cap.* 22. qui in *Uran.* lib. 5. canit:

Pegasus.

Hippocrinæ

Minerva Frenatrix.

Bellerophon.

Menalippe.

Chiron.

*Illustrans vestigia fame,
Pegasus hinc cælo micat: hinc exordia fontis:
At fama memor, assuetas in pectore curas
Nascentum ingeminat, quibus arma, levesque sequuntur.
Quadrijuges, versentque agiles in pulvere currus.
Quandoquidem assuetus pratis, assuetus & herbis,
Illarum studia ingenerat, nec inutile succi
Præsidium meditans, & opem mortalibus agris,
Quorum opera illatus cælo inter sidera fulget.*

Influxus Pegasus.

Pontan.

Multa congerunt in propositum Constant. & Marsus in 3. *Faustor.* Ovid. qui v. 445. subdit:
*Creditur hic cæse gravida ceroice Medusæ
Sanguine resperfis profuisse guttis
Huic super nubes, & subter sidera lapsa
Cælum pro terra pro pede penna fuit.
Iamque indignanti nova freno receperat ora*

Ovid.

Ianuarij Ifagog.

*Cùm levis Aontas unguis fodit aquas.
Nunc fruitur celo, quod pennis ante petebat
Et nitidas stellas quinque decemque micat:*

Phœnix cœ-
lestis.

Hæcine ex Nasone notitia fulcitur sententia Domini Gaberti, & Philipp. Picinella *Mund. Symbol.* lib. 1. n. 407. afferentium Pegasi Asterismum, 15 stell. constantem, esse *Cœlestem Phœnicem*; quod nusquam legi: maximè, quia *Pegasus* lucet stell. 20. secund. magnit. 4. tert. 4. quart. 9. quint. 3. uti videris apud *Clav. Constell.* 19. & *Galluc. lib. 5. cap. 22.*

Canis Pro-
cyon.

De Procyonè, seu Cane Maiore plura dicemus in *Ifagoge. Iun.* à n. 13. dum de immisissis ab Aquilone ætæsis in orbis refrigerium, loquamur: at prius huius mensis ornanda *Ifagoge* scitulà fabellà; unde consent & deliria comminifcentium & otiositas mentes minantium in pascua. Canis hic qui in cœlo etiam leporinus, elanguit, quin in prædam pedem movere posset præ amore, ex stella visa, cùm iret in cœlum. Fabula sic refertur. Olim summa amicitia inter astra & homines intercesserat, quanvis summè distantia; quæ debebatur è cordibus amicitia. Ut aliquid scirent mortales de Superis amicis, utpotè curiosi de rebus cœlestibus; vel an stellæ Auroræ lachrymis sublunarium plorarent calamitatem; in quadam angustia iratæ vel deploratæ fortunæ, missus ab hominibus in firmamentum, seu stellatam spheram, nuncius Canis elegans locutuleius, cursu aliger: qui quidem illuc exertà lassitudine linguà, fervore ac longo itinere ardens, faustè pervenit. Acceptus benevolentia & exceptus regiè: cui casu occurrit virgo honestissima, venustissima fœmina,

Regia Tauri.

Regia Tauri, stella lucida, vocata *Regia Tauri*: aliàs *Oculus Tauri*, quam Taurus adamaverat ut pupillam oculi. Visa à Cane, magis flagravit; amore scilicet: quapropter cogitavit ducere, consentiente Tauro patre: cui Canis secretò ad auriculam dixit audacem cogitationem. Taurus autem percitus quasi spiculo, mugiens & calcitrans motà auriculà pepulit, dicens: *Oculus meus Cani?* Ægrè Canis repulsam tetulit, sed sine latratu Tauro respondit: *Per Iovem, si non oculus, exinde erit auricula Cani.* Unde in patrem averfio, maximè cùm nequireret è corde flammam amoris sopire, cum tabescens exarderet: tuncque ab Aquilone petijt; quòd vel tolleret pectoris ignem, vel saltem flabellis refrigeraret. Aquilo; estò iaceret in regia Æoli, gravi vulnere accepto ab ætate, & penè desiciens, misit filios suos Etesias (de quibus supra, n. 2. & *Ifag. Iul.* n. 12.) ut levarent statibus Canis ardorem, ne flammam in terras è cœlo vomeret; imò linguam reconderet in patuli oris vaginam: sitienter enim peribat stellam, quæ fastidiosè ab oculis Canis sese meditatio absconderat. Canis stuprum cogitabundus meditabatur in corde, votoque gauderet, dum stella Regia inopinatò apparuit; ni Luna, propter cornuà Tauri cognata, deviaret audacem: qua de causa rabie percussus decrevit noctu latrare lucentem, maximè si descendere voluisset ad Endymionem. Accersitus in levamen Æsculapius (renuit ire propter plagæ & stationis intemperiem, cùm ipse ex quo ascendit in cœlum, caveret ab igne, fulmine afflatus; estò ibi cœlestis medicus, & factus Ophiuchus, borealem teneret regionem) noluit itaque proficisci, ne in Austro eius firma valetudo periret, discrimini exposita (imò fortasse serpens eius, virus quod glacie intra viscera continebat innoxius, calore vomeret, sicut in Epyrosi Phaëtonica; de qua *Ovid. 2. Metam. Fabul. 1.*

Etesia ven-
ti.

Ovid.

*Quæque Polo posita est glaciali proxima serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras.*

Sed pius in amicum Canem, sine periculo eum à febris levare decrevit saltem per quadraginta dies, iubens toto hoc tempore mutare aëra; ut qui rabie insanabili percitus gravabatur, parumper posset in subsidium atque refrigerium inflammatus respirare. Revaluit statibus filiorum Aquilonis illis quadraginta diebus: at stimulatus in vindictam ab ignivomo Sole, qui articulum repulsæ scivit & ægrè pertulit quicquid cum Cane gesserat *Taurus*; secum assumpsit in Orientem post sex menses, & orbem terreum impleverunt flammis. Hinc est quòd *Procyon* nocuus haud sit; nisi quando cum Sole oritur. Tum ut canit *Ioann. Iovian. Pontan. Uran. lib. 3.*

Canis Solis.

Iovian. Pō-
tan.

*— Miseros solvit cum corpore sensus,
Quos Procyon Solisque furens incenderit æstus.*

Vide alia apud *Gallucium, Stofferin. Firmicum, & Piccolom. in Iunij Ifagoge.*

6 De Virgine dicenda plura in *Ifagoge Augusti*, à n. 1. modò duntaxat descriptionem Iaphari Astronomi, qui etiam dictus Albumasar, & lib. 6. de *Signis*, infr: *Hermes & Ascalius à prima ætate docent, quòd oriatur puella Arabicè dicta Aderenosa; Persicè, Secdeidos; idest, virgo munda, puella, virgo immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta;*

Ianuarij Ifagog.

de *stella*, crine prolixo, manu geminas aristas tenens supra solum auleatum residens, puerum nutriens, ac iure pascens in loco, cui nomen Hebraea. Puerum dico, à quibusdam nationibus nominatum Iesum, significantibus Issa, quem nos Graecè Christum dicimus. Oritur cum ea virgine, ut eidem solio insidens, nec attingens, pariter & stella arista, qua finis est serpentis secundi: deinde caput Cervi, & caput Leonis. Iuxta Indos puella virgo velo albo, & pannis antiquis induta: in manu eius facies, utero, manuque deprehensa, stans in medio formosae myrti, volens ad domos parentum & amicorum ire vestimenta questum, & monilia. Hæc & alia ex varijs AA. præmissi, Tom. 6. T. 1. à n. 58. Videtis. Quomodo ita figuretur, præter dicenda de Vesta, Virgine-Matre cum puero in ulnis, 6. Mart. n. 8. & 27. n. 27. occurrit, quod refert Berchorius lib. 14. Reductor. cap. 51. de imagine Virginis-Matris cum ubere carneo. Sanè inter mirabilia singularissimum portentum.

7 Oriente *Aquario*, occidunt *Centauri* cauda, frons *Hydra* & collum. Arat. & Hygin. de quorum constellationibus in *Iun.* & *Septembr.* Ianuarius, cuius signum *Aquarius*, uti diximus, dictus est inter Romanos à Iano, Ianus à Ianua (quàm ridiculum!) quia Ianuarius limen & ianua anni est. Bifrons pingitur pro anni introitu & præcedentis exitu. *Isidor.* 5. *Origin.* cap. 31. Hieronym. in *Ezech.* 28. & Guilielm. Stuck, de *Sacrific. Gentil.* cap. 25. Unde *Ovid.* 1. *Fastor.* v. 65.

Iane biceps, anni tacitè labentis origo,
Solutus de Superis, qui tua terga vides.

Alij à successione temporis etymologiam derivant, quasi Ianum *Eanum* ab *eundo*. Etiam ridendum. Ita Cicero, 2. de *Natur. Deor.* Macrobi. 1. *Satur.* cap. 9. & Cornific. 3. *Ety-molog.* in quibus delirantem exprimit cogitationem, citra vocum originem, & ultra idiomatum veritatem. Ianuarius dictum à Iano inconcussum apud AA. Latinos. Hinc eius imago ipsdem insignibus, quibus Ianus ornabatur, uti in dieb. videbimus. Apud Ægyptios, sicut cæterorum mensium, erat imago Ianuarij, effigies Rectoris Numinis, seu Præfidis Mensis & cælestis Signi (de quo fuscè 21. *Mart.* ubi agendum de Zodiaci triadibus, continentibus in quaque statione anni Matrem, Mentem & Potentiam, per varias figuras hieroglyphicè expressas) qui apud illos dicebatur Genius Agathodæmon, seu Numen Avertentium, in ministerium Pantamorphæ (cunctiformis) Naturæ. Ianuarij ergo Rector erat *Potentia Matris*, triados Mendaciæ, quæ quidem erat habitu masculino (ut constat ex *Tabula Bembin.* & *Thesaur. Hieroglyph.* Ioann. Georg. Hervvart) titulo florifero ophicyclopteromorpha (idest, in formam alati serpentis in gyro) flammato, cum velo subtili coloris atrii, binis aspidibus emergentibus: cuius in sinistra sceptrum, in quo insigne cucuphæ caput: dextra verò crux ansata, quæ signum apotropæum, scilicet, malorum volitantium expulsiuum. Hac enim formâ ostendebatur quicquid ad felicem germinum proventum erat necessarium, *Potentia* exequente quæcunque à *Mente* & præscripta & ordinata. Ita Kircher. *Oedip. Copt.* p. 3. *Mensa Isaac.* synragm. 1. Vide in ampliore intelligentiam, quæ prælibavimus §. 4. *Prolog.* à n. 8.

8 In *Prolog. Galeat.* §. 4. à n. 5. quid de numero stellarum & constellationum dixerunt Prisci studio præmissimus; prætermisimusque quicquid de novis invenerunt in Polo Australi, qui illuc ex Arctico navigarunt, & in chartis visa seu inventa protulerunt; quia illarum constellationum nec dicunt influxus, nec efformant diarium, ut possemus in Ephemeridibus collocare. Nihilominus tamen, ne videatur incuria, vel nescientia, in obsequium curiositatis declarabimus, quod Prisci (& non ita Prisci) ignorarunt, vel præterierunt. In parte Australi ultra Æquinoctialem sunt constellationes (ubi supra præfate à celebrioribus Astronomis) & etiam variz imagines meridionales à recentibus observatæ, quæ 17. sunt, dicunturque *Colomba Noe*, *piscis Dorado*, *Piscis volans*, *Crux* (Hispanis, *Crucero*) *Chamaleon*, *Musca*, *Triangulum Austrinum*, *Apis Indica*, *Pavo*, *Pbænicopterus*, *Grus*, *Indus*, *Pica Indica*, *Pbænix*, *Nubecula maior*, *Nubecula minor* & *Hydrus*. Metricè apud Ioann. Henric. Alstedium. *Encyclop.* lib. 17. *Uranometr.* p. 1. cap. 13. (Etsi Iacob. Barfitchius in *Tabul. Rudolphinis*, duodecim tantum constellationes novas designet, prætermisissis quinque.)

Nuper nauta decem septem astra hæc vidit ad Austrum:
Noachus, Dorado, Vlans, Crux atque Chamaleon,
Musca, Trigonus, Apous, Flamengo, Pavoque Grusque
Indus, Pica loquax, Pbænix, Nubecula, Hydrusque.

Unde modò numerantur 65. constellationes, cum pridem duntaxat 48. noscerentur: crevitque numerus stellarum usque in 322. cum à Veteribus cognitæ tantum 1022. uti diximus

Unde Ianuarius?
Ianus.

Ovid.

Imago.

Apud Ægyptios.

Stelle & novæ Constellationes.

Alsted.

Ita Ergo quotidie possunt signari nova; quia latentibus possunt fieri conspiciuntur; maxime cum Deo visum fuerit certis seu novis stellis aliquid indicare singulare. Vide Fornum. Licetum lib. 5. de Novis astris. De his omnibus nihil agemus, sed tantum de priscis constellationibus & earum influxu, prout ab Astronomis signantur.

9 Causam initij Anni à Ianuario, cum pridem à Martio, invenies in Plutarcho, Rom. 99. 18. sed potiozem apud Ovid. 1. Pastor. à v. 163. quod approbat Clavius, d. subdens; Congruentius sumi principium Anni à Solstitio hyemali, quàm à vernali Aquinoctio; quia Sol progrediendi sine dato, ad nos eursum re flectit, lumen eius augetur, tenebra minuuntur, tuncque patet quasi altera natura conversio.

Ovid.

Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis; Principium capiunt Phœbus & Annus idem.

Ovid. ibid. Et si Solstitium Brumale sit 22. Decembr. etiam post Kalendarij correctionem; retinet Catholica Rom. Ecclesia Priscorum usum ex Iul. Cæsare, qui principium Anni in 1. d. Ianuarij constituit. Aufonius Edyl. 20. summam Mensis his versibus amplectitur;

Hic Iani Mensis sacer est, en aspice ut artis
Thura micent, sumant ut pia thura Lares
Annorum sæclique caput, natalis honorum,
Purpureos fastis qui numerat Proceres.
Iane noce, primo qui das tua nomina Mensi
Iane bifrons, spectans tempora bina simul.

Auson.

Constat ergo Mensis apud Romanos 31. diebus, quorum



PRIMUS DIES.

KALEND.

GRADUS 11. & secundus Decanus seu Decuria Solis stantis in Capricorno. Facies postmodum res, que fieri non possunt, cuius imago, Fœmina infundens aquam in vas pertusum. Ephorus, Genius, Præses seu Patronus à Trismegisto, & Abenragel, dicitur Riruphta. Adi Kircher. Tom. 2. Oedip. cit. p. 2. class. 7. cap. 5. tab. 3. Incipit in hoc gradu Signi culmen, cuius facies Mars, de quo Iov. Pontan. lib. 3. Uran. canit:

Capricorni culmen.

Quod medio fulsit radians Capricornus Olympo,

Pontan.

Hinc etiã secreta poli, atque occulta Deorum Panduntur, variisque manent accommoda rebus Pectora, & ingenio questum nomen ab ipso est.

Imagines hieroglyphice Sphærarum.

Huic Decano variz respondent Sphære, de quibus in Prolog. §. 4. n. 3. Mulier super lectum sedens, cum qua est vitis. Piscis magnus, dimidium Plausfri; Sphær. Perfic. Mulier nigra, aperta pallio, & equitans; Sphær. Indic. Finis Urse Minoris, pars Draconis, ala Cyoni dextra, cervix & caput: corpus Aquila volantis; Sphær. Egypt. Rex coronatus literas accipit à nuncio; Sphær. Arab. Sol elevari incipit, longiusculi dies; Aquila & Corona occidunt; tempestatem significant, & efficiunt. Ptolom. Crater oritur maritimo. Henric. Alsted. Uranom. Coxa dextra sequentis Gemini manū occidit. Francisc. Iun.

stinus, K. Astrolog. in Speculo. Ante Christi ann. 159. iuxta Ioann. Baptist. Ricciolum, lib. 5. cap. 19. Almagest. Tom. 1. insignis Solis eclipsis. Ab Albumasar dicitur quomodo figuretur à Græcis & Indis eiusmodi decuria lib. 6. cap. 6. In secundo decano iuxta Persas mulier (ait) lectica residens, cum qua piscis magnus & vitis, fons & plastrum. Iuxta Indos mulier nigris pannis ac sirdone amicta, probans monetam, iuxta simiam habens. Apud Græcos apparet Urse minoris pars: cauda etiam Draconis cum parte corporis, qua pectus sequetur. Tunc ala Gallinæ cum rostro & collo: tum Telum, tum corpus Aquilæ, cum sine Sagittarij & Capricorni capite. Ibidem etiam pro intelligentia dicendorum, præmittit: Hæ sunt diversarum nationum inventiones celestium formarum per omnem circulum supra terræ faciem: siue quasi fatidicijs quibusdam innotuit; eod quod gens Persica & Indica figmenta primum edidit. Eiusmodi autem formas cum Persa primum in orbem significationes advertissent; illic Indi super no ingenio arrepti altius ascendunt. Hinc Græci post Egyptios in siderea regione consistentes, discreta stellarum intervallo fabulis suis adaptaverunt. Iudicium Firmici, ut inquit lib. 8. cap. 28. undecimæ partis Capricorni; si in boroscopto fuerit inventa; aurifices, inauratores, & bractæreos faciet.

Apud

Neomenia.

2. Apud Hebræos *Neomenia*. Sacrificia signantur *Numer.* 28, à v. 12. De festo plura præmissimus in *Prolog.* §. 2. n. 3. §. 3. n. 6. at finxerunt Talmudistæ, institutam fuisse Neomeniam à Domino, ut placaretur Luna; quæ valde tristis querebatur de illo iniuriâ irrogata, ex eo quòd ab eius orbe secrevit Deus ingentem lucis portionem, splendorisque copiam, concesseritque Soli; cum primùm utrumque fecisset luminare magnum. Delirant uti solent, & blasphemii: ita *Ordin.* 4. tract. 6. distinct. 1. Adi Lyran. in *Genes.* 1. 16. Sift. Senens. 2. *Biblioth.* liter. T. & Alapid. in 1. *Ioann.* 1. 5. Ab hac die cœpit Moyles explanare legem populo Israël, in cuius cœtu erant decies centies milleni homines: ab omnibusque distinctè, clarè ac promptissimè audiebatur voce plusquam Stentoriâ, inaudito miraculo (uti observat Leonard. Marius in *Kalendar. Judaic.* & in *Deuter.* 1.) cum iam esset annus quadragesimus ab egressu de potestate Pharaonica, Moylesque tunc esset 120. annor. Siccine perstitit per dies 36. in Campesribus Moab, ubi erant aurifodinæ, & unde decursu temporis Elias raptus in cœlum: Adrichom. in *Ruben*, n. 53. Ita lex denudè indicta, postquam per Iosue debellaverat Moyles cunctos Reges cis Jordanem. *Deuter.* loc. cit. & Sederolam, cap. 10. Appositè subdit Alapid. *Sic Dominus Iesus prima die Januarij circumcissus suâ, nomineque legem novam condere, eamque suo sanguine sancire cœpit; ut meritò hoc novi anni, novæque vitæ Christianis sit exordium: quod quidem portendit Moyles, dum eo die & mense promulgavit Deuteronomium.* Hac ipsa die instituta pridem Circuncissio, præceptaque Abrahamo, & post duos annos est natus Isaac, iuxta Eliam Reufner. ex *Genes.* 17. 10-21. 2. in *Diar. histor.*: Vid. 29. *Decembr.* n. 2. At notandus ritus Iudæorum in singulorum circuncissione, ad quam ornant Eliz sellam, putantes spiritum Eliz præire ante faciem pueri circuncidendi, pactum circuncissionis zelantem: Vide Sixt: Senens. 7. *Biblioth. Sancta*, de Marci Evangel. Contr. Anabaptistas. Patet, quàm ludicrum, ex circuncissionibus ante illius existentiam. Magis ludicrum quod astruit Rab. Iosue *Iehamoth*, cap. *Haboletbs.* ubi: *Quis baptizatur, & non circunciditur? Ecce conversus de gentilitate ad veram fidem. Sic enim invenimus in matribus; scilicet in Sara & Rebecca, in Rachele & Liz; qua fuerunt baptizate & non circuncise.* Ride. Addit etiam hac in die post diluvium apparuisse cacumina montium: fallitur, quia 1. *Decembr.* *Genes.* 8. 5. Salomon mortuo

Fabula Talmudica de Luna.

Explanatio mirabilis Deuteronomij per Moysem.

Instituitur circuncissio.

Nascitur Isaac.

Salomon regnat.

David, sedet super domum Israël & Iuda: Rabb. Abrah. 3. *Reg.* 2. 12. Fabulam de eius annulo videbimus, 17. *August.* 3. Reijciuntur foemina alienigenæ à Iudæis post reditum in patriam è captivitate Babylonica: Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 5. Vide 1. *Mart.* n. 4. A Genebrardo in *K.* præfigitur initium Ani arborum, de quo infr. Hodie etiam accidit ablegatio Iudæorum ad Ioannem Baptistam, de qua *Ioann.* 1. 19. Reufner. (ctsi Gislendis signet, 15. *April.*) additque anno Christi 33. per Samariam, quòd non receptus, ægrè ferentibus filijs Tonitru, iter direxisset in Ierosolymam; ex *Luca*, 9. 51. & Calixtus Placentin. in *Supputat. Tempor.*

3. Hæc enim sacra inveni: notanda & Ethnica, ut constet falsum, quod Claudian. canit in Mallij Theod. *Panegy.* v. 266. *Turpia non latios. incessant nomina fastos.* Apud Romanos Kalendæ. Dies Ægyptiacus iuxta Gyrald. & Ranzon. tamen famigeratus, quia initium anni, & electi Cofs. pro Regibus expulsis: Plutarch. *Rom.* 99. 18. Kalendæ totius anni dicatæ Iunoni. Ovid. 1. *Fastor.* v. 55. & Alex. ab Alex. lib. 3. *Dier. Gen.* cap. 18. Officia incipiebant Reginæ sacrorum, quæ omnibus Kalendis Iunoni agnâ sacrum facere debebat: & pro insigni virgam ex malo punico capite ferebat, vocatam *Miraculum.* Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 18. Potius, *Inarculum*, ut inquit Festus Pomp. lib. 9. & nos 24. *Mart.* n. 9. His in Kalend. ut notat Iul. Cæsar Bulenger. *System.* de *Circo & ludis*, cap. 7. à novis Cofs. exhibiti Circenses magnâ pompâ: pridemque descendebant cuncti Magistratum Candidati ex Hortulorum colle in Campum Martium, & per suffragia qui Cofs. electi, in theatro publicè epulabantur: denique cum mappa missa esset, incipiebant ludi. Iustinian. de *Consulib.* constitution. 105. Calsiodor. lib. 3. *Epist.* 51. Tertullian. de *Spectacul.* cap. 29. Turneb. lib. 18. *Advers.* cap. 23. *Mappa, qua Prator signum quadrigis mittebat, ut è carceribus exirent.* Idem Sueton. in *Neron.* cap. 22. Panvin. in *Circens.* lib. 1. cap. 14. Bulenger. d. cap. 16. Erasm. *Cbiliad.* 3. *Centur.* 7. Adag. 81. Adrian. Iun. *Centur.* 4. Adag. 67. Iuvenal. *Satyr.* 11. v. 191. Martial. lib. 12. *Epigr.* Unde Georg. Cedren. in *Compend. Histor.* fol. 139. inquit: *Mappula nomen Romanis tali de causa usurpatur: mos erat, ut Cofs. in theatro epularentur: at postquam saturati convivio erant, mantileque, quod manibus tenebant (quod & Mappa dicitur) projicerent, & certamen adornabant.* Circenses huius diei signat Sidon. Apollin. *Panegy.* de *Urb. Narbon.* à v. 271.

A Iudæis dimissa exteræ coniuges.

Christi gesta.

Claudian.

Kalendæ sacre Iunoni.

Regina sacrorum. Ludi Circenses.

Quid mappa missa?

La-

Ianus forè suas bifrons Calendas,
Anni tempora circinante Phœbo,
Sumendas referebat ad Curules:
Mos est Casaris ut die bis uno
Privatos vocitent parare ludos.
Tum quo est ianua, Consulūque sedes, &c.
 In his ludis micabant colores Factionum,
 de quo, 9. April. Sidon. d. v. 287.
Pars adversa facit, micant colores
Albus & Venetus, Virens, Rubensque:
Vestra insignia continent ministri.
 Isidor. 18. Etymolog. cap. 41. Gentiles (in-
 fit) etiam colores equorum iunxerunt: Ro-
 seos Soli, idest, Igni: albos aëri: prasinos
 terræ, venetos mari assimilantes. Addit So-
 linus, cap. 47. Colorum varietate, accensis
 facibus ad cursus provocantur. Primis Re-
 gibus horum ludorum attribuitur institutio,
 ut asserunt Livius, 1. sect. 107. & Hali-
 carnass. lib. 2. n. 39. At Plutarch. in Romul.
 huic huiusmodi spectacula tribuit. Causa
 refertur à Petro Alexandrin. in Chronic. pag.
 261. seditio populi propter Remi necem
 Romæ vigeat, maximè facto terremoto,
 Deorum nutu, quoniam illorum haud quie-
 verat ira, licet Romulus pro fratre, eius
 statuam auream in sella Curuli locaverat
 reverenter vel timidè; ut dicemus, 23. Fe-
 bruar. n. 18. Romulus. (inquit Alexandrinus)
 Circum in urbe designavit, quem Hyppodro-
 mum dixit, ut seditiose plebis motus compe-
 sceret: tumultuabatur enim adhuc, & Re-
 gens causâ occisi fratris creabat. Primum
 ergo equestre certamen, seu Circensia insti-
 tuit in Urbe Soli, & subiectis illi quatuor
 elementis; terræ & mari, ignique & aëri
 dicata sunt. Romulus ratus ea de causa Per-
 sarum Reges bella feliciter patrare; ut qui
 quatuor nature corpora venerantur. Romæ
 enim ante eum diem nullis elementis honor,
 nec festa lux ulla.

4 Hæc dies fausta prorsus nonnunquam
 S. P. Q. R. electione Cofs. qui in Capitolium
 cum pompa ascendebant, & victimas Am-
 begnias (idest, iuvencos, ad quorum latera
 utraque agni simul in sacrificium ducebantur)
 immolabant. Ritus apud Ovid. d. & 4.
 de Pont. Eleg. 4. à v. 23. Gyrard. Syntagm.
 17. n. 34. & Rosin. lib. 4. cap. 5. Præcipuum
 tunc Cofs. munus in numerum Annorum fi-
 gere clavum, vel ad depellendam pestilen-
 tiam, ut ait Tit. Liv. lib. 7. sect. 8. de quo 13.
 Sept. Claud. Minos in Epist. 11. lib. 2. Plin.
 Scio (inquit) & alteram fuisse clavum, qui
 Septembris Idibus figebatur in sacrarum
 ædium parietibus. Ianuario mense ineunte,
 Cofs. solebant clavum figere. Is autem clavus
 æneus, nonnunquam & ferreus in postico tem-

pli pariete, quod Minervæ dedicatum erat.
 Etiam primus Consul, omnia fausta capta-
 turus, annum novum aperiebat: Cassiodor.
 lib. 2. Epist. 1. & Ovid. 3. Trist. Eleg. 3. v.
 18. Hac die Imperatoris, aut Consulibus tan-
 genti purpuram, venia condonabatur quo-
 rumvis criminum. Smet. in Kalend. & Schild.
 in Sueton. qui crudelitatis arguens Tiberiū,
 in eo, cap. 61. ait: *Animadversum est etiam,*
ineunte anno. Eadem Corn. Tacit. 4. Annal.
 cap. 68. & 70. Inter Proceres, amicosque
 etiam Strenæ, donaria & xenia, vicissim mis-
 sis salutis monitis.

Condonatio
 criminum.

Et damus alternas accipimusque preces.
 Ovid. ibid. v. 76. Ex munusculis in signum
 amicitia vel charitatis assuetis, Imperato-
 res deinceps quasi censum annum, titulo
 Donarij, tyrannicè fecere. Accepit Augu-
 stus, imò in eius blandimen Romani (in-
 quit Sueton. in eo, cap. 57.) Kal. Ianuarijs
 iaciebant Strenam in Capitolio etiam absenti:
 ex qua summâ pretiosissima Deorum si-
 mulacra vicatim dedicabat. Præcipuum cum
 insigni templo, fuit simulacrum: Apollinis
 Sandalarij; Ex strena (inquit Rosin. 2. cap.
 7.) quam ipsi equites Kal. Ianuar. in Capito-
 lio præbebant. Dicitur est Apollo Sandala-
 rius, quòd Sandalijs eius simulacrum esset
 ornatum, cum aliorum Deorum starent nu-
 do pede. Theodor. Pulman. Annotat. in
 Sueton. De strenis Augusti, ad 1. Febr. n. 15.
 Avidè accepit Caligula: idem in eo, cap. 42.
 Claudius penitus sustulit, ne gravaret cives:
 Uvolfgang. Lazius, 10. Reipubl. Rom. cap. 9.
 Tiberius imposuit modum. Prohibuit edi-
 cto, strenarum commercium, ne ultra Kal.
 Ianuarias exerceretur: Sueton. in eo, cap.
 34. De Strenis, fusè Carol. Neapolit. in 1.
 Fastor. à v. 68. & Cassiodor. lib. 6. Epist. 7.
 & Tertull. de Idololatr. cap. 10. Etiam tunc
 ex fisco strenæ conferebantur literatis ac
 militibus de Republ. benemeritis; ut dicitur
 leg. 4. C. de Advocat. Ab Octaviano in-
 troductam strenarum consuetudinem, autu-
 mant Commentatores Suetonij loc. cit. Sed
 Strenarum usus ab exortu penè Urbis Mar-
 tiæ adolevit, auctoritate Tatij Regis, qui ver-
 benas felicitis arboris ex luco Streniæ, anni no-
 vi auspice primus accepit. Nomen indicio
 est, viris strenuis hæc convenire ob virtutem.
 Symmach. lib. 10. Epist. 28. Lucus dicitur
 Streniæ, quippe apud illos Strenia
 Dea, eò quòd præflet xenijs seu muneribus,
 Kalend. Ian. dandis & accipiendis: Fest.
 Pompeij, lib. 17. & Tertullian. de Idololatr.
 cap. 14. hicque Pamel. n. 106. Ethnici, uti
 avari & rapacissimi, non solum munera vo-
 lebant, sed etiam adorabant. Aedes Streniæ
 in

Ovid.

Strenæ

Apollo Sandalarius

Unde origo?

Dea Strenia: imago: dicta Carina.

in 4. Regione collocat Non. Marcell. cap. 1. n. 56. Imago erat cum cornu Amalthææ: ipsa autem cuidam sinum pandenti, aliquid inspargere videtur. Hemelar. Numism. tab. 24. Eadem in Regione sub nomine *Carinae Deæ* signant P. Victor, Panvin. & Marc. Varro, 4. de Ling. Latin. Pulchrum avaritiæ velum: Simulacra Gentium argentum & aurum: & in Strenis opera manuum hominum.

5 Propter affinitatem cum Ethnicis superstitionibus in primitiva Ecclesia inhibita etiam Streniæ Christianicis: constat ex can. Non observetis, 26. quæst. 7. ubi quæ hoc die fiebant, exponuntur perspicuo. Dies (dicitur) qui dicuntur *Egyptiaci, aut Kalendas Ianuarij; in quibus cantinela quedam & commestiones, adinvicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio: sive qui per quosdam numeros literarum & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam, agrotantium vitam vel mortem, vel prospera vel adversa futura inquirunt, sive qui attendunt somnialia scripta, &c.* Idem. can. Non liceat, ibid. cap. 3. & 6. can. Non licet, cap. 12. Pythagorica necromantia erat ludus dictus Pythagoras per speculum.

Superstitiones Ethnicorum Kalend. Ian.

Quid Pythagoras ludus ad Lunam?

Siquis speculum sanguine scribat, & exaret quæ voluerit; cum alium monuerit, ut stet pone se, ostendet ad Lunam literas, & qui prope est intendens oculos in circulum Lunæ leget omnia, quæ scripta in speculo. Bulenger. ex Suida, de Ludis Veter. cap. 30. Rhodigin. lib. 9. cap. 23. & Nos, Tom. 6. T. 8. n. 22. Alia referuntur Pœnitential. Rom. can. 88. Observasti Kalendas Ianuarij ritu Paganorum, ut vel mensam tuam cum lapidibus vel epulis in domo preparares, aut per vicos & plateas cantores & choros duceres; aut circa tectum domus tuæ sederes ense tuo circumsignatus, ut ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequenti anno futurum esset, vel in bivio sedisti super taurinam cutem, ut & ibi futura tibi intelligeres: vel si panes prædicta nocte coquere fecisti tuo nomine; ut si bene elevarentur, & spissi & alti fierent, inde prosperitatem vitæ tuæ eo anno prævideres. Ex his decretis constat, quid Kalend. perficiebatur ab Ethnicis: additurque ubi supr. can. Siquis quid in mensa Hecates in trivio, de quo num. 21. His ergo intelligitur cur Concilia, ut Antifiodorens. can. 1. & Toletan. 4. can. 10. Sanctique PP. uti Ambros. serm. 11. August. de Temp. 215. Isidor. de Ecclesiast. Offic. cap. 41. Chrysolog. serm. 155. Maxim. Homil. in Kal. Ian. & Alcuin. de Divin. Offic. cap. 4. invehantur in Christianicolas Ethnizantes. Inter reliqua modestiæ invisa, pelle cervinâ, aut vitalinâ

Mensa fortana.

Quid vagatio in cervino, aut vitali?

induebantur; ut sub illa larva celata persona, plus patefceret sine fronte lascivia, in qua ritum vehementer succensent PP. Ritus à Paganis: etenim post sacra execranda, diversis belluarum horridis larvis ac veste muliebri, & econtrâ, per urbem malè feriatî vagabantur. Buchard. lib. 19. cap. 5. Item olim quousque Ethnica superstitione abolita, inhibita Christianis, hac die lauro vel alijs ramis postes ornare domus, vel vestibula. Martin. Bracharens. Collectan. cap. 73. Gentiles pridem & lauro tunc limina coronabant, & lucernas appendebant. Domus tota lauris obfita, & tædis lucida. Apulei. lib. 4. Metam. Juvenal. Satyr. 12. v. 89. uti diximus in Prolog. §. 9. n. 1. Catull. Carm. 65. v. 292.

Personati ludiones.

Lucernæ & rami in postibus domorum.

Catull.

Hec circum sedes latè contexta locavit, Vestibulum ut molli velatum fronde vireret. In rem graphicè Tertullian. lib. 2. ad Uxor. cap. 6. Moratur (inquit) Del ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus demonum omnibus solemnibus Regum incipiente anno, incipiente mense, & procedit de ianua laureata & lucernata, ut de novo consistorio libidinum publicarum.

6 Consules electos, indutos purpurâ ac bysso candidissimâ, sequebantur Urbis artifices in Iani delubrum.

Vestibus intactis Tarpelas itur in arces,

Et populus festo concolor ipse suo est.

Ovid.

Ovid. d. v. 79. Tunc artifices renovabant quæque ad artem instrumenta. Horat. lib. 2. Satyr. 6. à v. 20. & pro auspicio aliquod munus Iano offerebant; ut toto anno agentes, illum haberent propitium. Ibid. Ovid. à v. 167. Alia videris apud Dempster. in Rosin. 2. cap. 3. Sacrificium pridem erat tenuissimum ac exiguum, ut ait Ovid. à v. 191. nihilominus tamen offerebatur Iannual, Iannual.

genus libi singularis. Fest. Pomp. & Stuck. de Sacrific. Gentil. cap. 78. & quia primus aras & iacra insituit, illi in omni sacrificio primitiæ dedicabantur, præmittebatur precatio, prælibatis farre ac vino. Q. Fab. Pictor de Aurco sacul. lib. 1. fiebant tunc divinationes in falsa mola, quæ nihil aliud erat, nisi spira ex farre, sale & aqua ritè composita, & sine qua litari nequibat. Virgil. Eclog. 8. v. 82-2. Aneid. v. 133. & lib. 4. v. 517. latè Stuck. d. cap. 165. Prepterea cum nullum diem faustum suspicarentur sine Iani auspicio (maximè cum Numina in homines demulceret, ac placaret; precesque illorum in cælum perduceret, ut per eius interventionem, aperta Olympi ianua, fessent transire) eum pro cœli ianuis astare credid erunt; quia preces haud poterant illuc

Sal.

Ianus Philantropus.

pervenire, nisi Ianus ianuam patefaceret. Chartar. in eo, fol. 28. Ideo illi principium anni, pluraque solemnia in hoc mense dicantur. Cicer. 2. de *Natur. Deor.* Gyrald. *Syn-tagm.* 4. n. 30. & Martial. 8. *Epigr.* 8. plura refert.

Principium des, Iane, licet velocibus annis

Et renoves vultu secula longa tuo;

Te primum pia thura rogent, te voce salutet,

Purpura te felix, te colat omnis bonos.

Vinum illi praeibatū in omni sacrificio, quia *Ianū à Iain* (sonante *Vinum* lingua Aramea, idest, Aegyria) asserit Anonym. Observat. in *Natal. Mythol.* cap. 12. quasi Ianus, vitis fructus, à Noë sata, ex qua utile ingensque hominibus commodum; etsi multi Ianum derivent à Iaphet. Cuncta ridet Tertull. *Apollog.* cap. 11. & August. 7. *Civ.* à cap. 7. *Deum Deorum*, idest, supremum, primumque Deum, vocat Macrob. 1. *Saturn.* cap. 9. Icircò etiam à Rosin. *lib.* 20. cap. 20. dicitur *Pan*, scilicet, *Omnia*. Berolus *lib.* 2. *Apud Scythas* (ait) *Noam omnium Deorum maiorum & minorum patrem, & humane gentis auctorem, & Chaos & semen mundi.* Ovid. d. v. 87.

Quem tamen esse Deum, te dicam Iane bifor-
mis?

Nam tibi par nullū Græcia Numen habet. Quia Deus primus & Omnia, etiam dictus est *Vertumpus*; igitur in cuncta vertebatur. Argumentum illustrat Annius Viterbens. in *Eleg.* 2. *lib.* 4. Propert. Incipit: *Quid mirare meas tot in uno corpore formas?* Agemus, 27. *August.* ubi de eius veste, mirà formarum varietate decorà.

7 Ascendebant Romani his Kalend. in Capitolium, iuxta quippe erat templum Iani, qui *Capitolij* dicebatur *Custos*. Ita in Append. ad *Remp. Rom.* §. 6. de *Urb. mirabilib.* Ibi imago Iani bifrontis. *Ianus Geminus à Numa Rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut 365. dier. notà, per significationem anni temporis & avi se Deum indicaret.* Plin. *lib.* 34. cap. 7. *Indivem pacis* (inquit Liv. *lib.* 1. *sect.* 58.) *bellique fecit; ut in armis esse civitatem, apertus; clausus, pacatos circa omnes populos significaret.* Procop. *lib.* 1. *Bell. Goth.*

statuam æream & æream facellū Iani in medio foro fuisse, tradit, è Capitolij regione supra locum, qui dicebatur *Tres Parces*; tantà amplitudine, quanta satis esset ad excipiendam imaginem quinque pedum altam. Dum dicitur habuisse notam numeri 365. non numerus intelligendus; sed tantum specimen ex dispositione digitorum, ut notat Macrob. d. & Gyrald. 4. n. 27. De forma-

tionem digitorum manuumque in diversas primum numeri significatione figuras; ex Beda *Tom.* 1. sumpserunt Rhodigin. *lib.* 23. cap. 11. & 12. Pier. Valer. *lib.* 37. cap. 1. & Dempster. in *Rosin.* 2. cap. 3. Apud Persas hoccine intuitu, imaginem Solis crystallo inclusam, & eius sacrificulos sequebantur 365. iuvenes, *puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero:* Q. Curt. *lib.* 3. cap. 3. Etiam signatus Annus apud Indos, per 365. gradus ex Sapphiro lapide purpureo in templo Bacchi (idest, Solis, ut ait Macrob. d. cap. 18.) Epiphan. de 12. *Gemm.* cap. 5. Annius quò supr. in *Prop.* astruit, huiusmodi imaginem bifrontis Iani factam à Mamurio O-

lco (de quo 1. *Mart.*) manibus gestantem sceptrum, claves, & numerum 365. Qui Noacham, vel Iaphet faciunt Ianum, bifrontem dicunt, quia vidit mundum primum & novissimum: illum per aquam deletum, & hunc delendum per ignem; quæ notitia apud Profanos etiam viguit: adi Ovid. 1. *Metamorph.* fab. 7. Lucan. 5. *Phars.* v. 95. Virgil. 4. *Ecl.* à v. 50. Senec. de *Consol.* ad *Marciam*, cap. 26. & Plin. *lib.* 2. cap. 106. *Tanquàm temporis mundique Ianitori clavem tribuebant* (ait Stuck, d. cap. 25.) & *fixerunt bifrontem, ad anni principium at-*

que finem: sive tempus præteritum & futurum: & binas ei tribuerunt facies, unam adolescentis & alteram iam grandis natu; quarum altera temporis mox adventuri, altera temporis præteriti erat signum. Errat Stuck in facierum positura, quippe prima erat senis, posterior iuvenis; ut ait Chartar. d. fol. 32. equidem per geminam siccinæ formam signabatur mundus, qui dum aquis senex suffocatur, per aquas iuvenescit.

Ut nunc edocuit, populos sic posse necari; Ipse docebit, aquis populos sic posse renasci. Accinit Mar. Victor, *lib.* 2. *Genes.* v. 557. etsi Ianus mundum senescentem vidit, & post florentem; altior mythologià nūc allegoria. Mundus homo est, quia microcosmus: primòque senis, deinde præ se fertur facies iuvenis; quia quod feminatur corpus animale, furet virtute cœlesti corpus spiritale, ceu iuvenile. Ergo in propositum.

8 Duplici facie & clave ornabatur Ianus; eò quod princeps clauderet & aperiebat annum.

Annorum, nitidique sator pulcherrime mudi, Publica quem primum vota præcesque cantant.

Martial. 10. *Epigr.* 28. Alij, quia postquam Romulus & Tatius in fœdera convenerunt, Iano bifronti statuam dedicaverunt; quasi duorum populorum vinculum in unam gentem

Cui Annus dicatur.

Martial.

Vinum & primitia.

Deus Deorum.

Pan & Vertumpus.

Ovid.

Custos Capitolij.

Ianus Geminus.

Iani nota.

Imago Solis in crystallo.

Templum.

Insignia Iani clavis & sceptrum.

Cur Ianus bifrons?

Mar. Victor.

Martial.

& urbem. Annius d. Natal. Comes, 2. Mytholog. 2. Barth. Marlian. in Topograph. Rom. cap. 7. & in Epitom. lib. 4. cap. 1. & Ovid. d. à v. 260. A Numa erectam imaginem vidimus ex Plinio, & refert Plutarch. in eo, subdens: Ianus inter Antiquissimos, sive Deos, sive Reges, unus fuisse perhibetur, civilis societas & cœtus hominum studiosus; qui vitæ rationem de belluina & fera humanam redegerit: ideo eum bifrontem fingunt; plū clausum ut qui vitæ aliam, quàm antè fuerit, formam & apertum? induxerit. Templum habet Romæ duabus ianuis clausum, quæ Belli portæ dicuntur. Statutum est, ut quando bellum geritur, aperiat- tur id templum; pace reddita, claudatur. Hoc posterius difficile fuit, & rarè contigit; pro- pterea quòd Romanum imperium nunquam non aliquo bello occupatum est, cum propter amplitudinem suam, à circumfusus per or- bem barbaris identidem infestetur. Ita etiam cuncti Virgilij Commentatores ad illud 7. Aneid. v. 607. Sunt gemine belli portæ, &c. Visum ter tantum: sub Numa, qui templum cum imagine erexit, Coss. M. Atilio & T. Manlio, ac Octaviano imperante; quia iuxta plures AA. solus ter clausit. Sueton. in eo, cap. 21. Schild. Casaubon. & Beroald. hic; Dio, lib. 33. Orof. lib. 6. cap. 20. Iust. Lipsius, 2. Elector. cap. 20. Plutarch. in Numa. T. Liv. 1. sect. 58. Flor. lib. 2. cap. 3. Natal. à Comitib. 2. Mytholog. cap. 2. Rosin. lib. 2. cap. 3. hinc Dempst. iteratque Plutarch. Rom. 99. 22. Hac de causa Ianus dicitur Clausus & Patulcius, quia clauderebat & aperiebat geminas belli portas. Gyrald. Syntagm. 4. n. 31. Vives in 7. Civ. cap. 7. (et si Superum & Inferum dicat ianitorem) Macro- b. 1. Saturn. 9. & Marlian. lib. 3. cap. 8. Pridem, qui modò geminus, simplici facie; quia bella tunc non ignota modò, sed ne cogitata in mentem venerant. Fab. Pictor, d. Causa, quare tempore belli templum Iani aperitur, à Macrobio loc. cit. narratur. Cum bello Sabino (inquit) quod virginum raptarum gratiâ commissum est, Romani portam, quæ sub radicibus collis Viminalis erat, quæ postea ex eventu Ianualis vocata est, claudere festinarent, quia in ipsam potenter hostes irruerant; postquam est clausa, mox spontè patefacta est: cumque iterum ac tertio idem contigisset, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custo- des steterunt: cumque ex altera parte acer- rimo prælio certaretur; subito fama pertu- lit, fusos à Tatio nostros: quom ob causam Romani, qui aditum tuebantur, territi pro- fugerunt. Cumque Sabini per portam pa- tentem irrupturi essent; fertur ex eade Iani

per hanc portam, magnam vim torrentium undis scatentibus erupisse; multasque per- duellium catervas aut exustas ferventi aqua, aut devoratas rapidâ vortigine deperisse. Eadem Smet in Kalend. & Ovid. d. v. 269. Oraque, qua pollens ope sum fontana reclusi, Sumque repentinus ei aculatus aquas. Antè tamen madidis subieci sulphura venis, Clauderet ut Tatio fervidus humor iter. Originem huius fabulæ Fab. Pictor ostendit, lib. 2. Cum offendisset (ait) Capitolium captum à Sabinis, & Romulus audax sub Capitolium Sabinos aggressus vulneratus fugeret, illumque ad portam Palatinam se- cuti Sabini Roma potituri viderentur; illi- cò Galeritus à Quirinali delapsus, viamque retrò in Capitolium pedem ferendi adimens (ubi nunc Ianus Quadrifrons) à tergo Sabi- nos aggressus (unde fabula ei aculata aqua sulphurea est) in fugam vertit. Illustrat An- nius hic.

9 Hoc templum iuxta Capitolium (de alio in foro Transitorio quò translata ina- go erecta à Numa, dicemus die 8.) erat ce- leberrimum, in cuius vestibulo cum insigni- bus præfatis, Ianus insigni folio sedebat. Chartar. fol. 34. Eius imago Kal. Ian. coronabatur lauro nova, Dempster. d. vel co- ronâ spiceâ; ut observat Claud. Minos in Emblem. 18. Alciat. Fanum utique hoc no- minatissimum, cum Romæ tot essent Iani, inquit Ovid. d. v. 257. Celebris mercatorum locus: ait P. Victor in Region. Urb. 8. Ibi erant duæ Iani imagines iuxta eundem ibid. Alij signant tres Iani statuas, sed conventio ad Ianum Medium, ut notant Dalecamp. in Plin. lib. 34. cap. 7. Hieron. Magius, lib. 2. cap. 12. & Dempster. in cap. 3. lib. 2. Rosin. Ibi sceneratores stabant, repetebantque per Kalendas debitorum scenera, ex quo tot se- ditiones & toties in Urbe. Cicer. Philipp. 6. Gyrald. 4. Synt. n. 30. Chartar. d. Senec. 1. Benefic. cap. 2. & lib. 7. cap. 10. Ad hanc statuam conveniebant publicani, & debito- res: hi ad solvendum, illi ad locandum; sed quandiu non solverent, sequi debebant oc- currentem sceneratorem, qui præbat cum libello, ubi debitoris chirographum: in quem morem alludens Augustin. lib. 2. de Peccator. meritis, cap. 30. de Christo dicit: Fuso sanguine sine culpa, omnium culpa- rum chirographa deleta sunt; quibus homi- nes à diabolo tenebantur.

10 Hic dies Romæ etiam auspicialis ob dedicationem templorum Iovi & Æscu- lapio in insula Tyberina, prius dicta Lycao- nia à templo ibi erecto Iovi Lyceo, sive Ly- caonio, dicatoque à C. Servilio Dumm-viro

Quare tem- plū clausum & apertum?

Clausus & Patulcius.

Aque fer- ventis egres- sa ab eiu- ada.

Ovid.

Ianus Me- dius quid?

Mos & cal- tus debitoris cum scener- ante.

ante adventum Æsculapij ex Epidauro ; de quo 15. *Februar.* Unde Ovid. d. v. 293. inquit:

Ovid. *Iupiter in parte est, cepit locus unus utri-*
que:

Iunctaque sunt magno templa nepotis
æro.

Ob simulacrum Æsculapij allatum cum angue, & hoc loco positum, Æsculapio tota insula consecrata est: & ob memoriam Manlij, quo Romam simulacrum devectum; eadem insula ex marmore & lapide Tiburtino ad modum navis est efformata. Visitur adhuc in hortis S. Bartholomæi forma navis ex lapide rasio, & in eius latere reptantis serpentis simulacrum. Marlian. *cap.* 123. & 140. Guillerm. Choul, de *Religion. Roman.* fol. 116. & *Topograph. Rom.* p. 2. fol. 27. Vid. 28. *Febr.* Lues universalis ex Epidauro (modo Ragusia) in Urbem advexit Æsculapium sub forma serpentis; quo viso cuncti qui Romæ ægri in salutem actutum restituti: quo prodigio ibi illi erectum templum & extructum nosocomium infirmis; ut præstò esset sanitas eo loci quo absconditus serpens sub terram. Adventum floridè describunt Ovid. 15. *Metam.* fab. 59. Natal. Com. hic & lib. 4. *Mytholog.* cap. 11. Chartar. fol. 54. Marlian. d. Valer. Maxim. 1. *cap.* 8. Anton. Constant. & Carol. Neapolitan. in 1. *Fastor.* v. 289. Claudian. 3. de *Laud. Stilic.* à v. 171. *Huc depulsurus morbos Epidaurius hospes,*
Clandian. *Reptavit placido tractu, veltique per undas*
Insula Peonium texit Tyberina draconem.

Plin. lib. 29. *cap.* 4. *Inesse serpentibus (in-*
quit) *remedia multa creduntur: & ideo Æ-*
sculapio dicantur. Atqui anguis Æsculapius
Epidauro Romam advectus est; vulgoque
pascitur & in domibus: ac nisi incendijs se-
mina exurerentur, non esset fecunditati eor-
um resistere. Dæmon, sumia Dei, quæ in dolos non cogitavit? Percussi Hebræi sanabantur viso æneo serpente: futurus in sanitatem orbis elevatus in lignum non æneus, sed aureus serpens. Enthusiasmicè ipse Ovid. 6. *Fastor.* v. 734.

Ovid. *Auxilio est anguis ab angue dato.*

11 Hinc apud Ethnicos Dracones in templis aliti, non solum in honorem Deorum, sed tanquam Numina culti. Daniel. 14. 22. simileque habetur apud Ælian. 11. de *Animal.* cap. 17. de quo 20. *Maij:* & plura lib. 16. cap. 39. ubi addit: *Tertium magna curâ in Æsculapij templo nutritum fuisse.* Paulan. *cap.* 55. ait: *E marmore Æsculapius: ad angues Deo sacros quominus accedant homines, terror obstat: cibum illis in primo aditu apponunt, nec amplius quic-*

Dracones in templis, maxime Æsculapij.

quam. Etiam *cap.* 76. *Dracones omnes; in primis eorum quoddam genus; fulvo colore conspicui; Æsculapio sacri habentur; suntque illi hominibus vicures; eosque sola Epidauriorum terra alit.* Ibi etiam lucus, quod possent homines nasci & mori, quippe atruque in Epidauro religio erat; de quo 21. *August.* Hinc Q. Seren. in *Præf. Medic. præcept.* v. 9.

Qui quondam placidi tectus sub pelle Draconis

Tarpeias arces, atque incluta templa petisti,
Depellens tetros præsentî Numine morbos.

Templa Æsculapio: facta fere xenodochia. Unde Strabo lib. 8. describit eius Terrapoli templum multitudinè ægrotorum, & varijs morbis laborantium; parietesque pictis tabellis ubique tectos, in quibus scripti erant morbi, & nomina eorum, qui se ab illo Deo sanatos fuisse credebant. Idem Anton. Constant. & Paul. Marf. in 1. *Fastor.* v. 291. *Ideo templum Æsculapij (inquit Plin. lib. 29. cap. 1.) etiam cum reciperetur is Deus; extra urbem fecisse; iterumque in Insula; traduntur.*

Causas promit Plutarch. *Rom.* qq. 93. Ludov. Nonn. in Goltz. *Græc.* tabul. 12. & Tit. Liv. lib. 45. *sect.* 74. Hoc intuitu ei immolabatur capra, quæ continuo febre laborat. Gyrard. *Syntagm.* 17 in. 78. & Rosin. *cap.* 5. Quare apud Corinthum eius imago instat chimera, facie leonis, caudâ anguis, & corpore capra. Goltz. d. Ideo in unum apud Ægyptios capra & serpens: Pier. Valerian. lib. 14. *cap.* 9. etsi aliquando victima (Diogen. Laert. in *Socrat.* Natal. Com. 3. *Mytholog.* cap. 13. & 4. *cap.* 11. ex Platon. in *Phædon.*) gallus, pro vigilantia in medicina; ut mox videbimus.

12 Cur ergo in templis Æsculapij iacebant plures, quam in eius xenodochijs; nihil aliud fuit nisi superstitione captandi somnia, queis illis signabatur remedium in morbos. *Epidauro decus est Æsculapij sacellum, cui incubantes agritudinum remedia capeffunt:* Solin. *cap.* 13. Arietem immolant, cuius substratâ pelle, dormientes nocturna visa expectant: Pausan. *cap.* 33. Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 1. Stuck. *cap.* 112. Ælian. d. lib. 9. *cap.* 33. Fuse de huiusmodi superstitione, *Tom.* 5. *T.* 10. *D.* 2. *n.* 4. & *Tom.* 6. *T.* 6. à *n.* 14. Strab. describit ritum lib. 11. Petron. in *Satyric.* fol. 9. *Medicinam somno petij.* Idè Sueton. in *Vespasian.* cap. 7. Chart. d. fol. 57. *Epidauri (infit) Deus tutelaris Æsculapius credebatur, quæ ob eius templum insigne apud omnes erat celebris: nam qui afflictæ suæ valetudini medicinam querebat; ad illud sanum proficisceretur, noctu-*

Lucus.

Q. Seren.

Templa eius xenodochia.

Es extra urbem.

Cui ei capra victimat

Gallus.

Ritus dormiendi in eius templis.

Etique ibi cubans, in somnis; quid sibi factu esset opus, discerebat. Virgil. 7. *Aeneid.* à v. 87. referentur, illustrat La-Zerd. à n. 7. & Plaut. in *Curcul.* Act. 2. scen. 1. à v. 1. arridet proposito, estò ludicrè.

Plaut.

Migrare certum est iam nunc è fano foras, Quando Æsculapij ita sentio sententiam: Ut qui me nibili faciat, nec saluum velit. Valetudo decrevit, accrevit labor.

Somniare duntaxat Deum, illis videbatur medicamen, ut ait Aristophan. in *Pluto*, à v. 711. & Natal. à Comit. d. Causam expressit Quintilian. *Declamat.* 10. *Quotiescunque* (infit) *domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitij Dij; quale latissimum lumen est, cum se patitur videri.*

13 Imagines Æsculapij varia fuere & polyformes. Erat imago viri cum barba valde proliza, indutus habitu Medici, sedens, in cuius sinu erant pixides unguentorum, & alia instrumenta ad Medicum pertinentia: cuius manus dextra barbam tenebat, sinistra baculum cum serpente gestabat intorto: Albricus, de *Imagin. Deor.* cap. 20. Ovid. 15. *Metam.* fab. 50.

Imagines Æsculapij.

Hunc modò serpentem, baculum qui nexibus ambit

Ovid. *Perspicere usque nota, virum ut cognoscere possis.*

Vertam in hunc, sed maior ero, tantusque videbor;

In quantum verti cœlestia corpora possunt. Ex templo cum voce Deus, cum voce Deoque Somnus abit, &c.

Addit Pausanias, cap. 69. *Epidauri sedet in folio Scipionem tenens: altera manu draconis caput premit, cane ad pedes decumbente.* Eadem Chartar. d. cum mythologia. De Cane dicemus in eius natali, 17. *Novembr.* De serpente plura dicunt Mythologi: primò quia serpentes deserviunt plurimis medicamentis, uti dictum, num. 10. qua etiam de causa coronatur lauro, arbore valde medicà; ut ait Fest. Pomp. d. deinde quia ministerio serpentis Hippolitum Thesei, vel Glaucum Minois filium revocavit ad vitam, ob prodigiumque de cœlo à Iove fulmine tactus, & factus in Sphæra Ophiuchus; de quo *Isagog. Octobr.* n. 34. Hygin. *lib.* 2. cap. 15. Chartar. d. fol. 60. Pier. Valer. *lib.* 26. cap. 1. Macrobr. 1. *Satur.* cap. 20. ingeniosè inquit: *Simulacris iunguntur figura Draconum, quia præstant ut humana corpora, veluti infirmitatis pelle deposita, ad pristinum reviviscant vigorem, ut revirescunt dracones per annos singulos, pelle senectutis exuta.*

Cur serpens symbolum medicine?

14 Aptius signatur in serpente Paria.

Serpens est igneo colore (ait Ælian. 8. de *Animal.* cap. 12.) & *acerrimo oculorum sensu & largo ore: sed mitis cùm sit, Deorum humanissimo Æsculapio ipsum consecrarunt, & eius ministerio dedicarunt.* Symbolum præstantissimi medici: quasi herbarum virtute & Æsculapij opere, serpentes veneno mordentes non nocent, sed quasi solummodò momordissent. Appian. in *Antiquar.* simulacrum Æsculapij describit pallio Græco & toga brevi, habentis in sinu opinos telluris fructus, & dextra par gallorum. Gallos propter vigilantiam in arte, fructus verò propter virtutes ad morbos. Natal. Comit. d. & Chartar. Pausanias, cap. 53. inquit: *Videas Æsculapium imberhem ex auro & ebore, altera sceptrum, altera sativæ pinus fructum tenentem: Deum ipsum draconis induta specie, Epidauri vigis mulorum deportatum, & inter Pana & Dianam collocatum.*

Arbitror insignibus demonstrari gloriam medici, opportunitatem curationis, & difficultatem artis: igitur qui nucleum querit, & nucem frangere congruit. Vide Plin. *lib.* 16. cap. 10. & Pier. Valer. *lib.* 52. cap. 14. & 16. Apud Messenios Æsculapij statua cum imaginibus Musarum, Apollinis & Herculis, cum præfatis insignibus. Pausan. *cap.* 141. Templum apud Epidaurum celebrius cunctis, in cuius tholo erant & *Cupido*, abiecto arcu & sagittis, lyram tenens, & *Ebrietas* cum phiala vitrea. Idem *cap.* 69. qui addit: *Pila* (ideest, columnæ) *intra templi ambitum multa steterunt: in his virorum & feminarum, qua à Deo curate sunt, nomina incisa, morborum etiam, quo quisque laborarat, additaque curationis ratio. Supra templum ades, in quibus qui precatum Deum venerunt, dormiunt. Theatrum est omnium operis dignitate præstantissimū.* Idem Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 11. Embolia curationum dicemus *Tom.* 6. *T.* 6. à n. 11. Unde Hemelar. in *Numism. aur.* Tabul. 23. *Ab Antonino Pio superstiosè cultum* (ab Antonino Senatore, de quo Lucian. *Dialog. de Alexandro*, refert Pausanias, quò dudum) *indicat etiam tabula quædam fictorum miraculorum, quæ eius tempore accidisse narrantur, è ruderibus quondam eius templi eruta, & adhuc Romæ exstans.* Meminit huius tabulæ Smet. in *Antiquis inscript.* fol. 29. De templo in insula Tyberina, Marlian. d. *Topograph. Rom.* 2. p. fol. 27. Iacob. Boissard. 1. *die Urbis*, fol. 11. & Nos 28. *Febr.* n. 15. 15. Frequenter Æsculapij simulacrum cum uxore *Epione*; sed frequentius cum filia *Hygia*. Plin. *lib.* 35. cap. 11. *Talesque* (ait) *sunt eius pictura: cum Æsculapio filia Hygia.*

Conditio Paria serpenti.

Imago Cupidinis & Ebrietas.

Epione.

Hygia, Salus & Bona valetudo.
Æsculapius Salvator corporis.
Agnodice.
Q. Seren.
Imagines Salutis.
Vesta.
Quid hasta pura?

gia. Leopard. lib. 4. cap. 5. Hygia dicta est Bona valetudo & Salus. Pausan. cap. 65. qui 230. inquit: in templo Lacinæ est sacra Æsculapio aræ; in qua Hygia sunt & Æsculapij signa. Siccinæ in templo Concordiæ, ut inquit Plin. lib. 34. cap. 8. & Macrobius. 1. Saturnal. cap. 20. Dicta Hygia Sospes, quia ex matre Minerva (Sospita titulo) sicut Æsculapius Soter, sive corporis Salvator. Goltz. d. quò Nonnius: Cui enim nomen illud (inquit) magis conveniet, quàm illi, qui efficacibus remedijs pristinae sanitati corpora restituit? Salus, seu Hygia iuxta Hygin. Fab. 274. hac de causa in albo Divarum adscripta fuit. Antiquitus non erant obstrices, quapropter verecundiã ductæ feminae parturientes interibant; quippequàm lege ab Atheniensibus cautum, nequa femina auderet medicinam profiteri. Hanc Agnodice quædam virgo percupivit discere, ut feminas partu laborantes posset iuvare: quod quidem nacta, demptis capillis & habitu virili. Cognitâ feminâ, in Areopagoque damnatâ, per feminas irrita damnatio fuit: deincepsque decretum; impunè feminas ingenuas in prægnatium iuvamen, posse discere medicinam: tuncque Agnodice Salus femininarum, seu Hygia Sospes est dicta & Dea facta. Hinc ut ait Arhob. 1. Contr. Gent. semper Salus Æsculapij; comes; quoniam hic medicaminum repertor, custos præsequæ salutis, valetudinis & sanitatis: Plutarch. 8. Sympos. cap. 14. Q. Seren. d. v. 6. Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas nosti, & in cælum Manes revocare sepultos. Hac etiam gratia Salus pingebatur apud Rom. serpentem Æsculapium porrectum dextrâ tenens, ac ex eius patera cibum fumentem. Hemelar. d. Tabul. 38. & 39. uti apud Græcos, femina virgo in folio sedens, pateram tenens, iuxta ara in qua involutus anguis, caput attollens. Chartar. in Apollin. fol. 62. In plano aræ erat efformata Vesta, velata & alata cuius singulis in manibus fax. Topograph. Rom. 2. p. in front. oper. erat in throno unâ cum Religione, cui epigraphæ: Salus Respublica. Hemelar. d. Deosculans Serpentem Æsculapium, & innixa super columnam, cui titulus: Valetudini. Choul. d. fol. 117. additque Hygiam etiam apud Latinos solere pingi sub vite sedentem in throno, paventem Æsculapium, & iuxta columna, in qua Minerva cum hasta pura: hoc est, sine ferro. Inter illustres Salutis simulacri formas, celebrior Pentagonus, idest, triangulus triplex insertus invicem, ex quinque lineis rectis constans, in quarum spatij literæ vocis Hygia collocatæ, cui titulus

Symbolum Sanitatis. Hæccinæ tessera etiam dicta, & accepta Signum victoria. Origo signi ab Antiocho Sotere, qui anceps discrimine victoriæ, despondebat animum: sed apprensus per quietem Alexander Magnus iussit dari pro tessera militibus, inuique vestibus Symbolum Sanitatis; præfatum scilicet Pentagonum; illoque signo Antiochus Galatas vicit. Kircher. Oedip. Capt. Tom. 2. p. 2. Class. 11. cap. 7. Chartar. d. fol. 62. Gyrard. Syntagm. 1. n. 51. Hebræi etiam Pentagonum acceperunt in signum Salutis, scribentes varia nomina Melsiæ, vocaveruntque Sigillum Salomonis: typum sanè veræ salutis, modò intenderent in quinque vulnera Salvatoris: sed Cabalists longè absunt. Vid. Kircher. loc. cit.

Salutis nobile signum Pentagonus.

Sigillum Salomonis.

16. Plin. lib. 20. cap. 24. intuitum societatis Æsculapij & Salutis, attribuit compositioni theriacæ in venenata animalia, incisa lapide, versibus in limine ædis Æsculapij: & apud Rom. (in quorum 6. Regione, ut ait Publ. Victor, erat ædes Salutis, & quæ iuxta illam porta in Quirinali, Porta dicebatur Salutaris) erat imago Salutis publicæ, femina stans, geminam prolem in sinu gerens. Goltz in Vit. August. & Hemelar. Tabul. 52. Adi Rhodigin. lib. 7. cap. 24. Rosin. lib. 2. cap. 18. & Stuck. d. cap. 44. ubi Salus collocatur cum Fortuna; sicut Æsculapius inter Minervam & Victoriain, hanc habentem calathum diversorum fructuum, & illam pateram auræam, olivæ fronde coopertam: Choul. d. fol. 118. Sapuit, qui Salutem collocavit cum Castitate (cuius imago, femina sedens in throno, cui adstant binæ candidæ columbæ: Ælius Spartian. in Sever. Pier. Valer. lib. 22. cap. 7.) equidem ut succinit Q. Seren. d. in fin.

Salus publicæ.

Imago Castitatis.

Sic non incuset validam, placidamque senectam;

Nec tibi sit medicis opus unquam, nec tibi casus,

Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem;

Q. Seren.

Sed procul à curis, & sano corpore vivas.

Ita igitur Æsculapius serpentis formâ habitus olim pro Salute & bona Fortuna. Stuck. cap. 38. In Augusti lenocinium & medici plausum de Senatoribus inquit Sueton. in August. cap. 59. Medico Antonio Musa, cuius opera ex ancipiti morbo convalescerat, statuas, ære collato, iuxta Signum Æsculapij statuerunt. Idem Textor, 4. Officin. cap. 39. Dempster. in cap. 3. lib. 9. Rosin. & Buelenger. 1. de Pictur. cap. 23. De augurio Salutis, templo, poculo, porta, navî, mensa & alijs imaginibus, dicemus alibi.

Anton. Muse statua.

Lari. 17 Kal. quoque Ianuarij exornabantur Lares, sive Salutis & Æsculapij colebantur effigies; quippe Tutelares Lares in serpentium forma, vel quia serpentes culti pro Laribus Tutelaribus in ædibus. Stuck. quò dudùm. Signat honorem Sueton. in *August.* cap. 31. (& fusè videbimus die ultim. *Mens.*)

*Eorum ima-
ge.*

*Sortes Præ-
nestinae.*

Origo.

simulque portentum in mortem Neronis, in hoc, cap. 46. *Kalend. Ianuarij exornati Lares* (inquit) *in ipso sacrificij apparatu conciderunt.* At dies magis famigeratus propter Sortes Fortunæ Prænestinæ. Sueton. in *Domitian.* cap. 15. Origo potiùs à Satana, quàm à Numero Suffucio. *Disposuerat eas in excavatam columnam, unde quotannis Kalend. Ianuarij magna celebritate eximebatur: eaque quæ eductæ erant, serie iunctæ, integra responsa absolvebant, quæ Oraculi vim habere putabantur.* Maiol. Tom. 2. *Colloq.* 2. Suffucius admonitus in somnis, ut Præneſte filicem cæderet, perfracto saxo Sortes invenit, hoc est, notulas præscarum literarum, quæ oracula forte excudunt (Magorum opinione) abdita eruunt, ignota eliciunt, abstrusa ostendunt, impendentia prospiciunt, incerta confirmant, atque futura prænotant. Papæ! Post Sortium manifestationem, ex olea quæ iuxta, mel fluere cœpit; & iussu Aruspicum ex illa olea facta est urna, in quam Sortes inclusæ, Fortunæque ritè dicatæ, ut quotannis responsa redderent *Kal. Ian. Cicer. lib. 2. de Divinat.* Plura alia ex varijs AA. deprompsi, Tom. 8. *Tautolog.* 10. à n. 39. Has Sortes deicere conatus est Tiberius, sed maiestate Prænestinarum sortium territus, desistit: cum obſignatas, devectasque Romam, non reperisset in Arca, nisi relatas rursus ad templum. Sueton. in eo, cap. 63. Proh Tartaricum embolium! Adî Beroald. & Salmat. hîc. Hæ sunt illæ Sortes Fortunæ Prænestinæ, cuius templum, decollatis civibus.

Veneratio.

Lucan.

*Templum
& imago
Prænestinae
Fortunæ.*

— (*Vidit Fortuna colonos Prænestina suos cunctos simul ense recisos.* Ut ait Lucan. 2. *Pharsal.* à v. 193.) intactum à L. Sylla ob venerationem mansit: templum enim ipse maximoperè ornavit, stravitque lapide pretioso, opere mirifico, quod olim dicebatur *Lithroſſoton.* Plin. lib. 36. cap. 25. qui lib. 33. cap. 3. Aureum Fortunæ Prænestinæ dicit simulacrum. Imago erat speciosæ fœminæ in gremio habentis pueros Iovem & Iunonem, ubera Fortunæ sugentes. Maiol. d. Videbimus uberius, *Isagog. August.* n. 6. & de Sortibus, Tom. 8. 1. 10. His ergo signis constat, quàm verum illud Carneadis, apud Cicer. d. *Nasquàm se fortunatio-rem, quàm Prænesti vidisse Fortunam.* Eo-

dem die erecta statua Silvano, de quo, 18. *April.* etiam. M. Sergio, de quo Solin. cap. 6. *Ex provocatione octies victor, quadragintaquinque habuit adversas cicatrices, in tergo nullam notam. Spolia ex hoste tritius quater cepit. In phaleris, bastis puris, armillis, coronis trecenta duodena dona meruit: novem Imperatores qui operà eius vicerant, triumphantes profecutus est. Dextram perdidit, qua de causa ferream sibi manum fecit: & cum neutra penè idonea ad præliandum valeret; una die quater pugnavit, & vicit sinistra, duobus equis eo insidente confossis. Ab Annibale bis captus refugit; cum viginti mensibus, quibus captivitatis sortem perſerebat, nullo momento sine compedibus fuerit & catenis. Cannensi quoque prælio, de quo refugisse eximium opus virtutis fuit; solus accepit coronam. Eadem Plin. lib. 7. cap. 28. qui his & alijs addit: *Ceteri profecitò victores hominum fuere, Sergius vicit etiam Fortunam.* Hac de causa in Romani vetusti denarij altera parte Romæ galeatæ caput expressum est: altera verò facie equo procurrenti insidens, Sergius sinistra manu caput hostis præcisum tenet. Dalecamp. hic.*

Statue.

18 Hac pariter die mors contigit T. Livij, & Ovidij Nafonis, principis Poëicos, sicut ille Historiæ. Iacob. Pontan. *Prodrom.* in lib. *Trist.* cap. 1. Rhodigin. 1. 3. cap. 1. & Reufner. A Barbaris Ovidio erectum nobile sepulchrum, ait Ioviar. Pontan. de *Magnificent.* cuius epitaphium:

*Mors Ovi-
dij & T. Li-
vij.*

Hic situs est Vates, quem Divi Caesaris ira Augusti patria cedere iussit humo. Pontan. *Sape miser voluit patrijs occumbere terris, Sed frustra: hunc illi fata dedere locum.*

In gloria T. Livij sat testimonium Hieronymi, *Epist.* 103. *Ad T. Livium* (inquit) *la-
tæo eloquentia fonte manantem, de ultimis Hispania, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa atq; inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum; ut tantam Urbem ingressi, aliud extra Urbem quererent.* Refert etiam Plin. lib. 2. *Epist.* 3. Triumphi similiter Magnorum virorum contigerunt hac die. Triumpharunt L. Anton. Pictas ex Alpibus: Luc. M. Censorinus de Macedonia: T. Claud. Nero de Germanis. Goltz. in *Faſt. Rom.* fol. 188-191. & 218. Celebrrior cunctis triumphus C. Marij de Africa & Rege Ingurtha. Pompan fusè refert Plurarch. in eo, subditque: *Marius ex Libya accitus, & cum exercitu in Italiam delatus; Kal. Ian. quibus apud Roma-
nos principium anni inchoatur, Consulatum gerit.*

Laudes.

*Triumphii
varij.*

*Mors In-
no-*

inijt,

Inijt, & triumphum egit, incredibile spectaculum Romanis, Iugurtham captivum ostendens. In triumpho C. Marij (inquit Liv. lib. 67.) ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filijs, & in carcere necatus. Marius triumphali veste in Senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cymbrici belli metum continuatus per plures annos Magistratus est; Consulatus secundo & tertio absens creatus. Deturpavit die in septimo consulatu: ipso quidem die quo creatus est, Sextum Licinium Senatorem de saxo Tarpeio eijci iussit. Plutarch. in eo, & Briet. ann. V.C. 668. Meminit triumphi Propert. lib. 4. Eleg. 6. v. 66. Ipse Marius in Orat. ad Quirites, apud Salust. de Bell. Iugurthin. inquit: Non possum fidei causam imagines, neque triumphos, aut consulatus Maiorum meorum ostentare: at si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices adverso corpore. Hæ sunt meæ imagines. De triumphis, Prolog. §. 6. Hodie Senatus legitimus. K. V. & Boxhornius in Sueton. August. cap. 35. Quid sit, dicemus die 9.

19 Denique prima die cuiusvis mensis sacra Romæ fiebant Superis Dijs. Plutarch. Rom. qq. 24. & cum hostijs maximis, idest, eximijs, præstanti corpore, vel electis e grege. Macrob. 3. Saturn. cap. 5. Rosin. lib. 3. cap. 33. aut præter integritatem & speciem, unius coloris; ut placet Natal. Com. lib. 1. cap. 10. Qui Dij Superi vel Selecti, dicit brevi Ennius:
Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Dia, Venus, Mars,
Ennius. *Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Vide plura apud Dempster in cap. 3. lib. 2. Rosin. Martian. Capell. de Naptijs Mercur. & Philolog. Natal. Comit. lib. 2. à cap. 1. & Augustin. 4. Civit. cap. 23. De victimis aggregat optima Stuek. à cap. 117. Sacrific. Gentil. Dijs Superis sacra fiebant oriente Sole; sicut Inferis; occidente: etiam coronabantur victimæ, altaria, sacerdotes & circumstantes, qui albis vestibus, aliquando purpureis, culti. Cornua tunc quoque victimarum rigeant inaurata. Cicer. 2. de Natur. Deor. Homer. 10. Iliad. v. 294-3. Odyss. v. 374. Virgil. 5. Aneid. v. 366. & lib. 9. v. 627. Ovid. 15. Metam. fab. 2. Plutarch. in Paul. Aemil. Plin. lib. 33. cap. 3. Deorum honori in sacris (ait) nihil aliud excogitatum est; quam ut auratis cornibus hostiæ, maiores duntaxat, immolarentur. Huc taurus ingens fronte torva & hispida Sertis revinctus, aut per armos florens,

Aut impeditus cornibus deducturus; Necnon & auro frons coruscat hostiæ; Setaeque fulgor bractealis inficit.

Prudent. accinit Peristeph. à v. 3213. Aliquid indicatur, Aëtior. 14. 12. De locis præ differentia Deorum; perstrictim Fest. Pomp. Dijs Superis (inquit) in altaribus, Terrestribus in terra, Inferis in effossa humo sacra fiebant. Cui sacra hac die & mense erat Iunõ.

20 Ab Ægyptijs sumpsit Græcia, & à Græcis morem surripere Romani. Inolevit apud Atticos, maxime Athenienses, quolibet mense Deorum uni ex duodecim Magnis, sacra solemnissima facere; quæ sacrificia à victimis dicebantur *Dodécades*, quia ex duodecim animalibus fiebat sacrum: quod quidem spectabilius, quoniam diversæ speciei cuncta, & unicuique Deorum graviora, eò quod à singulis electa, & illis singula sacra; uti aquilam Iovi, Apollini accipiter, columba Veneri, pavo Iunoni, anser Vestæ, draco Minervæ, vultur Marti, vitula Cereri, aries Mercurio, leo Vulcano, equus Neptuno, canis Hecate, seu Lunæ. O quantum est in rebus inane! Adi Gyrard. *Syntagm.* 17. n. 51. Græci universi 1. die Mensis inter Numina, Phœbum maxime colebant. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. Hæc sacra, quia in mensis principio dicebantur *Numenia*. Plutarch. Roman. qq. 24. & Meurs. in Græc. feriat. lib. 4. Causa, quia Apollo lucis origo, utpotè Sol. Quare Plutarch. de *Vitando ar. alien.* vocat diem mensis primum; *Diem Solis sacratissimum*. Certamen tunc fiebat ludicrum in æde Minervæ, quæ erat in Arce Athenarum, quo cives ascendebant, vota facturi; ut Urbis publicè, & sibi privatim facta toto insequentem mense precarentur. Demosthen. Orat. 1. in *Aristogiton*. Illa die offerebant draconi, qui aëbatur in arce, ob Eriethonij memoriam, placentam è melle. Herodot. lib. 8. cap. 11. fiebantque illo die panes, dicti *Numenij*, idest, primordiales; cum varijs figuris. Meurs. d.

21 Idem ferè apud Lacedæmones. Hac die, primoque singulorum mensium, vinam selecta in libamina; ac pecora in sacrificia, tradebantur sacrificulis à Regibus, vel Ephoris. Plutarch. in *Lycurg.* Herodot. lib. 6. cap. 14. inquit: *Has dignitates Regibus Spartiata tribuerunt: duo scilicet sacerdotia, Iovis Lacedæmonij & Iovis cælestis, utentibus quotcumque pecoribus libuerit, quorum tremolatorum pelles omnes & tergora accipiant. Singulis quoque Kalendis instantis mensis singula pecora utrique è publico dantur, Apollini immolanda, & farinæ medimnus, idest, sex modia, & vini Laconicus quartarius.*

Prudent.

Victimæ dodécades.

Animalia in victimam singulorum Deorum.

Numenia.

Draco in arce Minervæ.

Sacra, quo ritu?

Aurata cornua victimarum.

Plus. Tunicque fiebat convivium in trivio. Hæc festivitas communis Græciæ univerſæ. In novilunio cuiusvis mensis ſacra noctu fiebant Hecatæ in trivijs : ibique divites cœnam exponebant, ut pauperes eò convenientes vorarent; & crederetur Hecaten, ſive Lunam, aut Dianam, in convivium paratum deſcendiſſe de cœlo. Gyrald. *Syn-tagm.* 12. n.8. Chartar. in *Dian.* fol. 76. Natal. Comes, d. lib. 3. cap. 15. & Ariſtophan. in *Pluto*, à v. 2011. dicens:

— *Ex Hecate licet cognoſcere,
An diteſcere, quàm fameſcere melius. Iubet enim ipſa.*

Habentes & divites, cœnam ſingulis menſibus exponere:

At pauperes rapere, vel antequàm exponatur.

In hac cœna multoties apparebat forma horribilis, fœminæ ſpecie ac ſerpentino capite. Suid. verb. *Hecate*. In trivio expoſita cœna, quia à Cerere illa in trivio expoſita: in cuius memoriam nonnunquàm in novilunio cœna illi parabatur opipara, ad quam incognita accedebat ſtaturâ magnâ & procerâ, viperinis ornata capillis, ſerpentinis pedibus, ſuccincta œnibus. Lucian. in *Pſeudophil.* Unde Virgil. 4. *Æneid.* v. 609.

Virgil. *Nocturniſque Hecate trivijs ululata per urbes.*

Natam alij finxerunt à Iove ex Cerere, quâ, quia valida viribus, vaſtoque corpore, mater miſit ut Proſerpinam vel in inferno quæreret; ibique cum inveniſſet, ſpontè manſit, præfecta inferorum facta, unde egreſſa uti ex inferno, territat homines, in ſuam cœnam accedentes. Natal. Com. d. Hac de cauſa ſurgentes à nocturnis convivijs, ut ruto domum redire poſſent, referebant fermentum (quod dicebant *Apomagdaliæ*: hoc eſt, zymomam, in qua abſterſis ciborum fordibus, maximè pinguium, hærebat cunctorum eduliorum ſapor) ut obvijs mitterent Hecates canibus. Athen. 4. n.8. Bulenger. 3. de *Convivijs*, cap. 34. & Cœl. Rhodigin. lib. 28. cap. 1.

Quid apomagdaliæ?

22 Haud ceſſant fabulæ. Deam Triviam dicebant, quia extra urbes ſacra: & ſimul Hecaten (Græcè *Centum*) quia centum placabatur hoſtijs, unde *Hecatombæ*: vel quia centum ei altaribus viridi à ceſpite factis ſacrificabant, ut ait Chartar. d. fol. 72. vel quia animas inſepultorum circa littorâ Coccyti annis centum errare faciebat.

Unde Hecatombæ?

Virgil. *Centum errant annis, volitantque hæc littora circum.*

Virgil. 6. *Æneid.* v. 329. Imago erat tribus gladijs, tribus facibus, tribus faciebus, tribus capitibus apri, canis & equi (ſupra *Tom. I. Ephem.*

Imago Hecates.

quæ calathi frugibus & floribus) tribus gladijs, tribusque ſagellis; tuncque dicebatur *Epipyrgidia*. Eufeb. 3. de *Præparat. Evan-gel.* cap. 3. Kircher. Tom. 2. *Oedip.* p. 2. Claſſ. 11. cap. 6. Chart. d. fol. 78. Brevique Prudent. in *Symmach.* à v. 451.

Epipyrgidia

Imperitat Furijs, & dicitur iura Megeræ:

Si verum quæris, Trivia ſub nomine dæmon Colitur. Prudent.

Item Ovid. 7. *Metam.* fab. 26. ubi Hecates ora deſcribit in tres vergentia formas. A Suida dicitur *Phantaſma*; quantum auguror, mythologicè nil aliud, quàm læſa conſcientia. *Dixerunt præterea Antiqui* (ſubdit Chartar.) *Hecaten, ijs qui maximo aliquo mœrore opprimerentur, ſpectrum immittente, eò quòd ſubinde in alias atque alias formas mutaretur.* Hinc sæpe viſa canis, equus, aper, fœmina ſpecioſiſſima, quæ *Empuſa* dicebatur, quòd uno incederet pede. Gyrald. *Syn-tagm.* 12. n. 12. Dion Chryſoſtom. in *Fab. Libya*, ex quo Pier. Valerian. lib. 14. cap. 24. Chart. quòd dudum, Noſque *Tom. 4. T. 5. n. 66. & T. 13. à n. 2.* His ergo formis deſcribitur conſcientia vulnerata à Poetis: Virgil. 6. *Æneid.* v. 743—8. v. 703. Plaut. in *Moſtell. Act. 3. ſcen. 1. v. 13.* Senec. in *Tibull.* v. 330. Juvenal. *Satyr.* 13. v. 3. Sic enim patitur ſuos quiſque Manes.

Conſcientia læſa.

Empuſa

23 Alij Hecaten, Lunam appellant, ſive Dianam; de qua Virgil. 4. *Æneid.* v. 511. accinit:

Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Diana.

Virgil.

Ideſt, Lunæ naſcentis, plenæ, ac deciduæ. Videtur terque ſuas eadem variare figuras. Quapropter nonnunquàm difficile Lunæ aptare congruam veſtem; ut diximus ex Creobulo, *Tom. 1. T. 3. D. 5. n. 5.* Narrat etiam fabulam Plutarch. in *Sapient. Convivio*, & Dempſter. in *Rofin.* cap. 8. lib. 2. Exoſa Latonam, filiam ornantem, eò quòd modò facie plena, modò ſemieſſa & ſalcata, modò nulla, ut ait Plin. lib. 2. cap. 9. quæ quidem cum proprios defectus, matris labores agnoſceret, erubuit, & per tres dies continuos ſuffuſo pudore latuit; quem morem ſingulis menſibus inviolatè cuſtodit. Hi ſunt Hecates ſtatus: in primo pingitur aurata, candida veſte, accenſaque face, quam manu geſtat & geſtit. In ſecundo cum calatho floreo & fructigero: in tertio verò, quaſi venula ſub obſcurijs veſtibus. Ita ergo virgo, coniux, vidua. Chartar. d. fol. 77.

Lunæ imago.

— *Cum Luna eſt, ſublucſtri ſplendet amiſſus: Cum ſubcinctæ iacit calamos, Latonia virgo eſt:*

Prudent.

Cum ſubnixæ ſedet ſolio, Platoniam coniux.

C

Sub

Subdit Prudent. d. à v. 448. Obiter notandum, quàm Hecates adulatrices sint formicæ; illam contemplantes sine luce! *Admirabile*. (inquit insulsiſſimè *Ælian. 1. Animal. cap. 22.*) *ut mensis primo quoque die, non pedem ex caverna egredientes, admodum quietè lecto se teneant.* Otioſiſſima prorsus observatio, eſſi eſſet vera.

24 Apud Ægyptios singularis mirèque artificioſa Hecates typica imago. Simulacrum erat fœmineo vultu, auribus caninis, capite velo nigerrimo: tres zonas in formam monilis, pectori colloque circumdatas habebat; ſimulque in vertice portam quandam, ſive oſtium: illaque inſiſtebat in flore Loti, cuius thyrſus in modum columnæ (albis nigrisque gradibus variegatæ) deorſum in cordis candidi figuram terminabatur: ex columnæ medio & tenitæ ſericæ & bina arboris Perſicæ folia, totidemque Heliotropij flores emergebant. Tæniæ deſinentes in flores tenebant duæ fœminæ habitu virili (excepto velo) pleno ubere; quarum tutuli, corſona varijs ſapillis diſtincta, ex quibus bini flores Perſicæ, quos comitabatur utrinde Loti-flos in terram pronus, verum mediis verſus cælum erectus. Fœminarum una dicebatur *Triedotis*, & alia *Comas*. Ita in *Tabula Bembin.* figur. 1. Georg. Hervvare, in *Theatr. Hieroglyph.* Mythologiam delicate conati ſunt Plutarch, de *Iſid. & Oſirid.* & Pier. Valer. lib. 39. à cap. 1. uſque 6. Haud in ſcopum collimarunt: acu tetigit Kircher. in *Mens. Iſid.* Tom. 3. *Oedip. Syntagm.* 1. cap. 5. Ibi ingenioſa ingenuaque videris, quibus parco, ne turgelcat pagina Ephemeridum. Apud Ægyptios etiam initium *Anni arborum*, adhibitis amuletis in ariditatem, queis antiquitatis arefactæ floruerunt; de quo ſuo loco, 18. *Mart.* n. 30. Ex rota quoque ſuorum Numinum mensis dodecatermorum respondebat *Arueri*, ideſt, Apollini, ſeu ſeniori Horo, ut obſervant Kircher. d. *Tom. 2. p. 2. claſ. 7. cap. 2.* & Pier. Valer. lib. 18. cap. 2. de quo ſæpe in hoc opere agemus. Huic Numini ſacra hac die & menſe.

25 Singulare ſanè Anni principium apud Malabares. Primo anni die, qui decimum quintum ætatis exceſſere, faciem involvunt, oculos obtegunt; ne quicquam aſpiciant. Deinde à pueris in ſana ducuntur, in quibus varia Deorum ſigna aut imagines ſunt: ibi detractis luminum ſacijs, intuitum in oppoſita dirigunt imperè: quod ſi ſimulacrum Numinis, quod cordi eſt, contingat videre; illum annum ſibi feliciffimum fore hilares augurant. Hieron. Oſor. de *Reb. Emmanuël.* lib. 2. fol. 37. Diximus, *Tom. 3.*

T. 13. D. 2. n. 5. De rota Sinarum in numerum annorum, ibid. egi, *Tautolog. 8. n. 61.* quod totum ibi deſcriptum à Ioseph. Acoſta; tam Gomara, quàm Samuel Purchas in *Mund. deſcript.* Tom. 3. lib. 5. cap. 7. ſimulque Kircher. 3. *Oedip.* Diatrib. prolufor. cap. 4. Mexicanis attribuit: qui quidem poſt proterviam factam in anni fine, de quo 31. *Decembr.* quo die arbitrantur finem anni & mundi; metuentes ne illuceſcat; totà nocte noviffimæ anni pervigilant. Sole vero oriente; buccinis, ſiſtris, tympanis, ac tibijs, cantu & geſtulationibus lætitiã teſtantur, Solem adorant, & gratias agunt; eò quòd novum ſæculum p̄oroget: tuncque prius extinctum, novum ignem à Sacerdote quarunt, quo accendunt lumina, ſignantes annum; cuiusque diem primum per cyphram O. Videtis rotam apud Kircherum, ſi lubet.

26 Quæ communia ſingulis menſibus, haud iteranda. Dicam cum Ovidio in *Praefat. ad Faſt.* v. 61.

Hæc tibi dicta ſemel totis hærentia faſtis,
Ne ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.

Sic intelligendum de ſacris Iovi Olympio quolibet primo die mensis: etenim in *Ara Maxima* (cui adiacet *Ignotorum Deorum Ara*, iuxta Pauſan. cap. 162.) *Elei ſacra faciunt priſco parentum ritu, thura & melle ſubactum triticum adolentes: aras quidem oleagina fronde velant, & vino in libando utuntur. Sacrorum ceremonijs (ut quæque in ſingulorum menſium ſtatos inciderint dies) ritè peragendis præſunt edituus, angures, ſeciales, interpretes, tibicen præterea & liguator.* Idem, cap. 163. Licet ex profeſſo de Deo ignoto acturus die 19. à n. 15. & fuſè 6. *Auguſt.* haud fas præterire, Aram, quam Paulus inveniffe dicit *Deo Ignoto*, Actor. 17. 23. à nonnullis pluraliter accipi: ſingulariterque à Paulo ſignari pro opportunitate ac occurrente occasione feminandi verbum Dei. A Pauſania ſigitur *Ara dicata Dijs Ignotis & Peregrinis*, cap. 162. ſed *Marianæ, Opuſc. de Edition. Vulgat.* cap. 6. cui ſuffragor, iurè placet, inter aras Dijs dicatas Ignotis & Peregrinis, fuiſſe ſpecialem Ignoto Deo. *Viſa enim Eclipſi* (ait Michael Syncellus in *Encom. Dionyſ. Arcopagit.*) *que in morte Chriſti contigit contra naturæ ordinem; Athenienſes verti naturæ vices putantes virtute aliqua occulti Numinis; aram Ignoto Deo excitaffe, eoque Paulum alluſiſſe.* Videtis Sanctium ac Lorin.

in *Actor.* loc. præcit.

Mexicanorum.

Ovid.

Iovi Olympio ſacra.
Ara Deorum ignotorum.

Dei Ignoti & Peregrini.

DIES II. IANUAR.

IV. N.

G Rad. 12. Solis in Capricorno. Felix dicitur à Dariot. cap. 3. Hic gradus in horoscopo magnæ virtutis constituit athletam ; sed qui biathanatos moriatur. Firmic. *Sol magis ascendit.* Plin. lib. 18. cap. 26. & 29. Ætius, *serm. 3. cap. 4.* Leo incipit occidere, fit pluvia. Ptolom. *Vir velociter currens.* Sphæx. Arab. *Præsepe vespere oritur.* K. P. R. *Sinister humerus Bootis vesperè occidit.* Iunctin. *K. A.* Cingulum Orionis oritur vesperè. Alsted. in *Encycloped.* lib. 7. *Uranometr.* à cap. 3. *Cancer medium occidit.* Columel. & Ovid. d. v. 313. *Ostipedis frustra queruntur brachia Cæcri:*

Ovid. *Præceps occiduas ille subibit aquas.*

2. Noënum exiisse haccine die ex Arca vult credi Fonseca in *Annotation. margin.* ad Caietan. in *Genes.* cap. 8. eò quòd Noëmo, qui à Gentibus dictus Ianus, hic mensis sacer (uti vidimus pridic, & dicemus die 7. & 8.) ab illoque denominatus. Quid mirum, si Moyfes Nisan, seu Martium primum vocavit mensem, quia Israëlem eduxit ex Ægyptiaca servitute; in memoriam sempiternam liberationis à diluvio, quòd decreverit Noë suos posteros annum incipere à mense, quo egressus ex Arca? Est petitio principij, seu negatio suppositi. Refutat tenuiter Tornielus, & aptius sententiam confirmare videtur. Nulla sacra supputatione stare potest cogitatio: equidem *Genes.* 8. 14. dicitur, quòd egressus est Noë mense secundo, septimo & vicefimo die mensis. Si, ut par est, numeratur à Martio, anni principio; dies erit 27. *Aprilis.* Si à Ianuario, dies erit 27. *Februarij,* qui mensis secundus: nunquam ergo ab exitu Iani ex Arca poterat dici Ianuarius; cum in illo mense non exiverit. Ab hinc ann. 887. iuxta Torniel. Briet. & Turfelin. promoventur opera Sanctuarij in Tabernaculi erectionem & ornatum, de quibus *Exod.* à cap. 25. ann. 1. egressus Israël de Ægypto. Leonard. Mar. Salian. & Scaliger. in *Kalend. Judaic.* Anno ab hinc 225. iuxta Briet. 217. iuxta Adrichom. apparet Michaël, ut de servitute Madianitica liberaret Israël, de qua 3. *Iun.* n. 3. Cum ob idola horum esset mancipatus servituti, respuit prædicatione cuiusdam Prophetæ, quem Rabbini dixerunt fuisse Phineén, curz populi incumbentem, licet à Domino, ne in terra viveret raptus (vide 19. *Maij,* n. 3.) etfi Comestor in *Iudic.* cap. 8. dicat: *Venit Angelus Domini,*
Tom. I. Ephem.

Noë egreditur ex Arca.

Promoventur opera Sanctuarij.

Michael apparet Gedeoni.

Œ sedit sub quercu: hic est vir, quem Dominus miserat. Arias Montan. hic astruit, apparuisse Gedeoni Angelum, vere iam cedente, seu medio, ex demessi nuper tritici observatione; quòd regionibus illis secundo, & ad summum tertio ab æquinoctio mense, demeti solet. Nimirum messe triticea, de qua 6. *Maij,* n. 9. Philo Bibl. elongat diutius, usque in tempus æstivum. Raschi & Radak postridie Paschatis, seu Phase; eò quòd Gedeon Angelo obtulit azymos panes. *Iudic.* 6. 19. Futile ratiocinium, quasi azymos panes non possent extra id tempus Hebræj comedere; cum placuisset. Unde arridet nobis ut verior sententia Rab. Abrah. in *Cabal. histor.* asserentis actum, 2. *Sebat.* cibum Gedeone præparante in fugam, non ex recens messo tritico, cum adventus hostium frequenter dum messis in herba: ibid. v. 4.

3. Ergo stanti Gedeoni iuxta lucum Baal, virgaque excutienti frumentum, ut fugeret in loca tutiora; venit Angelus cum virga quasi peregrinus & lassus, & sedit sub una ex quercetu Ephra (in qua Christi nati-
Quercus Ephra.
vitatatis datum signum; uti dicemus, 25. *Decembr.* n. 23.) & benè precans obvius Gedeonis, dixit: *Dominus tecum, virorum fortissime:* v. 12. Iurè, non solum corporis robore; sed cordis Dei veri firmissima fide; igitur cunctis idololatriis, etiam patre, unum Deum Israël cognoverat & adorabat: quapropter electus à Domino, ut salvaret Israël. Theodoret. *quest.* 12. Statum itaque Gedeon Angelo refert, cui de libertate vindicanda cogitare innuit Angelus; siquidem eius ministerio plenè obtinenda. Ille estò percutus, lætus; desiderio expulsiõis tantæ tyrannidis signum victoriæ ab illo, qui iam sibi plus quam homo videbatur, petit audax, & quasi hospitem in mensam invitavit, quod haud abnuat Angelus, ut occasionem haberet, qua Gedeon quis promiserat, cognosceret: quandoquidem cuncta allata, eiusque iussu super caudem imposita, tactu virgæ exusit flamma egrediens de petra, cum qua etiam Angelus ex eius evanuit oculis. Timuit ex visione mori: illique Deus inter-nà locutione dixit, non ideo moriturum: gratulque statim Numini ædificavit altare, titulo *lebovab-schalom:* idest, *Domini pax.* Super hoc altare nocte illa eum iussit Dominus sacrificare taurum optimum patris sui Ioas, & alium taurum Septennem, quos Idololatriæ cum patre saginaverant Baal: totumque perficiendum super eandem ipsam petram, de qua excussus ignis in sacrificij prioris consumptionem: at priùs destrueda est ara Baal, & igni tradendus lucus qui

Gedeon cognoscit Angelum, igne virgæ excusso in petra.

Erigit Numini sacra altare.

circum circa: quod quidem noctu per decem fervos à Gedeone perfectum.

4 Ni Pseudo-Philo mètiatur, flocci ducit vera referre. Nuncianti Angelo electum à Domino, ut liberaret illo ductore oppressum Israël; dixit Gedeon, filius Ioath. (inquit) *Ego qui sum, nisi forte, quia elegit me Dominus, det mihi signum; ut sciam, quoniam dirigor. Dixit ad eum Angelus Domini: Curre & accipe mihi aquam de lacu illo, & funde super petram istam, & dabo tibi signum: & antequam fundas super petram aquam, pete qui vult fieri de ea, sive sanguinem, sive ignem, sive nusquam compareat: & dixit Gedeon, Fiat medium sanguinis & medium ignis. Effudit Gedeon aquam super petram; & factum est cum effudisset, ut fieret media pars flamma, media autem pars sanguis, & commissa sunt utraque, id est, ignis & sanguis; & sanguis non extinxit ignem, nec sanguinem ignis exussit. Hæc videns Gedeon, petijt alia signa, & data sunt ei. Sanè, sed non hoc cine embolium. Miracula & crebra & opposita querit Gedeon; non fluxa, invalidaque fide (ut hæterodoxi intendunt) nec quia credebat Deum facere non posse, ut per illum salvaretur populus; sed signis & signis scire satagebat, an vellet; ne falleretur visis, per Angelum; qui se transfiguravit in Angelum lucis; uti supplantati contribules, Solem noctu videntes, quod fuit fomes presentis acerbæ servitutis, uti videbimus, 3. *Iun.* n. 3. Cætera postredie.*

5 Cùm iam in solio patris videretur Salomòn, consentiente, lætoque universo Israël, uti pridie diximus, n. 2. æmulus Adonias, cum Principibus factionis Abiathare & Ioabo, qui elegerant eum in Regem Israël, de quo, 22. *April.* n. 4. subdole meditati sunt novam in Salomonem coniurationem, ut possent arte potiri regno, sacerdotio, ac præfectura copiarum, quibus erant spoliati. Interventione Bethsabee, quæ uti femina haud conatus ambientium callebat, usi sunt; ut ut darà Adoniz in coniugem Abisag, quondam uxore David, sed virgine relicta, gradus extrueretur in regnum. Exposuit fatuè Bethsabee molimen Salomoni, qui sagacior vidit & prævidit quò proposita tenderent: & ne deinceps glisceret conspiratio in rebellionem Israël, iussit fratrem illicò occidi, ut factum est. 3. *Reg.* 2. 25. Comest. hic, cap. 4. & Ioseph. 8. *Antiq.* 1. Abiathari indulsit, sed præcepit recedere in patriam: à v. 26. Gretser. 2. ad *Theologos Venetos*, & Bellarm. 2. de *Pontific.* cap. 9. cogitant, hanc remotionem factam à Salomone, non ut Rege, sed ut vindice ac execu-

re divini decreti, utpotè Prophetæ.

6 Occurrit Antilogia. Hic n. 27. dicitur: *Eidèit ergo Salomòn Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini.* Seq. cap. 4. v. 4. dum mentio fit de Principibus, quos habebat Salomòn, dicitur: *Sadoc autem & Abiathar, Sacerdotes.* Sanctius hic n. 1. intelligit Abiathar, antequam à munerè repellètur: Alij, Abiathar fuisse, aiunt, sacerdotem; sed non summum. Alij, alium fuisse hunc Abiatharem. Quod mihi placuit, *Tom.* 5. *T.* 6. n. 20. rehero; nimirum, ex abrupto Salomonem, sicut in fratrem, fulminasse sententiam; sed re perpensa, ab exilio revocatum iussisse, simul cum Sadoc summo sacerdotio fungi. Aliter cogitat, & plausibiliter Genebrard. *Ann.* 3106. ubi: *Secunda Synodus* (inquit) *Sadoc & Ahimelech, filio Abiathar, Pontificibus: nempe, vices gerebant Abiatharis Summi Pontificis.* Patet, 1. *Paralip.* 24. 31.

7 Ioab cum vidisset occisum Adoniam, eiusdem lætæ maiestatis criminis complicitem, & accusante conscientia se reum duplicis homicidij; pro salute fugit in Gabaon, ac confugit in tabernaculum, uti in asylum: quod inutile ficario; igitur iussu Salomonis crastino die interfectus est: dicimus, n. 7. Ab huiusmodi tragedia transactis 812. annis, accidit maior & lamentabilior, scilicet templi & Sanctuarij profanatio per Antiochum Epiphanem. Raclin. ex 1. *Machab.* 1. à 22. & 2. *cap.* 5. à 15. Post carnificinam in civitate factam, uti referendum, 30. *Decembr.* n. 4. Duce, & pontifice; non Pontifice Menelao, ingressus in templum, & in sanctificationem, id est, in locum, qui dicebatur *Sanctum*, rapuit altare aureum (scilicet, Thymiamatis) candelabrum luminis & universa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria & phialas, & mortario-la aurea, & velum & coronas & ornamentum aureum, quod in facie templi erat; & comminuit omnia: & accepit argentum & aurum & vasa concupiscibilia, & thesauros occultos, quos invenit; & sublatis omnibus abiit in terram suam. 1. *Machab.* d. *Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis; velociter Antiochiam regressus est.* 2. *Machab.* d. Genebrard. *Ann.* 3934. Adrich. 3795. Salian. Briet. & Tursellinus, 3884. Torniiell. 3885. à n. 3. Serar. Sanctius, Alapid. cum D. Thoma, loc. cit. *Machab.* Petr. Comest. in *Esth.* cap. 11. & Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 9. quod latè refert Ioseph. 12. *Antiquitas.* cap. 7.

8 Dubium eminet (relictis nugis Ethnicorum, abdicatis loc. cit. *Decembr.* à n. 5.)

Antilogia.
Abiathar ex pellitur, sed in munus re vocatur.

Ioab confugit in Gabaon.

Antiochus Epiphanes expilat templum sacrè.

Signum ei datum in aqua mutationibus.

Quare tot signa petijt?

Adonias occiditur.

an ingressus sit Antiochus in Sancta-Sanctorum? Inficior, quoniam in *Sanctificatione*, sive *Sanctum*, ubi sacra supellex, dicitur intrasse: v. 23. *Ausus est intrare templum.* 2. Mach. 5. 15. Quinimò ut vidimus, *Velum* tantum dicitur ab illo surreptum. Duo erant velamina pretiosa; unum inter templum & *Sanctum*; alterum inter *Sanctum* & *Sancta-Sanctorum*, quo erat arca: Arca foederis, quod magis pretiosum (vidimus, die 30. n. 1. & Tom. 8. T. 5. n. 40. singulariter) Epiphani avaritia, quod pretiosius non relinqueret. Deinde auro Arcæ sacræ non parceret. Deus enim de illa providit; sicut fecerat, dum à Chaldæis templum incensum. 2. Machab. 2. à 5. Longissimam disputationem Torniiell. texit loc. cit. à n. 4. Apud AA. supremi subfellij sententia est, Arcam de Oraculo non fuisse substratam, nec Antiochum illuc intrasse: quod quidem factum, quia vel memoria excidit, vel quia pavore territus. Ipse ibidem fatetur.

Non introiit in Sancta-Sanctorum.

restitui illis, ut agerent secundum suorum maiorum consuetudinem. Adi. 15. Mart. n. 6. 10. Ne quiescerent Iudæi, vel ne rebelaret accitis locijs defolata ferè civitas (maximè fautore: Ptolomeo Philometore, cui dedere se voluerunt ante adventum Epiphani, & obsidionei urbis; à longè spectantibus Samaritanis, cui fortuna cum Marte faveret) Antiochiam pergens Rex iniquus cum opima præda, succedit in civitate profectio non in regimen, sed in oppressionem, quendam Philippum, genere Phrygem, cuius crudelitas, etli satis offensa per electionem Antiochi, vicit profectio truculentiam eligentis: igitur nec respirare sinebat oppressos: quapropter *universa domus Iacob induit confusionem.* 1. Mach. 1. à 26. & 2. cap. 5. à 22. cum Iosepho, 1. de Bell. cap. 1. & 12. Antiq. cap. 7. Consideravit etiam à Samaritanis posse etiam defectionis imminere periculum; & eis præposuit quemdam Andronicum Iudzum, & simul intrusum in sacerdotium sacrum Menelaum (de quo, 2. Mart. à n. 5. & 20. Septembr. n. 5.) *qui gravius quàm ceteri imminebant civibus.* Ibid. v. 23. At Samaritani sibi consuluerunt post adventum Apollonij, uti dicemus, 11. Jun. n. 5. Muri Jerusalem à Iuda Machabæo ædificati. Reusner. Vide 4. Decembr. n. 4.

Designat Prefector crudelis.

Menelaus sufficitur in Garisim.

9 Certum est, per illum ablatum in templo sacrificium iuge, antequàm in templo collocaretur Abominationis idolum, quod post per Epiphani ministros factum, uti videbimus, 25. Novembr. n. 1. Etli nonnulli suo sensu abundantes, signent 17. Jun. & 17. Jul. quod debet intelligi non sub Epiphane, sed alijs temporibus, ut sub Achaz & Manasse, Regibus Iuda, ut dicimus suis in locis. De scelere sub Epiphane loquitur Daniel, 11. 31. & tempus durationis in huius Dei cultus prætermissione, signatur ab ipso, 8. à 13. ubi: *Dixit unus: Usquequò visito & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est? Usque ad vesperam & mane* (idest, à principio usque in finem) *dies duo millia trecenti: & mundabitur Sanctuarium.* Torniiell. d. n. 14. asserit, hos dies conficere annos sex, menses tres & dies viginti. Sanctius hic n. 46. Septem annos, & dimidium. Arbitror hunc annos numerasse Lunares, illum Solares. Non esse sermonem de purificatione templi per Iudam; patet ex eo quòd tertio ab abominatione anno, purificatione facta. Quapropter aptius exponitur totum tempus a vastatione urbis, usque in Antiochi mortem. Serar. in 1. Machab. 6. Theodoret. & Hieronym. in cit. loc. Daniel. Sed quia numerus dierum nec sic aptari potest; placet Torniiello, d. dies signatos accipi debere à principio vexationis Antiochi, quousque à filio eius Eupatore Iudzis concessum, vivere iuxta proprias leges, & ambulare in legitimis suis. *Statuentes iudicavimus* (ait, 2. Machab. 11. 25.) *templum*

Principium & finis vexationis Iudeorum sub illo.

11 Anno Christi, 1. mors Simeonis Senis, qui Christum unis à Virgine-Matre excepit. Reusner. Vide quis & quantus fuerit, 8. Octobr. à n. 5. Ann. 1. prædicationis Christi, de eo testimonium Baptista Legaris perhibet. Reusner. At Alva Tabul. 5. asserit illum suis discipulis indicasse Redemptorem; & ann. 34. Christi, adversus eum concilium iniisse Sacerdotes & Phariseos. Alia refert Perr. Polo, sed sine fulcro, uti solet, ut turgeat pagina.

Simeon Iustus moritur.

Christi gesta.

12 Apud Romanos dies ater. K. V. Propter clades acceptas cogitat Plutarch. in Rom. qq. 24. Vel quia cum primo die Superioris, altero Inferis Dijs sacra faciebant. His in diebus signa militaria educere, nefas. At si in castris, hostes depellere licitum; sed non laceßere: nec atros evitabileque dies arbitrabantur; cum propulsanda hostium arma, sed duntaxat, si inferenda. Alex. Neapol. 4. cap. 20. & Macrobr. 1. Saturnal. cap. 6. Sequitur Rosin. hic Aul. Gell. 5. cap. 17. Huiusmodi ritus inolevit apud Hebræos, postquam Mathathias vidit cives indefensos interfici; quia aggressi die sabbati arma renebant assumere. 1. Machab. 2. 41. *Persuasit eis* (inquit Ioseph. 12. Antiquitat. cap. 8.) *& in bodiurnum usque mos hic permanet; at si ita necessitas postulet, pugnent etiam sab-*

Cur dies ater apud Romanos?

Votum pro salute Principis.

hatis. Vota pro salute Principis hac die referuntur à Joan. Hemelar. in *Numism. auro* ex Plin. ex Tacit. *Tabul. 40.* sed fallitur, uti videbimus, *de. 4. n. 8.*

13 Apud Athenienses (postridie Kalend. cuiuslibet mensis (qui post Numentia secundus dies) sacra fiebant Heroibus & Dæmonijs : tuncque crater secundus: Plutarch. d. Hoc sacrum ab Alexandr. Neap. *3v. cap. 18.* tribuitur Semideis, Mentibus cœlestibus, Satyris vel Faunis. Ita etiam Gyrald. *Syntagm. 15. n. 30.* & Natal. Comes, *4. Mytholog. à cap. 2.* Idem etiam solemnè apud Lacones, & error etiam inolevit in Sinis, apud quos templum dicatum Dæmonibus & Spiritibus cœlestibus; uti observat Kircher. in *Simia Egyptiac.* *Syntagm. 5. cap. 2.* Dicemus de *Ate*, vel *Erinny.* *22. Mart. à n. 18.* Maximum hoc mense festum erat, quod *Gamelia* vocabant (à quo mensis nomen) dicatum Iunoni *Gamelix*; hoc est, Nuptiali. Plutarch. de *Præceptis conub.* cap. 28. Cœl. Rhodigin. *28. cap. 23.* Gyrald. *Syntagm. 3. à n. 7.* Alex. Neap. *6. cap. 4.* qui ibid. dicit à Romanis dictam Iunonem *Iugam*, quia coniugijs præerat, & sponsis imponebatur iugum. Plutarch. in *Demetr.* Iugum in perpetuam coniugatorum pacem; qua de causa inter Gothos (ut refert Roman. in eorum *Republ. cap. 5.*) nova nupta præferrebat lanceam, quam postquam in domum ascendebat sponsi, per fenestram proieciat. Ex illo enim articulo projiciendum, quicquid foveret dissidium, in pacis & concordix amabile studium & mutuam obsequium. Tunc inter Romanos à victima fel dimovebatur, & illud defodiebant post altare loco abdito & operto, in signum matrimonij sine fele & amaritudine. Idem ibid. & Natal. Comes, *2. cap. 4.* Hæc sacra etiam dicta *Iunonia*, ut observat quò nuper Plutarch. & Iuno *Gamelia* propter nuptias cum Iove, ad quorum convivium cuncta animalia promptè accesserunt, ferò accedente testudine, luente inurbanitatem totius domus pondere; de quo Philipp. Beroald. in *1. Metam. Apulei.* & Achil. Bocch. *Symb. 110.* Imago Iunonis *Gamelix* erat femina in folio sedentis eximia magnitudine, auro & ebore fabricato, cum corona in capite, in qua sculptæ imagines

Sacra Semideis, & Mentibus cœlestibus.

Gamelia.

Iuno Iuga, & Gamelia.

Nuptiarum sacrificium Iunonia.

Imago Deæ.

Gratia & Horæ.

Gratiarum & Horarum. In manu habebat malum punicum, alterà sceptrum, cui cuculus infidebat; quia virginis amore captus Iupiter, in eam se verterit avem, quam puella uti ludicrum captavit. Ita apud Chartar. pag. 124. Ei obsequiebantur virgines (remotis à sacrificio pellicibus, sicut apud Roma-

nos ab ara Iunonis Sospitæ, de qua *1. Febr. n. 12.*) quæ quidem statuam ornabant speciosa cæsariæ; & speculum ut se comeret, præbebant, uti de *Superstition.* carpit Seneca: ex quo Thomas Dempster. ad cap. *6. lib. 2. Rossin.* subdit: *Speculum Iunoni dicebatur tenere. Capillos disponebant, stantes; digitosque movent ornantium modo.* Apud Coës festum Iunoni agebatur abactis à templo servis: *Ideo dicebantur hominum soli liberè sacrificare; quia Divina Iunonis honori operam dantes, à convivio prorsum servos eiciebant.* Rhodigin. *13. cap. 23.*

14 Apud Lacedæmones plauditur, Pausaniæ Regi restitutam Byzantium, vel ab illo fuisse expugnatam; excusso iugo Xerxis Persarum Regis. Ludov. Nonnius in *Graciam Goltz;* *Tabul. 27.* Hanc urbem è pulvere erectam à Pausania; asserunt Iustin. *lib. 8. Oros. 7. cap. 28.* & Isidor. *15. Origin. cap. 1.* Inficiatur Nonn: cum ante Xerxem Byzantium fuisse, manifestum sit. Hanc urbem, cum Philippus Amyntæ in Graciam inferret bellum, ut totam haberet; primùm occupavit in nobile emolumentum, ut per orbem floreret imperium Macedonicum. Iustin. *ibid.* Inter Eleos in templo Iovis Olympici statua Antigono, Duci Macedonum, & patri Demetrii, quæ pedestris, inter Philippi & Alexandri signa. Diar. Græc. Meminit Pausan. *cap. 188.*

15 Inter Bœotos dies famigeratus propter Thebas restauratas à Cassandro Rege, filio Antipatri, in odium Alexandri Magni, qui ante Persicam expeditionem illas destruxit, retrò annis viginti; ita ut à strage nihil in inclyta civitate remaneret præter Deorum statuas & domum Pindari. K. Gr. Pausan. *cap. 287.* Nonnius, *Tabul. 35.* Briet. *V. C. ann. 439.* de illa subdit Pausan. *cap. 300. Amne Dirce transmissa, videas Pindari domus ruinas, & Dindymenæ matris sacrarium à Pindaro dedicatum. Die unico anniversario sacrarium aperire solemne habent. Eo ipso die mihi ut adessem, contigit: quare signum id fuit mihi spectandi copia. Est autem è Pentelico marmore, sicuti & solium.* Dum Thebæ restauratæ, restaurata etiam sacra *Dedalia*; de quibus, *2. Mart. n. 24.* Haud beneficentiâ Cassander reedificavit Thebas. Totum in Alexandri odium, cuius matrem lapidandam inimicis tradidit, filiasque veneno sustulit, recordatus collisionis capitis ad parietem in Perfide, commotâ bile Alexandri ex risu concepto præ adoratione Persarum contra morem Macedonum. Ex tractu Cassandro tantus horror, quòd Delphis videns Alexandri statuam, per-

Servi à sacrificio expulsi.

Byzantium conditam.

Statua Antigono.

Restauratio Thebarum.

Domus Pindari servata.

Cratetis statua.

percussus excefferit mentē. Plutarch. in *Alexandr.* & Nonnius, d. Propter civium cladem, post Crates cum eis universas facultates tradidisset; patriam fugiens, dixit: *Non est opus mihi civitate, quam Alexander vel alius subversurus sit.* *Ælian. Var. histor.* 1. cap. 6. Illi Athenas profecto erecta statua cum baculo & pera more Cynico. *Laërt. lib. 6.* ubi plura de illo. *Mœnia Thebarum,* musica quæ erecta ab Amphione, & simul tibijs demolita ab Alexandro, uti dicimus *Isagog. Maij, n. 6.* noluit, aut non valuit *Callander* erigere, quanvis vidisset integrum aurum in sinu statuarum, quod propter consternationem deposuerunt cives (de quo *Athen. 1. cap. 15.* & *Plin. 34. cap. 8.*) sed ausa est *Phryne*, mœniaque Thebarum facultatibus speciosiora firmioraque priscis erexit, modo civitati donaretur, & in culmine murorum inscriberetur: *Evertit Alexander, sed restituit Phryne.* *Rhodigin. 20. cap. 2.* *Ann. Thebani. Erasim. 8. Apophth. n. 33.* Unde *Propert. 2. Eleg. 6. v. 5.* accinit: *Et quæ deletas potuit componere Thebas Phryne, tam multis facta beata viris.*

Phrynes statua ob Thebarum instaurata mœnia.

Propert.

Idem *Athen. lib. 13. cap. 22.* *Est eo in loco* (subdit *Pausan. cap. 302.* & *Plin. 34. cap. 8.*) *Venus, & Phrynes effigies, utraque è marmore:* inauratam imaginem dicit, *cap. 330.* quam ipse artifex dedicavit. Alia, die 14. n. 7. Has ergo statuas cum vidisset *Diogenes* (ut in eo refert *Laërt. lib. 6.*) & *Crates* (uti observat *Plutarch. 2. de Fortun. Alexandr.*) dixerunt: *En Græcorum luxuria & intemperantia.*

Status Hiram.

16 Apud Phœnices dedicatio statuae *Hiram Tyri Regis.* *Reuchl. De statua huius regis nihil inveni:* duntaxat legitur apud *Ioseph. 8. Antiq. cap. 2.* ex *AA. Ethnicis,* hoc in mense (apud *Macedones, Geritio*) erexisse & dedicasse templum *Iovis Olympij,* quod aureis donarijs ornavit, in quo etiam construxit auream columnam; cum demolitus esset antiqua templa, exceptis *Herculis & Astartis,* quæ noviter instauravit, primusque statuam *Herculi* erexit. Ad dicta, *Tom. 6. T. 3. n. 7.* Verum Deum cognovisse ex familiaritate cum *Davide & Salomone,* cum prius coluisset *Iovem, Herculem, & Astartem;* excogitat *Alapid. in 3. Reg. 5. 7.* Vel simul cum falsis *Dijs* coluit verum Numen, ut fecit *Nabuchodonosor & Cuthæi.* *Petro Alexandrino* arideri in *Chronic. pag. 215.* *Hiram* filiam *Salomonem* duxisse.

Tyri templum Iovi Olympio.

Sacra Hembta.

17 Inter *Ægyptios* facta *Hembptz,* qui dicebatur *Ufiarchus,* videlicet Deorum supremus. *Hoc enim Nomen in abdito, pari*

symbolorum apparatu effigiatum tenebant (infit *Kircher. Tom. 3. Oedip. Ægypt. Syntagm. 2. cap. 4.* in *Prolusion.*) *quo indicabant supremi huius Numinis dominium, omniumque sibi subditarum rerum necessariam dependentiam; sine cuius concursu nihil subsistere possit: Numenque nudum exhibetur, qui id ab omni rerum contagione longè remotissimum, nullius indigum, sibi ipsi solum sufficiens est.* Hinc supremus *Mystarum* in *Ægyptios* cidari seu tiara, sapientia symbolo, conspicuus throno infidet potestate summâ, supremi Numinis *Hembptz* vices referens. Idem *ibid. & Syntagm. 3. cap. 2.* *Deus in se, & quoad creaturas hieroglyphicè exprimitur: quoad nos sub voce Hembptz;* de quo, *11. April. n. 8.* quoad se nomine *Hembpta.* Unde *Iamblic. de Myster. Ægyptior. §. 10. Primus Deus* (infit) *ante ens, & solus, pater primi Dei, quem gignit manens in unitate sua solitaria, atque id est superintelligibile, & exemplar ipsius, unipater, & Deus verè bonus. Ille enim maior & primus & fons omnium, & radice eorum quæ prima intelliguntur & intelligunt, scilicet, Idearum. Est enim hic principium, Deus Deorum, & eius ratio unitas ex uno, super essentiam essentiæ principium: ab eo enim essentia: propterea Pater essentiæ nominatur. Hac sunt principia, quæ Mercurius preponit.* Audiamus *Mercurium* in *Pimandr. ubi: Ufiarchus est Iupiter* (apud *Ægyptios Hembpta*) *per cælum Hembpta seu Iupiter omnibus prabet vitam. Sunt enim omnium specierum Principes Dijs. Horum Ufiarchus vel Princeps est Pantomorphon, quem Omniformem vocant.* In signum pingebant globum alatum, ex quo serpens egrediebatur, ut hieroglyphicum triformis Numinis. *Egimus in Tautolog. Tom. 1. T. 2. à n. 12. & 4. T. 4. à n. 18.*


Imago.

Enchp.

18 Apud *Sinas* posttridie novilunium (etsi in novilunio & plenilunio figat *Kircher* in *Templ. Isiac. Syntagm. 5. cap. 2.*) concursus *Doctorum scholæ Confutij* ad eius sanum. *Trigaut. in Expedit. ad Sinas.* Ab hoc ibi *Literatorum secta,* quæ inter illos primaria, magnoperè incumbens *Magistri* venerationi. Templum constructum supra ludum literarium, & iuxta palatium *Magistratus;* in quo imago *Confutij* plena literis, ac in tabula eius nomen aureis exaratum figuris elementorum: quam videtis apud *Kircher. d.*

Confutius.

Imago.



DIES III. IANUAR.

III. N.

I Gradus 13. Solis in Capricorno.

In horoscopo, maxime præ-
sente Marte, ad omne facinus crudelita-
tis propter lacrum, nati protendent. Fir-
mic. At faustus gradus à Darioto signatur.
In illo statio 23. Lunæ, quæ dicitur *Bra-
chium sacrificij*; est statio destructionis. Kir-
cher. Tom. 2. *Oedip.* p. 2. *Class.* 7. cap. 10.
Terminatur in grad. 26. eiusdem Signi. Fi-
gura. *Vir humero portans exuvias hirci.*
Sphær. Arab. *Cancer occidit, tempestas. Co-
lumel. & Ptolom. Caput Serpentarij. Vespere
occidit.* Iunctin. *K. A. Rostrum Corvi
occidit mane.* Alsted. *Uranometr. Lucida
Aquila exoritur*; idest, stella, quæ in eius
collo, 2. magnit. Firmic. De illa Pontan. 4.
Uran.

Statio 23.
Lunæ.Lucida A-
quilæ.

*Et iuvat hostili ferrum aspersisse cruore:
Bella placent, & præda subactò ex hoste
petita,*

Pontan.

*Et spolijs vitam, & violentà agitare rapinà.
Nec dubitent etiam armatos incurrere in
hostes
Nudi armis; mortemque velint pro laude
pacisci.*

Sub huius constellationis influxo viden-
tur orti Lacedæmones in victoria ad Pla-
tæas contra Mardonium, præfectum Xerxis.
Plerisque (ait Herodot. lib. 9. n. 17.) officie-
bat vestis armis vacans; inermes enim cum
armatis prælium faciebant. Latè dicemus, 3.
August. Inluit etiam astrum propensionem
in aquilas, ut ab hominibus cicurentur, uti
accidit cuidam puero, de quo Ælian. *Histor.
Animal.* lib. 6. cap. 29. Respondit alitori a-
quila: *Igitur (inquit) cum puer laboraret mor-
bo, tum ei assiduitate officij assidebat: pos-
tea verò quàm è vita excessisset, atque ef-
ferretur ad monumentum sepulchri; eum
prosecuta est; postque ubi cremaretur, in
medios rogos se immisit.* Plura in *Isagog.*
Septembr. & Octobr.

Virius La-
cetum.

Amor Aquilæ.

Persecutio I
Hebræorum
in Ægypto.

Amenophis.

2. Inter Hebræos traditur (ut dicitur in
Cabal. Historic. ex R. Abraham) hodie ter-
tià die undecimi Mensis incepisse primam
persecutionem Ægyptiorum in Hebræos,
post mortem Ioseph, & eius univerforum
fratrum, de quo *Exod.* 1. 6. Regnum Ægy-
pti in aliam, quàm Chebri, cui propter Ioseph
chari cuncti Israëlita, familiam transit;
cuius primus Rex fuit Amenophis, seu Mem-
non, octavus à Pharaone præfato; uti di-
cit Petr. Comest. in *Exod.* cap. 2. Alij etiam
Expositores. Vide Kircher: *Syntagm. de*

Regib. Ægypt. cap. 10. Caietan. loc. cit. ar-
bitratur Regem exterum ex Assyrià; quia
per Isaiam dicitur: *In Ægyptum descendit
populus meus in principio, ut colonus esset
ibi; & Assur absque ulla causa calumniatus
est eum*: cap. 52. 4. Astruiturque ex Deute-
ronom. 26. 5. *Syrus persequebatur patrem
meum, qui descendit in Ægyptum.* Fallitur:
longè ab illius expositione, genuinà horum
testimoniorum. Quousque Cambyfes expu-
gnavit Ægyptum, tempore captivitatis
Babylonicæ, cuncti Reges Ægypti fuerunt
indigenæ. Ex alia familia fuit, ut ait Ioseph.
2. *Antiq.* cap. 5. dictus Memnon, cuius sta-
tua afflata Solis radijs, loquebatur, aut vi-
debatur loqui; uti ridet Briet. *Ann.* 2438.
& nos 6. *Mart.* à n. 3. de quo latè Maluend.
lib. 8. de *Anti-Christ.* cap. 27. De illa non
solum metricè resonare (ait Callistratus in
Expositionib. Statuar.) sed flebiliter. *For-
tuna verò quadam & proposito simili im-
pulsà regebatur: ea porro quæ tristitiam af-
ferrent, immixta habebat; rursusque volu-
ptatis sensus occupat, ab utrisque affecti-
bus simulacrum percussum. Neque verò la-
chrymis carebat, quin has quoque voluntatè
ministrantis attulit.* Siccine erit naturale
huius statuæ artificium, ut contendit Kircher:
rus? Adiffis loc. cit.

Ditus Mé-
non.Eius statua
sonat in gau-
diù & ste-
num.

3. Hic Rex novus, quisquis fuerit, vi-
dens Israëlitas numero, industrià opibusque
florere; in servitutem redegit, & in iugum
importabile, onus gravissimum. *Deut.* 26.
6. Civitates Phiton & Ramesien (hanc in
terra Gessen, illam intra Deltam, ut descri-
bit Adrichom. in *Pharan.* n. 78. & 81.) ædi-
ficaverunt, quas Pharaon vocavit *Urbes Ta-
bernaculorum.* *Exod.* 1. 11. Idest, *Thesau-
rorum*, ut ait Chald. *Urbes muratas.* Septua-
gint. *Urbes horreorum*, Hebr. vel *Mili-
tium.* *Histor. Scholast.* cap. 2. in *Exod.* sub-
dit: *Civitates quidem prius erant, sed non
erant Tabernaculorum: erantque in finibus
Ægypti; & ideo muravit eas Pharaon, ut
ibi poneret armatos, quasi in Tabernacu-
lis semper excubantes; nequis posset ingre-
di vel egredi sine Regis nutu.* Tharg. Hie-
rosolym, addit ædificasse quoque Tanim &
Pelusium. Ioseph. d. & Genebr. *ann.* 2239.
asserunt, insanas illas pyramidum & vanita-
tis Ægyptiacæ moles, quæ in septem orbis
miraculis collocantur, extruxisse. Addit Ioseph.
*Inhumanè tractabant, & varijs labo-
ribus atterebant: nam & flumen in multas
fossas diducere sunt iussi, & mœnia exadi-
ficare, & aggeres extruere; quibus inunda-
tiones fluminis arceperentur.* Sequitur Co-
mest. d. *Aliud opus, non tam grave, quàm*

Quæ civita-
tes Taberna-
culorum.Ætina He-
bræorum in
Ægypto.

serolle; imposuit eis; ut lutum platearum & sordes vicorum cophinis exportarent: de quo legitur: Manus eius in cophino servierunt. Genebr. d. lutum accipit pro operibus figulinis. His operibus magistros præfecit ex Hebræis; sed magistris operum præfecit Ægyptios, qui ita durè tractabant; ut essent opprobrium abundantibus & despectio superbis, habitu ridiculo induti, ut illo culti viderentur personati. Ita Eupolemus apud Euseb. 9. de *Preparat. Evangel.*

4 Cur autem huiusmodi persecutionem Deus miserit, vel permiserit Israëlitis, variè discutitur ab AA. Nonnulli dicunt ut probarentur fideles; quippe diversitas Religionis fomes fuit odij Ægyptiorum in Iacobitas. Ioseph. 1. in *Apion.* Alij econtrà, propter prævaricationem filiorum Israël. Constat ex *Ezechiel. 23. 8.* Ita Aben-Ezra, & R. Abrah. d. n. 2. subdit: *Anno à morte Iacob 163. pseudopropheta de filijs Ephraim & Galaad seducunt populum ab avita religione.* Ex eorum secta fuisse Iannem & Mambrem, qui post resisterunt Moyfi; inquit Tharg. Hierosolym. & Genebr. d. Nomina sunt Hebræa, quæ Apostolus sumpsit ex traditione vel ex Antiquitatum Hebraicarum historijs. Idem ex Rab. Nathan in *Baal-Haruc, & Talmud.* ubi in *Maiemonim*, cap. 1. lect. de *Idololatria*, subditur: *Religionem avitam ex Ægyptiorum contabernio didicerunt. Sola stirps Levi eam studiosè tenuit.* Hebræos fuisse Iannem & Mambrem, plerique Rabbinorum asserunt; transiisseque in Magiam & superstitiones Ægyptiorum, ut Pharaonum potirentur gratiâ, divitesque viverent. Unde sepulchra constituerunt, in quorum oculis deposuerunt thesauros: verum post in illorum sepulchris tantum inventæ catenæ. Torres in *Symbol. Causin.* lib. 1. *Symb. 9.* Aliter Palladius in *Vit. Machar.* qui asserit, sepultos fuisse in hortis; in quibus ipsi dum viverent, omnis generis arbores plantaverant; sperantes, fore, ut post mortem, in illo quasi paradiso, delicijs fruerentur; ideo in illis deposuerunt aurea donaria plurima. Hunc locum dæmones custodiebant; quos Signo crucis fugavit Macharius, conantes arcere ab ingressu. Ille verò singula lustrans, invenit malogranata, quæ succi nihil habebant, sed duntaxat cinerem, aut pulverem. Idem Ioann. Mosch. in *Præto spirit.* & Alapid. in *Exod. 7. 11.* Bulenger. de *Magia*, cap. 1. asserit, Macharium solum invenisse cadum arcum suspensum. catenâ ferreâ ad puteum.

5 Gedeon ex præcepto Dei, uti vidimus pridie *num. 3.* noctu destruxit, atque

subvertit altare, à Manasseitis (cuius erat tribus, in funiculo cis Iordanem) dicatum Baal, & lucum succendit. Unde vocatus *Ierobaal*, quasi *Fortis adversus Baal*, vel *Impugnans idolum Baal.* Videntes manè excidium idololatræ concives, simulque taurum, quem simulacro servaverant, super altare; quasi religionis reum, petierunt in mortem: quibus illisit pater Gedeonis (ex quo cogitant nonnulli Rabbinorum, & Arias Montan. temporis iniquitati servire, & potentium nequitie cedere; estò domi Numen verum, ut patebat in filio, corditus adoraret. Ridicula fides) dicens: *Si Deus est Baal, vindicet se de eo, qui suffodit aram eius: v. 31.* Hoc idolum in Ephra collocatum est in blandimen Salmana, cuius ditioni inter quatuor Reges Orientales, cesserat civitas; quod indicat Oseas 10. 14. *Sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui indicavit Baal, in die prælij.* Evasit iam Ierobaal de manibus civium; & iuvenibus filijs fortitudinis, quandiù disceptabant cæteri de eius exterminio, narravit visa, & ab Angelo in libertatem facta; qui credentes oraculo, promiserunt auxilium, ac in libertatem movere atque provocare vexatum à barbaris populum. Ioseph. lib. 5. *Antiquit. cap. 8.* Quod quidem illicò sortitur effectum, & intra dies paucos præstò fuerunt decem millia virorum, ad quidvis pro libertate audendum, paratissima. Idem ibid. Iam enim venire cœperant nationes Orientales, & figere tentoria in valle Iezraël, ad radices montis Gelboe, de qua Adrich. in *Isachar*, n. 38. Gedeon verò in expeditionem etiam monuit armis instrui tribus Zabulon & Neptali, & sibi occurrere, præut nunciaretur. Vid. 30. die, n. 2.

6 Pridiè decreta à Salomone, ut diximus, n. 7. mors Ioab, quæ licet demerita illius homicidijs & perfidia, ac à Davide filio commendata; nihilominus, quia facta in loco sacro (è quo educi vi potuit, ut factum cum Athalia, 4. Reg. 11. 15.) malè audit Salomon apud Sacros Interpretes: maximè, quia non indicitur mors impij in ipso sacro loco, cum dicatur, *Exod. 21. 14. Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias; ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Exponitur supplicium 3. Reg. 2. à 28. & à Ioseph. 8. *Antiq. cap. 1.* Causa prolata à David, v. 5. fuit, quòd sanguis duorum Principum Israël baltheum eius & calceamenta maculasset: verum Hebræi, nugarum studiosi, effutiunt: *Viri bellatores insignia operum suorum in armis suis describebant ad ostentationem gloriæ: sed cum Ioab hæc, tanquam facinora, ostentare*

Gedeon vocatus Ierobaal.

Aram Baal, & lucu destruxit.

Hoc idolum erectum in blandimen Salmana.

Vocat Gedeon tribus in libertatem.

Ioab occiditur.

Quia prævaricati ab avita religione.

Iannes & Mäbre Magi Hebræi.

Tribus Levi in Ægypto sola non defecit à cultu veri Numinis.

publicè non auderet; saltem in baltbeo, & in calceamento descripsit. Ita apud Comestor. *ibid. cap. 3.* Semper delirant: abundè apud Hieronym. hic in *Tradition.* ubi agitur de sepultura Ioab. *Sepultus est in domo sua in deserto:* dicitur, v. 34. *Desertum hìc* (aiunt) *pro munditia ponitur. Munda enim sicut desertum domus eius fuerat ab omni pollutione & sanguine; excepto sanguine Abner & Amasa.* Dementia.

7 Peracta necis accepta notitià, Salomon vocavit Semei, qui fugienti filium, dicitur oneraverat David; eique præcepit sub pœna capitis extra Ierusalem non exire, quod ille etiam promisit sub iuramento. *Ibid. à v. 36.* Maledixit David *maledictione pessimâ,* dicitur, *cap. 2. 8.* & quid pessimum in maledictione, declarant Hebræi hic in *Tradition.* de quo egi, *Tom. 6. T. 8. n. 28.*

Etiam Semei.

Pessima maledictio fuit *Nimrezeth,* quod quinque literis constat, & in singulis opprobrium intinè pungens: idest, *Adulter, Moabita, Impius, Leprosus, Abominatus.* Pœnas maledicentiæ Semei post tres annos luit: igitur egrediens ex urbe in Geth, ut servos fugitivos reduceret contra Regis mandatum, atque proprium iuramentum; obnoxius morti, patitur per Banaïam. *Ibid. à v. 39.* & Ioseph. loc. cit. Hac etiam die natalis Zachariæ Prophetæ, filij Barachiæ signatur ab Euticho, in *Annal. Alexandri.*

Natalis Zachariæ Prophetæ.

8 Primo anno reversionis Iudæorum cum Zorobabele sub Cyro, nascitur in Supha (aut Sopha, post dicta *Sephorine,* ut observat Ioseph. 14. *Antiq. cap. 10.* & iuxta Adrichom. in *Zabul. n. 88.* patria SS. Ioachim. & Annæ, Deiparæ parentum) in tribu Zabulon Malachias, deliciae Israël, & ultimus Prophetarum; sic appellatus à cunctis cum aliud haberet nomen. Dorotheus in *Synops. cap. 12.* *Post reditum populi à Babylone nascitur: & cum adhuc adolescens esset, vel alimoniam nutricem habuit admirabilem* (frugalitatem in victu notat) *& vitam honestam: & quoniam universus illum populus velut sanctum ac mansuetum venerabatur; vocarunt eum Malachiam, quod idem est ac Angelum. Erat enim & specie corporis eleganti: imò quæcunque in Prophetia dixit, eo ipso die iterum visus est Angelus Domini.* Sanctius Prolegom. 2. in *Malachiam,* ita interpretatur: *Quæcunque diceret Malachias ad populum, ab Angelo statim fuisse confirmata, qui spectabili specie apparebat hominibus: ex qua hominum opinione, aut fortasse veritate, factum est; ut cum Malachia communiter assignatur Angelus, quasi illius sermonum probator & interpret.* Græci hac in die cele-

Et Malachias.

brant festum in eius honorem, confundentes Prophetæ nativitatem & mortem. Vide *Menolog.* illorum, & diem 14. n. 2.

9 Anno 1. Christi prædicationis, signatur ab Elia Reufner. vocatio Andræ in discipulatum. Fallitur, ut suo loc. videbitur. Idem Polo haud fideliter in cogitationem allegans Cornel. Alapid. qui articulum præfatum in *Chronotax. n. 11.* referens, subdit: *Die 3. Martij.* Præmissimus in *Prolog. Galeat. §. 1. n. 8.* apud Hebræos inolevisse lectiones sacras tam legis, quam Prophetarum legi ac exponi in Synagogis per sabbata: unde hac die legebatur caput 13. *Exodi* à v. 17. usque ad 18. v. 1. & *Iudic. 4. 4.* ad 6. 1. Bernard. Lamy in *Apparat. Biblic. lib. 1. cap. 5.*

Christi gesta.

Letitio Synagoga.

10 Tertia cuiusvis mensis Minervæ sacra. K. R. sumpserunt à Græcis, ut infra videbitur. Dies hic apud Roman. *Comitalis.* Rosin. 4. *cap. 5.* Haud erravit Dempst. in *Paralip. ad lib. 6.* Rosin. nomen derivans à morbo Comitali, sacro, caduco, Lunatico, ut ait Celsus, *lib. 3. cap. 24.* Siccine enim describuntur mores concurrentium ad Comitium: qui locus Romæ à porta Palatij usque in Titi fornix, ut ait Lucius Faunus de *Romæ Antiq. 2. cap. 10.* Inde, quia angustus locus translata in Campum Martium Comititia: quæ quidem dicebantur *Curjata,* ubi fiebant suffragia per Urbis Curias: *Centuriata,* cum per Centurias, vel centuriatim; sicut *Tributa,* quæ per tribus facta. Aul. Gel. 15. *cap. 17.* Quæ huc spectant videlicet fuscæ apud Rosin. tot. *lib. 6.* In Comitij populis vocabatur ad suffragium ferendum, dum lege licebat, ubi frequenter iurgia, & auctoritatis factiones, maximè à monstro populo: quapropter Themistocles (Alij dicunt, Demosthenem, ut videbitur 19. *Mart. n. 22.*) de Atheniensium Comitij, ut in eo insit Plutarch. dicere solebat; Minervam tribus bestiis gaudere: noctuà scilicet, dracone & populo.

Dies Comitialis.

Discrimina Comitiorum.

11 Hac die figitur Natalis Ciceronis. Aul. Gel. 15. *cap. 28.* Petav. 1. p. *Rationar. lib. 4. cap. 19.* Plutarch. in eo: *Natum ferunt (ait) III. Non. Ianuarij, quo die nunc pro salute Imperatoris à Magistratibus sacrificatur, & vota nuncupantur. In partu eius matrem nullum dolorem passam: nutrici quoque eius spectrum apparuisse, atque dixisse, puerum, quem aleret, magnæ Romanis utilitati fore. Hæc cum somnium & nugæ viderentur, ipse statim demonstravit veram fuisse vaticinationem: Delphis enim Deum consulenti, quoniam modo ad summam pervenire gloriam posset; responderat Pythia, ut*

Natalis Ciceronis.

ne hominum de se existimationem, sed suam ipsius naturam ducem sibi vitæ constitueret. Eodem die Romani more Maiorum sibi bene precantur in annum sequentem. Buleng. de Ominib. cap. 1. Post victoriam Pharsalicam, Clementiæ Cæsaris erectum templum. Parerg. Præd. refert in Cæsare Plutarch. & Goltz. Videtur haud absurdè templum Clementiæ, ad agendas humanitati eius gratias, erectum fuisse. Multos enim eorum, qui bellum contra ipsum gessissent, veniâ dignatus est: quosdam etiam ad Magistratus prorexit; ut Cassium & Brutum, qui tunc Prætores erant: Pompeij etiam statuas, quæ deiectæ erant, non est passus iacere, sed restituit: tuncque à Cicerone dictum: Cæsarem restitutus Pompeij imaginibus, suas stabilire. Plinius encomium & causam exponit. Cæsari proprium & peculiare (inquit, 7. cap. 25.) Clementiæ insigne; qua usque ad poenitentiam omnes superavit. Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremassè eâ optimâ fide, atque non legisse. Goltz. idem in Iul. Cæsar. Sueton. in eo, à cap. 74. & Dion. lib. 34. Addit ibid. Goltz. pag. 140. Templum ipsi & Clementiæ commune decretum est; in quo ipsius & Clementiæ simulacrum dextram iungerent. At de Aris, templis ac sacris de Clementia, Pietate & Misericordia, suis diebus plura dicemus.

12 Inter Athenienses tertiâ cuiuslibet mensis Minervæ sacra fiebant. Pier. Valer. 38. cap. 43. eò quòd illo die Dea traditæ Athenis claves urbis, quia oleam invenit. Ovid. 6. Metam. fab. 2. Quo pignore vindicet urbem. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 5. De Olea aliud (ait) nihil memorant (erat enim in Cecropia ante fanum: Pier. Valer. 53. cap. 15.) nisi esse eam Minervæ de Attica certaminis monumentum. Addunt, incensâ à Persis Urbe conflagrassè, eoque die in diuam cubituum proceritatem germinassè. Pausan. cap. 25. Herodot. 8. n. 14. Gyrald. Syntagm. 17. 2. Caussin. 10. Symbol. 51. latè Chartar. pag. 244. Pliniusque lib. 16. cap. 44. asserit, usque in sua tempora durassè. Nostrâ etiâ ætate visitur: inquit Apollodor. 3. Biblioth. n. 29. Tantus honor Oleæ habitus, ut Epimenides (de quo die 19.) ab Atheniensibus accersitus, ut lucem expelleret; opes ab illis oblatas respueret, & nihil aliud quàm ex sacra Olea ramum poposcit. Benedict. Curtius de Hortis, 5. cap. 7.

13 Hunc diem Minervæ Athenienses dicarunt ob eius natalem. Die tertio mensis Iom. I. Ephem.

genita fuit. Gyrald. d. n. 4. qui filiam vocat Neptuni, & paludis Tritonidos, quæ à patre reprehensa fugit ad Iovem, eius adoptione gaudens. Idem Herodot. 4. n. 29. Natal. Comes, d. 4. cap. 5. & Fulgent. 2. Mytholog. n. 3. Frequentius non Iovis ascititiam, sed filiam naturalem vocant & plaudunt, ex illius capite natam, armatam, alatum. Phorntus. de Natur. Deor. n. 20. Albricus, de Imagin. Deor. n. 8. Chartar. pag. 238. qui pag. 240. subdit: Ex Iovis capite extetit, cuius simulacrum in arce Athenarum. Nam Vulcanus adamantina securi Iovis caput scindebat, ex quo Minerva absque matris opera emergebat. Pausan. cap. 22. & 99. Nonnius, Græc. Goltz. Tabul. 24. Hæchtan. in Microcosm. Embl. 4. Hocque die ob illustre Minervæ natale, Rhodijs Iupiter Multum pluit aurum. Pindar. Olympic. Od. 7. v. 92. Deorum Rex magnus lavit civitatem auratis imbribus. Claudian. 3. de Laud. Stilic. v. 226. ex Strabon. 14. n. 3. Auratos Rhodijs imbres nascente Minervâ Indulisse Iovem.

Idem Natal. Comes, 2. Mytholog. cap. 1. 14 Natalis apud Romanos celebratur, 19. Martij, uti videbimus à n. 16. Unde nonnullis placuit hac in die à Græcis haud ortum Minervæ celebrari, sed apparitionem ad Tritoniam paludem: Ubi (inquit Solin. cap. 30.) speculatam se artium Deam crediderunt. Lucan. 9. Pharsal. à v. 346. Torpentem Tritonos adit illesa paludem.

Hæc & Pallas amat, patrio qua exsicco nata, Vultus vidit aquâ, posuitque in margine plantas, Et se dilectâ Tritonida dixit ab unda.

In hunc lacum proiecit tibiam, cum sufflando se vidisset deformem. Fulgent. 3. Mytholog. n. 9. & Dempst. in 1. Rosin. Region. 8. de Marsyæ statua. Hic illâ adiuvente Perseum, detruncata Medusa; ut asserit Natal. Com. 7. Mytholog. cap. 11. cuius capitis aspectus cuncta vertebat in laxa. Vide Isagog. Maij, n. 5. Novembr. n. 19. & 26. & ditcrimen sanguinis cervicum, 10. August. n. 1. Illicò ut nata Iupiter illam tradidit nutriendam, & educandam Palanti. Dionys. Haliarnas. lib. 1. n. 15.

15 In honorem huius apparitionis, institutus ludus; sed Barbarus. Virgines in turmas divisæ, se invicem fustibus ac lapidibus cædunt. Si quæ acceptis vulneribus cadens, moritur; non virginem arbitrantur: quæ verò constans præ omnibus, Græco armorum apparatu, & cistâ Corinthiâ, in curru cum magno virginum plausu circumferretur, domumque quàm lætissima deducitur,

Clementia Cæsaris factum.

Olea Minervæ.

Exussa crevit.

Natalis Minervæ.

Tunc aureo pluit.

Claudian.

Eius apparitio ad Tritonidem aquam.

Lucan.

Detruncatur Medusa.

Certamen puellarum ad paludem Tritonidem.

Natal. Com. d. Herodot. 4. n. 4. Chart. pag. 275. Alex. Neapol. 3. cap. 12. & 5. cap. 8. & Sil. Ital. certamen figit. lib. 3. à v. 322.

Hinc qui signa colunt Tritonidos alta paludis,

Sil. Ital. Quod virgo (ut fama est) bellatrix edita lympha, &c.

De fonte Tritonide, Pausan. cap. 258. Ibi quotannis nundinæ in honorem Minervæ; cuius natale celebrabant certamine camelorum Segareses: idest, cursu, quoniam apud illos velocissimi sunt. Ælian. 12. Hist. Animal. cap. 34.

Certamen
melorum.

16 Cassander ut frueretur Macedoniæ regno Roxanen, cuius filium ex Alexandro Magno rivalè formidabat, interfecit. Diar. Græc. Luit illa ambitionis & parricidii pœnas; etenim Alexandro fato functo, ex quo ferebat in utero, quapropter à Macedonibus eximie colebatur; amulationis instinctu (ait Plutarch. in Alexandr.) Statiram cum sorore fidei literis evocavit, ambasque occidit, & earum cadavera in puteum abiecit, atque obruit, conscio & adiuvante Perdicca: eò quòd inter Duces, de successore regni agentes decreverat, Roxanes expectari partum, cui proxima. Iustin. lib. 8. Curt. 10. cap. 6. & 7. Nonnius, Tabul. 35. & Pausan. cap. 287.

Nex Roxa-
nei.

17 Tertià Mechir apud Ægyptios sacra Iëthoni (apud Græcos Veneris signum, apud Syros Dagonis, seu Astartis) qui Porta vitæ, ut dicemus, Isagog. Februar. n. 6. & die 21th. Alio nomine Eneph, de quo pridie, n. 17. & 1st. April. n. 8. Signabatur regio sceptrò, in oculi forma effigiato; quia divini Solis potestas universi mundi machinam solo oculorum intuitu pervidet, animat, fovet, conservat. Kircher. in Templ. Isiac. Syntagm. 2. cap. 8. Pier. Valer. 41. cap. 19. Unde Eneph, idest, Unus Deus. Idem Kircher. in Simia Ægypt. syntagm. 5. cap. 2. Iamblicus de illor. Myster. ait ex Trismegisto: Alium ordinem præponit Deû Eneph Dijs cœlestibus tanquam Ducem, quem Intellectum esse intelligentem, atque in se Intelligentias convertentem affirmat. Hanc enim unum anteponit, quod appellat primû exemplar, aut expressionem, aut effigiem, quod etiam Iëthon appellat; in quo est primum intelligens & intelligibile primum. Præter hos rerum apparentium opificio alij Duces præfunt, ut Amun, Phta, Osiris. De his dicemus 21. Mart. n. 1.

Sacra Iëtho-
ni.

Eneph.

Imago.

18 Hic Deus iuxta Iamblicum ibid. colebatur silentio, qua de causa cultus designatus per Harpocratem puerum, loto infidentem, & digito labra prementem, de quo

Harpocra-
tes.

suo loc. in eiusque imitationem ficta Dea Amida apud Barbaros, cuius cultus usque in Indiam penetravit, post obsecratam Persiam; igitur sub nomine Fombi Japonij adorant. Ludov. Guzman, lib. 5. cap. 7. Ex varijs AA. eius describit imaginem præfatus Kircher. quòd dudum in Simia, cap. 3. Amidam seu Fombum dicunt esse substantiam separatam ab omni elementorum compositione (ante omnem creaturam existentem) omnium fontem bonorum. In templis imago habetur facie sceminæ, perforatis auribus, super Nymphæam, seu lotuta sedentis, vibrantibus oculis copiam radiorum, quibus illuminata facies; & pectore velis cum brachijs involuto, eò quòd virtutes & perfectiones, quibus constat, cognosci nequeant. Ad latus urna cum lilij, homoque illam genuflexus adorans super rosam, sicut Amida in rosa thronum habet. Cuncti adoratores rosaria (globulos precarios) habent: & per quinque salutationis verba aternam beatitudinem sibi conferendam credunt. Ibid. Guzm.

Amida.

Fombus Dea

Imago.

DIES IV. IANUAR.

Rad. 14. Solis in Capricorno. Prid. N.

G Rad. 14. Solis in Capricorno. Felix: Dariothus. In horoscopo huius qui nati, erunt divites & rerum ministri, sed negligentes, convivij exultantes. Si accedit Mercurius ad Regum amicitias pervenient. Firmic. Delphin oritur & Fidicula. Plin. lib. 18. cap. 25. & 27. Hyems dimidiata: Aquilones continui: Delphinus cum Cane oritur. Columel. & Ptolom. quos sequitur Henr. Alstedius in Uranometr. De Delphino Manil. lib. 5. à v. 425.

Ceruleus Ponto cum se Delphinus in astra erigit, & squammam stellis imitantibus exit;

Ambiguus terræ partus, pelagoque creatur. Sic venit ex illo quisquis, volitabit in undis, Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis, &c.

Sphær. Arab. exhibet manum spiculum tenentem. Verbena colligitur Canis ad ortum, dicitur à Plinio, lib. 25. cap. 9. sed totum superstitio, uti videbimus, 11. Febr. n. 10. Colligi (infit) circa Canis ortum debere; ita ut ne Luna aut Sol conspiciat, favis antè & melle terra ad plamentum datis. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu, & in sublime tolli. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus lib. 22. cap. 2. Hæc Iovis mensa verritur, domus purgantur, lustranturque. Hæc mensa erat dicata Iovi Dapali,

Delphin.

Manil.

Verbena.

Iupiter Da-
pali.

Cui

Cui cubanti in lectulo (ait Arnob. *Contr. Gent.* lib. 2. cap. 7.) *cum Iunone & Minerva sedentibus in sellis, septem-viri Epulones sacram mensam extruebant in Capitolio, & apparatus convivij splendidum ac magnificentum apponebant.* De Iove Dapali Cato de *Re rustic.* diximusque de Lectisternijs in *Prolog. Galeat.* §. 7. n. 3. & agemus 12. April. & 13. Novembr.

2. Ioatham postquam patri successit in regno Iudæ (quod à lepra eius per aliquot annos ministraverat. 2. *Paralip.* 26. 21.) iuxta peritiores Chronologos in anno primo primæ Olympiadis (de quo argumento, 1. *Octobr.* à n. 10.) coram cunctis ostendit se quam addictus esset legi, ac Numini vero devotus. *Regi huic nulla virtus defuit* (ait Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 11.) *erga Deum pio, iusto erga homines.* Unde in Ophel (idest, in Sancto-Sanctorum, ut ait hic Hieronym. in *Tradition.*) murum refecit magnificè, & portam excelsum, sublimissimam ædificavit; quæ portam *Nooram* ad Meridiem templi, vocat Adrichomius in *Ierusal.* n. 94. cuius mentio apud Ierem. 26. 10. & 36. 10. Ioseph. d. *In templo vestibulum refecit & porticus: mœnium partem labantem restituit, & additis magnis ac firmis turribus communiavit.* Ita, sed in templum Domini non est ingressus: cap. 27. 2. *territus supplicio patris, sed Numini in excelsis sacrificabar, quia illo tunc permissum.* *Adolebat incensum in Excelsis.* 4. *Reg.* 15. 35. Alij intelligunt Orientalem portam, quæ in Sacris, *Porta Sur*, *Porta Regis*, sive *Speciosa* dicitur. *Briet. Ann.* 3280. hancque & non aliam à Ioatham, quia collapsa, instauratam, asserit Adrichom. d. n. 108. quæ quidem posterioribus temporibus spontè aperta est, uti dicemus, 8. *Septembr.* n. 2. Tempus sub hoc cœpit prophetare Michæas Morasthites, instillans in Samariam excidium propter vitulos aureos, & in Iudam Babylonicam captivitatem, sed redimendam, in quibus vaticinijs perstitit usque in principatum Ezechix, sub quo obiit, ut videbimus, die 15. n. 2.

Et Nabum. 3. Etiam cœpit prophetare Nahum, de tribu Simeon. *Comestor* in 4. *Reg.* cap. 24. & Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 11. Ex tribu Neptalim, Adrichom. n. 44. & Hieronym. in *Loc. Hebr.* Præter ea quæ habentur in eius sacris vaticinijs, quibus perspicuè invehitur in Niniven, 2. 8. & 3. 7. refert Ioseph. d. sequentia: *De Assyriorum & Ninivos subversione hæc verba vaticinatus est: Ecce Ninive piscina aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuans fugiet: dicentque State, state, eripite aurum, eripite*

argentum; & nemo volet: malent enim vitam servare, quam facultates. Occupabit enim eos grave disidium & lamentatio, & dissolutio membrorum; & facies eorum præ pavore fient luridæ. Evenerunt autem omnia, quæ de Ninive prædicta sunt, post annum 115. Totum expositio textus sacri, cit. cap. 2. à 8. *Comestor* ubi dudum inquit: *Hæc dicit Dominus ad Niniven: Exterminabo te, & nequaquam progredientes de te imperabunt mundo.* De everfione finali Ninives, quam prædixit Nahum, ita modus. *Palus quæ circumdabat eam, superinundavit, facta pariter terramota, & igne de sublimi misso; de qua inundatione videtur in libro suo scripssisse: quem scripsit post captivitatem decem tribuum sub Ezechia, dum vastaretur terra Iuda ab Assyrijs, in quo plenius prophetavit de destructione Assyriorum in consolationem gentis suæ. Quavis mentio libri sui sub Ionatham; prius prophetavit, quam scriberet.*

4. Seder-Olam, cap. 20. ait, Nahum prophetasse sub Manasse, quadragesimo anno post prædicationem Ionæ. Falluntur: intercesserunt enim inter utrumque plurtquam nonaginta anni, ut optimè probat Iorniel. *Ann.* 3321. Post prædicationem Ionæ in mores præcos relapsa est Ninive, & luit pœnas sub Arface & Phul; ut videbimus 15. *Iun.* à n. 8. Haud de huiusmodi vastatione loquitur Nahum, sed de ultima (prædicta etiam per Tobiam seniore, cap. 14. 6.) contracta per inolita crimina, quæ denuò contraxit, simulatque Phule, Teglatphalasar, & reliquis usque in Asarhaddon, divitijs vitijisque restoruit. Sub Ioatham prophetavit, sub Ezechia prophetiam scripsit anno 6. postquam in captivitatem perpetuam adductæ sunt decem tribus, vivebatque anno 14. Ezechix, cui prædixit obsidionem Sennacherib, & libertatem insigni miraculo: cap. 2. à v. 13. Vide Hieronym. in *Proœm.* & 1. *Decembr.* n. 3.

5. Anno quo Samariam subegit, & eorum templum destruxit, ut dicemus, 13. *Decembr.* n. 7. Idumæos, quos tempore Assamonæorum Iudæa afflictâ viderat insolentes, Ioannes Hyrcanus cogitavit victore exercitu subiugare. Unde in illos signa movit, expugnatique civitatibus præcipuis, Iudææ tribui confinibus (ut notat Adrichom. in *Pbaran*, n. 2. & 61.) Adora & Marissa; compulit, ut circunciderentur, & cunctos ritus Iudaicos suscipere: ni extra patrias sedes expulsus iri. *Illi amore patriæ ad miserunt* (ait Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 17.) *& reliquam iuxta Iudaicos ritus vivendi formu-*

Ioatham Regis Iuda gesta & optima.

Michæas tunc incipit prophetare.

Prædicit obsidionem Sennacherib, & libertatem.

Hyrcanus Idumæos sub iugum fecit Iudæos.

Excidium Niniver.

mulam; atque ex eo primum tempore, inter Iudæos censerî cepti sunt. Torriellus etiam *Ann.* 3926. n. 1. Adrichom. in *Chronic.* 3832. Saliarius, Brietius, & Turfelin. 3926. Genebrardusque, 3983. qui addit ex *Chronic. Reg. Israel, secundi templ.* firmitatem fidei. *Ita* (ait) *religionis studiosos reddidit; ut omnium pertinacissimè arma caperent Duce Simone ad urbem sanctam contra Romanos tuendam.* Sic ergo subiugatis nationibus proximis infensis, ne auderent tam ipsi, quam alij circumcirca incolæ, vel recuperare amissa, vel acquirere nova; decrevit, societatem & amicitiam cum Romanis inire, uti dicitur, 6. *Februar.* n. 7.

6 In religionem coëgit Hyrcanus Iudæos, eò quòd neglexissent circuncisionem, cui obnoxij, uti filij Isaac; & idololatræ, adorantes Deum *Cosan*. Hoc idolum fuisse Apollinis; astruit Epiphan. 1. *Panar.* cap. 20. & Torriell. *Ann.* 4018. n. 7. avumque Herodis Regis huius Numinis ædituum extitisse. Arbitror tamen *Cosan* fuisse *Commum*, vel *Bacchum*, de quo, 18. *Septembr.* n. 8. & 5. *Novembr.* à n. 2. Huius idoli cura erat penes familiam Costobarorum, à qua cultus studiosè custodiebatur; ait Petr. Cunnæus, 1. de *Hebr. republ.* cap. 16. Ioseph. 15. *Antiq.* cap. 11. *Costobarus* (inquit) *unus inter primates Idumæorum, penes cuius Maiores olim erat sacerdotium Coze Numinis, quod tum religiosè ab ea gente colebatur, priusquam sub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet, &c.*

7 Ann. 1. prædicationis Christi, ad eum adducitur à fratre Andrea Petrus, & simul in discipulatum vocat Philippum; qui ad Iesum adducit Nathanaëlem. Elias Reufner. in *Diar.* Ann. 32. Christus vadit in civitatem suam Nazareth: ex civibus alij mirabantur, alij scandalizabantur: quorum infidelitatem videns, nullum ibi miraculum fecit, imò illos obiurgantem duxerunt in supercilium montis, ut præcipitarent illum, sed invisibilis factus est: ex *Luc.* 4. Castell. Mirum, quod infarcinat Petr. Polo hic, n. 1581. quod implicatorium ac ludicrum sine lectione, nec electione, magna moles, sed sine molimine; qua de causa usquequaque tædet legi, & præ honore etiam tædet tædere.

8 Romæ dies hic etiam Comitialis (de quo pridie dictum, n. 10.) & simul dies Ægyptiacus, ater & funestus ob cladem Alienfem (de qua 16. *Iul.*) à qua acceptum malum omen, & mœstitia contracta calamitate. At temporis successione candidus dies propter Votum pro salute Principis. K. V.

Hemelar. *Tabul.* 40. Caius, leg. 233. de *Verba signif.* Tertull. de *Corona Milit.* cap. 124. refert verba voventis. *Hunc tibi Iupiter bovem cornibus auro decoratis vovemus.* Paniel. etiam hic, n. 155. Inter omnia in externum Neronis, in eò cap. 46. refert Sueton. *Votodum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia; vix reperta Capitolij claver.* Populus choreis, epulis & vino indulgebant: Ioan. Schild. *Omnès ordines in Lacum Curtium quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant.* Sueton. in *August.* cap. 57. In signum benevolentiae & acceptionis regiminis, cunctis clamantibus: *De nostris addat tibi Iupiter annos;* quia parcent animæ fata superstiti. Inclyto Senatori Thrasea datum probro, quod sub Nerone, *nunquam pro salute Principis aut cælesti voce immolasset:* Tacit. 16. *Annal.* cap. 22. Unde dicebantur *Vota publica*, ut observat Hemelar. in *Numism.* *Tabul.* 26. 27. & 33. Refert Plin. 10. *Epist.* 44. *Solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, & suscipimus, Domine, pariter & solvimus; precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari:* in idemque lenocinium, *Epist.* 101. inquit: *Vota Domine priorum annorum nuncupata alacres letique persolvimus; novaque rursus, curante comilitonum & provincialium pietate, suscepimus; precati Deos, ut te, remque publicam florentem & incolamem ea benignitate conservarent, quam super magnas plurimasque virtutes præcipuè sanctitate consequi Deorum honores meruisti.* Suffragatur Claud. Minos utroque loco, accinitque Martial. 2. *Epigr.* 91.

Rerum certa salus, terrarum gloria, Caesar;

Sospite quo, magnos credimus esse Deos.

Etiam in Principis obsequium sacra Æsculapio, symbolo salutis, pro Augustorum sanitate. Hemelar. d. *Tabul.* 29. imò excusum Numisma, in quo ipsa salus stat sacrificantis habitu pro incolumitate Principum. Idem *Tabul.* 30. De salute egimus die 1. n. 16. & agemus sæpe.

9 Anno Urbis Condit. 666. ut placet Briet. & Turfelin. hac in die principium Belli Civilis inter Marium & Syllam, de quo 8. *Febr.* n. 12. Florus, *lib.* 3. cap. 21. dicit: *Inter Kalendas & Idus Ianuarij mensis.* In certamen vel occupata urbe à Mario & sequacibus, excitatus est Sylla; *quia ferunt, per quietem* (ait Plutarch. in eo) *Sylla apparuisse Deam, sive ea Luna est, sive Minerva, sive Bellona. Hanc itaque imaginatus est in somnijs sibi ad stare, atque fulmen porrigere, nominatimque recensentem singulos ipsius inimicos: iubere ut eos feriret, illos*

Quodnam
Numen
Cosan

Christi
gesta

Votum
pro
salute
Prin-
cipis.

Martial.

Æsculapius
cum Salus.

Principium
belli civilis.

Somnium
Syllæ.

Portenta. autem istos cecidisse; atque è medio sublato fuisse. Addit portenta, ignem, nimirum, excitatum in contis Signorum militarium, extinctu difficilem: corvos pullos devorantes, mures templo sacrum aurum corrosisse: vocem lugubrem de cœlo auditam, cuius magnitudinem cuncti audientes attoniti obstupuerunt. Idem in Mario: *Arma caelestia ab Ortus & Occasu inter se concurrentia.* Bulenger. de *Ration. divination.* 3. cap. 11. *Visa nocte in cœlo lancea ignita, & scuta hac illuc differri: deinde concurrere inter se similibus figuris & motibus, ut virorum pugnantium: tandem his terga dantibus, illis restantibus in Occasum omnes inclinasse.* Idem Ravil. Textor, 7. *Officin.* cap. 52. qui addit: *Mario Coss. in agro Mutinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, & inter eos flamma fumoque exeunte: quo concursu villa omnes elisa sunt.* Sumpsit ex Appian. 1. de *Bell. Civil.* Cuncta & regiminis rivalem Syllæ superavit fortuna, cui omnia tribuit, ita ut exitus vel ipsi admirationi essent, dicenti ac iactanti, *melius sibi cecidisse, quæ subitâ occasione aggressus, quàm quæ meditata consilio.* Plutarch. d. Unde à Bocchio, *Symbol.* 51. pingitur Pallas manum in auxilium extendens fortunæ naufraganti. Sic hac comite turgidus quasi à cœlo faustus. Plin. 2. cap. 54. cuius signum traditio Iugurthæ. Idem 37. cap. 1. *In numismate* (infit Dalecamp. hic) *aversa parte signatur Sylla in solio sedens, adstante Boccho in genua procumbente, Iugurthaque manibus in tergum revinctis, hâmi abiecto, elato crure dextro.* *Vid.* 8. *Februar.* n. 12.

Fortuna naufraga.

Numisma Sylla.

Expeditio Caesaris adversus Pompeium.

Fors Fortuna.

Hoc etiam die refertur à Plutarcho, de *Fortun. Romanor.* expeditio Cæsaris adversus Pompeium (ut ait Maiol. *Tom.* 5. *Colloq.* 4.) omninò sorte favente; quippe articulus totus ex temeritate: igitur cum legiones morarentur; ut ad illas perveniret, haud dubitavit, in scapham descendere habitu familiari, quin sciret nauclerus. *Ut graviter undis fluvij obluetante astu, atque furentes volvente fluctus immutantem vidit gubernatoris cursum; ibi detractâ à facie veste, qui esset aperiens, Perge quaeso, inquit, noli dubitare, vel quicquam timere: permittite vela Fortuna & vento, ac tibi persuade, Casarem te vehere, & Casaris Fortunam.* Idem ibid. Hinc quia voto potitus dicta *Fors Fortuna*, cuius sanam in hortis, quos populo legavit Cæsar, extruxit. Ibid. Reusn. Beyerl. & ipse Cæsar, 3. de *Bell. civil.* Quæ *Fors Fortuna* à Rosino, 2. cap. 16. alijque dicitur *Fortuna Fortis*; sed falluntur, quippe *Fortuna Fortis* accipitur nonnunquam

pro *Fortuna mala*, picta sine clavo & gubernaculo, naufragium passa (de quo supra, n. 9. unde etiam, quia *fortis* in laboribus industriâ Mercurij educitur è pelago, ut patet apud Achill. Bocch. *Symbol. d.*) quæ conversâ in *Nemesim*, ex garrula, ut flubunda, levitate pernix & defultoria, caput fautis virgâ comminuens, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris complicatis in condylos digitis, vulnerabat. Ita Martian. Capell. 1. *Philolog.* & Chartar. in *Fortun. imag.* pag. 306. Stuck. de *Sacrific. Gent.* cap. 44: autumat *Fortem*, sive *malam Fortunam esse* Aten (quæ Damon) noxas mortalibus immittentem. Alexandr. Neapol. 1. cap. 13. hic Tiraquell. à lit. *b.* Varr. de *Ling. Latin.* 5. Cicer. 2. de *Natur. Deor.* & Liv. usquequaque, quos Marlian. sequitur, cap. 85, & in *Epitom.* 5. cap. 13. Hæc *Mala Fortuna*, quæ exponitur *Fortis*. Constant. & Marf. suffragantur in illud Ovid. 4. *Fastor.*

Fortis & Mala.

Imago.

Ovid.

Ite Deam lati Fortem celebrate Quirites:

In Tyberis ripa munera Regis habet.

11. Alij aſtruunt *Fors Fortunam* fuisse *Fortunam Seiam*, de qua fuse 1. *April.* n. 10. Nihil horum sanè, sed felix signatur eventus vel ex temeritate, uti in Cæsare præmissimus, vel ex successu inopinato. Claret ex modo loquendi Terentij, non semel. In *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 54. *Fortè fortuna affuit.* Donat. hic: *Idest, bona fortuna.* In *Heccyr.* Act. 3. scen. 3. v. 26. *Fors fortuna est, qua te nobis hodie obtulit.* Idem exponit: *Idest, subita fortuna. Fortuna in incerto, Fors fortuna in bono ponitur.* Eodem modo *Act.* 4. scen. 3. v. 4. Denique in *Phorm.* Act. 5. scen. 6. v. 1. *O Fortuna! O Fors Fortuna, quantis commoditatibus! Quàm subito!* Donat. *Aliud fortuna est, aliud Fors Fortuna: nam Fors Fortuna est, cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua vivunt.* Rosin. d. Unde Georg. Fabricius in sua *Roma*, cap. 9. inquit: *Forti Fortuna grates agebant, quibus aliquid successerat: eo igitur vocabulo significatur magna vis fortune, & incerti casus.* Imago ex Pindaro apud Rhodigin. 18. cap. 14. *Ferepola*, quippe picta, gestans in capite Polium, atque manu Cornucopiam. Sumpsit etiam eadem simulacri ornamenta ex Pausania, cap. 140. Vincent. Chartar. pag. 306. Hæc enim ut patet *Fors Fortuna*, ut exitus iuxta votum, vel ultra vel contra spem: iure etenim Cæsar propter inopinatum felicem eventum *Fors Fortuna* templum dedicavit.

Fortuna Seia.

Fors Fortuna imago.

12. Inter Græcos quarta cuiusvis mensis dicata Mercurio (*Diar. Græc.* Gyrald. *Syntagm.* 17. n. 8. Alex. Neap. 3. cap. 18.)

Sacra Mercurii.

ed quod invenisset Astrologiam, & docuisset cursus siderum, disciplinaeque, maxime erga religionem. Strab. 17. n. 107. Manil. 1.

Astron. cap. 1. à v. 30.

Manil. Tu Principi auctorque sacri Cylene tanti.

Per te iam caelum in terris, iam sidera nota.

*Trismegi-
stus.*

Arbitror: ex Aegyptijs sumptum, nec esse Mercurium Maiz gnatum, sed Trismegistum. Eodem die etiam illis solemne Heroibus Indigetibus sacra facere, in apotheosi mutatis nominibus (ut apud Romanos, Romuli in Quirinum, Pici in Faunum) Circes in Maricam, Inos in Matutam, Leda in Nemesim. Tiraquell. in *Alex. Neapol.* 6. cap. 4. & Natal. Com. tot. lib. 10. *Mytholog.* Fulgent. *Placiad.* à lib. 1. Apollodor. lib. 2. atque Hygin. & Palaphat. in *Fabul.*

*Mercurius
Agorae.*

13. Apud Acheos sacra Mercurio Agoro, in luco. K.G. Lucus ex platanis, tanta magnitudine (inquit Pausan. cap. 228.) ut intra cavernas, qui velint, & epulari & recumbere possint. Fori area magno & late patenti ambitu est. In medio Mercurij Marmorum Signum cum barba & quadrata basi emicans, modica magnitudine. Cognomen est Agoraea (idest, Forensis) proximo loco Oraculum est. Ante Mercurij Signum Vestia: appositae si plumbo sunt ferruminatae aeneae lucernulae. Qui Deum consulunt, Vestiam primum thure incenso placant: deinde oleo infuso lucernas accendunt. Tunc vero in aere dextera parte nummum, patria nota signatum, deducunt. Ubi, quod ex usu fuerit, interrogant; aurem simulacro admovet: inde è foro abiens, manibus aures premit. Ubi è foro excessit, amota manu, quamprimum excipit vocem, eam sibi oraculi loco duct. Etiam referunt Gyrald. *Syntagm.* 9. n. 13. Natal. Com. 5. cap. 5. Bulenger. de *Oracul.* cap. 92.

Oraculum.

14. A Laurent. Ramirez de Prado in *Parerg.* signantur Nuptiae Philippi Amyntae cum Cleopatra, dimissa Olympiade. Fallitur, ut videbimus 25. *Novembr.* quia factum post victoriam ad Cheroneam; ut asserunt Plutarch. in *Alexandr.* & Nonnius, in *Grac. Goltz.* Tabul. 30. Causa despectus atque tardium Olympiadis, ed quod fetus Alexandri tribueretur Iovi Hammoni (cuius embolium videbimus, 6. *April.*) quo post Alexander evanuit. Nam mater eius Olympias confessa viro suo Philippo, Alexandrum non ex eo se sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denique Philippus, ultimo prope sua vita tempore, filium suum non esse palam pradicaverat: qua ex causa Olympiadem velut stupri compertam, repudio dimiserat. Iustin. *Histor.* 11. Hinc post Alexandri fatum, ut ait Goltz. in *Grac. Tab.* 34.

*Nuptiae Phi-
lippi Amyn-
tae, repudia-
ta Olympiade.*

excussum numisma cum effigie foeminae scindentis, quae ingentem serpentem manu tenebat. Interpretisque Nonnius ita exponit: Olympiadem hanc puto esse, Alexandri matrem. Qua nocte eum concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari. Philippus iuxta dormientis Olympiadis corpus, conspexit accubantem draconem; qua res amore, charitatemque eius erga uxorem vehementer extinxit: adeo ut eius concubitum frequenter evitaverit; sive veneficia aliqua reformidans, sive illius consuetudinem Deo cuiquam, religione motus, permetteret. Imò cum hanc causa Delphos misisset; responsum illi à Oraculo, iubere eum Hammoni rem divinam facere, & hunc Deum in primis venerari, ipsumque ex oculis alterum amissurum, quo in draconis forma concubentem Deum cum Olympiade per Ianuae rimam aspexisset. Idem Plutarch. in *Alexandr.* qui addit: Philippus aliquanto post nuptias tempore, in somnijs sibi visus est, uterum uxoris obsignasse annulo, cui leonis esset insculpta imago. Aristander ariolus, nihil enim, dixit, inane obsignari, & parituram filium animosum, leoninoque ingenio praditurum. Ioh.

*Alexander
ex dracone.*

*Somnijs eius
& Olympi-
adis.*

15. Apud Persas celebris dies propter Xerxis assumptionem in regnum, dictus natalis imperij. Diar. Persic. Licet ille minor natu Artemene, primogenito Darij Hytaspis (Artaphornes, utriusque patruus, electus in Iudicem, diremit litem) electus in Cyri solum; quia natus ex Dario iam rege: & Artemenes prior, sed ex patre fortunae privatae. Iustin. d. lib. 2. & Herodot. 7. n. 1. Sic ille cum Artaxerxe filio usus est, praeterito Darij primogenito, dum in regni societatem assumpsit. Voluit Xerxes prerogativam sibi factam, non tam exemplo, quam lege derivari. Turfell. *V. C.* ann. 281. Hac die in solum assumptus, cum esset electus, 24. *Novembr.* sed propter ibi dicenda protracta pompa. Xerxes habebat formam dignam imperio. Unde Herodot. d. num. 46. subdit: Nemo erat qui aut specie, aut magnitudine corporis cum Xerxe posset contendere, tanquam dignior qui illud imperium obtineeret. Convivium hac die quotannis instituit, dictum Titan, idest, Cœna perfecta. Alex. Neapolit. 4. cap. 20. Xerxes (ait) diem, qua creatus est Rex, tanquam imperij natalem singulis annis insignem celebravit; qua diademate ornatus, gaudio delibutus, cœnam proceribus dabat, cui Titan dicere nomen. Hic Tiraquell. Non Titan, sed Cœnam Titanam dici satagit; quasi cœnam plenam & luculentam; in qua solum caput regis orna-

*Xerxes assu-
ptus in thro-
num.*

Cœna Tita.

tur, proceribusque strenas & munuscula e-
largitur. Vid. Herodot. *lib. 9. n. 60.*

Sacra Oromazi.

16 Haud minus celebris inter Ægyptios præfens dies propter Oromazis sacra. Apud Persas *Oroffiasdes*, ut notat Plutarcha in *Alexandr.* Hic Deus dicebatur Bonus; sicut Arimanes, Deus Malus: ex cuius dogmate Manichæi sua deliria fuxere, & de quibus fusè dicemus, 11. *Aprilis 9.* Hi Dij, quorum Numina à Zoroaste adveſta in Perſidem, excogitati ab Ægyptijs, ut aſtruit Kircher in *Simia Ægyptiac.* cap. 4. Collocabantur ad latera Mithræ, ſuperioris Numinis inter Perſas: Bulenger. 1. de *Magia*, cap. 6. & Orimazi candidas maſtabant victimas, Arimani verò fulvas. Plutarch. de *Iſid.* & *Oſirid.* quia ille res lætas ſeparabat à mœſtis, ac à tenebris amœniſſimam lucem. Unde ut ait Rhodigin. 7. *cap. 14.* colebant *Oromazin, Mithrin & Arimanin.* (quos Gnoſtici hæretici vocabant Deum, Mentem & Animam) eò quòd Zoroaſter conſtituerit Mithram (de quo latè, 19. *Decembr.* à n. 14.) & duos Deos: Orimazen luci, Arimanen obſcuritati ſimilem. Gyrald. *Syntagm.* 7. à n. 21. Quapropter in Ovo, quòd dicebatur Zoroaſtri, erant interſertæ nigræ & albæ vigintiquatuor pyramides, quarum figuram videtiſ apud Kircher. in *Obeliſc. Pampbil.* lib. 2. cap. 10. & in *Barbarin.* Tom. 3. *Oedip. Ægypt.* *ſyntagm.* 5. cap. 3. intermiſtis characteribus Planetarum linguà Copticà; ut pro Saturno *Eneph*, pro Iove *Iſthon*, pro Marte *Phta*, pro Sole *Oſiris*, pro Venere *Amum*, pro Mercurio *Vulcanus*, pro Luna

Quis, & etià Arimanes?

Ovom Zoroaſtri.

Horæ.

Iſis. Horas diei ac noctis ſignatas per nigras & albas pyramides, autumat Pier. Valer. 33. *cap. 49.* qui nigræ noctis, atque diei albæ Solis ſunt filix. Mithram ignem fuiſſe, & Oromazen eius miniſtrum, qui non alius niſi Zoroaſter ex pluribus AA. aſtruit Bulenger. d. *cap. 5.*

Zoroaſter cur Oromazis?

Ignis immortalis inter Perſas datus Perſeo

17 Unde ignis adorationem inſtituit; quo poſtulavit abſumi, ut contigit; quia fulmine tactus è cælo. Plin. 30. *cap. 1.* ex Georgio Monacho ibid. Bulenger. *Docuit Perſas (ait) magiam, quæ dicitur Meduſa: igitur Perſeo regnante, ignis in Perſis de cælo delapſus eſt: ex quo ignem alium accendens, & fanum extruens, in eo repoſuit, vocavitque templum Ignis immortalis, & conſtituens viros qui ſervirent, ſervarentque ignem, Magos eos appellavit: quos ritus in multa dignatione habentes Perſæ, colunt ignem.* Cedrenus aliter refert cauſam inſtitutionis, ibid. igitur cum ingens procella orta eſſet, Perſeus preces fudit, ſubitòque fulmen inſtar ignei globi delapſum eſt, cuius caſu
Tom. I. *Ephem.*

tempeſtas ſedata. Ex eò igne Perſeus ignem accendit, & in Regia extruxit igni ſacellum, ubi ſacerdotes ignem colerent, uti de cælo lapſum. Idem Chronic. Alexandrin. pag. 95. de illo plura, *Iſagog. Mart.* n. 5. Immortalem utique conſervarunt, quouſque Colroæ tempore, qui pro maièſtate ſuper thronum habebat igniferum cælum; Heraclius, ut inſit Tzetzes, *Chiliad. 1. Hiſt. 66.* Idem *Perſarū extinxit, quem Perſæ colebant, E fulmine accenſum à Perſeo olim.* Ritum refert Creſias in *Perſicis*, & Herodot. *lib. 3. n. 7.*

Quando extinctus?

Tzetz.

18 Uti Orimazen & averſum fratrem ad mythologiam plerique derivant; ad Theologiam applicat Bulenger. d. *cap. 6. Ilud* (inſit) *de genio bono & malo de quæ Dijs averruncis, non Perſis ſingulari, ſed gentibus penè omnibus communi eſt: ut homini quamprimum natus eſt, bonum malumque genium, vitæ perpetuum comitem, apponerent.* Nos ex profeſſo aſtruximus T. 4. *Taut.* 5. à 28. Malum genium *Arimanen*, & *Orimanden* bonum genium vocat Diogenes Laert. *Proem. in Vit. Philoſoph.* Educet ex imagine utriuſque apud Georg. Hervvat, in *Theſaur. Hieroglyph.* cuius interpretationem adoruſ eſt Kircher. in *Magia Hieroglyph. Claſſ. 11. cap. 6. lit. Q. Mars* (inquit) *ſupra ſtorem ſtans, baſtâ ſcutaque munitus, flores radices ſuas in modum cymbæ medio firmante. In prima facie figura eſt Harpocrates, Martio habitu indutus, ſupra leonem ſedens, adinſtar cymbæ efformatum, ſtagello & cruce Tauticâ, caſſideque formidabilis. In ſecunda parte tantamoxphos demon* (ideſt, figura crucifixi) *quaternis aliſ inſtructus, in cuius utraque manu baculus, ſub pedibus canem, ad cuius caudam ſtella, & indicat Mercuriale lumen.* Sat ergo ſuperſtitionum.

Genius bonus & malus.

Imago

Harpocrates.

DIES V. IANUAR.

1 **G** Rad. 15. Solis in Capricorno, in quo caſus Iovis. Dies inſanſtus. Dariat. *Sagitta occidit veſpertinò Ægyptijs.* Plin. *Pes Lucidus Orionis oritur veſpere.* Alſted. in *Uranometr.* Hoc in gradu oritur *Cepheus.* Firmicus *lib. 8. cap. 15.* Sub hac conſtellatione nati ſummè auſteri, & tetrici in tragicis verſantes: At ſi conſtellationis in occaſu, in ſcopulis morientur, vel torturis peribunt, aut igni traditi. Idem ibid. *Fidicula vnatutinò exoritur: tempeſtas.* Columel. & Ptolom. qui addit: *Aquila occidit, Delphinus totus emergit, ventorumque ſit concurſus.* Imago *Vir ingenuſ.* No-

Noa.

E

bi.

bilitas nascetur. Sphaer. Arab. Reges fabis creantur. K. P. R. De occasu Sagittae Iovianae Pontan. 3. Uran. ita canit:

*Ipse quem procul occidua vidit de parte Sagittae,
Ipsa quidem radijs percussa nocentibus aequè
Equè praesidio nitens, & fortis amico;
Vendetur miser, & foedabit sanguine arenâ.*

2 Inter Hebraeos mors Noë Rab. Abraham. astipulatur Tornicelli. qui ann. 2006. n. 1. subdit: *Vita sua 950. circiter expleto.* Ante obitum filijs distribuit ossa Adami, Sermoque dedit cranium. Moyf. Barceph. de *Paradis.* cap. 14. & etiam Maluend. cap. 57. Apud Ethnicos dictus Ianus, ut late nervoseque astruitur ab Anonymo in *Observation.* ad Natal. Comit. cap. 10. & 11. & à Smetio in *Kalendar.* haud quia hoc mense exierit ex Arca; de quo die 2. n. 2.

3 Inter Hebraeos ieiunium solemne propter mortem Seniorum, qui fuerunt coevi Iosue. Leonard. Mar. & Scaliger. in *K.* Signantur Iosue 24. 31. *Iudic.* 2. 7. Genebrard. in *K. H.* protrahit usque in diem 8. Annis ab hinc 823. contigit mors religiosissimi Iosiae, Regis Iuda. Eutich. in *Annal. Alexandr.* Regnabat in Aegypto Pharaon Nechao, idest, *claudus*, qui in vastatione Aegypti facta à Sennacherib, puer effugerat, uti dicitur 13. *Septembr.* n. 2. Filius erat Psammetici Graeci, qui primus ex Graecis in Aegypto regnavit, ut ait Genebrard. *Ann.* 3469. fusèque Herodot. *lib.* 2. à n. 50. de Nechaoque à n. 53. refert, fossam ad rubrum mare ferentem primum fuisse aggressum (posterioribus temporibus idem conatus est Nero) in qua fodienda centum viginti millia Aegyptiorum perijisse, & destitisse in medio operis, quia ei ex Oraculo dictum, *Hosstibus Aegypti moliri opus.* Unde in Septentrionem castra movit, & in nostrum propositum subdit: *Terrestri acie congressus cum Syris in Magdolo victoriâ potitus est.*

4 Ergo Nechao memor praedictae cladis, ut illam retaliaret, & spolia ablata ab Afsyrijs repeteret, praesertim quia à morte Sennacherib, cuius exercitus in Iudaea ab Angelo deletus, regnum in peius sine viribus ruebat; animo concepit expugnare Niniven, & aggregare Aegypto regnum Asiae. Pervenit in Menden, seu Medemenam (alias *Bersabe*, seu Geraram in tribu Simeon, ut describit Adrichom. *ibid.* n. 57.) ut cum Afsyrijs posset pugnare in Charcamis iuxta Euphratem; transitumque petijt Iosiae, qui cavens dolum Aegyptiorum, negavit; quanvis Nechao assereret, nihil in illum ac in regnum moliri, sed in Afsyrium, in quem expeditio facta, & iussa per Prophetam à Nu-

mine aliter, ni concederet, extorsurum transitum. *Iosias nec acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei; verum perrexit, ut dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus à sagittarijs & c. conflictu eductus, exportatusque in Ierusalem, mortuus est.* 2. *Paralip.* 35. à 22. Idem Ioseph. 10. *Antiq. cap.* 6. & Comestor, in 4. *Reg.* cap. 37.

5 Aliter videtur 4. *Reg.* 23. ubi v. 29. dicitur: *Abijt Iosias in occursum eius, & occisus est in Mageddo, cum vidisset eum.* Alapid. *Hoc est, cum eum praliando cepisset.* Refragor. Minimè captus est Iosias à Nechao, sed tantum vulneratus à sagittarijs, è quorum vulneribus mortuus est in Ierusalem. Causa mortis à S. Iustino dicitur, eò quòd monitus à Ieremia, ne progrediretur adversus Nechao; audire noluit, & morte inobedientiae poenas luit. Ita *Ad Orthod.* quæst. 79. In Ieremia non invenitur, solummodò patet oraculum ex loc. cit. *Paralip.* n. anted. Arbitror mortuum pijsimum Principem, quia Deus eum educere voluit de medio iniquitatum; quippe instabant dies mali. *Sepultus in mausoleo patrum suorum, & universus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores atque cantatrices usque in praesentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israël.* 35. à 24. Quantum lamentum, dicitur *Zachar.* 12. 11. & Ioseph. quò dudum, cum Genebrard. d. Quale, indicatur à Seder-Olam, *cap.* 24. illud Thren. 4. 20. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris (in flore ætatis de quo dicebamus) In umbra eius vivemus inter Gentes.* Illustrius, quò dicitur, *Eccli.* 49. à 1. Speculum fultit zell Dei. Addit Comestor, ubi supra *cap.* 36. quòd licet Ezechias fregerit serpentem æneum, de quo 27. *Octobr.* n. 3. fractas portiones cum adoraret populus; etiam vestigia serpentis aenei, quem comminuerat, sive contriverat Ezechias, redigit in pulverem. Idem Hieronym. Praefat. in *Sophon.* Occisus dicitur iuxta urbem Adad-Remmon, in latere campi Mageddo, quo in loco fons & arbor speciosa, quæ statim aruerunt. Comestor, *ibid.* *cap.* 37. qui etiam asserit, à Nechao cum universo exercitu Iosiam inconsolabiliter planctum. Hebraei, quia locus *Adad-Remmon*, idest, *Decor malorum* puniceorum, inquit, apud Alapid. in *Zachar.* 12. 11. fucisum esse puniceum, iuxta quòd Iosias occisus, quasi prognosticon mortis Regis, fucisio fructus coronâ praediti. De Adad-Remmon, Adrichom. in *Manass.* 1. n. 5. Post mortem ipsius, Oraculo Dodoneo primum

Causa mortis Iosie.

Quantum & quale lamentum ex eius morte.

Redigit in pulverem: fragmina serpentis aenei.

Fons & arbor Iosie Oraculum Dodoneum.

Vulnerat lethaliter Iosiam praesentem.

Fossam cepit in continuationem usque ad mare.

Ieiunium.

Mors Iosie.

Quis Pharaon Nechao.

Græcia usa est. Genebr. *Ann.* 3557. & Comestor. d. *Addit.* 1. de Oraculo, fonte & templo, 24. *Februar.* fuse dicendum. A Rabinis autumatur post mortem Iosæ, fulminatam prophetiam in Nechaum, vincendum post quatuor annos à Nabucho, eodem in loco quo victurus Adad, Regem in Chacamis. Verum adi, 18. *April.* n. 12. Hac in die post 15. annos iuxta Alapide, quoniam supponit annum Sabbaticum quartum in regno Sedeciz; astruit in *Ierem.* 28. 16. Vatem sacrum divisisse inter Regem Iuda & Principes finitimos catenas ligneas, quas audacter confregit veterator, ariolis Hananias. Fallitur, uti dicemus 5. *Iul.* 2. 5.

Hanania
comminuit
Ieremiae formam vinculorum.

6. Hac die nato Domino, Magi perverunt Ierofolymam, inquirentes de Rege Iudæorum, regnante Herode, à quo congregati in Synodum, quæ decima Synagoga fuit, Principes Sacerdotum & populi Scribæ, indicarunt patriam. Genebr. *Ann.* 4054. ex *Matth.* 2. a 20. *Ann.* sequent. obit Simeon, qui Christum suscepit in ulnas. Vid. 3. *Febr.* n. 7. & 8. *Octobr.* n. 5.

Decima Synagoga Synodus.

Simeon obit

7. Romæ dies factus, iuxta *Rosini.* 4. cap. 5. Compitalitius, & Ægyptiacus, iuxta *Gyrald.* qui dies, uti Nonarum sive ullius Numinis protectione. *Nonarum tutela Deo caret.* *Ovid.* 1. *Fast.* *Sueton.* in *August.* cap. 92. *Observavit* (inquit) *ne Nonis quicquam rei seria inchoaret: nihil in hoc aliud devitans, quam dysphemiam nominis.* Hic *Catubon.* quia numerus Novem erat dicatus mortuis. At *Alex. Neapol.* 4. cap. 20. *Quod Nonas infortunatas multis fuerat expertus exemplis.* Hoc die celebrabatur etiam ut factus; quippe inventus est Romuli lituus, in profundissimo cinere demersus in æde Quirini. Tunc cum ab igne servatum offendissent, cæteris rebus igne correptis, in ingressu Gallorum; magnam de Roma spem conceperunt, tanquam æterna illis salus futura. *V. K. Marlian.* cap. 29. *Plutarch.* à *Canillo* (in eo dicit) *non in Quirini, sed in tugurio Martis post barbarorum discessum, ilhesam lituum inventum fuisse,* quem eo mortuo Pontifices inter res sacras reposuere; quippe illo auspicabantur auguria, cæli regiones describendo. Erat enim lituus baculus ab altera parte curvus. *Hispan.* *Cayado,* quia Reges vocabantur Pastores populorum. Unde *Lituus* loco sceptri, uti virga auguralis. Idem in *Romulo,* *Macrob.* 6. *Saturnal.* cap. 8. *Aul. Gell.* 5. cap. 8. *Tit. Liv.* 1. sect. 15. *Cicer.* 1. de *Dignitat.* & *Alex. Neap.* 1. cap. 28. *Primus lituus à Romulo, qui dum urbem conderet, huiusmodi baculum è regione direxit: qui cum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Pa-*

Romuli lituus qualis & ab igne illesus.

latio, eaque deflagasset, integer inventus est. *Stuck.* de *Sacrific.* *Gent.* cap. 111.

8. Tunc etiam caput ostensum est à *Canillo*, quod prius repertum, cum *Tarquinius Capitolij fundamenta foderet;* quasi locus ille caput Italiae futurus & orbis. *Plutarch.* in *Canil.* *Halicarnass.* 2. n. 48. & *Cato de Originib.* in fin. Inquit: *Capitolium dictum à capite invento, fluente sanguine, dum loci vni templi fundamenta iaceret Princeps Tarquinius: nam ante à Tarpeius à Tarpeia, ibi scutis Sabinorum obruta.* Natalis hodie quoque *Servi Tullij* plausibilis *Romæ Populi Roman.* exactis *Regibus* (ait *Macrob.* 1. *Saturn.* cap. 13.) diem hunc *Nonarum maxime celebrabat; quem natalem Servi Tullij existimabant. Cum incertum esset, quo mense natus, nonis tamen natum esse constaret, omnes nonas celebri letitiâ frequentabant.* Idem *Constant.* in illud *Ovid.* d. v. 57. *Nonarum tutela Deo caret.* Inter Romanos (quod ab *Attica* sumptum, ut infra videbitur) etiam Natalis *Herculis.* *Elias Vinecius,* in *Auson.* *Edyl.* 16. n. 333.

Unde Capitolium?

Tarpeia.

Natalis Servi Tullij.

9. Triumphus accidit etiam *C. Iun. Bruti Bubulci* de *Lucanis.* *Goltz* in *Fast.* pag. 79. *ann.* V. C. 476. Idem *Reusner.* Magni habitus, quia in bello Imperator visus saltem. Diebus octo domuit hostes; de quibus egregie triumphavit: postque *Salutis ædam* dedicavit, votam olim à se *Consule.* *Briet.* & *Turfell.* *Ann.* 452. Vid. 24. *Februar.* n. 15.

Et Hercules.

Triumphus C. Iun. Bruti Bubulci.

10. In tota *Attica* *Herculis* ortus & *Europæ* raptus. *K. Græc.* *Fabulæ* utriusque articuli decantata à pluribus; maxime ab *Ovid.* 2. *Metam.* fab. ult. & *lib.* 9. fab. 6. quæ refertur dolus *Galanthis* in *Iunonem*, ut egrederetur *Hercules* in lucem; quapropter à *Diva* versa est in mustelam. *Plant.* fuse in *Ampbitruon.* *Natal.* *Comes,* 7. *Mytholog.* à cap. 1. *Gyrald.* in *Hercul. vit.* & *Chartar.* de *Imagin.* à pag. 227. Ut nasceretur, tota domus cælitus luce repleta, ita ut extra prodiret splendor, illo descerpente binos cristatos angues. *Theocrit.* *Edyl.* 24. & *Ovid Epist.* 9. *Fufius, Isagog.* *Octobr.* à n. 35. *Natum* triplia dentium serie, scribit *Rhodigin* 4. cap. 1. *Natus* in orbis prodigium, atque *Iunonis* opprobrium. *Opprobrium,* quia volens nolens fovit, atque lactavit. *Articulam* refert *Diodor.* *Sicul.* *lib.* 4. n. 152. sed in splendorem *Herculis* deturpans *sacram paginam,* ut perito constabit. *Alomema* (ait) *ubi peperit, invidiam Iunonis metuens; in campum, qui Hercules inde appellatur; infantem exponit; quo tempore Minerva cum Iunone egressa, cum puellam non sine admuni-*

Herculis natalis. Galanthis.

ratione contempleretur, auctor fuit Iunoni, ut mammam ei applicet: qua supra aetatem illam compressius vellicata, doloris Iuno impatiens, alumnus abiecit: quem tollens Minerva, domum reportat, matrique nutricandam commendat. Ex vexationibus parta felicitas. Unde illa apud Senec. in *Hercul. furent.* à v. 33. queritur, tabens de eius gloria, superatis laboribus.

Crescit malis, iraque nostrà fruitor.

In laudes suas mea vertit ocla.

Senec.

Europa rapti.

II De Europæ raptu (filie Agenoris, regis Phœnicie; Cadmique sororis) capiosa seges apud Ethnicos, nutritos fabulis, maximè Athenienses, aventes dicere aut audire aliquid novi. Hygin. *Fab.* 178. Pausan. *lib.* 12. Symb. 23. idem astruit, additque, ibi etiam esse simulacra Telluris, Plutonis & Mercurij, quibus sacra fiebant à causa capitis absolutis. Cum post genitricis cadem parvenisset in Maniarum sanum, ibi cepit insanire. Pausan. *cap.* 264. Furijsque visis digitum dextrae manus sibi præformidine arrosit, extructo in memoriam monumento, cui nomen Digitus (quod etiam no-

tat Pier. Valer. 36. *cap.* 6.) Has Deas Orestis, cum primùm est mente captus, nigras obvias factas, memorant: easdem cum digitum obdidisset, albas apparuisse: & earum aspectu statim illum ad se rediisse. Deabus Candidis & Gratijs pariter hac aetate incola sacra faciunt. De his, quæ dicebantur Albae Deae, & Albae Nymphe, quarum Regina Abundia, agemus, 16. *August.* Totum factum antiquam in Arcopago iudicium constitueretur, ut refert Pausan. *cap.* 265. qui *cap.* 105. præmittit: In arce Minervæ sedes & signum, & iuxta Lapis, qui Otiosus dicitur, quòd a-

Fonti Europa, & arbor.

Apostrophis.

pril. n. 2. Cum Europa non apparet, fictum in cœlum elatam, & Deam factam, cui altaria atque templa dicantur. Lucian. de *Dea Syria*, & Natal. *Com.* d. Unde eius facta dicebantur *Elotia*, maximè apud Cretenses, Meurs. 3. in *Græc. feriat.* Elotia enim dicta, quia corona myrtea cum Europæ ossibus vehebatur in pompa. Athen. 3. n. 90. & Petr. Castellan. de *Fest.* Imago erat feminæ arbori insidens, allusione ad præfatam platanum; ut cogitat Ludov. Nonnius, in *Græc. Goltz*, Tabul. 7. & Anton. Augustin. *Dialog.* 3.

Eius Elotia.

Imago.

Hermæna.

Iustitia De-precatrix.

12 Athenis *Hermæna* sacra, eò quòd hoc in die à Furijs liberatus fuit Orestes, collocata in Arcopago imagine *Iustitiæ De-precatrixis*, visis iam Furijs albis, quæ Orestem opprimebant, faciebus occurrentes nigris, hydros quatientes. Meurs. d. cuius iudicium sæpe pictum & sculptum in monumentum. Unde de Zopiro ait Plin. 33. *cap.* 12. *Areopagitas & iudicium Orestis, in duobus scyphis calavit*: sicut crimen, ob quod à Furijs agitatus (cum matrem & Ægysthum interfecisset) in tabula eximie picta. *lib.* 35. *cap.* 11. In eo loco, quòd Mars primùm ab homicidio absolutus, Orestis de matris eade iudicium est constitutum. Extat adhuc *Minerva Arca* (id est, *De-precatrixis*) *ara*,

Minerva Arca.

quam Orestes iam absolutus, dicitur dedicasse. Scabella ibidem (quæ saxa esse videntur) duo argentea, quibus accusatores & rursus insident, alterum *Contumeliæ*, *Impudentiæ* alterum *Uocant.* Proximè *Dearum* est ades, quas Athenienses *Severas*, Hesiodus *Erinnes* nominat. Pausan. *cap.* 27. *Fridericus Sylburg.* hic, *Sedilia* dicit *Contumeliæ* & *Innocentiæ*.

Orestes liberatus à Furijs.

Sedilia Contumeliæ & Innocentiæ.

Causin. lib. 12. *Symb.* 23. idem astruit, additque, ibi etiam esse simulacra Telluris, Plutonis & Mercurij, quibus sacra fiebant à causa capitis absolutis. Cum post genitricis cadem parvenisset in Maniarum sanum, ibi cepit insanire. Pausan. *cap.* 264. Furijsque visis digitum dextrae manus sibi præformidine arrosit, extructo in memoriam monumento, cui nomen Digitus (quod etiam no-

Furie nigrae & albae.

Cum Gratijs.

Lapis Otiosus.

In Laconia accidisse, refert Eustachius, ex quo Buleng. 2. de *Pictur.* *cap.* 10. *Lapis albus* (inquit) *est in Laconibus, cui insidens Orestes, furore liberatus est.* Etiam celebratur inter Corinthios *Tabernaculum Orestis.* Causam signat Pausan. *cap.* 74. *Prius enim quàm materni sanguinis maculam expiationibus Orestes elueret; de Troezenijs (infu) nemo eum teeto recipere voluit, sed in ea ipsa cella illum consistere iusserunt: ibique, qui eius lustrationi præfuerunt, epulas ei præbuerunt, quantisper ritè expiatus est. Manet adhuc ritus, ut illorum posterij statis diebus eodem in loco cœnent. Defossis autem non longè à tabernaculo piaculis, laurum eam enatam tradunt, quæ adhuc viret.* Hæc & alia etiam narrat Natal. *Com.* 9. *Mytholog.* *cap.* 2. *Herodot.* 1. n. 18. *Alex. Neapol.* 5. *cap.* 27. *Rhodig.* 17. *cap.* 5. & 21. *cap.* 24. *Hygin.* *fab.* 119. & *Chartar.* de *Imagin.* fol. 193. De modo libertatis eius, fuga & morte, dicemus, 17. *August.* *Ariciæ* quòd *Dianæ* simulacrum collocarat, fato functus. *Eius ossa de Aricia Romam translata sunt, & condita ante templum Saturni; quod est ante cli-vum Capitolinum iuxta Concordia templum.* *Hygin.* 261.

Orestis tabernaculum.

Et Laurus.

Fons in Andro conuersus in vinu.

13. In Andro insula, templo Liberi Patris, fontem Nonis Ianuarij, semper vini sapore staere. Ita Plin. 2. cap. 103. Eius sacra celebrata à Nonis per septem dies. Ex Murtiano idem, 3. l. cap. 2. E fonte Liberi Patris statim diebus septenis eius Dei, vinum fluere. Si auferatur à conspectu templi, sapore in aquam transeunte. Eadem Maiol. Tom. 2. Collog. 1. Tunc sacrificia aspergebantur vino: imò in ara ignis mero accendebatur: Buleng. de Ration. Diuinat. cap. 1. Aptè Scholiast. Aristophan. in Pluto, scribit: Qui ex igne diuinant, stramina subiiciunt, ut accendant ignem ex arte: Quod sæpe vidimus. O Flavio (Augusti patre, ut in eo refert Sueton. cap. 94.) in Liberi Patris luca de filio consulenti, affirmatum est à Sacerdotibus; quòd infuso super altaria mero, tantùm flamma emicuisset, ut supergressa fastigium templi, ad cælum usque ferretur: unquam olim omninò Magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti, simile præuenisset ostentum. Quæ ante Christum non permissa dæmoni? Sil. Italic. 7. à v. 185. accinit:

— In mediam iecit libamina flammam.
— Subitò (mirabile dictu!).

Lucus & ara.

Fagina pampineo spumarum pocula succo, Pauperis hospitij pretium, vilisque rubenti Fluxit mœstra mero, & quercu in cratera cavata

Aqua in vinum.

Sil. Ital.

Dulcis odoratis humor sudavit ab uvis. Vide Claud. Danſqueium hic. & Euripid. in Bacch. à v. 400. Unde ut Bacchi celebrarentur per dæmonem trice, vulgatum in Nyssa Eubœæ, eodem die & vites florere & uvas matureſcere. Stephan. de Urb. & idem Strabo, lib. 15. de Nyssa Indiæ.

14. Aliquando sicut alia embolia in commendationem Numinum (ut dicemus, 14. Octobr.) comminifcebantur Sacerdotes huiusmodi speciem miraculorum, arteque apparebant. Apud Naxum fontem esse, ex quo vinum & quidem suavissimum nonnunquam profluit: inquit Ctesias in Persicis, pag. 759. Phasidis fluvij aquam, si die integro in vase conservetur, itidem mutari in vinum suavissimum: refert Biscoli. Tom. 2. lib. 4. cap. 6. n. 6. Arte fiebat, non miraculo: equidem herba Zacio vinum in aquam convertitur, & Moly aqua in vinum, ut conficiunt Ægyptij, de quo meminit Kircher. Tom. 2. Oedip. p. 2. Class. 11. cap. 2. Ideo

Zacius herba, & Moly.

Embolia sacerdotu Ethnicorum in miracula.

aqua ficcine condita, inebriat, ut canit Ovid. de aqua Lyncestis fluminis, 15. Metam. fab. 2. Herbarum enim condimentis aqua vinum sapit, redolet & inebriat, quod Ethnici tribuebant potestati Iacchi. Omnis bonæ maleque materie artifex fecunda natura

(ait Valer. Maxim. 1. cap. 8. n. 18.) quin constet, quare alteram in Macedonia, alteram in Galeno agro, aquam proprietatem vini, qua homines inebriantur, possidere voluerit. Non admiratione ista; cum sciamus, plurimum licentia vindicari, penes quos infinitus tanta gignendi labor consistit. Patent Ethnicorum faci. Haud absit Bacchi imago in quodam antro, veste muliebri vitibus circumdati iacentis; & porrigentis pateram. Chartar. Imag. fol. 284.

Imago Bacchi.

15. Apud Ægyptios sacra Soli cum tellis; sicut apud Romanos Apollini cum sagittis. K. Ægypt. Pennatum venerabantur. Unde Macrobius, contendens Mercurium non aliud nisi Solem; 1. Saturnal. cap. 19. Hoc argumentum (inquit) lucidius Ægyptij absolvunt, ipsius Solis simulacra pennata fingentes; quibus color apud illos non unus est: alteram enim cœrulea specie, alteram clara fingunt. Idem Chartar. Imag. pag. 54. qui pag. 64. refert imaginem cogitatam à Capella, Philolog. lib. 1. scilicet, Erat in circulum ducta fulgens corona, que duodecim flammis ignitorum lapidum fulgurabat. Ipsius verò Dixi tinctam cesariem, comasque credes bracteatas: facie autem pueri renidentis, in incessu medio iuuenis anbeli; in fine, senis apparebat occidui. Corpus autem eius aureum totum, pennata vestigia, pallium coccineum, sed auro plurimo rutilatum: sinistra manu clypeum coruscantem, dextra ardentem facem præfererat, calcei verò similes pyropo.

Sacra Soli

Imagines.

16. His signis & Solis notis addit, in Deorum imagin. n. 4. Philosopher Albricus: Super caput portabat tripodem aureum. In dextra habebat sagittas, arcum & pharetram: in sinistra autem citharam tenebat, Sub pedibus depictum erat monstrum terrificum, cuius corpus erat serpentinum, triaque habebat capita, qua in unum corpus coibant, unam tantum caudam serpentis habebant: coronam verò capite gestabat duodecim lapidum pretiosorum: iuxta illum viridis laurus, & corvus niger. Sub lauro novem Musæ choream faciunt, & circa Apollinem cantus melodiam promunt. A longè verò Phytion serpens maximus erat, quem sagitta una per medium transiebat: & ille sedens inter duo iuga Parnasi, de quo fons Castalius scaturiebat. Haud fugit Kircherum huiusmodi mythologica imago; verum addit in Obelisk. Pampbil. lib. 3. cap. 11. faciem radiantem, calathum florum & fructuum, adversus corvum, cycnum; & Solem habitu Medicum; quorum signorum expositionem ibi videris.

Alia.

17 Victoria Iugurthæ de A. Albino, au-
ri Africani cupido, ann. V.C. 645. ubi Phi-
lipp. Briet. inquit: *A. Albinus Proconsul, in
castris relicto fratre; statim inuente Ianua-
rio, copias eduxit ad urbem Subul, in qua
regij thesauri latebant: verum inde abstra-
ctus à Iugurtha, & in loca periniqua com-
pulsus, sub iugum missus, intra decem dies
ex Numidia præceptis eiecitur; quin frater eius
P. Albinus posset abolere ignominiam, pro-
pter militis solutissimam disciplinam.* Iu-
gurtha auro corruperat Senatores, sicut in
morte Adherbalis, ut sibi eius cederet Nu-
midæ regnum: tuncque Calpurnius Bestia
pacem cum Iugurtha iniussu populi & Sena-
tus fecit (ait Liv. lib. 64.) Iugurtha fide pu-
blice evocatus ad indicandum consiliorum
auctores, quos multos pecuniâ in Senatu cor-
rupisse dicebatur; Romam venit propter ca-
dem. Roma cum periclitaretur, causam ca-
pitis dicere in fessum, clam profugit, & discedens
urbe, fertur dixisse: *O urbem venalem, &
certò perituram, si emptorem inveniret!* A.
Postumius legatus infeliciter prælio adversus
Iugurtham gesto, pacem ignominiosam ad-
iecit; quam quidem minimè esse servandam
Senatus censuit.

18 Anno primo Xerxis expeditionis in
Græciam, & V.C. 273. Cælenis in Phrygia
occurrentis Pythius Lydus, urbis illius civis,
Regem Persarum cum toto exercitu magni-
ficentissimo suscepit hospicio: spondit-
que, se pecuniâ ei in bellum gratis suppe-
diturum. K. Græc. Refert Maiol. 1. Colloq.
19. & fusè Herodot. 7. à n. 12. Expavit Xer-
xes, sed renuit oblata (quorum summam
apud eum ibid. videris) Nihilominus tamen
titulo Amici Regis honestavit (quod glo-
riosum inter Persas) & gloriâ regij hospitis;
cuius decoris nunquam poeniteret. An ita,
videbimus 24. Mart. n. 22.

19 Unde tot ei opes, variz AA. sunt
sententiæ. Eius cumulum seu potius gazas,
& originem, refert Plutarch. de *Virtutibus
Mulier.* n. 26. Pythij, qui regnante vixit
Xerxe, uxorem sapientem fuisse, ait: virum
in sensum adduxit, qui totus, cum invenisset
aurifodinas, in aurum tantum incumbere,
assiduèque versabatur; quo studio cogebat
cuncta, vel quæ ad vitam necessaria, relin-
quere, subditis omnibus opere fatiscen-
tibus. Quæstus quæstus generavit, sed uxor
Pythij ingeniosa compescuit, aurificibus
commendans, ex aurea massa panes aureos,
poma, & alia edulia ad speciem conficere.
Factum est: illique esculo ad cœnam venien-
ti, & postulanti; cuncta ex auro apposita,
sed nihil quod mandari quiret. Phytius pri-

mum ingenio & aspectu latus; cum nihil
aliud in refectioem videret, iracundiâ per-
citus vociferabatur esurire cibum, non au-
rum exposcere. Uxor respondit, cives vexa-
tione auri-fodiendi, agros colere non po-
tuisse, nec greges pascere: quapropter quid
agendum videret; quandoquidem eius in-
satiabili avaritiâ; & fame auri, fame per-
ibant cuncti. Oratione uxoris motus Py-
thius, non profers opus reliquit; sed quin-
tam civium partem ad aurifodinas dedica-
vit, & reliquos in agriculturam. Hinc Py-
thij Thesauri & opulentia, queis vel lau-
dans invidit Xerxes, & possidenti artulerunt
extremas amaritudines. Eadem referunt E-
rasmus in *Apophtb.* lib. 8. n. 22.

20 Male Pythio celsi animi singularis
generositas munifica. Non absimilia perpe-
travit Meander Protagoræ pater, qui ex
dono duntaxat natus, quod filius eius poti-
retur discipulatu Magorum, intercessione,
seu facultate Regis; quoniam haud facile
in illorum exteri admittebantur discipli-
nam. *Meandrum Protagoræ patrem, adeo
opulentia & omnifariâ rerum copia præcel-
luisse, scribunt ex Græcis nonnulli (excerpt
Rhodigin. 19. cap. 17.) ut Xerxem Persarum
Regem, à quo mox Græcia concussa est; &
domo & donis excipere ausus sit: qua occa-
sione illi insinuatus, Protagoræ filio Mago-
rum congressum impetravit; quando Persa-
rum Magi in doctrinâ participatum non te-
merè quemquam, nisi iussu Regum admit-
tunt.* Ex horum dogmatibus quid sugere
quibat, nisi Atheismum? Ipse enim dixit
in exordio libelli cuiusdam (qua de causa
proscriptus ab Atheniensibus) *De Dijs si-
trum sint, an non sint, nihil habeo dicere.* Quis
& qualis fuerit, dicit Philostrat. 1. de *Vitis
Sophistar.* & Diogen. Laërt. lib. 9. de *Vit.
& morib. Philosoph.* de quo ibi:
*Cecropis urbs potuit, potuisti Palladis urbem
Linquere, non potuit Styx violenta fugi.*

*Cœna aures
ab eius uxore
excogita-
ta.*

*Xerxis ho-
spitiū apud
Meandri.*

*Protagoras
in discipli-
na Magorū*

*Quia A-
theus, A-
thenis pro-
scriptus.*

Laert.

DIES VI. IANUAR.

I G Rad. 16. Solis in Capricorno. VIII. Id.
Hic gradus si invenitur in Ho-
roscopto, natos facit nanos, deformes & ri-
diculos. Iul. Firmic. Mamer. Manè oritur
sinister humerus *Aquarij & axilla Sagittã-
rij.* Alsted. *Uran.* Lyra, seu *Fidicula oritur:
tempestatem significat.* K. V. & Ovid. v. 315.
*Obstitierint imbres missi nisi nubibus atris,
Nova signa dabunt ex oriente Lyra.* Ovid.
Aquila vesperè oritur: stat Auster. Ptolom.
Vir equitans equo sine freno. Sphæz. Arab.

Natus tunc sine potestate. Ioseph. Scalig. in 5. Manil. *Regna & epulae in multos dies exercentur*. K. P. R.

2 Abraham post quadriennium à morte Saræ, speciali Dei instinctu, quippe à Domino promissum: *Eris pater multarum gentium*. Genes. 17. 4. aliam duxit uxorem nomine Ceturam. R. Abrah. & Chronic. Alexandr. Hebræi arbitrati sunt fuisse Agar, quæ binominis, revocata ex Pharan in Hebron; quod ludicrum: igitur si Abraham duxisset illam, haud diceretur alia & nomine Cetura: Genes. 25. 1. Deinde v. 6. subditur: *Dedit Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filiis autem concubinarum* (idest, secundarum uxorum causâ prolis) *largitus est munera & separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem*. Ergo duæ fuerunt concubinæ, & non una: quo Cetura non potuit esse Agar. Vid. Ioseph. 1. *Antiq.* cap. 16. Petr. Comest. in Genes. cap. 62. Genebr. ann. 2049. Torniiell. 2179. n. 2. & Hieronym. in *Tradition*. Sex ex Cetura suscepit filios (& iuxta Iosephum, antequàm mitteret pro Isaaci coniuge in Mesopotamiam; quod falsum est. Vid. 20. diem, n. 3.) quos deduxit in colonias, ut supra dicitur. Addit Epiphanius in *Compend.* ad calcem Panarij: *Filij Ceture dona erant pecunie presentes, aurum & argentum, ac vestitus: & in mysterium conclusit Abraham in peris thus & myrrham & aurum*. Adi 6. Maij, n. 4.

3 Post annum ab hinc 110. patris verò 91. iuxta mentem Genebr. *ab orb. condit.* 2239. vidit lucem ex Rachele Ioseph, qui natus est homo, in gaudium utriusque parentis, decusque familiæ. Eutich. *Annal. Alexandr.* & Ioseph Gorionid. in *Histor. Judaic.* p. 1. Hac in die cœpit diluvium Ogygis, maius diluvio Deucalionis, ut notat Briet. nosque dicemus 16. Febr. n. 3. Apposui (et si erga tempus variæ AA. sint sententiæ, videndæ apud Perer. lib. 13. de *Histor. Diluvij*, disput. 13. & 14. & in cap. 47. Genes. n. 28. Torniiell. ann. 2258. n. 1. & Perer. p. 1. lib. 1. cap. 4. *Rationar. tempor.* & p. 2. lib. 2. cap. 5.) cum Iosephi ortu Diluvium Ogygis, propter insignia quæ ab Ethnicis illo in tempore annotata. In cœlo (ait Augustin. 21. Civ. cap. 8.) *mirabile extitit portentum: nam stella Veneris nobilissima, Castor scribit tantum extitisse portentum; ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum ita neque antea, neque postea sit. Hoc factum Ogyge Regis*. Idem M. Varro de *Gente Popul. Rom.* Torniiell. d. n. 2. & Perer. d. n. 19. *disput.* 3. Si hæccine vera, Io-

sephi nascentis præclara signa, respondentis cunctorum expectationi; equidem eius gesta indicabantur splendore cœlesti. Addit Petr. Comest. in Genes. cap. 76. *His temporibus factum est diluvium sub Ogyge Rege. Tunc etiam apud Lacum Trisonidem virgo apparuit, quam Græci Minervam dixerunt. Traditur autem, cum per diluvium illud insule Cyclades longo tempore obumbrata fuissent; aquis rarefcentibus prima inter eos Delos Sole illuminata est: & ideo Delos dicta, quod sonat manifestum*. De Delo dicemus d. 15. à n. 7. & Ifagog. August. n. 8. In illa natalis Apollinis & Dianæ; de quo, 7. April. De Apparitione Virginis, quæ Minerva, dictum die 3.

4 A nativitate Ioseph ann. 339. iuxta Briet. postquàm in terra Chanaam mortui sunt Iosue, Eleazarus, & seniores, sub quorum regimine Israëlitæ soli Domino servierunt (*Iudic.* 2. 6.) haud post mortem Samsonis, ut placet aliquibus, videndis apud Serar. hinc cap. 21. q. 6. sed Summo Sacerdote Phinees, ut constat ex cap. 20. v. 28. quo tempore erectum idolum Michæ, ut asserit Philo Bibl. *Antiq. Hebr.* & dicemus, 22. August. à n. 3. & 14. Sept. n. 2. Levita quidam, nomine Beël duxit uxorem secundariam ex Bethleëm Iuda; quæ quidem propter zelotypiam, ut cogitat Ioseph. 5. *Antiq.* cap. 2. vel propter dissonam conditionem & iurgla, ut ait R. Salomon, vel quia adultera, timore lapidationis, ut astruit Briet. & Philo loc. cit. fugit ad patrem, ab illo perhumanè suscepta. Post 4. menses, quia ob formam eximiam adamabat Levita, quæsi- vit in domo paterna, & satisfactione mutuò datâ & acceptâ per focerum reconciliati, reverti decreverunt in montem Ephraim in Gades, seu Gader civitatem, de qua Hieronym. in *Loc. Hebr.* Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 6. Adrich. in *Ephraim.* n. 46. & Philo, quò dudum, Historiæ verè tempus invertunt Rabbini, miserèque nugantur, illud signantes adlubitum. Vide Talmudistas Tractatib. *Taba- benith*, & *Baba-babra*, cap. 4. & 9.

5 Falluntur planè, quia illa quatuor mensibus retrò, recesserat in domum paternam, ut dicemus 6. *Septemb.* à n. 2. Hac in die iuxta Chronicos ex computatione rectè ordinatâ ex sacro textu, ut ex historia constabit; Levita præfatus sciens uxorem suam cum fugisse ad parentes in Bethleëm, cum illam, quippe eximè speciosa, deperiret, ei reconciliari cupiens, pervenit in foceri domum, ubi filiam degere cognoverat: quò utique amicè susceptus, regicque habitus, reconciliatione factâ, & quatruidò licet in-

Abraham ducit Ceturam.

Non est Agar.

Que dona dedit filijs eius, dum misit in colonias?

Nascitur Ioseph.

Diluvium Ogygis.

Portentum singulare.

Virgo apparuit.

Delos insula.

Quo tempore erectum idolum Adichæ?

Historia Levite de Gader.

Pervenit quatenus uxorem fugitivam in Bethleem.

vité detentus, quinto die comite duntaxat puero, repugnante focero, quasi infelicitatem ac dedecus præfagiente, tulit uxorem, ut reducem inferret in patriam, lætus & gaudibundus, quippequam potitus voto, prius quasi desperato, quoniam illa sciebat & pulchram esse, & amari, ex quo ortus despectus viri; ut legunt Chald. Septuagint. Maluenda, indicatque Ioseph. loc. cit. Philo Biblic. invertit ordinem & historiam, simul cum oppidis; ita ut declinet à narratione sacri textus. Reliqua videfis die 11. ex quo clades ferè totius tribus Benjamin.

6 Pervenerunt hodiernà die Magi in Bethlehem, ducti stellà, visà eadem nocte nativitatis Salvatoris, ut videbimus suo loc. & die; num. 5. notataque præ illustri claritate à cunctis intuentibus, maximèque spectandorum siderum arte pollentibus, ductis potissimè traditione vaticinij Balaam (cuius erant successores) de stella nova ex Iacob. Eam tanquam signum natalium Salvatoris mundi expectantes, iam crediderunt affuisse; statimque, uti Gentium primitiæ, Regem universi natum inquirere, honorare, ac adorare iam devoti decreverunt. Unde ne in proposito errarent; in propria, quò Regem non cognoverunt; vel sui, inquirere cordi fuit; ut vel Iudæi in incredulitate inexcusabiles essent, vel ut clariùs, ubi Rex esset, scirent: etenim ex illis in Deitatis cognitionem superna accipienda lux; quoniam tradita sunt illis eloquia Dei. Hac de causa prope urbem missa in cursum stella, abscondit mirabilem splendorem, nunciata ab exteris nativitate Messia; ut Synagoga plus dignata orbis obsequeretur Salvatori. In viam ab Hierosolymis sunt directi, sine visibili luce; & ut haberent reliquo felicissimo itinere; ad exitum portæ Pontificis, & occursum fontis (qui extunc dicitur Fons stelle, ut notat Adrichom. in Ierusalem. num. 223.) ecce stella, quam viderant in Oriente, corda Regum replens gaudio, illos miro splendore duxit ac deduxit usque in humilem cœlestem aulam, quam intrantes, & infantem cum Matre virgine inveniētes, proni corditùs adoraverunt, ac muneribus avidissimè honestarunt. Ibi aliquot diebus dulciter morantes, & mente præoccupatà prodigijs, per devia (ut monuerunt divina somnia, imbutique fide Dei-hominis ex divina substantia Patris & humanà Genitricis, qui fuit expectatio Gentium, & illis manifestus per singulare miraculum) reversi unusquisque in propria. Vide Baron. ex Cyrill. ubi & quò Ann. Christi. 1. n. 57. Stella ergo, ut placet multis, post munus expletum, redacta est in

præiacentem materiam, ex qua formata, vel submersa in cisterna Bethlehem; de quo adis Eximium Suar. Tom. 2. in 3. p. D. Thom. 9. 36. art. 7. disput. 14. à sect. 2. Abulens. & Caietan. in Matth. 2. Salmer. Tom. 3. tractat. 39. Chrysolog. serm. 157. & Cyprian. de Cardinal. oper. Christi. §. 3. de Stella & Magis. In stella visam fuisse pueri imaginem, & crucem portantis (uti videbimus) ludicrum est, ut refutat D. Thom. Opusc. 12. sicut in puteo iuxta speluncam Bethlehem stellam in fundo.

Eius forma.

7 Chalcidius ethnicus in Platonis Timæum, de stella Magorum ac eius portento, inquit: *Est alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet de ortu stella cuiusdam, non morbos mortisque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis ad humana conversationis, rerumque mortalium gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldaeorum profectò sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati; quæsvisse dicuntur recentem Dei ortum; repertaque illa maiestate puerili, veneratos esse, & vota Deo tanto convenientia nuncupasse.* Idem iudicium infedit Plinio, ut videbimus 25. Decembr. à n. 4. dicenti, lib. 2. cap. 25. In specie humana Dei effigiem ostendisse stellam, & salutarem terris fuisse. Ferè cuncti, quia dixerunt Magi: *Vidimus stellam eius*, quasi indicem nativitatis Salvatoris; cogitarunt accepisse stellæ signa à Balaam; sed anteriora cogitat Kircher. in Obelisc. Pampb. lib. 1. cap. 1. *Scriptura cuiusdam gentis, sita in ipso principio Orientis, scripta nomine Seth, de stella apparitura in ortu Messia.*

Portentum vel ethnicis cognitum.

Stella prædicta à Seth.

8 Sumptum planè ex Imperfecto in Matth. Homil. 2. Legi (ait) *Magos istos ex libris Balaam divinatoris, apparitura huius stelle scientiam accepisse; cuius divinatio posita est & in veteri testamento: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel, & dominabitur omnium Gentium. Audivi aliquos referentes de quadam Scriptura (et si non certa, tamen non destruyente fidem, sed potius delectante) quoniam erat quædam gens, sita in ipso principio Orientis iuxta Oceanum, apud quos ferebatur quædam Scriptura, inscripta nomine Seth, de apparitura hac stella, & muneribus ei huiusmodi offerendis, quæ per generationes studiosorum hominum, patribus referentibus filijs suis, habebatur deducta. Itaque elegerunt duodecim ex ipsis studiosores, & amatores mysteriorum cœlestium, quos posuerunt ad expectationem stelle: & si quis moriebatur ex eis filius eius, aut aliquis propinquorum, qui eiusdem vo-*

Historia Magorum.

Adortus Magorum ducis stella.

Fons stella.

Ubi & quò stella cœlestis?

Quid sit Magus

Sunt autem inveniebatur, in locum constituebatur defuncti. Dicebantur autem Magi lingua eorum, quia in silentio & voce tacita Deum glorificabant. Et ergo per singulos annos post messem trituratoriis veniebant in montem, qui vocatur lingua eorum, Mons victoralis, habens in se quandam speluncam in sacro, fontibus & electis arboribus amoenissimis in quem ascendentes & lavantes se, offerebant & laudabant Deum tribus diebus: sicque faciebant per singulas generationes, expectantes semper, ne forte in generatione sua stella illa beatitudinis oriretur; donec apparuit eis super montem illum Victorialem, habens in se formam quasi pueri parvuli, & super se similitudinem Crucis: & locuta est eis, & docuit eos, & precepit eis, ut proficiscerentur in Iudam. Proficiscentibus autem eis per biennium, precedebat stella; & neque esca neque potus defecit in peris eorum. Cetera autem compendiose in Evangelio posita sunt. Tamen cum reversi fuissent, manserunt colentes Deum studiosius magis quam primum. & predicaverunt omnibus in genere suo. Cum post resurrectionem Thomas Apostolus iisset in provinciam illam, adiuncti sunt ei, & baptizati ab eo facti sunt adiutores ipsius. Proh Superi, quot ineptiæ! Aliqua pia, cetera inania. Idem legeris apud Bulenger. Eclog. 7. de Magis. Repellit figmentum ut excogitatum à Sethianis; Epiphan. Heres. 26. & 39.

9 Duobus annis, antequam Christus nasceretur stellam apparuisse in Arabia, fuit sententia Chrysofomi in Matth. Homil. 6. & plurimorum, apud Baron. quod supr. à n. 31. Contra stat Evangelista: *Cum natus esset Iesus (ait) ecce Magi ab Oriente venerunt. Ecce promptitudinem expeditionis indicat, quippe adventum demonstrat: duntaxatque intervalla temporis decurrerunt, que necessaria ad iter illud agendum, & in dromedarijs. Non ita longè ab Arabia Bethlehem, ut necessarius esset in iter conficiendum curriculum duorum annorum. Vid. Caietan. hic. Gemma Frisius lib. 2. de Divin. Characterism. cap. 3. sequitur ad verbum Nicephor. Calist. Hic enim 1. Histor. Ecclesiast. cap. 13. inquit: Sapientes hi natalium splendore, atque opibus insignes, stellam in sua regione prius conspexerant; non ex illis unam, que à primordio rerum cæli Firmamento affixa sunt, neque ex his generibus meteorum, que prodigio aut quasi enigmata Regum successiones pronunciant, comete, quorum ortus ab exhalationibus sursum latet, & circa ætheream plagam incensis, à physicis memorantur: sed novam planè in-*
Tom. I. Epbem.

solitam, ad terram vergentem, ac plurimum relucentem, persimilemque adeo reliquis sideribus cæli, nec alijs, quam qui sideribus cognoscendis operam dedissent, conspicuam & apparentem. Illa quidem non brevi, sed duos ante annos, quam Christus natus esset, exorta effulserat; ne quis duobus post natiuitatem annis, editam putet (novissimus error peior priore) sed Magi cum novo huius sideris spectaculo in considerationem ambiguum torquerentur, diu multamque inquirendo, in Prophetam Balaam inciderunt, qui de ea quod futurum erat, numine afflatus, tot seculis ante cecinerat. Fortassis etiam ab ijs quos in veneratione habuerant sacerdotibus, paulatim per doctrinam ad mysteria eius (que rationem omnem excellit) Dei Verbi natiuitatis deducti essent; maxime verò Deus ad hoc ipsorum animos excitaret. Proinde & summi Regis providentiâ natam stellam perinde atque animatam quampiam, intelligentiæque participem vim ex Perside Iudam versus moveri intelligerent, tanquam viæ ducem precedentem, posthabitis omnibus, sint ponè secuti. Cum verò ab Hierosolyma venissent in Bethlehem; que disparuerat prius, se rursus ostendit: ijsque ab Oriente procedens, tandem supra domunculam constitit, & quasi loco affixa, firmius immota permansit, ubi scilicet & mater ipsa, & Regum Rex, illius filius, admirandi præ stellis vateris effulgebant. Sanè specie stellæ huiusmodi meteorum constructum ministerio Angelorum; ut ait D. Thom. d. Hanc stellam Italia & Hispaniâ visam, dicemus, 25. Decembr. n. 4.

10 Dona illorum, uti mystica ac summè mysteriosa, physicè servata, ac credita filijs ab Adamo, dicemus loc. cit. n. 4. Ab Abrahamo originem sumpisse, ex Hebraicis traditionibus refert ibid. Aurumque fuisse ex præda victoria partæ de quatuor Regibus, ut dicitur Genes. 14. Dona illa iam Deo sacra (subdit Epiphanius) eadem dona, qui successores Magi, in participatione eiusdem spei, Christo in Bethlehem obtulerunt, quando stellam conspicati, venerunt. Confirmat vaticinio Isaïæ, 8. 4. Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, &c. Vide Tom. 6. T. 3. D. 1. n. 14. & Baron. d. n. 26. Prudentius in Apotheos. à v. 708.

Nunquid vana viros aut mens aut lingua fefellit?

Nunquid fortuitis frustrantia dona dederunt Prudent. Gasibus, aut cæco votum sub honore dicarunt? Sed iam tolle Magos: Thus, aurum, myrræ dona

Alia Historia Magorum.

Illic Magi profecti diebus tredecim pervenerunt in Bethlehem.

Dona Regi ab Abrahamo, imò ab Adamo.

Quæ verum docuerit Deam. Prasæpio, pannus, Matris adoratum gremiū, fax fidei ardens, Ipsa Deū virtus factorū, & mira loquuntur.

11 Admoniti in somnijs statim recesserunt ab urbe, & ut consilium potius fugæ, quam reditus in patriam caperent (uti refert Quaresm. *Terr. Sanct. Elucid.* Tom. 2. pag. 708.) recesserunt in specum, quæ post dicta Specus terra Virginis, de qua 3. Febr. n. 6, & inde quasi latenter per devia pervenerunt in propria. Inquit Baron. d. n. 37. *Ut nec in his, quæ esse solent in via, publicis hospitarentur hospitij; sed in montibus & speluncis agerent.* Astruit etiam Cyrill. Alexandr. agens de spelunca S. Theodosij in eius vita, apud Metaphr. 11. Ianuarij. *Quadam fama (ait) ab alto, à parentibus tradita ad nos usque, quæ dicit, fideles illos Magos, qui Bethlehem venerunt ab Oriente, deinde ab Angelo responsū accepisse; ne eandem viam rursus inirent, sed per aliam profus.* Hos fama dicit Magos, in hac spelunca in reditu fuisse diversatos: cumque hinc noctū dormissent, manè ingressos esse viam, quæ ducebat in patriam.

12 Diximus coadiutores fuisse Thomæ in propaganda fide. Mortui sunt: martyrio coronatos, affirmat Flavius Dexter, *Ann. Christ.* 70. n. 3. Negat Aquilinus, lib. 2. cap. 48. & Petrus de Palude, ut videbimus, num. seq. Constantinopolim translata illorum corpora, deinde Mediolanum, denique Coloniā. Carolus à Basilica de *Successorib. Barnabæ*, num. 10. inquit: *Ad Imperatorem cum Oratoribus Mediolanensibus missus est S. Eustorgius, & benignè exceptus & expeditus. In discessu Arcam, ubi corpora trium Regum Magorum, qui Christum Dominum in prasæpio adoraverunt, à Persia Constantinopolim in Basilicam S. Sopiæ allata, augustissimo apparatu asservabantur; eidem & Oratoribus donavit in monumentum & pignus amoris ipsius Imperatoris erga populum Mediolanensem: quam Arcam summa perfusa letitiâ, ingenti gaudio & exultatione Mediolanum detulerunt, & in Basilica, quæ postea S. Eustorgij appellata est, non sine prodigio divino reposuerunt. Vacca enim quæ Arcam deferrebat, subsisterunt in loco illo palustri & silvestri, nec unquam inde amoveri ullâ ope humanâ potuerunt: placuit enim Deo locum illum, in quo multa Sanctorum corpora ab initio Ecclesiæ Mediolanensis tacebant sine ullo honore, miraculo illustrare. Cum Arca illo loco constitisset sexcentis septuaginta annis, religione & devotione tantius populis, demum Federico & Enobarbo Imperatore, Coloniā SS. corpora à Reinaldo*

*asportata sunt. Aliter Aquilinus, lib. 4. cap. 45. illustrem translationem observat, & struens unam è vaccis à lupo in itinere occisam, illic præcepisse Eustorgium, in locum vacæ suffici, quod fecit, trahens curum cum alia Mediolanum usque. Ampliora refert Ægydius à Valle-auræa, *Histor.* cap. 43. *Cum translata fuissent SS. corpora trium Magorum, qui stella duce Christum natum adoraverunt; tanta fuit fragrantia, ut omnes, qui aderant eius suavitate rescicerentur. Singula corpora singulos dederunt odores, differebatque ab odore odor. Integra diu perdurarunt corpora, pellibus suis & nervis hærentia, eisdemque vestibus involuta, in quibus cum myrrha & aromatibus fuerunt sepulta.**

13 Añora videntur apud Petram-Sanc-tam de *Miracul. perpet.* cap. 12. *In Edis primaria sacrario Colonia Agrippina, ubi videntur corpora trium SS. Regum Magorum; superesse conspiciuntur supra unius frontem modici capilli, & in nudo quidem capitis cranio hærent, quoniam cutis omnino abest. Exstimat verò ex pia persuasione, magis quam revelatione, puerulum Iesum, manu blandiente, in ea parte Regem illum tetigisse; ac decuisse omnino, ut inaugurati divino illo contactu, capilli de capite illius non perirent. Iurè dicere quibat: *Posuisti super me manum tuam: mirabilis facta est scientia tua ex me.* Psalm. 138. à 5. Vitam illorum & mortem strictim in *Epiphan. serm.* narrat Petrus de Palude. *Melchiorum* (inquit) *Gasparem & Balthasarem, tres Magos, qui ab Oriente Christum Dominum in Bethlehem Iudæ adoraverunt, post Christi ascensionem Thomas Apostolus, in Indiam veniens, sacro baptismatis fonte abluit, & quemlibet Archiepiscopum in suo regno ordinavit: demum iniunxit, ut quotannis ad fontem & facellum in monte Faus (quo in loco, cum per aliam viam reversi sunt in patriam suam, arma sua depingere fecerunt, cum puero, matre & stella) unanimes convenirent. Cum ergo grandæva essent ætatis, & circa natalem Domini de more convenissent; tunc Melchior senior in octava Nativitatis Christi ibidem obdormivit. Deinde sacrâ die Epiphaniæ post Missarum solemnias, Balthasar obiit, & in eodem loco, quò prior, telluri mandatus est. Demum in octava Epiphaniæ, Gaspars & dum ad sepulchrum priorum duorum fuisset allatus (Mirabilis Deus in Sanctis suis) ipsi tanquam vivi, secesserunt in partes, & eorum fratrem in medio locari, permiserunt. Videtis Novarin. in *Mirabilib. Orb.* Tom. 1. lib. 6. cap. 2. §. 4. n. 11. & Boni-**

Recesserunt in specum terra Virginis.

Hærent adhuc capilli sine pellicranio.

Translatio illorum reliquiaram.

Stigmata illorū quænam & quo loco pictæ

Miracula insignia.

Cadavera duorum Gasparis cadaver in medio recesserunt.

nificat. Bagatt. *ibid.* in cap. 3. append. 4. n. 154-5. n. 50. & lib. 7. cap. 1. n. 5. Hæc de Theophania Domini & Regibus Magis. Quod ab Hispania proficiscerentur, & fuissent Hispani (ut contendit Caramuel de *Insignijs Hispan.* cap. 2. Medit. 4. quem sequitur ex abrupto Th. Tamayo Tom. 1. *Martyrolog. Hispan.* 6. *Januar.* liter. A.) delirium arbitror.

Baptismus Christi.

14 Eodem die completo ætatis anno trigesimo, transactisque simul tredecim diebus, Assertor N. Iesus-Christus, inter alios à Ioanne, etsi aliquandiu reluctante, baptizatus est in Iordane: tuncque apertum est cælum, & Spiritus Sanctus specie columbæ in vertice illius fedit, & Pater cælestis voce de cælo clarâ testatus est, illum filium suum dilectum esse. Sic hunc filium signavit Deus. Articulum refert Chronic. Alexandrin, pag. 535. *Accedente Christo in Iordanem, dixit Dominus Ioanni, dic Iordani: Siste, Dominus venit ad nos; & statim constitere aquæ. Tunc Ioannes adoravit eum: Ego, inquit, à te debeo baptizari, & tu venis ad me? & Dominus: Mitte modò, hoc fieri necesse est. Tunc in aquam descendantibus, effervuit unda, perinde quasi cum temperantur & insunduntur aquæ. Cùm deinde ex Iordane ascenderet, illicò patuit cælum, & descendit Spiritus S. in star igne fulgentis columbæ, ingensque vox audita est, non secùs ac si tonitru reboaret: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Addit etiam, tunc Ioannem dixisse: Vox Domini super aquas. Ex Evangelistis ferè omnes Chronologi, præter Epiphanium, asserentem Hæres. 5 1. Christum baptizatum 8. Novembris, ut miraculum conversionis aquæ in vinum incidat in præsentem diem, sexagesimum à baptisate. Occurrit dubium, scilicet quomodò Ioannes de illo testimonium perhibens dixit Phariseis: *Et ego nesciebam eum*: Ioann. 1. 31. cùm priùs videns Iesum, venientem ad se, digito signavit, dicens: *Ecce Agnus Dei* v. 29. Non enim reluctaret baptisate, ni cognovisset, quis venerat baptizari. Matth. 3. 14. Cognoverat sanè, verùm haud facie cognoverat, quousque venientem ad se divino afflatu cognovit; ideoque excusabat baptizare: tunc priùs nescienti, revelatum est, ut testimonium possit veraciter perhibere de illo, de quo dixerat: *Ille vos baptizabit in Spiritu-Sancto & igni*: v. 11. *Super quem videbis Spiritum descendantem & manentem super eum; hic est, qui baptizat in Spiritu-Sancto.* Ioann. 1. 33. Cognovit antequàm Salvatorem baptizaret: signumque eius excellentiæ post baptismum etiam cognovit, dum*

Effervuit aqua Iordani.

Antilogia.

Tom. I. Epbem.

specie columbæ descendantem super eum; Spiritum-Sanctum vidit. Ingeniosè Augustinus hic *Tract.* 5. *Cognoverat Ioannes Dominum* (ait) *quando ad eum Dominus ad aquam venit: manifestatur, quia Ioannes secundum aliquid noverat, secundum aliquid nondum noverat Dominum. Innotuit per columbam Dominus, non ei qui se non noverat; sed ei qui in eo aliquid noverat aliquid non noverat:.. Aliud est enim baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem. Baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur; non qualis est ille per cuius ministerium datur. Ergo baptisma Domini divinum, quia Dominus, Deus. Hic est, qui baptizat in Spiritu-Sancto.*

15 In miraculis adorationis Regum & Christi baptismatis conveniunt AA. cunctis: variant verò in tempore prodigij conversionis aquæ in vinum: Ecclesiaque tribus his miraculis celebrat festivissimum diem. Augustin. de *Tempor.* serm. 27. Maxim. in *Dom. Epiphan.* Isidor. 1. de *Offic. Ecclesiast.* cap. 27. & metricè S. Paulin. in *Natal.* 9. Felicit. à v. 42.

Quo die Christi baptismate

Gesta Deo memori nobis recoluntur amore. Sic enim divina feruntur munera Christi: Ut veneranda dies cunctis, qua Virgine natus Pro cunctis hominem sumpsit Deus: atque deinde

Qua puerum stellâ duce, mystica dona ferètes, Paulin. Suppliciter videre Magi: seu qua magis illâ Iordanis trepidans lavit, tingente Ioanne Sacramentem cunctas recreandis gètibus undas. Sive dies eadem magis illo sit sacra signo Quo primum Deus egit opus, cùm flumine verso

Permutavit aquas prædulcis nectare vini. Mariana in Diar. Vit. Christi. ann. 31. Castell. in Summar. Peregrinat. Adrichom. & Gislandis, asserunt die præsentis factum miraculum, sed non eodem anno, quo Christus baptismate lotus; cùm fuisset anno sequenti, eò quod ieiunium, testimonium Ioannis, vocatio discipulorum, & abitus in Galilæam præcesserint; ut constar ex Evangelistis: quin locum habeat sententiâ præfata Epiphani; vel quia hoccine in die baptismate Christi non erit, vel conversio aquæ deficiet; sicque non tribus miraculis illustratus dies.

16 Baronius, *Annal.* 31. *ann. Christi.* num. 34. inficiatur huiusmodi miraculum factum 6. *Januar.* Epiphan. loc. cit. asserit sexagesimo die à Christi baptismate factas fuisse nuptias in Cana. Patet, ni fallor, ex chronotaxi. Isthoc enim die à prandio post baptismum secessit in desertum, ubi mansit

Non lodi.

per dies 40. die 7. *Januarij* cœpit ieiunium, finitum 15. *Februar.* (Alapid. in *Chron.* 10. & Adrichom. d. placet die 16. quia anni lunares, ut videbimus 16. *Februar.* n. 5.) redijt in Nazareth, quò aliquibus arridet baptizasse Matrem, & ibi mansit 15. dieb. Mox 36. dieb. à baptisate, die scilicet primà Martij iuxta Epiphan. d. testimonium perhibuit de eo Ioannes, rogatus an ipse esset Christus. Die seq. venit Iesus ad Ioannem, qui iterum ostendit dicens: *Ecce Agnus Dei.* Unde Andreas, & alter Baptistæ discipulus (à nonnullis signatur Evangelista Ioannes) Iesum statim secuti. Sequenti crastino, 4. nempe Martij Christus in Galilæa Philip-pum vocavit, præsentibus Andrea & Petro, adducto per fratrem ad Iesum. Inde die tertia ab adventu secundo Salvatoris ad Ioannem, cum quatuor discipulis & Nathanaële, Matreque Virgine conviva introivit ad nuptias in Cana Galilææ, factas 60. die à baptisate, nempe, 5. *Martij.* ubi factum primum miraculum conversionis aquæ in vinum. Ex quo patet, etsi præsentis die huiusmodi miraculi memoria fiat; minimè factum temporis decursu eodem die quo Christus à Magis adoratus, & in Iordane lotus.

17. Baronius loc. præfat. causam ostendit, cur Ecclesia miraculum celebret, quo die non contigerit. *Hæc tria* (inquit) *ad ostensionem Christi facta dicuntur: non una eademque die singulis quibusque annis sunt peracta.* In Theophania Salvator manifestatus est Gentibus; Magis, illarum primitijs. In baptisate Messiam Deum-hominem ostendit vox paterna: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* In Cana per miraculum discipulis *manifestavit gloriam suam.* Summa nostra felicitas in illius verte-batur cognitione. Quare ille, Ioann. 17. 3. *Hæc est* (dixit) *vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum-Christum.* Propter huiusmodi notitiam tribus miraculis nobis obiectam, Chrysostr. Homil. in *Nativit. Domin.* Tom. 2. inquit: *Nonnulli putant, quòd in Epiphanijs nascitur. Nos ergo dicimus, quia bodie Christus natus est, in Epiphanijs renatus.* Utrumque verum; quippe nobis, quasi non natus, ni nobis ostensus, & à nobis cognitus. Cunctis natus, sed Iudeis quasi non natus, & in propria venit & sui eum non receperunt. Alcim. Avit. *Geneseos*, lib. 4. v. 569. accinit: *Sto nescis Iudæe fidem servare magistro, Sic carnem dimissus amas, sic gratia nunquam Custodi vite, dominoque rependitur ulla.*

18. Miraculum conversionis aquæ in

vinum (iuxta lectionem Septuagint.) cogit-
at Hieronymus in *Isai.* 9. 1. vaticinatum à
Propheta. *Primo tempore alleviata est ter-
ra Zabulon &c. Septuagint. Velociter bibe,
hoc primum bibe regio Zabulon: terra Nepta-
lim & reliqui, qui iuxta mare estis trans
Iordanem Galilææ Gentium.* Hieronym. *Quod
Iesus cum discipulis suis in Cana Galilææ, in-
vitatus ad nuptias, primum ibi signum fecer-
it, aquas in vinum convertendo: unde dicitur:
Hoc primum bibe.* Assentit Deus Eccle-
siæ celebritati huius miraculi, ac temporis
equidem in eodem ipso die quo Ecclesia fa-
ctum à Christo recolit, similia diversis par-
tibus orbis mirificè facit. Epiphanius quò
dudum. *Post annos triginta* (subdit) *factum
est primum miraculum in Cana Galilææ,
quando aqua facta est vinum: quapropter
etiam in multis locis usque in hunc diem hoc
fit, quod tunc factum est divinum signum
in testimonium incredulis; velut testantur
in multis locis fontes ac fluvij in vinum con-
versi. Cibyses quidem urbis Carie fons, qua-
bora hausserunt ministri, & ipse dixit: Date
Architriclino. Testatur & in Gerasa Arabiæ
fons similiter. Nos bibimus de Cibyses fonte:
fratres verò nostri de eo, qui est in Gerasa in*

Fontes &
flumina in
vinum con-
versa.

Nilus etiam

*Martyrum templo. Sed & multi de Nilo in
Egypto hoc testantur. Quare in undecima
Tybi apud Egyptios* (respondet 6. Januarij)
*omnes hauriant aquam & reponunt, tum in
ipsa Egypto, tum in multis regionibus. Ea-
dem referuntur à Biscoliola, loc. infra citand.
Signum ergo apud Ethnicos divinitatis fuit
aquæ in vinum conversio. Nonnus Panopo-
lit. 14. Dionysiac. à v. 410.*

*Deus festivo animo flumini affudit vini
munus,
Profluvia inebriavit: mutatis verò flu-
vibus,*

*Spirabant nuper fusi vini benevolantes aure.
Ripa purpurabant. Vab! Magnū miraculū.
Novum vidi, & incredibilem potum, men-
tem oblectantem.*

Nonna

*Hic sentio imaginem cæli, nectar Iovis.
Idem dicit de flumine Hydaspe, ibid. lib. 25.
p. 278. & Ovid. 8. Metam. fab. 8.*

Et Hydaspe

*Interea quoties haustum cratera repleri,
Spontè sua, per seque vident succrescere vina:
Attoniti novitate pavent.*

Ovid.

19. Alia diximus pridie, quippe signatè
Nonis Ianuar. figuntur. Videris, & etiam 2.
Septembr. ubi plura sacrificulorum & dia-
boli embolia. Biscoli. Tom. 2. *Horar. Sub-
sec.* lib. 4. cap. 6. n. 6. de cunctis relatis ac
citatis, ait: *Non referenda ad Christi Domi-
ni miraculum.* Econtra Baron. d. n. 33. Pla-
nè intelligas ea omnia virtute buluscemodi
Cbr-

Christi ge-
sta.

Cur bodie
celebratur?

Alcim. A-
vit.

Christi miraculi facta esse. Anno ultimo Salvatoris prædicationis; astruit Reufner. hodie electionem ac missionem 72. discipulorum; ex *Luc. 10.* à 1. Gislandis, *ann. 31.* qui 32. signat miraculum de multiplicatione septem panum in escam turbæ, quæ cum per triduum secuta fuerat: ex *Marc. 8.*

Triumphus C. Iul. Cæsaris. 20 Romæ dies fastus & ater K. R. & Gyrald. Ater, quia postridiè Nonas: fastus & faustus per tres triumphos Iul. Cæsaris (de quibus fufius, 2. *August.*) per triduum; quos tristis egit, quia illi malum omèn, apud eodem Fortunæ, triumphalis rhedæ axem contractum. *Primâ die triumphus Cæsari omen aduersum fuit. Axis enim currus triumphalis contractus est ad fanum Fortunæ; quod Lucullus extruxerat, ut alio opus fuerit ad triumphum.* Bulenger. *de Augurijs*, cap. 14. & Marlian. *cap. 15.* Sueton. *in Cæsare*. cap. 37. *Triumphus die* (inquit) *Velabrum prætervebens, penè Curru excussus est, axe diffracto: ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextrâ atque sinistra lychniscos gestantibus.* Hinc post vehiculi casum, quoties confederet, incantatione utebatur. Schild. *hic.* & Plin. 28. *cap. 2.* *Post unum ancipitem vehiculi casum, earmine ter repetito securitatem aucupari solitum.* Idem apud Buleng. *Advers. Magos*, lib. 2. *cap. 15.* Accepit malum nonnunquam sinisterum omen in sellis. *Quo die primùm veste purpureâ processit, utque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit cor:* inquit Plin. 11. *cap. 37.* Renuit vehi equo illo famoso; propter pompam currus, in ampliorem triumphus maiestatem; *qui ei natus Lusitaniam gerenti, cui gemina anteriorum pedum ungula; qui mox illum elatè admodum gestaret, reliquos recusaret: unde immodica de se sibi cepit polliceri.* Rhodigin. 21. *cap. 24.* Post de equo plura figmenta. *Utebatur equo insigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum unguis fissis* (ait in eo, *cap. 61.* Sueton.) *quem natum apud se, cum aruspices imperium orbis terræ significare domino pronunciaffent, magnâ cura aluit: nec patientem sessoris alterius, primus ascendit; cuius etiam instar pro eade Veneris Genitricis postea dedicavit.* Idem refert Plin. 8. *cap. 42.* In triumpho Cæsaris summa superbia & cænodoxia, luxus & fastus. Sueton. *d. cap. 37.* & Appian. 2. *Bell. Civil.* E Capitolio transiit in templum Herculis, quod triumphalis cœna parata, regia & exquisita. Athen. 4. *n. 15.* *Cœnis triumphalibus Cæsaris Dicitatoris C. Hirius sex millia numero muranarum mutuo appendit.* Plin. 9. *cap. 55.* & M. Varr. 3. *cap. ult.* Am-

pliora refert Alex. Neapol. 6. *cap. 6.* *Præter obsonia apparatusissima* (inquit) *uno die in duobus & viginti mollibus tricliniorum instructis, paratisque mensis epulum regali magnificentia, ac vini Falerni amphoras centum, & Chij cados centum, populo dedisse fertur; ubi sex muranarum millia unâ cœnâ exhibuit.* Eadem Plutarch. in *Cæsar.* & Plin. 14. *cap. 15.*

21 Decursu temporis eodem die Augustus tres egit triumphos. Alex. Neapolit. 6. *cap. 6.* *Curules triumphos egit, continuo triduo.* Sueton. in eo, *cap. 22.* Alludit Virgil. 8. *Æneid.* à v. 714. *At Cæsar triplici inuictus Romana triumpho Mœnia, Dijs Italiam votum immortale sacrabat.*

Velleius refert, & alij plures, ex Dione lib. 51. *Curru aurato sublimis, ac ornatu humano augustior, quatuor insignibus equis altior & magnificentior vehebatur.* Alexand. d. ubi Tiraquell. *Tres Augustus* (inquit) *habuit triumphos: nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium vicerat: secundo, qui Dalmatas vicerat: tertio, ipse cum Alexandrino est ingressus triumpho.* Lipsius in loc. cit. Sueton. & 1. *Electo.* *cap. 20.* autumnat triumphos factos; primò, devicto Antonio & Cleopatrà, secundò, superatis in Hispania Cantabris: tertio anno 41. Imperij, toto orbe Romanis subiecto; pace terrâ marique. Hinc Elias Reufner. inquit: *Augusti triumphus, Ianum claudentis.* Pontanus suffragatur, in illud Virgil. 1. *Æneid.* v. 298. *Claudentur belli portæ.* Idem Beyerl. Sic ter probat Lipsius, ab Augusto clausum Iani templum. Non quod tertius cluserat, ut Uvolfang. Lazius cogitavit (vide dicta die 1. n. 8.) equidem Sueton. d. *Ianum Quirinum* (ait) *semel atque iterum à condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo brevior tempore spatio, terrâ marique pace partâ, ter clusit.* Regeremus denuò die 13. n. 4. Nonnulli triumphos relatos Augusti Cæsaris signant per triduum, à 6. *August.* uti videbimus.

22 Inter Athenienses *Hephestia*, sive *Vulcanalia*, per triduum; in quibus ludus ex certamine lampadum. Meurs. de *Popul. Attic.* & *Græc. feriat.* sicut in Panatheneis & Promethæis, iuventus cursu certamina celebrabat. Primus facem tollebat, deinde tradebat sequenti, tertio secundus, & sic de omnibus, donec currentium impleteretur numerus. Pfellus in *Physic.* lib. 5. Varro de *Rustic.* 3. *cap. 16.* Aristotel. 5. *Physic.* *cap. 14.* & Cornut. in illud *Perlij, Satyr.* 6. v. 61. *Qui prior es, cur me in decursu lâpada possis?*

Triumphus Augusti Cæsaris.

Virgil.

Ter clausit Iani templum.

Hephestia, Vulcanalia.

Perlij.

Ludicrum totum, igitur theatri risus, ex eo quod cursores in ludo non curerent, sed potius & lento gradu ambularent; ne lampas impulsio aere extingueretur violento pernicipi motu. Præmium cœna victori. Plus in ludo succi habet allegoria, quam scena.

Statua Cas-
sandræ.

Hoc etiam die signatur statua erecta Cassandræ, cuius simulacrum Alexandriæ colebatur. *K. Græc.* Error manifestus, quippe imago Cassandræ non Alexandriæ dicata, sed sub nomine Alexandræ, in Leuctra civitate, apud Spartanos. *Ædes ibi erecta est Cassandræ, Priami filie; cuius simulacrum ab incolis Alexandræ nomine colitur:* ait Pausan. *cap. 109. & cap. 102. Amyle Alexandræ templum & simulacrum. Alexandram, Cassandram Priami filiam esse dicunt.* Fuit Va-

Fuit Sybil-
la.

tes (à Gyrald. *Dialog. 2. de Poetar. histor.* in fin. Sibylla dicitur ex quo infantem dormientem in templo Apollinis Tymbræi, cum Heleno eius fratre, ibi serpentes mulcebant, sensoria circumlambentes absque ulla læsione. *Cœl. Rhodig. 24. cap. 6.* Fuit præstantissimâ formâ. *Homer. 13. Iliad. v. 364.* propter quam ab Apolline dignata vaticinandi dono: at cum illa illi fucum fecisset; donum irritum fecit, additâ Cassandræ O-

Non veteri
habita in o-
raculis, sed
furibunda.

raculis lege; ut nemo illis crederet (ut contigit in ortu fratris Paridis, & equo Epei. *Hygin. Fab. 93. Apollodor. 3. n. 5. Propert. 3. Eleg. 13. à v. 61.*) imò insana haberetur, & furibunda. *Senec. in Agamemn. v. ult. hic Delr. & in Troad. v. 35. ad illud: Credi, Deo vetante.* Unde ipsa clamabat civibus, dolo prænunciato, victis, apud Plutarch. in *Præceptis Politic.*

Plutarch.

*Vatem voluit frustra sanè esse me Deus;
Quando ante cladem sum nominata insana:
Calamitate accepta, nunc sapiens vocor.*

23 Desponsata fuit Coræbo, qui interfectus à Neoptolemo, dum veniret ad nuptias. *Pausan. cap. 344.* Expugnata Troiz urbe, in aram Minervæ Iliensis confugit; à cuius ara Ajax Oilei divellit (dicit idem, *cap. 167. & 343.*) ac vitia vitæ, ob cuius facinus tot mala Achivi perpessi. *Ibid. cap. 14.* De Aiæis dracone, quo utebatur uti cane, dicemus *Itagog. Decembr. n. 18.* Pro expiatione, ut iusserat Oraçulum Delphicum, quotannis Locri ad placandam Troianam Palladem, quousque mille complerentur; mirtabant sortitò Troiam duas virgines, quas Teucris iugulabant, & iugulatas aggressibus & sterilibus lignis comburebant. Ita

Flagitium
Aiæis Oilei.

Timæus Locrus, 2. *Histor. & Delr. in Agamemn. tragœdia; v. 540.* Meminit Plutarchus, de *Sera Numin. vindict.* In sceminarum Troadum forte Cassandra contigit A-

Supplicium
ex virgini-
bus locrensi-
bus.

gamemnoni (priùs relicta in templo meditanter Arca, in qua inclusum Liberi Patris signum, à Iove Dardano datum, ex cuius aspectu quilibet agitabatur infania, ut contigit Euripilo, de quo, 3. *Decembr.*) ex qua habuit Telemannum & Pelopem, quos Ægyptus iugulavit ad tumulum genitricis, inter Mycenæ & Amycleam. *Pausan. cap. 59.* Mirum refertur de Cassandræ templo post apothosim in Numen, de quo fuscè in ea Lycophron. *Iuxta Salpem paludem, & oppidum Dardanum* (inquit Nicol. Leonicus, 3. *Var. histor. cap. 43.*) *quæpiam si accolarum virgo, virginitalis amore, nuptialibus renuncians votis, sive ob oris deformitatem, sive aliâ causâ, perosa virgo confugerit, Cassandræ erat; & inde illam abstrahi invitam pro summo habebatur scelere: quæ quidem postmodum detonsis crinibus, & pullas induta tunicas, faciemque quibusdam coloribus delinita, quo turpior videretur, per omnem ætatem virgo perseveranter manebat.* Idem referunt *Maiol. Tom. 2. Colloq. 2. Gyrald. Syntagm. 4. n. 26. & Cœl. Rhodig. 14. cap. 1.*

Arca Cas-
sandræ cum
simulacro
Liberi-Pa-
tris.

Mors & mo-
numentum.

Templum.

24 Apud Ægyptios auspiciatissimus dies propter sacra Pamyliorum à Pamyle, quæ egressa Thebis, è templo Iovis, audivit vocem, qua iubebatur, Magni Regis & benefactoris Osiridis proclamare nativitatem: quæ cum Osiridem educasset, in eius postea memoriam, Pamyliorum instituit festum. *Kircher. Obelisc. Pampbil. lib. 3. Plutarch. de Isid. & Osirid. & Gyrald. Syntagm. 8. n. 23. quem sequitur Causin. in Hieroglyph. 5. lib. 1. Hori Apollin.* Alia erant Pammelia, seu Phallophoria; de quibus 26. *August.* Item hoc die 6. Mechir, Sacerdotes adyta lustrabant, & Canopo litantes sacra faciebant. *Kircher. 2. p. Oedip. Class. 7. cap. 2. Tom. 2. de quibus sacris, 28. April. in Hydrophorij.* Etiam hoc die signatur à Petr. Polo Adventus Idis in Italiam. Fallitur, videbimus postridiè ex selectis AA.

Pamylia.

Pammelia.

Canopus.

DIES VII. IANUAR.

I G Rad. 17. Solis in Capricorno, qui putealis. *Dariot.* sed à Firmico notatur infelix, eò quod influat in uxorum necem, & interficientium supplicium publicum. *Fundus Vasis manè occidit, Iun. & in. K. A. Septentriones & Aquilo vebementer flant.* *Ptolom. Vir cynocephalus: idest, capite canino.* *Sphar. Arab. Anno 15. regni Saul, & 4. à victoria Davidis de Goliath, cum hic illum fugisset, ne occideretur, ut Rex iusserat, uti dicemus, 8. Novembr. n. 2.*

VII. Id.

confugit ad Samuelem in Ramatha, à qua urbe discedentes processerunt in locum proximum fertilem, nomine Naioth, quò tunc debebant. In Rege, possessò à dæmone, odio implacabili flagrante, haud quieuit etiam in absentem furor: quare ut cognovit, quòd David cum Samuele degeret, statim in necem quæsit. Misit itaque liçtores ut illum raperent: sed qui missi, divino afflati Spiritu ut in cuneum pervenerunt Prophetarum, obliti commissi ab improbo Rege muneris, inter illos laudes Domino canebant; quòd alijs super alios supervenientibus ita, accidit. Rescivit Rex & magnopere exanduit frendens, properansque arreptitius pervenit in cisternam Socho, de qua Adrichom. in *Juda*, n. 227. Quòd apparitoribus, accidit ipsi Regi furenti, cum impatiens propter indignationem in Naioth cucurrisset. Tunc in concinendis Dei laudibus longius quam milites missi, commotus spiritu visus est: non enim uti cum electus à Domino fuit in Regem, inter prophetas plaudebat; sed quasi extra se tota die illa & nocte, posuit vestem, cultumque regium, uti signum depouendi mox cum vita abominabili, regni. Reuchlin. ex *1. Reg.* 20. à 1. & *Ioseph. 6. Antiq.* cap. 14. Qualis eius prophetia, dicemus *7. Novembr. n. 2.* Reliqua postridie, n. 1.

2 Postquam Zacharias impietate patrum suorum impeditus est, ne statim morte Ieroboami ascenderet in thronum Israël, & post octennium eius factio prævaleret (ut observat Genebrard. *Ann.* 3390.) & vix sedisset in solio, quippe principatu sex per menses duntaxat potitus; regno & vitâ privatâ (impleto sermone Domini, de regno in domo Iehu usque ad quartam generationem, *4. Reg.* 10. 30. & 15. 12.) à Sello publicè, qui pridem in coronam Zachariæ rivalis. *At ab uno è suis purpuratis per dolum occiditur* (inquit Ioseph. *9. Antiq.* cap. 11.) *sed trigesimo post die malè partum regnum malè perdidit*: igitur Præfectus militiæ Zachariæ, Manahen nomine, qui ad Therfam erat cum exercitu, quippe necdum subdita Zachariæ præ factionibus; cum regijs copijs aggressus Sellum, in Samaria confecit, simulque imperium invasit; in quo omnino crudelis. Therfa eum Regem abnuens clausit ostia: ultorque dirisimè in cives perpetravit, quæ vel barbarus horret. *4. Reg.* 15. à 16. *Nec mitior fuit* (subdit Ioseph. d.) *post. è toto decennio, quo Israelitis præfuit.* Timentat se timentes, quippe lubricum & ludicrum imperium fultum sanguine: quapropter insidias suspicans, & simul cavens, Regem, Afsyriorum Phul vocavit in auxilium,

Saul prophe-
cat.

Occiditur à
Sello Zacha-
riæ Rex I-
sraël.

Occisor à
Manaben,
qui regnat
tyranicè, vo-
cato in auxi-
lium Phul,
Rege Afsy-
riorum.

cui promisit auspicij quocannis mille talenta argenti, quo Manahenis firmabatur regnum. Hanc ut conficeret summam, quinquaginta siclos argenti in ditiorum singula capita indixit. Ubi supr. v. 19. Hic Phul primus fuit, qui ausus ex Afsyrijs Principibus transire ultra Euphratè. Diviserat enim Monarchiam incenso Sardanapalo, cum Arbace; cui dedit Mediam & Persiam, sibi servans Babyloniam & Afsyriam, uti dicemus *15. Iun.* à n. 7. Quo intuitu recedens, denuò venit in terram Israël, videfis *22. Maij*, à n. 3.

3. Hac etiam die (tempus variè à Chronicis signatur, quippe cum non constet ex sacra pagina, unusquisque in suo sensu abundat; ut videri licet, apud Tornicell. *Ann.* 3690. n. 3.) Iudæi privilegia sua amiserunt, impetrata à Regibus Perfarum per Esdram & Nehemiam; ob templum sacrum pollutum à Sacerdote Summo, cui incumbebat Sanctuarij amplissima reverentia. Reuchlin. Causa sacrilegij fuit nex Iesu, illata à fratre Ioanne seu Ionathan Pòtifice, eò quòd fretus favore Bagosæ Artaxerxis copiarum imperatoris, qui promiserat Iesu Pontificatum fratris; in hunc potestatem sibi arrogans, insurrexit, ortâ gravi altercatione, & intra templum. Insolentia fratris ita Ionathan commovit in iram, ut mortem non intendens icu, inferret cum suis, & cadaver intra templi claustra absconderet. Accurrit Bagoses continuo in templum, à quò per Sacerdotes arceatur; sed vi ingreditur; visoque amici cadavere, exprobrans templi irreverentiam, fratrisque & iram & audaciam; tributa Iudæis imposuit, ademptis, quæ Reges Perfarum è suo arario pro templi victimis dari iusserant (*1. Esdr.* 6. à 9. & *7. 20.*) quæ multa per septennium Iudæis imposita, ut ait Ioseph. *11. Antiq.* cap. 7. Dolentibus ex corde viris de religione ac rebus Iudæicis beneficiis. Unde Rab. Abraham in *Cabal. & Genebr.* *Ann.* 3760. inquit: *Tempore quo Alexander Magnus Ierosolymam adiit; moriuntur Esdras, Nehemias, Zacharias, Aggeus & Malachias.* Dicemus etiam *25. Septembr.* n. 5.

4. Ausus Bagosæ tribuitur eius potentia, quæ quidem magna, cum ad nuram deponeret, & assumeret in thronum Perfarum, quem volebat. Nò Perfa, sed Ægyptius erat, qui namque: cum videret Darium Nothum in recuperatione Ægypti, quæ à Persis desciverat, sacra Ægyptiorum irridere, igitur prosum ridicula; indignatus, contumeliam gentis suæ & Numinum, morte Regis ultus est. Ita Sulpitius, in *Histor.* lib. 2. Astruit etiam

Quo tribu-
to?

Iesus Sacer-
dos occidi-
tur in tem-
plo à fratre.

Iudæi amit-
tant privi-
legia.

Quis Bago-
ses?

Dariu, seu
Artaxerxes
Norum in-
terfici.

etiam Briecius, *Ann.* 3714. *Bagoas Spado, sed fortis, natione Aegyptius (infir) irrisus ab Artaxerxe Ocho de Aegyptiacis superstitionibus; eum per medicum veneno sustulit, eiusque corpus in minuta frustra concisum; felibus vorandum obiecit; substituto in eius locum alio eadavere.* Vid. 7. *Iun.* n. 3. Talionis poenam Bagases subivit: equidem cum idem instruxisset adversus Darium Codomanum, ultimum Persarum Monarcham; hic sibi veneno insidiantem, venenum ebibere compulit. Idem, *Ann.* 3718.

5. Postridie baptismum, venientem ad se, Iesum Baptista digito demonstravit Agnum Dei; asserens illum esse, de quo pridem dixerat: post se venire, qui prior illo erat, & baptizaturus in Spiritu-Sancto & igni. Gisland. fallitur, quia post baptismum illud recessit in desertum, ibique hac die incepit ieiunium, finitum 15. *Februar.* Reversus, quindecim diebus cum matre mansit in Nazareth (Epiphan. *Heres.* 15.) & post, testimonium a Ioanne de illo perhibitum Phariseis, quod contigit, 1. *Mart.* altero die, videns Praecursor Christum venientem ad se, digito demonstravit, dicens: *Ecce Agnus Dei*, &c. Alapid. *Chronotax.* n. 10. & 11. Hoc accidit eodem die, quo septennis, fetore annis 23. in terram Israel reversus est ex Aegypto. Baron. in *Notis ad Romian. Martyrolog.* cum alijs pluribus. Etiam missa faciendae quae hac die signantur ab Alva & Lamy, de quibus Polo, a n. 1597. Anno sequenti, qui Christi aetatis 32. cum propter incarcerationem Ioannis recessisset a Iudea, perrexit in Galilaeam, & transiens per Samariam, iuxta fontem convertit Samaritanam, & alios urbis cives, apud quos duobus diebus mansit. Alapid. d. n. 15. Vocabatur Photina (hoc est, Illustris) quae summa constantia respondit Christi amori, & fidei suscepta; uti patuit martyrio, quod ex Ieremia, Patriarcha Constantinopol. refert. Vivar, in *Flav. Dextr.* anti. Christ. 60. *Commentar.* 1. Victoris mater Photina (ait) cum quinque sororibus ad conspectum Neronis ingressa est. Primum omnes in carcerem teterrimum detrusi, post educti, in clibanum ardentem iniecti, & per tres dies incolumes, veneno potati, bovinis nervis cæsi, ferreis pectinibus excarnificati, facibus exusti, in sublime suspensi, plumbo liquefacto in os Photinae & auribus cæterorum iniecto; Christi visione, cum illorum oculi a carnificibus essent eruti, in pristinam sanitatem redacti, & restituti oculis; in novum certamen adducti, pelle detracta, & capite amputato, illustrissimam martyrij palmam perceperunt; una

excepta Photina, quae in veterem cisternam immissa, indeque extracta, flexis genibus impollutum Deo spiritum reddidit; 20. *Martij.* Vide Baron. hac die in *Notis ad Martyrolog. Roman.* liter. D.

6. Romæ, dies Aegyptiacus, ater &ominosus. V. K. R. & Gyrald. qui signat Ianis sacra, de quibus postridie. Multa de Iano diximus die 1. a n. 6. Imago eius sic ab Albrico describitur; cum Iani potestati tribueretur cunctorum principium & finis. *Erat Rex homo, sedens in throno fulgenti radijs circumquaque: duas facies habebat; quarum una ante se, altera post se respiciebat. Iuxta illum quoque erat templum, & in manu eius dextera habebat clavem, qua templum ipsum aperire monstrabat: in sinistra vero habebat baculum, quo saxum percutere, & ex illo aquam producere videbatur.* Adi Ovid. 1. *Fastor.* v. 99-117-125-228. & 253. Gyrald. *Syntagm.* 4. a n. 27. Natal. Com. 2. *Mytholog.* cap. 2. & Plutarch. in *Numa*, ubi inquit: *Apud Antiquos sive Rex urbanus, sive Demon fuit, benignus extitit; quia ab agresti atque ferina vita, ad aliam meliorem homines revocavit: ideo bifrontem effingunt: de quo fuse Chartar. in eius Imaginib. a pag. 28. & Dempster. ad cap. 3. lib. 2. Rosin. Eius officia apud Maur. Terentian. Eclog. 5. a v. 1. ficine describuntur.*

Iane Pater, Iane tuens, dios, biceps, biformis. O cate rerum sator! O princeps Deorum! Stridula cui limina, cui cardinei tumultus, Cui reserata mugiant aurea claustra mundi.

7. Arbitror hunc diem a Romanis celebrari, propter eius adventum in Italiam, regie & humaniter a Saturno suscepti. Aliiter seu econtra a nonnullis cogitatur. *Saturnus è carcere elapsus (infir Natal. Com. d.) venit classe in Italiam ad Ianum, qui tunc ibi regnabat, & comiter ab illo hospitio suscipitur; quem & vivendi rationem docuit, & cultum agrorum. Huic Ianus pro accepta disciplina, fertur, dimidio sui regni remanuisse: & pecunijs, quae ex illius ingenio primum sunt impressae, novum fuisse ex altera parte impressam, ex altera bifrontem effigiem; quia regnum scilicet communi consilio Iani & Saturni gubernaretur. Cogitatio fuit Ovidij, d. a v. 235. Hinc moneata ludentes pueri, cum sursum iactarent, dicebant: Ianum, an Ratem? Idem, v. 229. Constant. & Marsius, hic, Smet. in *Fast. Plutarch.* 40. *Rom. qq.* Stuck, de *Gentil. sacrif.* cap. 25. & Pier. Valer. 32. *cap.* 15. Iccircò eorum statuæ collocabantur una. Virgil. 7. *Aeneid.* a v. 180. accinit:*

Ipsa veneno perit.

Christi gestus.

Primus dies eius ieiunij.

Samaritanæ conversio & martyrium.

Iani imago.

Ianus bifrons.

Maur. Terentian.

Eius in Italia adventus, imò ad illum Saturni.

Virgil. *Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago Vestibulo adstabant.*

8 Alij unum faciunt Ianum & Saturnum, ut Kirch. 1. Tom. *Oedip. Egypt. syntagm.* 3. cap. 4. Minutius, in *Octavio*; Latant. 1. cap. 3. & Gyrald. d. Unde ab Anno Viterb. in *Berosi prefation.* Noëmus, qui in Italiam venit, notus nomine Iani (idem de *Regib. Babylonia*, pag. 115.) dicitur Ogyges primus, Saturnus, Ianus, Proteus, idest, Vertumnus. Ridetur à Gyraldo, d. Noëmi in Italiam adventus, cogitatioque arrisit Goropio Becanò: at quod negat patri concedit Iaphet, vocatumque Ianum. *Origin. Antuerpian.* lib. 4. quasi ante illum in Italia alij essent indigenæ, qui Iaphet delerent, nominis mutatione. Mors Iani ab Anno signatur, Commentar. de *Regib. Asyrrior.* pagin. 131. *Sub Nino vità Ianus discessit.* Nec enim mirum inter illos Numen mortale. Appositè Tertullian. in *Apolog.* cap. 10. *Si queras (ait) rerum argumenta, nasquàm invenio fideliora, quàm apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post Attica hospitia confedit, exceptus à Iano. Ab ipso primum tabulæ & Arariù in imagine signatus numus, & inde Arario ade Saturni. præsidet. Tamen si homo Saturnus, utique ex homine: & quia ab homine, non utique de cælo & terra.* Altipulantur hìc Zephyr. in *Paraphras. & Pamel.* n. 158. Nescio, quo intuitu (nisi quia Iani templum clusum & apertum) in quorundam sepulchris sculpta ædificia partim ianuis apertis, partim clausis. (de quibus Rosin. 5. cap. 39.) Si principium Ianus & finis rerum, ex nativitate hominibus ad vitam ianua aperitur, in morte clauditur. Finis ab origine pendet. Alia Ethnicorum deliria de Iani sacris, dicemus postmodum. Etiam hac die inter Romanos *Accessus Isidis* celebrabatur. *K. Rom.* quod quidem festum etiam apud Græcos, ut notat Reusn. in *K.* At hocine plausibile magis Ægyptijs, sua Numina & cultum videntibus extendi in alias nationes. Hinc infra agemus à n. 14.

9 Apud Atheniens. septimo cuiusvis mensis sacra Phæbo. Natal. Com. 4. cap. 10. Gyrald. in *K.* & Alex. Neapolit. 3. cap. 19. Phæbus idem qui Sol, & Apollo, sed Phæbus dictus à Luminis splendore, & simul Delius. Neapolit. 6. 4. Macrobi. 1. *Saturn.* cap. 17. & Chartar. *Imag.* à pag. 35. Apud Græcos uti beneficis pingebatur facie illustratà radijs, dextrà Gratias gestans, sinistrà arcum cum sagittis. Chartar. d. pagin. 41. Porphy. pro Gratijs apposuit clypeum, & sagittas cum lyra. Siccine etiam quia alexicacus & propulsator malorum. Unde cum

Tom. I. Ephem.

flagello seu scutica pictus: imò cum gladiò & clypeo facie leonis, habens pro pedibus binos serpentes. Georg. Hervvart. *Theatr. Hieroglyph.* figur. 67. & 78. etiamque efformatum in cacogenios anuletum; Symbolo, quo accipiter supra florem loti sedens, binis cornucopijs stipatus, indicat beneficium fertilitatis & abundantia, quæ à Phæbo promanat. Kircher. Tom. 2. p. 2. *Oedip. Copt.* Class. 11. cap. 6. figur. 15. Martian. Capell. 1. de *Philolog. nupt.* describit Phœbum atate iuvenem, forinà pulchriorem, & elegantem, è facie radios mittentem, ac amplexantem quatuor urnulas ex argento, ferro, plumbo & vitro (de quibus, 21. *Mart.* à n. 3.) ergaque symbola varia cogitarunt AA. Videtis Platonem in *Cratyl.* Cicero 3. de *Natur. Deor.* autumat Phœbi denotare munia, nimirum, Musicam, Divinationem, Medicinam, atque sagittandi scientiam. Sacra Neptuno etiam hac die signantur à Buzel. verum errat, quippe die seq.

10 Inter Æginetas festum *Tbiasos*. Meurs. *Fest. Tibiasos.* Castellan. cum Gyrald. *Syntagm.* 17. n. 50. *fos.* Causam refert Plutarch. *Græc. qq.* 44. ex quo præcit. AA. *Ægineta* (inquit) qui bello Troiano meruerunt, frequentes in prælijs; plures in cursu vi tempestatibus ceciderunt. Paucos igitur, qui reliqui erant, excipientes necessarij, cum cives alij ex luctu esse mæstos conspicerent, neque exultare in propatulo ducerent oportere, vel *Dij* honorem habere; occultè domi hospites epulis quisque comiter accipere, atque ipsi ministrare genitoribus, gentilibus, fratribus & necessarijs, alieno nullo admissio. Hoc representantes Neptuno solemne faciunt, quod *Tbiasos* dicunt: in quo dies sedecim soli silentio epulantur; nec interest servus. Inde sacro Veneri factio, festum solvant. Hinc dicuntur *Monophagi.*

11 Hand sine festo tunc Bæoti. Thebis 7. Gameleonis, sacris peractis, Fortunæ & Bono Genio mensa parabatur in honorem Æsculapij atque Salutis (de utriusque societate diximus, die 1. n. 15. & 4. n. 8. agemusque 5. *August.* Plutarch. 3. *Convival. qq.* cap. 7. & 8. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 249. Hocine festum titulo Fortunæ Numinis, dicabatur Ebrietati; inventumque est ab Ægyptijs, ex quibus in alias nationes serpsit; quippe cunctis insitum indulgere Genio, ac felicem desiderare fortunam. Unde Ægyptij frequenter, maximè in fine anni (de quo 28. *August.*) opiparum celebrabant convivium, & Fortunæ ornabant mensam; ut observat Hieronym. in *Isai.* 65. 11. & nos Tom. 8. T. 10. n. 40. Huiusmodi superstitionem quòd admisissent Hebræi, queritur Dominus, di-

Sacra Fortunæ & Bono Genio.

gens loc. cit. *Ponitis Fortuna mensam, & libatis super eam.* Idolo Gad, quod colebatur in Syria, & dicebatur *Bona Fortuna.* Onkel. in *Tharg. Hierosolym.* Interpret. Septuag. *Preparantes demonio mensam, & implentes Fortuna vinum mistum.* Aben Ezra: *Instruant ibi mensam, quam stellam Iovis appellant, sorti felici.* Alij dicunt Bonam Fortunam, universam militiam coeli, sub nomine *Baalgad*, quod quidem simulacrum Arias Montan. in *Iosue*, 11. 17. & 13. 5. vocat *Idolum Fortuna*, & erat ad planitiem montis Libani, subter motem Hermon. Benjamin, in *Itiner.* Etiam vocatur *Stella Iustitiae*, seu *Stella Iovis*, Hebr. *Mazaltob*. Unde Munster Rabbitorum assecla, *Radijs suis* (inquit) *conducit* (Ideo etiam puellae desponsatae annulus traditur, in quo scriptum est *Mazaltob*; nam *Mazal* est sidus seu stella.) Unde dicunt Rabbini, *non esse herbam in terra, quae non habeat proprium Mazal, influentem, & dirigentem in caelo.* Idem Rab. Kimhi. Kircher. 1. *Oedip. Coep. Syntagm.* 4. cap. 8. inquit: *Vidi ego non semel in Germania Iudeorum adibus scriptum Mazaltob, quod idem est, ac Bonam Fortunam; quae verbis Bono Genio se domus custodiam devovere intellexi. Hanc itaque sortem, seu Bonam Fortunam tanti faciebant Aegyptij, ut penes eam omnes humanae vitae mutationes, omnemque facultatum & honorum & amicitiarum & commodorum arbitrium esse crederent; prius systemate constituto ad Horoscopum ex positione Planetarum & Signorum, &c.* Genius enim vocabatur *Deus actionis*: Stuck. d. cap. 47. Ad quamlibet signabat radium caelestem Planetae Hermes Aegyptius; uti refert Picus Mirandul. 6. *Adversus Astrolog.* cap. 18. Selecta videlicet de Genio Bono & Mensa Fortunae, apud Kircher, d. & Delr. 1. *Adagior.* n. 810. & seq. ubi: *Verisimilius est, ipsam Fortunam Boni Genij nomine nuncupatam.*

12 De Fortunae Bonae imaginibus, saepe dicemus. Imago vero Genij Boni praeseferbat cornucopiam. Gyrard. *Syntagm.* 8. n. 47. Qui etiam dicebatur *Bonus Daemon*. ibid. Chartar. pag. 301. *Hic* (ait) *Deus exprimebatur aetate puerili, chlamyde amictus varia, & stellata: praeseferbat manu altera copia cornu: hac enim forma cuicumque in somnis est visus. In vetustis numismatibus, Genius pateram dextra manu super aram porricere, quae ara esset sortis ornata: laeva vero propendulum flagellum tenere videtur. In Adriani inscriptionibus, imago cernitur hominis militaris, cum veste ad medium cruris circumvoluta; dextra pateram in morem sa-*

crificantis habens, laeva autem cornu copia. Eadem apud Hemelar. in *Numism. aur. Tab.* 8. & 50. Spectrum fomniantis, de quo supra. refert Ammian. Marcellin. lib. 25. *Ipsae ad solitam suspensamque quietem paulisper protrahitur, vidit squalidius proximae speciem illam Genij, quem quum ad augustum surgeret culmen, viderat in Gallijs, velato capite cum cornucopia per aulae tristius incendentem.* Videtur imago Mali Genij, uti apparuit M. Bruto, de quo, 26. *April.* Bonus enim Genius nonnunquam festivus, vallatus rosis, & cui dicata platanus. Chartar. d.

13 Genius Bonus hic sumitur non solum pro poculentis (sicut pro esculentis mensa fortunae) sed pro superstitionibus Ethnicis in modo bibendi. Coel. Rhodig. 28. cap. 25. Plutarch. d. cap. 9. *Primus calix Iovi, secundus Heroibus, tertius Servatori Iovi: & cum vinum purum dabatur; observatum est, ut Iovem Sospitem advocarent, ne temulentos faceret: cum vero aqua dilutum, appellare Servatorem.* Alex. Neapol. 5. cap. 21. Pindar. *Isthmior.* Od. 5. Aeschyl. in *Epigon.* Athen. 10. cap. 9. *Prater libationem, potionemque, quae super lingua fieri consuevit (subdit Stuck. d.) fuit poculum Boni Daemonis appellatum, quod remotis mensis proferebatur.* Athen. d. 2. cap. 1. aliter poculorum seriem describit. *Tria tantum propinari pocula. Sanitati primum, Amori alterum, tertium Somno, quartum Iniuria, ultimum Mercurio, somni largitori & Bono demoni, cui gratias agebant.* Apuleius, 4. *Florid.* Iul. Pollux, 6. cap. 16. Neapol. d. Unde Nicostratus in *Carmin. Bacch.* accinit:

*Quod satis est, satur ego sum, Boni Dæmones. Latè de ritu agit Erasim. Cbiliad. 2. Centur. 8. Adag. 1. Modò perspicuè facer delicatur textus, cum versio. 70. Implentes demonio mensam, & Fortuna vinum mistum: igitur non solum Hebraei, Numen verum relinquentes, Gad idolum, Bonum Daemonem venerabantur, sed eisdem ritibus in potionibus quae Ethnicis; indulgentes Genio, & instruentes (ait Ar. Montan.) bono eventui, seu bona gratia mensam. Isidor. Clarius legit: *Implentes numero libamen.* Hoc est, numerando literas nominis eius cui potando bene precatur; de quo AA. praefati, & Nos, Tom. 2. *Tautolog.* 4. à n. 31.*

14 Quia Aphixis, seu adventus ex Aegypto Isis in urbem, caput orbis, dies famigeratus inter Coptos; plus quam dum asportata in Aegyptum ex Phoenicia, de quo, 7. *Decembr.* Ita K. R. V. Plutarch. de Isis. & Osirid. & Aufon. *Edyl.* 26. v. 24. Unde Lucan. 8. *Phars.* v. 831.

Malus Geniu.

Quid Ethnicici dicebant Genium Bonum?

Bonus Daemon & eius poculum.

Nicostr.

Bonus Eventus, & bona gratia.

Isidis adventus in Romam.

De Fortuna mensa?

Baalgad Numen.

Mazaltob.

Imago Genij Boni.

Lucan. *Not in templa tuam Romana accepimus Isis.*
Imago. Locata fuit imago, quæ ratem habebat in manu, seu cymbium, ut ait Apuleius, *Metam.* 11. idest, vasis genus (quod Nostrates, *Varquillo*) notat Elias Viner. in *Auson.* d.n. 333. & sita in Campo Martio, ubi ei templum, & sacra per novem dies. *Habuit Isis & Roma templum* (ait Rhodigin. 5. cap. 12.) quod *solum in urbe Egyptius Sacerdos purum se reperisse dicebat; cum Plotino suavisset, illuc secum accederet, familiarem sibi demonem, eo advocante, confestim inspecturus. Cui cum esset obsecutus facile Plotinus, & in aspectum demon accerseretur, pro demone accessit Deus.* Idem refert Bulenger. de *Magia*, cap. 1. Levis planè cordis Rhodiginus, credens verum Deum illi tunc apparuisse (cùm esset Satanus, se transfigurans in Angelum lucis) quia discipulus eius Porphyrius in Plotini *vit.* refert. Si radius fulsisset aliquomodò veri Numinis, haud fato fungeretur Gentilis; ut observat Petav. p. 1. *Rationar. tempor.* lib. 5. cap. 13. & Suidas. **Et mori.** Briet. anno *Christi.* 270. *Plotinus obiit ulceribus plenus; sed adhuc animo, quàm corpore turpior.*

15 Isis ergo tanquàm Dearum, Pandoræ adinstar, cunctis gratijs ornata, plaudebatur *Myriomonos*, *Pandeches*, *Polymorphe*, hoc est, continens omnia: cuius titulus: *Veni à me ipsa.* Quasi omnium capax, hincque induta & amicta versicoloribus: etenim cuncta recipit, & cunctis floret. Recipit lumen, obscuritatem, ignem, algorem, principium, finem, vitalitatem, mortem; in cuius templo Heliopolitano inscriptio: *Te tibi una, que es omnia, Dea Isis.* Diodor. *Sicul.* n. 2. & fusè Kircher. 1. *Oedip. Syntagm.* 3. cap. 4. Alij tituli die 21. n. 8. & 2. *Februar.* n. 8. sed stemma illustrius, illud: *Ego Sanctum peperit. Sol est natus.* Eximia ac pretiosa cogitatio Cælij Gregorij, *Observat. in Mytholog. Natal. Comit.* cap. 14. *Isidem (infit) Egyptij religioso cultu profecuti sunt. Institutum hunc cultum ratiocinor, ex tenui, ut ita dicam, aura fama, que fuit reliqua de muliere, paritura filium generis humani Redemptorem: significat enim Isis, seu Ischa virginem, aut feminam. Nomen Ische, quo nominata est prima scemina & uxor Adami, apparet in voce Isis; quam Egyptij retinuerunt, magnamque & antiquissimam Deam esse voluerunt, omnium parentem.* Idem Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 1. Hinc Egyptij effinxerunt puerum in præsepi, & matrem virginem, illum adorantem, ut diximus in *Tautolog.* *Tom.* 6. *T.* 1. n. 61. ex *Chronic. Alexandr.* de quo Sherlog. 1. *Hebr. Antiq.*

Mater-Virgo sub titulo *Isidis.*

Eva Isis.

sect. 18. disert. 4. & Kircher. in *Prodromus Copt.* cap. 8. *Deus virginem concipere faciet, & ipsa pariet filium:* quod exponemus, 2. *Februar.* 1. illeque regerit, *Oedip. Egypt.* *Tom.* 2. p. 1. *Class.* 2. cap. 2.

16 Imago mystica præ se fertur in *Tabul. Bembin.* seu *Mensa Isaca*, apud Georg. Hervvart. in *Hieroglyph. Thesaur.* Sedet imago in throno, qui dicitur *Porta Deorum*, cuius porta, sive frons diversis coronis, ex quibus flammæ in serpentium formam diffusas, exprimit. Coram est globus aliger: totaque porta nititur binis columnis. Huic throno inferitur effigies habitu scemineo: ab umbilico ad pedes, pennigero cultu & ornatu: ab umbilico sursum, versus collum, innumeris densatur uberibus. Caput vero vitta subtili opertum, supra quod Meleagris avis, seu pavo, volitat, in cuius dorso calathus eminet, in quo duo perfectæ arboris folia, & cornua bina. Una manu sceptrum, Loti flore insignitum, tenet: altera eum gestum præ se fert, quasi aliquid imperiosè iuberet. Sedi insidet nudæ & rasæ, & canis sedentis figuræ insignitæ. Sub throno abacus spectatur, cuius limbus circulis ornatur. Intra abacum figura videtur accubans ex Leone & Accipitre coalita, pedibus anterioribus Canopum continens: à tergo globus in similitudinem basilisci arrecti, & supra caput figura sacri Leonis, & Luna sextilis, cui stella insidit. Throno adstant utrinde binæ aspides surrecto pectore tumentes, sacris vittis ornatæ, veluti throni excubitores, & columnæ floridæ. Mythologia tot symbolorum prorsus difficilis; sed illam exenteravit facile Kircher. d. *Tom.* 3. *Syntagm.* 1. cap. 5.

Mystica Isidis imago.

ne curiosus lector in tenebris ambulet. Videtis. Referta mammiis meditanter obijcitur, cuius icones figant Kircher, d. *Tom.* 1. *Syntagm.* 3. cap. 4. & Hervvart, *Figur.* 40. *Chartar.* fol. 82. & Macrobius. 1. *Saturnal.* cap. 20. At missa facimus, quia ex professo, 11. *Septembr.* n. 4. Similiter Isis appellata est *Venus cœlestis*, seu *Egyptiaca*, de qua suis locis.

Mommosa.

17 Soporatus eius imaginem se vidisse, asserit Apuleius. *Primum crines uberriani prolixique, & sensim intorti, per divina colla passim diversi, molliter desuebant. Corona* (inquit 11. *Metamorph.*) *multiformis varijs floribus sublimem distrixerat verticem; cuius media quidem super frontem plana rotunditas in modum speculi, vel imò argumentum Luna, candidum lumen emicabat: dextrâ levæque sulcis insurgentium viperarum cobibita, spicis etiam Cerealicibus desuper porrectis, multicolor bysso tenui per-*

Alia imago.

texta, nunc albo candore lutida, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammaida: & quæ longè, longèque etiam meum confutabat obtutum, pallà nigerrimà splendescens atro nitore, quæ circuncirca remeans; & sub dexterum latus ad humerum levum recurrens, umbonis vice desectâ parte laciniâ, multiplici contabulatione dependula, ad ultimas oras nodulum simbriarum decoriter constructuabat: per intextam extremitatem & in ipsa eius planitie stelle dispersa coruscabant: earumque medio semestris Luna flammeos spirabat ignis: quaquâ tamen insignis illius pallæ perfluebat ambitus; individuo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis adharebat. Iam gestamina longè diversa: nam dextrâ quidem ferebat arcum crepitaculum: leva verò cymbiam dependebat aureum; cuius ansula, qua parte conspicua est, insurgebat aspis, caput extollens arduum, cervicibus latè tumescentibus. Pedes ambrosios tegebant solea, palma victricis folijs intexta. Talis ac tanta spirans Arabia felicitis germina; diuinâ me voce dignata est: Priscâ doctrinâ pollentes Ægyptij, ceremonijs me proprijs percolentes, appellant vero nomine, Reginam Isidem. Idem Chartar. Imagin. Dian. pag. 82. cum mythologia; sed politiore calamo, Kircher. Tom. 1. Syntagm. 3. cap. 4.

18. Insignis fingitur fœmina (quæ apud Græcos Ino) præclaris gaudens dotibus, quæ quidem fato functâ, sepulta Memphi, monumentoque apposita columna, qua scripta illius singularia gesta. Diodor. Sicul. 1. n. 16. tuncque, necdum erecto templo, sita statua, cuius tempore aspidibus cingebantur. Chartar. pag. 81. & Alian. 10. Histor. Animal. cap. 31. Postquam varia erecta templa, & Dea potissimè Ægypti facta; quæ non ficta? Multa sanitati hominum pharmaca invenisse, utpotè quæ scientiâ medicâ fuerat peritissima. Quam ob causam nunc quoque ad immortalitatem elata, sanatione hominum maximè gaudeat; & in somnis si quis opem expetierit, manifestam Numinis præsentiam, promptamque indigentibus benè merendi facultatem exhibeat. Multi ob morbi difficultatem à Medicis desperati, ab hac salutem accepere. Invenit illa immortalitatis pharmacum, quo filium Horum Titanum insidijs oppressum, & mortuum in aquis inventum, non tantùm reddita anima in vitam reduxit, sed etiam immortalitatis participem fecit. Diodor. 4. n. 15. & K. d. ac Tom. 3. Syntagm. 1. cap. 5. subdit: Scriba de morbo incurabili Isim consulens, noctu eandem adstantem vidit tutulo stordido, veste va-

riegatâ, herbam, morbi quem patiebatur unicum medicamentum, offerentem; quam à somno vigil cum invenisset, se à mortis periculo liberavit. Etiam ex destinato per Isim eiurantes, morbis folitos confictari; Coel. Rhodigin. 5. cap. 12. Apuleius, 8. Metam. Unde non Ægyptijs; sed Græcis per Isim iurare licebat. Alex. Neapol. 5. cap. 10. In superstitionem etiam devenit sacrilega veneratio: igitur invocatione Isidis, fiebat phyltrum amatorium. Ægyptij maximè figuram Isidis, congruo tempore materia apta impressam, ad amorem aliorum conciliandâ, portabant. Aveneph. in Astrolog. Videris Kircher. loc. cit. in princ.

19. Magna etiam vocabatur Mater, cuius imagines cû sphinge sculpsit Hervvart, Figur. 58. 59. & 75. de quo alibi. Sphingem statui solitum in templis Isidis, tenentem peplum; nequid revelaretur occultum: quo argumento indicarunt, theologicam ipsorum sapientiam (subdit Rhodigin. d.) obscuriorum, fabulisque itâ sæpe convolutam, ut vestigialitatis vestigia vix interlucere. Hinc Isidis plomacum, idest nexus capillorum, dicebant corallium sine folijs, mutato colore in nigrum, cû duresceret. Plin. 13. cap. 25. In illam semper intendebant, uti auspiciem; eamque etiam vocabant Bonam Fortunam. Kircher. d. Magna de Ifide prædicabant Ægyptij, unde creduli Romani eam in urbem admifere. Colebatur cum alijs Dijs Ægyptijs: in cuius templo (ait Marlian. cap. 108. & Epitom. lib. 6. cap. 9.) magna adulteriorum occasio. Novit apprime Naso, qui 1. de Arte, v. 79. accinit:

Nec fuge Niligena Memphitica sacra iuvene, Ovid.

Multas illa facit, quod fuit illa Iovi.

Hoc in templo sacerrimum stuprum, sub titulo Anubis, corruptis Isidis Sacerdotibus, fucum patiente quadam Paulina, matronâ Romanâ, spectatissimi generis; quem quidem tractum referunt Ioseph. 18. Antiquit. cap. 4. Hegesipp. 2. cap. 4. Rhodig. d. & Marlian. utroque loc. igitur cû Tiberius rescivisset, templum everti iussit, atque sacrificulos crucifixit, imaginemque Isidis in Tyberim præcipitavit. Recepta est in Urbem, quia dicebatur iuvare parturientes, quod utique embolium cum omnibus quinquilijs refert Ovid. 2. Amor. Eleg. 13. Claudian. in 4. Honor. Consulat. à v. 569. & Caspar Barth. hic. Templum ergo demolitum, ut asserit etiam Beroald. in loc. cit. Apuleij, sed alia templa post ab Imperatoribus ob-scœnis erecta, ut videbimus. Videtur aliquot retrò annis, quia similes in Isidis zede mores, eversionem factam. L. Amilius

Noxios ple-
lit.

Phyltrum
amoris.

Magna-Ma-
ter, & Bona
Fortuna.

Cum Sphin-
gem

82.

Statua Isi-
dis.

Templi eius
Romæ ever-
sum & ima-
go projecta
in Tyberim.

favor in
agros & mor-
tuos.

Templa eius
lupanaria.

Pau-

Paulus (inquit *Valer. Maxim.* 1. cap. 3. n. 3.) *Consul*, cum *Senatus Isidis & Serapis fana diruenda censuisset*, eaque nemo attingere auderet; posita prætecta, securim arripuit, templique eius fortibus infixit. Videtur falli *Servius*, in *Virgil.* 8. *Æneid.* v. 697. asserens, Sub *Augusto* necdum *Ægyptia sacra* recepisse *Romam*: igitur *Poeta* accinit: *Necdum etiam geminos à tergo respicit angues*,

Virgil. *Omnigenumque Deum monstra.*

20 *Fuit animadversum* (infit *Alex. Neap.* 2. cap. 19.) *Harpocratè, Serapidem & Isidem Pifone & Gabinio Coss.* cum reliquos in *Capitolium* admisissent *Deos*, everfis eorum aris *Romanos* exegisse, illosque divinis coll honoribus vetuisse. Elucet, pridem cultum *Isidis Romæ* inolitum, quando *M. Volusius* proscriptus in triumphato habitu *Isiaci* effugit, stipem per itinera petens. *Appian.* *Bell. civil.* lib. 4. & *Valer. Maxim.* 7. cap. 3. n. 8. Quod utique imitatus *Domitianus*, flagrantem *Capitolio*; ut in eo ait *Sueton.* cap. 1. *Templa Isidis* fuisse in *Region.* 1—3—9. & 13. asserit *Onuphr. Panvinius*, *Rosin.* 1. cap. 13. & hic fuse *Dempst.* *Templum etiam Isidi* edificavit *Caracalla* sub titulo *Isidis Antenorica*, *Marlian. d. Spartian.* in *Severo.* Vide *Ovid.* 1. *Amor. Eleg.* 8. *Propert.* 2. *Eleg.* 33. & *Iuvenal.* 9. *Satyr.* à v. 22. *Appositè Tertull.* in *Apolog.* cap. 15. *Cætera* (inquit) *lascivia ingenia etiam voluptatibus vestris per Deorum dedecus operantur.*

Et multa in Urbe.

Triumphus & rex Spurius Casij.

Lex Agraria.

21 *Hunc diem celebrem, celebriorem Romæ* fecit *Spurius Casius* triumpho de *Volscis & Hernicis*, tertium *Consul*, cum *ann. V. C. 251.* de *Sabinis*, *ann. 260.* de *Salentinis*, triumphum egisset. *Beyerlinck*, sed *Goltzius* diem non signat, licet victoriam atque præmium & plansum concedat, in *Fastis*, fol. 15. *Primus tunc legem tulit* de agro *Hernicorum* inter socios dividendo, quæ dicta *lex Agraria*, ingentium conturbationum postea fomes inter plebeios & optimates, apud quos ex tunc malè audivit, quippe conatus invidiam conciliavit; *ann. seq. triumphum*, *V. C. 269.* criminis perduellionis accusatus infeliciter interijt. *Briet.* Quis crederet? *Ter Coss.* ter triumphans ad populum tyrannidis infimulatus, excusà causà per quæstores, capite damnatus, atque ex rupe *Tarpeia* eiectus est coram populo. *Strictim refert Tit. Liv.* 2. à *section.* 125. subditque: *Sunt, qui patrem auctorem eius supplicij ferant; peculiumque filij Cereri consecrassè.* Asserit etiam *Plin.* 34. cap. 4. *Romæ* (ait) *simulacrum ex ære factu Cereri, primum reperio ex peculio Spur.*

Casij, quem regnum affeclantem pater ipse interemerat. Claruit eventu *Sp.* idest sine patre. *Plomacus* enituit *Isidis corallio rutilo triumphis*, in colorem infaustum nigri cadaveris. Eò illius devenit infelicitas; ut licet populo *Senatuque erecta*, eius statua deturbaretur. *Eam quam apud eadem Telluris statuit sibi Spur. Casius, qui regnum affeclaverat, etiam constat à Censoribus.* *Plin.* 34. cap. 6.

Casij statua deiecta.

DIES VIII. IANUAR.

I **G** Rad. 18. *Solis* in *Capricorno*: qui si in horoscopo fuerit inventus, scribas facit, aulicis officijs deputatos; sed hi à bestijs lacerabuntur & in aqua morientur. *Firmic. Matern. Media sinistra manus Aquarij manè oritur.* *Iunctin. K. A. Delphinus oritur vesperè Italia.* *Plin. Auster interdum Favonius.* *Columel. Martis domicilium: Capricornus emergere incipit. Pluvia & caligo.* *Ptolom. Vir dimidiatus.* *Sphær. Arab.* Hoc die ut notat *Genebr.* in *K. Hebr.* ieiunium, de quo die, 5. n. 3. *Rabbini*, per *Samuelem Davidem* reconciliatum fuisse *Regi*; qui pridie ut vidimus, n. 1. illum quærebat in mortem, autumant; maximè iam per quietem furore deposito, fortassis quia operà *Prophetarum* scivit *Saul*, iniuste *Davidem* persequi. *Abulens. hic & Torniel.* *Ann. 2974. n. 2.* Illa concordia si fuit, planè brevis, & in *Saule*, ut aliàs ficta. *Statim per amicos, vel ficarios à Saule innocens* petitus insidijs, ex quibus erui facile non cogitabat; qua de causa dicit *1. Reg. 20. 3. Uno tantum gradu ego morsque dividimur.* Quare cum morte coram oculis ambulabat, maximè convalescens cum perfido Rege, eius utente contubernio, & sine *Ionatha*, qui longius aberat, toto illo tempore, quo *Rex* tot tractibus illum quæsit ad mortem. *Cogitavit ergo redire ad Samuel* in *Naioth*, quousque *Ionathas* veniret in *Gabaa*. *Torniel.* quò dudum, arbitratur, ita admonitum à *Samuele*. *Tunc properavit ad illum, uti dicemus, 30. Martij, n. 2. & 3. April.*

VI. Id.

Ieiunium.

Saulis recitatio fida.

2 *Annis* ab hinc 452. cum *Nechao* digressus esset à *Iudæa*, pervio iam itinere morte *Iosiaz*, in *Euphratem*, contra *Adad Remmon* filium *Tabrimon*, qui regnabat in *Charcamis*, ut dicunt *Hebræi* in *Traditionib.* *populus Ierusalem*, relicto *Ioachim*, *Primogenito Iosiaz*, constituit *Regem Iuda*, *Selum*, seu *Ioachaz*, vel *Ioaz*, secundò genitum. Unde licet *1. Paralip. 3. 14.* *Ioachaz* sub nomine *Ioatham*, dicatur *Iosiaz* primogen-

Regnat Ioa- chaz.

Antilogia.

genitus ; intelligendum est quoad solium David, quia ex filijs eius primus regnavit. Unde cum Iosias non habuisset nisi tres filios, quatuor dicuntur loc. cit. *Primogenitus Iohanam, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum*. Quapropter cum Iohanam, seu Ioachaz, cum esset Sellum, prætate ponitur ultimus, & primus præ dignitate. Alia videtur apud Maluend. hic, Alapideque tam hic, quam in *Ierem. 22*, Aliter nodum solvit Briet. *Ann. 3401*, astruens, verum esse, Iohanam primogenitum fuisse Iosia; sed ante patrem fato functum. Hinc primogenitus fuit Ioacim, secundus Sedecias, tertius Sellum, sive Ioachaz, qui utriusque prælatus in Solium David, mortuo patre, populari factione. Idem astruit Petav. de *Doctrin. tempor. cap. 61. & Rationar. p. 1. lib. 2. cap. 3.*

3 Ioachaz ergo, ut ait Genebrardus, *Ann. 3557*, regnum rapuit, sanguinarius Rex & impius. Adinstar Absalon conciliaverat corda filiorum Principum, & civium Ierusalem. Quia animosior & bellicosior erat Ioacimo; tradit Alapid. antelatum fratribus: & cum Ioacim videret factionem ab illo superari non posse; quievit usque ad tempus, ut videbimus *18. April. à n. 9*. Ne in æquivoco laboremus, & multiplicatione nominum ferèque similibus, confundatur relatio; observandum est, omnes Iosia filios præter Sedeciam, *Iechonias* vocatos fuisse: probat, nervosèque roborat Sanctius tam hic *n. 30. quàm cap. 15. à n. 41*. Idem asserit Serar. in *cap. 23. quæst. 1*. Hieronym. in *22. Ierem.* asserit etiam omnes filios Iosia (nemine excepto) vocatos fuisse *Sellum*, id est, *extremum*, quia in illis finis regni Iuda. Quare et si Ioachaz dictus *Sellum* (*Ierem. 22. 11.*) Ioacim dictus *Eliacim* (*4. Regum, 23. 34. & 2. Paralip. 36. 4.*) filius eius *Iechonias, Ioachim* (*ibid. v. 8. & loc. Reg. d. 24. 8.*) & denique *Sedecias, Matthanas* (*ibid. v. 17.*) in relatione nostra usque in desolationem Ierusalem suo ordine duntaxat numerabimus Ioachaz, Ioacim, Iechoniam, & Sedeciam.

4 In clariorem intelligentiam etiam exponenda celebris Antilogia. Pluribus in loc. Scripturæ Sedecias verè dicitur patruus Iechonia. *Ierem. 37. 1. & 52. 1-4. Reg. 24. 17. & 2. Paralip. 36. 10.* Qui patruus (*ibid. lib. 1. cap. 3. 16.*) frater Iechonia dicitur; & sicut hic filius Ioacim. Sedecias patruus Iechonia dicitur natura, frater dignitate; quia eius in regno successor. Videns enim duci cum matre ac Principibus in Babylonem, patruum Sedeciam adoptavit in filium; ut

non solum regnum acciperet sanguine; sed quasi successione per adoptionem haberet. Maluend. hic & Briet. *Ann. 3419*. Aptius diceretur, ut frater esset Iechonia; ab huius adoptatus patre: verum ridiculum, adoptare, & per adoptionem fratrem esse: adoptio enim est patris actio, quia per illum hæreditatis acquisitio. Verùm quorsum tanta moles, dum uterque signatus loc. cit. est Ioacimi naturalis filius? Hic Sedecias est alter à Rege Iuda. Qui Rex Iuda post Iechoniam, fuit frater Ioacim, & uterque filius Iosia. Alter Sedecias filius Ioacim fuit, & nepos alterius Sedecia ex fratre. Ullus num anfractus ex eo, quod patruus & nepos eodem nomine gaudeant? Fingitur difficultas, ut micet in solutione ingenij sine succo dexteritas.

5 Ab Ioachazi exaltatione devolutis annis, 495. occiditur cum duobus filijs à perfido genero, Simon Machabæus. *Rauclin. ex 1. Machab. 16. 14.* ubi tantum signatur mensis, non dies. Hic filiam suam in uxorem tradiderat, simulque Ducem constituerat in planitie Iericho, quo munere & bonis avitis affinitateque Summi Sacerdotis, ditione illa erat dives valde, summæque auctoritate florebat. In fœderi dignitatē aspirabat: & quam nequibat iure, obtinere voluit perfidè. *Utinam Simon tam perspicax ad fraudes cavendas, quàm manu validus, bellandique artibus spectatus!* dicit Egesipp. *1. de Excid. urb. cap. 1.* Putavit Ducatum & Sacerdotium sibi facile concedenda ab Antiocho Sidete; modò extingueretur stirps tota Mathathia: & quod concepit animo, emere conatur tantorum sanguinis pretio. Quò non extenditur crudelis ambitio, vel rupto vinculo sanguinis!

6 Præerat in Gaza filius Simonis primogenitus, in custodiam regionis, maximè sanctæ civitatis; quæ tunc pace vigeat. Simon cum indignatum haberet Sidetem potissimè Cendebæi clade (de qua *13. Decembr. n. 6.*) cum duobus filijs Mathathia & Iuda, lustrabat Iudæam: & cum accederet regioni Hierichuntinæ; exceptus est hospitio à genero suo Ptolomæo, in quamdam arcem munitissimam, nomine *Doeb*, vel *Dagon*, ut placet Iosepho (de qua Adrichom. in *Ephraim*, n. 36.) ubi præparatis insidijs, post convivium regiè splendidum, Simonem & filios gladio sustulit. Ubi supr. à v. 11. Petr. Comestor, hic *cap. 15. Genebr. Ann. 3952. Adrichom. in Chronic. 3834. Salian. Turfelli. Briet. & Torriellus, 3919. Serar. Alapid. Sanctius, Lyran. Hugo, Carthusian. cum D. Thom. loc. cit. & Petav. 1. p.*

An Sedecias frater Iechonia?

Simon Machabæus occiditur.

Et perfidè à genero Ptolomæo.

Qui filij Iosia, & quo ordine recognoscantur?

Antilogia

Rationar. tempor. lib. 4. cap. 10.

7 Præfatum Ptolomeum fuisse Ægypti Regem Physconem, Sideti subditum, & sollicitatum in huiusmodi scelus ab eo, qua de causa Simonem veneno sustulit; affirmat Iosipp. in *Epitom.* Gorionid. Quod quidem falsum patet, quippe hic Ptolomeus erat religione Iudæus, & filius dicitur Abobi, d. v. 11. Ioseph. 13. *Antiquit. cap. 14.* & 1. de *Bell. cap. 2.* & Egesipp. d. *cap. 2.* Sic ergo etiam eius falsa cogitatio, astruentis, Simonem morte punitum, quia affinitatem contraxerat cum Gentibus, utpotè Ethnicus Ptolomeus, à quo confossus. Etiam ludicrum, quod dicit Ioseph Gorionides, 4. *Histor. Iudæic. cap. 2.* scilicet, uxorem Simonis ab illo captam & in arcem adductam, cum duobus filijs, quos statim æreis vinxit catenis. Certum utique illum abolere intendisse totam Assamonzorum progeniem: proptereaque postquam misit Sideti, quod exercitus in auxilium mitteretur, ut Ierusalem in eius potestatem traderet; immisit manum in Gazam, ut tolleretur etiam Ioannes Hyrcanus, quam hic prævenit occisione venientium.

8 Licet percussus fatali nuncio, quamprimùm valuit, profectus est in Ierosolymam, quò avidè receptus, sicut à populo Ptolomeus expulsus, qui iam per aliam portam ingressus fuerat in civitatem. Ioseph. d. *cap. 4.* & 1. de *Bell. cap. 2.* cum Egesippo, ubi dudum. Tunc Hyrcanus constitutus est à populo Dux Israël, & Pontifex Summus: qui (subdit Ioseph. d. *cap. 15.*) *accepto paterno Pontificatu, & sacris operatus; cum litatum esset, eduxit contra Ptolomeum exercitum; & oppugnando locum, cetera quidem erat superior: vincebatur autem solâ pietate erga matrem, & erga germanos misericordiâ.* Quæ fides his verbis danda; videbimus die, 16. n. 7. Olim litatum cognoscebatur in sacrificio, per lapides Urim & Thumim (de quibus sermo, 12. *April. n. 4.* & 17. *Novembr. n. 1.*) qui sepulti à Iosia, uti dicemus, 15. *August. n. 7.* Quo ergo modo cognoscebatur litatio, idest, quod acceptum Numini sacrificium? Respondet Genebrardus, *Chronolog. Ann. 3640. Nec propterea* (infic) *populum suum Deus reliquerat: nam ut ad Christum perduceretur, sepe edebantur oracula per Bath-Kol: idest, exilem quandam vocem cœlitus demissam in aures colle-*

Ioann. Hyrcanus succedit patri Simon.

Quid Bath-Kol?

Quomodo natescebat litatio inter Iudæos?

Etâ multitudinis. Qualis vox fuit in Evangelio, quæ delapsa est à Patre ad Filium glorificandum. 2. Petr. 1. 17. Aptius signare quibat illud Ioann. 12. 28. Venit vox de cœlo, & clarificavi, & iterum clarificabo. Totum

Rabbinicum est, desumptum ex Talmud, in tract. *Amoth*, ut dicemus, 1. *April. n. 4.* Sic exponere quibant, illud, 2. *Mach. 15. 27.* in victoria de Nicanore (de qua, 13. *Februar. n. 10.*) *Præsentiâ Dei magnificè delectati: idest, voce exili, in aures cunctorum cœlitus demissa, quæ Bath-Kol. Apage. Simon ab Hyrcano regiè sepultus est in monumento Modin, quod ipse erexerat, & speciosè ornaverat. 1. Mach. 13. 27.*

9 Hac in die à Gislandis anno 1. prædicationis Christi, signatur à Baptista designatus, dicente: *Ecce Agnus Dei;* audiente Andrea, & alijs Ioannis discipulis. Fallitur: adventus enim ad Iordanem denuò N. Afferoris, fuit post Baptismum & tentationes. Hic eius ieiunij dies secundus.

10 Totus ferè mensis inter Romanos Iano dicatus: quapropter VI. Idus celebrabatur *Sacrificiû Iani. K. Rom. Vet.* Arbitror, cum diversis imaginibus coleretur, hac die sacra fieri. Quadrifronti; maximè ex quo Augustus imaginem ex Ægypto advexit, collocatam in templo quatuor portarum in foro Romano. Rosin. 2. *cap. 3. Item Ianus pater in suo templo dicatus ab Augusto, ex Ægypto advectus. Plin. 36. cap. 5.* Verùm figura quadrifrontis antiquior patet. Servius enim in Virgil. 7. *Æneid. v. 180.* ait: *Ex infimo Argiletò ad superiorem bifrons traslatus est; & in infimo substitutus Quadrifrons: postea verò captis Phaliscis, urbe Thuscia inventum est simulacrum Iani, cum quatuor frontibus: unde quò Numa instituerat, translatum est, & templum quatuor portarum ibi substitutum est.* Idem Annius Viterb. in *Propert. 4. Eleg. 2. Testudo templi* (in eius imagin. pag. 33. ait Chartar.) *quatuor columnis pilatis sustentabatur, quatuor perovis ianuis: in singulis verò loculamenta duodecim; quibus statua apponerentur, tanquam fenestella: & duodecim aræ.* Ita dicatum & instructum templum. Macrob. 1. *Saturnal. cap. 9. Varro, 5. Rer. human. Augustin. 7. Civ. cap. 8. & Vives, hic, & Dempster. in Rosin. d. Quadrifrons dictus, quia loquebatur cunctis linguis, quæ in quatuor partibus orbis. Marlian. cap. 32. Unde Martial. 8. Epigr. 2. ait:*

*Fastorum genitor, parensque Ianus,
Tot vultus sibi non satis putavit,
Optavitque oculos habere plures,
Et lingua pariter locutus omni.*

11 Pier. Valerian. 32. *cap. 31.* ex Critolao asserit, Iani simulacrum ideo quadrifrontem figurari; quia filix eius quatuor laqueo gulam fregerunt, Iani patris desiderio; quem agricolæ lapidibus obruerunt, cum

Sepelitur Simon.

Christi gesta.

Dies secundus eius ieiunij.

Iani sacrificium.

Cur Quadrifrons?

Martial.

Filia eius.

In templo eius inaugurati Coss.

Quomodo fiebat inauguratio

Ianus poli-morphus.

Propert.

Isapbo.

Gesta.

cum ij suavitatē illeēti plus aquo vini haussissent, & ebrii iacerent. Unde experrecti, venenum sibi propinatum arbitrati, Ianus interfecerunt. De alio templo in foro Olitorio meminit Tacit. 2. *Annal.* cap. 49. *Marl. cap.* 50. & in *Epitom.* 4. cap. 1. Hoc in templo Coss. inaugurabantur. *Natal. Com.* 2. *Mytholog.* cap. 2. *Gyrard. Syntagm.* 4. & *Coel. Rhodigin.* 22. cap. 13. Inauguratio Coss. & alterius Magistratus fiebat huiusmodi. *Stabat augur, manum supra caput eius qui inaugurabatur, tenebat, cum lituo in altera manu, Septentrionem à sinistra, meridiemque à dextra statuens, oculis regionem præsiniebat; verbaque quedam ad Iovem dicebat: atque ita inauguratus discedebat.* *Resp. Roman.* pag. 211. *Adi Dempster.* in *Rosin.* 2. cap. 2. *Rhodigin.* d. Iani templum erectum dicit ad *Tres Parcas*, quò statua Iani quadri-frontis. In varias formas se vertisse somniavit *Antiquitas*. Quapropter ipse de se apud *Propert.* loc. cit. dicit:

Indue me Cois, siam non dura puella:

Atque togà sumptà, quis neget esse virum?

Ginge caput mitrà, speciem furabor Achivi:

Furabor Phœbi, si modò plectra dabis.

12 Mira *Ethnici* commenti de Iano sunt, sed AA. ut famam captarent, ampliora. Noēmum fecerunt & *Iaphet*, ut vidimus pridie, n. 8. nova somniavit, uti est solemne *Rabbiniis*, *Ben-Gorionidis*, de *Histor. Iudaic.* 1. cap. 2. *Isapbo*, filius *Eliphaz*, filij *Esau* (inquit) fugit ab *Egypto*, quem *Ioseph*, cum iret ad *Hebron*, ad sepeliendum *Iacob*, & contumaciùs in eum insurgeret, interceptum unà cum socijs in *Egyptum* duxit. *Isapbo* verò defuncto *Iosepho*, ex *Egypto* fugiens, in *Africam* se contulit ad *Aganiam Regem* *Carthaginensem*: à quo honorificè exceptus, tandem præses exercitus factus, in *Italiam* penetravit, ubi divinos honores promeruit, & *Ianus* est dictus. *Quadam die* deperditum vitulum quarens, pervenit ad specum ingenti lapide clausum, quo amoto, invenit ibi belluam aspectu horrendam; qua tunc vorabat hircum silvestrem, qui ex inferiori media parte hominis referebat imaginem; quam fortiter *Isapbo* inito prælio interfecit. *Homines autem Cithim* (idest, *Itali*) dixerunt, *Isapbo* comperto: *Quid faciemus homini, qui belluam adeo nobis infestam, interficiens; omnes ab interitu vindicavit? Unanimiter tandem concluderunt, quòd dies in anno, eius nomini consecraretur in memoriam, offerentes ei libamina, & sacrificia: ac in Regem electum, cum totam Italiam ab hostium insultibus liberasset, Ianum appellarunt, & Ianum Saturnum. Ianum, ob inter-*

fectam belluam, hoc nomine insignitam. Saturnum verò ob stellam; quam tunc temporis Numinis loco colebant Cethim, Sabtai nomine, quod idem est ac Saturnus. *Felix profecto ingenium!* Eadem inveniuntur *Tom.* 1. *Oedip. Copt.* *Syntagm.* 3. cap. 3. ex *Petr. Leone* *Castella*. Astipulantur fabulæ, quòd sacris institutis, duodecim excitavit in *Italiam* colonias (& *Campania*, quò degebat, ut etiam refert *Ben-Gorionid.*) & ut cives novos continerent *Præsides*, singulis virgas singulas dedit, atque fasces. *Rosin.* 2. cap. 3. & *Annius*, d. *Virgas & fasces inventas summis Magistratibus à Tarquino Prisco*, dicit *Halicarnas. lib.* 3. n. 38. *Tit. Liv.* 1. sect. 107. *Plutarch. Roman. qq.* 82. & *Rosin.* 7. cap. 3. *Alia de Iano* videtis in *Ovid.* 1. *Pastor.* à v. 189. hic *Constantium*, *Paul. Mars.* & *Pomey, Panth. Mythic.* p. 2.

13 *Ann. V. Condit.* 536. secundo bello *Punico*, hic dies infaustus ob *Annibalis* victoriam ad *Trebiam*; cuius cladis præceserunt prognostica, ad quorum procurationes institutum novendiale, maximè dum audita clades *P. Cornel. Scipionis* ad *flumen Ticinum*, ex occurfu *Annibalis*, haud sine *Numine* (ut dicemus, 9. *August.*) in *Italiam* devastationem tendentis. Ibi *Scipio* vulneratus, lapsusque ex equo, ab hostibus caperetur, ni subductus à filio *Scipione*, qui dictus post *Africanus*; de quo 27. *Decembr.* *Victore Annibale*, *Scipio* iussit se ad *Trebiam* deferri, exercitu recedente *Placentiam*, quantisper in auxilium veniret è *Sicilia*, *T. Sempronius Longus*, in *Consulatu* collega; qui renuente *Cornel. Scipione*, signa cum hoste vafro ac validiore, contulit; tumens; quasi cuncta restauraturus, sed palmà cessit. *Romani* ergo cæsi fugatique sunt, reliquiasque exercitus *Scipio* deduxit in *Cremonam*, ut iterum vicimè essent *Annibalis* ad *Trafimenum*; de quo 23. *Iunij*: *Imber fuit nive mistus, & intoleranda vis frigoris: & homines multos & iumenta & elephantos penè omnes consumpsit. Finis insequendi hostes Pœnis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix latitiam victoria sentirent.* Ita *Tit. Liv.* 21. sect. 112. qui fugè refert certamen à sect. 90. sed fufius *Sil. Ital.* à *lib.* 4. *Plutarch.* in *Annibal.* & *Fab. Maxim.* *Salian.* *Turfell.* & *Brier.* ann. præcitat. Hunc fructum tulit sacrum *Numinibus* novendiale. Ritus in huiusmodi superstitionibus, præmissimus in *Prolog. Galeat.* §. 7. n. 2.

14 *Prodigia* in cladem refert *Plutarchus*, d. *Annibal victor primà apud Trebiam pugna, ingentem Romanis terrorem iniecit.*

Ianus idem ac Saturnus, cum stella.

Institutæ Magistratibus fasces.

Victoria Annibalis ad Trebiam.

Novendiale.

Scipio Africanus liberat patrem.

Portenta in *Accidere tunc signa ijs, partim consueta, ut*
cladem Ro- *tactis de cælo rebus: partim nova prorsus te-*
manor. *traque. Renunciabatur enim, scuta ultrò*

sanguine manasse; apud Antium spicas san-
guinolentas demessas, lapides candentes &
ardentes ex aère decidisse, cælum supra Fa-
lerios scindi visum, delapsasque eo exbiatu
& dissectas multas tabellas, inque earum una
scripta hæc verba; Mars sua concutit arma.

Idem Bulenger. de Prodig. cap. 1. Odium in
Romanos nunquam quievit in Annibalis
pectore. Unde Captivos nostros (ait Plin. 8.
cap. 7.) dimicare inter se coegit: namque unum
Annibalis *qui supererat, obiecit elephanto: & ille di-*
truculentia *mittere pactus, si interemisset, solus arenam con-*
& perfidia. *gressus; magno Pœnorum dolore, interfecit.*
Annibal cum famam eius dimicationis con-
temptam allaturam belluis, intelligeret; e-
quites misit, qui abeuntem interficerent.

Statue viar. *Alia atrocia refert Valer. Maxim. 9. cap. 2.*
n. 2. & L. Aul. Florus, 2. cap. 6. Longè aliter
ei virtutem vel in hoste rependit Roma tri-
bus illi erectis statuï; uti videbimus, 11.
Septembr. n. 5.

Sacra Ne- *15 Octava cuiusvis mensis inter Athe-*
ptuno, & *nienses erat sacra Neptuno, simulque The-*
Theseo. *seo, Athenarum patrono, uti videbimus, 8.*
Iul. Gyrald. Syntagm. 17. Plutarch. in The-
seo, Alex. Neapolit. 3. cap. 18. Rhodigin. 7.
cap. 23. & Natal. Com. 5. cap. 4. Quia con-
tentione cum Minerva de Athenarum no-
mine, vel quia aquis maris penè circumdata
Attica; instituta Neptuni veneratio: etenim
ipsum aquæ elementum Neptunus dicitur,
feu virtus per maria extensa, ut conserve-
tur, quæ dicebatur Mens divina, feu anima
aquarum per illas diffusa. Hanc vim divi-
nam (ait Natal. Comes 2. Mytholog. cap. 11.)
in aethere Iovem, in aère Iunonem, in aqua
Neptunum, & in singulis horum partibus,
varijs Deorum nominibus appellarunt Anti-
qui. Hinc Neptunus interdum placido vul-
tu, interdum turbulento. fingebatur in con-
cha residens, vestibus & capillis modò cæ-
ruleis, modò nigris. Chartar. in eo, pagin.
162. A Philostrato in Imaginib. cum tri-
dente, aratro & curru, cui proa navis ap-
posita, iuxta illud antiquum Arare mare, ex
quo commoda & incommoda; quippe mu-
tatur in horas eius malacia; suntque tran-
quilla turbida, & econtrà. Hinc etiam fictus
nudus, tenens læva elatum tridentem, dex-
trà verò trilorem scuticam. Hemelar. Ta-
bul. 21. Sic exirus in maris introitum: qua
de causa Mantinez in eius templo nemo tu-
tò quibat ingredi; atque funiculo ab ingres-
su accedentes arcebantur. Vulgatum est,
Egyptus. *Egyptum, cum neque subisset, neque transi-*
Tom. I. Ephem.

luisset, sed filium Ianeum conscidisset; ubi
primum templum intravit, sacrique religio-
nem violavit, maris aquæ ex sacris scate-
bris erumpentis, vi subitâ obsecratum, neque
multopost suo oppressum fato. Idem est etiam
de aqua marina Atheniensiam arcis, prodi-
tum memoria. Pausan. cap. 241. & 244.

Arx Athi-
narian.

16 Inter Thebanos Bœotiz sacra Ca-
biria, in honorem Cereris, propter raptum
Proserpine à Plutone, iuvante Mercurio.
Hi enim dicebantur Dij Cabiri. Meurf.
Græc. feriat. Theodor. Gaza, & K. G. No-
minibus barbaris promit Natal. Com. 5.
Mytholog. cap. 5. quæ nomina pronunciare,
grave nefas. Qui zonâ albâ vel rubrâ cin-
geretur in sacrorum initiatione, & oleâ co-
ronaretur, haudquaquam lædi ab ulla in
 mari tempestate quibat; sicut qui initiaban-
tur in obsequium Deorum Samothracum
(de quo 16. Jun. n. 12.) Idem ibid. Cabiræi
fuere viri Thebis apud quos Ceres deposuit
quoddam cœleste donum, ex quibus Prin-
ceps Prometheus, qui ædes construxit in
honorem Cereris & Proserpine, plantavit-
que lucum, quò donum reposuit, & nisi ini-
tiatis prorsum negatur introitus. Cum The-
bæ expugnata fuissent ab Argivis, Cabiræi
expulsi è sedibus suis, donec Pelarge (quam
ex Oraculo Dodoneo ut Deam habuerunt)
illos & sacra restituit. Cabirorum religio-
nem qui violassent inexpressibilis sceleris rei,
pœnas luebant; ut contigit eis qui surripue-
runt è fano aliqua vasa sacra: imò ex illis
etiam de Xerxis copijs, qui Duce Mardonio
in Bœotia stativa habuerunt; quæ pars in
Cabirorum fanum introire non dubitavit,
vel ingentis prædæ allecti cupiditate; vel
potius ad Numinis contemptum, subitâ
omnes infaniâ correpti, partim se in mare
abiecere, partim de præruptis rupibus se
præcipites dedere. Similiter cum Alexan-
der, superatis Thebanis, urbem & agrum
igni ferroque pervastasset, qui è Macedoni-
bus intra Cabirorum fanum irruperunt,
omnes aut fulminibus, aut ignibus è cælo
missis, exanimati sunt. Hæc Pausan. à cap.
300. Idem Rhodigin. 15. cap. 31. Arnob. 5.
Contra Gentes, priusque Cicero 1. de Natur.
Deor.

Qui Cabi-
ræi?

Templum Nu-
minum Ca-
birorum.

Supplicium
in violato-
res.

17 Gyrald. Syntagm. 1. n. 28. arbitra-
tur Cabiros diei Deorum ministros, sive
apparentes dæmonas, quos Pausanias, cap.
357. Anaclætes pueros, puerorum Præsides, Ca-
storas & Curetas appellat. Qui plus intelli-
gendo affectos se putant (subdit) Cabiros es-
se censent. Unde erant tres Caberi, & tres
Caberides Nymphæ ministrantes Dijs præ-
fatis & homines seducentes immunitate

Pueri Ana-
clætes.

tempestatum, modò sacris Cabitorum initiarentur. Iterat *Syntagm.* 5. n. 39. Sacrorum institutor fuit Methapus in Bœotia, qui Cabitorum imaginem dedicavit, & cum inscriptione (quam legeſis apud Pausan. cap. 111.) Ex quo intelligitur imagines fuisse portatiles: quandoquidem idem, cap. 4. Pergami (inſit) incolunt terram: eam Cabiris sacram fuisse perhibent, qui cum templo in Asiam traxerunt. Non mirum: ubique religionem propagare conabantur: ita enim apud Anthedonios, sicut Thebis (refert idem cap. 298.) Medio maximè urbis loco Cabitorum templam: & ab eo proximè abest sacer Cereri lucus, cum Proſerpine ade: signum Deæ è candido lapide. Thraces primi initiati sacris Cabitorum, uti obſervat Herodotus, 2. n. 16. Et etiam Ægyptij (à quorum superstitionibus contaminatus est orbis uti astruit Kircher. in *Panth. Hebræor.*) ritus susceperunt. Cambyſes in templum etiam Cabitorum (inſit Herodot. 3. n. 13.) inaccessum alteri, quàm sacerdoti, ingressus est; & que illic erant simulacra, multis in ea iocatus verbis, concremavit: sunt enim & hæc illis Vulcani pygmaei similia; & à quo se hi Cabiri atunt esse oriundos. Statua Vulcani similis est Dijs, quos Pataicos vocant Phœnices, quos in irremium proris circumferunt; quos qui non vidit, ego sic indicabo: esse scilicet illos pygmaei, viri imagine. Idem Rhodigin. d. Gyrald. d. n. 28. Idem astruit Petr. Alexandrin. in *Chronic.* pag. 339. inquiens: Cambyſes Ægyptum occupat, & Amenophim, qui Memnon lapis vocalis esse credebatur, dissecuit; quod putaret præſtigias esse meras. Videbimus 25. Decembris, n. 19. & aliqua prælibavimus huius mensis die 3. à n. 2. Sacra Cabitorum execranda. Clemens Alexandr. *Protrept.* cap. 3. hic Gentian. & Firmic. de *Error. profan. religion.* 2. cap. 7. meminitque Kircher. *Obelisc. Pamphil.* exponens qui signaret Mercurij Caduceus; lib. 3. cap. 11. Inde emanavit apud Mahometanos Dea Cabar, idest Venus. Cùm enim antiquitus falsà superstitione seducti, Venerem Græcorum, idest, voluptatem divinis honoribus coluerint, stellam eius esse fabulati sunt; quam Cabar suâ ineptâ linguâ appellaverunt. Idem ex Cedreno, Tom. 1. *Oedip. Syntagm.* 4. cap. 16.

18 In Sicilia, ubi filia Cereris rapta à Plutone indultriâ Mercurij, sacra quæ Proſerpinalia dicebantur. Unde Syracusis insignis templum, quò sacra, in quorum die Dio, qui Dionysium ab urbe propter tyrannidem expulerat, interfectus à Calippo amico, perfidè, De fide in præclare meri-

tum, iusiurandum dare iussus, perduellis dedit. Id tale erat (ait Plutarch. in *Dione*) ut qui fidem sanciret, is in templum Cereris & Proſerpina descenderet, sacrisque peractis, purpurâ Dea se indueret, faciemque tenens ardentem, iuraret. Hoc sacramento Galippus dato, adeo risui Deos habuit, ut die Deabus, per quas fuerat iuratus festo, ipsis Proſerpinalibus, eadem perpetraverit. Compositis insidijs, magnum & horribile visum Dioni offertur. Cum enim inclinante iam die, solus fortè in atrio domus sederet cogitabundus, subito strepitu excitatus, in alteram porticus partem respexit, magnamque contuitus mulierem, qua habitu vultuque nihil à tragica Faria distans, domum scopis verreret.

19 Apud Macedones, 8. Geritij, Xantica, idest, lustratio exercitus. Gyrald. *Syntagm.* 17. Modus signatur à Curtio, 10. *Histor. Alexandr.* cap. 9. Ita (ait) lustrari soliti erant milites, ut discissa canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraque abijcerentur parte. Intra id spatium armati omnes starent, binc equites, illinc phalanx. At verius Freinshem. hic ait: Restituo ad diem VIII. Xantici. Ibi agemus etiam ex illo & Livij descriptione. Hac die inter Ægyptios erecta statua Busiridi Regi, eo quòd etſi in regno tyrannus, cum immolasset, qui consilium dederat de immolando pègrino. *Trasillus*, cùm ad hospites immolare; interfectus est omnium primus. Ravif. *Text.* 4. *Officin.* cap. 103. Bulenger. *Advers. Magos*, lib. 3. cap. 3. Novem annis Ægyptus agrorum sterilitate laboraverat. Inter Thraſius, vaticinandi peritus, è Cypro venit, cui hanc annone caritatem desituram esse pronuntiavit; si virum hospitem quotannis Ioxi mactaverint. Tunc Busiris vate illo prius immolato, advenientem deinceps immolabat. Apollodor. 2. *Biblioth.* n. 22. Videndum denuò 19. Decembris. n. 6. Sint ergo, si fuerunt hæc. Verùm unde scivit compiler Diarij Ægyptij, quòd facta, & facta hac die? Ipse viderit. Duos fuisse Busirides, afferit Diodor. *Sicul.* 1. n. 29. Primus, Osiridis Præfectus classis, n. 10. Secundus Heliopolim incendit, n. 29. fabulamque vocat mactationem hospitem; n. 55. sicut quod ab Hercule fuerit immolatione interfectus, lib. 4. n. 10. Quid dicet Compiler? Ficta iuvant. De Busire civitate quam ædificavit, in qua Isis insignis templum, videtis Diodor. d. & 10. *Iun.* num. 1.

DIES IX. IANUAR.

V. Id.

C Rad. 19. Solis in Capricorno. Hic gradus influat in rabulas, & forenses thraones, litigantes decipientes. Iul. Firmic. & Iunctin. Caput sequentis Geminarum mane occidit. Iunctin. K. A. Cauda Scorpij & humerus Aquarij mane oriuntur. Alsted. Uranom. Auster. flat cum pluvija. Columel. & Ptolom. Delphin oritur. K. V. & Ovid. v. 457.

Ovid.

Interea Delphin charum super equora sedus. Tollitur, & patrijs exercit ora vadis. Vir quatuor pedes habens, stans. Sphær. Arab. Natus quiescet, quum operandum est. Kircher.

Emissio corvi ex Arca Noe.

2 Ab Adrichomio hodie exponitur emissio Corvi ex Arca Noë, anno 1656. Fallitur. Genes. 8.6. dicitur, quod transactis quadraginta diebus, postquam apparuerunt cacumina montium, emissum fuisse corvum. Apparuerunt 1. Decembris, qui apud Hebræos Lunaris, constans 30. diebus; quibus additis 10. mensis seq. in complementum die. 40. non hodie, sed die 11. constat corvus emissus. Ad summum, esth December sit mensis cavus, ut assignat Leonard. Mar. erit die 10. & nequaquam 9. De corvo dicitur v. 7. Egrediebatur, & non revertebatur. Hebr. Egrediebatur, & revertebatur: quam lectionem sequens Ioseph. 1. Antiq. cap. 4. subdit: Ille comperto, totum adhuc stagnare, ad Noë est reversus. Facile conciliantur testimonia: egressus ergo corvus revertebatur in Arcam forinsecus: non revertebatur introrsum, ubi fuerat, & erant cætera animalia cum Noë. Errat ibid. Ioseph. quem sequitur loc. cit. Adrichomius, astruens emissio corvo, post septem dies Noëum misisse columbam: igitur eodem die post corvum emisisse columbam; constat ex Genes. 8.8. Emisit columbam post eum. Vid. d. 11.

Abialon in dex Israel.

3 Post mortem Abefan, suscepit principatum Ahialon ex Zabulonica tribu, hacque die electum in Iudicem Israël signat R. Abrah. Zacuth. in Iuchasin. Nonnulli Hebræorum vocant Hillel, ut observat Serar. in 12. Iudicum, quæst. 7. Non illum Hillel, inter quem & Samai divisa est Hebræorum schola; de quo 9. Februar. n. 16. sed multo seniore. De hoc dicit Genebr. Chronolog. Ann. 2988. Sub hoc terra quietem habuit, eò quod populus non declinaret à Domino. At quo fulcro? statim addit: Eius enim quinto, desijt octodecimus annus Ammonitarum tyrannidis in Iudeos trans Iordanem incolen- Tom. I. Ephem.

tes, Belli tamen quo illa excussa sit, non recordatur Scriptura. Probabile est, huius viri tute contigisse. Hocine bellum in diebus successoris filij eius, vel servi, Abdon; signat Philo. Biblius in Antiq. æquumque videtur quoniam Ioseph. 5. Antiq. cap. 9. ait: Nec ipse, quicquam gessit memoratu dignum. Imò addit ibid. Philo pro sententia Genebrardi, non solum Ammonitas represisse, sed In diebus illis expugnaverunt Hebræi Allophilos, & acceperunt ab eis duodecim civitates.

4 Tribus annis ante obitum, postquam idolis Gentium, illecebris uxorum, crexerat Salomon Fanum; ut rediret ad cor, apparuit ei Dominus, exponens carpenque ruius apostasiam, addens minas ut fugi rediret: quod quidem iteravit, sed ille a proposito non destitit. Cumque domesticum haberet exemplum (ait Ioseph. 8. Antiq. cap. 2.) & pulcherrimum parentis virtutem, & gloriariam; discedens ab eius imitatione, idque his in omnis monitus sequi paterna vestigia, mortem inglorius oppetijt. Venundatus erat sub peccato, & ne periret, qui pius Dominus ac multæ misericordiæ & verax, tertio apparuit ei in somnis, ut placet Sanctio hic n. 21. iuste commotus in tot gratijs cumulate dignatum. Iratus Dominus Solomoni, quod aversa esset mens eius à Domino Deo Israël, qui apparuerat ei secundò: dixit itaque Dominus, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum; dirumpens scindam regnum tuum; & dabo illud servo tuo. 3. Reg. 11. à 9. Ioseph. ubi dudum, asserit per Prophetam factam monitionem, & vibratum in contumaciam minarum fulmen. Surrexerunt in eum Reges Damasci & Idumæ, qui vivo adhuc Salomone irruptionibus crebris, cunctam terram Israël replebant cadibus & rapinis. Servus etiam, ni Salomon resipisceret, in quem Dominus regnum Israël translatum iri, promissit, subdole ac astute revelavit, commovendo populum, ut perperam audiret Salomon, uti dicemus die 18. à n. 3. Quomodo autem 3. Reg. 4. 25. dicatur pax habita in Israël omnibus, seu cunctis diebus Salomonis; respectivè intelligendum: quandiù, scilicet, perseveravit in veri Numinis cultu.

Salomon ter monitus à Deo in penitentiam.

Indicatur illi regni disceptio.

Antilogias.

Mors Godolias.

Alexandra vivitur.

5 Hac in die iuxta calculum Genebrardi, Ann. 2569. occiditur Godolias à dolofo Ismaële Nathanię, quoniam Mensis Septimus signatus in textu sacro, ab illo accipitur non pro mense, sed pro distantia à captivitate Sedeciz. Fallitur, ut videbimus, 3. Septembr. n. 4. Post 541. annos, iuxta Briet. Alexandria, seu Salome; uxor quæ fuerat Aristobuli I. & fratris eius Alexandri Iannæi

(cuius astu & Pharisæorum directione, egrè moderata regnum) hac in die communi civium dolore sepulta. Reuclin. ex Ioseph. 1. de Bell. cap. 4. & Antiq. 13. cap. 24. Egesipp. 1. de Excid. cap. 13. & Genebr. Ann. 4020.

6 Illam ergo iurè fleverunt, quoniam superstitès duo filij hostilibus moribus dissidèbant, imò & sectis; quippe Hyrcanus Pharisæus, & Sadducæus Aristobulus; unde civilia bella, & regni exitium, quod cœpit sub Pompeio; quousque per varias clades, regnum occupatum à Romanis ad Herodem alienigenam tandem devolurum est. Iosipp. imò Strabo, lib. 16. n. 75. at Genebrard. d. Aristobulus iam pridem arguerat matrem de licentia Pharisæorum in æmulos debacchantes, quo ducta, illusa est, manu valida illi tradita adversus Damascum, militibus usus est Aristobulus in meditata sibi regni proposita: illiusque conatibus favit morbus matris, quo congregatis iuvenibus, castellisque prius obtentis, thesauros occupavit, voluntariosque invitavit ad militiam, ac infulas Regis induit. Alexandra ut scivit, lachrymante ad illam Hyrcano, Aristobuli uxorem & liberos eius recluserit in castrum: postque satis afflicta curis & morbo, relicto primogenituræ iure in Sacerdotium & principatum Hyrcano ex testamento; è vita decessit. Egesipp. d. à cap. 13. Petr. Comest. in 2. Machab. cap. 7. Adrichom. Ann. 3895. Sallian. Briet. 3988. Torniell. 3987. n. 1. Petav. 1. p. Rationar. tempor. lib. 4. cap. 17. & Ioseph. 1. de Bell. d. qui 13. Antiquit. cit. in fine addit: *Mulier supra sexum suum egregia, utque mirum in modum honorum & imperandi cupida, operibus declaravit suam industriam, quasi exprobrans viris inscitiam, qui parum feliciter administrant Respublicas. Semper omnia posthabendo moderata gubernationi; nec ab honestate, neque à iustitia deduci voluit.*

7 Anno quinto ante Alexandræ obitum, eodem die quo factò post functa, nonò Sebeth, ut ait Reuclin. natus est in opprobrium & flagellum Iudæorum Herodes Afcalonita ex patre Antipatro in Idumæa, illius regionis Procuratore, haud tenuis pecuniæ, & ideo prævalide potentiæ apud suos; & clarus, studio expendens pecuniam, ut sibi posset conciliare gratiam. Ita Egesipp. d. cap. 14. & Ioseph. cit. cap. 2. lib. 14. Antiq. Hebr. in Seder-Ollam Zuta, Decur. 6. dicunt: *Filius Antipatri Machabæorum servus.* Torniell. Ann. 3982. n. 1. signat annum, sed non diem, Herodianj celebrabant huius improbi natale eisdem demonstrationibus,

queis Sabbata. Herodianj observant, quod die lucernas accensas, & violis coronatas in fenestris ponunt. Iust. Lips. 1. Elect. cap. 3. (Eum enim habuerunt Messiam à Deo, Prophetisque promissum; de quo, 29. Februar. a n. 7.) Petrus Satyr. 5. a v. 180. indicat, succinens:

— *Quid pulchrius? At cum Herodis venere dies, unctaque fenestra Disposita pinguem nebula vomuere lucernam, Portantes violas, rubrumque amplexa catinum,*

Cauda natat Thynni; tumet alba fidelia vincta. In honorem huius, exhibebant quod ceteri Iudæi pro solemnitate Sabbati: nimirum, pridie, *Enneamixon*: hoc est, lucernam novem lychnorum in fenestra. Vide hic Eilhard. Lubinum, & Cassaubon.

8 Hac die à Lamy dicitur, Iesum reliquisse Nazareth, ac decrevisse habitare Capharnaum, ut inde predicaret in Galilææ Synagogis. Ex primo errore, multiplices, equidem erat ieiunans in monte, & hic dies ieiunij fuit tertius.

9 Romæ Senatus legitimus. Boxhoræ & Schild. in Sueton. August. cap. 35. Ab Octaviano institutum, ne plus quam bis in mense haberetur Senatus, tuncque dicebatur *Legitimus*: aliàs, si extra hunc ordinem, Senatus dicebatur *Indictus*. Bis in alijs mensibus, in Septembri & Octobri, semel propter vindemiam. Sueton. d. Sibi elegerat Augustus consilia semestria, & quæ in illis decreverat, indicabat Patribus in Senatu legitimo. Idem ibid. Indicebatur frequenter, modò portenta apparerent, tuncque nefas haberi sub tecto. *Est frequens in prodigijs Priscorum, bovem locutum: quo nunciato, Senatum sub dio haberi solitum.* Plin. 8. cap. 45. quò Dalecamp. subdit: *Non in Rostrijs, aut Curia, sed aprico loco patentique cælo, tamen inaugurato, ne senatus consulta irrita forent. Nundinæ tunc legitime fiebant, ne quid infaustum contingeret ex illarum mutatione. Nundinæ quæ quovis nono die celebrantur, ipsi Kalendis Ianuarij actæ sunt. Cum hoc prodigijs spectem haberet, Romani territi sunt: tum quòd bubo visus erat, totoque triduo simulacrum sudaverat, faxque à Meridie ad Ortum transcurreret, fulmina multa deciderant, sæpius glebivlapidibusque & testis pluerat.* Dio, lib. 40. & Bülinger. de Prodigijs, cap. 53. *Erant ergo Regijs sacrorum munus V. Idus Ianuarias Iano arietem immolare.* Alexandr. Neapol. 3. 17. ex Ovidio, 1. Factor. v. 333.

— *Ita Rex placare sacrorum Numinalanigera coniuge debet ovis.*

Aristobulus regni affe-
bat.

Eius uxorem cum filij alexandra deservit in arc.

Alexandra gesta.

Oritur Herodes Magnus.

Petrus.

Christi gesta.

Eius distinctus ieiunij.

Senatus legitimus.

Ex portentijs Senatus sub dio.

Nundinæ infauste, si mutarentur.

Ovid.

Videbis 24. Mart. num. 10.

10 Hoc etiam die celebrabantur *Agonalia* Iano vel Cereri. K. R. Rosin. 4. cap. 5. Alex. Neapol. 6. cap. 8. Macrobi. 1. Saturnal. cap. 4. Gyrard. *Syntagm.* 17. Varro, 5. de *Lingua Latin.* & Smet. in *Fastis*. In his sacris Sacrorum Rex immolabat arietem: cui Virgines Vestales dicebant, ne oscitanter sancta tractaret: *Vigilantne? Vigila*. Servius in illud *Virgil.* 10. v. 228. *Vigilantne Delim gens Anead? Vigila*. Idem La-Zerd. hic. Preter hanc, quinque nominis causas affert Ovid. 1. *Fastor.* à v. 320. AA. digladiantur in argumento. Neapol. d. Politian. *Miscellan.* cap. 6. Vives, 7. de *Civ.* cap. 20. Stuck. de *Sacrif. Gentil.* cap. 120. Rhodigin. 18. cap. 3. & præ cunctis Læl. Biscol. 1. *Horar. subsestivar.* lib. 2. cap. 2. A Græcis dicebantur

Agones (unde Ludi Agonales) instituti ab Hercule in honorem Dei Agonij. Rav. Text. 1. *Officin.* cap. 21. Placet nimis quod ait Marlian. cap. 106. & in *Epitom.* 6. cap. 7. *Vifuntur hodie vestigia spatiosissimi Circi; Agonem vocant, quod in eo IX. Ianuarij Agonalia, Iano sacra celebrarentur, à Numa instituta.* Ego verò crediderim, ibi non solùm *Agonalia*, verùm varios ludos, variaque edita spectacula; & communi nomine Agonem denominatum: quo quidem nomine cuiuslibet generis spectacula appellant Græci. Ali-

Ludi Agonales, & Spectacula.

quando *Agonia* dicta à Romanis *Bacchanalia* (ab exteris *Dionysia*, seu *Nyctivalia*; de quibus suo loc.) quæ ab illis celebrari solita occultè nefarijs sacris. Smet. d. Hæc turpia à Græcia accepti Romana pudicitia. Græcus ignobilis in *Hetruriam primùm venit, sacrificulus & vates: nec is aperta religione, propalam (quæstum & disciplinam profiteudo) animos errore imbuit, sed occultorum antistes sacrorum.* Initia erant, quæ primò paucis tradita sunt: deinde vulgari cæpta per viros mulieresque: addita voluptates religionis vini & epularum, quo plurimum animi illicerentur; cum vinum animos & nox, & misti se minis mores, atate tenere maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, quàm corruptelæ omnis generis fieri cœpta, &c. Hæc Livius, lib. 39. scilicet. 16. reliqua videbimus, 1. *Septembr.* n. 8.

Bacchanalia, Dionysia, Nyctivalia.

11 Hic senatus, sed à mulieribus in monte Quirinali celebratis Agonij. *Agonalia* (ait Marlian. cap. 97. & in *Epitom.* 5. cap. 24.) in Quirinali celebrata fuisse, memoria proditum est. *Senatulum* item mulierum in Quirinali fuit, ubi prius quotannis solemnibus diebus matronarum conventus fiebant. Indicat nobilis Antiquarius Cæsar. Rhodig. 13. cap. 33. eundem locum signans,

in foeminarum senatulum, quò conveniebant ad conciliandam pacem; quia cautum; ne unquam mulier senatum ingrederetur, ita ut inferis eius caput dicaretur, devovereturque, per quem esset factum. Hac die incipiebant Ludi Compitalitij per triduum, propter sacra Compitalia, quæ augustius celebrabantur 2. *Maij*, uti videbimus, etsi à K. Rom. & Rosin. signentur die 12. quò Ludos Compitalitios describemus, à n. 3.

Ludi Compitalitij.

12 Inter Atticos nono mensis cuiusvis Lunæ Magnæ Matri sacra. Nicander in *Alezipharm.* ubi accinit:

Sacra Lunæ Magnæ Matri.

Uteque Rheæ Matris olim divina sacerdos, Ipsa vis Luna iam novâ luce propinquat, Clamoremque altum tollit; per devia cuncti Diffugiunt, postquam ceperunt auribus ipsos Idea Matris horrendos fortè ululatus.

Nicand.

Fiebant cultus magna vociferatione; *quantvis alij* (inquit Natal. Com. 9. *Mytholog.* cap. 5.) *consuerint, quod demones essent, qui furorem immitterent. Fiebant autem huius Deæ sacrificia die nono Lunæ.* Videndum 9. *Lun.* At inter Athenienses hac die Vestis Minervæ asservabatur in arce Cecropis, quò primò eius filia Pandrosos reclusit. Meurs. *Lecl. Attic.* 3. cap. 22. Hæc post habita Dea. *Cum Minervæ templo Pandrosi ades* (ait Pausan. cap. 25.) *coniuncta est, quæ sola ex sororibus fidem in deposito servavit.* Fabulam refert Ovid. 2. *Metam.* fab. 7. Templum cum æde, Minervæ titulo, à fundatis Athenis illustre, antequàm expugnarentur à Lyfandro, conflagravit, *quod certum proxima cladis argumentum fuit: eamque defecturam suis, quæ templum suum neglexisset.* Briet. *Ann. V. C.* 348.

Vestis Minervæ.

Pandrosos.

Portentum ante captas Athenas à Lyfandro.

13 Inter Thebanos *Menæcenia* sacra; *Menæcenia* sic dicta, quia Creontis filius Menæceus se ipsum devovit, præcepit è muro ductus Oraculo Delphico, eo tempore quo septem Duces Thebas expugnatam veneri. Apollodor. 3. *Biblioth.* n. 11. asserit, quòd cum audierit civitatem sospitem fore, modò Marti se voveret Menæceus; seipsum ante portas mactasse: hocque oraculum non fuisse Delphici Apollinis, sed Tiresiæ: cuius verbis motus (dixerat enim Vates, urbem fore salvam, modò ultimus è Cadmi posteris, qui Thebas extruxit, spontaneà se morte Manibus devoveret) cum novissimus Menæceus ex inclyta familia esset, de se intelligens vaticinium; suo sibi gladio mortem conscivit: pectoreque valido vulnere transosso,

Menæcei mori.

Sanguine tunc spargit turres, & moenia Stat. lustrat:

Seque super medias acies, nodum ense remisso

Fecit, & in favos cadere estronatus Achivos.
 Accinit Sratius, 10: *Thebald.* à v. 767. & hic
 Lucretius, sive Cael. Planades. Graphice
 refert articulum Pausan. cap. 300. *Ad Nei-*
tim portam (inquit) *est Menœcei Creontis si-*
lij monumentum, qui seipsum ultro occidit
ex Oraculo Delphici Apollinis, quo tempore
Polyrcees cum Argivorum exercitu Thebas
oppugnatum venit. Ad eius tumulum malus
Punica enata est, cuius poma, cum maturue-
runt, rupto exteriori cortice, sanguini nescio
quid simili ostendunt. Hæc quidem arbor ad
perpetuitatem repullavit. Non longè à Me-
noœcei sepulchro, Oedipi filios, aiunt, singula-
ri certamine pugnantibus mutuis vulneribus
concidisse. Pugna eius documentum pila ere-
cta cum lapideo scuto. Ostenditur etiam lo-
cus, in quo Iunonem Herculi infanti mam-
mam præbuisse quodam Iovis dolo, tradunt.
 Eadem Rhodigin. 2.1. cap. 21. & Castellan.
 in *Horolog.* Viderint, qui Viam lacteam as-
 serunt efformatam in cælo lacte Iunonis,
 vel ructu lactentis Alcidis. Agemus, *Isa-*
gog. Iun. à n. 2--die 16. à n. 4. & 30. Decembr.
 num. 1.

14 Etiam inter Thebanos plausibilis
 fuit dies propter statuam Pindaro, Lyrico-
 rum principi, erectam. Muret. 4. *Variar.*
 cap. 1. iuxta Hippodromum est Pindari mo-
 numentum (præmittit Pausan. cap. 299.) Cum
 esset adhuc adolescentulus, Thespias profici-
 scentem, per æstatem calore fessum somnus
 arctior complexus est. Advolarunt apes, quod
 paululum de via diverterat, & ad eius labia
 mel adleverunt. Hoc fuit carmina pangendi
 Pindaro initium. Cum verò iam latè per to-
 tam Græciam magna esset fama celebritate,
 ad summum gloriæ fastigium exivit Pythiæ
 vox, qua Delphi iussi sunt, equam, qua A-
 pollini deferuntur, omnium primitiarum
 partem Pindaro tribuere. Exactà iam ætate
 in somnis videre visus est assistere Persepho-
 nem, & queri, unam se ex omnibus Dijs non
 fuisse ipsius carminibus ornatam. Paulò cer-
 tè post, atque adeo ante decimum ab eo so-
 mnio diem, vita muneribus est perfunctus.
 Quod magis ludicrum, eum post mortem
 Persephonæ hymnum prætermisum cecinisse.
 Ibid. Philostrat. de *Imagin.* Rhodigin.
 15. cap. 11. Plutarch. de *Consolat.* ad *Apol-*
lon. fusèque Gyraldus, *Histor. Poetar.* Dia-
 log. 9. qui mortuam asserit in gymnasio
 aspectu pueri venusti, radijs cuius, ex illius
 facie prodeuntibus, atque emicantibus, mira-
 biliter affici, aiebat. Haud sano sensu acci-
 piendus Valer. Maxim. 9. cap. 12. n. 7. ut ait
 Suid. De morte præmonitum ex Oraculo
 Delphico, asserit Plutarch. d. in quo templo

servabatur Pindari sella, ferro fabricata,
 qua quoties Delphos venisset, in honorem
 Apollinis hymnos decantabat. Pausan. cap.
 341. Vel post mortem à Principibus hono-
 raturus est: Argivi eius pepercerunt penati-
 bus, cum ab illis Thebæ captæ (de quo A-
 polloder. lib. 3. *Biblioth.* n. 11. sicut post
 Alexander fecit, ut diximus die 2. num. 15.
 Inimitabilis fuit. Unde Horat. 4. *Od.* 2. à v.
 1. succinit:

Pindarum quisquis studet emulari,
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto.

15 Corinthi fana duo dedicata Istdi,
 alterum Pelagiæ, alterum Ægyptiæ. *K. Græc.*
 Eisdem verbis inveni apud Pausaniam, cap.
 48. qui addit: *Sunt deinceps Solis ara, Ne-*
cessitatis & Violentiæ ades, in quam ingredi
fas esse negant. Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 89.
 Alex. Neapol. lib. 1. cap. 14. & Rhodig. 2.1.
 cap. 2. Picta necessitas figura Tantalii. Ar-
 bitrer, Ethnicos *Necessitatem* vocare Mor-
 tem (eui fanum dicatum, uti dicemus, 26.
 Mart. n. 26.) & illorum phrasi, *Fatum.* Hinc
 Plato, 10. de *Republ.* Parcas facit filias *Ne-*
cessitatis, quæ æqualibus intervallis in thro-
 no sedent, vestibus albis amictæ, capite co-
 ronato, ad Sirenarum harmoniam canentes &
 omnes fufum quemdam adamantinum, qui
 ambos polos attingit, perque matris *Neces-*
sitatis genua transit, tractantes, Clotho dex-
 tra, sinistra Atropos, ambabus manibus
 Lachesis. Eadem Chartar. pag. 203. Alatas
 finxerunt, & coronatas narcisis; ut Catu-
 lus in *Nuptijs Pelei & Thetid.* à v. 307. flo-
 ridè depingit:

His corpus tremulum completens undique
vestis

Candida, purpurea talos incincherat ora,
Et roseo nivea residebant vertice vittæ;
Æternumque manus carpebant ritè laborè.
Lava colum molle lanà retinebat amictam.
Dextra tunc leviter deducens fila, supinis
Formabat digitis; tum proma in pollice tor-
quens

Libratum tereti versabat turbine fufum.

Singularis profectò imago Parcarum apud
 Homerum *Hymn. in Mercurium.* Illas ergo
 effingit forores, virgines, pennatas, quarum
 capita farinà conspersa. Vide Macrobr. 5.
 Saturn. cap. 16. Fortunæ comitem *Necessi-*
tatem pingit Horatius, 1. *Od.* 35. à v. 17.
 cunctis instrumentis cinctam, quibus for-
 tunam premit, & ad libitum cogit.

Te semper anteit sava Necessitas,
Clavos trabeales, & cuneas manu
Gestans aenà, nec severus
Uncus abest.

Eius sella
in templo
Delphico.

Horat.

Fana Istdis.

Necessitatis
ades.

Parca eius
filia.

Imagines.

Catull.

Necessitas
Fortunæ Co-
mitis.

Horat.

Hæc insignia *Necessitatis*, quæ prodroma Fortunæ atque faultæ sortis; cuius potentia insolentiam uti anteambulatrix reprimit: quicquid enim *Necessitati* libuerit, nulla vis, ars aut potestas impedire valet. Turneb. *Adversar.* 9. cap. 14. & Pier. Valer. 48. cap. 54.

Violentia
ædes, & imago.

Calamnia,
Invidia, Discordia
Violentia comites.

Imago Calumnia.

Invidia.

Pœnitentia.

Ara Solis.

Pompa Vexoris.

16 Violentia etiam in æde constituta, ut liberarentur à tyrannidis furore; quia semper nocet contradictio potentior. Comites habet Invidiam, Discordiam & Calumniam, quæ vestibibus simplicem spoliatur Veritatem, eiusque cultu seducebant homines, qui in tribus videbant duntaxat Veritatis vestes, ducti specie, sed nequaquam Veritate. Adi, *Tom. I. T. 6. D. 19. n. 2.* Sicine prævalebat Violentia, & crebris iniurijs regnabat Erinnyes. Theatrum ad violentiam vividius Apelle exponit Chartarius, pag. 311. *Sedet vir (ait) permagnas habens aures: manum ille portendit accedenti Calumnia. Circum ipsum verò sunt mulieres duæ; Ignorantia scilicet, & Suspicio. Ex adverso Calumnia, fœmina ornata & pulchra; sed aspectu ardens, & in iram ac rabiem concita, levâ accensam facem præferens, dextrâ adolescentem quempiam per capillos trahere videbatur, qui manus ambas ad cœlum tendebat, Superosque obtestabatur. Præcedebat vir pallidus, impurus, acutè intuens, qui Livor erat: ponè duæ alie mulieres, Calumniam dirigentes, & adornantes: altera erat Insidia, altera Fraus: à tergo sequebatur Pœnitentia, pullas lacerasque vestes indutas; quæ retrò caput inflectens, flens ac lugens, pudore venientem Veritatem excipere videbatur. Idem eisdem coloribus promit Lucian. *Dialog.* 30.*

17 Cum aris *Necessitatis* & *Violentia* etiam erat ara Solis. Inter utrasque haud Clarij, seu lucidi Solis simulacrum, sed occidentis, ut meminit Pausan. *cap.* 334. Unde ut malum omen propellerent, in Acrocorintho collocarunt statuas Solis, Amoris cum arcu & Veneris cataphractæ; ut qui inter *Necessitatem* & *Violentiam* radijs occiduis positus; inter Amorem sagittis valentem & Matrem armatam, uti Clarius, refulgeret. Idem *cap.* 48. Inter Assyrios pompa Vexoris, qui ante Ninum regnavit, & primus subiugavit Ægyptum. *Diar. Græc.* Meminit Iustin. lib. 1. *Histor.* in princip. illum priorem Nino constituens; sub cuius potestate Ægyptus devenit. Unde tam de illo, quam de Tanao, Scythiæ Rege, subdit: *Longinqua non finitima bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam querebant, contentique victoriâ, imperio abstine-*

bant. Hic non alius, nisi Nemrod, qui sub nomine *Sotbis* signatur tempore Noë, à Kircherò, in *Chronolog. Reg. Ægypt.* etfi sub nomine proprio adscribat in *Dynastia Pastor.* tertium Ægypti Regem. Eius imaginem portabant, quasi in triumphum usque in Regum aulam: nescio, an in virtutum exemplar.

18 In Sicilia sacra Hieroni. *Fast. Siculi.* Hic fuit fratre Gelone maior natu, cui successit in principatu Siciliæ, ut dicemus, 18. *Mart. n.* 26. Duos fuisse Hierones, Siciliæ Reges, astruit Pausan. *cap.* 186; & 189. Uterque insignis, victorque in Olympia: erecta utrique statua; at fratri Gelonis dux, imò tres. *Hieronum statuas duas Syracusis dedicavit Respublica; tertiam ei posuerunt ipsius filij. Hunc Hieronem idem cum superiore nomen habuisse, & Syracusis idem dominium.* Idem, *cap.* 193. & hic Frideric. Sylburg. Post profectioem Pyrrhi à Sicilia, Magistratus Hiero creatus: cuius tanta moderatio fuit, ut consentiente omnium civitatum favore, Dux adversus Carthaginenses primùm, mox Rex crearetur. Huius futuræ maiestatis infantis educatio quasi prænuncia fuit. Huic pater Heroclytus, nobilissimus, à primo Siciliæ Rege Gelone. Mater verò sordidi generis, quippe ancilla, quanvis non serva. Fugiens itaque pater propudium, quasi dehonestamentum generis; exponi iussit: *At parvulum, & humane opis egentem (inquit Iustin. Histor. lib. 23.) apes congesto circa iacentem melle, multis diebus aluere: ob quam rem responso aruspicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi caneant, parvulum colligit, omnique studio ad spem maiestatis, quæ promittebatur, instituit. Eidem in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam, in turba puerorum repente conspectus, eripuit. Adolescenti quoque prima bella ineunti aquila in clypeo, noctua in hasta confedit: quod ostentum & consilio cautum, & manu promptum, Regemque futurum significabat. Denique adversus provocatores sæpe pugnavit, semperque victoriam reportavit. A Pyrrho Rege multis militaribus donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere: in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus, prorsum ut nihil ei regium desse, præter regnum videretur. Idem promit Bulenger. de *Augurijs & auspicijs*, *cap.* 5. In Elide eminebat eius simulacrum simul cum donario, quod currus dicebatur Hieronis. At dona ista (inquit Pausanias, *cap.* 189.) non sunt ab Hierone missa; sed votum Deo persolvit Hieronis*

Sacra Hieroni.

Exponitur sed ab apibus alitur.

Donari.

Donaria.

nis filius. Sunt autem monumenta de Olympiis victorijs Hieronis, qui fratri Geloni in Syracusanorum tyrannide successit: dicemus, 18. Mart. n. 25. sicut de eius liberalitate, 23. Jun. Hic ex spolijs Carthaginensium Iovi Olympio dicavit aureum amiculum, quod post Dionysius permutavit in lacuum. Valer. Maxim. 1. cap. 1. n. 3. in extern.

DIES X. IANUAR.

I. **G** Rad. 20. Solis in Capricorno. Felix: Dario. & Firmicus. *Pluvius & Auster violentior.* Ptolom. *Media hyems.* Ovid. qui v. 459. succinit: *Postera lux hyemē medio discrimine signat: Equaque preterita quæ superabit, erit. Simia speculum intuens.* Sphær. Arab. *Præsepe in pectore Cancri vesperè oritur.* Iunctin. K. A. Lucida Coronæ vesperè occidit. Alsted. Uran.

2 Cùm David pervenisset in terram Iuda, federetque cum suis in Saltu-Arith, uti dicemus, 9. Decembr. n. 1. audivit Saul & timuit, maximè sciens cum illo esse validam armatorum manum, suspicans aliquid magnum in se moliturum, & in David præ eius tyrannide propensiores populum. Furebat transiens de Gabaà, ubi Regia, in nemus, quod erat iuxta Rama, civitatem Beniamin, non Iuda. De utraque loquitur Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 12. Hieronym. in *Loc. Hebraic.* & Adrichom. in præf. tribuum description. n. 100. & 205. Ibi ergo in folio, sceptrum suis demonstrans, idest, lanceam; postquam in filium Ionatham impotentissimus convicia vomuit, arguit acriter domesticos suos, quasi sibi parum fidos, aureos montes illis promittens, modò cederet David, quem iam vel in prociectu formidabat. Ut ab infidelitate ac perfidia se probaret immunem, vir scelestus Doeg, Davidi semper infensus, Nobe in urbe cùm esset in Tabernaculo, asseruit se vidisse Davidem non ita pridem, quem Achimelech summus Sanctuarij Sacerdos & cibarijs instruxerat & armis. Excanduit Saul, & quod in Davidem corde conceperat virus, detorsit in Sacerdotes, deservientes Tabernaculo. Evocatur illicò in Rama Achimelech cum universa familia: perduellionis accusatur, & indictà causà cum suis omnibus hac die (iuxta Reuclin. ex 1. Reg. 22. à v. 6.) addicitur morti; quæ quidem maxima Saulis & eius stirpis exterminij causa, ut asserit Ioseph. d. lib. 6. cap. 15. Hieronym. in *Trad. Hebr.* in 2. Reg. cap. 1. & Pelusiota, *Epist.* 388. Cùm in Sacerdotes

nemo manum vellet injicere; denunciator Doeg, in blandimen iræ Principis carnificem egit, & Achimelech, summum Sacerdotem cum 85. Levitis immanissimè iugulavit. Angelomus hic asserit, duos filios Saul ex Respha concubina Armoni & Miphiboseth, natu minores, simul cum Doeg in Sacerdotes irruisse; qua de causa à Gabaonitis post sunt crucifixi. 2. Reg. 21. à 6. Vide Serar. & Abulens. hic. Hieronym. in *Tradition.* lib. Reg. cit. & Abulens. hic Petro Alexandrino in *Chronic.* pag. 199. placuit Abnerem ministrum etiam fuisse huiusce carnificinæ. *Saul Sacerdotes interfecit, usus Principe militia Abnero, filio Neri. Tunc Samuel prophetes David filium. Iesse ex tribu Iuda, in Regem Israël unxit.* Tunc iuxta sententiam Abulens. in 1. Paralip. 6. quæst. 3. & Sigonium, 5. de *Hebraor. republ.* cap. 2. constituto pro Achimelech in summum Sacerdotem à Saule Sadoc, redijt dignitas in domum Eleazari, cùm esset in domo Ithamar, ex quo Heli Iudex Israël, summus Sacerdos, uti minatus fuerat Dominus per Samuelem; 1. Reg. 2. 30. Adi Torniel. *Ann.* 2974. n. 10.

3 Extensus est etiam in urbem Leviticam furor, nec habere Tabernaculum illi ac civibus profuit (quod tunc in Gabaon translatum fuit; de qua urbe Iosephus, 7. *Antiq.* cap. 11. Hieronym. in *Loc. Hebraic.* & Adrichom. in *Beniam.* n. 68.) siquidem ut dicitur, 1. Reg. 22. à 19. *Civitatem percussit in ore gladij, viros & mulieres, & parvulos & lactentes, bovemque & asinum & ovem.* Anathema furori Saulis facta est civitas, & iuxta Philonem Biblium, quia tempus fuit, ut iudicium inciperet à domo Dei. *In illo tempore (infit) Sacerdotes, qui habitabant in Nobe, erant contaminantes Sancta Domini, & exprobrantes primitiva apopulis: indignatus est Deus & dixit: Ecce ego delebo habitantes in Noba, quoniam ambulant in vijs filiorum Heli.* Addit aliud delirium, scilicet, causam illorum exitij fuisse, non petijisse in mortem Ionatham, cui devoverat pater Saul: quapropter Deus morti tradidit, quippe pepercerunt Ionathæ. Somniat. Insuper quoniam Doeg tanti mali causa fuit, in eum divinum refert vaticinium, subdens: *Ecce dies venient citò, & ascendet vermis igneus in linguam eius, & tabescere faciet eum; & erit habitatio eius cum Iair in igne inextinguibili semper.* Quid hoc, dicemus, 2. Septembr. n. 2. Tunc è familia ac stirpe Achimelech evasit Abiathar; de quo plures asserunt sequenti die cum Ephod (idest Rationali, in quo Urim & Thu-

Duo filij Saul etiam in facinus ausi.

Sacerdotis redit ad familiam Eleazari.

Tabernaculum in Gabaon.

Nobe destruta.

Vaticinium in Doeg.

Ovid.

Doeg accusat Achimelech, uti perduellionem.

Sacerdotem summum cum alijs cruciat in su Saulis.

Thumim) confugisse ad David, cum suis commorantem in Saktu-Arith. 1. Reg. 22. 20. Ioseph. & Torniell. d. & Adrichom. in *Chronic.* Ann. 2888.

4 Præfeto urbis Ierusalem Philippo Phryge, cum ex victorijs Iudæ Machabæi non auderet copias è civitate educere; monuit Apollonium, Cælesyriæ Ducem, prosternere exiguam Machabæi manum, qua Præfetos Syriæ quiescere non finebat. Unde cum mense Decembri (uti dicemus die, 4. n. 3.) sciret; totum silentio attrivit menssem in collectione militum, quin notesceret, quò procella detonaret. Gravissimum, numerosumque exercitum ex Samaritis congregarat Apollonius, cum quo avidè decertare concupiebat Machabæus, ut ulcisceretur tot ab illo perfectas iniurias, sed perfidè, in templum, urbem, & cives. 2. *Machab.* 5. à 24. Haud Iudas expectavit eius adventum; sed exijt obviam illi, quem occidit, percusso etiam eius exercitu, ex quo multi vulnerati, fugientibus reliquis. Manu Iudæ cæsum, dixit Ioseph. Gorionides lib. 3. *Histor. Iudaic.* cap. 10. *Cùm videret Apollonium* (inquit) *stantem in medio exercitus Macedonum, currens ad eum ex furore spiritus sui, & penetrans in prælii medium, percussit ad sinistram atque dextram, & stravit fortissimos Macedonig, & pergens ad Apollonium, percussit eum gladio & mortuus est.* Inter spolia vidit Machabæus gladium Apollonij insignem è temperie chalybis, firmitate, & acie promptà; sibi que sumpsit in usum, atque primæ victoriæ trophæum. 1. *Machab.* 3. à 10. hic Comestor, cap. 2. & Briet. cum Salian. *Ann.* 3888. Torniell. 3889. Adrichom. 3800. demùm Ioseph. 12. *Antiquit.* cap. 10. Nonnullis videtur illa nocte Iudam cum exercitu fesso ex pugna irruisse in Seronem, qui confestim pergebat ut auxilia coniungeret copijs Apollonij. Falluntur, ut dicetur die, 26. n. 6.

Machabæus occidit Apollonium.

Sibi sumit eius gladiū.

5 Abhinc anno quarto postquam Eupator cum Lyfia devicerat Philippum & interfecerat (uti referendum 7. *Novembr.* à n. 4. & 8. n. 5.) ipsi etiam hac die ceciderunt sub Demetrio Sotere. Rauclij. ex 1. *Machab.* 7. à 1. & lib. 2. cap. 14. à 1. Demetrius hic *Sotër* dictus iuxta Appianum, quia Babyloniam à tyrannide liberavit; datus fuit obses à patre Seleuco pro fratre Epiphane (Adi 3. *Novembr.* n. 5.) & cum audisset Eupatorem in Syria pro se regnare; egrè tulit, Senatui asserens obsidem se pro Epiphane venisse: illo mortuo, cuius obses sit, ignorare. *Senatus noluit eum in regnum deducere* (ait Appian. in *Syriac.*) *conducibilis sibi* Tom. I. *Ephem.*

Demetrius Roma fugit

occisimans, regi Syriam à puero, quam à viro, ingresso iam vigesimum tertium annum. Idem Iustin. lib. 34. Plus Republicæ, quam æquitatis Senatus habuit rationem. Demetrius per biennium passus est repulsam; sed cum malè audiret Eupator cum Lyfia apud Senatum, eò quòd Cn. Octavius Legatus Antiochiæ in balneo interfectus esset: denuò ius suum in Syriæ regnum in Rostris significavit: verùm Senatus connixit.

6 Cùm se non dimitti animadverteret, socio Nicanore (ut ait Ioseph. lib. 12. *Antiquit.* cap. 17.) specie venandi ab urbe profectus, Hostiæ tacitus cum fugæ comitibus navem conscendit. *Appian.* & *Iustin.* quò dudùm. Delatus in Syriam secundò, favore omnium excipitur, & Tripolim occupat: assumptoque diademate, & contractis quotquot potuit, militibus mercenarijs; regnum invadit. Cùmque certatim ad eum populi deficerent, excipientes eum obvijs manibus, etiam Antiochum Regem & Lyfiam ab exercitu captos ad eum perduxerunt: quos quidem cùm aspicere vivos Demetrius nollet, iugulatos obrulerunt. 1. *Machab.* loc. cit. Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 16. Petr. Comest. in *Machab.* cap. 6. Genebr. *Ann.* 3956. Adrichom. in *Chronic.* 3800. Salian. Briet. Tursellin. 3892. ac Torniellus, 3893. n. 1. Ægrè Romani fugam tulere Demetrii. Scripsit ex Lycia, & coronam auream ingentis ponderis illis deferri iussit, munus Romanæ avaritiæ atque superbiæ. Briet. *Ann.* V. C. 592.

Eupator cū Lyfia cecidit.

7 Ut sedit in folio Demetrius, illicò Antiochiam advolavit Alcimus quidam plenus muneribus surreptis è templo, qui obtulit Regi coronam auream & palmam, talosque, idest, ramos, qui templi esse videbantur. Tunc constituit eum Demetrius Summum Sacerdotem, ut lætus rediret Ierosolymam. *Alcimus Dux eorum, qui volebat fieri sacerdos.* 1. *Machab.* 7. 5. At lib. 2. cap. 14. 3. dicitur: *Alcimus autem quidam, qui summus sacerdos fuerat.* Quomodò qui sacerdos fuerat, volebat sacerdos fieri? Facilis expositio. Tunc dignitas illa erat venalis. Fuerat sacerdos post Lyfimachum (de quo 2. *Septembr.* n. 13. & 20. n. 4.) sed cùm idolis sicut Ethnici sacrificaret, à Machabæis depositus est. Adi Torniell. loc. cit. & *Ann.* 3883. n. 2. simulque Sanctium hic, n. 3. Perpicuò loc. præfat. *Alcimus* (dicitur) *voluntariè coinquinatus est, temporibus commissionis.* De Pontificatu detrusus operà Afidæorum, cuius caput erat Iudas. Unde denuò obtinere satagit, in illos coram Demetrio invehens; quoniam defraudatus à

Alcimus constituit summus Sacerdos.

Antiochia.

paterna gloria, summo scilicet Sacerdotio.
2. Machab. 14. à 5.

8 Tunc illi Demetrius contulit Sacerdotum principatum, simulque cum illo progredi iussit Bacchidem, cui commissa erat ditio Perfidis, ut cum milite plecteret obfistentes, quousque Alcimum restitueret in pristina dignitatis honorem. 1. Machab. 7. à 5. Onias filius Onie Sancti, orbatu patre adhuc puer, videns quod Rex sacerdotium Alcimo dedisset, nihil pertinenti ad cognationem Pontificum; fugit ad Egypti Regem Ptolemeum, apud quem & uxorem eius Cleopatram in pretio habitus; impetravit ab eis locum in prefectura Heliopolitana, in quo templum, Ierosolymitano simile, extrueret. Ioseph. 12. Antiq. cap. 15. Idem placet multis, sed non intelligendum de templi erectione, sed dedicatione, uti observat Torriell. Ann. 3892. n. 12. & ex illo nos, 2. Maij, n. 9. De templo Heliopolitano, & eius conditore, sæpe: vide diem 24. à n. 5. 10. Februar. n. 6--2. Mart. n. 4. & 30. Decembr. n. 4.

9 De cognatione Pontificum Alcimum non fuisse; astruit Iosephus, ut vidimus; etiam August. 18. Civit. cap. 45. dicens: Per ambitionem Alcimus, cum a genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, Pontifex factus est. Videtur discordare illud, v. 14. ibid. ubi de Alcimo dicitur: Homo sacerdos, de semine Aaron, venit. Exponendum, Alcimum, fuisse sanè de semine Aaron; cui congruebant munera Sacerdotij, sed non Pontificatus; quippe ex alia cognatione. Erant à regno Davidis, 24. classes, seu vices virorum in templi ministerium: 1. Paralip. 24. à 5. Erat ergo Alcimus, homo sacerdos, de semine Aaron; sed diversa familia, non de cognatione Pontificum. Explicat perspicuo Ioseph. d. Ut transferret cum honorem in aliam familiam: non alienam profecto à sacerdotio, sed à Pontificatu. Ita intelligendus est Augustinus, & Genebr. Ann. 3956. Hac in die signatur à Reufneto mors Prophetæ Zachariæ. Vide 6. Septembr. n. 4. Hoc die, post discessum à Iordane ieiunij Christi numerari debet quartus. Hodie legebatur in Synagoga cap. 18. Exodi, à v. 1. usque ad 21. v. 1. & Isai. 6. tot. Bern. Lamy. cit.

10 Perfectum Romæ Capitolium à Tarquino Superbo, votum pridem à Tarquino Prisco. Parerg. Prad. Non omnino ab illo perfectum; ut ait Plutarch. in Poplic. Halicarnass. 4. à n. 48. Structuræ (ait) adhibuit opifices, magnamque templi partem perfecit, sed totum opus absolere non po-

tuit, preventus exilio. Vertit se ad templi fabricam, ut avi sui vota persolveret: nam ille ultimo bello cum Sabinis dimicans, si vinceret, Iovi, Iunoni Minervæque templum voverat: & rupem quidem destinatam sacro adificio in arca formam complanaverat; ceterum structuram templorum preventus morte non potuit absolere. Superbus aggressus est post Suesæ urbis excidium: qua expugnata seposito omni argento ad Capitolium extruendum, cives trucidavit. Brieti V. C. ann. 225. Appositius Salas haud arbitratur hac in die non perfectum fuisse Capitolium, sed inchoatum; cui suffragor: etenim ut ait Marlian. d. Parum ad absolutio- nem deerat, quo tempore tyrannide excidit. Iam enim in structuram signatus erat à Prisco mons Tarpeius (pridem Saturnus, quia locus sub Numinis huius tutela) à Tarpeia virgine Vestali dictus, quæ ibi armis à Sabinis oppressa, sepulta est; uti agemus 20. April. Post dictus Capitolinus propter templum Iovis, invento in omen felicitatis fabricæ hominis capite, ut per indicem diximus, die 5. n. 8. astruuntque Plutarch. d. Rosin. 1. cap. 5. Gyrard. Syntagm. 2. à n. 12. Buleng. de Sortib. cap. 6. & Halicarnass. 4. n. 47. ubi: Tarquinius omnis generis artifices ad operandum adhibuit; quo tempore fertur mirum quoddam extitisse prodigium. Fundamentis opera fossorum ad magnam profunditatem perductis; inventum caput modò occisus hominis; facile integrè vivo per similes, & calido etiam tum recentique manant sanguine. Intermittitur opus, quousque aruspex Hetruscus (qui dolo, patriæ suæ felix quærebat omen; ibi videris embolium) iussit referre Romæ civibus, in fati esse, locum in quo caput inventum, fore caput totius Italia: ex illoque tempore vocatur Capitolium ab invento capite. Idem Plin. 28. cap. 2. & Florus, 1. cap. 7. qui addit: Monstrum pulcherrimum, Imperij sedem, caputque terrarum promittere.

11 Aliud prodigium refert Plin. d. & Plutarch. in Poplicola, de quo die 20. Templum ergo struebatur lapide quadrato, opere magnificentissimo. Topographiam videtis apud Marlian. in Epitom. 7. à cap. 1. Ianum Iacob. Boissard. die quarto, Onuphr. Panvin. Descript. Rom. Sext. Rufum. Publ. Victor. Q. Fabium Piætor. de Origin. Urbis. Pompon. Latum, de Antiquit. Rom. Rosin. & alios; ita ut sine iniuria, unum è septem orbis miraculis celebrari potuit. Haud aliò intuitu inter exteras nationes quodlibet opus præclarum, maximè in templis appellabant Capitolium. Corinthi, asserit Pausan.

Onias in Ægypto templum dedicavit.

Antilogia.

Mors Zachariæ Prophetæ.

Die 4. Ieiunij Christi.

Inchoatur fabrica Capitolij.

Unde dictus mons Capitolinus.

Omnè de capite invento.

Capitolium opus insigne.

Etiam nomen inolevit in alias nationes.
Capitolium vetus.
Qui Dij cesserunt ad fabricam.
Sacella tria ibi.
Auson.
Templi ornatus.
Cella singularis Coronæ Gallorū & Carthaginensium.
Anseres argentei.
Libri Sibyllini.
Aurea Victoria.

cap. 48. Antiochiæ; Liv. 7. *Decad.* 5. & Gyrald. *Syntagm.* 2. n. 107. Tolosæ, Sidon. Apollin. 9. *Epist.* 16. Dempster. in *Rosin.* cap. 5. lib. 1. Alex. Neapol. 6. cap. 11. Imò intra Italiam, ur Capuæ, & Beneventi. Sueton. in *Tiber.* cap. 40. & de *Claris Grammat.* in *Orbilio.* Fusè Sil. *Italic. lib.* 11. à v. 130. *Erat quoque Romæ vetus Capitolium, & novum: hoc quidem Regione sextâ, illud octavâ.* Cæli. Rhodig. 23. cap. 6. *Surgit in Quirinali colli alter (ait Marlian. cap. 95.) ubi Capitolium vetus: sacellum Iovis, Junonis & Minervæ fuisse literis traditur, eaque prius Capitolinis condita.* Sumptis auspicijs, quoniam, ut augustius esset Iovi templum, congruebat alias Numinum aras, & statuas, aliò transferri; omnes cessere, præter Juventutem, Terminum & Martem, mira delirantibus Romanis de augurio. Halicarnaf. 3. n. 57. Tit. Liv. 5. *sect.* 146. *Rosin.* 2. cap. 5. & Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 70. Agemus, 21. Febr. à n. 8.

12. *Capitolium (subdit Halicarnaf. 4. n. 49.) situm est & fundatum in alta crepidine octo iugerum ambitu, ducentis ferme pedibus patens per latera singula. Frons eius meridiem spectans, porticum habet cum triplici columnarum ordine. In lateribus ordo duplex est: tres ades pares communibus continentur lateribus: media Iovis, hinc inde Junonis & Minervæ, sub eodem tecto & pinnaculo.* Auson. *Edyl.* 4. v. 37.

Trina in Tarpeio fulgent consortia templo. His tribus separata sacella, et si Rhodigin. 23. cap. 6. astruat: *In Capitolio omnium Deorum simulacra celebrabantur.* Ornatum profectò totum templum magnificè, potissimè posterioribus temporibus. Limina ænea fuisset, ait Liv. 10. *sect.* 69. *Rosin.* 2. cap. 5. tegulas ex auro, Dempster. quò supra: etenim Marc. Senec. *Controv.* 1. inquit: *Fastigatis supra tectis, auro puro fulgens præluet Capitolium.* Addit Liv. d. *Trium mensarum argentea vasa in cella Iovis, Iovemque in culmine cum quadrigis, & simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupa, posuerunt.* Erat etiam singularis cella aurea, quam ingredi profano nefas; ibi duæ coronæ aureæ: alteram Galli Iovi, O. M. dedicarunt, alteram Carthaginenses in congratulationem Romanorum propter partam victoriam de Samnitibus. *Rosin.* d. idem Alex. Neapol. 6. cap. 11. In cellâ Junonis, Anseres facti argentei (de quibus, 11. April. n. 4.) & in arca lapidea, libri Sibyllini (dicemus, 18. Mart. n. 12.) aurea Victoria, quæ tradebatur Imperatoribus in exordio imperij, & in fine; ut successori remitterent: si Tom. I. *Ephem.*

mulque in sacello Minervæ signa Deorum Nixiorum. Pub. Victor, d. Vid. 1. *Mart.* n. 9.

13. Inter pretiosiora Capitolij monumenta, fulgebat Vitis aurea Aristobuli, de qua, die 15. n. 3. *Dactylotheca (Vernaculè, Caja de joyas) Mithridatis, quam Pomp. Magnus inter donaria Capitolio dedicavit.* Plin. 37. cap. 1. Idem ibid. cap. 2. & Solin. cap. 20. *Livia Augusti ad magnitudinem centum & quinquaginta librarum inter Capitolina donaria crystallum dedicavit.* Alia 13. *Septembr.* In Capitolio qui triumphabant, quasi à Supremo Numine concessa pompa, in sinum Iovis deponebant lauream, etiamque quoties lætitiâ afferebat nova victoria. Plin. 15. cap. 30. & Senec. ad *Helviam*, cap. 10. Hinc lege, captivos Capitolium ingredi, inhibitum. Buleng. de *Triumph.* cap. 28. Mirum, inter tot aurea, statuam Capitolini Iovis fuisse fictilem. *Plastice, matrem statuaria sculptureque & calatura esse: elaboratam hanc artem Italia, ac maximè Hetrurie: Turianumque accitum, cui locaret Tarquinus Priscus effigiem Iovis in Capitolio dicendam.* Causa deridicula, sed Ethnicorū cæcitati accommoda: arbitrabantur, Deos fictiles propitios aureis. Ita subdit Seneca, d. *Tunc per fictiles Deos religiose iurabatur.* Ovid. 1. *Fastor.* v. 201. *Jupiter angusta vix totus stabat in ade, Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.* Plato apud Chartar. de *Imagin.* pag. 15. respuit effigies Deorum ex auro, argento, aliisque materia pretiosa; quia harum rerum terra ferax, sterilis profum: Numinaque fructus quærunt. Nec ex ferro, invento in perniciem hominum; quippe pacem inter homines sollicitant. Ante devictam Asiâ simulacra Deorum ex argilla, ait Plinius, quò dudum. *Fictilibus crevere Deis hac aurea templa.* Accinit Propert. 4. *Eleg.* 1. v. 5. & Juvenal. *Satyr.* 11. à v. 115. *Hanc rebus Latij curam præstare solebat Fictilis, & nullo violatus Iupiter auro.* Videndi Varro, 11. de *Vita pop. Rom.* Liv. 34. *sect.* 14. & La-Zerda in 8. *Æneid.* v. 364. n. 8. ad illud Virgil. *Te quoque dignum finge Deo.* Cogitationem & intuitum adorantium indigitat Senec, *Epist.* 31. *Finges autem (infit) non auro non argento. Non potest ex hac materia imago Deo exprimi similis: cogita illos, cum propitij essent, fictiles fuisse.* 14. Tempore Syllæ totum magnificentum opus arsit, de quo fusè, 6. Jul. *Nihil aequè quàm incendium Capitolij, ut finem imperij adesse crederent, impulerat.* Captam olim à

Dij Nixij.

Vitis aurea, dactylotheca Myridatis, & pretiosa crystallus.

Corona triumphantium in sinu Iovis.

Status eius fictilis.

Ovid.

Quare fictilia Deorum ex argilla?

Propert.

Juvenal.

Capitolij incendium.

Gallis urbem, sed integrâ Iovis aede, mansisse Imperium: fatali nunc igne, signum caeleste ira datum. Tacit. 4. *Histor.* cap. 55.

Portentum,
de caelo tan-
gi.

Hinc Capitolium tangi de caelo, inter prodigia numerat Iul. Obsequens, Tit. Liv. 6. *sect.* 11. & Ovid. *de Consolat. ad Liviam*, v. 401. & 3. *Amor. Eleg.* 3. v. 35. Cicer. 1. *de Divinat.* ubi:

Cicer.

Nā pater Altitonans stellanti nixus Olympo, Ipse suos quondā tumulos ac templa petiit, Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.

Ludi Capi-
tolini.

15 Aliquibus visum ludos Capitolinos sic dictos, quia instituti ob templum Iovis in Capitolio extructum, maximè postquam dedicavit Horatius Pulvillus, de quo 13. *Septembr.* à 6. Unde hi ludi etiam appellati *Megalenses*, *Magni*, & *Romani*, de quibus suis locis. Falluntur, uti videbitur, 16. *Febr.* n. 10. Ludos sanè institutos fuisse, sed qui vocabantur *Ghironomi*, vel *Pyrrhici*, Græcè *Euphron* à vivaci gestu: igitur chorea erat, vel saltationis genus, quo ex motione manuum, tacitè loquebantur. Quintil. 1. *cap.* 29. *Brodæus*, 9. *Miscellan.* cap. 1. *Juvenal. Satyr.* 5. v. 121. & 6. v. 62.

Ludi Chi-
ronomi Pyr-
rhici.

Juvenal.

Saltantem spectes cheironomonta volanti. Cheironomū Ledam molli saltante Bathyllo. Consuletis hic Isaac. Grang. & Lips. in 1. *Annal.* Tacit. *Euphron erat choreæ genus* (inquit Erasmi in *Apophthegm. Ghilonis*, & 1. *Chil. Centur.* 8. à n. 34.) *quo graves historię citra vocem, solo corporis gestu, sic representabantur; ut spectatores plus intelligerent ex saltatione, quam si quis recitasset.* Alijs parco, equidem latè astruxi, *Tom.* 7. *T.* 3. à n. 30.

Protelea.

16 Apud Athenienses sacra *Protelea* Iunoni, Dianæ & Parcis; in quibus virgines nupturæ canistria munusculis onusta, Dianæ uti virgini sacrabant, simulque secabant comas. Sacrificium, sive donum etiam apud Lacedæmones; sed non ipsæ, verum ipsarum matres ferebant. Meurs. *Græc. feriat.* lit. P. *Pausan. cap.* 95. *Ibi signum ligneum Veneris-Iunonis, ad quam pro filiarum nuptijs sacra facere matronas, solemne est.* Meminit Rhodigin. 28. *cap.* 24. *Sacrificium (ait) nuptias precedens, Protelea nuncupatur, & Progamia: quamquam sic dicere dona licet, que ante nuptias offeruntur. Protelea, sunt qui interpretentur præda portiones primas, quas ferè sortiuntur optimates.*

Progamia.

17 Decimâ Gamelionis cœpit volare per Græciam Abaris cum sagitta. *K. Græc.* Hic erat sacrificulus Apollinis Hyperborei (de quo 16. *Februar.* n. 16. qui ab illo acceptâ sagittâ, nihil comedens, totum orbem peragravit, latus quò sagitta iaculata; per quam

Abaris, &
eius sagitta.

etiam tanquàm ab Oraculo responsa reddesbat. Suid. v. *Abaris*. Strabo, 17. n. 15. Hæc sagitta fuit, qua Apollo Cyclopes interfecit, & ne appareret instrumentum in monte Hyperboreo defodit; quousque Iupiter videns sine sagittis Apollinem, iussit ventum cum sagitta fruges eo tempore natas ad filium deferre. Hygin. *lib.* 2. n. 16. Hæc de causa sagittæ effigiem inter sidera demonstravit; de qua *Isagog. Septembr.* n. 262. *Sagitta ergo defossa ab Apolline data eius Sacerdoti Abaridi, ut in orbe clareret illustris.* Plato in *Carmentid.* Rhodig. 16. *cap.* 22. *Abarin Hyperboreum ferunt sagittam per orbem terræ circumtulisse, nihil omninâ vescentem. Non ignarum literarum, oracula scripsisse, traditur, quæ Scythica nuncupantur, & Apollinis adventum ad Hyperboreos ratione metrica, à quo sagittam accepit.* Addit Diodor. Sicul. 2. n. 92. *Abarin quondam ex Hyperboreorum insula in Græciam profectum, pristina cum Delijs amicitia & cognationis necessitudinem renovasse.* Idem *Bulenger. de Oracul.* cap. 6. & *Firmic. de Errore Profan. religion.* cap. 16. In tempore variant AA. *Adventum in Græciam alij signant Olympiad.* 3. ann. 1. alij, 54. ann. 1. de quo Briet. & quod mirum, dixisse virtute Dei factum, ut mortales vocaret in poenitentiam. Idem, *Ann.* 3286. Minimè creperum, illum non solum fuisse Magum, sed Magum insignem. Idem *Ann. V. C.* 190. & *Maluenda*, 7. *de Anti-Christ.* cap. 6. *Sat.* quod Plato d. subdit: *Abaridis Hyperborei incantationes.* Herodot. 4. n. 8. *De fabula Abaris, qui sagittam dicitur per universam terram circumtulisse, nihil comedens; nihil dico.* Celsus, contra quem scripsit Origenes, apud ipsum, *lib.* 3. de *Abari* dicit: *Cuius tanta vis erat; ut cum sagitta eiaculata ferretur per aërem.*

Magus.

18 Eadem Hadrian. *Iunius, Centur.* 7. *Adag.* n. 8. *Gyrard. de Poëtis, Dialog.* 3. *Euseb. in Chronic.* à n. 1454. & *Arnald. Pontan.* hic. *Quod vix mirabile est, hinc ad fidem confirmati sumus, ipsorum fraudem ac imposturam agnoscentes: atque illic demones contemntes, ubi demones admiratione afficiuntur. Aiunt autem cum pestilentia toto terrarum orbe grassaretur, Apollinem tam à Barbaris, quam à Græcis consulentibus oraculum, respondisse: Oportere à populo Atheniensi vota fieri pro omnibus. Multarum igitur gentium legatis ad eos proficiscentibus, etiam Abaridem Hyperboreorum nomine, Athenas legatum venisse, aiunt.* Hæc *Greg. Nazianz. Orat.* 20. *Astruit magiam Apollonius. Abaris Hyperboreus* (inquit, in

Legatus ve-
nit Athenas.

Mi-

Mirabil. historijs, cap. 4.) ipse quoque Theologus fuit. Scripsit oracula regionibus, quas peragravit, que hodie extant. Prædixit ijs quoque terremotus, pestes & similia, ac celestia. Ferunt, cum cum Spartam advenisset, Lacones monuisse de sacris, malorum depulsoribus: quibus peractis, nulla postmodum Lacedæmone pestis fuerit. Plura alia Iamblicus, qui de eius vita & dogmatibus scripsit; numerans miracula ab illo patrata; de Setæ Pythagor. Huius discipulus fuit, Gyrald. quò dudum. Petav. 1. p. Rationar. tempor. lib. 3. cap. 3. Fuit Abaris (ait) Hyperboreus Apollinis sacerdos, qui Pythagoram pro Apolline veneratus; mirificam illi sagittam obtulit, qua fretus flumina transmittibat, & pes pestilentia liberabat, & alia pleraque stupenda faciebat. Sic enim dictus Abaris, quasi nave non egens, Io!

Sagitta dedit Pythagora.

19 Hac in die inter Ægyptios tradebantur dona ad bestiarum nutritionem, quas in templis colebant tanquam Numina. K. Ægypti. Ritus invenitur in Herodot. Ægyptus (infit, 2. n. 19.) tam sit Libya finitima, non tamen admodum bestijs abundat. Quæ verò illic sunt, ea omnes pro sacris habentur. Eas seorsum singulas educandi curam Ægyptij, atque Ægyptia suscipiunt; in quo honore filius patri succedit. His bestijs omnes vota persolvunt. Derasis filiorum capitibus, appendunt crines una in lance, & altera tantundem argenti: quæ pecunia cum lancem traxerit, eam tradunt curatrici bestiarum: quarum si quam quis necaverit volens; morte mulctatur: sin nolens, plectitur ea mulctâ, quam Sacerdotes statuerint. Die 10. Mechir, celebrabant etiam memoriam Regis Surit. K. Ægypti. ad statuam ei erectam & dictam, de quo Gelandin. in Regum Ægypti. histor. Primum fuisse, qui fodit canales in Ægypto; ædificavitque Pyramides, mortuusque sepultus est in ijs cum omnibus bonis & thesauris suis. Refert etiam Kircher. de Regib. Ægypti. Tom. 1. Oedip. Syntagm. 1. cap. 9.

Nutritio bestiarum & ritus in expensas.

Statua Surit.

Corda, sed occultos languenti in parte dolores Corporis, aut animi varios denunciat æstus. Pontan. Criminaque, insidiasque gravique pericula damno;

E quibus emergit tandè, placidèque quiescit. Magister librum apertum tenens. Sphær. Arab. Mente Albumafaris; in hoc tertio Decano, apparent Pleiades, iuxta quas cauda Piscis: tunc dimidium rei monstrofæ (meo iudicio, Medusæ.) equibile Stateræ sine capite, quod manu defert. Iuxta Indos, Mulier visu placida, oculis nigris & manus tenues habens, opere laborans multiplici conficere sibi colores ornatos ex ferro. Inter Græcos Clunis Urse minoris cum sinu draconis: tum Pes Gallina dexter cum ala sinistra. Delphinus etiam & brachia Aquariorij, mediumque Capricorni cum cauda Piscis. Inter alios, Cauda Piscis, finis Simie, dimidium figura sine capite. Sphær. Perf. Mulier nigra, cuius manus doctæ ad opus. Sphær. Indic. Pars Draconis, finis corporis Gallina, pes & ala. Delphinus, medietas corporis Capri, cauda piscis. Sphær. Ægypt. Si gradus hic invenitur in horoscopo languidos facit animo & sensibus, ut frequenter insaniant. Firmic. Septentrio multo imbre & asperâ tempestate flat. Ptolom. Caput antecedentis Gemini manè occidit. Iunctin. K. A. Afelli cum Præsepi oriuntur: Corona occidit vesperè. Alsted. Uranom.

2 Hac die ut videret Noë quo in statu terra compluta; aperiens Arcem fenestram crystallinam, quæ erat in tecto, dimisit Corvum, & post eum Columbam. Genes. 8. 6. Hæc revertitur, non ille: v. 9. manens foràs in culmina Arcæ, ut placet Rabbinis. Vide expositionem Antilogiæ apud Leonard. Mar. Bonfrer. Perer, Alapid. & Caietan. Columba revertens à Noëmo apprehensa, introrsum illata: ibid. Anno, 96. ab exitu Israël de Ægypto iuxta Sallian. & 50. iuxta Torniel. Levita qui Berthelem processerat, quærens uxorem suam, quæ ad patrem fugerat, ut dictum 6. Ianuar. à n. 4. vel invito focero, cum illa in patriam revertitur, & venit in Gabaa; quò scandalum ortum, in tribuum Israël penè exterminium, ut dicitur Iudic. à 19. Vide loc. cit. & diem 23. à n. 4. Abhinc, ann. 340. Abiathar filius Achimelech (Summi Sacerdotis, à Saule cum reliquis occisi) cum Ephod fugit ad Davidem, morantem in Saltu-Arith. Raclin. ex 1. Reg. 22. 20. Vide pridie, n. 3. Herodes post templi sacri à se eximie ornati, dedicationem; cogitat in blandimen Augusti ædificare Cæsaream Palestinæ (pridem dicta Tarris Stratonis) quam perfecit, ab-

Noe mittit à arca Corvum & columbam.

Levita Ephraim: gus venit in Gabaa.

Templum Augusti.

DIES XI. IANUAR.

III. Id.

1 Grad. 21. Solis in Capricorno, faciesque Solis, signum cupiditatis dominationis, & suspicionis; cuius imago vir eanem, coronam & sceptrum manibus gestans, sub tutela Monuphtæ. Abenragel. Hoc in gradu incidit occasus Capricorni, cuius influxus ita describuntur à Iovian. 3. Uran. Prænotus ab Oceano mentis portendit acumen, Ingeniumque capax, & castigantia longè

fol-

Solviturque erecto Octaviano templo, in quo statua Romæ & Cæsaris, cum theatro & amphitheatro, spatio 12. annor. ut ait Adrichom. in *Manass.* 1. n. 22. at cum oberatus esset, decrevit paucis familiaribus conscijs, noctu sepulchrum expilare Davidis intuitu ac spe gazæ opulentissimæ. Cellulas aliquas reclusit, invalit, vestes, tapetia pretiosa invenit, quæ convasatis territus fugit; quia duo satellites suffocati & usi flammâ è tenebris erumpente. R. Historiam referunt Petr. Cunæus, 2. de *Republ. Hebr.* cap. 23. & Ioseph. 16. *Antiq.* cap. 11. qui addit: *Tæstus religione, ad expiandum se in adita sepulchri monumentum è candido lapide condidit sumptuosissimis impendijs eius operis.* De thesauris in sepulchris plura videtis apud Maluenda de *Anti-Cbrist.* lib. 7. cap. 12. & 13. Acoſta 5. *Histor. Indic.* cap. 8. Kirchmann, Lubecens. de *Funerib. Rom.* Ioseph. d. lib. 7. cap. 12. Arian. lib. 6. 5. Q. Curt. lib. 10. *Hist. Alex.* cap. 1. Plutarch. in *Alex.* Donatum, in Prolog. *Eunuch. Terent.* v. 10. & Briffon. lib. 1. de *Perf.* Despexit religionem Sepulchrorum Theodoricus, quia superfluum in sepulchris aurum, quò vitæ non est comertium; ut legitur apud Casiodor. 4. *Variar.* 34. sed olim sepulchra vel ab avaritia tuta, quoniam vel in commodum violare nefas. Fest. lib. 17. verb. *Sacrum*: Senecaque in *Troad.* v. 482. inquit: *Est tumulus ingens coniugis cari sacer, Verendus hosti, mole quem immensa parens Opibusque magnis, struxit in luctus suos, Rex non avarus.*

Plura expositores in illud Iob. 3. à 21. *Quasi effodientes thesaurum, cum invenirent sepulchrum.* Ex Profanis Quintilian. *Declamat.* 368. Philostr. in *Vit. Apollon.* lib. 7. cap. 11. & Servius in illud Virgil. *Aneid.* 1. v. 363. *Ignotum argenti pondus & auri.* Christi exulis in patriam ex Ægypto reditus anno ætatis 4. Reulner. Nescio quo computu. Ann. 31. dies 5. eius sacri ieiunij.

3 Romæ sacra Carmentæ, seu *Carmen-talia* primâ. Hæc fuit mater Evandri Arcadis, qui dictus Conditor Urbis, vel Arcis Romanæ, quæ post dicta *Palatium*, Virgil. 8. *Aneid.* v. 313. Halicarnass. lib. 1. cap. 14. & Iustin. lib. 43. in princip. Ab Evandro, quia ante Lunam fuisse credebant Arcades, mos emanavit inter Romanos, ut qui nobilitate præstarent, Lunulas in calceis ferrent. Ant. Constant. in 1. *Fest.* v. 469. Martial. lib. 1. *Epigram.* 50. & 2. 29. & Comment. in illud Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 291.

Felix & sapiens & nobilis & generosus Adpositam nigra Lunam subtegit alata.

Idem Plutarch. *Rom.* 47. 78. qui addit factum in excitamen virtutis: igitur post recessum animæ, Luna sub pedibus habenda. Tam filio, quàm matri post obitum Aræ erecta: Carmentæ, ad portam sub Capitolio: Evandro, in Aventino. Halicarnass. d. Dicta est Carmenta, quæ proprio nomine Nicosstrata; quia vel carmine consultis responderebat, vel quia ut varicinaretur arreptitia mentis impos facta. Idem ibid. & Paul. Marf. in *Ovid.* cit. v. 461. Plutarch. d. 9. 55. cum Rosin. lib. 4. cap. 5. Dea inventrix literarum, plauditur ab Hygino, *fabul. ultim.* Dea Iurisprudentiæ, quæ etiam dicta *The-mis*, fatidica; quapropter etiam vocata *Par-ca*. Stuck. d. cap. 41. Fanum, de quo, 15. *Mens.* & Marlian. lib. 1. cap. 4. & 3. cap. 12. habuit Flaminem, dictum Carmentalem à cultu Numinis. Cicet. in *Bruto*, & Rosin. lib. 3. cap. 17. Flamen dictus à filamine, quia cum religio esset, nudo capite non incedere; pro pileo, quem præ æstu ferre nequebat, filo religabat caput. Plutarch. in *Numa*. Nomen Fatidicæ ei maximè tributum, eò quòd filio prædixit felicitatem in exilio, & adventum Herculis in domum suam; quod latè refert Ovid. d. à v. 471. subdens v. 539.

Felix exiliam, cui locus ille fuit.

Locus ubi fanum erectum, fuit, ubi modò reliquiæ D. Catharinæ cernuntur. Marlian. in *Typograph.* R. cap. 139.

4 Iuturnæ ædes dicata in Campo Martio. K. R. Fons erat cui nomen dedit Nympha ibi summerfa, & ex quo Romæ ad celebriora sacrificia portabatur aqua, iuxta Numinicum fluvium; & etiam in subsidium ægrotantium; ut ex Varrone docet Rosin. lib. 2. cap. 13. Hinc à Virgil. 12. *Aneid.* v. 142. dicitur: *Nympha, decus fluviorum;* iuvabat aqua in morbi expulsionem. Itaque multi agroti propter id nomen hinc aquam petere solent. Varro, 4. de *Ling. Latin.* cap. 2. Olim fecisse lacum in foro Romano iuxta templum Vestæ, ipsam saluberimam aquam; fatetur Marlian. 4. cap. 15. & in *Topograph.* cap. 64. Celebrabantur Feriæ Iuturnæ ab artificibus, quorum opus perficiebatur aquâ. Servius in loc. cit. *Virgil.* Laudat aquam Statius 4. *Silvar.* 5. à v. 32.

Quis non in omni vertice Romuli

Reptasse dulcem Septimum putet?

Quis fonte Iuturnæ, relietis

Uberibus, neget esse pastum?

Ovidius asserit ferias & ædem dicatam Iuturnæ, sorori Turni, pro quo sollicita monitu Iunonis, osæ Æneam. Unde v. 463. inquit:

Herodes invadit sepulchrum David.

Theauri in sepulchris.

Senec.

Christi gesta. Dies 5. Ieiunij Christi.

Carmentalia.

Lunula in calceis.

Invegal.

Carmenta unde?

Dea iurispudentiæ.

Unde Flamin?

Iuturnæ ædes, & font.

Feris.

Statu

Ovid.

*Te quoque lux eadem Turri sonor ade recepit,
Hic ubi virgineâ campus obitur aqua.*

A iuvamine sic vocatam asserit Servius, quia
ensem restituit fratri in certamine adversus
Æneam coram Rege Latino, de quo Virgil.
d. lib. 12. à v. 785. In campo Flamminio
ædem eius fuisse, dicit Publ. Victor, *Region.*
9. iuxta flaminium Circum, Ovid. d. in cam-
po Martio; sed conveniunt in eo, quod om-
nes collocant ad Aquam Virginem, quam
sæpe commendat Martialis. Hæc aqua ad-
ducta est in Urbem à M. Agrippa, ex agro
Lucullano collecta: Plin. lib. 36. cap. 15. &
Frontin. de *Aqueduct.* Virgo appellata est,
quod quærentibus aquam militibus, puella
virguncula monstravit. Unde ædícula fonti
apposita, hanc virginem pictam ostendit.
Marius, in loc. cit. Ovid. Plin. lib. 31. cap.
3. M. Agrippa Virginem adduxit ab octavi
lapidis diverticulo MM. pass. Prænestina
via. Iuxta est Herculaneus rivus; quem re-
fugiens, Virginis nomen obtinuit. Alia, 5.
Septembr. Maius prodigium haccine die re-
latum inter Scythas in ortu Araxæ, cuius
sacra colebant. K. Græc. ex Callisthene, de
Reb. Alexandr. Hæc fuit mater Scytharum.
Fabulantur, virginem ex terra apud se na-
tam, cuius forma cingulo tenuis, fœminam,
inferius, viperam representavit: cum hac
Iovem congressum Scythæ genuisse. Hic cum
præ Maioribus apprimè clarus evaderet, gen-
tem suo nomine insignivit. Ita Diodor. Si-
cul. 2. n. 89. Scytham apud Araxim flu-
vium mater Araxa peperit (inquit Annius
Genealog. Ducum post diluv.) Hæc Araxa
ardenti libidine homini mista, fingitur semi-
viperâ.

Aqua virgo
unde distat

Araxæ sa-
cra.

Expeditio
Alex. M. in
Asiam.

Genius in-
vitat.

5 Expeditio Alexandri Magni in A-
siam. K. Græc. Haud historiographis con-
sonum; cum facta fuerit verno tempore, uti
asserunt Arrian. lib. 1. cap. 4. Plutarch. de
Fortun. Alex. lib. 1. n. 3. Polyb. lib. 12. cap.
10. Iustin. lib. 11. & Diodor. Sicul. lib. 17.
cap. 17. Arbitror debere intelligi de prola-
tione meditari consilij, quam habuit coram
Antipatro & Parmenione, ut dicitur in Sup-
plem. histor. lib. 2. cap. 2. quandoquidem
triginta post diebus expeditus in Persiam
exercitus; deindeque vegesimo die perven-
tum est ad Seston. ibid. cap. 3. Urgebatur
in opus præclarum, non tam quia bellum
Persicum inchoatum à patre, ut ait Iustin.
d. quam instantiâ iuvenis in somnijs sibi vi-
si, invitantis in Persarum debellationem.
Hinc mare Pamphilium, aliam viam in vo-
tum non habenti, celsit, ut Macedonibus
transiret in Asiam; cum Deus eius operâ ad
destruendum Persarum imperium, uti de-

crevissat. Iosephi. lib. 2. *Antiq.* cap. 7. Idem
asserit Plutarch. in eo, dicens: *Aggredienti
tam ad expeditionem, alia divinitus signa
sunt facta:* subditque: *Divinâ quadam for-
tunâ Pamphilia mare quidam Alexandro
cessisse aatulant, quod alioqui semper ab
alto asperum continenti allidatur; raròque
admodum infra præcipitia & abruptos mon-
tium processus teneras quasdam atque reso-
nantes cautes detegat. Sanè incredibilem eam
rem Menander in Comœdia notavit.*

Quam germanum Alexandri facinoribus hoc!
Si quempiam

Quæro, is ultrò adest: quid si videlicet me
oporteat

Pertransire aliquem maris locum, patebit
transitus.

At ipse in epistolis suis Alexander nihil pro-
digiosi memorat. Hactenus Plutarch. In hoc
argumentum plura, Tom. 6. T. 4. à n. 18.
Invitatum à Numine in Persicam expedi-
tionem, ipse dixit, dum Ierolimam in-
grediente, videnteque & adorante Summum
Sacerdotem, & ab ira conceptâ in Iudæos
quiescente, allocutum Parmenionem fer-
tur: *Non sacerdotem, sed Deum cuius prin-
cipatu sacerdotij fungitur, adorasse. Hunc
enim per somnum, cum esset adhuc in Macè-
donia, de Asia dominatione cogitans, in sa-
cerdotis habitu viderat, à quo iussus expedi-
tionem adoriri, illo in arduis auxilium polli-
cète, quousque extingueretur imperium Per-
sarum.* Ita Petr. Galatin. de *Arcan. Cathol.*
veritat. lib. 1. cap. 2. quod decerpit ex Io-
sepho, uti videbimus die 20. à n. 8.

6 Audierunt Ethnici factum à Domino
in Mari Rubro; & cogitaverunt etiam idem
pro Alexandro; haud quia factum, sed quia
vellent: ita finxerunt in globulo crystallino,
seu caveâ vitreâ ante expeditionem per aera
ductum à Gryphis (animalibus pennatis
quadrupedibus, quæ omni ex parte leones,
sed aquilæ capite) ut videret orbis terras,
& maris vastitatem, quam volatu explora-
vit & tutò. Læi. Bisciol. Tom. 2. *Horar.*
subsec. lib. 1. cap. 1. n. 26. Ex AA. præfatis
constat, tiremibus transvectas copias Du-
ce Parmenione in Abydi littus adversum,
cum ipse Eleuntem proficisceretur, ubi se-
pulchrum Protefilai, & portum Sigeum in
Phrygia peteret. Quum iam in medijs Helle-
sponti fluctibus navigaret (nam sue navis
ipse gubernator erat) taurum Neptuno ac
Nereidibus immolat, aureamque phialam, ex
qua libaverat, Dijs marinis donum, in pel-
agus abijcit. Iam in portu erat classis, quum
Rex coniectâ in littus hastâ, primus è nav-
ibrato corpore terram saltu contigit, testa-
tus.

Ei mare
Pamphiliû
divisum.

Menand.

Per ab-
lus inci-
sus crystallino.

Phialâ au-
ream in ma-
re proijcit.

tus; se possessionem Asiae Divis bene iuvantibus bello iusto pioque sibi asserere. Aras deinde constitutae sunt, ubi exscensionem fecerat Iovi descensori, Minervaque & Herculi: eo quoque loco, unde ex Europa solverat, Aras extrui iussit. Supplem. d. cap. 3. Iustin. d. addit: E navis conspecta Asia, incredibili ardore mentis accensus, duodecim aras Deorum in belli vota statuit. Ita securus, fidensque fomnio, visione ductoris Genij; ut patrimonium prius distribueret inter amicos, secum portans, ut dicebat, *Spes suas*. Plutarch. d. & Marcell. lib. 25. cap. 14. Prius quia invenit Macedones iuxta vota, ad Dium Macedoniae urbem Iovi Olympio sacrum fecit, Musis quoque ludos scenicos per novem dies pro numero Dearum: post haec convivium summa magnificentia, aliaque animi festivi signa ostensa. Diodor. d. cap. 16. Quare solvisse dicitur summa pectoris alacritate memor felicitum omnium in gloriosissimam expeditionem: etenim cum Delphos abisset Numen consultum de eventu, & Pythonissa, quia nefastus dies, ire ad tripodem nollet; vi ad templum traxit, ut oraculum eaderet; ibique illa protulit: *Vicisti fili, invictus es*. Plutarch. d. quod quidem pro omine accipiens, laetus discessit. Tunc expeditionem ad orientem vulgatum, simulacrum Orphei cupressinum per istos dies multo sudore fluxisse. Quo signo omnibus territis; Aristander, bono esse animo iussit; quippe tanta facturus Alexander, ut poetae in illis decantandis sudarent. Ibid. & Orosius lib. 3. cap. 16. In transitu Protefilai inferias dedit, precatus Numina, ut melioribus auspicijs hostile litus tangeret. Suppl. lib. 2. cap. 2. Inde appulit, posteroque die processit in campos; ubi Troia fuit.

7 Apud Posidoniatas in Tyrrenico sinu ludicrum & fatuissimum agebatur lamentum, ex quo risus. Conveniebant cuncti, memoriamque faciebant nominum, gestorum, consuetudinum antiquarum, Graecam signantes patriam; deplorabantque mutuo presentem sortem, & silentes abibant. Meurs. lib. 5. *Grac. fer.* & Athenæus, lib. 14. cap. 7. In Elide statuae collocatae Philippo Amyntae, eiusque filio, Magno Alexandro. K. G. Meminit Pausanias, cap. 188. & de alijs eisdem dicatis, dicit cap. 8. *Post Aegyptios vero Reges: Aegyptijs Regibus ad veri honoris monumentum, tanquam bene de se meritis, premia sunt constituta: Philippo vero & Alexandro adulatione potius multitudinis.* Utrumque definit Iustinus, *Histor.* lib. 8. *Philippus inter rapinas quotidianas, semper inops erat: misericordia in eo & pere-*

fidia pari iure dilecta: nulla apud eum turpis ratio vincendi, blandus pariter & infidiosus; qui amicitias utilitate, non fide colebat. Alexander & virtute & vitijs patrem maior. Prudentior illo consilio, hic animo magnificentior. Iram ille vincere, huic nec dilatio ultionis, nec modus erat, &c.

8 Inter Aegyptios Accipitrum oblatio Horo. K. A. Multa de accipitribus videris apud Plin. lib. 10. cap. 8. singularia, quod claudi altero pede, & corda avium non edant: fuscè de his Ulyss. Aldrovand. 1. de Avib. lib. 4. Conrad. Gesner. lib. 3. 4. Plutarch. de *Isid.* & *Osfrid.* oculis inséputorum volitando iniicere terram. Quid per illos signari hieroglyphicè apud Aegyptios, dicit Pier. Valerian. lib. 21. describitque late cum imaginibus & signis, Kircher. in *Obelesc. Pampb.* lib. 4. *hierogrammatism.* 10. In *Lateranens.* cap. 4. §. 2. In *Flaminio*, cap. 4. §. 1. In *Heliopolitan.* cap. 4. & in *Mensa Isiac.* cap. 5. division. 2. Hinc modò exponitur accipiter tutulatus, modò pedibus in serpentinis spiras abeuntibus; nunc horridus aspidem & draconem referens, nunc ex homine & accipitre compositum monstrum; iam ex accipitre & serpente, ex figura Canopi capite accipitrino; iam ferina facie ac plumoso capite, modò extensis alis, in quarum medio globus; modò denique crista velut tiarà, aut mitrà sacerdotali conspicitur insignitus: quod totum sub imagine umbratica Osfridis in naturam dirigitur Solis. *Cum Apolline iccirco convenientiam habere aiunt; quòd de avibus soli accipitres semper nullo negotio adversos Solis radios intuentur, neque intentis oculis sursum versus, iter suscipere gravantur, nec divina flammà offenduntur: Os tibia illorum si ad aurum admoveatur (an ideo claudicant?) sic ipsum illecebrà quadam mirabili ad se allicit; quemadmodum Heracleoten lapidem suà vi predicant, quasi praestigijs & captionibus ferrum ad se attrahere.* Ita Aelian. 10. *Histor. Animal.* cap. 14. Afruit etiam ex Plinio Kircher. in *Pampb.* loc. cit. subdens: *Apud Arabes ex ossibus accipitris ignem elici, aurumque attrahi, scriptum invenit.* Mirum proliùs, quod Ioann. Ravif. Textor in Praefat. *Cornucop.* refert. *Si auro liquefcenti (infus) gallinarum membra miscantur, consumant illud in se: ita hoc venenum auri est.* Sumpsit ex

Plin. lib. 29. cap. 4.

Utriusque apodosis.

Oblatio accipitrum.

Conditioes eorum.

Hieroglyphica.

Ossa auri magni.


Auri venenum quid?

Iovi & Musis sacrum facti.

Statuae statuae Orphei.

Lamentum risibile.

Statuae Alexandro & patri.



DIES XII. IANUAR.

Prid. Id.

G Rad. 22. Solis in *Capricorno*, qui felix iuxta *Dariotum*, sed iuxta *Maternum*, qui sub illo natus crudeliter lacerabitur à bestijs. *Incerti cœli status*. *Columell. Auster spirat*. *Ptolom. Dimidius Cancer vesperè oritur*. *K.P.R. Canis Minor vesperè oritur*. *Iunctinus K. A. Vir ligone terram fodiens*. *Sphær. Arab. Levita Ephraeus cum cadavere uxoris perveniens in Gader, dividit in duodecim portiones, quas mittit in omnes terminos Israël ad singulas tribus. Iudic. 19. 26. Vide diem 23, à n. 4.* *Mors Antiochi in templo Naneę. R. Abrah. ex 2. Machab. 1. 13. Nonnulli intelligunt de Antiocho IV. Epiphane; sed arbitror intelligendum de VII. cognomine Sidetis, idest, Pij, ob reverentiam religionis Judaicę, de quo Iosephus, 13. Antiq. cap. 16. Membratium enim discerptus fuit à Sacerdotibus Naneę, seu Dianę, cuius donaria & thesauros expilare cupiebat. Adrichom. Ann. 3832. Briet. Ann. 3925. Belarmin. de Verbo Dei, lib. 2. cap. 15. Sanctius & Serar. loc. cit. Machab. De Epiphane dicitur, 1. Machab. 6. à v. 3. *Audivit esse civitatem Elimaidem in Perside nobilissimam & copiosam in argento & auro, templumque in ea locuples valde & illic velamina aurea & lorica & scuta, que reliquit Alexander Philippi, Rex Macedo: & venit & querebat capere civitatem & depredari eam, & non potuit; quoniam innotuit sermo his qui erant in civitate, & insurrexerunt in prelium & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reversus est in Babyloniam.* *Liquet, Epiphanem non perisse in huiusmodi factione; igitur iteratur eius fuga, 2. Machab. 9. à 1. Quare consonum est, cogitare utriusque expilationis comamen, sed diverso eventu: quandoquidem Epiphanes fugà liber evasit, & Sidetes cum socijs intra templum miserimè cecidit; uti dicitur 2. Machab. 1. à 12. Vide Ioseph. d. lib. 12. cap. 13. Pererium in Daniel. 8. 25. & diem 6. Maij n. 11. Alij dicunt occisum Antioch. Magnum, patrem Epiphaneę. Adi 5. Octobr. n. 8.**

2 *Naneam faciunt Dianam D. Thom. & Lyranus, hic. Plutum Deum opulentię ac divitiarum, Sanctius à n. 20. nec incongruè: equidem de Antiocho dicitur Daniel. 11. 38. Deum Maozim in loco suo venerabitur, &c. idest, Plutum, seu Mammona, divitiarum Numen, quod adorabant Ethnici, quorum simulacra argentum & aurum. Unde Tom. 1. Ephem.*

*Osee, 12. 8. dicit Ephraim: Dives effectus sum, inveni idolum mihi. Maozim sonat fortitudinem ac potentiam, seu munitionem, ut vertunt Hieronym. & Aquila: quod quidem favet cogitationi: quippequam Pecunia obediunt omnia. Eccl. 10. 19. Omnia enim vincuntur, dum ex auro conficitur armamentū. Favent Profani. Senec. in Thyest. v. 603. Horat. 2. Satyr. 3. à v. 94. & 3. Carm. Od. 16. à v. 9. Petron. Epigram. 33. Iuvenal. Satyr. 1. v. 112. de quo nos fuse Tom. 6. T. 3. à n. 23. Placet Naneam fuisse Venerem, dictam Anaitem (quo epitheto etiam plausa Diana, ut dicemus 29. August.) cuius simulacrum erexit & dedicavit Artaxerxes Ochi filius, in Saceis, festo instituto à Cyro, de quo 17. August. Venusque tunc celebrata nomine Veneris Babylonicę. Causa tituli & divitiarum in templo fuerunt continua supra foeminarum, ibi in huiusmodi ministerio Veneri Anaítidi servientium. De illa Gyrald. syntagm. 1. n. 106. qui syntagm. 13. n. 6. subdit: *Ei Dea Antiquos dedicasse puellas que ibi prostarent: deinde veluti sacra viris tradebantur, eas accipientibus bilare maritis, sicut de Lydis prodit Herodotus, lib. 1. Argumentum illustrabimus tum loc. cit. tum Tom. 6. T. 10. à n. 14. Vide congesta plura apud Serar. d. questiu. 7. Colligitur etiam ex eo quod de Antiocho dicitur, Daniel. 11. 37. *Erit in concupiscentijs foeminarum. Unde autumat Maluend. 8. de Anti-Christ. cap. 14. nomen Maozim ab Ez. quod Caper: qua de causa Veneris imago caprę infidebat, indicans petulantiam. Chartar. in Vener. fol. 345. ubi ex Apuleio profanam eius imaginem exponit, lib. 10. Metamorph. n. 157. *Erat illa (inquit) pulcherrimi aspectus, coloris suavissimus atque iucundi & nuda ferre suam venustatem demonstrabat; nam per tenui velo operata, membra non operiebat, sed potius adumbrabat. Corpus candidum, ita ut cœlestis cecidisse diceret: velum cœruleum maris instar, unde ea nata, quam lascivii Amores præcedebant, faces præferentes. Veneris quoque latera hinc Gratia, illinc Hora clauderant; que florens fertis voluptatum Deam adornare videbatur.* Anno 31. Christi, hic dies sextus Ieiunij eius.***

3 *Romę Compitalia. V. K. Arbitror per Compitalia intelligi ludos Compitalitios; igitur de festo, die 2. Maij. Dies Comitalis erat. Ludj sumpti ex Græcis in honorem Bacchi instituti: causam signat Hygin. lib. 2. fabul. 5. ubi: *Liber Pater dicitur Icario vinum & vitem & uvam tradidisse: qui cum sevisset vitem & diligentissimè administrando floridam falce fecisset; dicitur**

Quæ Dea Naneæ?

Imago.

Dies VI. Ieiunij Christi.

Compitalia.

Ludi Compitalitij.

Mors Antiochi Sidetis.

Antilogia.

Maozim Deus.

K

bir

Hircus in vineam se coniecit, & quae ibi tenerrima folia videret, decerpisse. Quo facto Icturum animo irato tulisse, eumque interfecisse, & ex pelle eius utrem fecisse, ac vento plenum praeligasse, & in medium proiecisse, suosque sodales circa eum saltare coegisse. Describit originem & ludos Virgil. 2. Georgic. à v. 380.

Non aliâ ob culpâ Baccho caper omnibus aris Ceditur, & veteres ineunt proscenia ludi: Præmiaque ingentes pagos, & compita circû Theseida posuere; atque inter pocula læti Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Virgil.

Necnon Ausonij Troia gens missa, coloni Veribus incomptis ludunt, risuque soluto; Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis, Et te Bacche canit per carmina læta, tibi que Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Ascolia.

Apud Græcos dicebantur Ascolia, de quibus Natal. Com. Utres inflatos ventoque plenos (ait, 5. Mytholog. cap. 13.) humi deponentes altero pede insiliebant, atque super his ferebantur: tum sapius labentes in terram decidebant, faciebantque id in honorem Dionysij, quoniam uter pellis est hirci, qui pampinos vitium comedens illis obest plurimum. Præmium victoris erat hircus. Alex. Neapolit. lib. 6. cap. 19. Aliter à Meursio in Græc. ser. fol. 52. Non vento (inquit) sed vino plenus uter, & unctus foris: qui ita insillisset, ut subsisteret; præmium ferebat, utrem scilicet. Vide Jul. Scaliger. 1. Poetic. cap. 28. Servium & La-Zerd. in loc. cit. Virgil. Gyrard. Dialog. 4. & Syntagm. 17. n. 51. Bulenger. de Ludis Veter. cap. 23. Pier. Valer. lib. 10. cap. 4. & Eustach. in Odyss. 10. Homer. cum Rhodigm. lib. 5. cap. 4. Huiusmodi ludo aliter locabatur Heliogabalus: etenim ut in eo refert Ælius Lamprid. Amicis (ait) pro accabitis folles sternebat, eosque restabat prandentibus illis; ita ut plerunque subito sub mensis invenirentur.

Unde orta
& ritus?

4. Instituti in pagis huiusmodi ludi ante Urbem conditam à rusticis pagorum, vel ante Urbem signatam, ut placet Scaligero, ubi dudum, qui per vicorum magistrôs fieri & in compitis celebrari debebant; Alex. ab Alex. d. Unde Auson. Edyl. 26. succinit, quasi de conceptivis:

Auson.

Et nunquam certis redeuntia festa diebus, Compita per vicos quævis jua quisque colit. Intermissi fuere usque ad Servium Tullum: at cum nefas esset ludorum solemnia intermittere, haud per magistrôs vicorû, sed per præfectos L. Piso magno apparatu revocare curavit. Auson. Pedian. ad Oration. Cicer. in Pison. & Rosin. lib. 5. cap. 20. Meminit ludorum Sueton. in August. cap. 31.

Deinde Bacchi statua (subdit Natal. d.) cum carminibus inconcinne, ebriorum more compositis, patrio idiomate singularum nationum, circumferebatur circa vineas; quæ res plurimum ad fertilitatem conferre putabatur: atque hi, qui ista faciebant, personas

Pompa Bacchi.

sumebant è corticibus arborum & vini fece-

aliquando perungebantur, ne cognosci possent; quia multa ridicula, multa parum decora, multa turpia & pudore plena dicebant; quæ sine personis dicere omnino puduisset. Deinde vineis lustratis, ad altare Bacchi redeun-

tes, sacras victimas in lancibus offerebant & comburebant: deinde altissimis arboribus

Quid Oscilla?

imagines quasdam modò fictiles, modò ligneas Baccho sacras, & illi similes appendebant, quas à parvitate oris dicebant Oscilla, ut longissime possent prospici, quia vineis conferre putabantur. Videntur enim quasi fascini ad-

Oscilla quæ
& oscillatio?

hibita, maxime si verum est ithyphallos fuisse. Mercurial. lib. 3. Gymnast. cap. 10. & Leopard. lib. 6. Emendat. cap. 14. Singulariter cogitat La-Zerd. d. num. 24. subdens:

Penfiles quasdam gestationes de arboribus, in quibus per lusum iactabantur, quæ iactatio dicta est Oscillatio, quæ se mutuo homines alternis motibus & levabant & deprimebant.

Brumalia Bacchi.

Hispan. Columpio, de quo Bulenger. de Ludis veter. & Nos 27. April. & Isagog. Jul. n. 15. Ita ergo Brumalia Bacchi peragebantur, sic dicta à tempore, non à Baccho Brumo, ut somniat Natalis Comes, d.

5. E Græcis sumpta huiusmodi sacra cum ludis: liquet ex Pausania, cap. 252. ubi: Arcadici in Olympia signum Iovis posuere,

Imago Iovis Veiovis.

fulmen utraque manu præferens (Vide 7. Martij.) Liberi Patris templum habent, in quo festos dies anni summa hyeme agitant, adipe peruncti: sublatum humeris è grege taurum, quem ipse Deus ut deligerent, in mentem venire voluisset, ad templum deportant. Hoc solemnè ipsis est sacrum. Ibi fons pragelidæ aquæ, quem adumbrat platanus contra rabiem, vulnus, aut quamlibet no-

Brumalia Bacchi Græca.

xam. E re ipsa fontem Alyson nominant, quod per ipsum sedetur rabies. Eodem die Romæ porricus Pauli Æmilij tota deflagrat flammâ extensa Vestæ usque templum, sacris per Vestales in domum flaminis Dialis asportatis. Halicarnas. lib. 8. cap. 31. Cum

Fons Alyson.

templum Vestæ arderet Cæcilius (alij Luctus) Metellus Pontifex Max. ex incendio sacra rapuit. Liv. lib. 19. Hinc instituta Sacra Vestalia, de quibus, 6. Mart. 20. & 9. Jun. Addit Briet. V. C. Ann. 513. Tiberis intumescens hoc anno afflixit Urbem: secutum mox incendium, quo sæviante in adem Vestæ Lucius Metellus Pontifex Max. Palladium eripuit,

Templum Vestæ ardet.

Metellus tunc orbis lumine.

Metellus tunc orbis lumine.

puls, sed inter flammaram vortices oculos amisit; ante pramonitus à duobus corvīs, ut rediret in Urbem. Vir insignis fuit, ut videbimus loc. cit. constat ex triumpho, parto de Pœnis, XIII. ducibus hostium & CXX. elephantis in eo ductis. Liv. ibid. Plin. meminit, lib. 18. cap. 3. & lib. 8. cap. 6. dicit elephantēs fuisse CXLII. Ad veritatem historię bis templum Vestę flagravit: primū ann. *Urb. Condit.* 513. tuncque Metellus Palladium ab incendio liberavit. Denuò tempore Augusti, anno V. C. 740. ex incendio porticus Æmilij Pauli, quam refecerunt magnificè, ut ex igne splendidior evaserit. Briet. hic.

Eius triū-
pvi.

6 Apud Octam, quo monte incensus Hercules, sacra *Nymphæa*, in honorē Dryopes, conversę in lotum (de quo latè Ovid. 9. *Metam.* à fab. 7.) instituta à filio Amphiso. Meurs. *Græc. fer.* Raph. Regius, Luëtat. & Jacob. Pontan. loc. Ovid. cit. Amphisus, inter Messenos dictus fuit per matrem (quia dixerat: *Latet hoc in stipite mater*) Dryops, habitusque filius Apollinis. Hinc apud illos Apollinis unum, Dryopis alterum simulacrum religiosissimè in templis collocatum, ait Pausan. cap. 145. *Sacra quotannis Dryopi peragunt, eamque Apollinis filium fuisse dicitant.* Inquit Ovid. d. canens:

Sacra Dryo-
pi.

Ovid.

——— *Notissima formà*
Oechalidum Dryope, quam virginitate ca-
rentem
Vimque Dei passam Delpbos, Delonque te-
nentis.

Dicta ergo *Nymphæa*, quoniam quotannis Nymphę circum lotum ludebant, ac floribus, & tēnijs ornabant. De ritu dicemus Tom. 6. T. 1. n. 54. In Creta festum *Molon*. K. G. refert Plutarch. de *Oracul. defect.* ubi inquit: *In Creta diu versatus, cognovi festum celebrari, quo effigiem hominis, capite truncam ostendunt: memorant que hunc fuisse Merionis patrem* (de quo Homer. 2. *Iliad.* v. 646. inter Duces Græcos, & cuius sagitta ærea, ut ait Pausan. cap. 84.) *qui virgini per vim oblato stupro, truncato repertus est capite.* Longè articulus Baptistę. Hinc nescio quo enthusiasmo addit: *Hæc non Deorum, sed demonum sunt casus & fortuna.*

Molon.

Gesta Ale-
xandri in I-
lio.

7 Alexander Magnus, Helleponto traiecto, in campos, ubi veteris Ilij sedes, procedit. Ibi oblatam illi Paridis lyram, excutit: Achilli inferias facit currens nudus coram tumulo, cui coronam imponit. Tunc, ut refert Ælian. lib. 12. *Var. Histor.* cap. 7, postquam sepulchrum coronavit, Hephæstion Patrocli monumentum altiùs erexit; significans se tanto amore Alexandrum pro-

sequi, quanto Patroclus Achillem: at ille erat amicus Regis, non Alexandri, cuius infantiæ nonnunquam blandiebatur. Deinde Alexander Heroibus parentat, & Priamo ad Hercij Iovis aram sacrificat. Minervę, quam præcipuà religione venerabatur, studiosè sacrum facit, & suspensis in templo armis suis, alia detrahit, quæ à Troiani belli temporibus duravisse credebatur. Hæc ab armigeris præferri iussit, tanquàm à proprio Numine ad subigendam Asiam commodata: hisque indutum ferunt ad Granicum (de quo 21. *Maij*) cum Darij Satrapis decertasse. Plutarch. in eo, Iustin. lib. 11. & Supplem. Curt. lib. 2. cap. 4. Aliud præter armorum, digrediens à Minervę delubro, omen habuit: scilicet, Ariobarzanis, Phrygię quondam Satrapę, ante fanum effigiem humi prostratam: unde auxilij Numinum spes, maxime à Minerva, in cuius fani limine hostis prostratus. Diodor. Sicul. lib. 17. n. 18. & Arrian. lib. 1. cap. 4. & lib. 6. cap. 4. Post arma dedicavit Æsculapio, tanquàm salutis principi. *In delubro signum* (ait Pausan. cap. 260.) *impuberis Dei & Hygię. Tradunt populares, ab Alexandro Philippi filio, Lorica & bastam in Æsculapij honorem dedicatam. Mæa certè etiamniū etate, lorica & basta cuspis ibi cernuntur.* Dedicationis armorum (quæ apud Indos in Cyropoli) causam dicemus 26. *Mart.* n. 14.

Minervæ
dedicat ar-
ma & alia
è templo su-
mit.

Omina.

Post Asia
imperium,
arma dica-
t Æsculapio.

8 Inter Ægyptios sacra Chamo sub titulo Saturni, quem adorarunt etiam Persę, fugientem Noëmi patris faciem, sub nomine Zoroastris. *Eum inter homines huius dogmatis* (idest, qui Magiam exercere) *secutifuerunt Ægyptij; qui sibi illum Saturnum, inter Deos adolescentiorem fecerunt, & civitatem illi posuerunt, dictam Chæm-Min:* inquit Berol. lib. 3. *Antiq.* quod argumentum fusè sequitur Ioann. Annias. *Cham filius Noë, primus inter homines idololatrię disseminator & qui in mundo telesmatum artem & magiam introduxit, ob quas & Zoroaster & Adris propheta dictus est, quasi diceret figuram, seu simulacrum sideris, vel ignem ubique lucentem.* Abeneph. in *Histor. Arab.* Zoroaster, lingua Aramæa *Stella vivens* dicitur, vel *formans idola ignis absconditi, simulacra rerum secretarum.* Idem de *Histor. sacr. Ægyptior.* Quare Gregor. Turonens. 1. de *Franc. histor.* cap. 5. inquit: *Statuam adorandam statuit: stellas & ignem de cælo labi magicis artibus ei adscribunt: vocatusque est, cum ad Persas transisset, Zoroaster, quod Stellam viventem interpretantur.* Idem Boissard. in *Apollonio Tyaneo*, & fusè Kircher. in *Obelisc. Pamph.* lib. 1. cap.

Sacra Cha-
mo.

Zoroaster
quirit?

2. Unde nomen *Ignis* illi, quia fulmine afflatus, ut ait Suidas, & Clemens Rom. 4. *Recognit.* fol. 57. vel quia signatus Saturni stellâ, ut ait R. Ben-Gorion, *lib. 1. cap. 2.* Hinc fax ad illud Amos, 5. 26. *Tabernaculum Moloch, sidus Dei vestri; & Act. 7. 43. Sidus Dei vestri Remphâ,* qui Saturnus, titulo *Moloch,* vel *Melchon,* in cuius statua frôte, iuxta Occumen. hic, erat pretiosa ac pellucida gemma adinstar fideris resurgens. Latè describam 25. *Septembr. 4. in Templo Samaritano.* Zoroaster primus templum Mythræ dedicavit, de quo 19. *Decembr. à n. 13.* Nonnunquam secutus est malum genium; igitur ante cataclysmum & post, magiam exercuit. *Ex astris scintillas quasdam carmine magico elicere studens* (sicut Romæ Tullius Hostilius, de quo, 10. *Septemb. n. 5.*) à demone succensus est, & interfectus. Nihilominus eius discipuli Deorum amicum crediderunt, afferuntque vehiculo fulminis in celum fuisse sublatum: corpus eius in Assyria conditum est: praxiderat enim Assyrijs, tandiù eos orbi terrarum cum summo imperio principaturos, quandiù suos cines & reliquias integras & inviolatas conservarent. Haënus Boissardus, d. Vide Iustinum *lib. 1.* dicentem, occisum fuisse à Nino. Idem Diodor. *Sicul. lib. 1. n. 66.* Hieronym. in *Osée, 2. 16.* & Augustin. 21. *Civ. cap. 14.* Magum insignem, & primum in arte dicunt Plutarch. d. *Isid. & Osirid.* Apuleius *Apolog. 1. & 2. Floridor.* Cedren. in *Annalib. fol. 13.* Marcellin. *lib. 23. cap. 22.* & Plin. *lib. 11. cap. 42.* qui *lib. 7. cap. 16.* quem sequitur Augustin. quò supra, asserit. *Risisse eo die quo genitus esset: eidem cerebrum ita palpasse, ut impostam repelleret manum, futuro presagio scientia.* In *Chronic. Alexandr. pag. 89.* legitur: *Ex Chami genere oriundus est Zoroastres ille nobilis Persarum Astronomus, qui moriturus precatus est, uti fulmine ictus interiret; Persis que denunciavit: Ubi me celestis ignis consumpserit; crematorum ossium meorum cineres tollite & servate: nec regnum à vobis & hac regione tolletur, quandiù ossa mea custodietis.* Invocato ergo Orione (qui Nemrod, ut dicemus, 6. *Maij, n. 7.*) à celesti flamma depastus interijt. *Persæ quod ille imperaverat executi, reliquias cinerum illius hodieque custodiunt.* Idem Gyrald. 2. de *Poetar. histor. n. 1. & 16.* ubi de illo fuse; additque eius imaginem vario & peregrino habitu ornata fuisse, scilicet Medo & Persico: quapropter *Persomedes* dictus.

9 Cui hæc contigerunt, non fuisse primum Zoroastrem, asserit Kircher. in *Obelisc.*

Pamphil. d. sed Zoroastrem Pamphilium, seu Proconnesium. Ex Platone dicit Clemens Alexandr. 5. *Stromatum, cap. 6. Meminit* (ait) *Heri Armenij, genere Pamphili, quæ est Zoroaster. Hunc cum duodecimo die post mortem in rogo fuisset positus; Plato dicit revivisse.* Verba Platonis de *Republ. lib. 10.* ita se habent: *Cum in pralio occubisset, sublatis decimo die cadaveribus, iam planè corruptis; integer ipse incorrupto corpore repertus est: domumque delatus ut sepeliretur, duodecimam iam ab obitu die, dum pyra imponderetur, revixit. Ita redivivus, commemorabat ea, quæ viderat apud inferos.* Allegoricè exponit Clemens, quò dudum: moraliter Ioann. Serran. hic, sed si historia, aut fabula, eruta prorsum ex *Egyptiorum doctrina.* Ita in *Argument. lib. de Iusto.* Historia multorum, qui elati revixere, refertur à Plinio, *lib. 7. cap. 52.* & Ravif. *Textor. 2. Officin. cap. 101.* quos videris. Etiam inter *Egyptios hodie Mystera. K. Egypt.* Refert sine ritu Herodot. *lib. 2. n. 103.* In *lacu Minerva* imagines suorum quisque affectuum noctu faciunt; quæ vocant *Egyptij Mystera:* quo pacto se habeant singula, tamen absit, ut proloquar. *Adi Tom. 6. I. 9. D. 5. n. 18.*

Zoroaster
Pamphilus,
quis?

Mystera
Egyptiorum.

DIES XIII. IANUAR.

I **G** Radus 23. Solis in Capricorno. *Idib. Ian.* Qui si in horoscopo, facit gratia venustos, sed scenicos & pantomimos. Firmic. Dies putealis signatur à Darioto. *Media hyems. K. R. P. Astrum obscurum. Prima Mali pars occidit: nocte pluit.* Ptolom. *Umbilicus Pegasi manè oritur.* Iunctin. *K. A. Occidit manè ala dextra Corvi.* Alsted. *Encyclop. Vir fœminam manu trahens.* Sph. *Ismael natus Arab. Ismael nascitur. R. Salomon. In Mecha fervatur lapis, super quem genitus, de quo mirè delirant Mahumetani; uti dicemus Lapis Agar.* 10. *Septembr. n. 7.* interim adi Kircher. in *Pantbeon. Hebraeor. cap. 16.* Saul postquam pridie liberaliter habitus à Samuele, nullo teste ungitur in Regem primum Israël. R. Abraham, ex 1. *Reg. 10.* Samuel in fidem certitudinis prædicit illi occursum virorum iuxta sepulchrum Rachel, & aliorum ad quercum Thabor. Hebræi in illud, cap. 9. 19. *Omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi;* inquit: *Erat in corde Saul, quòd Rex futurus esset: quia viderat per visum, se in vertice arboris palma collocari.* Hieronym. in *Tradition. Hebr.* Sicut in 1. *Paralip. 9. 39.* ibid. dicitur: *Armigerum Saul Doeg fuisse;*

Lapis Agar.

Eligitur
Saul in Re-
gem.

*Et puerum, qui cum eo perrexerat ad requirendas asinas. Mortuo Aristobulo I. Iannæum, alio nomine Alexandrum, quem ille in carcere vinxerat; Salome vinculis solvit & Iudæorum Regem constituit. R. Huic pessimi mores, maximè sanguinolentia per 27. annos. Invasit Gazam, quam vastavit & D. Senatores, qui ad templum Apollinis confugerant, iugulavit; postquam matrem & fratrem trucidaverat. Venientem excepit seditio, propter quam quia dixerant cives: *Animos tantum conciliabis morte*: octingentos crucifixit ex eis, in quorum conspectu coniuges & liberos interfici iussit, ipso cum pallacis convivente, ac ex edito loco tragœdiam conspiciente. Ioseph. lib. 13. à cap. 22. & 1. de Bell. à cap. 3. Adrichom. Ann. 3859. Sex tantum annis ex Iudæis non minus quinquaginta millia interemit. Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 13. A patre Hyrcano nonnunquam despectus. *Mox natus* (ait Ioseph. d. cap. 20.) *exosus patri factus, nec unquam dum ille viveret, in eius conspectum admissus. Eius odij causam fecerunt hanc. Cum aliquando in somnis ei Deus apparuisset, rogavit de successore, sollicitus de Aristobulo & Antigono, quos præ cæteris diligebat: sed cum Deus huius effigiem designasset, contristatus, quòd is in omnes fortunas esset successurus, in Galilæa educari eum voluit; sed Oraculi fidem eventus approbavit.* Idem Briet. ab Ann. 3951. & Torriel. addit Genebr. Ann. 3984. cum regno accepisse coniugio Salomen, viduam fratris Aristobuli, & cruci affixisse (Sapientum virorum inimicum) DCC. Phariseos, quia Sadduceus secta: qui in regno post tot cædes non Pontifex, sed postifex & popa Iudæorum vocatus. Ann. 31. Christi, dies hic septimus eius ieiunij.*

Alexander Iannæus eligitur in Regem.

Eius savitia.

Exosus patri, ex quo natus.

Dies VII. Ieiunij Christi.

Iupiter Stator.

Idualia.

Ovid.

Unde Idus?

Horat.

Findit Aprilem.

Anton. Constantius hic, & Marfus, astruunt Idus dictas, quasi *Vidus*, à videndo, eò quòd tunc Luna plena videatur: nam cum Iupiter sit lucis auctor, unde vocatur *Lucetius*, aut *Diespiter*, rectè hi dies Idus dicuntur, cuius lux non finitur lucis occafu, propter plenilunium, quod in medio mensis plerumquè fit. Omnibus Idibus in Arce sacra Iovi fiebant à sacerdotibus cum Vestalibus per viam sacram. Turneb. 20. *Advers.* cap. 35. Innuit Varro, 4. de *Ling. Lat.* cap. 7. *Oritur caput Sacre viae* (inquit) *ab Strenia sacello, quæ pertinet in Arcem, quæ Sacra quotquot mensibus feruntur in Arcem, & per quam Augures ex Arce profecti solent inaugurare.* Lavin. Torrent. Dionysius Lambin. & Gualter. Chabot. signant in illud Horat. 3. *Carm.* Od. 30. v. 8.

Sacra.

—————Dum Capitolium

Horat.

Scandet cum tacita virgine Pontifex.

Ovis, ut diximus, erat victima, & ex illa fiebat albogalerus, quo Diales Flamines, idest, Iovis sacerdotes, utebantur, cui affigebatur ut apex virgula oleaginea: de his ac illorum prærogativis, 20. *Mart. à n.* 14. Cunctis Idibus hostia ovis, non bos, uti scribit Alex. Neapol. lib. 3. cap. 18. sed in Ianuarij, victima erat vervex. Ovid. d. v. 587.

Insigne Deali.

Idibus in Magni castus Iovis ade sacerdos Semimaris flammis viscera libat ovis.

Ovid.

Erant enim sacra in æde Iovis Capitolini. Si spectaculis adessent, absidebant cum corona. De Domitiano ait in eo Sueton. cap. 4. *Quinquennale certamen instituit Capitolino Iovi. In stadio verò cursu etiam virgines. Certamini præfedit crepidatus, purpureaque amictus togâ Germanica, capite gestans coronam cum effigie Iovis ac Iunonis Minervæque; assidentibus Diali Sacerdote & Collegio pari habitu, nisi quòd illorum coronis inerat & ipsius imago.*

3 Hac die Tibicines festum diem agere multa licentiâ & lasciviâ, & muliebri habitu per Urbem vagari solebant. Alex. d. Causa huius indulgentiæ, seu insolentiæ, eò quòd quia infimæ fortis, prohibiti fuere à Censoribus vesci in æde Iovis, quod concessum fuerat à Numa. Ægrè tulere, ac tunc uno agmine Tibur concessere: cumque reverti nollent ad plausum sacrorum; Tiburtini paratis epulis, quasi rem divinam facturi, illos muliebri habitu, ut compta erant, vino cibisque madidos, carpento Romam reportarunt, reddito prisco honore: mansitque ad posteros festa dies annua, ut eo habitu triduo vagantes per Urbem perque fora ac vicos cum cantu & tibijs incederent.

Tibicines habitu muliebri.

2 Romæ, Iovi Statori sacra. V. K. de his 27. *Iun.* Aptius *Idualia* sacra, vel *Idulia* in honorem Iovis, quia Iunoni Kalendæ, Iovi Idus dicabantur: Nonæ verò sine Numine auspice erant, quousque exactis Regibus populus celebravit in memoriâ Servij Tulij, ut diximus, die 5. n. 8. Ovid. 1. *Fast.* à v. 55. *Vendicat Ausonias Iunonis cura Galendas, Idibus alba Iovi grandior agna cadit. Nonarum tutela Deo caret.*

Ab ovis sacrificio, quæ *Idulis* dicta à Tuscis, nomen Iduum nonnulli derivant, ait Macrobr. 1. *Saturnal.* cap. 15. sed infit: *Idus vocemus diem, qui dividit mensem: Iduare enim Hetruscâ linguâ, dividere est.* Horat. 4. *Carm.* Od. 11. v. 14.

—————*Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marina*

Fuse

Fuse Liv. lib. 9. sect. 87. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Plutarch. Rom. 99. 55. Rosin. lib. 4. cap. 5. & Struck, cap. 195. de Gent. sacrifici. ubi à cap. 193. signat quare sine tibijs sacra fieri nequibant ritè. Item celebris dies propter triumphum Q. Publ. Philonis de Latinis. Ann. 414. Goltz. fol. 56. & Reufner. in Diar. A Collega Æmilio Mamerto, cui triumphus negatus, electus est Philo Dictator, qui apud Patres male audivit, in quos infestus, eorumque auctoritati nocuit, simulque Reipublicæ; dissimulans collegæ sui iniurias in Senatum, eò quòd illi non concesserit triumphum. Turfelin. anno præcitatur. Hoc in die, Ann. V. C. 460. fuit Spur. Corvilius, de Samnitibus. Goltz. in Fast. pag. 74. Hic 7300. Samnites sub iugum misit, etsi nonnulli M. Attilio attribuunt; sed huic negatus vel parta victoriâ, invocato Iove Statore, triumphus; ut ann. præcit. affirmat Briet. Celebrior fuit posterioribus temporibus; quippe in illo de Samnitibus. Goltz. in Fast. Rom. fol. 56. & 74.

4 Octavius, Augustus est appellatus, cum Provinciæ in ordinem fuissent redactæ. Ovid. d. v. 589.

Ovid.

Redditaq; est omnis populo Provincia nostro,
Et tuus Augusto nomine dictus avus.

Octavianus
dictus Augu-
stinus.

Articulus exprimit Sueton. in Augusto, cap. 7. Deinde Augusti cognomen assumpsit Munatij Planci sententia: cum (quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem Urbis) prævaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine; quòd loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur ab auctu, vel ab avium gestu, gustuque. Nobilia enim loca, & quasi maiestatis plena, augusta dicimus. Alex. ab Alex. d. & Anton. Constant. Ab hoc dicti Augusti, sequentes Imperatores, ipseque hoc titulo magnoperè delectatus, cui concessus propter insignes victorias, ut ait Dio Chrysostr. lib. 53. & Rosin. lib. 7. cap. 12. Aliter, sed falsò, in Chronic. Alex. pag. 457. ubi: Octavianus Augustus est renunciatus, ut & sextilis mensis Augustus dictus; quod in eo Augustus sit appellatus. Alijs etiam placuit, uti dicemus, 1. Augusti. Itcirco additur, Provincias tunc fuisse in ordinem redactas. Ordo Provinciarum ita describitur ab Halicarnas. lib. 3. cap.

Quid, Pro-
vincias in
ordinem re-
digi?

14. Integre regiones devictæ in Provinciarum formam redigebantur, & à populo Romano, missis in eas Præsidibus gubernabantur. Quod si ipsi hostes traditis armis ditionem facerent sub iugum mittebantur. Romanis est mos (ait) quoties hostes traditis

armis ditionem faciunt, duo signa vesta buri desigere, bisque tertium transversum superimponere, & sub eo captivos transmittere, moxque admittere liberos. Hispanicè Passarlos por la borca. Idem Sext. Pompeius, & Rosin. lib. 10. cap. 21. Accidit Romanis, transeuntibus iugum ad Caudinas Furculas, victoribus Samnitibus, ut ait Liv. lib. 9. à sect. 8. etsi illicò Papyrius Cursor ipsis iugum Romanum transire coegerit. Idem ibid. Etsi ita ab his AA. ordo Provinciarum intelligatur; arbitror, Provincias in ordinem esse redactas, nihil aliud signari, quàm esse subiectas, ita ut nullum cum nulla pro tunc interesset bellum: unde postquam Suetonius in eo à cap. 21. victorias de tot nationibus numerat, earumque describit subiectionem, propter quæ gesta Augustus appellatus fuit; cap. 22. subdit: Ianum Quirinum semel atque iterum à CV. memoriam ante suam clausum; in multo breviori temporis spatio, terrâ marique partem, ter clusit. Vid. Lips. Schild. & Beroald. hic. Alij arbitrantur Provincias, præter Germaniam, fuisse tunc subiectas; & omnes in ordinem redactas fuisse, dum industria virtuteque Germanici Cæsaris, hæc etiam iugum passa est. Unde Ovid. v. 599.

Ab Augusto
clausus Ianus.

Si petat à victis tot sumet nomina Cæsar,

Ovidi

Quot numero gentes maximus orbis habet.

Vide 1. Augusti. n. 2. Facti in eius plaufum tunc ludi Triumphales, ita dicti, quippe post insignes celebrabantur victorias. Rosin. lib. 5. cap. 22. Natalis etiam fuit C. Marij Arpinatis, & eodem die post annos septuaginta obitus. Reufner. Ad Plutarch. in eo, qui septimum adeptus est Consulatum post tot discrimina rerum. Vid. 4. Septembr. Etiam in omnibus vicis seu tribubus statuar erectæ Mario Gratidiano, quia per illum inventa ars, qua probaretur moneta publica, legeque sancta; quippe cunctis iucunda. Plin. lib. 33. cap. 9. qui lib. 34. cap. 6. inquit: Statuerant Romæ etiam in omnibus vicis C. Mario Gratidiano tribus: easdemque subvertère Syllæ introitu.

Ludi triump-
phales, &
C. Marij na-
talis & obi-
tus.

Statua Gra-
tidiano.

5 Apud Chalcidenses Flaminia, quia ab Antiocho Magno urbem servavit Tit. Flamininus: unde grati cives dicarunt gymnasium Flaminino & Herculi, cum titulo: Fidem Romanam candidissimam Sanctè iurati colamus.

Flaminia.

Puella cantate Iovem magnum,
Romamque, Titumque & Romanorū fidem.

Plutarch;

Io Paan, ò Tite servator!

Ibi Quinctius Flamin. creatus sacerdos, quem maximo honore Græcia tota affectit propter libertatem, uti dicemus, 6. Februa-

Quinctius
Flaminium

rij, n. 18-10. Jun. & 12. August. Funç auream coronam Delphis Apollini dicavit, in cuius circulo isthæc carmina:

Aurq. fulgentem Latone nate coronam.

Idem.

Hanc tibi in Ambrosia cesarie imposuit. Aeneadam dux magnus: & hoc te Phœbe precatur,

Sit virtute sua gloria digna Tito.

Hæc ex Plutarch. in eo. Polyb. lib. 17. cap. 7. Petav. 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 8. Pausan. cap. 213. & Goltz in Fast. meminitque Hospinian. de Fest.

Ges.

6 Athenis festum Ges. Certamen erat in honorem Pietatis, cuius templum in carcere. Thucydides, lib. 11. à n. 13. Meurf. Grac. fer. lib. 3. Romani à Græcis cultum

Sacra Pic-tati.

sumpsere, de quo 25. Septembr. & de templo & Ara Misericordiæ, 22. April. In eius commendationem fictum à Poëtis, Numinum descensum è cœlis. Ovid. 1. Metam. fab. 6. & lib. 8. fab. 7. Quapropter Pausanias, cap. 237. Erant enim (ait) prisca illi homines Dijs ipsis hospites & convivæ, pro iustitiæ & pietatis merito: & sanè bonis & pijs præmia certissima. Magnum, etfi fatuè utpotè Ethnicus, pietatis exemplum præ se

Catienus Philotimus.

tulit P. Catienus Philotimus, de quo Plin. lib. 7. cap. 36. Patronum adeò dilexit, ut bæres omnibus bonis institutus, in rogum eius se iaceret. Adi Valer. Maxim. lib. 6. cap. 8. & lib. 8. cap. 4. Opium ex senectute debilem, in sevo triumviralis proscriptionis turbine, quàm ut manere liceret filius deprecaretur, humeris ab eo elatum, donec extra portam tutum sisteret, ac postremò nunc agendo, nunc deferendo in Siciliam pervexisset incolumem. Appian. Alexandr. Rom. histor. lib. 7. n. 41. & Cœl. Rhodigin. lib. 11. cap. 17.

Symbola.

7 Symbolum pietatis signat Ciconiam Ambros. 5. Hexæmer. cap. 16. Asterias, Causin. lib. 6. symbol. 28. per Tigrim, idem lib. 7. symbol. 113. ex Philost. lib. 11. cap. 12. Per lapillum Hyacinthum, Solin. cap. 33. Per Hypsipylem, quæ parcens patri, & sub hasta publicata, Argivos in expeditione ad Thebas, siti laborantes demonstrato fonte servavit; ut latè cantat Statius, 5. Thebaid. Valer. Flacc. 2. Argonaut. & Nonnius in Grac. Goltz, Tabul. 14. Velato capite pingebatur, cum patera, aræ adstans precantis habitu, in cœlum manus tendens. Ali-

Hypsipyle.

quando inter duas puellas alimentarias, porrigens victum, acceptum aperto sinu. Aliquando acertam, thure plenam manu tenens & offerens, astante aræ, indicansque cultum, sicut Alexander misit Leonidæ ex Arabia navim thure onustam; exoratus, ut largè Deos coleret. Plin. lib. 12. cap. 14. quod

Imagines.

fieri solebat, thure ex acerra tribus digitis sumpto, de quo Dalecamp. hic, singulari eruditione. Interdum pingebatur velo obtecta, thus in aræ flammam apposita fundens. Interdum cum universis instrumentis in sacra necessarijs, cum vestibus pôtificalibus, ac ornatu, sacerdotû. Vide cuncta in Numism. Hæmelarij, Tabul. 1. 5. 18. 2. 2. 3. 33. 37. & 41. Cum Mercurio luctorû præfecto aliquando collocata (ut iuxta Paulum, 1. Tim. 6. 6. esset pietas cum sufficientia, ex qua questus magnus) & aliquando cum Fortuna & Constantia. Idem Tabul. 5. & 42. Huius virtutis gloria maximè delectatus Pompeius Iuvenis; ita ut militibus Pietatem pro tessera daret. Appian. lib. 3. n. 18. & Alexand. Neapol. lib. 4. cap. 2. Ne exularet à pectore hominum, sicut quondam, Pietas, philtrum cogitarunt Prisci. In Siplylo Phrygia monte (inquit Aristoteles de Mirabilib. reb.) inveniri lapidem parvum quidem, oblongum verò ac rotundum, quem si quis repertum ad Cybeles templum tulisset; maximè pietate erga parentes afficiebatur, eosque in posterum summâ observantiâ colebat, licet antea impius erga illos sitisset, violentis etiam manibus in eos iniectis. Idem Chartar. in Magna-Matre, fol. 147. Plura alia videbimus, & clariora huius virtutis insignia, 25. Septembr. Interim videtis Struck. de Sacrific. Gentil. cap. 42. Plin. 7. Epist. 36. Mens. Philosph. Theobald. Angilbert. Tract. 2. cap. 20. Rosin. 2. cap. 18. & Barth. Marlian. Descript. Urbis, cap. 46.

Modos offerendi ibus.

8 Petitus à Romanis in Regia Antiochi Magni, Annibal in mortem, monente Rege fugit magnis opibus in Cretam ad Gortineos: cumque ibi etiam tutus non esset, decernit & salvare vitam, fugiens ad Prusiam Bithyniæ Regem, & simul opes insigni calliditate. Amphoras complures replet plumbo, quarum summas operit auro & argento: has Gortinijs præsentibus in templo Dianæ deponit, quasi pignoris loco, simulans se suas fortunas eorum fidei credere. His in errorem ductis, statuas æneas, quas secum portabat, auro, gemmisque complet, easque in proparulo domi abiicit. Sic illis templi custodibus cuncta vel fugiens servavit. Plutarch. in Annib. ac Æmil. Prob. Iustin. lib. 32. & Briet. Ann. 570. V. C. Lacedæmones priusquam vincerentur ad Geræstum (de quo 5. Jun.) oraculum Dodonæum de victoria cōsultuere. Maximum illud portentum Spartiatis fuit (inquit Cicer. 1. de Divination.) quod cum oraculum à Iove Dodonæo petivissent de victoria sciscitantes, legatiquè urnam, in qua inerant sortes coram

Lapis in pietatem.

Industria Annibalis pro servandis opibus.

Sortes perturbata à Simia.

ram collocassent: simia; quam Rex Molossorum in delicijs habebat, & sortes ipsas & caetera, quae erant ad sortem parata, disturbavit; & aliud aliud dissipavit. Tunc ea, quae proposita oraculo erat sacerdos, dixisse fertur: De salute Lacedaemonijs esse, non de victoria curandum. Idem Bulenger. System. lib. 5. cap. 39: Quod hic factum fraude Satanica, ministrice Simia; apud Selimum Regem Mogol, ut fide illuminaretur, divina patratum arbitrator providentia. Per Brachamanes suos nomina duodecim celeberrimorum legislatorum diversis schedijs inscribi iussit, Thesei, Minois, Rhadamanti, Solonis, Lycurgi, Zeleuci, Platonis, Draconis, Romuli, Moysis, Mahometis & Christi, Affertoris N. Has schedulas confuse in saccum conijci iussit, & simiam illud nomen extrahere, cuius legem veram & salvificam existimaret. Simia nihil morata, Christi nomine scriptum schedion protulit, Regique porrexit. Latere aliquid fraudis suspicatus Rex, eadem nomina, non ut antea vulgatis Perfarum literis, sed sacris Indicis, & in sola aula usitatis, inscribi charrulis iussit: ibi simia nihiloscius quam antea, Christi nomen extraxit. Nobilis quidam ut ludificaretur animal, undecim pagellas in factum tertio coniecit, occultata intra volam manus, in qua Christi nomen scriptum erat; iussitque simiam iterum fortiri. Mirum profecto! Simia enim, cum verum nomen ibi non reperiret; extrahere nullum voluit: cumque iussu Regis urgeretur, irata omnes schedulas laceravit, & nobilem illum adivit, eumque, quod oculuerat nomen, proferre coegit. Magnus Regem eo facto cepit stupor, nec minus mirati sunt spectatores, qui ad tria millia eo convenerant. Ita Gotofrid. 12. p. *India Oriental.* cap. 11.

Insigne ministrice simia.

Caranus primus Macedoniae Rex, quo ornatus?

Cur caper insigne Macedoniae?

9 Caranus primum ex Graecis regnat in Macedonia. *K. Graec.* Hic Heraclida, ab Hercule decimus sextus, Phidonis Argivorum Regis frater, cum magna Graecorum multitudine, sedes in Macedonia oraculo iussus querere, cum in Amathiam venisset, urbem Edyssam (quam postea vocavit Aegeam a capra) non sentientibus oppidanis propter imbrem & nebulae densitatem, gregem caprarum, imbrem fugientium secutus, occupavit: revocatusque in memoriam oraculi, quo iussus erat ducibus capris imperium querere; regni sedem statuit, seque religioni obstrixit, quocumque agmen moveret, se ante signa eadem habere captas. Unde caper insigne Macedoniae, ut videret, *Daniel.* 8. & 5. Refert Ludov. Nonnius in *Golz. Graec.* tabul. 29. Iustin. lib. 7. & Tur-

sellin. *Ann.* 3240. Hic cum trophaum ex more Argivorum crexisset ex spolijs victi Chisei Regis (quod destruxit, ornamenta dissipans, leo egressus e monte Olympo) iussit successores nullum vel maximis victorijs extruere. Satis certum huius rei argumentum (inquit Pausan. cap. 315.) quod Alexander neque de Darii, neque de Indicis victorijs, trophaum ullum erigendum curavit.

10 Inter Aegyptios Apollonopolitas crocodilorum suspensio. *K. Aegypt.* Strab. lib. 17. de illis dicit: *Apollinis urbs crocodilis inimica.* Diodor. Sicul. lib. 1. a n. 56. & Kircher. *Chorograph. Aegypt.* cap. 5: Nomo, 2. *Ombite Aegyptij populi* (ait Aelian. 10. *Histor. Animal.* cap. 21.) a crocodilis suos liberos rari mirifice gaudent: contra pars Tentyritarum sagenis captos, a perseis arboribus sublimes suspendunt, atque eos primum flebiliter gementes permulta verberatione affligunt, deinde his concisis vescuntur. Bestiam oderunt, quod dicant Typhonem eius formam induisse (de quo fuse Isagog. *Octobr.* a n. 14.) & alij, quod Psammythi filiam crocodilus rapuerit: huius cladis recordatione, etiam posteros universam eorum nationem odisse. Modus capturae signatur a Plin. lib. 8. cap. 25. & 28. cap. 3. Senec. 4. *Natur.* 99. cap. 2. & Maiolo, *Tom.* 1. *Colloq.* 8. ubi: *Tentyrite flumini innatant, dorsoque & equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextra ac laeva tenentes, extrema eius utrimque, ut frenis in terram agunt captivos, ac voce etiam sola terrosos, cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam: olfatu huius generis hominum, ut Psyllorum serpentes, crocodili fugantur.* Vid. Solin. cap. 35.

A Macedoniae nulli trophaum.

Crocodili suspensi in mortem.

Industria in captura.

DIES XIV. IANUAR.

11 **G**Rad. 24. Solis in Capricorno, qui prorsus putealis & scævus, iuxta Dariat. Causam signat Firmicus; igitur ex se honorati multa incommoda propter filios patientur. *Humerus Equi manè oritur.* Iustin. *K. A. Ventosa tempestas.* Columell. *Astrum obscurum: varia aëris inconstantia. Leo occultari incipit: pluvia fiit.* Ptolom. *Figulus dolia fabricans.* Sphaer. Arab. Nocte concubia anni 10. regni Saul, Davidem per fenestram demisit Michol, quo pater elusus. R. Abrah. ex 1. *Reg.* 19. a 11. Somniat: vel caeco patet, dum facinus factum tam ex lancea fulminata, quam ex decreto necis, post victoriam insignem de Philisthis; non posse contingere brumam. Nec mi-

XIX. K.

David a Michol in natur in fugam.

Sustulit lanceam & scyphum regis Saul.

minus Reucl. deviat: etenim, nescio quo fulcro, asserit, eodem die, decimoquarto post anno, dormiente Rege & custodibus, lanceam & scyphum Saulis tulisse è cubili seu tentorio quiescentis; ut dicitur ibid. cap. 26. à v. 3. Vestigia priscorum sanè secuti: equidem in hoc articulo fingunt Rabbi, pedem Davidis fuisse implicatum inter crura Abner; sed stimulo muscæ illa diducta, ut salvus David in propria redire posset. Vide *Tom. 6. T. 6. n. 4. & 6. August. n. 3.* In primo fidei Michol, imposita fabulâ pro fœminæ industria, *Tunc per fenestram dimissum periculo exemit: deinde parato lecto, tanquam aegrotanti, stragulis iecur capræ* (quod longo tempore recisum palpitate fortius solet) *recens exemptum subiecit: diluculoque venientibus, quos pater ad Davidem miserat, ostendit lectum opertum, & quod palpitatione iecoris stragula moveri videret; maritum agrum anhelare persuasit, addens totam noctem inquietam eum exegisse.* Refert Ioseph. 6. *Antiq. cap. 14. & ex ipso, quantum auguror, hic Hugo, & Petr. Comestor. cap. 19. cum Theodoro, quest. 48.* In involuero ex pilis caprarum fuisse iecur, quod suo motu aliquid ibi cubare vivum ostenderet; dicunt Septuag. Truncum informem & rotundum, & non hominis statuam fuisse in lecto; cogitat Abulens. hic, *quest. 14.* Davidis fuisse statuam, Procop. At Abenezr. mirè delirat. Pro Teraphim, statua seu imagine, scribit Astrolabium, vel quæ cœlestes influxus posset recipere, Telestmaticam statuam. Vid. Serar. hic & quæ diximus, *Tom. 4. T. 3. à n. 21. Kircher. Tom. 1. Oedip. Copt. syntagm. 4. cap. 3. & Riber. in Oseam 3. num. 20.*

Fabula insignis in utroque articulo.

Iecoris ex præ conditione.

Mors Malachia.

2 Mors etiam Malachia. K.R. Ex tribu dicitur Zabulon. Hebræi nonnulli Esdram fuisse asserunt, in quos Hieronym. in Prolog. *Malach.* ubi refutat etiam, qui eum dicunt Angelum incarnatum; quia *Malachi* Hebraicè sonat Angelum, & pro Malachia Septuagint. legunt *Angelum*; quasi omnes qui Angeli vocantur, Angeli essent. Appositius Isidorus de *Ortu & Obi. PP. cap. 52. Vir iustus (iust) & aspectu decorus, quem Iudæi Malachiam, idest, Angelum Domini, ideo asserunt vocitatum; quia quæcumque prædicebat, confestim, Angelo de cœlis veniente, confirmabantur.* Item Doroth. in *Synops. cap. 12. & Epiphan. de Vita & interit. Propb. cap. 22. Malachias Propbeta* (ait Adrichom. in *Chronic. Ann. 3555.) increpat Israellem quòd vitiosas hostias offerant, ideoque ab illo sacrificia reprobanda, & Gentiam oblationem mundam, offerendam in omni lo-*
Tom. I. Ephem.

Qui & quilibet

eo (idest Christum in Eucharistia) *simulque prædicit, Ioannem Baptistam, divinitus mittendum. præcursorem primi Christi adventus; sicut Eliam in secundo ad iudicium, & conversionem filiorum Israel.* Idem Athanas. in *Synops. ibid. que Doroth. Mortuus est, cum adhuc adolescens esset, & appositus patribus in agro ipsius.* Anno 31. Christi, dies eius ieiunii octavus.

Dies VIII. ieiunii Christi.

3 Romæ dies ater & vitiosus. K. V. Gyrald. de *Mansib. & Plutarch. Rom. qq. 24.* Hic dies apud illos intercisus. Libri Numæ (Magici quippe, testante cui fides adhibita in Senatu, Q. Petilio Prætor) inventi in agro Luc. Petilij Scribæ, in duobus arculis lapideis cum plumbeis operculis (iuxta sepulchrum eius, quod tantum cenotaphium, quoniam sine eius cadavere) numero quatuordecim, septem idioma Græco, septemque Latino (Plutarch. in Numa asserit 12. volumina Latina fuisse de ritu & cultu Deorum, totidemque Græca de Philosophia, ex Valer. Antia Halicarnas. lib. 2. cap. 36. Plin. lib. 13. cap. 13. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Lactant. 1. *Institut. cap. 22.* Totam historiam refert Livius lib. 40. à sect. 56. *Siccitate & inopia frugum insignis annus fuit: sex menses nunquam pluuisse memoria proditum est. Eodem anno in agro L. Petilij Scribæ sub Ianiculo, dum cultores agri altius moluntur terram, duæ lapideæ arce octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ sunt, operculis plumbo divinctis, literis Latinis, Græcisque utraque arca inscripta erat: in altera Numam Pompilium Pomponis filium, Regem Romanorum sepultum esse, in altera libros Numæ Pompilij inesse. Eas arcas, cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quæ titulum sepulti Regis habuerat, inanis inventa, sine ullo vestigio corporis humani. In altera duos fascis candelis involuti, septenos habuere libros, non integros modò, sed recentissimâ specie. Primò ab amicis, qui in re presenti, fuerunt libri lecti: mox pluribus legentibus cum vulgarentur; Q. Petilius, Prætor urbanus, studiosus legendi, eos libros sumpsit. Lectis rerum summis, cum animadvertisset, pleraque dissolventiarum religionum esse; dixit, sese eas libros in ignem coniecturum esse, librosque eos legi servarique non oportere. Senatus censuit, satis habendum, quòd Prætor iusiurandum polliceretur: libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse: qui igne in comitio à vicinarijs factò, in conspectu populi cremati sunt. Taxat Tertullian. de *Prescriptionib. Hæreticor. cap. 40. Si Numæ Pompilij (ait) superstitiones revolvamus, si sacer-**

Sepulchrum Numæ, & eius libri.

Qui Magici

dotalia officia, insignia & privilegia, si sacrificalia ministeria, & instrumenta & vasa ipsorum sacrificarum & piaculorum & votorum curiositates consideremus nonne manifeste diabolus morositatem illam Mosaica legis imitatus est? Adi Pamel. hic à n. 250.

4 Plutarch. d. eadem refert, additque: Corpus crematum non est, quod ipse prohibuerit: duas autem lapideas arcas confecere, & sub laticulo posuerunt; in quarum altera corpus eius condebatur, in altera libri sacrorum. Ipse enim eos composuerat, ac cum vivus adhuc, sacerdotes ea, quae in eis scripserat, decussisset, intelligentiamque, & usum eorum tradidisset; secum sepeliri iusserat: existimans non rectè arcana inanimatis literis committi. Plin. quod dudum: Maiore etiam miraculo, quod tot infossi libri duraverunt annis: libros cedratos fuisse, propterea à arbitrariet tincas non tetigisse. Cedrium est humor cedri in incorruptionem: unde idem lib. 16. cap. 11. inquit: Pix in Syria cedrium vocatur; cui tanta vis est, ut in

Quo pacto integri durarunt?

Quid cedrium?

Aegypto corpora hominum defunctorum ea perfusa ferventur. Iterat lib. 24. cap. 5. Vitruvius, lib. 2. cap. 9. Quae unguentur cedrio, ut libri; à tineis & carie non leduntur. Hinc Persius, Satyr. 1. v. 56. canit: Et cedro digna locutus. Adi Panciroll. 1. p. Memorabil. titul. 40. Ioann. Kirchman. 1. de Funerib. Rom. cap. 8. & Reyes-Franco, in Elyfio, quest. 34. n. 36. Chartar. in Praefat. ad Deor. imagin. fol. 14. cogitat, libros Numae igni traditos fuisse à superstitionis Romanis; quoniam Deorum vanitatem demonstrabant: ex verbisque Petilij videtur propositum. Pleraque (dixit) dissolvendarum religionum esse. At potiore iure quia volumina magica: ex circumstantijs liquet. Mirabantur alij (inquit Plinius) quomodo illi libri durare potuissent. Heminas rationem reddebat: Lapidem fuisse quadratum, circumter in media arca vinctum, candelis quoque versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea à arbitrari, eos non computruisse. Ex candelis claret eius in libris impositura, & pactum cum paredro, uti astruunt Augustin. 7. Civit. cap. 34. Valer. Maxim. d. cap. 2. Cicer. 1. de Legib. & Rhodig. lib. 9. cap. 23.

5 Sat erat in cogitationem cena magica, de qua, 9. Septembr. n. 3. at patebit amplius Augustini censura. Ipse Numae (inquit d. cap. 35.) ad quem nullus Dei Propheta, nullus sanctus Angelus mittebatur, hydromantiam facere compulsus est: ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes demonum, à quibus audiret, quid

Numa magicus, & cum demono paredro.

in sacris constituere atque observare deberet. His tamen artibus didicit sacra illa Populius, quorum sacrarum facta prodidit, causas obruit. Ita timuit, & ipse quod didicit, quarum causarum proditos libros Senatus incendit. Quod ergo aquam egerit, id est, exportaverit, unde hydromantiam faceret; ideo Nympham Ageriam coniugem dicitur habuisse. Dixerat Ovid. 3. Fastor. v. 267.

Ageria est, quae praebet aquas, Dea grata Ovid. Camænis,

Illam Numae coniux, consiliumque fuit.

Nympha fingitur prius, vel una de Musis, quae post Numae fatum, à Diana, cum esset otiosa, versa est in fontem; ut succinit idem, 15. Metam. fab. 44. & 46. Hydromantia (ut ait Isidor. 8. Etymolog. cap. 9. ex Augustino loc. cit.) est in aqua inspectione umbras demonum evocare, & imagines vel ludificationes eorum videre; ibique aliqua ab alijs audire. Vide plura exempla apud Maiolum Tom. 2. Collog. 4. & Bulenger. de Divinat. cap. 9. De libris Pompilij Marf. in 3. Fastor. v. 255. Marlian. lib. 7. cap. 9. in Topograph. Rom. cap. 126. qui hic cap. 51. & ibi lib. 4. cap. 2. Sacrarium Numae collocat ad theatrum Marcelli. Evocasse Iovem de caelo, gloriatur Plin. lib. 2. cap. 53. cuius statuem describit, lib. 33. cap. 1. cum annulo in digito Medico. Mirum, quod de Numa refertur: nimirum, canum natum. Rhodigin. lib. 24. cap. 5. Unde Virgil. 6. Aeneid. à v. 808.

Quae Ageria?

Sacrarium & statua Numae.

Canus natus est.

Quis procul ille autem ramis insignis olivae sacra ferens? Nosco crines incanaeque menta Regis Romani, primus qui legibus urbem fundabit.

Virgil.

Iurè vel Ethnicus illius temporis homines vocat Barbaros, qui ita specie religionis decipi sinebant: Haec omnia quasi monitu Deae Ageriae, quod magis Barbari acciperent: ait Florus lib. 1. cap. 2. & Halicarnass. lib. 3. cap. 26.

6 Inter alia Romanorum ludicra, sacra hac die Hipponae Deae; in cuius honorem Hipponium aedificatum in Sicilia, cuius urbis aeménitas locum dedit fabulae, ex pratis scilicet illius, flores legentem raptam fuisse Proserpinam. Cicer. 6. in Verrem, & Natal. Com. 3. Mytholog. 16. Quae haec fuerit, sub dubio est. Errare, multis modis contingit. Alij fuisse equam, nomine Auram: alij fuisse Cererem, autumant: de quo Isagog. Novembr. à n. 20. Plutarch. Parall. 31. ex Agesilao lib. 3. Rer. Ital. & Gyrard. Syntagm. 1. n. 72. asserunt, ex Fulvio Stello fuisse filiam in equa habitam, quae stato tempore genuit puellam decoram, quam appellavit Hippo-

Hipponae sacra.

nam;

nam; & ea est *Dea*, in cuius tutela sunt equi. Idem refert Aristotelis testimonio 2. *Paradoxor.* de Aristonymo, cuius filia, eximia forma ex Afina, nomine *Omoschelis*. Tacet, an sub eius tutela fuissent Afini. Vid. *Tom. 6. T. 10. n. 18.* Non miraberis, si cogites quæ non fecit Caligula in sui equi honorem, cui Consulatum destinavit; ut diximus ex Suetonio, *Tom. 5. T. 4. n. 11.* Utrumque Echnicis obijcit Tertull. *Apollog. cap. 16. Iumenta omnia* (inquit) & *totos cantherios* (idest, equos castratos) *cum sua Hippona coli à vobis.* Idem hic Franc. Zephyrus, & Pamel. n. 237. Meminit Apuleius, 3. *Metomorph.* in fin. & hic Philipp. Beroald. & lib. etiam 10. Rhodigin. 21. cap. 24. Rosin. 2. cap. 20. Fulgent. de *Vocib. antiq.* n. 11. Iust. Lips. *Epistol. qq. lib. 2. Epist. 9.* Turneb. 24. *Adversar. cap. 4.* Prudent. *Apotheos. v. 265.* Rosis coronari effigiem, astruit Apul. d. & ad præsepia collocari; Iuvenal. *Satyr. 8.* à v. 155.

Lavacral.

Interea dum lanatas, torvumque iuvenicum More Numa cedit Iovis ante altaria; iurat Solam Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Pende in præfata, *More Numa*: de quo hic Isaac. Grang. ait: *Nam quavis religiosus appareret Numa, tamen nullà religione tenebatur.* Unde Lactant. d. subdit; *Cum alios falleret, seipsum non fefellit.* Eodem die victor Cæsar ingreditur Alexandriam. Albert. Fabric. *Bibliothec. Latin.* & Blanchin. Vid. 26. April.

Lithobolia.

7 Apud Græcos *Lithobolia*. K. Græc. Meurf. *Græc. fer. lib. 3.* & Castellan. *Eortolog.* Hæc sacra dicuntur *Lapidatio*: nam duæ sorores virgines, Lamia & Auxesia, cum ex Creta ad *Eginetas* venissent, dum civitas seditionibus laboraret, à concitata multitudine sine causa lapidibus obrutz sunt. *Festum quidem diem in rei memoriam lapidationem nominant.* Pausan. *cap. 75.* qui sane *cap. 72.* illis statuas dicatas cum festo annuali refert. Has ergo Epidaurij erexerunt (cum imbres diù desiderassent) ex olea petita Atheniensibus, præscripto oraculi. *Eginetæ simulacra surripuerant; quæ cum peterent Athenienses, & ob hoc prætextu tributi bellum Epidaurijs inferrent; quiqui nomina in expeditionem dedere, malè perierunt.* Herodotus, *lib. 6. Vidisse me ea signa* (addit Pausanias) *remque eis divinam fecisse. Fiant autem illis non alio, quàm sacra Eleusina, ritu.* Milites Alexandri Magni Miletì templum Cereris expilantes, ignis ex penetralibus erumpens, alios absumpsit, alios excæcavit. Strab. *lib. 14. cap. 1.* Valer.

Ignis & fœ-
Cereris Mi-
lesia.

Tom. I. Ephem.

Maxim. *lib. 1. cap. 1.* & Lactant. *lib. 2. cap. 8.* De fonte insigni in illo templo & præfato militum excidio, meminit Supplem. Curt. *lib. 2. cap. 7.* & Nos diximus, *Prolog. §. 10. n. 1.* Phrynes statua Delphis erigitur; Rhodigin. *lib. 14. cap. 15.* ubi illa dicitur *Amor Phidia.* Unde Plin. *lib. 34. cap. 8.* de illo ait: *Spectantur & duo signa eius diversos affectus exprimentia: Flentis matrona, & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynem fuisse, deprehendentque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis.* Vide dicta die 2. Statuam eius, ubi tot viro- rum, videns Crates, & auream; exclamavit: *De Græcorum lascivia collocatum trophæum.* Plutarch. 2. de *Fortun. Alexandr.*

Phrynes sta-
tua.

8 Pyxis aurea, unguento Dicaræ plena, invenitur post trucidationem Xerxis ab Artabano. K. *Persic.* Expavi, dum inveni, nefciens dicere quicquam, donec facem ministravit Gesner. *cap. de Avicul. Indicis, lib. 3. fol. 367.* se remittens ad Hefichium, & Ælian. *Hic lib. 4. cap. 41.* signat unguentum ex interaneis quarundam avium, quarum si quis milij magnitudine sumpserit in potionem dissolutum, ad vesperam morietur. Mors suavi somno similis est, & nullum omnino sensum doloris habet. *Quod quidem ab Indorum Rege munere missum (inquit) Rex Persarum omnibus antefert & asseruat, in- sanabiliū morborum remedium: neque apud Persas quisquam alius quàm Rex id habet, & Regis mater.* Inter Ægyptios cuiuslibet mensis plenilunij Lunæ sacra, & victima porca, Herodot. *lib. 2. n. 21.*

Pyxis Xer-
xis.

Unguentum
Dicarum.

Sacra Lu-
na.

DIES XV. IANUAR.

1 G Radus 25. Solis in *Capricorno*. XVIII. K. qui faustus. Dariot. Negat Firmic. igitur sub illo nati, tyranni crudeles, qui in populorum seditionibus, ut temerarij morientur. *Vir manu avem gestans.* Sph. Arab. *Aquilo vehementer flat.* Ptolom. *Tempestas incerta.* Columell. Hodie iuxta ordinem præfigendum 19. *Octobr.* à n. 3. dicendaque 30. *Decembr.* n. 1. pervenit Ioseph cum patris cadavere humando in Hebron, in Bethaglan; ubi in fletum cum comitatu mansit per dies septem. David fugit iterum in Geth ad Achis, postquam denuò pepercit Saul; fuitque in terra Philisthijm 4. mens. illique in habitaculum socijsque conceditur. Siceleg. R. ex 1. *Reg. 2.* à 1. & Adrichom. *Ann. 2889.* Nabuchus Magnus vidit in somnijs arborem (de quo *Daniel. 4.*) Prophe- ta interpretatur visionem. Eodem die anno

Fuga secun-
da Davi-
dit.

Arbor Na-
buch.

seq. sibi visus est bestia; vel ut aliquibus placet, specie bestiae apparuit. Oratione Danielis post septennium menti & regno restituitur. Rab. Abrah. ex loc. *Daniel*. cic. Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 11. qui addit specialem Dei illo in tractu providentiam; cum toto illo tempore, regni dominium invadere nemo auderet. Lyran. in cap. 52. *Ierem.* Abulens. in 4. *Reg.* 25. quæst. 37. & Rab. Salomon autumant, habenas regni susceptas ab Evilmerodach filio, patre fatuo, sed non rectè imperasse; qua de causa Nabuchus in sensus & Monarchiæ regimen restitutus in carcerem filium misit, quò degebat Iechonias Rex Iuda, cuius tunc affectum ita conciliavit, ut præ amicitia post Nabuchi excessum, exaltaret in solium; de quo 25. *Febr.* & 27. Arbitror, nullam commotionem in toto tempore Regis stoliditatis factam; quoniam sciebant proceres per Danielem etiam vaticinatam restitutionem in thronum & rationem, v. 23. Videtis 26. *Octobr.* à n. 4. Prudent. in *Cathem.* v. 484.

*Tetrum flagrat enim vapore crasso
Horror, conscius est vante culpa.*

2 Obitus Habacuc & Michæ Prophetarum. K. R. etsi Græci huius celebrent 24. *August.* illius, 2. D. Habacuc filius dicitur Sunamitidis (à m. f. Chald. servatis in Bibliotheca Complutensi) è mortuis suscitatus ab Eliseo: quod si verum, nec potuit esse discophorus Danielis in lacu leonum, nec ille de quo agimus, unus è 12. Prophetis Minoribus, qui mortuus biennio ante captivitatem Babylonica m. Riber. Præhud. 2. in *Habac.* Sanct. hic n. 4. & *Prolegom.* in *Daniel.* 8. n. 42. ex Epiph. de *Vita & interit. Prophet.* cap. 13. Isidor. de *Vit. & mort. Sanct.* PP. cap. 48. econtrà inquit: *De tribu Simeon ortus est. Hic ante biennium regressionis filiorum Israël de captivitate in agro Sabarith, qui est in Ceila è vita decessit.* Vide 30. *April.* n. 9. Ut tempus utriusque necet Adrichomius, *Ann.* 3406. cogitat prophetiam Habacuc dirigi in destructionem Babyloniæ, minimè in Ierusalem. Sepultus est Ceila, quò confugerat David à facie Saulis, 1. *Reg.* 23. 5. Hieronym. in *Loc. Hebr.*

& Adrichom. in *Iuda,* n. 78. & 103. De Michæ scitur prophetia insignis de Salvatoris nativitate, exposita Herodi, in Urbem advenientibus Magis: 5. 2. & *Matth.* 2. 6. Multi, ex Isidoro, d. cap. 46. & Epiph. d. cap. 18. arbitrantur missum præcipitem à Ioram filio Achab. Confundunt sanè nostrū Michæam, qui vates tempore Achaz & Ezechiz; cum Michæa Propheta tempore Achab (de quo 3. *Reg.* 22.) qui post eius mortem elapsus

è carcere, in patria quievit in pace: noster, verò sepultus est Morasthiti. Hieronym. *Epist.* 27. & Adrichom. in *Iuda,* n. 192. & 193. De inventione eorum corporum sub Theodosio Seniore; adi Nicephor. *lib.* 12. cap. 48. Calsiodor. *Histor. Tripart.* 1. cap. 49. & Sozom. 7. cap. ult.

3 Aristobulus vitem auream quingentorum talentorum mittit dono Pompeio, M. ut faveret in causa regni contra Hyrcanum II. eius fratrem. Rabb. Iosef. Refert Ioseph. 14. *Antiq.* cap. 5. *E Iudæa misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream D. talentor. Meminit autem huius muneris Strabo Cappadox his verbis: Venit & ex Egypto legatio cū corona facta ex aureorum quatuor millibus; & ex Iudæa, vitis, sive hortus, quod opus Terpole, idest, delictamentum vocabatur. Hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iovis Capitolini templo, cum inscriptione.* Meminimus huius insignis operis, *Tom.* 5. *T.* 3. *D.* 2. n. 7. Inter Hebræos frequens ornatus vitis similitudinis in ædificijs magnificis; ut constat in fabrica nova templi Hierosolymitani, in cuius portæ superliminari expandebatur vitis aurea, mirandum opus & pretio & manu. Vide 14. *August.* Hinc Iustus Lips. 2. *Elect.* cap. 5. in illud Flori *lib.* 3. cap. 5. *Vidit Hierosolymis Pompeius in templo sub aureo vitem cælo; subdit: Vitis aurea magna artis & pretij in Iudæorum templo fuit: quam Pompeius illic sive reperit, ut Florus & Tacitus volunt; sive oblatam ab Aristobulo recepit, ut Iosephus & Zonaras narrant.* Multi ex principibus Ethnicis vitem habuerunt nobilitatis insignia: vide Golz. *Græc. Tabul.* 27. & in *August. vit.* Vitem Aristobuli (de qua etiam Maluend. 7. de *Anti-Christ.* cap. 22. & 11. cap. 10.) cogitat & iurè Lipsius d. non simplicem vitem fuisse, sed monti aureo implexam, flexumque totum opus in horti formam; astipulante Plinio, qui de illa *lib.* 37. cap. 2. inquit: *Montem aureum quadratum cum cervis & leonibus & pomis omnis generis, circumdat à vite aurea: de quo in Pompeij triumpho, 30. Septembr.*

4 Hæcine exquisita uti singularia, inter thesaurorum pretiosiora solent Reges custodire in ostentationis maiestatem; vel opulentia, in commendationem potestatis. In convivijs (ait Rodericus Clavijus in *Legat.* ad Tamerlanem.) solitus erat apponere mensam ex auro solido, in cuius medio coagmentatus hærebat smaragdus longitudine quatuor palmorum, latitudine verò unius & dimidij. Ante mensam stabat quercus ex solido auro

*Dade cælo
à throno nul
la perturbatio
in tam
castro imperio?*

*Evilmerodach
mittitur in
carcerem à
patre.*

Prudent.

Obitus Habacuc.

Vitis Aristobuli.

Vitis aurea templi.

Vitis nobilitatis insignis.

Mensa aurea smaragdus & quercus aurea, cum fructibus & avibus Tamerlani.

*auro humani femoris crassitudine, altitudi-
ne vero supra humanam, expansis undique
aureis ramis à quibus pendebant fructus è
gemma & pretiosissimis lapidibus, atque
margaritis & unionibus mirabili arte elabo-
rati: aves etiam ramis inerant quamplures
aureæ.* Idem Maluend. d. Ex Theophrasto
refert Plin. lib. 37. cap. 5. *Esse in Tyro Her-
culis templo pilam à smaragdo, nisi potius
pseudosmaragdus sit: nam & hoc genus re-
periri, & in Cypro inventum ex dimidia
parte smaragdum, ex dimidia iaspidem non-
dum humore in totum transfigurato.* De Py-
thio Bittino, inquit Herodotus lib. 7. num.
12. ex quo Maiol. Tom. 1. Colloq. 19. tantæ
opulentia fuisse; ut platanum arborem ac
vitem Dario Regi Persarum ex auro confec-
tas donarit. Ergo Aristobulus, qui donum
ita pretiosum obtulerat despicienti opes, à
Pompeio deiectus, ad arma confugit; sed
Ierofolymis expugnatis cum alijs captus,
ipse cum familia in triumphum servatus,
Romam deductus est; ut dicitur 24. *Maij*,
n. 7. At cum videret res Alexandri, filij eius,
è custodia elapsi, exercitu A. Gabini male
cessisse (de quo, 1. *Iul.* n. 5.) decrevit etiam
Romam fugere, uti fecit, relictis filiabus, cum
Antigono, filio minore. Vide, 6. *April.* n. 6.
Hoc die ieiunium Christi continuatur, qui
est nonus in deserto. Hodie in Synagoga le-
gebatur cap. 2. *Exodi*, à v. 1. usque in 25.
1. & *Ierem.* 34. 8. usque in fin. Bernard.
Lamy.

Platanus &
vitis aureæ.

Aristobulus
Romam fugit.

Dies IX. ie-
iunij Chri-
sti.

Carmenta-
lia secunda.

Templum Car-
mentis.

5 Romæ feriæ Carmentæ, seu secunda
Carmentalia. Prima propter adventum Ni-
costratæ in montem Palatinum cum filio
Evandro ex Arcadia: hæc propter templum
ei dicatum à matronis Romanis: Usus ino-
luit, ut quoties pro habenda prole sacra
facerent matronæ, vehiculis traherentur. At
Senatusconsulto inhibito, tuncque foetus
præposterè nascebantur; & illæ conspira-
runt mutuo, nequa conciperet, nève pare-
ret; donec mutata à Senatu sententiâ red-
derentur in huiusmodi munus vehicula.
Impetrarunt: cumque pueri feliciter nasce-
rentur, Matres Romanæ Carmentis ædem
construxerunt. Plutarch. *Rom.* 99. 56. Ro-
sin. 2. cap. 17. & lib. 4. cap. 5. Ant. Constant.
& Paul. Marf. in 1. *Fastor.* v. 467. cum Car-
rol. Neapolit. Tunc in templum illis reli-
gio, ingredi non nudo pede, quippe ex pel-
libus animalium aluta confecta, & à partu
felici longè removenda, quæ morticina.
Ovid. d. v. 629.

Scortea non illi fas est inferre sacello,

Ne violent paros exanimata focos.

Idem apud Ioann. Baunium, de *Vestit. Sa-*

cerdot. Hebr. 1. p. cap. 4. n. 10. De *Nudipe-
dalijs* fusè, 9. *Iun.* Erga propositum istiusce
matronarum celebratis; altiùs rem tangit
Plutarch. in *Romul.* etenim ad oblationem
puerorum, & de illorum horoscopo vaticini-
a, dirigi Carmentis nomen, autumat.
Carmentam quidam pro *Fato* accipiunt (in-
quit) *que in natales hominum dominium ha-
beat; ideoque à matribus colatur.* Hinc Car-
menta *Parca* dicta, ut vidimus ex Stuck, die
11. n. 3. & asserit Marlian. in *Topograph.*
Rom. cap. 189. Primò Evander filius matrì
aram erexit iuxta portam, quæ ab illa *Car-
mentalis* dicta. Idem cap. 51. & in *Epitom.*
lib. 4. cap. 2. Hæc porta post dicta *Scelerata*
propter cædem Fabiorum, de quo 13. *Fehr.* n.
18. & Ioann. Annius in *Fab. Pictor.* de *Aurea*
secul. lib. 1. Hæc sacra communicata Sabinis
matribus ex fœdere Romuli, ait Plutarch.
in eo. Signat cuncta Ovid. loc. cit. à v. 619.

6 Ex huiusmodi superstitione extensa
sacra ad *Porrimum* & *Postuertam*, quæ etiam
Porrima &
Postuerta.
Carmentæ dictæ, fuereque sorores vel co-
mites Nicostratæ (Ovid. d. v. 633.) cui hac
die duplex sacrificium fiebat: unum ut pue-
ri, alterum ut puellæ feliciter nascerentur.
Constant. in v. 615. *Confixos esse pueros in
utero* (ait Aul. Gell. 16. cap. 16.) *capite infi-
mo, sursum pedibus elatis; non ut hominis
natura est, sed ut arboris:.* Quando igitur
contra naturam fortè conuersi in pedes, bra-
chijs plerunque diductis retineri solent,
agriusque tunc mulieres enituntur. Huius
periculi deprecandi gratiâ, *Ara statuta sunt*
Romæ duabus Carmentibus; quarum altera
*Postuerta nominata est, Prosa altera, à re-
cti peruersique partus & potestate & nomi-
ne.* Idem ex Varrone Dalecamp. in *Plin.* 7.
cap. 8. Cæl. Rhodigin. lib. 15. cap. 22. Unde
etiam legitur *Partunda* Dea apud August. *Partunda*.
6. *Civit.* cap. 9. Non à partus rectitudine
vel perveritate ita dictas asserit Macrobius;
sed à vaticinijs, quæ carmine profereban-
tur: à *Porrima* seu *Prosa*, de præteritis: à
Postuerta, de futuris. *Duplici facie Ianus*
(inquit, 1. *Saturnal.* cap. 7.) *qui & præteri-
ta nosset, & futura prospiceret; sicut Ante-
vorta & Postvorta, divinitatis, scilicet,
aptissime comites, apud Romanos colantur.*
Eadem apud Rhodigin. lib. 25. cap. 30. Ro-
sin. lib. 2. cap. 19. & Ovid. v. 635.

Altera, quod porrò fuerat, cecinisse putatur: Ovid.

Altera, venturii postmodò quicquid erat.

Consule Augustin. 4. *Civit.* cap. 11. & Vi-
ves, hic. Hac in die, ut ait Salas, in *Parerg.* *Fabrics* et
diem dixit collegæ in consularu C. Fabri-
cius, Cenfor factus. *Collegam suum notavit*
in senatu; quia supra decem libras argenti,

nam phialam invenit. Non licebat, Senatorem plus habere. Liv. Epitom. lib. 14. Valer. Maximi. 2. cap. 9. n. 4. Aul. Gell. 4. cap. 8. Senec. de Vit. beat. cap. 21. & Juvenal. Satyr. 9. v. 141.

Juvenal.

— Argenti vascula puri,
Sed que Fabricius Censor notet.

Lustralia
Delphica, &
purgatio De-
li.

7 Apud Græcos Lustralia Delphica, seu Lustratio Deli insulæ tempore pestis, sublatis cadaveribus & loculis; quia nefas putatum esse sepulchra, quod Apollo & Diana nati: qua de causa mox cautum, nequa femina ibi pareret. K. Græc. & Herodot. lib. 1. cap. 17. Meminit Brietius, Ann. 3628. qui addit Athenis terramotus ingentes, restagnationesque maris, quibus in Eubœa & Attica lamentabilis vastitas. In malorum auxilium Athenienses miserunt munera in Delphos, & mactato tauro Néptuno, Telluri ove, compefcitur damnum. De Ara Apollinis in Delo, agemus, 7. April. Sortes ibi celeberrimæ, quia Apollo sine ambiguitate loquebatur. Ara eius nullum animal inferre fas erat (infit Maiol. Tom. 2. Colloq. 1.) Id Delij cum sensissent, morbis & pestilentibus contagijs commonefacti decreto sanxerunt; ne cadavera ibi ulla cremarentur, nève canes alerentur, quo ab omni cade ac pollutione, atque inquinamentis omnibus Insula foret immunis. Athentenses etiam oraculo iussi expiare Delum, hoc genere expiationis usi sunt. Cadavera enim sepulchris condita eruerunt, atque asportarunt: edixeruntque nequis in Delo vel moreretur, vel nasceretur; sed letbalibus correpti morbis, aut partui vicina, in propinquam insulam Rhenam transveberentur. A Natura arbitrati sunt Prisci, ob natalem Solis, Delum fuisse cultam; siquidem in circum habet plures insulas, quasi obsequentes. Cycladas autem inde dictas (ait Solin. cap. 17.) quia licet spatijs longioribus à Delo proiecta, in orbem tamen circa Delum sita sunt. A Delo, Apollo Delius dictus, utputa, clarus ex veritate lucida, Stuck. d. cap. 41. etsi mihi arideat, dici clarum, seu Phanium, quia eius statua loquebatur; cum ibi esset aliud oraculum per somnia. Brizo Dea vaticiniorum potens (infit Rhodigin. lib. 27. cap. 10.) per somnia in Delo colebatur: cui & scaphas offerebant omnifariam bonis plenas, piscibus modò exceptis. Statua etiam hac die in honorem Polylicis in Elide; cuius speciem describit Paulianus, cap. 178. De quadrigis ipse coronam accepit: tantam dextrâ tenet. Assistunt pusiones duo: eorum alter trochum præfert, tantam alter appetit: etiam de Pyebicis, Isthmicis & Nemeis equestri certamine victor redijt.

Quid insula
Cyclada?

Brizo Dea.

Statua Polylicis.

8 Epirotarum hodiè quoque sacrificiū. Epirotarum sacrificium. K. Græc. Inveni formam apud Alian. lib. 11. de Histor. animal. cap. 2. Epirota (inquit) tum ipsi, tum peregrini quotquot adsunt, Apollini sacrificant, & unum quotannis diem festum in eius honorem perquam munificè agitant. Lucus apud eos Deo sacer est, & muro septus: intra illum dracones sunt Deo grati. Ad hos virgo Sacerdos nuda accedit, & victum draconibus porrigit. Eos Epirota à Pythone Delphico prognatos aiit. Quod si virginem accedentem illi placidè aspexerint, & alimenta promptè susceperint; annum fertilem & salubrem significare creduntur. Sin & terribiles erga illam fuerint, & porrecta cibaria non acceperint; contrarium anni futurum statum alij divinant, alij sperant.

9 Apud Ægyptios Natalis Sefostris, finis eius expeditionum, ac in Ægyptum reditus. K. Æ. In singulis mira narrantur. Sunt qui scripsere, cum Sefostris nasceretur, patri eius Vulcanum in somno visum prædicere, puerum iam natum totius orbis dominium sibi vendicaturum:: Terminis expeditionis in Thracia constitutis, quibusdam locis suam quoque imaginem è saxo imposuit, arcu & lanceâ instructam quaternos palmos quatuor digitis; quâ ipse statura fuisset, proceriorem. Diodor. Sicul. lib. 1. num. 27. Victor cum rediret, divertit in Africam, & ibi Oraculum cum ingenti fastu interrogavit; Quis ante illum potuit subijcere omnia, & qui post illum? Tunc ab Oraculo responsum:

Sefostris natalis, gesta & statua.

Ipse Deus primum, dein, iuncto flamine Verbum:

Hæc tamen existunt simul omnia, & omnia in unum

Distinctim ventunt, cuius sine sine potestas; Tu certo incertum vitæ pedes dirige callem.

Alexandr. Chron. pag. 109. ubi etiam Sefostris dicitur Mercurius Trismegistus, qui asseruit tres esse potentias supernaturales; de quo Cyrillus quoque Contr. Julian. A suis in Africa dicitur occisus. Aliter Diod. Sicul. d. In reditu à fratre dolo iuxta Pelusium suscipitur, cum uxore & filijs ad coenam invitatur, largè bibitur. His ergo à potu largiore consopitis (infit idem n. 28.) frater magnam sicca arundinis vim, iam pridem ad hoc destinatam, tabernaculo Regis noctu circumgessit & incendit. Igne igitur subito inflammescente, ministri & satellites Regis, vino adhuc graves, segnius opem ferebant: tum porrectis sursum manibus Sefostris pro salute uxoris & filiorum vota Dijs suscipiens, per flammam evasit: atque sic in-

opia

optinatio servatus cum alios Deos, tum maxime Vulcanum, cuius beneficio salus illi contigisset, donarijs veneratus est: quin etiam in Memphitico Vulcani templo suas & uxoris imagines statuit ex integris saxis, tricenos cubitos altas, & filiorum ad vicenos cubitos eductas. Idem apud Herodotum, lib. 2. n. 30. Discrimen tamen ex eo, quod ille Vulcanum servatorem facit: hic, ex duobus filijs in ignem proiectis, construxisse pontem, quam cum reliquis filijs & uxore transivit in tuta. De eius insolentia, facta forte vid. Diodor. Sicul. lib. 1. n. 4. Tzetzem Chiliad. 3. cap. 69. Plin. lib. 33. cap. 3. Solorzan. Emblem. 6. n. 4. & Hugon. Grotium in illud Lacan. 10. Pharsal. v. 276.

Lucan.

Venit ad occasum, mundi q; extrema Sesostris, Et Pharios currus Regum cervicibus egit. Victus à Salauce Colchorum Rege, uti dicemus, 6. Mart. n. 2.

10 Die 15. Geritij magnis muneribus Alexander Magnus honoravit Phocionem. *Diar. Alexandr.* qui illum Atheniensibus iratum placat, unde vocatus *Bonus. Ælian. 1. Var. histor. cap. 25. Alexander (ait) soli Phocioni, Atheniensium Duci, in epistolis salutem apposuit. Adeo Phocion Macedonis animum sibi devinxerat. Insuper etiam centum argenti talenta misit ei, & quatuor civitates nominavit, ut eius census & reditus in suam & propriam utilitatem converteret. Hac Alexander liberaliter & magnifice: verum magnificentiùs longè Phocion: qui cum neque argentum, neque civitates accipere vellet, tamen ne planè Alexandri nibili faceret, & contemnere videretur hac re eum honoravit: eos scilicèt, qui in arce Sardis captivi amici tenebantur, liberos sibi dimitti rogavit. Eadem in eo Plutarch.*

Phocionis in munera Alexandri a verso.

DIES XVI. IANUAR.

XVII. K.

1 **G** Rad. 26. Solis in Capricorno. *Faultissimus. Dario. In hoc gradu nati, rustici. Firmic. Os Leonis vesperè oritur. Inn&in. K. A. Sol in Aquario. K. V. & Ptolom. addit: Vulturinus cum pluvia. Imago in Sphær. Arab. Silva pluribus arboribus confita. Ex calculo falso Adrichomij ann. 1656. constat hodie emissam columbam ex Arca Noè adventasse vesperè cum olivæ ramo. Vid. d. 18. n. 1. Anno ab huiusmodi articulo 633. nato Iosepho, iuxta supputationem Brier. Iacobus proposuit focero Laban, exacto tempore superimpositæ servitutis, implendo 19. Maij, votum redeundi in patriam cum uxoribus & liberis:*

Detinetur Iacob à Laban.

quod quidem placido vultu audivit, sed ægro corde: retinetur ergo per vim, pacta verbo tenus mercede usque ad tempus: bene enim noverat, quam utile sibi Iacobi ministerium; maxime copiam rerum iuvante fraude, frustratà laboris mercede, de quo 22. Maij, ex Genes. 30. à 25. Contigit hoc die, ann. ætatis Iacob 128. biennio antequàm descenderet in Ægyptum, ut observat Genebr. ex Seder-Ol. cap. 2. partus Thamar ex focero Iuda. Apparuerunt gemini in utero. Prior brachium protulit Zaram, quod linea coccinea alligavit obstetrix; qua de causa sic dictus, quod sonat *Oriente[m]*. Alius illum antevertit, qui dictus Phares, propter divisionem tunicæ agniæ in utero matris, ut egrederetur prior. Vid. 14. April. n. 1. & Genes. 38. à 27. Cum filij Israël essent in Sina, post allatas tabulas legis à Moysè, ut ritè collocarentur, à Beseleel & Oliaburger opus Sanctuarij. Leonard. Mar. in K. Iud.

Phares & Zaram nascuntur.

Ferret opus Tabernaculi.

2 Anno à præsentì articulo, 1334. faventibus nepotibus Tobiz, qui seditione adversus Sanctum Oniam expulsi fuerant ab urbe, initio regni Antiochi Epiphaniis, ut ait Torniel. Ann. 3879. n. 5. & nos 18. Novembr. n. 6. cum illis conveniens Iesus, frater præfati Oniæ, accessit iam more Græcorum dictus Iason, ad Epiphane[m], & emit ab eo Summum Ierosolymis sacerdotium. *Decimo sexto mensis Sebeth*: ait Razuclin. Insuper emit etiam posse erigere in urbe Gymnasium ephæborum (haud ut discerent Hebræi iuvenes profanam theologiam atque literas Græcorum, Deorumque fabulas; ut placet Genebrardo, Ann. 3934. & insinuat Petr. Comest. in Esph. cap. 11. subdens: *Gymnasia, in quibus dogmatizabant de ritu Gentilitatis.*) idest, lupanar ad abominandam, libidinem sub specie artis gymnasticæ (cæstus, discus, cursus, saltus & pugilatus, erant exercitia celebriora apud Græcos, de quibus fusè Natalis Comes, lib. 5. Mytholog. à cap. 1.) ut patet 1. Machab. 1. à 12--2. cap. 4. à v. 7. Genebr. d. Adrichom. Ann. 3789. Brier. & Salian. 3878. & Expositores Serar. Redan. Alapid. & Sanctius in loc. cit. Machab. Antiochenos petijt etiam Iason cives Ierusalem vocari, datis Regi pro gratia & præfatis privilegijs, 590. talentis. 2. Mach. 4. à 7. Hac occasione lætus Antiochus, quippe pecunijs egens in vastas eius ambitionis cogitationes, inhiabat urbi sacræ.

Iason emit ab Epiphane Summum pontificatù.

Arti gymnastica in Ierosolymis.

3 Cum avito regno alia atque alia addere Epiphanes cogitasset etsi fraudulenter, & illo in tempore fato functa esset Cleopatra

tra soror eius, Ægypti Regina, materque impuberum (Ptolomei Philometoris, & Physconis, qui etiam dicitur esse Evergetes II. & Alexander) misit in Ægyptum Apollonium (alium in Duce Cœlesyriæ, qui favit Simoni, ut templi exilaretur ærarium, de quo, *cap. 3. 5.*) ut diserneret, quo pacto sub specie tutoris nepotum, Ægypti potirentur regno; sed voto frustratus est: imò administratores Ægypti ab illo Cœlesyriam petierunt, quam præ ætate nepotum infirmâ Syriæ adiunxerat. Interim cum exercitu Ioppen venit, hinc Ierosolymam, quo susceptus à Iasone sacrilego cum facularum luminibus, non solum uti Rex, sed tanquam Numen. Exiit ergo Antiochus sine urbis læsione, & recessit in Tyrum causâ reficiendæ classis, quam adversus Ægyptum preparabat: equidem quod nequivit dolo, viribus expugnare volebat. Ubi supr. à v. 21. Serar. hic & Petav. lib. 10. de *Doctr. tempor.* cap. 45. ex Strabone *lib. 16.* Sanctio in 1. *Mach.* 1. n. 46. placet, tunc minimè Ierosolymas intrasse; sed postquam primâ expeditione, & expugnatione Ægypti facta, reversus est cum opibus multis in Syriam, illasa urbe, quod mihi valdè placet; & referemus; 30. *Iun.* n. 6.

4 Tunc ut Iason ostenderet, quam additus, vel in Pontificatu veri Numinis, esset venerationi Deorum Epiphanis; & hic Tyri esset, advenissetque tempus quinquennalis agonis in honorem Herculis, cui Tyrus dicata speciali devotione, misit facinorosus ab Ierosolymis legatos, seu ministros, peccatores (Serar. *Preccatores.* Bibl. Complut. *Sacrorum procuratores*) cum trecentis didrachmis (didrachma octava pars uncie: apud Nostrates: *Real de plata*) argenti, in sacrificium Herculis, Erubuerunt portantes, etsi Iasonis socij, dum in quem usum didicere à se deferri; rogaruntque Epiphanen, & ludorum curatores, ne in sacrificia expenderentur; sed in alios usus licet profanos: Regique placuit in treremium structuram expendi. Ubi supr. à v. 18. Eodem tempore ignis ille sacer qui per 70. annos captivitatis Babylonice sub aquis vixerat; Antiocho vendente Sacerdotium Iasoni extinctus est. Petr. Comest. in *Esth.* cap. 11. Addit. 1. Sub aquis vixisse, falsum est; uti dicemus 16. *Septembr.* n. 5. S. Antonin. 1. p. *histor.* tit. 4. cap. 4. §. 13. ex Augustino docet, ignem qui olim ex aqua crassa à Nehemia elicitus in usum sacrificiorum, permanebatque lignorum fomite usque ad illa tempora in holocaustorum altari; mirabiliter sopitum Iasonis simonia. Idem Torniel. d. v. 6. His

visis tacuit Sanctus Onias, sperans precibus missis in cœlum, fratrem suum Iasonem frangi redire. Tunc filius eius Onias fugit in Ægyptum ad Philometorem, quo templum simile Iudaico ædificavit; de quo die 24. à n. 5. etsi nonnulli, ut Saliar. Briet. Serar. & Ioseph. arbitrentur huius in Ægyptum fugam acceptam in vastitate Ierusalem per Antioch. Epiphanen, postquam iussu Romani Senatus compulsus est in Syriam reverti; ut prænunderat Daniel, *cap. 11. 30.*

5 Sanctus ergo Onias sacerdotio summo violento iure amotus, secessit in Ierusalem, ut Deo in patria serviret obsequens: verum cum videret, fratre Pontifice, Ierusalem civitatem sanctam in sentinam ethnicarum abominationum studijs civium atque Græcorum conversam; urbem suosque reliquit, potissimè quoniam insidias vitæ suæ cognovit, facultate Epiphanis, eum venerantis propter momenta virtutis, in Daphnes asylum prope Antiochiam secessit. 2. *Machab.* 4. 33. Mira sunt quæ lib. 12. *Antiq.* cap. 6. comminiscitur contra textum sacrum, & observat, ut par est, Serar. Commentar. in 2. *Mach.* 4. *Antiochus* (inquit Ioseph.) *defuncto per idem tempus Onia Pontifice, fratri eius Iesu id sacerdotium contulit, quod filius superstes etiam tunc esset parvulus. Hic Iesus privatus eo sacerdotio per Regis indignationem, moxque in Oniam fratrum minimum Pontificatus translatus est.* Contraria dicuntur loc. sacr. cit. à v. 7. & 23. videbimusque 2. *Mart.* n. 5.

6 Nihil igitur mali adversus Iudæos cogitabat Demetrius Soter, recens in paternum regnum elevatus; quousque in cives incitavit Alcimus, satagens restitui in summum Pontificatum, à quo deiectus querebatur per Machabæum & eius asseclas Asidæos, in quos virus evomuit coram Demetrio; ut vidimus, die 10. à n. 7. Unde Rex auditis commotus, collato Alcimo summo Pontificatu, mandavit facere ultionem in rebelles filios Israël, habitantes Ierosolymas, & totam Iudæam; & simul ut perfici possint, quæ suggererat Alcimus, huic cum exercitu dedit socium Ducem insignem, Mesopotamiæ & Perfidis Præsidem, Bacchidem nomine; qui intra sex dies copijs instructis, ex Eupatoris demortui exercitu, ambo pleni dolo, profecti sunt in Iudæam. Raulin. ex 1. *Machab.* 7. 5. Comestor hic, *cap. 6.* & Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 16.

7 Post octo dies à morte patris Simonis, Ioannes Hyrcanus eius filius, collecto milite obsedit interfectorem Ptolomeum, conclusum in munitione, qua socerum in-

Epiphanes dolo captus regnum Ægypti.

Ierosolymam adit.

Iason argentum mittit in Herculis sacrificia.

Eius simonia extinguitur ignis sacer.

Onias pro illo Numen precatur.

Cognoscit civium insidias.

Bacchides & Alcimus procedunt in Iudæam.

versuerat; & simul incluserat socrum cum eius duobus filijs, & victos habebat, obijciens oppugnatori Hyrcano, dum praesidium assultu conabatur expugnare; minitans simul, & matrem & filios praecipitatum iri, ni Ioannes ab oppugnatione desisteret: interimque flagris coram illo crudeliter percutiebat; quo permotus Hyrcanus elanguens suspendebat bellicum impetum, urgentes recordatus patris, desesque ad conspectum genitricis: quae quidem fortis, uti Machabæa, non salutis folicitabat auxiliu, sed ultionis solatium, eligens potius in cruciatibus mori, quam nefarium Ptolomeum impunem relinqui. Hoc pacto diutius tracta obsidio, cui supervenit annus Sabbaticus, quo à militia vacare ius erat Iudzis. Quapropter Ptolomeus Rabbath; seu Philadelphiam, nullo persequente fugit, occisus prius matre & fratribus Hyrcani, qui in Ierusalem mœrens maximoperè recessit. Ita Iosephus, 13. *Antiquitat.* cap. 15-1. de *Bell.* cap. 2. & Egesipp. lib. 1. *Exid. urb.* cap. 1. alijque ex illis, ut Torniell. *Ann.* 3920. n. 2. & Ioseph. Gorionides, lib. 4. *Hist. Iud.* cap. 2. Petr. Comest. in 2. *Machab.* cap. 2. cum Lyrano.

8. Salianus & Brietius de fide historiz ambigunt. Sanctius iurè, 1. *Machab.* 16. n. 13. ait: *Minus mihi probatur fides: In quibus aliquid, quod licet maximè cuperem, probare non possum.* Arbitror unam esse ex peculiaribus fabellis, quas ad gloriam sæpe comminiscitur Iosephus. Filios cum patre Simone interfectos fuisse; dicit facer textus, 1. *Machab.* 16. 16. Quibat esse mater cum filia, Ptolomei uxore; sed cum filijs ex Ierusalem, dum eò processit, rapere, ridiculum est. Inconsideratò dicit, supervenisse oppugnationi annum Sabbaticum, qua de causa recessit voto evanido Hyrcanus, & ille fugit: tum quia non fuit annus Sabbaticus, ut nervosè probat Serarius loco cit. adversus Scaliger. tum etiam, quia in anno Sabbatico inhibentur, quæ agriculturam spectant: *Levitic.* 25. à 3. de militia & alijs operibus, neque verbum. Tum demùm, quia annus Sabbaticus incipiebat in Tisri, sive Septembri: quare die primo iuxta Iosephum, deponere debuit Hyrcanus arma. Sit: verùm quomodò in ipso anno, quo obsedit Sidetes Ierusalem (ut affirmant Torniell. & Briet. ubi suprà) si Scenopegiæ seu Tabernaculorum festum die 15. ad quod Sidetes missis victimis in templum, fecit inducias; quindecim dierum spatio, à primo scilicet die quo Hyrcanus recessit ab oppugnatione Ptolomei, potuit Sidetes non

solum obsidere urbem, illam cingens septenis castris, sed excitare centum turres usque ad tertiam contignationem; ut ille astruit, cap. 16. eiusdem historiz? Totus Iosephus factus, & totus mendacium. Meritò in *Prologo* ad opus *Excidij Urb.* dicit de illo Egesippus: *Utinam tam religioni & veritati attentus; quam rerum indagini & sermonum sobrietati! Consortem se enim perfidiae Iudeorum in ipso etiam sermone exhibuit, quem de eorum supplicio manifestavit: & quarum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia non dereliquit.* Finxit profectò præfatam historiam, antequàm referret obsidionem Ierusalem à Sidete, quæ dilata per plures menses, ut ait Torniellus, d. num. 3. imò ferè tribus annis, uti videbimus ex varijs AA. 29. *Iun.* à n. 3. *Ann.* 31. vitæ Christi hic numeratur dies decimus ieiunij in monte Adurim, seu Quarentana.

9. Romæ dedicatio templi Concordiæ; votum fuit sanum à Camillo, erectum, & dedicatum ante clivum Capitolinum, non longè ab æde Iunonis Monetae. *K.R. Rosin.* 4. cap. 4. Reufner. *Gyrald. de Annis & mensib.* Carol. Neapol. in 1. *Fastor.* Ovid. qui à v. 637. *sacra, & templi conditores cum erectione ac dedicatione refert; sed totum involvit, quasi templum à Camillo votum & è pulvere erectum, possit esse tot sæculis sine dedicatione usque ad Tiberij de Germania triumphum. Implicat,*

Furius solvoerat ille fidem.
Si voti fidem solvit, idem non Tiberius dedicavit, nec Livia erexit. Ovidius (cùm templi dedicatio, & Tiberij triumphus contigit) exulabat, ut ait Anton. Constant. hic, & blandimen ingessit, an ab exilio revocari possit. Hoc intuitu est *Elegia* 1. lib. 2. de *Ponto.* & *Eleg.* 2. lib. 4. *Triß.* Haud creperum, triumphum egisse; atque templum Concordiæ dedicasse; ut astruit Sueton. in *Tiber.* cap. 20. sed aliud hoc Liviæ templum, & alia causa (uti dicemus, 11. *Februar.* à n. 8.) qua ducta mater dedicationem Tiberio triumphanti commiserit. Ita cogitat Vives. *Nisi eadem sit antiquissima* (ait, 3. *Civit. Augustin.* cap. 25.) *quam fecerat Camillus, reparata à Livia, quod vetustate liberetur.* Constant. d. quia zdes cum simulacro exornata à Livia & rebus ad sacra necessarijs. Unde Ovid. v. 649. succinit:

Hæc tua constituit genitrix, & rebus & arâ.
10. *Adem Concordia Tiberius sacra vit inscripto suo & fratris Drusi, vitâ pridem functi, nominibus.* Dio Calsius. Concordia cui zdem vovit Camillus, dicta fuit *Concordia Candida*: idest, felix, accommoda &

Ioann. Hyrcanus recedit ab Obsidione Ptolomei Abobi.

Dies X. ieiunij Christi.

Concordia adæ.

Camillus erigit, & dedicas.

Ovid.

Triumphus Tiberij.

Causa recessus fabulosa.

Ovid.

Concordia Candida, à Camillo.

opportuna, propter periculum, in quo vel Dictator erat, ne opprimeretur à populo in seditione; ut alter è Consulibus è populo eligeretur. Refert totum articulum Plutarch. in *Camillo*, inquit: *Populus contra legem & senatus voluntatem contendebat, ut alter Coss. plebeius crearetur. Camillus incertus quid ageret; magistratu quidem se non abdicavit, sed ijs qui consilio aderant secum acceptis, ad senatum perrexit. At priusquam in Curiam intraret, obversus ad Capitolium, Deos precatus est, ut quam optimum finem huic rei imponerent, votisque sedata seditione, templum se Concordiæ dedicaturum. In senatu cum res magnâ sententiarum diversitate, gravique certamine ageretur; vicit tamen mollior, quæ plebi concessit, ut comitijs Consularibus alter Coss. ex plebe crearetur. Hanc senatus sententiam Camillus populo annuntiavit: tum confestim plebs deletata, quod rem tenuisset; cum Patribus in gratiam rediit, Dictatoremque cum applausu & laetis acclamationibus domum deduxit. Postridie coniojone habitâ, scitum est, ut templum Concordiæ in rei memoriam ad forum & Comitium spectans, edificaretur; & ad Latinarum Feriarum triduum eodem edicto quartus adderetur dies. Liquer, quam dedicavit Tiberius, constitutam à Livia, aliam esse ædem; à Camillo erectam. Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 43. qui addit, Concordiæ sanum extructum à Flavio, fastorum Romanorum compilatore, dedicatam ann. 304. post Capitolinam; non aliud esse, quam quod Camillus voverat, cui in pulchritudinem imposuit statuam Concordiæ æream. Astruunt Vives, d. & Rosin. 2. cap. 18.*

Seditio pro
uno Coss. ex
plebe.

Dies addi-
tus Ferijs
Latinis.

Statua Con-
cordiæ ærea.

Imago.

Petr. Bar-
geus.

Donaria, &
templi orna-
menta.

Elephantus
& vitro Ob-
sidiæ.

11. Imago eius erat foemine pulchræ, affabræ venustatis egregiè dispositæ, donis Deorum ornata, specioso colore, cunctis numeris absolutæ, gratijs decoræ, & Numinum benignitate in terras delapsa. Aristid. *Orat.* pro Rhodiens. Victima sine sanguine.
Pace frui. Martem cogere sola potest. Namque ille aeterno devictus vulnere amoris. Plura, 11. *Februar.* à n. 3. Hic, à quocunque placuerit, dicatam fuisse Concordiæ ædem; deposita magnificè opulenta donaria, quæ ornaretur sanum. *Vidimus & solidas imagines D. Augusti, capti materia huius crassitudinis: dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ Obsidianos quatuor Elephantos. In genere vitri Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagi-*

ne umbras reddente: gemmas multas ex ea faciunt. Idem Constant. in *Ovid.* d. qui etiam signat Latonam puerperam sustinentem Apollinem & Dianam cum Libero-Patre. Fuit etiam gemma Sardonyx, Augustæ dono, cornu aureo inclusa; quam fuisse dicebant annuli, quem à Polycrate tyranno in mare deiectum, piscis culinae domini reddidit. De huius signo felicitatis, *Plin.* 37. cap. 1. *Sardonychem tam gemmam fuisse, constat. Ostenduntque Romæ in Concordiæ delubro. Zetztes, Cbil.* 7. *Histor.* 123. *Solin.* cap. 36. & *Maluend.* 7. de *Anti-Christ.* cap. 22. Etiam ibi imago Cassandræ collocata. *Plin.* 35. cap. 11. Etiam Æsculapij & Hygiæ: Cereris, Iovis, & Minervæ, & matronarum adorantium & stentium. Marfyas etiam religatus, & aurea Victoria. *Marlian.* cap. 20. & 160. ac in *Epitom.* lib. 2. cap. 11. In Concordiæ æde frequenter Senatus & conciones habebantur. Idem *ibid.* Tandem templum exustum. *Porticus extant adhuc ad radices Capitolij octo columna, cum inscriptione: S. P. Q. R. incendio consumptum restituit.* *Ibid.*

Sardonyx
annuli Polycratæ.

Imago Cas-
sandræ.

Exusti tem-
plum, & res-
titutum.

12. Ab hac æde Concordiæ M. Curtius (de quo 3. *Iun.*) equo concitato in profundissimum hiatus se præcipitem dedit. *Varro*, 3. de *Ling. Lat.* & *Anton.* Constant. d. Symbolum Concordiæ, uti fusè dicemus, 11. *Februar.* n. 4. erant duæ dextræ coniunctæ cum lemmate: *Unum cor: mutua fides.* *Charitar.* de *Imagin.* fol. 213. Antiquus mos inter Arabes pro fide præstanda in concordiam. Contrahentes, percussâ utriusque palmâ, in sanguine tingebant primores: digitos: deinde fumebant villum parvum de utriusque vestimento, quod illo sanguine conspergebatur, positis septem lapidibus pro testibus, invocabant etiam in testes Dionysium & Uraniam. *Ludov. Gotofred.* in *Arabia description.* *Ioann. Corovic.* & *Christophor. Richer.* de *Urbib. Oriental.* *Pier.* *Valer.* 35. cap. 25. *Herodot.* 3. n. 2. Solemne etiam Scythiis, de quibus *Solin.* cap. 20. *Hau-*

M. Curtij
devotio.

Symbolum
Concordiæ.

Ritus fede-
ris inter A-
rabes.

Inter Scy-
thas.

Inter Medas

Luca.

Obsidius ap-
pellatus Aug-
ustus.

in *Prolegom. ad Chronolog.* Vide diem sequentem. 13.

13 Die 16. Mordad-mach, apud Atheniens. Gamellionis, Polycrates ab Oronte Persa actus est in crucem. *K. Græc.* Eo devenit summa felicitas; indicata in annulo, de quo supr. n. 11. Fortuna quos arctius complectitur, ludens stringendo suffocat. In obsequiis usa insidijs. Tendiculo avaritiæ captus est, credens aurum esse, quod de hinc iudicare ad capturam tantum viscum. Decrevit ire ad Orontem: *Enimvero ne illuc sese conferret magnoperè debortabatur tum oracula & amici, tum præcipue somnium, quod eius filia viderat. Videbatur sibi, cernere patrem in aère sublimem esse, qui à Iove quidem lavaretur, à Sole autem inungeretur. Hanc visionem conspicata, instabat omnino dissuadere patri, ne à patria proficisceretur ad Orontem.* Monitus etiam fuit ab Amasi Ægypti Rege, cum quo ius habebat hospitij, quod caveret à tanta prosperitate: equidem sibi videbatur impossibile, quod pace moreretur, qui fortunam bonam semper expertus, uti patebat, invento annulo, in mare proiecto: quapropter sese separabat à iure hospitij; ne haberet in amico de quo doleret; ut factum est, dum cruci affixus Polycrates. *Hanc exitum habuerunt tot prospera res, que vaticinatus erat Amasis Rex Ægypti: ait Herodot. 3. n. 41. qui totam refert historiam à n. 14. Briet. Ann. V. C. 222. & 232. Nonnius in Græc. Goltz. Tabul. 16. Asia Minor. Illo enim tempore Pythagoras qui natali suo Samum illustraverat, Polycratis exosus tyrannidem, Italiam venit, ad Iun. Brutum iam Consulem, exactis Regibus. Polycratis fortunæ sollicitant plerique votum, sed eundem inveniunt exitum. Hæchtan. Emblem. 65. in Microcosm.*

15 Hoc etiam die, Geritij 16. Amphipoli, ubi florebat Philippus Amyntæ, apparuit horribilis cometes (cuius meminit Aristoteles, 1. *Meteor.* cap. 7.) Callisth. de *Rebus Alexandr.* Iudicatum mortis Philippi prognosticum. Mortem secutam nonnulli autumant; sed falluntur, uti videbimus, 12. *Iul. Alexandri huius filij signatur expeditio in Iudæam, post decem dies à Tyro capta. Difficilis videtur computatio. Quid gestum postquam Ierosolymam pervenit, dicemus die 20. à n. 5.*

16 Inter Indos cultus Deus *Manarcovil*, de quo 26. *Februar.* n. 13. fitque huius idoli memoria in *Liter. edificant.* Tom. 9. Quoniam Rex Tanjour diu renuit in templum ire, quod quotannis sacrificulis munera generosè distribuebat, ab illis fictum Dei simulacrum quotidie plorare, quasi prognosticum infortunij vel exterminij regni. *Fama crevit eundo: Rexque ductus gemitibus populorum & lachrymis (has excitantibus, quas fundebat idolum) decrevit in sanum assuetis cum donis ire, quo quidem ingrediente lachrymæ idoli suspensæ, & statua ex loco mota, quasi concessa venia. Rex credidit prodigium, in plebe excitans uti novum singularissimum plausum. Aulicus qui cum illo erat, diffidit, Regem de errore monuit, mendaciumque fracto capite simulacri invenit, explorans unde illius lachrymæ. Fecerant ergo sacrificuli secretò rubum ex plumbo haud facilem visu, in cuius cavitate erat spongia aqua ebria, ex qua sensim manabat in oculos, è quibus tanquam lachrymæ effluebat. Ita Bouchet, d. & novissimè Manner, in *Antitheatr.* Excurs. 4.*

Semper amica fuit Samio fortuna tyranno: Vix illi invenies tresve, duosque pares. Quis fuit in toto felicior orbe creatus?

14 Inter Athenienses memoria Nicostrati, cui erexerunt nobilem statuam, sicut civi, licet clament Phryges. *K. Græc.* Quis fuerit & unde, refert Pausanias, cap. 170. *Nicostratus (inquit) fuit ex maritima Cilicia, etsi nihil ei cum Cilicibus, præter nomen. Hanc autem penè infantem, neque obscuro loco natum, prædones adduxerunt ad Egæas: incertum, cui vendiderunt. Aliquantò post visus est per somnium videre sub lectulo, in quo cubabat, humi stratum leonis catulum. Cùm verò iam adolevisset, multas de pancratiō & lucta palmas ex Olympia abstulit. Apud Lacedæmones Promachia festa,*

Tom. I. Epbem.

in quibus victores arundine coronabantur. *Respubl. Lacon. & Athen.* 15. n. 175. Hoc festum erat lucta coram statua Promachi ad locum vocatum Glyceas. *Priscum ibi gymnasium (subdit Pausan. cap. 235.) ubi se ephebi exercent: neque verò ad rempublicam quisquam admittitur, nisi antè puberum exercitationes obierit. Hoc in gymnasio posita statua est Promacho, una ex Olympiis, tribus ab Isthmicis, duabus ex Nemæis ludis de pancratiō palmis reportatis. Unam ei sui cives ex ære Olympiæ, alteram ex marmore, in gymnasio statuam dedicarunt.*

15 Hoc etiam die, Geritij 16. Amphipoli, ubi florebat Philippus Amyntæ, apparuit horribilis cometes (cuius meminit Aristoteles, 1. *Meteor.* cap. 7.) Callisth. de *Rebus Alexandr.* Iudicatum mortis Philippi prognosticum. Mortem secutam nonnulli autumant; sed falluntur, uti videbimus, 12. *Iul. Alexandri huius filij signatur expeditio in Iudæam, post decem dies à Tyro capta. Difficilis videtur computatio. Quid gestum postquam Ierosolymam pervenit, dicemus die 20. à n. 5.*

16 Inter Indos cultus Deus *Manarcovil*, de quo 26. *Februar.* n. 13. fitque huius idoli memoria in *Liter. edificant.* Tom. 9. Quoniam Rex Tanjour diu renuit in templum ire, quod quotannis sacrificulis munera generosè distribuebat, ab illis fictum Dei simulacrum quotidie plorare, quasi prognosticum infortunij vel exterminij regni. *Fama crevit eundo: Rexque ductus gemitibus populorum & lachrymis (has excitantibus, quas fundebat idolum) decrevit in sanum assuetis cum donis ire, quo quidem ingrediente lachrymæ idoli suspensæ, & statua ex loco mota, quasi concessa venia. Rex credidit prodigium, in plebe excitans uti novum singularissimum plausum. Aulicus qui cum illo erat, diffidit, Regem de errore monuit, mendaciumque fracto capite simulacri invenit, explorans unde illius lachrymæ. Fecerant ergo sacrificuli secretò rubum ex plumbo haud facilem visu, in cuius cavitate erat spongia aqua ebria, ex qua sensim manabat in oculos, è quibus tanquam lachrymæ effluebat. Ita Bouchet, d. & novissimè Manner, in *Antitheatr.* Excurs. 4.*

DIES XVII. IANUAR.

G Rad. 27. Solis in Capricorno. **XVI. K.** Si invenitur in horoscopo, natus, imbecillus, sine virtute. Firmic. *Umbilicus Andromedæ manè oritur.* Iunctin. A. **K.** **M** Apud

Polycrates affixus in crucem.

Filia eius somnium.

Annulus Polycratis.

Consilium ei ab Amasi.

Pythagoræ adventus in Italiam.

Hæchtan.

Nicostrato statua.

Promachia.

Promachi gymnasium.

Cometes horribilis.

Alexander pergit Ierosolymam.

Manarcovil Deus.

Apud Plin. Sol in *Aquario*. *Flidicula occide-
re incipit matutino*. *Ventorum concursus*.
Prolom. *Cancer desinit occidere*. Columel.
Vin in gramine iacens. Spher. Arab. Iuxta
Torniell, ann. 1656. n. 23. hodie ex diluvio
appatuverunt cacumina montium; quippe
numerat diem non à principio anni; sed à
principio diluvij. Ex hoc errore, errores
sequitur. Vid. 1. *Decembr.* 2. Est computa-
tio voluntaria, sicut aliorum, de quibus die

Lia, Rachel
& Bala eod-
em die na-
scuntur.

20. n. 2. & 20. *Iul.* n. 1. Ab hinc ann. 604. Lia
& Rachelis ortus. R. Abrah. in *Cabala bi-
stor.* Gemella fuere. Seder-Olam, *cap.* 2.
Eodem die nata est Bala, filia Rethzi, fratris
Deboræ, nutricis Rebeccæ, qui erat de gene-
re Abraham. Ita in *Testam. Nephtalim*, cap.
8. Fœmina fuit pulcherrima: non coopera-
ta incestui Ruben: ipse in *Testam.* cap. 1. di-
xit: *Iacebat ebria, & operatus sum malum,
as derelinquens eam dormientem, egressus
sum, confestimque Angelus Dei revelavit
patri meo, cum esset cum Isaac.* Ann. 2. ab
egressu ex Ægypto perfectum candelabrum
aureum Sanctuarij per Beseleel & Olib (de
quo eiusque forma, *Exod.* 25, 31. & 37, 17.)
qui quolibet mallei ictu imprimebant in illo
cordis figuram, expressiorem in superficie,
rutilante impressis vividè cordibus. Rab.
Abrah. *Histor. Cabal.* alijque Rabbini.

Non cogno-
vit incestu
Ruben.

Perficitur
Candelabrum
Sanctuarij.

Hæc etiam die post debellationem
totius Israël adversus Benjamin, monitum-
que de caelo à Michaële Archangelo in Gal-
galis, cum propensi in Idola, Baalim &
Astaroth adorarent filij Israël, & propter
huiusmodi infidelitatem cecidissent in ty-
rannidem Regis Mesopotamiæ (uti dice-
mus, 12. *Iul.* n. 3.) quæ usque in octonnum
duravit; consilium quarentes, comitia de-
creverunt in Bethel, sub quercu fletus (ubi
sepulta Debora, nutrix Rebeccæ) alio no-
mine dicitur *Quercus Sichen*, ut ait Adri-
chomius in *Ephraim*, n. 78. & 92. & in *Ben-
iamin*, n. 99. Locus nobilitatus & præfa-
to funere, & sepulturâ, seu suffusione ido-
lorum familia Jacob, & lapide prægrandi
tempore Iesue in testimonium fœderis Is-
raël cum Deo ut videri licet, 7. *April.* n. 3.

Quercus Si-
chen vel Be-
thel, & quæ-
cus fletus.

Sichen ci-
vitas.

10. n. 4. & 16. *Maij*, n. 2. Post Sichen dicta
Neapolis, in cuius suburbano prope sepul-
chrum Ioseph, etiam posterioribus tempo-
ribus *Quercus fletus*; ait Hieronym. in *Loc.
Hebraic.* v. *Balanus*. Alij locum signant iux-
ta Galgala; quem nescio, nisi forte *Area*
ubi locus atad, aliter *Bethagla*, de qua Saligniac. *lib.* 9.
cap. 5. & Adrichom. in *Beniam.* n. 33. ubi,
ut dicitur *Genes.* 50. à v. 10. propter fle-
tum in funere Jacob; situs dicitur *Planctus
Ægypti*. Alapide hic placet, locum fletium

Ubi locus atad,
aliter Bethagla,
de qua Saligniac.

esse iuxta Ierusalem, ultra vallem Raphaim,
quò David vicit Philisthæos: ibi enim erat
Silva fletus, ait Ioseph. *lib.* 7. *cap.* 4. Idem Se-
ptuagint. ad illud 2. *Reg.* 5. 23. *Ex adver-
so pyrorum*; legunt: *A silva fletus*. Causam
inveni apud Hieronym. in *Tradit. Hebraic.*
1. *Paralip.* 14. *Ex adverso fletium*. *Tradunt*
Philisthæos idolum habuisse, cui in lacrymis
hominum sacrificium parabatur. Huic ergo
more suo lacrymis sacrificabant. Alij deni-
que locum fletium dicunt Sanctuarium Si-
lo, ubi tunc erat Arca, & consuebant, ut
Dominus propter lacrymas propitiaretur
peccatis eorum, ob quorum malitiam vive-
bant arctè ac vehementer oppressi sub Chu-
fan-rasathaim; uti dicemus 12. *Iul.* n. 3. cit.
In loco ergo fletium, quocunque sit, sterit
Michaël, populumque acriter arguit de per-
fidia & ingratitude in malum ipsis, uti ex-
periebantur: potissimeque de inobedientia,
cum pacti fuerint cum delendis de terra
Chananiæ, & accesserint ad simulacrorum
aras, quas subvertere iusserat Dominus.
Pungentè conscientia, dolor expressus cun-
ctorum per oculos, liquefacto in fletum cor-
de. Disparuit Angelus, qui per alias civita-
tes pervolavit, iuxta Septuaginta, & Serar-
hic in *Commentar.* Tunc filij Israël hostias
Domino immolarunt, & peccata ex toto
corde fieverunt. Deus ergo cum minimè
despiciat cor contritum & humiliatum, de-
crevit mittere Salvatorem in auxilium. Vid.
8. *Maij*, n. 5.

Idolum cui
sacrificium
lacryma.

Michael in
loco fletium
apparet.

3. Anno 3. Regni, ut placet Brietio, sed
4. ut arridet Abulensi, in 3. *Reg.* 3. *quest.* 5.
Salomon confirmatus in regno; interfectis
perduellionibus, & institutis ministris ac
præfectis in regimen Reipublicæ, tam poli-
ticæ, quam Ecclesiasticæ; invitatus à Sadoc,
sacerdote summo in Gabaon, quod Excel-
sum maximum dicitur, quia ibi erat Taber-
naculum Moyse (non in Hebron, ut dicit
Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 2.) & mille victimis in
holocaustum cœlesti Numini oblatis, latè
quievit, ac in somno illa nocte se conspi-
ciendum præbuit; iubens eum postulare,
quicquid bonorum pro hac pietate rependi
sibi cuperet. Omisissis illè divitijs, & bellicæ
laude, unam petijt sapientiam, quam & ob-
tinuit, & simul cætera, quæ præ illa glorio-
sè abdixerat. Omnes scientias dono ade-
ptus est. *Sapient.* 7. 17. & Rabbin. apud Hier-
onym. in *Tradition.* Mira hic ingerunt He-
braei. Rab. Salomon ait, datam sibi cogno-
visse sapientiam, illico ut evigilavit, quia
intellexit garritus avium, latratus canum,
& aliorum animalium multiplices sonos, &c.
Vid. Abulens. hic, *quest.* 11. De huiusmodi
fu-

Vadit Salo-
mon in Ga-
baon, ubi
Excelsum
maximum.

Optat scien-
tiam, & à
Namine ob-
tinet.

furore & gloriatione inter Ethnicos saepe diximus in *Tautologijs*. Vide *Æschyl.* in *Prometh.* à v. 478. De Orpheo apud Natal. Comit. 7. *Mytholog.* cap. 14. De Apollonio Tiano, apud Philostrat. lib. 4. in eo, à cap. 1. Præ omnibus Mahometes in *Alcorano*, cap. 120. astruit, garritus avium intellexisse suis cum exercitibus dæmonum, & pervenisse ad locum fornicarum, avibus glorificantibus eum. Ad Ludovic. Matraccium in *Alcorani* refutat. & Serar. in 3. *Reg.* 3. q. 2. Qua scientia potitus, diximus *Tom.* 5. *T.* 9. n. 18. Encyclopædiæ gyrum comprehendisse probat fuscè Budæus, lib. 5. de *Affe*. An autem pro scientia dormiens orasset; disputavimus *Tom.* 7. *T.* 2. n. 23. & 26. Alia 17. *August.* n. 2. Scientiam mirabilem cœlitus obtinuit & accepisse cognovit; patuitque in iudicio meretricum, de quo die 29. n. 3.

4. Anno quinto post victoriam Ionathæ de Bacchide, uti observat Torniiell. *Ann.* 3902. n. 1. & dicemus, 15. *Mart.* à num. 7. Regibus à duobus Syriæ sollicitatur in amicitiam, contendentibus anxie in factionem cum allicere. Totum emanavit ex embolio extracto à Ptolomeo Philometore, & alijs Regibus, in odium Demetrii Soteris, prius consulto Senatu Romano veteratoriè ingenio Argolico, quo texta est Demetrio tela, quam dissuere non valuit. Malè audiebat inter Romanos coram quibus tunc expositi ut pupilli duo filij fictij Antiochi Epiphaniis, Alexander, qui post dictus est *Bala*, & soror eius Laodice. Ita composita Fabula. *Ptolomeus subornat quendam sortis extrema juvenem* (ait Iustin. *Histor.* lib. 35.) *qui Syriæ regnum velut paternum armis repeteret: & nequid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur; genitusque ab Antiocho Rege dicitur. Igitur Alexander admirabili rerum varietate, pristinarum sordium oblitus, totius ferme Orientis viribus succinctus, bellum Demetrio infert.* Eadem ferè Appian. de *Bello Syriac.* dum scribit: *Quidam Alexander falso in Seleucidarum gentem se ingerens, quem Ptolomeus Aegypti Rex fovebat, &c.* Scriptura dum eum dicit Antiochi filium, 1. *Machab.* 10. 1. loquitur iuxta communem vulgarem opinionem, quæ tunc vivebat.

5. Ille statim occupatâ Ptolemaide, regnare cœpit; sed prodicione militum, qui eam tenebant præsidio, moresque Demetrii oderant; ut parùm comis, & superbi admōdum: uti inquit Ioseph. 13. *Antiq.* cap. 3. Perculit Demetrium fama; & sedulo curavit, copias conscribere; sed recordatus iniuriarum, quas Hebræi ab illo, Duce Bac-

chide, perpessi fuerant, ne post rivalem pro-penderent; per contraria voluit allicere, scribens Ionathæ, posse exercitum regie congregare, fabricare anna; resipere obfides, simulque titulo Socij Regis decoravit. Ravelin. ex loc. citi à 3. Accepit epistolis, Ionathas venit de Machmas (in tribu Ephraim; ut notat Adrichom. n. 66.) ubi iudicabat populum, in Ierosolyman, & epistolas legit; quo fugerunt præfidiarij; redditis obfidibus, & ipse ædificavit diuita civitatis, & munire cœpit montem Sion. *Ibid.* à v. 7. Petr. Comest. hic cap. 10. Adrichom. *Ann.* 3805. & Ioseph. d. cap. 4.

6. Cuncta sanè disposita in Ionathæ exaltationem: etenim Alexander sciens illum inimicum esse Demetrii, vexationibus factis toties per Bacchidem; summis affectit honoribus, missa illi purpurâ & coronâ aureâ; addens: *Nunc constituimus te hodie summum Sacerdotem gentis tuæ; ut amicus voceris Regis: v. 20.* Hac gloriâ usus est Ionathas in festo Tabernaculorum seq. mense Septembr. uti dicemus die, 15. n. 7. Tunc usus, quoniam in templo prius non potuit, etsi haberet à fratris morte dignitatem; quoniam à desertoribus religionis ferè occupata civitas potentiâ præsidij in arce Sion. *Ibid.* à v. 15. & Genebr. *Ann.* 3644. Serar. Sanctius & Lyran. ex Ioseph. d. cap. 5. Tunc ut felicem ex cuiusvis fortuna exitum haberet, contrahens exercitum; copiosum numerum fabricavit armorum. *Ibid.* v. 21.

7. Duos iam hostes validos & in pro-cinctu habebat Demetrius Soter. Scivit Ionatham valdè honoratum ab ætulo Alexandro; & quasi nesciret, Ionathæ referrepsit, ut eius gratiam iniret; concedendo singularia privilegia genti Iudæorum, quæ referuntur *ibid.* à v. 25. Collatis literis; non crediderunt Demetrio, quia quod maiora pollicebatur; minorem fidem merebantur promissa: maximè tot vexationibus ex mālitiâ per Bacchidem exantlatis. Unde cum suis Ionathas Alexandri factioni se applicuit; subsidiumque tulit, quoties votis opportunus.

8. Nobis aridet in certamine, quo victus Demetrius, cum valida manu adstitisse Ionatham, fuisseque tantæ victoriæ participem. *Demetrius* (inquit Iustinus, d.) *primo prælio hostem fugavit, & Regibus bellum restituentibus, multa millia in acie cecidit: ad postremum tamen invictis animo inter confertissimos fortissimè dimicans, cecidit.* Appian. quò supr. non ibi mortuum, asserit, sed in exilio. Ioseph. d. cap. 5. subdit: *Demetrius fortiter decertans, alios hostium occidit,*

Alexander Bala, quis?

Regnat in Syria.

Privilegia Ionathæ concessa à Demetrio Sotere.

Ab Alexandro Bala.

Maiora à Sotere sed non credita.

Accipere

Ionathas auxiliatur Alexandro.

313

Occiditur
Demetrius
Sed.

cidit, alios non sustinentes eius impetum, persequens; abreptus est in cœnum quoddam profundum, & transeu difficile, ubi prolapsus equo, omni effugio destitutus, ab occurrentibus oppressus est. Circundatum enim coronâ, confixerunt iaculis: at ille etiam pedes generose repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Alexander verò de tanta victoria nuncium misit promotori belli Ptolomeo Philometori, Ægypti Regi, simulque ut firmaret regnum, filiam eius Cleopatram petit in sponsam; quod quidem dolo malo promisit, ut post quatuor annos patuit, & dicemus 22. Februar. à n. 4. Habebat enim Demetrius occisus duos filios, quos apud Gnidium hospitem deposuerat, cum magno auri pondere; ut fervarentur paternæ ultioni (ut inquit Iustin. ubi dudum) Maior post dictus Demetrius Nicanor, & secundus Antiochus Sidetes; qui quidem in patris solium ascenderunt, ut suis in locis videbimus. Genebrard. Ann. 3956. Adrichom. 3805. Salian. Briet. & Turf. 3903. Ioseph. 13. Antiq. cap. 5. Petr. Comest. in Machab. cap. 10. & D. Thomas, Serar. Sanctius, Alapid. Hugo, Lyran. & Carthusian. in 1. Machab. 10. demumque Petavius, 1. p. Rationar. tempor. lib. 4. cap. 10. Anno Christi 31. dies undecimus eius sacri ieiunij.

Dies XI. ieiunij Christi.

9 Romæ hic dies Comitialis. Rosin. 4. cap. 4. Plura festa, sacra, ac ludos signat Polo; sed mendaciter, quippe quæque signat, haudquaquam huius diei, cum sint alia, à probatis AA. præscripta; ni scribat ut pagina turgeat: sicque prægnans nequaquam impletur pagina. Figit Quinquatria Mineræ, quorum Maiora Romæ celebrabantur, 19. Februar. Minora, 13. Iun. Ludos Palatinos, 20. Iul. Octavius Cæsar acclamatus est Imperator, 16. April. Opus tumultuarium, profectò imperfectum: nullatenusque aridet; pro spectabili structuræ forma, conspiciere rudera. Hac in die fuga fitur, seu potius fingitur, Cippi, cui quotannis fiebat patentatio ad portam Raudusculanam, ubi eius statua ærea. Prado in Parerg. Fabulam refert lepide Ovid. 15. Metamorph. fab. 49. & ut fabulam profert hic Natal. Comes. Causinus, 3. Symbol. 25. attribuit spectationi intensa pugnæ taurorum: ex qua (inquit) species hominem vocavit, recursans in somnijs: tantamque vim habuit, ut is manè surgeret, onatis cornibus & portentoso capite: nescio an magis horribilis, an ridiculus. Consultus aruspex Cippum salutavit Regem

Jentus Cippo, et patentatio.

Ovid.

Rex eris, & sceptro tutus potlere perenni.

At ne nomine invito Romanum liberum gravaret populum, voluntarium generose elegit exilium. Genucio Cippo Pratori, paludato portam egredienti (inquit Valer. Maxim. 5. cap. 5. n. 3.) novi & inauditi generis prodigium incidit: namque in capite eius subito veluti cornua emerferunt. Responsum est, cum Regem fore, si in urbem revertisset: quod ne accideret, voluntarium sibi met ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad solidam gloriam attinet, septem Regibus preferatur! Cuius testandæ rei gratia, capitis effigies ærea, qua excesserat portâ, inclusa est. Ovid. d. succinit: Cornuaque auratis miram referentis formam,

Postibus insculpunt, longam mansura per ævum. Idem.

10 Hoc etiam die retrò annis quinquaginta, cum vidisset L. Iunius Brutus, patrem suum & fratrem dolo occisos à Tarquino Superbo, ut eorum potiretur facultatibus; sese fatuellum finxit, & cum esset opulentus & sapiens, divitias susque deque fecit, inhians vindictæ fatuitatis velamine. Ni simulasset amentiam, amisset sanè vitam. Quapropter in risum & derisum cum filijs Tarquinij uti morio versabatur: & cum illis, eò quòd anguis è columna lignea elapsus, Delphos profectus, interrogavit de portento; semper risum movens, ut nihil de illo cavarent. Unde à Tito & Arunte pretiosis donis Pythiæ oblati, Brutus (qui ab huiusmodi fatuitatibus cognomen habuit) baculum ligneum obtulit cum eorum risu; sed cavum, in quo, nemine sciente, virgam auream incluserat. Post socij interrogarunt, cuius fato futurum Romanum imperium? Ex Oraculo audierunt: Illius, qui primus oscula matri dederit. Illis magnis itineribus contendentibus Romam; Brutus, qui stulti sapiens imitator, iacens pronus matri dedit oscula terræ: quoquidem illos à regno expulit, & primum Consullem populus liber à tyrannide, constituit. Eleganter Ovid. 2. Fastor. à v. 711. Constant. hic. & Paul. Marf. Liv. 1. à scilicet. 192. & Halicarnass. 4. à n. 55. Briet. & Turf. signant, V. G. Ann. 222.

Bruti fatuitas simulata.

Eius domum Apollini Delphico.

Eius interpretatio Oraculi.

Primus Consul.

M. Manlius Capitolinus.

11 Ab hinc anno 148. eodem die de rupe Tarpeia præcipitatus est M. Manlius vir strenuus, qui sexdecim annorum voluntarium se militem præbuit. Triginta septem militaribus donis à suis Ducibus ornatus, viginti tres cicatrices in pectore habuit. Cornel. Nepos, de Viris illustrib. n. 24. Plin. verò, 7. cap. 28. signat 33. Dicitur Capitolinus, quippe expugnata Româ à Gallis, ipse

ex.

excitatus Sacrorum Anserum clangore, à muris strenuè repulit, cum iam essent in crepidiac. Unde summè à Camillo, populoque Romano (Senatum iugulaverant Galli) præclarèque meritis, pretiosis muneribus dignatus, glorianter inter cives incedebat, animos plebis affurè concilians, & detrahens Dictatori Camillo, cuius virtus præclarior; ut deponeretur, evicit: suffectusque Cornel. Coffus, diem Manlio dixit, & uti calumniatorem, in vincula quoque coniecit.

Seditiosus.

At plebs in signum mœstitiæ mutavit vestem, & in limine carceris excubavit. Itaque cum seditio timeretur, emissus est. Manlius potiùs tum efferatus, quàm correctus, populum in violentiam, sese disponebat in tyrannidem. Cognovit populus proditorem favorem fingentis, & in libertatem revocavit Camillum; qui ad se pertractis plebis tribunis, Manlium accusavit, qui fordidius causam dixit: verùm quanvis proditio constabat ex testibus ac testimonijs; nunquam damnari valuit, quandiù coram Capitolio causam defendit: quo cognito, aliò translatus, uniformi iudicum suffragio, convictus; damnatus ac saxo Tarpeio demissus. Plutarch. in *Camill.* fusè: *Unus eidem locus (subdit) eximia gloriæ monumentum, & poenæ ultima fuit.* Tit. Liv. 6. à *sect.* 51. Nemo ex cognatis è supplicio mœstus, imò à cunctis appositæ notæ ignominia: etenim cum domus eius esset, ubi nunc ædes & officina Monetæ Iunonis; latum, ne quis patrius in arce aut Capitolio habitaret; & ne quis è gente Manlia vocaretur Marcus Manlius. Ibid. *sect.* 53. Plutarch. *Rom.* 99. Alexandr. Neapolit. 6. *cap.* 11. & Valer. Maxim. 6. *cap.* 3. n. 1. Ovidius loquens de huiusmodi æde, 6. *Fastor.* à v. 183.

À saxo Tarpeio proreceptus.

Ovid.

Ante domus Manlij fuerat, qui Gallica quondam

A Capitolino repulit arma Iove.

12 Eodem die erecta imperante Augusto statua A. Iunio Valenti. Goltz in *Augusti vit.* Hunc vocavit Varro Herculem rusticellum: de Vit. *pop. R. A. Iunius Valens* (inquit Plin. 7. *cap.* 20.) *meruit in pratorio D. Augusti Centurio: vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere solitus: carpenta apprehensa una manu retinere, obnoxius contra nitentibus iumentis: & alia mirifica facere, quæ insculpta monumento eius spectantur.* Hoc etiam die *ann. V. C.* 220. morte Tarquini Prisci (ab Anci Martij filijs) industria Tanaquilis, Servus Tullius creatus est Interrex; qui ex munere, in regium se introduxit, & regnavit 44. ann. Ascon. Pedian. in *Orat. Cicer. pro Milon.*

Statua Iunio Valenti.

Halicarnas. 4. à n. 32. ita refert principatus violentiam: *Hunc primum regnum (ait) præter mores publicos quasissse Romani dicunt, non ex consensu Senatus populique, ut ante illum Reges ceteri; sed favore solius plebis corruptæ, illeætaque munificentia. Superiore tempore mos erat, defuncto Rege, Senatuum accipere potestatem constituenda ad quam placeret formam Reipublicæ. Senatus Interreges creabat: illi virum eligebant optimum, nullo civium sociorumve, exterorumve discrimine, quem regem constituerent: quem si Senatus populique consentirent suffragia, & addicerent auspicia; assumebant imperium: quod si horum trium aliquid deesset, alter nominabatur, &c. Factus deinde vir æquus, atque modestus, pristinam parvum servatarum legum invidiam abolevit actis posterioribus: adeo ut opinionem post se relinqueret, voluisse, deposito regno, libertatem populo, & Reipublica curam reddere.* Ritus fusè tractat Alex. Neapolit. 5. *cap.* 7. *Spatium temporis à defuncto Rege usque ad creationem sequentis, interregnum dicebatur: & qui præerat, cum regia potestate & insignibus, interrex erat.* Pompon. Lætus, de *Magistratib. Roman.* *cap.* 5. Ad regimen civitatis eligebatur, duntaxat ut legitima esset electio Regis à Senatu & populo per Curias vocato, & suffragantibus cunctis. Posterioribus enim temporibus, interregis non fiebat electio usque in IV. Kal. *Februar.* ut videbimus d. 29.

Servus Tullius Interrex electus usurpavit regnum.

Quid interrex in Rep. Romana?

13 Hoc etiam die M. Atilius Regulus primo bello Punic. post victoriam navalem de Carthagenensibus, collegà L. Manlio Vulfone, transivit in Africam cum classe, & totam regionem populatus, obsedit famosam urbem Adin. In auxilium venientes Duces Carthagenensium affecit maximà clade, illos compellens ad sepulchra pugnare; quò nullus equitatus, nec elephantorum usus: eo in prælio cæsi duodeviginti armatorum millia, equorum capti quinque millia cum elephantis octo; & receptæ septuaginta tres civitates in Romanorum ditionem. Salas & Prad. in *Parerg.* Pergenti cum exercitu in Tunetum, quò castra fixit; ad Bagradam fluvium serpens portentosa magnitudinis occurrit, quem occidit maximà militum clade. Florus *lib.* 2. *cap.* 2. & Tit. Liv. *Epitom.* *lib.* 18. Erat pedum centum viginti, tam duris squammis, ut resisterent telis, resilientibus sagittis. Tandem muralis machinæ saxo contractus, multis simul appetitus venabulis discerptus est. Huius pellis Romæ suspensà in templi Capitolini tholo diu duravit; ut per oculos crederetur, esse posse huiusmodi

Victoria Atilii Reguli de Carthagenensibus.

Serpens portentosus.

monstrum. Briet. *ann. V. C.* 498. *Sil. Ital.* 6. à v. 151. depingit.

Sil. Ital.

Horror mēte redit monstrū excitabile, & irā Telluris genitum, cui parvix viderat atas. Ulla virūm serpens centū porrectus in ulnas. Idem refert Zonaras, *Annal. Tom. 2.* & Aul. Gell. 6. *cap. 3.* Plin. 8. *cap. 14.* *Pellis eius* (inquit.) *maxillaque usque ad bellum Numantinum duravere in templo.* Suffragatur Valer. Maxim. 1. *cap. 8.* in *Extern. n. 19.* & Orosius, 4. *cap. 8.* quem sequitur Maiol. *Tom. 1. Colloq. 8.* Hac die contigit mors C. Marij.

Mors C. Marij.

Mortuus est Marius decimo septimo Consulatus septimi. die. Ann. V. C. 668. Etsi die priori signaverit Brietius, ut vidinus, n. 12. nihilominus *ann. V. C. 727.* inquit: *Tunc etiam 16. Kal. Febr. L. Munatius Plancus in Senatu sententiam dixit; qua Cæsarem, Augustum appellari censuit. Ea vox sacrum & venerandum sonat, & hominum conditione superiorem. Ex hoc igitur Anni Augustorum decurrunt. Ad hanc Tribunitiā potestate auctus est; ut sacrosanctus & inviolabilis haberetur, atque in omnes Romanos eorumque subditos legum, vitæ, necis potestatem haberet.* Goltz in *Fastis*, pag. 207. huiusmodi honorem protrahit usque in *ann. V. C. 733.* postquam pax pacta cum Parthis, sigis receptis, quæ amissa à Crasso. Hac quoque die ludos Palatinos signat in *Kalend.* David Origanus, qui per aliquot dies agebantur. *Eorum auctorem* (ait) *faciunt Augustum Cæsarem, qui eos in honorem Iulij Cæsaris occisi, in parvo rotundo templo, quod fuit in Palatio instituit.* Astruit Suetonius durationem horum ludorum, cum in *Caligul. cap. 56.* dicat in fine Palatinorum eum occisum fuisse, & ex eo constet die 24. peremptum: Iosephusque 19. *Antiq. cap. 1.* dicit: *In die Palatinorum ultimo.* Unde liquet, ludos fieri per dies octo. Ipse ibid. asserit, hos ludos institutos in honorem Augusti. Alio inruit institutos & à Cæsare, videbimus, 20. *Iul.*

Octavius signatur Imperator cum potestate Tribunitia.

Ludi Palatini.

14 Athenis celebrabantur *Ambrosia sacra.* Meurf. *Græc. fer. Natal. Com. 5. Mytholog. cap. 13.* mensē duntaxat signat. Celebrabantur *Ambrosia* (ait) *qui dies erat mensē Ianuario Dionysio sacer; quia per id tempus vina in civitatem importari essent solita.* Pithaggia verò, cum dolia relinirentur: tunc omnibus presentibus, munus in honorem Dionysij impartiebant; quod commune erat amicorum symposium. Eadem cum à Romanis celebrabantur, diæta sunt *Brumalia.* Agendum 1. & 11. *Novembr.* De Bacchi *Brumalijs*, actum, die 12. n. 4. & dicendum 24. *Novembr.* & 14. *Decembr.* Sed Rho-

Ambrosia, Pithaggia, Brumalia.

igin. 28. *cap. 25.* *Ambrosia* signat in *Januario*, seu *Lenæo.* Aliter *Ambrosia* Iovi describitur ibid. *Ambrosia* (subdit) *quam in Iovis Cressij dedicatione ferendam Atheniensibus præcipiebant; non herbam indicat, sed ut docuit Athenæus, omnigenas fruges cum oleo & lactice.* De *Ambrosia* herba, Plin. 23. *cap. 7.* & 27. *cap. 4.* Alij *Ambrosia* dixerunt, quia erat quasi convivium Deorum; quorum *Ambrosia* cibus & *Nectar* potus; quæ immortales immortalitate donati. Nonus, 11. *Dionys.* à v. 112. & usquequaque Homerus. Unde *Martial. 11. Epigram. 58.*

Iuppiter Ambrosiâ satur est, & nectare vivit.

Martial.

15 In Græcia etiam hac die *Abaxia* dicata *Dionysio*, Capij Regis Asiæ filio: ita dicta à taciturnitate, qua celebrabatur. Meurf. d. & Castell. in *Fest. de quibus meminit Cicer. 3. de Natur. Deorum.* At Critici nomen proterunt; leguntque *Sabazia*; de quibus, d. 21. à n. 5. Inter Lacedæmones puellæ nubiles iuvenes tractos circum aram Iunonis, colaphis cædebant; quia Ephori prohibuerunt filias Alcippi nubere, & quas mater incenso templo iugulavit. Refert articulum *Plutarch. in Historijs amator. n. 4.* at de ritu in posterum colaphizandi puberes à foeminis virginibus, nec verbum loquitur. Nonnulli arbitrantur huiusmodi ludum originem traxisse à puellis pedisequis *Medæ*; illi donatis *Corcyræ* in nuptijs cum *Iafone* in *Regia Alcinoi*, ut illinc solventes pervenerunt in *Anaphen.* Ibi *Apollini aram statuunt* (ait *Apollodor. 1. Biblioth. n. 28.*) *& peractis de more sacrificijs, epulati sunt. Quæ verò ab Erete, Alcinoi coniuge, duodecim ancilla Medæ dono iam data fuerant, fortissimos illos viros Argonautas per lusum fugillabant. Hinc & adhuc etiam vetus in sacris deridendi consuetudo mulieribus manet.*

Abaxia.

Iuvenes colaphizati à virginibus.

16 In Sicilia facta *Addephagia.* *Aristides Milesius, de Rebus Siculis.* *Addephagia*, idem est ac *Voracitas*, *Dea ingluvies.* In *Sicilia Addephagiæ visebatur templum: idest, Edacitatis ac Cereris statua, quæ dicitur Onto.* *Rhodigin. 7. cap. 11.* *Onto*, & ut alij dicunt, apud *Gyrald. Syntagm. 14. p. 8.* *Ompnia*: hoc est, *Ventricosa* præ gula. Pingebatur ventre prominente, gutture gavisæ vel gruis, habens in manibus aves voracissimas *Onocrotalum*, & *Larum.* In sacris dicebatur: *Idolum Zeli*, inter Hebræos *Baal*: idest, *Devorator.* *Est idolum servientium Gula; propter quod imago demonstrat ventrem.* *Lyræ. in Ezech. 8.* Vide 5. *Augusti. n. 5.* Unde patrimonialia erant *Addephagiæ* victima, ac popæ liguritores, *helluones*, *lur-*

Sacra Addephagiæ.

Ceres Onto, & Ompnia.

Imago Gulae.

Idolum Zeli.

*Philoxeni
votum.*

cones & cupediarij. Sepulchrum patens est guttur eorum. Unde *Philoxenis* (ait ex Aristotele A. Gell. 19. cap. 2.) *gruis collum à Dijs immortalibus sibi dari optabat.* Adj. 18. Septembr. à n. 8. Multi Numinis huius sacrificuli, ut Fabius, iccirco appellatus *Gurges*: M. Apicius, de quo Plin. 9. cap. 17. Senec. *Epist.* 15. Coel. Rhodig. 9. cap. 11. Totum studium, ut (teste Persio, *Satyr.* 1. v. 71.)

Persus.

Pinguis aqualticulus propeso sesquipedes extet. Quò non deveniet oplophagus? Antropophagus erit, ut Cambleta Lydorum Rex, de quo Rhodigin. 7. cap. 11. *In id vorandi studium evectus, ut nocte quadam uxorem quoque absumpserit: cumque summo mane illius manum in ore comperisset; semet statim iugulavit.* Quid mirum? Adephegiam didicerat à Iove, qui Metim uxorem voraciter deglutivit. Dicemus, 14. *Februar.* n. 12. Mors Philippi Amyntæ Regis Macedoniæ signatur à Iosepho, 19. *Antiquit.* cap. 1. dicemus, 12. *Iul.*

*Cambleta
uxorem voravit.*

Idem Iupiter.

17 Apud cives Scotuffæ (quæ civitas in confinio Macedoniæ iuxta Strabonem, 9. n. 7.) statua Polydamantis in cunctis Græciæ ludis victoris, quam Lyfippus fecit. Callisthen. de *Reb. Alexandri.* Natione Thessalus. *Is omnium hominum, Heroibus (& si qua fuit alia hominum ante Heroas natio) exceptis; omnium certè ætatis nostra hominum statura corporis maximus fuit.* Ad titulos (ait Pausanias, cap. 182.) *peculiaris accessit fortitudinis gloria.* Plura ibi eius refert gesta penè incredibilia, ita ut quod de Hercule fictum, strenuè exhibuisset verum. Cum in eius æmulationem animum dimississet, in Thraciæ montanis inermis leonem præferocem interfecit. Apprehensum in grege pede magnum indomitum taurum, calcitrantem non nisi relictà in manibus ungulà, dimisit. Incitante equos aurigà, alterà tantum manu retraxit à tergo currum. Quæ omnia in statuæ basi erant sculpta. Huius famà impulsus Darius Nothus, cum per legatos magnis donis & promissis invitatum Susa ad se evocavit & ut roboris tanti periculum faceret, in eum catervatim emisit tres eius corporis stipatores, ex his quos vocabant *Immortales*; ut ait Herodot. 7. n. 22. Risit Polydamas, & tres simul sine armis, pugnâ & calcibus interemit. Reversus in patriam, inquit Pausan. cap. 183. *Virium suarum fiducia sibi perniciem attulit: nam cum per æstatis speluncam intrasset cum aliquot sodalibus in opaco accubiturus; fors minùs aqua ita tulit, ut superior speluncæ pars latè fatisceret. Ibi Polydamas, cæteris imminenti periculi metu dilapsis, qua-*

Robur infigne, & gesta.

Mors.

Tom. I. Ephem.

si unus tantam labem sustinere posset; sublatis manibus montem fulcire conatus; rai-na mole oppressus est. Eadem inveniuntur in Rhodigino, lib. 13. cap. 36. & *Olymp.* 93. ann. 1. Briet. in *Chronolog. & V. C.* ann. 346. & Nonnio in Goltz. *Græciam*, Tabul. 20. Statua posita fuit iuxta lacum cuius aqua vulneribus medebatur. Idem ibid. & Plin. 31. cap. 2.

Scotuffæ la-cus.

DIES XVIII. IANUAR:

1 **G**Rad. 28. Solis in Capricorno, XV. K. qui putealis iuxta Dariot. quo etiam exaltatio *Martis*. Si in horoscopo invenitur, natus dives, sed avarus. Iul. Firmic. *Aquarius incipit oriri.* Columel. *Vir terram ferens capite.* Sphær. Arab. *Dives erit.* Scallig. Haccine die post primam emissionem columbæ ex Arca, ad quam citò reversa non inveniens propter limum, quò pedem figeret; transactis septem diebus denuò Noè emisit illam: quæ quidem diu pasta, ad vesperam venit in Arcam rostro portans virentibus folijs olivæ ramum. *Genes.* 8. 11. Allatam ex monte Oliveti, vel ex monte Sion, imò ex paradiso, quò diluvium non pervenit; nugantur Rabbini. Ambros. de *Noe & Arca*, cap. 20. speciali miraculo oleam tunc virentem attribuit: *Quid magnum, si Deo iubente, uno die quo imminuta fuerit aqua, statim germinavit?*

Colymba iterum extra arcam emittitur, & cù olivæ rama revertitur.

2 Secunda in Hebræos persecutio incipit sub Amenophi. R. Abrah. in *Cabal. Historic.* ann. 21. à prima iuxta Saljan. & Briet. iuxta Torniell. ann. 17. Arumnis sicut crocus florebat Israël, & eius felicitate dirumpabatur Amenophis, irritò consilio ex oppressione laborum; decrevitque tollere masculos ex omni Israël, ut foeminis concessis servis, perpetua esset servitus. Qua de causa obstetricum principibus præcepit, mentientes abortum, suffocare in parturitione masculos Hebræorum. Econtra fecerunt foeminæ, divitijs & filijs muneratæ à Domino. *Exod.* 1. à 15. Mira fabulantur Hebræi de his obstetricibus. Videtis Alapid. hic & Perer. *disput.* 10. Petro Comestori cap. 3. placuit huiusmodi tyrannicum decretum expeditum à Rege, propter oraculum à quodam Ægyptiorum Mysta, de terminio regni per Hebræum illo in tempore oriturum: at Iosephus signat in tertia persecutione post ann. 5. ut videbimus postridie, n. 1.

Secunda persecutio Ægyptiorum in Iacobitas.

3 Abhinc ann. 617. tertius hostis Salomonis, designatur à Deo futurus Rex Israël,

Antilogia.

raël, idest, decem tribuum (De Antilogia pro duabus in obsequium Roboam, diximus ubertim, *Tom. 6. T. 4. d. n. 7.*) Rabb. Abrah. Zacuth in *Iucasm.* Hebræi illum faciunt filium Semei (de quo *10. Sm. n. 4.*) & illegitimus, quia *3. Reg. 11. 26.* ubi dicitur: *Cuius mater erat nomine Serva, mulier vidua.* Hebr. Chald. & Septuagint. legunt: *Mulier fornicaria & meretrix.* Hic ergo levavit manum contra Salomonem: & hæc est causa rebellionis (dicitur *v. 27.*) *adversus eum, quia Salomon edificavit Mello, & coequavit, &c.* Cum huiusmodi opus esset insigni urbis speciositati; haud vituperandum videtur, sed laudi dicandum. Unde Ieroboam stomachatus (relictis ludicris cogitationibus) propriè ac genuinè delicandum. Aequato Mello ibi edificavit Salomon domum filie Pharaonis. Vide *18. August. n. 2.* indignatusque est Ieroboam, quod publicum civitatis ædificium, & delictum, in area illa non procul à templo, destinaretur alienigenæ, aliisque mulierculis. Quare cum agrè ferrent Hebræi illam vanissimam ostentationem, & profusionem in ornatum & sumptum tot feminarum, auctis tributis subditorum propter libidinem & ambitionem; ex querimonijs Ieroboamus arripuit occasionem, maximè inter contribules, quorum vectigalibus præerat, à Salomone constitutus, huius famæ ac regie maiestati derogare. His ergo acceptior factus, & insolentior in Salomonem factionibus, favore Principum Ephraim, concepit posse in solium pervenire; ut innuitur illis verbis Ahiaz, *ibid. v. 37. Regnabis super omnia que desiderat anima tua.*

4 Auxit spiritus fumina inflatione articulus huius sacri Vatis, qui meditatò illi occurrit egredienti de Ierusalè in Ephraim, ut fisco quæstoriam navaret operam: cui quidem, seorsim remoto, pallium suum novum in duodecim partes secans, decem ex his illi obtulit; cum spe decem tribuum, novique regni. Ioseph. *8. Antiquit. cap. 2.* & loc. facto cit. à *v. 29.* additurque *v. 38. Edificabo tibi domum fidelem, quomodo edificavi David.* Pende insigne commentum Rabbiorum. *Sicut edificavit David.* Nempè (dicunt in *Seder-Olam, cap. 15.*) quemadmodum dedit. *David regnum 36. annorum super Israel. Ipsimet Davidi, videlicet 33. Salomoni verò filio eius, regnum annorum trium; ad hunc profectò modum, si Ieroboam meruisset; haberet sibi regnum Israel per 33. annos, & filios per tres.* Hi sanè scripturas exponunt, vel desipiunt? Vide alia nugamina ab illis vulgata, & à suc-

Abiaz illi regnò prædicit.

cessoribus accepta, de Ahia inaugurante in Regem Ieroboamum. Hunc cum ex Silunte oppido esset oriundus, ut dicitur *v. 29.* & Ioseph. d. asserunt Rabbini *Præf. in Maëmonim.* puerum fuisse Moysis ætate, & vitam ad Eliæ sæculum perduxisse; quòd spatium est annorum 600. *Recensetur inter septem annosissimos:* ait Genebr. *Chronolog. Ann. 3150.* Epiph. in *Vit. Prophetar.* asserit, Ahia postquam inauguravit in Regem Ieroboamum; *Visum suis apparuit oculis, par scilicet boum pessundare populum, inquit Sacerdotes impetum facere.* Unde post Ieroboamo occurrens dixit antequàm in Ægyptum fugeret: *Te par vitularum dvertet à Domino, & erit propago tua in servitute.*

5 Anno sequenti à victoria Ptolomei Philopatoris de Antiocho Magno, & audacià eius multata cœlitus (ut dicemus *25. Maij, n. 4.*) quoniam ingredi contendit Ierosolymis sacrificans in Sancta-Sanctorum; miraculo insigni inhibitus à supplicio universalis, quod dirè in Iudæos cogitabat exercere. Reuclin. Castigatus erubuit, sed non in melius. Iudæos quos invenit, servilibus scripsit notulis: unde plures veri Dei cultum eiurarunt: alij firmiter in fide & religione persisterunt. Haud sic illi satis sævitum, visum fuit. Quicquid Iudaici per Ægyptum nominis, decurari, & compedibus vinctum, Alexandriam arripit iussit, & in circum, seu hippodromum claudi, tribus elephantis obijciendos; ut contererentur, promittens populo novum in blandimen spectaculum. Ille interesse decreverat; sed primùm somno, deinde alienatione mentis, denique visis Angelis, à consilio respiscit. Ita ex *3. Machab. 1. Briet. Ann. 3839.* & *Torniell. 3834. n. 3.* Aliter *Petav. 1. p. Rationar. tempor. lib. 4. cap. 5. Ad hoc spectaculum cum certam populo condixisset diem; ea quoties venit, omni eius quod decreverat, divinitus illi erepta memoria; nec unquam destinata potuit exequi. Ergo in misericordiam & amorem deinde gentis mutato illius odio; dimisit omnes: ac deinceps multò quàm quisquam antea Regum liberalius & honestius habuit: quin etiam permisit, ut in patria desertores religionis sui generis animadvertent.* *Adrichom. in Chronid. Ann. 3773. inquit: Edicto iubet omnes Iudæos in Ægypto existentes, vinctos ad se perducere, seu in campo congregari puniendos, tribus vicissim vicibus occidi ac deleri. At Eleazarosene, viro insigni cum alijs Iudæis orante, duobus Angelis de cœlo apparentibus, liberantur. Liberè in Iudæam revertuntur, ac diem*

Viso eius de Ieroboamo apostasia.

Iudæi divinitus liberantur à strage decreta Philopatore Rege.

Celebratur annuatim præfata libertas.

diem festum annum liberationis celebrandum statuunt.

6 Quisnam sit hic Eleazarus, divinandum est. Sumpsit, seu potius decerpit historiam ex Iosepho, 2. contra Apionem, ubi plura comminiscitur, haud studentem veritati, sed gloriae licet falsae, apud Ethnicos. Staturit ergo argumentum praefatum, non sub Philopatore; sed sub Ptolomeo Physcone.

Eadem sub Ptolomeo Physcone.

Testis Deus iustitiae (inquit) manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolomeus, cum adversus exercitum Onie pugnare presumeret; omnes Iudaeos in civitate positos, cum filiis & uxoribus capiens, nudos atque vinctos elephantis subiecisset, ut ab eis conculcati deficerent; & ad hoc bestias ipse inebriasset; in contrarium quae preparaverat, evenere. Elephantis enim relinquentes sibi oppositos Iudaeos, impetu facto super amicos eius; multos ex ipsis interemere: & post haec Ptolomeus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se, ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua charissima supplicante, ne tantam impietatem perageret; & concessit, & ex his quae egerat, vel facturus erat, poenitentiam egit. Unde recte hanc diem Iudaei Alexandria constituti, eod quod aperte a Deo salutem promeruerit, celebrare noscuntur. Quisnam credendum?

Dies XII. ieiunij Christi.

7 Anno Christi, 31. hic dies sacri ieiunij duodecimus.

8 Romae dies profecto ater propter mortem, potius necem M. Atilij Reguli. Eutrop. Post Consulatum, & triumphum de Salentinis, miserè perijt inaudita saevitia illorum, ac potissimè Asdrubalis, quos anno antecedente strenuè vicerat. Carthageneses Xantippum Lacedaemonem cum lecta manu in auxilium vocarunt, cuius insidijs Atilius non solum deletus, sed & captus, quem fame maceratum, & ab elephantis horrifono barritu continuo territum, in terrimum compegerunt carcerem. Ibi crebris vexationibus in tenebris mansit per triennium, quousque a L. Caecilio Metello, victo Asdrubale (& a Carthagenensibus quippe amisit victoriam, in cruce[m] acto) pacem Poeni anxie petierunt: ad quam conciliandam e ductum e custodia, Atilium cum captivis nobilibus Romanis Urbem mittunt; prius iuramento adstrictum, cum illis rediturum Carthaginem, ni impetrarent pacem. Hanc dissuasit Atilius, tum quia Punica nobilitas & iuventus in Romanis catenis esset; tum quia, ut cito ipse moreretur; venenum hauserat. Finxit, ne foedus fieret. Unde discissa pace, alacer in vincula redijt. Dirissimè habitus, ut ingressus Carthagi-

Asdrubal in cruce[m] a-

Atilij Reguli nex.

nem: resectis enim oculorum palpebris, vel ut alijs placet, consutis fursum & infernè; Soli exponebatur; & quotidie in cavea lignea, clavis introrsum adactis, & cuspidibus horrente, inductus, circumagebatur in cruciamina; queis crudelissimè interijt, quonuncius lactu moesta Roma, & ad vehementius odium in Carthagenenses excita; cum Atilius Regulus fuisset primus Romanorum Ducum, qui classem in Africam transiecerit. Cornel. Nepos, de Viris illustrib. n. 40. Oros. 4. cap. 11. Liv. Epitom. lib. 18. Polyb. 1. n. 51. Veget. lib. 3. in init. Cicer. 3. Offic. in fin. Textor. 2. Officin. cap. 75. Valer. Maxim. 4. cap. 4. n. 5. & lib. 9. cap. 2. in Extern. n. 1. Aul. Gell. 6. cap. 4. & Varro, de Vit. pop. Rom.

Atilij constantia.

9 Statua erecta Aetio Navio, regnante Tarquino Prisco. Artemidor. 1. Histor. refert Plin. 34. cap. 5. qui ibid. asserit: Aetij Navij statua fuit ante Curiam, cuius basis conflagravit Curia incensa P. Clodij funere. Fuit Magus insignis e disciplina Hetrusco- rum; ut patuit, dum praedixit Tarquino Prisco, eius arti illudenti, possibile esse cotem novacula fecare; quod ita factum, unde ei celebre nomen. Priscus (ait Halicarnass. lib. 3. n. 59.) Navio ut debitum bonorem referret, uti Dijs omnium mortalium charissimo, praeter magnam comitatem exhibitam, etiam aera statuam hominem dignatus est, quae memoriam eius sempiternam prorogaret ad posteros: spectataque est in foro usque ad nostra tempora, ante Curiam prope Ruminalem sicum posita, mediocri statura, & aperto capite: cotem quoque ac novaculam non longe inde sub ara quadam sita fuisse, memorant: qui locus Romanis Puteal dicitur. Rhodiginus, 10. cap. 17. totum exponit. Quosdam scribere Puteal (ait) Praetoris tribunal, vel ubi subsellia collocata fuerint. Ego vero in veterum libris comperio, in Comitio, in gradibus ipsis ad levam Curiae, fuisse Aetij Navij statuam, capite velato; quo in loco is cotem novacula discidit, qui locus vocatur a Romanis Puteal, ubi ara est subterranea. Cicero autem in Divinationibus, Cotem, inquit, & illam novaculam defossam in Comitio, supraque impostum puteal, accepimus: hoc est, veluti umbellam. Elucet ornatus statuae Navij, & tanti viri singulare monumentum: equidem ut subdit Halicarnass. n. 60. Cum maxime commendatione & auctoritate floreret, sine emulatione sui ordinis, sine inimicorum dolo, sine alio quocunque repentino casu sublatus, nusquam comparuit, neque cadaver usquam repertum est.

Statua Aetio Navio.

Fuit Magus.

Eius novacula & cotem.

Quid putat?

Navius discipulit.

10 Huiusmodi artem commenti sunt, Navio puero infusam in somno, & comprobaram miraculo: quia cum puerum, quia dormierat, aliquot fugissent pecudes, & expergefactus desideraret, nec inveniret; profectus in proximum facellum, Heroibus sacrum, vovit illis oblaturum se illis, modo apparerent pecora, unam illius ruris maximam. Paulo post desiderata reperit; sed cum vnam non haberet, quippe bruma, comprecatus Deos, quod indicarent ubi ad votum vnam inveniret, casu accedens ad vitem, in ea invenit botrum mirae magnitudinis, quem ad facellum detulit, & Heroibus prout sponderat, obtulit. Ita Halicarnass. d. à n. 58. & Bulenger. de *Augueijs*, cap. 12. Cicero 1. de *Divinat.* & Respub. Rom. & Volaterrano, pag. 211.

11 Am. C. V. 496. Triumphus A. Atilij Calatini de Pœnis, parta victoriâ in Sicilia. Goltz, fol. 87. E rure electus in fasces, imperiumque, & iterum post triumphum reversus in rura. *Ille rustico opere attrita manus salutem publicam stabilierunt, ingentes hostium copias pessunderunt: quaque modò arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit ijs rubori eburneo scipione deposito, agrestem stivam aratri repetere.* Valer. Max. 4. cap. 4. n. 5. Cicero pro *Roscio Amer.* & Plin. lib. 18. cap. 11. qui triumphalem aratorem vocat. *Dux Romanorum adversus Carthaginenses missus* (inquit Cornel. Nepos, de *Viris illustr.* n. 39.) *maximis & munitissimis civitatibus hostilia presidia detecit: totamque Siciliam pervagatus, paucis navibus magnam hostium classem, Duce Hamilcare superavit: & triumphavit.* Camarinam cum expugnasset, machinis ab Hierone missis; universos eius cives sub corona vendidit. Ad hanc porrò urbem Calatinus perierat insidijs circumventus, ni eum atque copias tribunus Militum M. Calpurnius Flamma virtute strenuâ, acceptis trecentis militibus, à periculo liberasset; ut superiorem in locum evaderet, qui erat angustijs interclusus. Hic cum trecentis omnia hostium tela in se convertit, occupatoque distentoque hoste, Consul è locis iniquis evadere valuit. Omnes milites interiire in factione: Calpurnius verò vulneribus deformatus, inventus est inter sociorum cadavera: qui diligenter curatus, ac saluti restitutus, in triumpho Atilij pars pompæ nobilior fuit. Idem ibid. & Briet. *Ann. cit.* & L. Florus lib. 2. cap. 2.

12 Eodem in die, ut ait Salas in *Parerg.* coronis ornabantur statuz Gracchorum,

Innuit in ipsorum *Vit.* Plutarchi. *Aufa est plebs Opimio damnato, in quod non valuit sub illius furore. Gracchana factionis plebs exitio oppressa* (ait) *cum in presentia animos demisset; non multò post demonstravit, quanto Gracchorum teneretur desiderio: nam & statuas eorum in propatulo posuit, locisque ijs, ubi occisi fuerant, consecratis, primitias ibi omnium frugum quovis anni tempore obtulerunt, frequenterque sacrificarunt quotidie, veluti Deorum delubra colentes. Sanè Cornelia de fanis, in quibus filij casti fuerant, dixit: digna sepulchra obtigisse.*

Statua Gracchorum.

13 Solonis tempore Epimenides vocatur Athenas, ut illas expiaret ab infautis portentis infestantibus urbem. *K. Grac.* Vexabantur à Furijs, seu Deabus Severis, propter violatam illarum aram, ad quam confugerat Cylon quidam cum suis, tanquam in asylum. Pausanias, cap. 232. dicit fuisse ad arcem Minervæ. Alij melius, in seditione Lacedæmone fugisse ad Severarum delubrum; unde impuniti pervenerunt Athenas, quò illos volebant comprehendere Magistratus, & ad Minervæ aram quæ erat in arce fugerunt. Herodotus, lib. 15. n. 17. *Cylon quidam* (dicit) *vir Olympionices, affectata tyrannidis compertus est: simulato namque equalium sodalicio, arcem occupare conatus est. Id cum efficere non potuisset, assedit simulacro Dei supplex ipse & socij: bos illinc submoverunt Magistratus, data fide. Cylonem donatum honore statuâ* (quia in Olympia victor de interato stadio renunciatus est) *astruit Pausan. cap. 26. Quomodo eius & sociorum patrata crædes, & quo colore, refertur in Solone à Plutarcho. Megades Athenarum Archon coniuratis cum Cylone, supplicibus Dea factis, persuasit: ut se iudicio sisterent: qui cum filum textum à templo extendissent, idque tenentes à templo descenderent; forte fortunâ filum ruptum est, cum ad sanum Furiarum venissent. Id ita calumniati Archon cum collegis, quasi supplicationem Dea non admitteret; impetum in eos fecerunt, ac quia extra fores templi prehensi fuerant, lapidibus obruerunt, & qui ad aras confugerant iugulaverunt.* Thucidid. lib. 1. & Petav. *Rationar.* p. 1. lib. 2. cap. 12. Hinc orta urbi ostenta, spectraque vaga, ad quorum expulsionem vocatus est Epimenides, qui summo honore habitus, tanquam à Numinibus edoctus, uti dicemus postridiè à n. 13.

Epimenides venit Athenas.

Seditio Cylonis, & exitus.

Ritus bonæ fide exentium ad iudicium ex asylo.

Epimenides Athenas expiavit.

14 Ut constaret Epimenidis religio, Cylonis expiatione facta, Contumeliæ & Impudentiæ aras erexit. Theophrast. de *Legib.* Signat Cicero etiam 2. de *Legib.* subdens:

Ara Contumeliæ & Impudentiæ.

Illud

Illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere cepiato, Epimenide Cretensi suadente, fecerunt Contumelia fanum & Impudentia. Virtutes enim non vitia consecrare decet. Idem Erasim. Chiliad. 3. Centur. i. n. 63. & Gyrald. Syntagm. 1. n. 61. Aptè illarum imago. Impudentiæ sine fronte, Contumeliæ ore duplici. Unde Cato Uticensis (ut idem refert, 5. Apophthegm. n. 17. ex Senec. de Constant. Sapientis) spuenti se dixit: Mentiantur, qui os te non habere dicunt. Menander in Gnomologijs, accinit:

—O Dearum maxima!

Hoc sæculo flores, si te vocare fas Deam. Fas: quando nunc vicissè habetur pro Deo. Nonnulli utramque fingunt in Numine Momo; uti dicemus, 30. Decembr. Inter Hebræos Impudentiæ sacra etiam vigerunt. Unde in Chronic. Alexandr. pag. 231. legitur: Eliam in monte Carmelo truncasse 450. sacrificulos Baal, & 400. Impudentiæ.

15 Inter Persas hac die Aquæ sacra. Diar. Persic. signatque Brisson. Ritus Ctesias de Persic. legib. & institut. pag. 794. In lacum vel flumen, vel fontem pervenientes scrobem faciunt, ibique hostiam iugulant, caventes, nequid proxima aquæ sanguine contingatur: sic enim omnia pollutum iri. Postea carnibus myrto laurive impostis, eas Magi gracilibus virgulis comburunt, & factis imprecationibus, oleum lacte & melle mistum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, sed in terram. Imprecationes diu faciunt, & fasciculum virgarum myrticinarum tenuium tenentes. Videtis Buleng. ad Arnob. Eclog. 6. & de Magia, lib. 1. cap. 6. quo pater diabolica trica: igitur frequenter fiebat sacrum iuxta fontem, cuius aqua (inquit Ctesias, pag. 760.) simulatque hausta fuerit, in modum Casei coagulatur: cuius coagulata si quis tres obolos cum aqua biberit, quæcunque admiserit, patescit: eo enim die mente alienatur. Eo autem utitur Rex erga eos, qui an obiectis criminibus sint affines, certò vult cognoscere. Nam si quis id de quo accusatur, effutiverit; mortem sibi cogitur consciscere: in iudicio suo nullius criminis convineatur, absolvitur.

16 Hoc etiam die Sardis, uti malum omen fracta arbor aurea Cræsi. Ibid. Erat ex pretiosa præfata materia, sed materiam superabat opus; cum ibi aves cuiusvis generis efformatæ ex auro essent; ex quibus audiebatur cantus & vocû harmonia, præut unicuique inditum à natura. Athen. 12. n. 9. & meminit Roxas, 1. p. Verit. vestit. cap. 3. Fatale fuit signum: equidem paulò post,

fuis oraculis seductus (ut saperet ærumnis) à Cyro captus. Herodot. 1. n. 22. & 25.

DIES XIX. IANUAR.

I Rad. 29. Solis in Capricorno. XIV. K.

Qui sub illo nati, læti, faceti, hilares, qui nullà penitus aduersitate frangantur. Iul. Firmicus. Faustus, iuxta Dario. in eo Lunæ statio 24. quæ dicitur Beatitudo, & est signum fecunditatis gregum. Kirch. d. pag. 247. Conversio & hyemis medium. Canis Maior vesperè oritur. Iunctin. K. A. Facies in Sphær. Arabic. Mulier pulchra in scabello sedens. Anno à prima persecutione Ægyptiorum aduersus Israël; 26. à secunda, 5. furit Amenophis Rex Ægypti, videns se per obstetrices delusum. R. Abrah. in Cabal. historic. Percussit animum audire per infantem Israël Ægyptum evertendam; iussitque continuò cunctos nascituros in flumine suffocari. Quidam ex eo genere (ait Ioseph. 12. Antiquit. cap. 5.) quos Ægyptus vocat sacrorum Scribas (quorum munus, describere ordinem Solis & Lunæ, quorum insigne penna in capite, liber in manibus cum atramento & calamo; ut ait Clemens Alexandr. 6. Strom. cap. 2. & latè Kircher. de Polytica Ægyptior. cap. 1.) quorum prædictionibus multum tribuit, prænunciat Regi, nasciturum per id tempus apud Israelitas quendam, res Ægyptiorum olim graviter afflicturum, Israeliticæ contra evehturum, si modò ad ætatem adultam pervenerit; nam & virtute fore præstantissimum, & gloria per omne ævum celebrem. Quo terrore percussus Rex, edicit ex ipsius monitoris sententia, quicquid masculini sexus inter Israelitas nasceretur, in flumen proiectum necari: proposuit etiam pœnam, si quis clam servare fetus auderet; ut cum tota familia tolleretur. Expositum hoc decretum 18. dieb. ante Moylis nativitatem. At illicò edicto, percussus est Amenophis elephantico morbo, leprà scilicèt. Eupolemus apud Euseb. 9. de Preparation. Evang. Caietanus extendit decretum etiam ad filios Ægyptiorum, sed fallitur.*

2 Abhinc anno, 878. cum adducti essent in Mediam exules decem tribus, ex quibus regnum Israël (exceptis qui interfugere potuerunt & latitare in abditis speluncis, vel transire in regnum Iuda, sub Ezechia) & pro illis migrare iussisset in coloniam ad Samariam, aliasque ampli regni civitates victor Salmanasar gentem quandam, seu gentes, illius & finitimorum re-

Statio 24. Luna.

Quid Scriba inter Ægyptios?

Tubetur à Pharaone in sanctis Hebræorû suffocari in Nilo.

Migratio Cuthæorû per Salmanasar & Asaraddem facta.

Imagines.

Menand.

Aquæ sacra.

Ritus.

Fons Persarum.

Arbor aurea Cræsi.

gnorum fecerunt, maxime à Babylone & flumine Cutho; fixerunt feliciter sedes in Samaria agro. 4. Reg. 17. 24. Seder-Olam, cap. 22. Ioseph. 9. Antiquit. cap. 14. Genebrard. Ann. 3440. & Petr. Cunæus, 2. de Republic. Hebr. cap. 16. His iuncti sunt qui fugerunt procellam Assyriorum ex Israël; quippe terra vacua cunctis satis, maxime quia paucos Salmanasar in tractum vastum colonos adduxerat; quousque nepos eius post duodecim annos, ne Ezechias, Rege Merodacho amico, & iuxta habens regionem, quæ olim subdita regno Iuda, conaretur invadere. Briet & Torniel. Ann. 3326. n. 1. Constat expressè, 1. Esdr. 4. 2. *A diebus Asarbaddon, Regis Assur, qui adduxit nos huc.* Hac in ultima migratione cum ritu circuncisionis & Pentateuchum admiserunt, etsi idola patria unusquisque coluerit: ex tuncque dicti Samaritani à Metropoli Samaria; cum pridem à Cutho flumine dicti Cuthæi. Ioseph. d. & Genebrard. quò dudum. Plura dicerem de Cuthæis, ni dixissem latè, Tom. 8. T. 5. à n. 21.

3 Hebræi iuxta Comest. in 4. Reg. cap. 26. Cuthæos vocaverunt Iacobitas; quia supplantaverant Israëlitas finibus suis. Mutuò odio averfabantur, & Israëlitis adherabant, vel fugiebant, prout fortuna arridebat vel prospera vel adversa. Ioseph. d. lib. 11. cap. 8. De religione illorum & sectis, vide Epiphan. in Panar. lib. 1. cap. 9. & 11. & Baron. Appar. in Annal. à n. 12. Hi ergo proficiscentes de Persia, secum Duces itineris ac fausti ominis in terras alienas perduxerunt quinque idola. Bulenger. Eclog. 6. de Persar. Dijs, & Ioseph. lib. 9. cap. 14. *Novi Samariæ coloni (infit) Cuthæi, cum quinque Gentium essent, totidem Deos patrios secum attulerunt.* Hos adorabant, quin Numen verum cognoscerent, sed ultorem sentire, pugnante orbe terrarum contra insensatos: etenim ex Syriæ spelæis immisi & egressi à Domino Leones, tam immaniter & frequenter novos incolas trucidantes discerpsere; ut divina manus statim à cæcis dignosceretur, plectens irreverentiam. Errore Ethnico arbitrabantur Deum illius regionis (quasi non esset Universi) esse offensum defectu rituum in adoratione; cum verè esset offensus adoratione sculptilium. Quapropter ne strages glisceret (haud pestilentia, uti fingit Ioseph. d.) Salmanasar misit ex Hebræis è Assyria sacerdotem, qui ostenderet barbaro illi populo verum Deum atque cum lege ritus sacrificiorum; in quod munus elegit habitationem in Bethel. Illi verò ex adoratione veri Numinis, & idolo-

rum, religionis compegerunt monstrorum chaos. *Cum Dominum colerent, Dijs quodpiam suis serviebant iuxta consuetudinem Gentium. Usque in presentem diem, morem sequuntur antiquum: non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius, atque iudicia & legem & mandatum.* 4. Reg. 17. à 33. Ex Gentilismo & Iudaismo conficiebant Cuthæismum cum raris superstitionibus; religioni summæ se arbitrabantur addictos, & ita sanctitati mancipatos; ut modò aliquid vel aliquem ex non suis tangerent, vel ab eorum regionibus venirent; cum vestibus quasi polluti se totos in aqua immergerent; ut ait quò suprâ Epiphan. Hæres. 9. & Philostrat. & Anat. in Theolog. posit. lib. 7. n. 38. Dij illorum signantur cum templo 25. Septembr. à n. 4.

4 In summo vilipendio Cuthæi erant apud Iudæos. Unde cum inter hos querebatur, Cui similis David in domo Achis in Geth? Rab. Elias apud Cunæum, quò suprâ, dicit: *Similis Cuthæo stipem ostiatim petenti.* Haud aliter quibat esse: etenim ut ait Kircher. in Panth. Hebr. cap. 19. erat coluvies Assyriæ, & qui ex Israël ad illorum religionem, seu hæreses transibant; erant improbi, fugientes, ne plecterentur. Mutuò exercita odia, ita ut illis minimè couterentur Iudæi. Ioann. 4. 9. sed in extremum pervenerunt, cum Cuthæis Sanaballetes erexit templum in Garizim (de quo fusiùs loc. cit. in Septembr.) siquidem eum pridem antea per æmulationem diversa sacra habuissent, recenti hac ædificatione, mirum in modum vetera odia exarsere. In quæ Iudæi non eruperent, cum cognita illorum malitia & malignitate in ficta affectatione erigendi Numini templum simul cum redeuntibus de Babylonia; decreverit Synagoga tota (ut in 1. Esdr. 4. à 2. refert Aben-Ezra) *Ut nullus Israelita comederet buccellam Cuthæi in æternum. Quicumque comederit carnem à Cuthæo, quasi qui comedit carnem porcina: neque fiat Cuthæus Profelytus, neque sit illi pars in resurrectione mortuorum; nec pars nec hereditas in Ierusalem.* Addit Moyse Maimonid. *Quid si necesse fieri, & illud faciat Cuthæus; profanum est.* Hic est furor, qui dirigi debebat in illorum schisma, & nequaquam in individua aberrantia. Hinc constituta sexta Synodus Synagoge de vitando Cuthæo, ut videbimus 26. Septembr. num. 3.

5 Plusquam cogitaverat, seditio civitatum Ciliciæ, impatienter ferentium earum vestigalia pellicæ destinata fuisse ab Antiocho Epiphane; cum detinuit, quanvis in

Cuthæi dicti Samaritani.

Cur etiam Iacobitas

Dij ex patria ab illis adducti.

De illorum religio

Cuthæi inter Iudæos Iudibris habitati.

Odium implacabile.

Sexta Synagoga Synodus.

in Tarso & Mallo navēs disponebat in expeditionem secundam adversus Ægyptum. Menelaus instabat Andronicum, in Antiochia pro Rege vicarium, ut quoquo modo regiā potestate S. Oniam tolleret, vel vi ex asylo extrahendo; qua de causa vasa è templo sacro Ierosolymitano surrepta, illi donarat, uti dicemus, 3. *Octobr.* n. 7. Urgebat, quoniam auditum, Epiphānen, pactā cum Cilicibus pace, compressaque seditione, adventare. Quare avaritiæ mancipium, donis emptus & corruptus Andronicus, Asylum Daphnes adit, ad quod præsidij gratia se receperat Onias, illumque, perfidē datā dextrā, & interposito incolumitatis iuramento (cui uti syncerus credidit) illinc extraxit, & periurus interemit in obsequium Menelai, qui sicario pridem pretium divite suppellectili solverat. 2. *Machab.* 4. à 34. Sanctius hic, n. 22. Serar. in *Commentar.* Petr. Comestor, in *Esstb.* cap. 11. Genebr. *Ann.* 3911. Adrich. 3792. Torniiell. 3882. n. 4. Salian. & Briet. 3883. & Petavius, 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 9.

6 Mirum, Oniam Andronico credidisse, qui illi suspectus, ut dicitur loc. cit. *Mach.* v. 34. Rabbinī, ni aliquid novi dicant; nihil dicere arbitrantur. Comminiscuntur ergo, apud Gorionid. *Histor. Judaic.* lib. 3. cap. 17. ut educere posset ex Daphnes asylo, Andronicum Oniæ dixisse, filium suum Oniam (qui in vastatione urbis per Epiphānen, fugit ad Philometorem, de quo die 16. n. 4. & 24. à 5.) ut videret patrem Antiochiam venisse; sed iam ex lapsu improviso, desperatā valetudine. Proinde si videre cupiebat, antequam moreretur, festinaret sine alicuius damni suspitione: equidem ut securus procederet, & dextram extendebat, & per Numina cuncta iurabat. Unde incautē ex asylo egredientem, confestim occidit; & Menelaus relicta Antiochia ad Lyfsmachum cucurrit. Quo intuitu, videbimus, 20. *Septemb.* à n. 4. *Interim* (ait Briet. d.) *Lyfsmachus templo potitus, & Ierosolymis; in utroque fœdē grassatur.* Exitum videbimus loc. cit.

7 Hac etiam die obiit Bensira, celebris Rabbinus, ut ait Raucl. Fuisse huiusmodi virum, cuius Alphabeta celebrantur vel à Catholicis, asserunt plures, floruisseque post Ieremiam (cuius fuit nepos, & filium habuisse Uzielē, Chaldaicæ paraphrastæ auctorem) ab illoque Siracidem mutuatum fuisse *Ecclesiasticam*, propter uniformitatem sententiarum; de quo videndus Aiapid. in *Eccli.* append. & de eiusdem Alphabethis, cap. 5. *Prolegom.* Opera à recentioribus

Rabbinis conspurcata sunt, & fabulis plena; ut illud de vermiculo, caput Titi Imperatoris perforante, atque medullam rodente: & quod Bensira natus ex matre virgine ex vapore. Ibid. in *Append.*

8 Ann. Christ. 31. dies tertiusdecimus ieiunij eius in monte. Lamy in *Chron.* refert, hac die in Cæsarea Philippi Christum à Petro præconizatum filium Dei vivi, & simul confitenti Ecclesiæ primatum concessum. Penitens ludicrum, cum à Christo tunc dictum: *Tibi dabo.*

9 Romæ dies comitalis, in eoque prima statua inibi erecta, Horatioque Coclitidicata. Plin. 34. cap. 6. quia licet Sybillæ prius à Tarquino sacra, non tamen publicè. *Alia causa & alia auctoritas* (ait, cap. 5.) *maior in Horatij Coclitis statua, que durat bodieque, cum hostes à ponte sublicio solus arcuisset.* Unus pro mille. Ni fuisset, Roma non esset. *Id munimentum illo die fortuna urbis Romane habuit:* inquit Liv. 2. *sect.* 29. *Causa.* Halicarnas. 5. n. 30. Plutarch. in *Poplicol.* Senec. *Epist.* 120. *Solus* (inquit) *implevit pontis angustias, adimique à tergo sibi redditum, dummodò iter hosti auferretur, iussit: & tandiū restitit prementibus, donec revulsæ ingenti ruinā tigna sonuerunt. Postquam respexit, & extra periculum esse patriam, periculo suo sensit; Veniat si quis vult, inquit, sic euntem sequi, deditque se in præceps, & non minus in illo rapido alveo fluminis, ut armatus, quàm ut salvus exiret, retento armorum victricium decore, tam tutus rediit, quàm si ponte venisset.* Articulum refert Valer. Maxim. 3. cap. 2. n. 1. *Etruscis in urbem ponte sublicio irrupentibus, extremam eius partem occupavit; totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit: atque ut patriam periculo imminente liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit: cuius fortitudinem Dij immortales admirati, incolumitatem synceram ei præstiterunt. Nam neque altitudine deiectus quassatusve, neque pondere armorum pressus, nec ullo vorticis circuitu actus, nec telis quidem, que undique congeriebantur, lesus, tutum nati eventum habuit. Unus Urbi nostra tantum scuto suo, quantum Tiberis alveo munimenti attulit.* Claudian. 1. in *Eutropium*, v. 445.

Hoc meruit vel ponte Cocles.

Cum equo in flumen se præcipitem misisse, asserit Marlian, cap. 159. Unde solemne Romanis Argeos per Virgines Vestales quotannis projicere è ponte in Tiberim, de quo, 15. *Maij.*

Dies XIII. ieiunij Christi.

Statua prima Romæ Horatio Coclitii.

Causa.

Virtus Horatij singularis.

Claudian.

Argenti.

Hac

S. Onias solium.

Embolium ad eius necem.

Quis Bensira?

10 Hac ergo virtute Horatius statua donatus, quæ in Comitio sita, sicut arcus triumphalis inter montem Aventinum & Tiberim, ut ait Marli. *cap. 53.* & in *Epitom. lib. 4. cap. 4.* Hac statua de cælo tacta est: quapropter cum procuratio fulguris facienda; aruspices Etrusci (quorum prædecessores virtute Coclitis victoriam amiserant) malignè decreverunt illam statuam in inferiorem locum transportari, ita ut Sol, oppositu circum undique aliarum ædium, nunquam illustraret. Coniecti in augurio de perfidia necati à populo: à quo plebiscitum, illam statuam in locum editum subducendam; atque ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam: quod quidem benè celsit, & statua ibi Sole radiante sita est. Aul. Gell. *4. cap. 5.*

11 Eodem die Comitium maximum, in loco quem ornabant rostra navium; quapropter dictus in Rostris, uti præmissimus, die 3. n. 10. ubi conciones ad populum, & orationes laudatorix pro auspiciato Consulatu, & post Imperio fiebant; vel quando adoptio vel arrogatio peragenda Pontificum præsentia, & comitijs curiatis. Smet. in *Fest. Brevi* definit Aul. Gell. *5. cap. 19.* *Quum in alienam familiam, inque liberorum locum (infit) extranei sumuntur; aut per Prætorem fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptio dicitur: quod per populum, arrogatio.* Locus erat in Amphitheatro ad hemicycli formam, ad Palatij radices. *Diù caruit tecto, sed eo anno, quo Annibal in Italiam venit, tectus est. Post Casar locum instauravit.* Marli. *cap. 42.* & in *Epitom. 3. cap. 19.* ibi caput & manus M. Tullij Cicronis à M. Antonio fixa; ut in eo scribit Plutarch. *Invenio (inquit Plin. 34. cap. 6.) & Pythagoræ & Alcibiadi cornibus Comitij statuas positas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri Sapientissimo simulacra celebri loco dicari, donec Sylla Dictator ibi Curiam faceret: mirumque est, illos Patres Socrati ab eodem Deo cunctis sapientiâ præsto, Pythagoram prætulisse; aut tot alijs virtute Alcibiadem.* Haud Plinio sit mirum, Statuæ collocatæ tempore Numæ: hicque sequebatur Pythagoræ dogmata; ut narrat in eo Plutarch. & elucet ex Numæ libris inventis, uti diximus, die 14. à n. 3. fusèque probat Rhodigin. *lib. 19. cap. 7.* Dogmata, quæ post amplificavit Pythagoras, tempore posterior; quippe uterque eiusdem fursaris, uti dicemus die 28. à n. 12. & 2. Octobr. à n. 12. Tota origo ambiguitatis ex Plinij sententia, asserentis, *13. cap. 13. In Numæ libris scri-*

ptæ erant philosophiæ Pythagorice. Ad diem 14. à n. 3. In Comitio fuit templum, Rostra dictum, subdit Marli. *cap. 40.* & lib. 3. *Epitom. cap. 17.* *Rostra duplicia. Nova ad Palatij radices, & vetera apud Curiam in Comitio. In Rostris viris clarissimis statuas erigere mos fuit. In loco præclaro fori Romani pro Rostris in leone lapideo statua Faustuli Romuli & Remi nutritoris, corpus fuit. Is enim dum certamen utriusque dirimere vellet, ibi cecidit; ubi postea ei statuam erexerunt. Post Rostra sepulchrum quoque Romuli. Etiam pro Rostris statua Herculis tunicati habito Eleo, facie torva. Sibylle quoque (Cumanz scilicet) tres statuæ eodem in loco: alia apud Plin. 34. à cap. 5.*

12 Triumphus Atilij Calatini. Beyerl. & Reufner. Actum est pridie, n. 11. signat hic etiam triumphum M. Æmilij Pauli, sed fallitur; eò quod à Goltz annotetur, & in *Fest. Capitolin. XII. K. Februar.* uti dicemus, die 21. n. 4. Inter Acheos erectum fanum Saluti, Iovi puero & Herculi impuberi. K. Græc. Meminit Pausan. *cap. 231.* *Ibi Salatis fanum, in quo signum cernere fas nemini, præter eos, qui sacerdotio funguntur. Ibi sacra & alia ritè peragunt: ac ex ara Deæ sumpta liba in mare porriciunt; mittere se illa Arethusa Syracusas, testantes.* (Fabulam videtis apud Ovid. *5. Metam. fab. 10.*) *priscis quidem temporibus decernebatur Iovis sacerdotium puero, qui primas pulchritudinis tulisset; cui iam pubescenti alius succedebat.* Herculis statua ornabatur lapillo pretiosissimo Heliotropio. Strab. *3. n. 81.* *Viridi colore est, stellis puniceis superfusa (inquit Solin. cap. 30.) deiecta in labris æneis, radios Solis mutat sanguineo repercussu: extraque aquam splendorem æris abiicit & avertit. Etiam illud posse dicitur, ut herba eiusdem nominis mista, & præcantationibus legitimis consecrata; cum à quocunque gestabitur, subtrahat visibus obvioorum.* Idem Plin. *37. cap. 10.* Alio nomine gemma dicitur Atizoco, de qua 23. *Maij.*

13 In Creta seu Gnosia insignis dies, quia expergefactus Epimenides è somno. K. Græc. Briet. *V. C. ann. 157.* Petav. *1. p. Rationar. lib. 2. cap. 12.* Genebrard. *Ann. 3464.* & Laert. *1. de Vit. & moribus Philosoph. Nonnius in Insul. Goltz. Tabul. 7.* *Hunc ferunt (ait) adhuc puerum æstu & itinere defatigatum in specum descendisse, ibique septem & quinquaginta annis dormisse: experrectum verò faciem mutationemque velut altero postero die mirantem, domum reversum à minore fratre cuncta cognovisse, que acciderant. Suidas addit, animam eius emif-*

Deiecta à cælo Coclitis statua, editiore situ collocatur.

Comitium maximum.

Quid adoptio & arrogatio?

Quid Comitium?

Ibi statuæ Pythagoræ & Alcibiadem.

Templum etiam Rostra.

Statua Faustuli Romuli.

Sepulchrum Romuli.

Statua triana Sibyllæ.

Triumphus.

Sacra saluti, Iovi & Herculi.

Heliotropium gemma.

Somnus Epimenidis.

missariam fuisse; ac corpore excedere solitam, cum libuisset, quod de Hermotimo Clazomeno ferunt AA. Totum ex Plin. 7. cap. 52. pluraque addit ibid. Dalecamp. & ipse Plinius non somnum, sed somnium vocat, in eiusque sententiam pedibus it Maxim. Tyrius. Cretensis Athenas venit Epimenides nomine (ait Serm. 28.) cum eiusmodi enarratione, qua multum videtur à fide abhorere: se videlicet interdum in antro Dictæi Iovis quiescentem, altissimo correptum somno, permultis continuis annis, dormisse: sopitumque in somnis congressum habuisse tum Dijs, cum divinis eloquijs, cum Iustitia præterea & Veritate: fabulam hanc &c.

14. libi Plutarchus in Solon. occasione expiationis Athenarum (in qua multiplicibus superstitionibus usus, ut refert Laert. d.) mira de Epimenidis dotibus effutit. In numero sapientum septimum ponunt, qui Perandrum excludunt. Iudicabatur (infit) Dijs charus homo, & rerum divinarum peritus, eaque sapientiâ quæ afflatum Numinis requirit, & initiationibus, præditus. Noxum Curetem vocabant. Contractâ cum Solone amicitia, multis in rebus eum adiuvit, viamque ad leges ferendas struxit. Totus superstitiosus & magus. Ideo adolescens sermo se dedit, ait idem, de Tractand. Republ. Laert. d. addit: Sunt qui illum non obdormisse, sed ad tempus expatiatum asseverent. Dicendam ne de eius morte, quod Plin. loc. citato, de Hermotimo? Animam relicto corpore errare, vagamque è longinquo multa annunciare, quæ nisi à presenti nosci non possent, corpore interim semianimi; donec cremato eo, inimici remeanti animæ veluti vaginam ademerint. Astruit solidius Epimenidis magiam de Philosoph. lit. E. Hefych. cognomento Illustrius, dicens: Huius anima, narratur, corpore solere excedere, cum vellet, & quandiu luberet, rursusque regredi: mortui quoque pellem literatam notisque compunctam, repertam fuisse; fama est. Idem Bulenger. 2. Advers. Magos, cap. 16. & de Divinat. cap. 1. P. Victor. 24. cap. 1. Meminit Valer. Maxim. 8. cap. 14. n. 5. In somno varias audisse voces, unde didicit sapientiam, ita ut Numinum verba usurpasset; ait La-Zerd. in 7. Æneid. Virgil. v. 97. n. 9. Nil mirum, si præstigijs floreret: erat enim Mithræ sacerdos in Creta, ut refert Bulenger. 1. de Magia, cap. 6. & nos dicemas, 19. Decembr. n. 12.

15 Spartzæ occisus est, cuius sepulchrum ante ædem Minervæ. Dicunt (ait Pausan. cap. 63.) Lacedæmonios cum bellarent cum Gnosijs, Epimenidem vivum cepisse: ac Tom. I. Ephem.

deinde cum eum occidissent, ed quoddã minimè lata prædiceret, sublatum cadaver eo in locum humasse. At apothecosi instituta factus est Numen: unde inter Deorum signa, erat etiam Epimenidis monumentum; ut subdit Pausan. cap. 93. Hic profectò est, de quo Paulus, Tit. 1. 12. ait: Cretenses semper mendaces, male bestia, ventres pigri: ibique dicitur illorum Prophetæ, idest, Poeta. Ita Gentiani in Lib. 1. cap. 12. Stromat. Clement. Alexandr. In Athenarum expiatione aras erexit, verum nullum Numen signavit. Unde cogitat Genebr. d. Ignoto Deo altare Athenis construxisse. Asserit etiam Petav. ubi supra: Creditus est 57. annos in spelunca dormisse. Diogenes præterea scribit, ipsum ad expiationem Athenarum aras complures excitasse, nulli certo Deo dicatas: ad quod Astor. 17. Paulus respexisse videtur. Læctius ergo ubi supra, videtur indicare ab Atheniensibus post eum aras Dei ignoti esse multiplicatas, qua de causa ab Apostolo Superstitiosiores vocantur: igitur sumptâ ex ara Dei ignoti erectâ superstitiosè, ansâ; annunciabat illis, quod ignotum Numen verum. Urbem Epimenides lustravit hoc modo. Sumpsit oves nigro & candido vellere (subdit Diogen. Laert. d.) duxitque in Ariû pagum, atque inde quò vellet abire, permisit; his qui illas sequebantur, mandans, ubicunque illæ accubissent, singulas mactarent peculiari cuidam Deo. Ex eo iam hodieque per Atheniensem pagos aras sine nomine inveniri, certum est; in eius quæ tunc facta est expiationis memoriam. Patet, hinc unde superstitiosi Athenienses.

16 De Deo ignoto singillatim (haud de Dijs ignotis, quibus etiam Atheniensium sacra, & multoties, diximus, die 1. num. 26. & agit Hieronym. Epist. ad Tit. cit.) mentionem facit impius Lucian. in Philopatre: at quantum auguror per Deum ignotum intelligebant Pana: causamque exposui, Tom. 7. T. 1. D. 6. n. 8. denuòque agam, 6. August. Non enim qui magus aram erecturus vero Numini, sed specie religionis cacodæmoni. Adi Maluend. 7. de Anti-Christ. cap. 6. & Gyrard. de Poetis, Dialog. 2. ubi iterat quod præmissimus de pelle. Epimenidis pellem (ait) ex longo tempore, quo diem obierat, repertam fuisse legi, notis ac literis quibusdam scriptam. Plura finxit vel fecit damonis arte. Seipsum revixisse saepe simulavit, cibum excipere à Nymphis, cumque intra bovis unguam conditum servare, paulatimque inde sumere, nullaque exinde egestione indigere, neque edere unquam visum. Dedicantem templum Nymphis, vo-

Sacratur in Numen.

An ara Ignoto Deo, ab illo creata

Ignotus Deus, quis?

Epimenidis pelles seroata, ut resacra.

Hermotimus Clazomenus.

Doter Epimenidis.

Fuit Magus

Eius animas iudicabatur errabunda.

Eius pelles literis scripta.

Fuit Mithræ sacrificius.

Dius impo-
sura.

cem. de cælo audisse: *Non Nymphis, sed Io-
vi dicato.* Se Æacum dixit, Lacedæmonibus
prædixit captivitatem sub Arcadibus. Atheni-
ensibus Persicam formidantibus classem;
decennio Persas nequaquam venturos, præ-
nunciavit. Scripsit Theogoniam, Curetum
genus, structuram navis Argus, & expedi-
tionem Iasonis in Colchon, totum metrice:
quibus muneribus Cretenes ei sacrificant
uti Deo. Hæc & alia perhibentur à Laertio,
ubi dudum, Suida, d. Platone de *Legib.* lib.
1. Apollon. de *Mirabil. histor.* cap. 2. &
Erasin. *Cbiliad.* 1. *Centur.* 9. n. 64. qui *Cbi-
liad.* 4. *Centur.* 2. n. 76. ait: *Epi menidis
pellem aservari abditam, ceu rem sacram,
apud Lacedæmonios.*

Sacra Lino,
vel Manero-
si.

17 Inter Ægyptios funebria sacra Li-
no, filio unico primi Regis Ægypti, quæ
musicæ fiebant, & convivio. Herodot. e. n.
23. Agrè fert historiam Pausanias, & intel-
ligit de Lino fidicine, filio Uranix. *Musices
cum gloriâ superiores omnes anteisse* (inquit,
cap. 303.) & ab Apolline, cui se cantu conse-
rabat, occisam. De Lini quidem morte: ad
barbaras etiam gentes luctus pervenit: si-
quidem apud Ægyptios carmen usurpatum
est, quod Lino Græci dixerunt. Cùm enim
Lini casu cognitus haberet Homerus in *Achil-
lillis* scuto Vulcanum inter alia calasse com-
mentus est, puerum fidibus canentem, Lino.
Ab Hercule citharâ interfectum, dicemus,
Isagog. Iul. n. 3. De convivio in luctu Lini
sacro, inquit Herodot. d. n. 22. *Pane viri
descuntur, quem ex farre conficiunt, quem
panem Cœlestem nominant: cum multi con-
venerunt, & à cœna discedendum est; cir-
cunfert aliquis in loculo mortuum è ligno
factum, & opere verum maximè imitan-
tem, longitudine cubitali, ostendensque sin-
gulis convivarum; ait: In hunc intuens, po-
ta & oblectare, talis post mortem futurus.*
Idem refert Munster in *Cosmograph.* lib. 6.
cap. 38. Plutarch. de *Osede* & *Ostrid.* festum
vocat *Maneron*, & Maneroti sacrum; sum-
ptum nomen à musicæ sono astituit; quod
etiam asserunt AA. præfati. Sic enim eo-
dem in festo luctus & plausus apparente
morte, ut fit in Franconia, diximusque *Tom.*
5. *T. 9. D. 3. n. 9.* ex Ioann. Bohem. de *Mo-
rib. Gent.* lib. 3. cap. 15. Vide 26. *Mart.* 29.

Panis cœle-
stis.

Simulacrum
mortis in cœ-
vivo.

put *Cancris.* Grannuyf. 8. de *Propriet.* *terra*
cap. 19. Est Capricorni occasus, de cuius in-
fluxu Iov. Pontan. *Uran.* lib. 3. infuso
*Sede iacens ima patrimonia vertit, opesque
Alternat patrias, proprijs quas viribus in dæ
Colligit, & diti per agit sua fata senectâ.
Ac sibi vel natos aliena stirpis adoptat:
Aut prolem ignoto genitam de semine tollit.
Aquila flat & Auster: medium Cancris occi-
dit, & Aquarius emergere incipit. Ptoloma
Posteriora piscis in vitro. Sphæ. Arab. Sagit-
ta & annuli fiunt. K. P. R. Dexter humerus
Auriga manè occidit. Junctin. K. A.*

Pontan.

2 Extenuatis aquis diluvij apparuerunt
cacumina montium. Abulens. & Caietana
Vid. n. *Decembr.* n. 2. Anno post diluvium
circiter decimo, cùm Noe coleret terram,
primusque vineam plantasset, vino inebriat-
us, impudicè iacuit in tabernaculo. Vidit
nepos Chanaan, patri nunciat, qui irrisit
Noe, & deinde fratribus indicavit. Berof. 1.
de *Tempor.* subdit: *Cham semper magicæ &
venificæ studens, Zoroast nomen consecutus
erat. Is patrem Noam odio habebat, quia
alios ultimò genitos ardentius amabat, se
verò despici videbat: potissimè verò idem
insensus erat patri ob vitia. Itaque nactus
opportunitatem, cùm Noa pater madidus iac-
ceret, illius virilia comprehendens, tacitèque
submurmurans, carmine magico patri illu-
sit, simul & illum sterilem perinde atque
castratum effecit.* Hac de causa dicunt Rab-
bini noh ei subiunctam clausulam commu-
nem alijs, nempe, *Et genuit filios & filias:*
de quo videtis Torniel. *Ann.* 1662. n. 2. E-
somnia ergo experrectus Noe maledixit ne-
potem, & in illo patrem, & bona Semo &
Iapheto precatus; sed hinc maximè, & no-
bis in ipso, dum dixit: *Dilatet Dominus Iap-
het, & habitet in tabernaculis Sem.* Genes.
9. 27. Si in Sem Synagoga, igitur ab illo
Hebræorum progenies, & in Iaphet Genti-
litas; hæc habitat non in suis tabernaculis,
sed in tabernaculis Sem: felicitas ergo, quæ
expulit Synagoga, conversa est ad Gentes.

Inebriatio
Noe.

Cham Noe-
mum fasci-
navit.

Felicitas
Gentilitatis.

Damascus
fundata ab
Eliezer.

Qui iura
Abraham
de adduc-
da consan-
guinea in
uxore filij.

DIES XX. IANUAR.

XIII. K.

1 Grad. 30. Solis in Capricorno,
de quo Iul. Firmic. *Si in bo-
roscopo invenitur, facit natos pigros, qui nun-
quam cepta perficiant.* In quo occidit: ca-

3 Cùm quadragenarius esset Isaac, ei
à patre sollicitatur uxor, quam volebat esse
Chananitidem, Unde vocans Eliezer, do-
mum suam præpositum (à quo Hebræi in *Ge-
nes.* 15. dicunt fundatam Damascum) virum
industriam ac fidelem, sacramento adigit
novo ritu (imposita scilicet manu subter fe-
mur Abraham, cuius mysterium servum la-
tebat: quandoquidem herus intendebat iu-
rari per Melsiam à se in carne venturam)
ne pateretur unquam semen suum permisce-
ri alieno sanguini. Unde oportebat transire
in Mesopotamiam, ac ex familia Nachor fra-
tris

tris sui adducere filio coniugem ; quod servus ita intavit , postridieque proficiscitur. Gorionid. 1. *Histor. Iudaic. ex Genes. 24. a. 2.*

4 Res Persicæ à morte Artaxerxis Longimani usque ad Darium (uti observat Genebr. ab *Ann. 3669.*) qui dictus Codomanus , de quo fuscè Arrianus , & Q. Curtius in *Histor. Alexandr.* ita conturbatæ , ut factionibus inter Reges & fratres penè corrue- rint ; imperantibus plus Principibus , seu Satrapis , quàm Regibus , uti accidit variâ fortunâ sub Xerxe II. Sogdiano , Dario Notho , Artaxerxe Mnemone , Ocho , & Arse , quorum Monarchiam perturbabant Satrapæ , potissimè Bagoses , Ægyptius , apud præfatos summæ potestatis & auctoritatis Eunuchus ; quem sustulit Darius Codomanus , ultimus Persarum Rex , victus ab Alexandro , compellens ebibere venenum , quod sibi insidians paraverat ; uti relatum die , 7. n. 4. In hunc , cognitum magis amissione Monarchiæ , quàm imperio (quoniam etsi nonnulli propter egregia gesta dicant appellatum Darium , & faciant fratrem Ochi ; alij , ut videri licet apud Briet. Turfëllin. & Salian. arbitrantur ignobilem , & assumptum in Persarum thronum à Bagose Satraparum Duce , & copiarum regni) cum devenisset Persarum regimen ; Iaddus Summus Sacerdos , caputque populi Iudaici (siquidem à remigratione è Babylonia penes Summos Sacerdotes , & non penes Principes sæculares , erant Reipublicæ habentæ ; uti altruit sæpe Genebrardus , maximè in principio lib. 2. *Chronolog. Ann. 3638.*) sub iuramento promissit fidelitatem , ac vestigal , quod præfatis Persarum Regibus Iudaicus solverat populus.

5 Iam enim devenerat tempus pugnæ Hirci cum Ariete , prænunciatæ à Daniele. Unde post victoriam Hirci , idest , Alexandri Magni , ad Issum , prope Amanum , Tauri montis partem , qua Syria à Cilicia dividitur (uti notat Stephan. Strabo lib. 11. n. 19. & nos dicemus , 5. *Iul.*) velociter transiit in Phœniciam , ubi universæ maritimæ civitates ex odio Persarum ultrò sese ipsi dedidit : restitit Tyrus , quam arctè obsedit , & post sex , septemve menses expugnavit. Arrian. Alij , ut Blancardus , lib. 2. cap. 6. *Supplem. Curtij* , afferunt , quatuor duntaxat menses intercessisse inter victoriam ad Issum & Tyri expugnationem ; qua de causa hanc signant in Novembri , & excidium Gaze post mensem. Videfis Ioann. Freinshem. in *Curt.* lib. 4. cap. 4. à n. 1. Adrichomius in *Simeon* , n. 46. signat in sola Gaze expugnatione duos menses. Hinc difficile

videtur , aptare huiusmodi Alexandri tractus profectio in Ierosolymam , quæ facta dicitur post expugnationem Gaze & Tyri , à Iosepho ; 8. lib. 11. quod non credo ; quoniam immediata Ierosolyma , Gazaque erat ferè in extremis terræ Chanaan iuxta Torrentem Besor , in via ad Ægyptum , cui inhiabat Alexander , ut constat ex Curtio , d. cap. 7. Mihi sanè visum , ante expugnationem Gaze & post debellationem Tyri , Alexandrum animo furente accessisse Ierosolymas. Ita etiam arridet Brietio , *Ann. 3722.*

6 Articulum refert Iosephus , 8. cap. lib. 11. *Antiquit.* alijque ex ipso. Alexander ergo occupata Damasco , in qua Persarum gaza , & deditis Phœnicæ celebrioribus urbibus ; hæsit invitè Tyro , quæ cupiebat adversus Persas Alexandri societatem , sed non imperium ; qua de causa per legatos coronam auream magni ponderis obtulerunt , sed unanimiter abnuerunt iri receptum intra muros : quo responso excanduit , qui ferè impotentè irâ , quoties cogitata non cadebant ex voto. Unde civitatem expugnare decrevit. *Arrian.* lib. 2. *Iustin.* lib. 11. *Curt.* lib. 4. cap. 2. & Blancard. cum Freinshem *ibid.* Vid. 6. *Mart.* n. 31.

7 Cum resistentiâ urbis & adventantium auxiliorum obsidentis frangerentur continuo vires , & evanescerent morâ illius ambitus vastissimæ cogitationes (quapropter penè statuerat Tyri obsidionem solvere , ne fugeret Persia) scriptis literis ad Iaddum Pontificem Iudæorum , Summumque Principem , petijt auxilia , comiteatus exercitui pugnanti , liberumque militibus transitum in Iudæam , prælatâ amicitia Macedonum fœderi Regis Persarum ; suadens ut sibi consuleret , victorique cederet. Abnuat Iaddus , quandiu viveret Darius , de se suoque populo præclarè meritis : maximè quia religione in eius fidem tenebatur. His verbis perculsus animus Alexandri , cum fas illi nihili esset , nisi regnare ; flammam indignationis evomuit , ultionemque concepit , ita ut Pontificis pœnâ orbis universus disceret , cui insiurandum servari oporteret. Doloris tanti lenimen accepit à Sanaballeto Samaritæ Præfecto , deficiente à Dario : qua occasione à Rege impetravit ædificare templum Samaritanum (de quo 25. *Septembr.* n. 7.) vel continuare fabricam , bello intermedio suspensam ; igitur à Dario prius impetraverat gratiam.

8 Tandem Tyrus alto è culmine ruit , cuius notitiâ perculsus Pontifex Iaddus (eò Deo acceptior , quò frater eius Manasses apostasiâ dissolutior) insolentiam , minasque

Darius ultimus Rex Persarum, quis?

Iaddus ad dicitur Persarum Regibus sacro fœdere.

Alexander Magnus furenter Ierosolymas proficiscitur.

Obsidet Tyrum.

Petit auxilia à Iaddo.

Sanaballe- tes deficit à Dario, Alexander quoque impugatur.

victoris præcævens, pro effugio ac refugio, cucurrit ad Dominum, desperatâ publicâ salute, in eum & cives bile commotâ tyranni. Quam bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde! Afflicto Iaddo in somnis apparuit Dominus, iubens, ut urbe coronatâ, perviis portis, cum civibus in vestibus albis, obviam prodiret ovanti, securus de divina providentiâ. Ita enim cuncti in occursum Alexandri indignabundi effunduntur. Sacerdotes primi procedebant, tenuissimâ bysso amicti, quos populus candido & ipse ornatu sequebatur. Agmen claudebat Iaddus, Summus Sacrorum Antistes, cum solemni cultu Aaronico. Appropinquantis pompæ maiestatem, ordinem venustatem & speciem miratus Rex, intrepidè equo desiliens, solus processit, adoratoque Dei nomine, quod aureæ lamina insculptum cidaribus Pontificia præfererat, Sacerdotem reverenter salutavit. Improvisus articuli exitus cunctorum animos in stuporem pepulit: igitur præcognitis Alexandri minis; nesciebant, an vera visa, vel oculorum ludibria læsâ phantasiâ, sopito Alexandri sensu, magico philtro, vel proprio, imagine vanâ, etiam Macedonibus occupatis Alexandri ad speciem vel dementiâ vel vecordiâ. Uni illorum Parmenioni interroganti: *Quid ita cum ipse adoraretur ab omnibus (ita Ioseph. d.) nunc adoraret Iudæorum Pontificem? Ille, non hunc se adorasse, respondit; sed Deo, cuius Pontifex esset, honorem eum adhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedonia; qui me deliberantem, quomodo Asiam passum subigere, hortatus est, forti esse animo, & sine mora exercitum trajicere: nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum vidizagnoscens hunc & visionis memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit; puto, me non sine Numine in Darium exercitum ducere, & brevi fore victoria compositam, & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia.* Idem Adrichom. in *Cronica*. Ann. 3568. Briet. 3722. Torniel. 3721. *Histor. Scholast. in Esch.* cap. 4. & nos hic die 11. n. 5. simulque 15. *Septemb.* n. 7.

9 Cunctis plaudentibus, Alexandroque exultante, fit illius Ierosolymis triumphus. Unde ingressus in Urbem rectâ processit in templum, & ex præscripto Summi Sacerdotis ducentis, vero Numini sacrificavit, donaque templo facto iubens intulit, & iuxta præfatos AA. Cedrenum, Severumque Sulpit. lib. 2. *Histor.* sacros. inspexit codices; quibus continebantur diu perscripta Pro-

phetarum vaticinia: inter quæ iam videram impletum, quod per illum de excidio Tyri præcinerat Isaias, 23. à 1. simulque ei ostensum futurum Persarum; à Daniele enunciaturum tam in specie, quam in interpretatione: cap. 8. 5. & 20. His ergo visis recessit in hospitium lætabundus; sed cum stupore ordinem cunctorum in templi ornatu, cultu, ac ministerio notans & laudans; maxime dum audivit, quæ ignorabat, erga illum populum magnalia Dei. Idem, qui supra. Quare cognito vero Numine (iuxta Cyprian. de *Idolor. vanit.* & Genebrard. *Ann.* 3770.) matri suæ scripsit epistolam insignem, in qua refert sibi à Sacerdote quodam revelatum; Deos Gentium homines fuisse. Sacerdotem fuisse Iaddum, cogitat Genebr.

10 Sequenti die iuxta Ioseph. & Petr. Comestor, vota implere cupiens obsequentium Iudæorum, plenè satisfecit, concedens illis, ut tam domi, quam foris, suis legibus possent uti: Sabbaticisque annis (quia terra effœta iuxta legem) relevavit à tributo. Duntaxat in signum gratitudinis pactus cum Iaddo & urbis civibus, quod tam publica, quam privata negotia ab eius ingressu in urbem deinceps obsignarentur. Rab. Abrah. in *Cabal.* cuius meminit Genebr. d. qui etiam notat hunc annum celebrari ab Hebræis, tanquam suæ egressiōnis ab Ægypto millesimum. Sed falluntur, ut constat ex *Chronologia Saliani*, Briet. *Tursellini*, & *Tornielli*. Inde Alexander in alias civitates finitimas exercitum movit, innuens Iudæis, modò placeret, sua castra in expeditione sequi: quod quidem multis gratum, pluribus nomina dantibus, & inter Macedonas recensitis. Ioseph. d. Miratus est etiam regionem, qua alijs fructibus inter præstantissimas dives, opobalsamum sola producit. *Supplem. lib. 2. cap. 11.* ex *Plin. lib. 12. cap. 25.* & nos, 12. *Febr.* à n. 4. Concessit etiam Iaddo facultatem cudendi proprijs Israëlitis insignijs, numisma; ut liquet ex *Siclo*, apud *Kircher. Tom. 2. Oedip. Copt. p. 1. class. 2. cap. 2.* ubi percussa figura templi, cum lemma, *Ierusalem*: dicitque ex Rab. *Moyse Alascar, Responsion. cap. 74. Temporibus Alexandri Magni.* Hic dies in anno Christi 31. fuit quartusdecimus eius sacri ieiunij.

11 Romæ Capitolij signa tempestate deiecta. *Tit. Liv. 6. scilicet. 11.* Inter ea cecidere quadrige fictiles, quas in culmine collocavit *Tarquinius Priscus*; vel potius, conatus est collocare: equidem exilio non valuit, & Romanis Veientes, ubi & à quibus elaboratz, volebant tradere; eò quod

Quem verè cognoscit.

Quid à Iudæis petijt & indulxit.

Balsamum singulariter in Iudæa.

Siclus Iadæi.

Dies XIV. ieiunij Cbristi.

Signa Capitolij tempestate deiecta.

Eius quadrige fictiles.

Pompa occurreris fu-
riso Alexan-
dro Iaddi
Summi Sa-
cerdotis.

Illum adora-
rat Alexan-
der, & qua-
ret

In templo
vtrius Dei?

in fornace crevissent, quod quidem signum felicitatis possessoribus quadrigarum. Nec pretio dato tradidere, quousque victor in certamine equorum inter Veientes, raptus violenter usque in Capitolium non fœtilibus quadrigis, sed triumphalibus, impulsu superiore Romam adductus. *Fabri quadrigas cum effinxissent, & in fornace posuissent* (refert Plutarch. in *Poplicol.*) *non id accidit quod solet luto, ut in igne posito, humore absumpto, densetur atque in se coeat; sed intumuerunt, seque extulerunt & cum robore ac duritie tantam molem adeptæ sunt, ut ægrè ablato fornacis culmine, & destructis parietibus, eximi inde potuerint. Quod signum cum essent interpretati aruspices felicitatem, potentiamque ijs portendere, apud quos quadrigæ essent; Veientes decrevere non reddere. Paucis interiectis diebus equorum certamina Veijs sunt edita: & qui quadrigis vicerat, currum victorem coronatus ipse, nullà apparente causâ, sed divinitus equis actis, summâ celeritate Romam versus contendit. Usque ad Capitolium ab equis est raptatus, ibique abiectus apud portam, cui nunc Ratumena nomen est. Huius rei miraculo compulsi Veientes, fabris ut quadrigas traderent Romanis, mandaverunt. Idem asserit Halicarnas. 5. n. 57. Fest. Pomp. verb. *Ratumena*. Petrus Victorius, lib. 17. cap. 18. & Plin. 28. cap. 2. qui subdit: *Iterum simili modo retentum est augurium; cum in fastigiū eiusdem delubri preparata quadrigæ fœtiles, in fornace crevissent. Raris embolijs dæmon illudebat Ethnicismo.**

12 Augustus post pro quadrigis, tintinnabulis argenteis Iovis Capitolini culmen ornavit. *Cum dedicatam in Capitolio edem Iovi Tonanti* (ait in eo Sueton. cap. 91.) *assidue frequentaret; somniavit, queri Capitolinum Iovem, cultores sibi abducti, seque respondisse: Tonantem pro ianitore esse appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium adis redimivit: quod ea ferè ianuis dependebant.* Videtis Casaubon. hic. Alia, 1. *Februar.* n. 14. Beroald. addit porticibus marmoreis ornasse Capitolium, quia quas extruxerat Cæsar, patebant ruinæ, uti opus tamultuarium, de quo in eo Sueton. cap. 10. *Etiam Capitolium ornavit porticibus, ad tempus extructis.*

13 Anno V. C. 609. hac die iuxta Salas in *Parerg.* castitas Tucciæ virginis Vestalis infamiae nube obscurata refulsit singulari prodigio. Accusata ergo à quodam, non quòd ignem Vestæ in templo extingui negligentia passâ sit; sed quòd suspicione la-

boraret violatæ virginitatis, testimonijs etiam (licet falsis) eodem accedentibus; iussa pro se dicere, promisit, re non verbis crimen impositum dilutum ire, vacuumque calumniam reddituram synceritate impollutæ conscientiæ: simulque invocata Vestâ, cui pudicè servierat, ut dux viæ dignaretur adesse; Tiberim Sacerdotum facultate, universo populo prosequente, festina petijt: cumque accessisset flumen, cribro ex Tiberi hausit aquam, eamque usque in forum perlatam ad pedes pontificum glorianter effudit; quo innocentia universæ Romæ claruit. Addunt, accusatorem eius posthac multum diùque perquisitum, nec vivum usquam cõparuisse, nec mortuum. Halicarnas. 2. n. 40. Valer. Maxim. 8. cap. 1. n. 5. Plin. 28. cap. 2. & Augustin. 10. *Civitat.* cap. 16. Tit. Liv. lib. 20. refert, incesti damnatam fuisse. Tertullian. in *Apolog.* cap. 23. iurè præstigijs dæmonum vocat. *Phantasmata, & aquam cribro gestatam, & navem cingulo promotam.* Dicemus, 12. *April.*

14 Item *Ann.* 699. Triumphus Serv. Fulvij Patini. Goltz in *Fastis*, pag. 90. Reusn. in *Diar.* Beyerliuck & Mascul. Alij signant, *Ann.* 499. ut Turfell. sed duo fuere eodem nomine Serv. Fulvij Nobilioris; uti observat Briet. *ann.* præcit. Prior fuit collega in Consulatu M. Æmilij Pauli, quorum classis post inclutam victoriam de Pœnis, ad latus Australe Siciliæ, ita quassata tempestate; ut perierint ducentæ octoginta quatuor naves. Idem ibid. Posterior Serv. Fulv. Nobilior, cognomento Patinus, triumphavit de Ætholis, Ambracibus & Cephalenia, sed 20. *Februar.* signat Goltz. d. pag. 123. *Consul* (ait Cornel. Nepos, de *Viris Illustrib.* n. 52.) *Ætolos Ambraciotasque superavit, unde ovans urbem introivit. Achaos qui bello Macedonico interfuerant, & post Antiochum defecerant, prælijs frequentibus victos, & in Ambraciam coactos, in deditionem accepit; & signis tabulisque piæis spoliavit, & de quibus triumphavit.* De illo Cicer. *Tuscul.* qq. 1. Cato (ait) *obiecit Nobiliori, quòd in Provinciam Poetas duxisset: duxerat enim, ut scimus, in Ætoliam Q. Ennium.*

15 Athenis celebratæ Icaedes Epicuri, Icaedes Epicuri. similiterque die vigesimo in singulis mensibus, ut placet Plinio & Alex. Neapolit. Verùm de his, postridiè, n. 7. Fusè Cicero de *Finib.* scribit de huiusmodi natalis solemnitatis infania, & Rhodigin. 20. cap. 32. dum affectu ausi Apollinem etiam vocare *Epicurium*. Idem 19. cap. 1. quo titulo plausus, ut observat Pausan. cap. 269. & 271. agemusque *Isagog.* *Novembr.* n. 18. Inter Epicuri.

Prodigium pro servata pudicitia.

Triumphus Serv. Fulv. Patini Nobilioris.

Iupiter Tonant.

Tintinnabula & porticus Capitolij.

Tuccia Vestalis virgo.

Apollis Epicuri.

curi deliramenta refert, & iurè, Rhodigin. 24. 12. & cap. 13. dixisse: *Et magnitudine esse Solem, quæ videtur: astra verò quæ oriuntur accendi, quæm occidunt, extinguuntur, ac si quis dixerit, quæm homines conspiciuntur, nasci: & quæm non videntur, mori.* Solem quotidie interire, & rursus accendi ex ipso crediderunt olim Hispani, ut ait Cleomedes in *Epicur.* lib. 2. refert Delt. in *Thyest.* Senec. v. 818. ex eoque dicebat parere; quia dum mergitur in oceanum, sonum edere ferri candentis in aqua. Unde Satyricus, 14. v. 280. ait:

Juvenal. *Audit Herculeo stridentem gurgite Solem.* Error etiam Stoicorum fuit, *ex mari Solem accendi, & ali;* inquit Plutarch. de *Isid.* & *Osirid.*

16 Etiam hac die dicata Athenis statua Amoris & Anterotis. K. Græc. sita fuit in Achademia. Pausan. cap. 29. causam innuit, quam videsis. *Cupido palma termitem manibus tenet: eum illi Anteros de manibus extorquere conatur.* Haud aliter pinxit Oth. Vænius, *Emblem. Amor.* 6. & utrique Fortuna degustare præbebat de melle & absynthio, ut canit *Emblem.* 7.

Oth. Væn. *Fortuna in geminis cyatho dat amoribus uno, Intermissa sua dulcia amara vice.*

Sic celebrata concordia inter Amicos, ita ut mutua sit redamatio. Unde cum militiæ species amor sit, quia deflorescit sine iurgijs; dicit idem, *Emblem.* 5.

Sume meas, sumam ipse tuas, mea vita, sagittas:

Idem. *Non aliter noster conciliatur amor.*

Amor mutus. Hinc quousque natus Anteros, Amori non erant Gratiæ, fugerantque Charites. In corde amanti nascitur amor (ait Achill. Bocch. *Symbol.* 80.) noni crescit, ni ametur invicem. Necessarium speculum ut se respiciat. Tunc habet gratiam: quæ omnino inanis, si loco Anterotis sufficitur species deformis ingratitudinis; quam quidem depingit Iacob. Boissard. *Emblem.* 33. in effundente aquam in cribro: quod etsi fundantur flumina, tota per foramina effluent. Dixerat Theocrit. *Edyl.* 16. v. 104. & Daufq. in Q. Smyrn. 5. Homer. *Paralip.* v. 72. Vividius Achill. Bocch. *Symbol.* 6. ubi foemina retorquet, quas acceperat ab amore sagittas, etiam videns in adorationem genuflexum amorem. Haud debet esse amor fortunæ mancipium; ut Ægyptæ colebatur. Pausan. cap. 234. Constans debet esse, firmitasque pendet ex Anterote contra securim absentis in cunctis fortunæ prosperæ aut sinistrae articulis: quapropter eius imago in foemina, radijs illustrata divina formâ, capite detecto, & fron-

Amicitia imago.

te apertâ, togâ lacerâ, nudo pectore, indicè cor demonstrante. Videsis expositionem, 29. Mart. n. 12.

17 Inter Ægyptios sacra Æternitati, cui comes Numen Demogorgon. Diar. Ægypt. Æternitas iungebatur Immortalitati. Quare cum Iovis maiestas celebraretur, ut videbimus, 1. Maij n. 12, & *Isagog. Octobr.* n. 21. similiter æternitas cum Immortalitate plaudebatur. Est ergo vitæ immobilis status præfens; sive duratio tota simul, quæ principium & finem non habet, imò nec habere potest: cui necquicquam futuri abest, neque præteriti fuit. Hermes Trismegistus in *Pimandr.* delirat, sicut Plato in *Phædon.* à veritate aberrat. Nec æternitatem nec tempus intellexerunt: dum voluerunt tempus æternitatis speculum facere; æternitatem tanquam tempus constituerunt: at ut canit Claudian. 2. *Stilic.* v. 424.

Est ignota procul, nostraque impervia menti. Illam ergo hîc describit in spelunca vallata serpente. Ante fores *Natura* sedet, cui assistit *Tempus*, utrique occurrente Phæbo; ut tempore, naturæ arcana patefiant. Signa Temporis canities, Naturæ verò plures infantæ, pro quorum consistentia, plura atque plena habet ubera. Æternitatem colorat Chartar. de *Imagin.* pag. 19. specie matronæ stantis, pilam dextrâ tenentis, amiculo à capite humerorum tenuis amicta. Apud Hemelarium, de *Numismat.* Tabul. 21. Dea Æternitas exprimitur foemina pulchra, dextrâ Solis, sinistra Lunæ capita præferens. Ferè idem, *Tabul.* 25. quò Æternitas effigiatur velato capite, dextrâ manu caput viriule, Solis radijs distinctum, sinistra verò muliebri cum Luna gerens; ad pedesque ara cum foco. Denique *Tabul.* 41. in signum Æternitatis Phæbi pingitur imago radiati, dextram attollentis, & sphæram sinistra librantis. Pier. Valer. 44. cap. 17. exhibet simulacrum, quod lævâ pallam sustinet, dextrâ aviculam cum Luna.

18 Alij Æternitatem vocarunt Amorem, Deorum primum & primarium; à quo universa: quapropter in medio serpentis, cuius forma adinstar annuli, vel circuli, collocarunt. Hor. Apoll. 1. *Symbol.* 1. Pier. Valer. 14. cap. 4. Macrobr. 1. *Saturnal.* cap. 9. Unde Oth. Væn. d. *Emblem.* 1. succinit: *Annulus hic anguisque tibi curvatus in orbem,*

Temporis aterni signa vetusta notant. Eodem stylo usus est Lucret. 3. de *Rer. natur.* v. 976. & 1077. Demogorgon ergo (quem Plato, d. vocat *Demiurgum*) pingebatur, iuxta Chartar. d. pag. 18. pallidus, sub-

Sacra æternitati.

Claudian.

Imagines æternitatis.

Amor æternus.

Oth. Væn.

Demiurgus, Demogorgo.

DIES XXI. IANUAR.

subobscurus, vallatus nebulis, atque in centro terræ quasi in throno situs, quem Æternitas affectabatur. Idem Boccac. 1. *Genealog. Deor.* cap. 2. Hoc Numen dictum *Demiurgus*, quasi naturæ opifex, uniuersorum conditor. Rhodigin. 1. *cap.* 5. quem fas non erat nominare, ut ex eodem Boccacio observat Alapid. in *Exodum*, 6. 1. *quaest.* 1. quod si quis temerè auderet, terra concutiebatur, tremebantque orbis columnæ, quasi solo nomine Numen offensam. Lucan. *Pharsal.* 6. à v. 744.

Eius nomen ineffabile.

Lucan.

— Quo nunquam terra vocato,
Non concussa tremit : qui Gorgona cernit
apertam,
Verberibusq; suis trepidâ castigat Erinny.
Ubi Screvel. Scholiastes subdit : *Demiurgon*, sive *Demiurgus*, Deus Summus, omnium rerum creator ; cuius nomen arcanum & ineffabile inter cætera Deorum nomina citare, nefas ; nisi summa urgente necessitate. Statius, 4. *lib.* 4. à v. 519. accinit ex *Tiresia* :
Scimus enim, & quicquid dici, noscique timetis,
Et triplicis mundi summum ; quem scire, nefas est.

Statius.

Illum sed taceo, prohibet tranquilla senectus.
Videsis hic Lactant. sive Cœlium Planiadem, qui asserit fatidicam Nympham coactam nomen enunciare ; & fecit in aure tauri, qui nominis virtute crepuit statim.

Imagines Æternitatis & Perpetuitatis.

19 Inter æternitatis imagines, seu potius symbola seu hieroglyphica, fuit figura circuli seu spheræ, super quam uti Dea foemina florens sedebat, dexterâ exporrectâ, lemmaque Æternitas. Aliàs ipsa Dea summis lævæ digitis palam tollit, dextrâ spherulam ostendit ; ut signaret cæca vetustas ; maximè è schola Peripathetica (quia mundus figuræ sphericæ) ab æterno fuisse mundum. Romani vocarunt *Durationem*, & *Perpetuitatem* ; eadem sphericâ figurâ, cui Caduceum Mercurij, & pharetram iungebant, simulque palliolum appensum virgæ, quam dextrâ imago ferebat. Pier. Valer. *lib.* 39. *cap.* 16. A Ioann. Hemelar. d. æternitatis exhibetur simulacrum in Æthiophe sedente super elephantem, dextrâ bina iacula vibrante. *Tabul.* 41. qui *Tabul.* 26. Æternitatem exponit in statua habitu Divæ, sedentis curru triumphali, quasi in pompam, elephantis phaleratis vectæ, auriganibus Æthiopibus. Alia 29.

Mart. n. 9.

I. G Radus 1. Solis in *Aquario*, eius XII. K.

que prima Decuria, cuius facies *Venus*, index anxietatis, lucri, inquietudinis & paupertatis : Rector *Brondeus*. *Abenragel*. Apud Ægyptios *Aquarius* dicitur *Canopus*, Numen seu Genius aquæ subterraneæ pro telluris fecunditate, cuius imago hydria seu amphora cum capite humano, & corpus plenum uberibus ; ut videbimus 28. *April.* Hic gradus putealis dicitur à *Darioto*, quia intelix facies *Veneris* in hoc Signo, cuius imago iuxta *Kircher*. Vir nudus sub forma currentis extensis manibus. Hinc *Iovian.* 5. de *Reb. cœlest.* cap. 2. ait : *Venus mœret in Aquario* : cuius influxus natis oriente Signo describit in *Uran.* lib. 3.

Canopus.

— Quicumque oriens orientis *Aquarij*
Felices radios & amicos viderit ignes ;
Ille bonas artes solers tractabit, opesque
Inde parans, dabit & multis alimenta ministris,

Et multos parto pascet, magnoque favore Pontan.
Iunget amicitias primorum ex urbe virorum.
Munera quin etiâ scriptis commissa tabellis,
Sive Deum in Templis, & sacra negotia curans,

Sentiet invidia vulnus, liventiaque arma.
Perdet opes, parta amittet, quæ viribus usus,

Ingenijque bonis, facili ratione repenset.
Spherarum varia sunt symbola. *Vir ambabus* Sphæra.
manibus singulas aves tenens. Sphæra.
Arab. Caput ense manu gestantis. Caput eius, qui est in capite nigro, & piscatur pisces.
Sphæra. Perf. Æthiops faber ararius. Sphæra.
Indic. Finis cauda Urse Minoris, pes Gallinae, caput Equi prioris tergus & cauda Capricorni. Sphæra. Ægypt. addit *Stephan.* Ægyptius : *Vir cum galero, cuius corpus mammis refertum.* Nihil aliud significat nisi *Canopi* i-
mag.

Canopi i-mago.
totus emergit : Africus spirat & pluit. *Ptolom.* *Canopus* dictus altrum lucidissimum ingens, primæ magnitudinis in flumine celesti, Europeis incognitum, propter vicinitatem ad polum Antarcticum ; de quo *Plin.* lib. 2. *cap.* 70. *Kirch.* *Tom.* 1. *Oedip.* *Copt.* *Syntagm.* 3. *cap.* 7. & *Nos Isagog. Mzij.* n. 20. In hoc primo *Aquarij* decano, iuxta *Albumar* oritur *Pantha*, caputque trahentis equum, cui nomen *Domus Delos*, sinistra manu super caput suum elevata. Tum iam ales capite nigro, pisces ex aquis rapiens. Iuxta *Indos* vir formæ Æthiopis, tapete circun-

convolutus, vasa ænæ ad extrahendum aurum, vinum & aquam. Etiam à Græcis dicitur, in hoc decando oriri canda *Minoris Urfa*, dextra Cephei, pes Gallinæ sinister. A Iunctio *K. A.* signatur postremum fusionis *Aquanij*, cum ortu *Leporis*. Idem Alstedius in *Uranom.* Firmicus vero d. cap. 29. natos in hoc gradu constituit potentes, sed in aetate quis perituros.

2^a Apud Hebræos hac die, ut observat Gorionid, quò pridie, profectus est Eliezer in Mesopotamiam pro coninge Isaac: sanguine Thare. Etiam post 97. ann. iuxta Salian. & Briet. hic etiam signatur dies, quò industria matris Iacob, furatus est benedictionem Isaac, & factus successor, cum esset minor, tam quoad fortunas, quam quoad sacerdotium, impleto Dei verbo, facto Rebeccæ prægnanti. Reuclin. ex *Gen.* 25. 23. & 27. 14. Dixi etiam *Quoad Sacerdotium*, quia vestes sacræ quæ ex pelibus vestitus Adam, ut videbimus, 25. *Mart.* n. 2. successivè traditæ Priuogogenitis, servato semper odore, à paradiso contracto, quarum virtus erat, ut illis conspectis mansuescerent bestia, vel truculentissima. Rabboth in *Parascha Thaldotb.* quidem pagatur præ cæteris: ait enim, hæc vestes venisse in manus Nemrod, quem occidit Esau, tradiditque matri Rebecca servandas, & illa superimposuit Iacob, ut à patre benedictionem surriperet. Tuncque vestibus restitutus est odor Paradisi, quem amiserant sub Esau, redolentes hircum. Alia videtur apud Braun. compilatorem huiusmodi ineptiarum, de *Vestitu Sacerd. Hebræor.* 1. p. cap. 4. à n. 6. Ab hoc articulo Ann. 268. qui fuit primus exitus Israël de servitute Ægyptiaca perfectum fuit Altare Thymiamatis. Rab. Abraham, in *Myrtha fasciad.* astruit hac die Theatrum & Amphitheatrum cum ludis athleticis & musicis in honorem Augusti in ipsis Hierosolymis; quæ ægrè tulerunt Iudæi, potissimè trophæa, quæ hominum dicebant imagines, quorum furor Herodes compescit ioco. Cuncta describit Iosephus, 15. *Antiq.* cap. 11. *Athletica certamina in honorem Caesaris instituit, theatro Hierosolymis extructo, deinde in campo amphitheatrum, utrumque sumptuoso opere conspicuum, sed alienum à Iudaicis moribus, apud quos nulla spectaculorum ostentatio. Theatrum ipsum per circuitum titulis erat ornatum Caesaris & trophæis devictarum ab illo gentium, auro atque argento collucentibus, conquistis etiam feris plurimis, leonibus cæterisque robore spectandis, vel aliquo natura miraculo. Nihil tam modestum fuit, quam trophæa. Etiam si reliquæ*

omnia ferre oporteat, non laturos se; dicebant, intra urbem hominum imagines. Sic trophæa vocabant. Herodes verò videns eos turbatos; & sine satisfactione non facillè cessuros; accitis ad se præcipuis ex illo numero, & in theatrum adductis, rogabat eos, ostensis trophæis, quidnam hoc esse putarent? cumque reclamassent, hominum esse imagines; iubet detrahi ornatum appositivum, & ostendit nudos stipites; quo facto, in risum vertit indignationem conceptam ex suspitione imaginum. Totus Herodis conatus reddere Iudæos Ethnicos moribus Romanorum in Augusti Cæsaris gratiam, ornata urbe theatro, amphitheatro, circosystemisque in exercitium atletarum, ut sensim traherentur Iudæi multimine spectaculorum: quandoquidem ibi spectacula erant luctatorum, gladiatorum, & bulluarum, modò inter se, modò cum damnatis hominibus decertantium; ut describit Adrich. in *Ierusal.* n. 28. 112. & 146. ex Ioseph. 6. de *Bell.* cap. 6--15. *Antiq.* à cap. 9. Ann. 31. Christi, dies quintusdecimus eius sacri ieiunij.

3 Romæ die secundo post Urbis obsidionem à Porfenna, rege Hæruferorum, Tarquinos in Urbem reducere tentante; C. Mutius Scævola, pro rege, regis scribam gladio perfodit, & coram Porfenna, quia aberravit igne aræ manum combussit. Tit. Liv. lib. 2. sect. 38. Plutarch. in *Poplicol.* Valer. Max. lib. 3. cap. 3. Senec. *Epist.* 24. 66. 98. de *Provid.* cap. 3. & 7. de *Benef.* cap. 14. ubi: *Mutij manus in hostili aræ relicta instar occisi Porfenna fuit: & semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propositi operis, enituit.* Appositè Martial. 1. *Epigram.* 28.

Si non errasset, fecerat illa minus. Hinc illi statua erecta, cuius imago imponentis nudam manum super aram ardentem, & pugionem. Petra-Sanct. lib. 6. de *Symbol. heroic.* cap. 13. Vide Plutarch. de *Fortun. Romanor.* Briet. *V. C.* a. 247. Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 3. cap. 4. & Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 445. *Patres C. Mutio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mutia prata appellata.* Tit. Liv. d. sect. 41. Anno *V. C.* 477. Sextilia Virgo Vestalis damnata incesti, viva defossa est. Prad. in *Parerg.* ex Liy. 14. *Sextilia Vestalis.* in *Epitom.* Haud qui eam defenderet, habuit: quapropter testimonijs convicta, in feretro viva imposita, ac per forum deportata usque ad portam Colinam, comitante populo, & Pontificibus veste sacerdotali, spoliataque prius monilibus sacris & vittis, appo-

Animus Herodis abbaug

Dies XV. ieiunij Christi.

Scævola facinus.

Martial.

Status & munita.

Sextilia Vestalis.

Iacob surripit benedictionem ab Isaac.

Altare incesu perficitur.

Certamina athletica ab Herode in Augusti honorem.

appositisque ante eam lucerna ardente, pane, lacte & oleo, stratoque lectulo, vinculis iam soluta, sed capite velato, in foveam demissa, suffocata fuit: caverna enim tellure repleta est usque ad operculum, illa suffossa manente in exemplum cæterarum. Resp. Rom. pag. 151. & Pomp. Lat. 2. cap. 6. Eius incesti causâ gravidæ mulieres immaturos edebant fœtus, etiam peste defæviente in animalia: luesque cessavit, dum Sextilia pœnas luit. Briet. Ann. 481. A Tiraquello in Alex. Neapol. 5. cap. 13. vocatur Oppia: sed fallitur: Videbis, 6. Februar. n. 9.

Triumphus
Æmilij Pauli.

4 Triumphus M. Æmilij Pauli de Pœnis, ex Corsurensibus (Goltz in Fast. pag. 90.) infelici cuius reditu horribile naufragium militum totiusque classis in freto inter Reginum & Messanam, ducentis octoginta quatuor navibus amissis: ita ut ab urbe Camarina Pachynum usque, littus hominum iumentorumque cadaveribus, & quassatarum navium fragmentis sternere- tur. Briet. V.C. Ann. 499. de quo pridie n. 14. Statua C. Menio super columnam erecta, deviētis priscis Latinis. Plin. lib. 34.

Et C. Menij
cum statua
equestri.

cap. 5. ubi Dalecamp. *Decretus triumphus: additum honori, ut in foro status erigeretur; quam impositam fuisse columnæ, Plinius hic monstrat.* Liv. lib. 8. scē. 39. inſit: *Additus triumpho honos, ut statua equestres (rara illa ætate res) in foro ponerentur.* Statuæ equestres tunc tantum concessæ eis; vel qui uno equo hostes vicerat, vel qui equos vicisset, qui ab uno sessore agitabantur. Dalecamp. d. Restitutioni Ciceronis in urbem expeditur à Senatu decretum, adnitentibus T. Annio Milone, Pompeio, & Cornel. Lentulo. Sicque Tullius non tam ab exilio patriam reductus, quam totius Italiæ humeris relatus. Prius in somnijs ipse viderat. *Inimicorum conspiratione urbe pulsus M. Cicero, cum in villa quadam* (inquit Valer. Max. 1. cap. 7. n. 5.) *diversaretur, animo in somnū profuso; per loca deserta & invias regiones vaganti, sibi C. Marium consulatus ornatum insignibus, putavit obvium factum; & interrogantem eum, quid ita tam tristi vultu, incerto itinere ferretur? Audito deinde casu, quo consuebat, comprehendisse dextram suam, ac se proximo licitori in monumentum ipsius deducendum; quod diceret, ibi esse ei latiore[m] status spem repositam. Nec aliter evenit: nam in ade Iovis Mariana Senatus-consultum de reditu eius est factum.* Ipse Cicer. pro Planc. & 1. de Divinat. & Rosin. 2. cap. 5. hosque sequitur Mar-

Victoria
Cæsaris de
Belgii.

lian. cap. 87. & in Epitom. 5. cap. 15. Eodem die victoria insignis Cæsaris de Belgis, ac fi-

Tom. I. Ephem.

nitimis populis: Goltz. in eo. *Ex eis* (inquit Turfell. ann. V.C. 697.) *tantum auri collegit; ut haberet; unde emeret Romam; cuius libertatem minus arma, quam pecunia evertit. Auram dispersit, ut ararium expilaret.*

5 Inter Atticos sacra Sabazia, seu potius execranda, utpotè silentio digna. *Qua enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere; uti aiebat Paulus, Ephes. 5. 12. Fiebant in Iovis honorem, qui acceptus à Proserpina filia specie draconis: qua de causa horum qui initiabantur serpens mittebatur in sinum. Meurs. Græc. fer. lib. 7. Describit Clemens Alexandr. Non ridicula mysteria? Uterum quidè (ait in Protrept.) gerit Ceres, nutritur autem Proserpina. Rursus autem hic Iupiter qui genuit; coit cum Proserpina suâ filia post matrē Cererem, oblitus prioris sceleris. Pater & corruptor puella Iupiter & coit factus draco, convictus quisnam esset. Sabaziorum certè mysteriorum signum est ijs qui initiantur, Deus qui sinum pervadit. Est autem is draco: is dum extrahitur per sinum eorum qui initiantur, est evidens argumentum Iovis incontinentiæ. Idem dicit & illustrat Gentianus hic, addens, ritum significare, hocce modo natum esse Sabazium, Dionysium, seu Zagraum. Arnob. lib. 5. contr. Gent. & Diodor. Sicul. lib. 3. à n. 137. Vives cunctos sequitur in lib. 7. Civit. cap. 20. excepto, quod Proserpina, puellam dicit Pephatem, de qua asserit, quod Clemens qui inſit: *Parit autem Proserpina filium taurinâ specie. Certè ait quidam Poeta, cultui idolorum deditus: Taurus pater draconis & draco pater tauri. Huius fabula diem festum mulieres variè concelebrant.* Bimatrem hunc Deum vocarunt, non quod duas habuerit; sed quod cum mater arisset, ex igne surreptus, Iovis femori fuerit assutus. Natal. Com. 5. Mytholog. cap. 13. & Ovid. 3. Metamorph. fab. 3. cum Manil. 2. Astron. cap. 1. v. 17.*

Sabazia.

Bacchus Sa-
bazius &
Zagraus.

Atque iterū patrio nascentē corpore Bacchū. Pridem Orpheus Hymno, 49. qui 44. & 47. dicit: *O Bacche, tauri frontem habens! Fili Sabazi, inclyte demon, insute femori.* Quapropter dictus Dionysius, quia cornibus pupugit femur Iovis, dum nasceretur. Natal. Com. d. At Nonnus 9. Dionys. à v. 21. refert, dictum Dionysium, quia Iupiter claudus incedebat, cum illum portaret femori assutum. *Hinc Bacchum patris illum de nomine dixit, Mox Dionysium, quod gestans hæc pondera*

Manil.

Dionysius.

Nonnus

tanta
Poplite claudus ijt Saturnius ipse gravato.
Namque Syracusij soliti sunt dicere Nysum,
P Clau-

Claudum. Hic affutus, naper natusque vocatus.

6 Ridenda profectò Ethaicorum cœcitas, quam aggravabant figmenta Poetarum, plaudentium quæ somniant, & ornantium quæ ridebant. Sub titulo *Primogeniti* (& iurè, igitur simili modo nunquam natus est homo) plaudit Dionysium Magus insignis Orpheus, *Hymn. 29.* in quod comminiscitur singularem metamorphosim, *Hymn. 5.* Pende griphum.

Primogenitum voco biforem, magnum in athere errantem,

*Ex ovo genitum, aureis gaudentem alis,
Tauri clamorem habentem, genus beatorum
mortaliumque hominum.*

*Quique memorandum Orgiû invenit Pœan;
Inenarrabilem, occultum, sonantem, ubique
lucentem ramum*

*Ocalorum qui tenebrosam excussisti nubem,
quoquò versum*

*Volutus alarum incitamentis, per mundum
Emicantem ducens lucem puram, à qua te
Phaneta voco.*

Hinc patet, quam delirus. Eius metamorphoses describit Nonnus, d. *lib. 36.* à v. 302. quem videris, si vacat. Ampliora in eius natali, 4. *August.* Frequenter ne caderet honor fœminarum (ferentium in utero facilitatis insigne) Dijs olim illarum attributi fretus: non solùmque Dijs; sed sub forma draconis, modò evaderent viri magni. De Alexandro Magno, inquit Iustin. *lib. 11.* *Mater eius Olympias confessa viro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse: igitur Alexander cupiens originem divinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi vellet. Ingredientem templum Ammonis, statim antistes, ut Ammonis filium salutavit: ille latus Dei adoptione, hoc se patre censeri iubet.* Eadem apud Plutarch. in *Alexandr. Q. Curt. lib. 4. cap. 7.* Freinheim. & Blancard. hic: embolium satanæ videbimus ad eius generationem. *April. die 6.* Inolevit huiusmodi fatuitas etiam inter Romanos: unde P. Scipionem, filium draconis dixerunt. Aul. Gell. *fusè lib. 7. cap. 1.* de quo Nos 26. *Mart.* à n. 16. Idem de Augusto, ut videbimus 30. *Novembr.* Lusit Sidon. *Apolinar. Carm. 2. à v. 121.*

Magnus Alexander, necnon Augustus, babentur

Concepti serpente Deo; Phœbûque lovemque Divisere sibi: namque horum quasi unus Cynisâ sub Syrte patrè: maculis genitricis Alter Phœbigenam sese gaudebat haberi.

Sidon. Ap.

Idem Ælian. 1. *Histor. var. cap. 25.* Verum, quod Servius ad illud Virgil. 6. *Æneid. v. 321.* *Deum certissima proles; infit: Multi ad gloriam nominis signant, seu potius simulant se Numinum filios, ut Romulus ex Marte, Alexander ex Iove.* De Alexandro dicit etiam Gellius loc. cit. & *lib. 13. cap. 4.*

Quæ quidem mania ita inter primates fœminas serpsit; ut propter istiuscemodi gloriolam, amplecterentur infamiam; uti asserit Sext. Aurel. Victor in *Epitom. de Galerio: Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis, compressam dracone semet concepisse.* Ita ex dracone Bacchus, unde Sabazia; ut accinit Nonnus, 6. *Dionys. à vers. 158.* *Ipsa sacra & ritus imitationis ipse, quibus Sabazi nomen est* (inquit Arnob. d.) *testimonia esse poterunt veritati; in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus.* Iul. Firmic. *Matern. de Error. profan. Religion. Macrobr. 1. Saturnal. cap. 18.*

Ludov. Carrio de *Emendation. lib. 2. cap. ult.* Aristophan. in *Vespis.* & Dempster. in *Rosin. lib. 2. cap. 11.* Quid in huiusmodi sacris; claret ex inhibitione, & à populo impudico. *Novos Deos & in his colendis noturnas pervigilaciones Aristophanes Poeta veteris comœdia vexat. Apud eum Sabazius & quidam alij Dijs, peregrini iudicati, è civitate eijciantur.* Ita Cicero, 2. de *Legib.* Hac in die, ut vidimus pridè, *num. 10.* singularia privilegia, ab ipsisque summè optata, Alexander Magnus, Ierolimam ingressus, regièque habitus, Iudæis pridem infensus, liberalissimè concessit, ac multos ex illis in militiam admisit. Iosephus, 11. *Antiquit. cap. 8.* Petr. Comest. in *Esth. cap. 4.* & Adrichom. in *Chronic.*

7 Chalcedonij cuiuscunque mensis vigesimam primam diem funestam & portentosam habuere, quod illà Darij Præfectus Pharnabazus ipsorum pueros castravit, & in Persidem misit. Alex. Neapol. *lib. 4. cap. 20.* ex Plutarch. in *Alcibiade.* & Nonnius in *Asia Minor. Goltz. Tabul. 5.* Vid. 21. *Septembr. n. 5.* Epicuri natalis, quem Athenæus *lib. 7.* signat *die 25.* Plin. *lib. 35. cap. 2.* die 20. & Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 19.* At hodie præfigitur à Briet. *V. C. Ann. 413.* Sæctatores feriatos dies quolibet mense habebant, queis natale celebrabant, dicebantque *Isadas*, in honorem magistrî: quem quidem tam sanctè habuerunt; ut illius imaginem non solùm annulis, sed etiam poculis ferrent insculptam. *Vultus Epicuri per cubicula gestant, & circumferunt secum* (ait Plin. d.) *natali eius vigesimâ Lunâ sacrificant,*

Alexander Magnus Iudæos honorat.

Pueri Chalcedonij castrati.

Epicuri natalis.

Isades eius.

Primogenitus, Orgius, Phaneta.

Orpheus.

Viri magni dicebantur concepti à Dijs sub draconis specie.

Sidon. Ap.

DIES XXII. IANUAR:

*ferasque omni mense custodiunt, quas
Icadas vocant, hi maxime, qui et ventis se
nec quidem nosse volunt.* Felicitatis omen
arbitrabantur illius imaginis gestationem.
Dalecamp. hic. Unde Seneca, *Epist.* 64.
*Quidnt ego (ait) magnorum virorum & ima-
gines habeam, incitamenta animi, & natales
celebrem?* Diximus aliqua, *Prolog.* §. 8. n.
19. Laert. 10. de *Vit. Philosoph.* succinit:
*Hoc moriens charis Epicurus dicit amleis:
Dogmatis à memores usque valete mei.*
De dogmatibus variè iudicium AA. & Eth-
nicorum & Catholicorum, Vide Exposito-
res in *Act. Apostol.* 17. 18. Ex Seneca usque-
quaque, Laert. in eius *Vit.* & maxime ex
Epicuri scriptis, claret voluptatis potissi-
mus fautor; sed eius, quæ percipitur ani-
mo conscientia purà, & vità quoad alios si-
ne querela: verum impuri discipuli ad tur-
pes sensibiles voluptates stolidè transtule-
runt.

Laert.

Diana Bu-
basta.

Anubis ima-
go.

Boves Egi-
ptij.

Tituli Is-
dis, seu Dia-
ne.

8 Apud Ægyptios Sacra *Diane Buba-
sta.* Constat, falli Iuvenalem, dum dicit
Satyr. 15. v. 8. *Oppida Canem venerantur,
nemo Dianam.* Utrumque Numen colebant
Ægyptij: unde Bubasti ubi templum insi-
gne Dianæ, ut ait Herodotus *lib. 2. n. 17.*
etiam simulacrum Anubis, specie canis si-
strum tenentis. *Mirum non est* (inquit Kir-
cher. in *templ. Isiac.* cap. 4.) *canem ibi loco
Naminis habitam, cum Diana venatrix sit.*
Ibi præfectura Ægypti, quam civitatem
olim Gessen dictam, autumat Abenephius
cum alijs; ad cuius templum quotannis pe-
regrinabantur Aves, relinquentes ibi unum
ex ovis testà insigne. Kircher. d. Ibi etiam
Osiris & Isis colebantur sub forma boum
(unde nomen, *Sebastus*) quorum unus *Apis*
Memphitis, alter Mnevis ab Heliopolitis
dictus, qui simul Ægyptijs apparuere iuxta
Nilum. Isidis comes signatur ab Ovid. 9.
Metam. fab. 12. dicente: *Cum qua latrator
Anubis, Sanctaque Bubastis.* At pro ipsa
Diana accipitur sub titulo Isidis ab Hero-
doto, d. de qua in columna templi scri-
ptum, refert Diodor. Sicul. 1. n. 9. *Ego Isis
sum Ægypti regina, à Mercario eruditas,
qua legibus statui, nullas solvet; uxor Osiri-
dis, Hori mater, frugum inventrix, in Astro
Canis refulgens, Bubasta condita mihi. Gau-
de Ægypte, me nutriti.* Raphaël Regius in
loc. citat. Ovid. Dempster. in *Rosin.* lib. 2.
cap. 7. Kircher. Tom. 1. *Oedip.* Syntagm. 3.
cap. 4. & Gyrard. Syntagm. 12. n. 50.

Vid. 7. Decembr. & d. seq.
numer. 7.

***) (***

Tom. I. Ephem.

GRadus secundus Solis in *Aqua-* XI. K. F.
rio. Tenebrosus. Dario. hic
gradus in horoscopo facit pictores & arti-
fices, qui pacificè morientur. Firmic. Aquila
volans vespere occidit. Iunstin. *Kalend.*
Astrolog. *Fidula oritur vespertinè cum Can-
cro.* Columell. & Ptolom. *Occidit, & vespere
pluit.* Nicol. Leonic. ex ipsis. *Vir amba-
bus manibus caput suum tenens.* Sph. Arab.
Traduntur Moyse perfectæ cortinæ Taber-
naculi tam internæ, quam externæ. Aben-
Ezr. Describuntur, *Exod.* 26. à 1. & 36. à 8.
Postquam Herodes Romà redijt Hierosclj-
mam purgatà accusatione Antipatri filij co-
ram Augusto, in huius honorem inter por-
tam auream & speciosam, ut describit Adri-
chom. in *Ierusalem.* n. 102. dedicavit do-
num pretiosum, Aquilam scilicet auream
magni ponderis. Quidam invenes scholam
frequentantes Rabbiorum, Iudæ nempè
& Mathiæ (qui tunc ab illo Pontifex sum-
mus) interpretum patriæ legis, illorum in-
stantia, claro meridie detractam è base A-
quilam, securibus consciderunt, inspectan-
te congregatà in templū multitudine. Qua-
draginta ex his comprehensū sunt, cum fa-
cinoris auctoribus Iuda & Mathia à præto-
re aula regis, quos perduxit ad Herodem.
Vinctos hic Hierichuntem misit, questus de
Iudæorum ingratitude; cum ipse solus in-
staurasset templum, & nimis in eius studiis
ornatum, operà & opere munifico, qua-
le per totum tempus nullus Asamonzorum
illustrium Regum valuit ad honorem Dei
perficere; donatis votivis muneribus tam
speciosæ structuræ dignissimis. Tunc Ma-
thiæ ademit sacerdotium, quasi non alieno
ab hoc consilio. Alij Mathiam auctorem fa-
cinoris scribam dicunt, non summum sa-
cerdotem: maxime narrante Iosepho, 17.
Antiquit. cap. 8. *Herodes post multatum
Mathiam sacerdotio, alterum Mathiam sedi-
tionis auctorem, eiusque socios vivos exus-
sit.* Addit, lib. 1. de *Bell.* cap. 31. *Reliquos
qui unà comprehensū sunt, obruncandos car-
nificibus tradidit.* Quid post Herodis obi-
tum regnante filio Archelao contigerit in
die Pascharis, dicemus ex ipso, *lib. 2. cap. 1.* *Dies XVI.*
de Bell. 24. *Martij.* n. 16. Anno 31. Christi,
dies decimus sextus eius sacri ieiunij.

Cortinæ
Tabernaculi
perfectæ.

Statua au-
rea in tem-
plo.

Dies XVI.
ieiunij Chri-
sti.

2 Romæ Mors inopina Scipionis Mi-
noris, qui dictus *Emilianus.* Beyerl. Haud
decessit sine suspitione veneni, quod ei mi-
scuerat Sempronja uxor eius, & Graccho-
rum

Scipionis
Emilianus
obitus.

rum foror. Huius mortis causa Carbo fuit, qui tunc plebis tribunus. Cum obfistentem sibi haberet Scipionem coram interrogavit audiente populo, quid de Tiberij Gracchi nece sentiret? Sine tergiversatione Emilia- nus respondit: *Si Gracchus Reipub. ruinam molitus esset, iure casum videri*: Ob id populus intime punctus, cui susurranti & ob- strepenti etiam respondit: *Silcant utique, quibus Italia non mater, sed noverca est.* Paulo post ille sine ullo precedente morbo, inventus est in lectulo mortuus. Clarent tunc quoraz factiones Urbis, dum everforis Numantia & Carthaginis, non solum inulta mors; sed nec instituta questio. Queritur Plin. 10. cap. 43. dicens: *Scipionis vero Emilianus post Carthaginem Numantiamque deletas, ab eo nemo vindicaverat mortem.* Tuffel. V.C. Ann. 624. Petav. 1. p. Ratio- nar. lib. 4. cap. 11. & 14. Velleius Patercul. 2. & Plutarch. in *Scipion. Afric.* Res eius ac- gesta late memorat Liv. lib. 26. a sect. 135. & lib. 27. sect. 61. denique lib. 28. a sect. 44. Eodem die post 39. annos, prodigia visa belli Socialis, seu Marsici, de quo 26. April. A pluribus describuntur. *Ingens terrarum portentum* (ait Plin. lib. 2. cap. 83.) *in agro Mutinensi.* Nam montes duo inter se concur- runt, crepita maximo assultantes, receden- tesque; inter eos flamma, fumoque in celum exeunte interdum, spectante e via Emilia magna equitum Rom. familiarumque & via- torum multitudo. *Bo concursu villa omnes elisa, animalia permulta que intra fuerant, exanimata sunt, anno ante sociale bellum:* quod haud scio, an funestius ipsi terra Italia fuerit, quam Civilia. Etiam refert Ravil. Textor, 7. Officin. cap. 53. sed in portentum belli civilis inter Marium & Syllam. & Nos Tom. 4. T. 10. n. 16. Augustin. graphice lib. 3. Civit. cap. 23. *Antea quam se adversus Romam sociale Latium commoveret, cuncta animalia humanis usibus subdita, canes, equi, asini, boves, & quaque alia pecora sub homi- num dominio fuerunt, subito offerata & do- mesticæ lenitatis oblita, relictiis tectis, libera vagabantur; & omnia non solum aliorum, verum etiam dominorum aversabantur ac- cessum, non sine exitio vel periculo audentis, siquis e proxima urgeret. Quod quanti mali signum fuit? Quod si hoc signum fuit, quod tantum malum fuit; quantum malum fuit illud, cuius hoc signum fuit? Orosius quo- que lib. 5. cap. 7. Jul. Obsequens, de Pradi- gij. Bulenger. 1. System. lib. cap. 7. refe- runt. Simile quid invenitur apud Dionys. in Orhis perieges. inter Illyricos. *Circum ter- ram illam* (ait v. 182.) *utrinque dua. petra**

firmantur, que concurrunt, & quanda- do aliquod initium incalis cladis imminentis accidit.

3. Locus summe festivitatis M. Antonij Triumviri de Atheniensibus, cum transiret per Atticam in Egyptum. Haud ullum blan- dimen aptius & potius multarum. Nam cum Antonius vellet. (inquit M. Seneca, Suasor. 1.) *se Liberum Patrem dici, & hoc nomen status subscribi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur; occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus & liberis; Dio- nysium salutantes. Bene illis cesserat, si nasua Atticus ibi sustitisset. Dixerunt despondere ipsos in matrimonium Minervam suam; & rogaverunt, ut duceret. At Antonius ait, du- cturum; sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum e Greculis quidam ait: Domine, Jupiter matrem tuam Semelen in- dotatam habuit. Huic quidem impune fuit, sed Athenensium sponsalia mille talentis esti- mata sunt.* Xiphelin. etiam in Augusto. Gy- rald. Syntagm. de Musis, alijque plures, quos adducemus testes audacissimæ inverecundiæ in nuptijs cum Deabus (uti dicitur de An- tiocho cum Nanea) Tom. 8. T. 11. n. 11. Car- rissima prorsum assentatio, plausibilisque lepor cum sale & pipere. Hæcine festivitas videri quibat, quasi retorquentis in blan- dientes adulationis spicula; sed sibi cuncta arrogabat: etenim ausus est, se nomine Sa- lomonis insigniri. *Eius nummi facies altera M. Antonium, Rom. Imperij Triumvirum, ostentabat; cuius Hebraica hæc erat inscri- ptio: Rex Salomon. Altera verò facies tem- plum exprimebat.* Villalp. in Epist. Dedicat. Tom. 2. in Ezech. in princip. & Causin. lib. 4. Symbol. 44. Sanè obstupuit asinus ad Lyræ, Arbitror industria Herodis Magni, a quo regnum acceperat, semperque suo- rum scelerum habebat patronum: dum cum Cleopatra venit in Arabiam & Iudæam, hu- iusmodi blandimen meditatum, maxime in- festæ Cleopatraz, quæ Herodis divitijs inha- bat. At Herodes quantunvis flagitijs grava- tus lenocinijs & muneribus ad se traxit An- tonium. Cum venit ad Antonium (infit Io- seph. 15. Antiquit. cap. 4.) muneribus eum placavit: ita ut posthac ponderis apud eum minus haberet. Cleopatraz instigatio. Nihil satis erat mulieri sumptuosa, & voluptati- bus dedita, cuius cupiditates vix totius or- bis expleri possent opibus.

4. Areopagus Athenis institutus cum sacris Marti (ibi absolutus a pœna homici- dij sex sententijs Deorum, iudicantibus duodecim) ut ait Pausan. cap. 19. & 26. Au- gustin. 18. Civitas. cap. 10. ex Varron. &

M. Antonij locus in Atheniensibus.

Prodigia horribilia belli Socialis.

Montes mo- ti.

Arrogantia summa.

Cleopatra Herodi in- festa.

De petra fir- missima.

Isidor. Pelusiota, lib. 2. Epist. 91. Ita. K. Grec. Institutionem huius celeberrimi Senatus Aristotel. 2. Politicor. cap. 10. refert ad Cecropem : frequenter tribuitur Soloni. Plutarchi. in eo, & Cicér. 1. de Offic. Maxima huius Senatus auctoritas; etenim vel Rex causam ad eos inducens, inter ipsos posita coronâ sedebat, & ob integritatem iudicij, etiam Romani Proconsules graviores causas ad illos iudicandas remittebant. Unde illud celebre in dubio iure iudicium, quo fulminata sententia, cognita causa, iusserunt tam accusatorem, quam reum ante tribunal pro decisione post centesimum annum adesse. Aul. Gel. lib. 12. cap. 7. Cicér. ad Attic. lib. 1. Epist. 13. & Carol. Sigon. de Atheniens. Republ. Manus signatur ab Alexandri. Neapol. lib. 4. cap. 11. Quorum consilio lib. stâ moderatiōe, civitatis iura servabantur, bella indicabantur, lites explicabantur. Fallitur, quippe hæcine, alia concilia spectabant. In Areopago autem (ait Demosthen. Orat. 1. Contra Aristogit.) tantum causa homicidarum, qui Martiali aut hostili animo quempiam trucidassent; cum de cædibus fortuitis ad Palladium tribunal ageretur. Etiam Plutarch. in Solon. At industria Perichis, qui in albo illorum adscribi non potuit, auctoritas derogata. Populi auxilio Senatum istum factione sua vicit, effecitque, ut ei maior pars iudiciorum adimeretur. Idem, in Pericle. Tantum eligebantur in Areopagi iudicaturam, qui novem Archonton imperium gessissent, vel Archon fuisset, Rex, thesmotheta (legum inspector) vel polemarchus (idest dux belli supremus) data ratione integritatis magistratus, iuxta leges sancti. Idem loc. cit. Iudicabant noctu ac in tenebris, non interdium neque luce; ut causas cognoscerent, non litigantes: non dicentes, sed erga iudicanda, sententiam proferentes non verbis, sed calculis. Lucian. in Scelis, Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 1. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. Apuleius, 10. Metam. & Quintil. lib. 6. Institut. cap. 1. Pridem non ita; sed lex lata ex iudicio in Phrynes causam. Accusata ergo in Areopago, clara luce causam tuebatur orator Hyperides: at cum nihil se proficere intelligeret (equidem clarissimum videbatur, iudices in eam nigros calculos immissuros) inducens peplum laceravit, & ostendit pectus faciemque nudam; posteaque oravit, fecitque, ut acerrimus iuris ille Senatus fascino pulchritudinis ream quasi infontem absolveret. Athen. lib. 13. cap. 22. Quintil. d. lib. 2. cap. 15. & lib. 10. cap. 5. Tiraquellusque in Leg. Connub. p. 2. n. 61. & in Alex. Neapol.

lib. 3. cap. 5. Hinc ne spes esset in iudicium misericordia, sed in causæ iure; lege cautum, ut iudicia in tenebris agerentur; ne in clementiam contra ius aspectus damnandi iudicium moveret affectus.

5. Situs Arcopagi erat collis Martis, in quo ut diximus, primum iudicium de homicidio. Rhodigin. lib. 12. cap. 19. Ad antiquitatis exemplar Areopagus Athenis luteo & palca tegebatur. Alex. Neapol. lib. 6. cap. 11. Regio Arcopagi (inquit Pausan. cap. 27.) inde nomen accipit, quod Marseo in loco primus capituli causam dixerit (refert cap. 19.) extatque adhuc Minerva Arca ara (de qua diximus 5. die, n. 12.) quam Orestes iam absolutus dicitur dedicasse. Proximè Deorum est ades, quas Athenienses Severas vocant: Hesiodus Erinnyes: earum serpentibus esse crinem implicitum, finxit Eschylus. Nihil tamen vel barum vel ceterorum, que illic posita sunt, Inferorum Numinum simulacra, quicquam horribile præ se ferunt. Plutonis, Mercurij & Telluris ibi sunt signa; ad qua rem divinam faciunt, quicunque in Arcopagitico iudicio capituli iudicio fuerint liberati. Inter septum Arcopagi, Oedipi monumentum est, cuius ossa Thebis, eo deportata comperi. Propter huiusmodi honorem ridet Athenienses Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. iurè dicens: Interim cineribus vestris fœdè ac miserabiliter dispersis, Oedipodis ossa cæde patris, nuptijs matris contaminata, inter ipsum Arcopagum, divini atque humani certaminis venerabile domicilium, & excelsis præsidij Minerva arcem honore ardecorata, quasi sacrosancta colitis. Propter duodecim Deos, qui primo iudicio assistunt, duodecim tantum in Arcopago iudices destinati. Natal. Com. lib. 2. Mytholog. cap. 7. Vide alia apud Ubbon. Emmium in Atheniens. Republ. & Turfellin. cum Briet. Ann. 2546. Aperiebatur Senatus Arcopagi quolibet mente secunda, tertia ac quarta die post ingressum Solis in Signum: claudebaturque pridie Kal. Meurs. in Attic. Aliter Iul. Pollux lib. 8. cap. 38. qui huiusmodi dies signat mensis deficientis, uti videbitur die 27. n. 17.

6. Hac etiam die mors infesta Alcibiadis, qui fortunæ expertus est & ubera & terga, factus per alta & deiecta eiusdem ludentis pila. Invidia Eacedæmonum (quippe arbitrabantur, res suas in tuto non positas, etiam Athenis ad illorum nutum cum triginta tyrannis, superstite Alcibiade, qui amicitia Pharnabazi Phrygiæ præfecto, transire meditabatur ad Perias) instructa nex Pharnabazi perfidia, apud quem summum ho-

Areopagi iudices, munus & honoris.

Merita in iudicaturâ.

Modus iudicandi.

Phryne naxia pulchritudine liberatur.

Quid Areopagus, & unde dictus?

Ornatus & statua.

Dij Inferi.

Oedipi monumentum.

honore habitus Alcibiades. Qui ad necem missi fuerant, non ausi ingredi domum, eam circumstantes incenderunt. Alcibiades presentiens, vestium & stragulorum magnam partem collectam, in flammam iniecit, ac obvoluto chlamyde brachio sinistro, dextrâ strictum enseni tenens, antequam coniecta ignis absumeret, exiit per flammam illatus. Barbari, ut viderunt, dissipati sunt; sed eminens coniectis iaculis, sagittisque immis- sis interemerunt. Cornel. Nepos d. *Vit. Imper. Græc.* & Emil. Prob. in *Alcib.* Addit

Alcibiadis rex. Plutarch. in eo: *Degebat tum forte in quodam Phrygia pago, habebatque secum Tymandram meretricem, matrem Lais Corinthia. In somnis autem visus sibi erat, vestem Tymandriae induisse, eamque caput ipsius unguis tenuisse, atque ut solent mulieres, furo & cerusa à faciem pinxisse. Alij imaginatum aiunt, caput sibi à Magao (Pharnabazi fratre) amputatum esse, & truncum cremari. Hoc pacto trucidatum Tymandria sustulit, & ijs, quas suas in promptu habebat, tunicis velatum, splendide magno cum studio sepelivit. Plures fortitudinis honores demeruit. Vulneratum ad Poridam, quem Socrates tunc protexit scuto; is primus omnium restatus est, dignum esse qui coronaretur, armaturaque integrâ donaretur. Plutarch. d. *Samij statuam ei aneam in Iunonis templo crexerunt.* Pausan. cap. 181.*

Statua. Opus insignis artificis describit Plinius, lib. 34. cap. 8. *Alcibiadem, lampadeque accensâ matrem eius Demaraten sacrificantem.* Ibidemque cap. 6. inquit: *Cum bello Samniti Apollo Pythius, fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari; invenio & Pythagora & Alcibiadi statuas in cornibus Comitij positas.* Astipulantur Plutarch. in *Numa*, & Rhodigin. lib. 28. cap. 12. *Insigne ferebat in clypeo Cupidinem cum sagittis.* Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22. Plutarch. in eo, signat Cupidinem fulminantem. Athenæus, lib. 12. cap. 16. tantum fulmen.

Clypei insigne.

7. Inter Ægyptios, dedicatio navigij. Sesostris, & statua aurea Sebachi. *K. Ægypt.* In historia fabulosa, seu mythica refert præfata Diodor. Sicul. lib. 1. n. 28. *Navigium præterea cedrinum CGLXXX. cubitorum longum compaginavit, extrinsecus auro, intrinsecus argento obductum. Hoc Deo, quem Thebæi religiosissime colebant, dedicavit: duos in super obeliscos, &c. Deus Thebæorum erat Apis, sub bovis specie; ut ait Kircher. 1. p. *Œdip. Synagm.* cap. 5. De Sebaccho, u Sabacio, seu Sabazio (de quo idem ibid. cap. 10. *Dynast.* 25. limit Diodor. n. 41. *Natio-**

Navigium Sesostris.

*ne Ætyops, Deorumque culta & benignitate antecessoribus cunctis superior. Pietatem eius summam ex visione somnij, & abdicatione magistratus astimaveris. Nam Deus Thebarum Præses in somnis ipsum alloquitur visus: Feliciter & beatè regnum Ægypti tenere non posse; ni dissectis, quotquot essent, sacerdotibus, per medium ipsorum cum satellitio transiret. Quo sæpius iterato, sacerdotes undequaque accersens, & Deum, si diutius subsistat, offendit, ait, qui per somnium aliàs neustiquam talia iussisset. Purum igitur sceleris & piaculi abire, & fato vitam reddere, quàm Deo molestum esse, aut vitâ per eadem nefariam pollutâ, Ægypto dominari malle. Itaque regno tandem indigenis reddito, in Æthiopiam se recepit. Hic, suffocato in Nilo Anyfi, Ægypti Rege, luminum orbe, quinquaginta annis regnavit, & fugit in patriam; erecto templo Dianæ Bubastæ, de quo d. præced. n. 8. *Templum in media urbe situm pro speculo est: illud materia figuris sculpta ambit: interius delubrum ingenti procerissimarum arborum mansu consitarum luco ambiente, in quo delubro statua est. Ab eius ingressu via usque in templum Mercurij, utrinque arboribus in cœlum euntibus: vestibulum sublime figuris senum cubitorum ad ornatum.* Ita Herodot. lib. 2. n. 45.*

Sebachi statua, & regni abdicatio.

8. Sesostris ergo postquam ubique locorum & gentium sua signa reliquisset (quin eximeret terram sanctam, dum ingressus Ierusalem spoliavit sacrum templum, ac in extremis Palestinæ posuit signa sua signa) etenim vel in Ionîa *due huius viri figure visuntur in petris incisa*, ut ait Herodotus, lib. 2. n. 30. subiugatâ Æthiopiâ reversus est in Ægyptum: quò frustratis insidijs à fratre meditatis, quietè mansit, usque in bellum Colchorum, ubi etiam in statua scripserat: *Hanc ego regionem meis obtinui humeris; verum elusus à vanitate, quippe victus à Saulace, Phasidis Rege; ut videbimus, 6. Mart. n. 2. Solus hic Ægyptius Rex (subdit Herodotus) imperio potitus est Æthiopia. Monumentum quoque sui reliquit ante eadem Vulcani, lapideas statuas duas, unam suam, alteram uxoris; quatuor autem totidem filiorum. Huic statua longo post tempore, quàm Darij Persæ statua anteponeretur, non tulit id sacerdos Vulcani, negans Darium tales res gessisse, quales gessisset Sesostris Ægyptius. Per indicem præmissi in Prolog. Galeat. §. 8. n. 6. Alia Sesostris statua adinstar Memnonis designatur à Pausania. *Colossium, qui Thebis (ait cap. 40.) est trans Nilum, maiore utique cum admiratio-**

Templum Dianæ Bubastæ.

Statua Sesostris.

Colossium.

ne spectavi. Statua ibi est sedentis hominis: eam multi Memnonis nominant; at ipsi Thebani Memnonem esse negant. Auidiol etiam qui Sesoftris illam statuam esse dixerint. Eam Cambysus diffidit: & nunc etiam superior pars à vertice humi iacet, reliquum autem sedere videtur; ac quotidie sub ipsum Solis ortum, sonum edit qualem cit bara.

Iosephus cum comitibus pervenit Hebron; ibique sine luctu patrem deposuit (quippe bis fecerat) postridieque cum eisdem alia via, qua venerat, reversus est in Ægyptum. Vid. 19. *Octobr.* n. 3. Hodie signatur à Ioseph. Gorionid. in *Histor. Judaic.* ortus Iosue; 60. ann. ante exitum, & 156. ab ingressu Israël in Ægyptum. Tornieil. *ann.* 2484. Salian. & Briet. 2491. Quis fuerit, constabit successione Ephemeridum. Anno secundo exitus Israël de Ægypto perfecta est vestis gloriæ Summi Sacerdotis. Scaliger. in *K.* Postridie, n. 2.

Tumultus in Hebron.

Iosae virtus.

Perfecta vestis sacra Aaronis.

DIES XXIII. IANUAR.

X. K.

I Rad. 3. Solis in *Aquario*, in quo *Lyra* occidit. Ovidius, v. 651.

Ovid.

Hæc ubi transferint Capricorno sede relicto, Fulgebit toto iam Lyra nulla polo.

Idem Columel. & Ptolom. qui addunt, *vesperè pluvia cum Aquilone.* Sequitur Ætius. Occidit manè ala dextra *Corvi*. Alsted. *Uranon.* Firmicus signat influxus huius gradus, dicens: *Radiatione natos facit potentes, sed in iacturam, quia in suos crudeles. Ab omnibus despicientur, & detrahent ita ut illos vel amici fugiant. Vir una manu caput suum tenens.* Sph. Arab. Fallitur Adrichomius hodie assignans in *Chronic.* ann. 1656. tertiam emissionem columbæ ex Arca Noë; illi secundam. Vide d. 25. n. 1.

Isaac cognovit nom. errasse in errore.

2 Post surrectam à Iacobo benedictionem primogeniti ab Isaac (qui expavit, ubi pro illa accessit Esau: etenim tunc in ecstasum raptus cognovit Dei esse voluntatem, quod per Iacob Mefsias venturus veniret, hæredem promissionum, sibi factarum & Abraham: quare id quod nescienter fecit, sermo confirmavit, subiungens: *Benedixi ei, & erit benedictus.* Augustin. hic *quæst.* 80. & 16. *Civ.* cap. 37.) Esau subditus per patrem filio minori, etsi lætus, eò quod simul prædixerit, aliquando iugum excussurum (quod factum sub Ioram filij Iosaphat, Regis Iuda, 4. *Reg.* 8. 20.) odio implacabili exarsit in Iacob, corde concipiens, illum occidere post mortem patris, quod scientes uterque parens, miserunt Iacobum ad atavum Heber, cui ministravit per 12. annos, donec ira fratris quiesceret. Hebræi apud Genebr. *ann.* 2239. etiamque narratur in Seder-Ol. *cap.* 2. fingunt: post notitiam malignitatis Esau in fratrem, statim decreverunt parentes mittere in Mesopotamiam ad Laban. *Genes.* 27. à 42. Ioseph. 1. *Antiq.* cap. 18. & Augustin. 16. *Civ.* cap. 38. Quinimò Heber (non atavus, sed ababus) ann. 59. retrò fato functus, ut observat Tornieil. in *Tabul. Chronolog.*

Iacob lætatur fratrem in domo Heber.

3 Ex Bethagla, ubi denuò Ægyptij ploraverunt Iacob, cum eius cadavere biduò

4 Ieiunium, eò quod hac die congregati sunt omnes Israëlita adversus tribum Benjamin, propter violatam Levitæ uxorem. Leonard. Mar. & Scaliger. in *K.* Genebrard. addit, etiam propter simulacrum Michæ: quo die *anno intercalari solstitium hybernium*, dicunt apud illum in *K.* Rabbin. De malis in mala ruebant filij Israël, unde post erectionem simulacrorum Michæ, in flagitia enormia se dederunt, quorum in presenti bello pœnas luerunt, cuius causa iusta, sed in illa puniti, quia cognoscerent undecim tribus Israël, unde ipsis malum, sequentibus bellum iustum. *Iudic.* 20. à 18. Ita Rab. Isaac in *HaKidat*, & Philo Biblius in *Antiq.* ubi insignis apologus, quem leges, quippe non abs re. Quare ergo optima causæ infelix exitus; videtur Bernard. Serm. 27. in *Cantic.* Gregor. Magn. 21. *Moral.* cap. 3. Origen. Homil. 14. in *Numer.* ex Ethnicis Plutarch. in *Pompeio & M. Brut.* Aul. Gell. lib. 2. cap. 18. & Maxim. Tyr. *Orat.* 35. & 37. Quomodo autem dicatur, Deum decipere consulentes, fusè tractavi *Tom. 6. T. 2.* ad illud Ieremias: *Seducisti me Domine & seductus sum.*

Ieiunium propter Idololum Michæ & serè ex-terminium tribus Benjamin.

5 Inter procaciores præcellerunt Beniaminitæ, qui quidem uxore Levitæ Ephratæ abusi sunt, quousque defuncta caderet. Cùm ergo reduxisset illam è domo paterna, quò fugerat, ut indicavimus d. 6. n. 4. d. 11. n. 2. dieque 12. n. 1. nec hospitari vellet in Ierusalem, quæ necdùm expugnata; transfijt in Gabaa Benjamin. Philo vocat Nobam (sive Nobe, civitatem Leviticam, de qua Adrichom. in *Beniamin*, n. 93.) quia noluerunt in Gabaa illam recipere cives, contra textum sacrum, Iosephum & Rabbinos. In Gabaone ergo cùm esset, receptus est in hospitium à quodam Levita, nomine Bethac. Post cœnam scelerati cives, pallatis foribus, non uxorem, sed Levitam ad horridum flagitium deposcere, nec à malitia cessare, etsi Bethac filiam suam & uxorem alteram in libidinem obtulerit; negans, hospi-

Deturpatur & extinguatur socrus Levitæ Ephratæ.

hospiti tantum dedecus se passurum inferri. Hospes verò videns propter se periculum virgini imminere; elegit Gabaonis suam tradere uxorem, quam secum adduxerat. Exponitur igitur infelix libidine flagrantibus, qui eam interitum usque constuprarunt. *Judic. 19. à 22. Ioseph. cap. 2. lib. 5. Antiq. studiosus semper minorandi vel colorandi contribulium flagitia; fingit ita articulum. Gabaeni iuvenes, qui mulierculam in foro viderant, mirati eius formam, postquam ad senem illum divertisse Levitam cognoverunt; venerunt ad ianuam: roganteque sene, ut abirent, postulabant, ut exhibità hospita, quieti suae consuleret: ille contra: at illi furentes vi raptam mulierem domum adducunt: cumque ei per totam noctem ad satietatem illuissent; diluculò dimiserunt: quae ita miserè affecta, ad hospitium revertitur; & praè nimio dolore ac verecundià non audens in mariti conspectum venire, humi collapsa expiravit.* Fluxa fidei nonnunquam Ioseph, ubi interest aliquid dedecoris vel honoris Hebræorum. Philo d. *Ex Benjamin ipsi primi seducti sunt post Micham: & populus Israël non erit impunis.*

6 Die crastina, iuxta Torniiell. ut vidimus die 11. n. 2. perveniens in Gader, illicò cadaver uxoris in duodecim frustra secuit, remisitque singulis tribubus, ut tetro horribilique illo aspectu in ultionem tanti sceleris accenderentur. Statim tribuum Principes tali spectaculo graviter commoti, & iusto furore perciti, comitia decreverunt die 23. congregato simul milite prope Siluntem in Maspha, de qua civitate Adrichom. in *Beniamin*, n. 88. & Hieronym. in *Loc. Hebr.* Locus sacer; igitur locus orationis erat. 1. Mach. 3. 46. Irruere extemplò volebant gregarij, maximè dum rem totam interrogatus Levita exposuit. Hunc imperum Senatus, cui praeerat Phinees, cohibuit: non temerè dicens fratribus bellum inferendum, sine examine criminum atque reorum illa consentium: prae-mittendos legatos qui fontes deposcerent ad supplicium; quo in iure si contumaciter resisterent, bello Beniaminitas petendos. Ita factum, sed reos dedere tota tribus renuit, ac in sceleris protectionem se ultrò obtulit. *Ex cunctis urbibus quae sortis suae erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, & contra univèrsam Israël dimicarent*, cap. 20. à 14. Dedecus virtutis ac fortitudinis suae arbitrati sunt cum tanto militum numero & dexteritate ad pugnam, aliarum tribuum auctoritati vel in comitijs cedere. Unde in tota sorte nil nisi bellicus

apparatus. Rescivit per legatos conventus, qui in Maspha publicoque consilio sanxerunt expeditionem necessariam adversus Benjamin: & euntes in Silo ubi erat Arca, interposito duplici iuramento, & de nunquam dandis uxoribus tribui Benjaminicis, & ut occideretur quisquis ab hocine bello abfisteret; quieverunt ibi quadriduo, dieque 28. Dominum interrogaverunt quis ex principibus tribuum cum suis copijs dux congruebat esse belli sacri. Philo, quò supr. Vide à die, 28. n. 1. Arias Montan. hic, cogitat Levitam tribubus singulis scripsisse epistolam cruentam, & in omnibus confinjs & terminis Israël suspensas fuisse portiones, in quas dividerat cadaver uxoris. Luèrunt Gabaeni pœnas, uti dicemus, 4. *Februuar.* n. 3. Hac in die contigit ortus Aggae Prophetae. Eutich. in *Annal. Alexandr.* Anno 31. Christi, eius ieiunij dies septimus supra decimum.

7 Romae Senatus legitimus. Schild. Hœc in die lues ex auro Tolosano. *Ann. V. C.* 648. electus in consulatum cum C. Attilio Serrano, Q. Servilius Cæpio (quo tempore puer recens natus matri dixit, *Ave*, ut refert Iul. Obsequens de *Prodig.* cap. 39. & Balthaf. Bonifac. Rhodig. 8. *Histor. Ludicr.* cap. 2. Aptius Consuli Cæpioni dixisset, *Va.*) qui in Galliam profectus, dirutaque Tolosà, è lacu in quem ad sedandam pestem milites Brennij proiecerant thesauros in Græcia raptos è templo Apollinis Delphici; avidissimè eruit, sublatisque custodibus, sibi vendicavit, divesque expeditione factus; quippe aestimata centum millia pondo auri, & argenti centum decem millia; uti refert Brie-tius. *Ann. cit. Cum oppidum Tolosanum* (ait Aul. Gell. 3. cap. 9.) *Q. Cæpio Consul diripisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset; quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu perit.* Idem Alex. Neapol. 5. cap. 15. *Q. Cæpio restim traxit, Romam implens mœrore & furore, victus à Cymbris & Teutonibus tantà clade; ut è centum viginti millibus, vix decem superfuerint. In Cæpionem, ut Romam pervenit, odium publicum erupit, duce C. Norbano. Unde illi abrogatur imperium, conijcitur in carcerem, laceratur à carnifice, ac cum infamia abiicitur in Scallas Gemonias. Uvolfang. Laz. 5. cap. 7. Sicine beavit aurum Tolosanum. Cicer. 3. de *Natur. Deor.* Strab. 4. n. 70. & Erasim. 1. *Chiliad. Centur.* 10. n. 98.*

8 Anno abhinc 23. natus est in Narbonensi Provincia Terentius Varro, sui sæculi scientificissimus undecunquæ. Duo fuere, prae-ter

Duplex iuramentum
Israel in hoc bello.

Nascitur
Aggae.
Dies XVII.
ieiunij Christi.

Aurum Tolosanum.

Q. Servilius
Cæpio trucidatur.

P. Terentius
Varro
natis, &
M. Varro-
nis.

Levita cadaver in
12. frustra
secuit, singulaque
singulis tribuum
Principibus misit.

Beniamin
voluit reos
tradere, sed
flagitii defendere.

ser Consullem, victum ab Annibale ad Cannas, eodem nomine insigniti. Consul dictus *Quintus*; Poeta; *Publius*: noster, *M. Terentius Varro*. Illos distinguit Petav. 1. p. *Rationar. lib. 4. cap. 19.* dicens: *Eruditionis primum saeculo isto est adeptus Marcus Terentius Varro. Fuit & alius eiusdem nominis Poeta, P. Terentius Varro.* A Caelio Rhodigin. 7. cap. 6. plauditur *Logistoricus*. A Cicerone in *Academ.* extollitur *Acutissimus*, & sine ulla dubitatione *doctissimus*. Cunctarum antiquitatum fuit diligentissimus perscrutator. Unde Aul. Gell. 19. cap. 14. *Variarum artium, quibus humanitas erudita est, culmen habuit M. Varro.* Eius magister fuit Lælius, cognomento Sapiens, & amicus Scipionis Africani. *Ibid. lib. 16. cap. 8.* Sat in eius commendationem Augustini Encomia. *Quis Marco Varrone* (inquit, 6. *Civit. cap. 2.*) *curiosus ista quaesivit? Quis invenit doctum? Quis consideravit attentius? Quis distinguit acutius? Quis diligentius pleniusque conscripsit? In omni eruditione, quam nos seculari, illi autem liberalem vocant, studium rerum tantum iste doceat, quantum studiosum verborum Cicero delectat: doctrinam atque sententias ita refertus est. Vir doctissimus undecunque Varro: qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacasse miremur. Refert quæ scripsit à cap. 3. sed non ut sceteretur, sed ut insectetur. Plurima volumina perierunt, quia proscriptus in triumvirato, statuamque habuit in Bibliotheca ab Asinio Pollione. Vives in loc. cit. Augustini.*

concesserunt: tuncque in Capanei rogi vehementer conflagrantem Evadne coniux seipsam coniecit, & suo cum marito concremari non subterfugit. Apollodor. 3. *Biblioth. n. 11.*

11 Hac in die defuit unum è septem orbis miraculis; quia terræmotu Rhodi corruit ille insignis Colossus, anno V. C. 530. Erat statua Solis, erecta, sed non Numinis, verum in honorem Ptolomei Lagi, successoris Alexandri in Ægypto, quæ illos defendit ab impugnatione Demetrii Poliorcetes, crebris assultibus urbem qualifantis. Unde cum à Patre Antigono Demetrius revocaretur, interventione & armis Ptolomei; inita pace, cives eum divinis honoribus sunt profecuti, & excitarunt titulo Solis ingentem illam æris molem, quæ metiri tantum potuit, dum cecidit. Strabo. 5. n. 9. asserit statuam fuisse septuaginta cubitorum in altitudinem. Fest. Pompeius, centum quinque. Plinius graphycè describit: *Ante omnes* (inquit *lib. 34. cap. 7.*) *in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius, Lysippi discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræmotu prostratum; sed iacens quoque miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quam pleraque statuæ: vasti specus hiant, defraetis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum; trecentis talentis, quæ contulerant ex apparatu Regis Demetrii, relicto mora tadio. Optime & optima, si vera. Rhodigin. meminit *lib. 23. cap. 6.* Isidor. 14. *Origin. cap. 6.* & Comestor, in *Escher, Histor. divers. cap. 8.**

12 Haud subterfugit Maiolum, quæ Tom. 1. *Colloq. 23.* & Ludovic. Nonnius in *Insulas Goltz. Tabul. 24.* asserunt ex Cedreno, & Zonara (in *Constante*, Heraclij nepote) Rhodum ab Agarenis fuisse subactam, devicto Heraclio in Phœnice: Ducemque illorum Mabiam, Colosso demolito, æs vendidisse mercatori Hebræo, qui ex illius fragmentis nongentos oneravit camellos. Idem Petav. 1. p. *Rationar. lib. 4. cap. 5.* Ruina fuit sub Antiocho Magno, uti observat Polyb. *lib. 5. Olympiad. 139. ann. 2.* Euseb. in *Chronic.* & Nonn. d. Reliqua dicemus ad Colossi erectionem ac dedicationem. 9. *August.* In Rhodi imitationem (vel ut resforet, quæ emarcuerat tanta ruinâ insulæ gloria) Romani etiam Soli erexerunt colossus. *Talis est in Capitolio Apollo* (subdit

Evadne

Colossus Rhodi
dius corruit

Altitudo eius.

Quæta moti

Q

Plin;

Ornamenta
commendabilia.

Triumphus.

Creon Thebarum Rex.

Equus Aris.

Ara Misericordiae.

Thebes Thebarum expugnat.

9 Hoc die signatur à Reusnero triumphus M. Atilij Reguli de Salentinis. Fallitur quippe in fastis, apud Goltz. pag. 83: ad VIII. K. Februar. uti dicemus ibi, n. 11.

10 Athenis celebrabatur expeditio Thefei ad Thebas. Meurf. in *Popul. Attic.* Prostratis ad Thebas septem Ducibus, qui valido exercitu Adraastro Principe, pro Polynice genero, arcè obsederunt, Creon Thebanorum regnum adeptus, Argivorum cadavera sepeliri severissimè inhibuit; ita ut Polynicis sororem, qui fratrem humavit, vivam conijceret in sepulchrum; uti canit eleganter Sophocl. in *Antigone*. Belli promotor Adraastus simul cum Ducibus cecidisset, ni evassisset in tutum, vectus Arione equo, de quo *Isagog. Novembr. num. 20.* In Athenas ergo profectus, ad aram *Misericordiae*, ibi plausibiliter locata (uti dicitur 22. *April.*) confugit, & peractis supplicationibus, cadavera tumulandi potestatem precabatur. Tunc Athenienses comparatis militum copijs, Duce Thefeo Thebas Beoticas capiunt, & cadavera suis sepelienda

Tom. I. *Ephem.*

Plin. d.) *translatus à M. Lucullo ex Apollo-
nia Ponti* (de quo etiam *lib. 4. cap. 13.*) *tri-
ginta cubitorum, centum & quinquaginta
alentis factus.* Idem Maiol. quò dudum,
Agemus de huiusmodi translatione, 12.
Decembr.

Colossus So-
lis Roma-
nus

13 Haud Romani statuis Solis colossi
adinstar contenti, ni habuissent colossum
Solis, qui situs in Regione 4. *Colossus Solis*
(ait P. Viator) *altus CII. pedum & semis*
(Onuphr. Panvin. & Rosin. 1. cap. 13. CXX.)
*habens in capite radios septem: singuli pe-
dum XXII. & semis.* Unde Martialis *Spe-
ctac. 2. & lib. 1. Epigr. 71.*

Martial

*Hic ubi sideris propior videt astra co-
lossus:*

*Qua Rhodium moles vincere gaudet opus:
Quis fecerit, vel cuius iussu, apud AA. la-
tet. Nonnulli dicunt opus fuisse Neronis.
Statua Solis ingentis magnitudinis erat, cuius
collo impositum caput facie radiata, &
formâ insigni. Cum huiusmodi colosso lu-
ferunt Imperatores, quoniam per singula-
rem Solis effigiem credebant vividius suam
potestativam exprimi maiestatem. Nero ex
foro transtulit in Domum suam Auream, &
collocavit in vestibulo. In quo colossus cen-
tum viginti pedum, ipsius effigie: inquit in
eo, cap. 31. Sueton. Ut caput Neronis for-
mâ aptaret, Romam accitus est è Græcia
Zenodorus; uti ait Schild. hic: servivitque
sceleribus Principis, qui dicatus in venera-
tionem Solis. A Domo Aurea per Vespasia-
num translatus est in Viam Sacram, dem-
pro Neronis capite, & imposito Solis cum
radijs. Sueton. in *Vespas.* cap. 18. & Ioseph
Scaliger hic. *Templum Pacis dedicatum est,
& colossus sacrâ viâ collocatus, in quo ima-
go Neronis erat, Solique Vespasianus resti-
tuit.* Dio, *lib. 66.* Post translatus ab Adria-
no, qui cogitavit similem facere Lunæ. *Hoc
simulacrum* (refert in eo Ælius Spartian.)
*post Neronis vultum, cui antea dicatum fue-
rat, cum Soli consecrasset, aliud tale facere
Lunæ molitus est.* Iterum imago Neronis re-
stituta simulacro usque ad Commodum Im-
perat. qui se iudicavit Numen. *Id omnes cre-
dent facilius* (subdit Dio, quem sequitur
Xiphilinus, & Herodian.) *si intelligent cum
abscisso Colossi capite, sui capitis imaginem
reposuisse; data ei clavâ Leoneque aneo sub-
iecto, ut Herculi similis esset.* Ridet Tertull.
Apolog. cap. 12. & in *Habac.* 3. Hieronym.
*Vultu tantummodò commutato, ablatoque
capite, eius qui vicerit facies superponitur.
Claret Solis colossus fuisse statuam, illu-
stratâ facie radijs; qua specie sæpe effigia-
batur. Unde in æde Solis (quanvis in Circo**

Maximo esset Solis obeliscus, uti dimidium
cursus) supra tectum collocabatur facies
Solis radiata; ut videtur iconibus Lude-
rum Circensium, in Panvin. *lib. 1. cap. 17.
& 27.*

14 A Lacedæmonijs adversus Argivos
celebratur hic dies, quæ tertia Mensis Dio-
scuri, respondens 23. Ianuarij, ut delicavi-
mus in *Mensib. §. 2. Prolog. Galeat. n. 7.* Ita
Meurs. sed fallitur, quippe victoria per O-
thryadem & mors contigit, 26. *Octobr.* ut
dicitur in *Republ. Lacon.* ab Ubone Emmio.
Othryades victor, ne solus esset, mortem
sibi hostium spolijs decoratus, conscivit:
sanguineque vulnerum scripsit direptam ab
Argivis victoriam, & cruento trophæi ti-
tulo patriæ palmam fortiter retulit. Hero-
dot. *lib. 1. n. 23.* Valer. Maxim. 3. *cap. 2. n. 4.
& Ovid. 2. Fastor. v. 665.*

Othryades

Othryades congestis tectus in armis.

Ovidi

DIES XXIV. IANUAR.

1 **G**Radus 4. Solis in *Aquario*, in IX. K;
quo oritur *Leo*. Grannuyse,
lib. 8. cap. 20. Gradus putealis. Dariot. *Plu-
via & tempestas.* Columel. *Hyemat dies
vehementius flant Aquilo & Vulturinus.* Pto-
lom. *Cauda Capricorni occidit vesperè.*
Alsted. Qui sub gradu 4. *Aquarij*, Deorum
erunt cultores, iudices integerrimi; sed ta-
men biothanatâ morte infelicitè peribunt.
Firmic. Matern. Leonis quæ in pectore cla-
ra stëlla occidit. Ovid. v. 655.

*Sidere ab hoc ignis, venienti nocte, Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.*
Influxus à Pontano describuntur, 4. *Uran.
ficcine:*

Ovid.

*Si cui nascenti ab hoc ipso ariserit astro
Delia, & auricomæ turgescât cornua frontis,
Bella tamen, bellique astu, duroque labores,
Irarumque graves causas portendet iniqui
Stella senis, rutiloque furens Mars sæviet
igni: &c.*

Pontan.

Vir inequtans thesauro suo ocluso. Sphær.
Arab. Ante Christi nativitatem, ann. 38.
horrenda Solis defectio, hac in die. Ricciol.
in *Almagest.* Iosephus post humatum pa-
trem, cum apparatu, pompæque, qua vene-
rat, revertitur ad Pharaonem per viam Phi-
lithijm. *Genes. 50. 14.* Vid. 19. *Octobr. n. 3.*
Pervenit in Regiam 12. diebus itinere con-
fecto; 5. *Februar.* uti videbimus, n. 2.

Ioseph rever-
titur Egy-
ptum.

2 Pridiè ut vidimus, n. 3. Vestis tota
Sacerdotalis à Scaligero dicitur perfectâ:
fallitur, quoniam Rab. Moyse Maimonid.
in *Halach.* asserit hoc die perfectam fuisse

Tunica ta-
laris Sac-
dotis.

tu-

Tunicam hyacinthinam Superhumeralis ; de qua *Exod.* 28. à 31. in cuius limbo versus pedes interposita 72. mala punica , & totidem tintinnabula. Alapid. Hinc dicta *Tunica Talaris*. Liqueat v. 33. *Deorsum* verò ad pedes eiusdem tunice per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho & purpurâ & cocco bis tincto, mistis in medio tintinnabulis ; ita ut tintinnabulum sit aureum , & malum punicum : hoc non aureum , sed ex materia præfata : aureum idest ex auro purissimo tintinnabulum ; ut audiat sonitus, quando ingreditur , & egreditur Sanctuarii in conspectu Domini , ne moriatur : v. 35. Vide Riber. 3. de *Templ.* cap. 9. & Ar. Montan. in *Apparat.* libell. *Aaron.* Fusè ex professo ex varijs Rabbinijs describit Ioann. Baun. lib. 2. *Vestit. Sacerd. Hebræor.* cap. 2. Propter huiusmodi augustum ornatum, quem imitati sunt Ethnici in pompa Liberi Patris ; arguebat sciolus banbalio thrasonicè ac auctoratè stultissimâ sapientiâ, Plutarchus, *Convival. qq.* lib. 4. cap. 5. Hebræos Bacchum Numen habere. *Verisimile est, Bacchanalia agere : etenim tabis minutis, sicut Argivi Bacchanalibus, Liberum Patrem* cientes, utuntur. Alij accedunt citharâ canentes, quos hi vocant *Lævitas*, appellatione sive à *Lysto*, sive ab *Evio* (qua nomina sunt Bacchi) deducta. Nec Sabbatorum Solemne alienum esse reor à Baccho : Sabbos enim vel nunc Bacchus vulgus dicere ; atque hanc, cum Orgia celebrant, mittere vocem. Nec est absurdum, dictum festum (de Tabernaculorum solemnitate agit, ut videbimus, 11. Septembr. n. 2.) esse ab agitatione, qua detinentur Bacchantes. Quod primò arguit Pontifex ; qui festis prodit in publicum, mitrâ redimitus, pelleque cervinâ auro intextâ indutus, & tunica talarum cum coturnis. Ex veste tintinnabula dependent, qua inter eundem resonant, sicut apud nos. Hac nimirum nulli, nisi Libero Patri, Deo convenient : ad hac non adbibent sacrificijs suis mel, quòd appareat, ab eo affuso vinum depravari. Ea Græci agitant festa qua *Nephalia* & *Melisponta* vocant ; quia pugnantis est mel cum vino natura. Vide, *Tom. 8. T. 1. à n. 43.* Hac cogitatione ducti Gentiles, quia illis videbantur consoni ritus ; templum sanctum Libero Patri voluerunt consecrare. 2. *Machab.* 14. 33. Impius Epiphanes idem ratus : ibidem 6. à 7. Adi 2. *Februar.* n. 2.

3 Appion Grammaticus, quem (ut ait Plin. in *Præfat.*) *Tiberius Caesar* Cymbalum mundi vocabat ; cum publice fame tympanum potius videri posset, in quem meritò invehitur Iosephus ; plura de Hebræis peni-

Tom. I. Ephemer,

tus idiota commentitia polyloquides scripsit, sibi visus ; tertium de cælo cecidisse Catonem. Commisceatur quidem Hebræos caput Asini coluisse, quare ex auro purissimo efformatum intra templi angusti, orbis miraculi, abdita collocarunt. Idem asseruit sequens delirium, Plutarch. in *Convival. qq.* cap. 5. & Tacitus, 5. *Histor.* cap. 4. Hoc affirmat (inquit Ioseph. in eum lib. 2.) fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & spoliasset Templum & illud caput invenisset ex auro compositum, multis pecunijs dignum. Ex multo tempore caput cultum impudens astruit, sicut cuiusdam Zabidi, sacerdotis Apollinis, astum ; ut caput è templo surripere tutò possit : igitur cum pronos in idola cognovisset Hebræos, illis promisit se ostenturum suum Apollinem radijs fulgentem, ad templum venientem Ierosolymitanum ; modò cuncti cives urbis obviam adveniendi exirent. Annuerunt : ille tunc machinam ligneam efformavit trinâ contiguatione, in qua disposuit plures lucernas radiantes, quæ procul stantibus videbantur stellæ. Hebræis ergo ad visa stupentibus, quin ad currum Solis auderent accedere, ille Zabidus veterator ac impostor, silentio è machina descendit, & in templum, quod pervium, ingressus, aureum asini caput è Sanctuario detraxit, fugitque perniciousè ne ab illis comprehenderetur. Insigne delirium. Hebræi ergo aliud simile ex auro fecerunt, quod invenit Epiphanes. Ioseph. d.

4 Cadit in hunc diem visio insignis Zachariæ Prophetæ, qua obiectus Michael orans divinum Numen pro libertate populi ; quia iam transactus septuagesimus captivitatis annus. Leonard. Marius in *K. Hebr.* & Adrichom. in *Cronic.* ex Zachar. 1. 7. usque in cap. 7. Inter alia videt Propheta Iesum filium Iosedech, Summum Sacerdotem vestitum sordibus ; mutatorijs gloriosis ac corona donari ; sub cuius typo aptius visus Salvator noster, Sacerdos summus non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech ; ignominia affectus, sed gloria post triduum donandus ; qui Ecclesiam ædificaturus sine macula, & instar urbis sine muro, quippe omnes receptura & in tutamen ; quandoquidem, ille dominans in folio suo, futurus pro muro & gloria in circuitu eius ad inhabitantes ; multitudinem hominum & iumentorum, Hebræorum, scilicet, ac Gentilium. Ibid. & cap. 3. à 1. Eodem in die Vates sacer vidit & cætera, quæ continentur ab hinc usque in cap. 7.

5 Cum à Iuda Machabæo, vidente Sa-

Q2

cera

Fabula de Asino culto ab Hebræis

Visio Zachariæ

Bacchanalia Hebræorum.

Impostura Ethnicorum in Hebræos.

cerdotium summum traditum indignis à Syriæ Regibus, sibi sumeretur; Onias filius Sancti Oniæ inter suos nihilli habitus, ut aliquam avitam auctoritatem sibi conciliaret; pro templo, simili Ierosolymitano in Ægypto erigendo, scripsit Ptolomeo Philometori, & Cleopatrz, ac impetranda facultate: qua quidem obtentâ hac itaque die cum multis Iudæorum è Ierosolymis Alexandriam profectus est. Reuclin. Historiam refert Hieronym. in *Daniel*. 11. 14. Adrichom. *Ann.* 3800. Briet. & Salian. 3889. Torniiellus, 3850. à n. 4. & Egesipp. 2. *Excid.* cap. 13. qui eum non dicit Oniam, sed Ananiam: fugientem in Ægyptum, eò quòd occiso patre, Lysias Alcimum haud de semine Aaronis, constituerit Summum sacerdotem. Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 6. signat filium Oniæ. Idem *lib.* 20. cap. 8. sed 7. de *Bell.* cap. 30. nominat filium Simonis II. qui eius non pater, sed avus fuit. *Onias filius Simonis unus è Pontificibus Ierosolymis fugatus, Antiocho Rege Syria cum Iudæis bellum gerente.* Sententiæ inhæret Genebr. *Ann.* 3922. *Onias autem (ait) Simonis filius, Tyranni metu in Ægyptum profugit, & impetratâ regione Heleopoleos, ibi templum extruxit, Pontificatuque functus est.* Hanc fugam in Ægyptum alij collocant sub Philometore, alij sub Ptolomeo Epiphane. Diluit cum illius implicata generatione, Torniiell. loc. cit. n. 6.

6 Arbitror, ab illo ambitione profectiorem meditatam, cum vidisset in Machabæos Principatum & Sacerdotium derivata. *Principatum*, quoniam ut ait Ioseph. 12. *Antiquit.* cap. 5. Ioseph Hyrcanus, ultimus de domo Iechoniæ, videns præpotentem Antiochum, & per illum oppressam suæ familiæ libertatem (de quo late idem, uti nepote Oniæ II. *ibid.* cap. 4. Philo, 2. de *Tempor.* Adrichom. *Ann.* 3783. & Genebr. 3911.) simulque veritus, ne in potestatem Epiphanz reductus, pœnas daret eorum, quæ contra Arabes ausus fuerat; ipse sibi manus intulit: tuncque divitias, possessioremque eius universam occupavit Antiochus. *Hinc familie Christi paupertas:* subdit Genebrardus, d. Etsi de Iosepho plures Iannæo Hyrcano intelligitur; quoniam ultra Iordanem, fratres æmulos fugiens, Castrum munitissimum fabricavit, quo Princeps floruit, quandiù Seleuchus frater Epiphaniis regnavit in Syria. Ita Ioseph. loc. cit. ubi Castrum, & eius structuram describit. *Sacerdotium* etiam, ut ait Rab. Kimhi in *Agg. eum*, & Genebrard. *Ann.* 3922. quippe-

quàm Iudas Machabæus illò in anno, 277. Mensis noni (uti videbimus, à n. 1.) qui uti Dux administrabat bellum, uti Pontifex cepit curare religionem: quandoquidem purgato templo, everfis comminutisque idolis, altaria restituens, sacramque supellectilem, cultum Numinis priscum constituit. Briet. & Salian. loc. cit.

7 Iosephus ergo 13. *Antiquit.* cit. cap. 6. luculenter historiam enarrat. *Onias (infuit) Oniæ Pontificis filius, qui profugus Alexandria degebat; videns Iudæam vastatam à Macedonibus, eorumque Regibus, & sibi eternam memoriam parare volens; decrevit à Rege Ptolomeo & Regina Cleopatraz per literas petere, ut sibi liceret in Ægypto instar illius Ierosolymitani templi adificare, & in eo Levitas & Sacerdotes ex suo genere constituere. Hoc autem consilium cepit fretus maximè Propheta Isaia vaticinio, què ante DC. amplius annos, prænunderat, fore omninò, ut templum aliquando Deo Maximo adificaretur in Ægypto. Idque hominis Iudæi operâ.* Hoc igitur oraculo excitatus, significavit præfatis Principibus, in multis regionibus templa habere Iudæos præter spectabilius in Ierosolymis; ideoque malè inter se convenire; quod ex Ægyptijs emanavit, propter ipsorum multitudinem templorum, atque religionum diversitatem. Unde cum invenisset castrum apud Agrestem Bubastem, plenum variâ materiâ, sacrisque animalibus, & simul in eo vetustate templum collapsum, nullique Numini sacrum; locum in meditata poscit, ut Iudæi qui Ægyptum incolunt, illuc conveniant; & Principes vinculo religionis subiectiores habeant. Haud statim facultatem concessere Reges; cum scirent Iudæos extra Ierosolymas templum habere, licitè non potuisse: quapropter prævaricationem in Oniæ caput reiecerunt; dicentes illi, se mirari, si posset acceptum esse Deo templum in impuro loco, animalibus immundis plenum. Itcirco à Principibus data erectioni facultas, factâ observatione legis, & quoad poterant. Ergo Onias impetrato loco, templum extruxit ad sacri similitudinem, cum supellectile accommodâ & divite: nec defuerunt Oniæ similes ipsius Sacerdotes & Levitæ, qui illic divinum cultum frequentarent, & instaurarent ceremonias. Ita AA. supr. signati. Deinceps ex conditore locus & templum dictum est *Onion*, quod duravit usque in Vespasiani tempus per 277. annos.

8 Excidium eius fusè refert idem Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 30. propter crebras Iu-

Onias fugatus à Iudæis adit Ægyptum.

Quare fugit?

Ioseph Hyrcanus mortis sibi conscivit.

Iannæus Hyrcanus.

Onias erigit templum in Ægypto.

Iudæorum seditiones. Quare ut aliquatenus arcerentur; *Vespasianus inquietum Iudæorum circa res novas studium cavendum esse existimans; ac veritus, ne rursus in unum congregarentur, & quosdam sibi adiungerent; præcepit Lupo Alexandria rectori, ut templum Iudæorum, quod apud Onion civitatem, destrueret. Edificatum erat iussu Ptolomei Philometoris, Antiocho cum Iudæis bellum gerente.* Ita enim quia Antiocho erat inimicus, illum Iudæis magis odiosum reddebat, eò quòd templum apud Ierosolymam vastasset, & sibi benevolentiores, colligendos ad se religionis diligentia. Ioseph. 7. de Bell. cap. 30. Turrim ibi extruxit similem turri Davidis in area Sion (de qua *Cantic.* 4. 4. Uvilh. Tyrius, 9. de Bell. sacr. cap. 3. Brocard. in *Urb. descript.* Itin. 6. & Adrichom. in *Ierusal.* n. 170.) Univerfa vasa sacra ibi reposuit præter candelabrum. Lupus aliqua donaria sustulit, & templum clausit: at eius successor Paulinus, neque donariorum quicquam reliquit, nec accedentes religionis causâ ingredi indulsit: clausis ergo foribus, inaccessum fecit; ita ut nec vestigium quidem divini cultus in eo resideret. Idem *ibid.* & *lib. 1. cap. 1.* Oniam fuisse industrium etiam bellatorem, patet ex victoria parta de Ptolomeo Physcone, volente præfatam Cleopatram & eius filios è throno expellere. Idem *Contra Apion.* lib. 2. qua de causâ Physcon Iudæos Alexandrinos elephantis conculcandos obiecit, sed cælum ab illius furore subtraxit; uti relatum die 18. n. 6. Liqueat etiam, ex eo quòd ille ut obtineret templi fabricam, scripsit Philometori, scilicet, templa Iudæorum vidisse in Cælesyria, Phœnicea & Leontopoli; *dum in bello strenuam vobis operam navans cum Deo varias regiones obirem: 13. Antiq.* cap. 6. Huius schismatici propositum nudavit loc. cit. de Bell. ubi: *Non tamen hæc Onias sanâ voluntate faciebat; sed erat ei contentio cum Iudæis apud Ierosolymam degentibus, propter fugæ memorem iracundiam: & hoc templo adificato, arbitrabatur, ad id se omnem ab Ierosolymis multitudinem revocaturum.* Fallitur Egæippus, dum loc. præf. affruit, templum hocine extructum Alexandria.

Vespasianus inquietum Iudæorum circa res novas studium cavendum esse existimans; ac veritus, ne rursus in unum congregarentur, & quosdam sibi adiungerent; præcepit Lupo Alexandria rectori, ut templum Iudæorum, quod apud Onion civitatem, destrueret.

Illius supellex & turris.

Onias adversus Physconem defendit Cleopatram.

Desponsatio Virginis Mariæ, & eius anulus pronubus.

9 Hac die apud Alva *Tabul.* 5. signatur desponsatio Virginis Mariæ cum Iosepho, cuius virga seu baculus aridus floruit, imò super eius caput coram Sacerdote pronubo columba, de cælo descendens, mansit. *Novar. Umbr. Virgin.* Excurs. 116. n. 1082. De anulo à Sancto Spôso tradito Virgini in desponsatione (cuius insigne flos erumpens è calice iam repando, vel caput ferto redimitum,

vel duo oculi, aut binæ flores) videfis *Silvestr.* à *Petrifanct.* lib. 3. *Symbol. Heroic.* cap. 4. & *Theophil. Raynaud. Diptych. Marian.* p. 1. punct. 4. Latè de desponsatione egimus, *Tom. 8. T. 11. à n. 24.* Anno Christi 31. dies decimus octavus eius sacraei ieiunij. 10 Romæ Feriæ Sementinæ. K. R. *Ovid. 1. Fastor.* à v. 657. *Varro, 5. de Ling. Lat. & Fest. Pomp.* translata huc è mensis Octobr. quippe conceptivæ erant, & decursu temporis stativæ. *Macrob. 1. Saturn.* cap. 16. *Varro 1. de Re rustic.* cap. 2. & *Rofin. 4. Antiq. Rom.* cap. 5. Sacra erant Cereri & Telluri, iuvenis coronatis, sed in æde Telluris. Ibiq; memoria tunc fiebat doni dati à Diomede Æneæ advenientis è Troia: nimirum Numinum, queis Urbs futura semper staret. Erat itaque Palladium, *Dij Magni, Penates, Ignis sacer, & cætera sacra supellectilis, ab illo & Ulyssè, sub habitu pauperum cum imagine Minervæ è Troade sublata.* *Natal. Com. 7. Mythol.* cap. 5. *Pausan. cap. 66.* & *Donatus in illud Virgil. 2. Æneid. v. 167.*

Dies ieiunij Christi XVIII.

Feria Sementina.

Æneæ restitutor Palladium.

Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis

Virgineas ausi Diva contingere vittas. De Palladio & Dijs Penatibus, dicemus die 31. à n. 1. & ex professo 15. *Iun. Æneas Laurenti, ut appulit, collocavit Simulacrum, quod secum ex Sicilia advexerat, dedicat Veneri Matri. A Diomede Palladium suscipit, &c.* *Solin. cap. 8.* Causa, qua in munus Diomedes motus, dicitur illius statuarum in mare proiectio, quæ rediere in pristinas bases, ut sacra Romana, de quibus 29. *Mart. n. 15.* & præmissimus §. 8. n. 14. in *Prolog. Galeat.* Alij referunt factum à Venere. *Timæus Siculus de Reb. patrijs, & Alcimus in Dauno;* asserunt, ab hoc contumeliosè patratum. *Omnes Diomedis statuas, quas in illa regione ex ijs saxis sibi crexerat, quæ secum è Troianis ruinis in navi advexerat, in mare deiectas fuisse.* Aliam fabellam refert ex his, *Natal. Com. d.* scilicet, Diomedem cum in Italiam adventasset, & secum aureum Glaucci (qui in bello Iliaco oppeterat) scutum haberet; ibi inmanem draconem interemisse: & cum in præclari facinoris memoriam plures crexisset statuas, omnes inventas in mari fuisse, cum eiusdem cadavere.

Statue Diomedis in mare proiectæ.

Mors.

11 Post duos annos à victoria de Perseo Rege Macedoniæ, vel necdum in navigationem aperto mari, *Æmil. Paulus* in Italiam cum exercitu traiecit. *Subvœtus est per Tiberim navi regia, armis captivis, palmisque ac purpura ornata, ut & ludis Romanis ante triumphum fruerentur, undis sensim*

Æmilius perennis Romanus.

Jim cedentibus, subeuntem navem ducente: ait in eo Plutarch. Sumpfit ex Livio, qui lib. 45. sect. 93. *Regià nave (inquit) ingentis magnitudinis, ornatà Macedonicis spolijs, non insignium tantum armorum, sed etiam regionum textilium, adverso Tiberi ad Urbem est subvectus, completis ripis obviam effusa multitudo.* Ita ergo à patria susceptus; sed ab æmulis, suis instigantibus militibus, plus iusto suspensus est triumphus. Videtis, 28. Februar. n. 17.

12 In Creta pompa simulacri Iovis, ibi nati, cuius caput sine auribus. Plutarch. in *Eumene.* qui iterat de *Iside & Osirid.* Sine auribus exponebatur, sed quatuor præstabat oculis. Struck, de *Sacris. Gentil.* cap. 112. *Apud Cretenses oculis & auribus carebat. Apud Argivos fuit trinis oculis: apud Spartanos quaternis auribus & totidem manibus.* Arbitror causam allegoricam esse; unde quantum auguror, fictum reor, ut aliquid ad mores ex forma simulacri eruatur in eruditionem ac documentum. *Fingebatur in Creta eius imago sine auribus* (ait Natal. Comes, 2. *Mytholog.* cap. 1.) *quia Regibus non conveniat nugas audire: cum tamen ad diligentiam administrandi, quatuor aures Lacedæmones iniungerent, & aquilam propter perspicacitatem.* Chartarius cum præfatas imagines demonstrasset; *Antiquos sæpe* (ait pag. 101.) *in statuis effingendis id spectasse, ut ijs quale esset Principis munus, adumbrarent.* Idem Causin. 2. *Symbol.* 44. *Apud Reges, maxime Persarum, erant ministri, qui Oculi, & Aures dicebantur Regis.* Nescio, an horum intuitu, sine auribus, cum illis multiplicatis; sine oculis, & illorum multiplici lumine Numinis Supremi ornabatur statua: igitur iuxta prudentiam pendendum, an oporteat ad sensum sine sensibus esse, an magis uti. Non inhibetur rationalis in sensationes facultas, sed iugulatur virulenta malignitatis curiositas. Ovven. lib. 1. *Epigram.* 109. appositè:

*St non audires dicentem falsa curiosè;
Auderet falsum dicere nemo tibi.*

Alio sensu eiusmodi Deorum mutila effigies, haud quibat venire in cogitationem hominis: cum vel Ethnici Iovem vocaverint *Animam mundi.* Rhodigin. 7. cap. 14. & 20. cap. 10. Pliniusque, 2. cap. 7. *Quisquis est Deus & quacunque in parte* (ait) *totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus anima, totus animi, totus sui.* Quapropter effigiem Dei, formamque querere; imbecillitatis humana reor.

13 Inter Lacones Sacra Achilleia in Achillis honorem. Meurs. *Grac. feriat.* Pau-

san. cap. 103. inquit: *Achillis fatum; quod recludi religio est: at puberibus omnibus, quocunque in Platanetum pugnaturi descendunt, solenne est, Achilli ante pugnam rem divinam facere.* Mira comminiscuntur Græculi. Illic atque à Paride in templo sagittis cõfossus translatus est à matre Thetide in insulam Albam (quæ est in Boristhene) ita dictam ab Ardeis albis ibi commorantibus: & non aliò adductus, quoniam illuc, quam peribat, translata à Diana fuit Iphigenia, cuius sacrificium in Aulide totis viribus studuit impedire: ibique Achillem asseritur habere gymnasia ad cursum, discum & artem athleticam. Rhodigin. 14. cap. 4. *Hac de causa insula quæ prius Alba, Achillis Insula dicta. Achillis insula est* (inquit Solin. cap. 22.) *cum ade sacra: quam adem nulla ingreditur ales, & quæ fortè advolaverint, raptim fugam properant.* Plin. 10. cap. 29. *Nec ulla avis in insula, qua sepultus est Achilles infestat sacram adem.* Ibi iacent ossa, ob quorum venerationem etiam aves fugiunt sanum, ne perturbent tanti Principis vel post mortem pancraticum exercitium. Urnam eius auream in Chio insula apparuisse, & in propria, puellam Troianam ab illo discerptam, cum reliquis nugis & fictionibus dictis ac dicendis, profert Philostrat. *Heroic.* in *Neoptolemo*, qui ut mira, etsi ludicra effutiat; post mortem Amazones vicisse & eius classem summerfisse, à pertà fronte gloriabundus asserit. Vide 23. *August.* *Ossa Achillis aureo vase, quod largitus est Thetidi Bacchus, recondita fuisse memorant.* Natal. Comes, 9. *Mytholog.* cap. 12. *Eius tumulo floribus amaranthi coronato.* Rhodigin. 17. cap. 21.

14 Sepultus est, sed in insula revixit; & quæ in vita agebat gloriosè cum Heroibus paris virtutis exercet. Audiatur insania. *Insula Achillis tumulo eius vivi clara.* (Plin. 4. cap. 12.) *ad formam gladij porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos.* Quid non effutiet obscæcata Gentilitas? *Helenam nupsisse Achilli, ubi ille in campos Elysijs post mortem descendit; memoria prodidit Ithycus: inquit, quò dudum, Natal. Com.* Ad insulam appulsus ob vulneris medicamen (quippe erat faucijs) oraculo Apollinis, Leonymus. *Cum verò iam sanatus domum revertisset* (subdit Pausan. cap. 102.) *commemorasse, Achillem se, una Patroclum vidisse; & Achilli quidem nuptam Helenam.* Adhuc gliscit fabula. *Heroes haud ingenium illud vetus, quod olim habuerunt in vita, penitus deponunt. Achilles arma pertractat. Is adhuc insulam colit, in ma-*

Achilles post mortem translatus à Thetide.

Iphigenia quò ducta rapti à Diana?

Insula Achillis.

Eius ossa.

Post obitum duxit Helenam.

Imago Iovis multiplicibus auribus & oculis, & sine illis.

Ovven.

Achilleia.

ri Pontico iuxta Danubium positam, eiusque templum & ara visuntur; ad quam tamen nemini patet accessus, quin non prius sacrificium obtulerit: id si rectè peractum est, in insulam ascendit. Sapius nauta viderunt Semideum, flavicomum, Pyrrhicam exercentem, aureis armis ornatum. Sunt qui eum nunquam aspexerunt, plaudentem tamen audiverunt. Sunt etiam qui simul utrumque, & audiverunt & viderunt. Interdum tamen accidit, ut cum inuitus quis pernoctaret in insula; dormientem illum Achilles excitavit, deductumque in tabernaculum, adhibuerit epulis; in quibus Patroclus propinabat, Achilles citaram pulsabat: auditumque est Thetidem interfuisse convivio, nonnullosque alios demones, ex quibus constitutus est chorus. Hactenus Maxim. Tyrius, *serm.* 27. Demones dixit. Profectò collimavit. Ita blaterat barbà philosophus. Io! Somnium vigilantis plaudite.

Præstigia
in Achillis
insula.

Que saltatio
Pyrrhicæ

Achillis fa-
num non
claudebatur
tempore bel-
li.

Sacram in
Elide.

Nitocris Æ-
thiopica.

15 His creditis nugis, templa Achilli Lacones dedicarunt, & festos etiam dies quotannis agitant. Pausan. *cap.* 107. Agitabant, quia Pyrrhicè in sacris saltabant, ad blandimen genij Achillis. *Et saltatio armata fuit* (inquit Rhodig. 5. *cap.* 3.) *erat gladiorum cum scutis collisio: saltabantque bellicum quiddam & entheon.* Diximus aliquid in *Prolog.* §. 5. n. 3. reliqua in *Ludis Pyrrhiciis.* In Epiro elevatus Achilles apotheosi sacra in Numen. Nonnius, in *Goltz. Græciam*, *Fabul.* 4. Templum eius recludi nequibat, quandiù bellum persistebat, adinstar Romanorum cum templo Iani. La-Zerd. in *Virgil.* 7. *Æneid.* v. 607. n. 14. In Elide etiam sacrum Achilli refert Pausanias. *Ibi* (ait, *cap.* 202.) *non ara, sed inane monumentum, ex Oraculo dedicatum. Ad illud Elea matrona, primis ludorum initijs, die stato, inclinante iam in vespere Sole, inter ceteros quos Achilli habent honores, solemniter plangunt.*

16 Inter Ægyptios dies infaustus & atter, propter truculentiam sævitæ Reginz Ægypti, in ultionem ab indigenis fratris perempti. *Diar. Ægypt.* In illo regno ex tot Principibus (qui in solum semper assumpti præclaris dotibus) decem & octo duntaxat fuerunt alienigenæ ex Æthiopia, & una mulier. *Mulier, qua regnavit, fuit nomen idem, quod Regina Babylonica, Nitocris* (prodit Herodotus, 2. n. 28.) *quam dicebant ultam fuisse fratrem, ab Ægyptijs, apud quos regnabat, interemptam; cum ad illam regnum detulissent. Nam extraxisse eam permagnum edificium subterraneum, per causam quidem novi operis, animo au-*

tem aliud agentem. Convocatis ad convivium multis, quos præcipuè noverat frater, nec cadis auctores fuisse, per occultum specum immisisse flumen discumbentibus. Hac de illa referebant sacerdotes: præterquam quòd ubi hoc fecisset, eam conspersisse multo cinere adificium; quo impunita esset. Nec verbum apud alios inveni de Æthiopica Nitocre, sub regimine fœminarum, nec in Abenragel, nec in Diodor. Siculo. Fuisse Ægyptum post summerfionem Pharaonis sub potestate fœminarum (quarum prima Daluka, præstigiatrix insignis) per annos 160. astruit Kircher. *Tom.* 1. *Oedip. Ægypt. Syntagm.* 1. *cap.* 9. Aliam non nominat.

DIES XXV. IANUAR:

G Rad. 5. Solis in Aquario, in quo iuxta Plin. Regia stella Leonis occidit. Egimus pridie. *Tempestas gravis.* Ptolom. imago, *Mulier procedens, viro sequente.* Sphær. Arab. *Angues expergescuntur.* K. P. R. *Sequens cauda Capricorni vespere occidit:* Iunctin. K. A. Qui nati gradu 5. Aquarij vitam laqueo infauste finient. Iul. Firmic. Noë hac ipsa die emisit tertio ex Arca columbam, quæ ultrà ad illum non est reversa. *Genes.* 8. 12. Cogitavit bonus fœnax sensum areferri terram: unde post 36. dies, 1. Mart. aperta fenestella tecti Arce, vidit terræ superficiem aridam. Tangit rem Plutarch. sed ut Ethnicus detorquet culumbæ articulum in diluvium Deucalionis. *Proditum fabulis est* (infit de *Solertia Animal.*) *columbam Deucalioni arcæ emissam, nunciam fuisse tempestatis, cum intrò remearet: serenitatis, cum evolaret.* Meminit etiam Perer. de *Histor. diluvij*, lib. 12. disp. 13. n. 78. & Natal. Comes, 8. *Mytholog.* cap. 18. *Cum terra multos dies sub aquis latuisset; ut experiretur, an aqua decrevissent, & an longè abesset à terra, columbam quandam, quam secum habebat, dicitur emisisse. Id cum sapius fecisset, eaque citissima eò revolasset, quia non habebat, ubi consisteret; intelligebat aquas nondum satis decrevisse: verum eum evolasset denique, neque amplius rediisset; intellexit sicum iam alicubi esse terræ solum.* Eodem die ad finem anni egressionis Israël de Ægypto, à Beseleel & Oliab perfecta sunt tabulæ, columnæ, bases atque tectum Tabernaculi fœderis. Scaliger. in K.

VIII E.

Columba
mittitur ter-
tiò.

Perficiun-
tur exterio-
ra taberna-
culi.

2 Anno ab hinc 440. iuxta computum Tornielli & Briet. cum sciret Isboseth audaciam Abner in accessu ad concubinam (uxorem minùs principalem Saulis) patris sui (quod

(quod nonnulli tribuunt libidini, alij coniugio, sed intentione præoccupandi regnum, de quo vide Serar. in 2. Reg. 3.) increpuit, & verbis inulsit. Ioseph. 7. *Antiq.* cap. 1. insimulationem vocat: idem astruit Vatabl. Ille obiurgatus ægrè tulit, sive dignè, sive indignè: minaturque est irà, regnum Israël, quod suis viribus, haud iurè per ferè octo annos, decursos à morte Saul (de quo 7. *Septembr.* n. 4.) occupaverat; translaturum ad David, cui totum Israël in regimen promiserat Dominus. Rex præ timore tacuit; & ab Abnere perficiendum non credit; sed ille in proposito permansit, uti videbimus postredie, n. 2.

3 Postquam die 18. ut vidimus à n. 3. Ieroboami per Ahiam confirmata spes in regnum, quam foverat inter Principes Ephraim, & celare debebat usque ad tempus; discrimini capitis, ni fugisset, fuit expositus: igitur cum inter cives provulgasset oraculum, sciens Salomon ab illo seminatitas discordias, ut deponeretur è throno, voluit interficere Ieroboamum. 3. *Reg.* 11. 40. Magis quam maledicentia & regis dignitatis contemptus, Salomonem pupugit quod audacia astrueretur infallibili vaticinio, quod in cunctorum ore, ut citius pro Salomone Ieroboamus elevaretur in thronum. *Propheta verbis erectus ad spes magnas* (inquit Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 2.) *cum esset alioqui ambitioso & inquieto ingenio; quamprimum in suam provinciam pervenit, non immemor præsagij Prophetici sollicitare populum cœpit; ut à Salomone desiceret, ipsique principatum deferret. Cuius conatibus & insidijs cognitis, Salomon volebat eum comprehendere & occidere. At ille ad Susacum Egypti Regem profugus, & præsens periculum evasit, & manendo illic usque ad Salomonis obitum, regno Israëlitico incolumen servavit.* Ahiam fugisse cum Ieroboamo, asserit Briet. *Ann.* 3055. Nescio quo fulcro dictum, unde voluntarium cogito. Ibi ergo mansit, vel manserunt tribus annis. Idem ibid. Petr. Alexandr. in *Chronic.* pag. 217. asserit ope Regis Egypti Safacum (qui Sefac) Ieroboamum assumptum in Regem Israël, post Salomonis obitum; cuius filiam in uxorem tradiderat.

4 Transactis ab hinc 340. ann. inaudita audacia visa in Ierusalem, improbitatem avi Achaz, superante arrogantia Manassæ. Ille cultum penitus exterminavit è templo; hic tabulas legis rasit, ne in illis aliquid legi possit; & summa eius improbitas minime reputaretur in peccatum, cum lex non esset. Diximus ex Delrio, *Tom.* 4. *Tr.* 3. n. 13. Na-

ticinatum cum morte Rapsacæ à Salomone, asserit Thargum Colli, sicut paria inveniuntur in *Talmud*, in tract. *Midras*. Itaque igitur exponitur illud *Eccle.* 10. 9. *Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.* Pende. *Inquit Rex & Propheta Salomon: Comperit habeo, Manassen IezeKia filium, eò scelerum deductum iri; ut simulacra & lapides adoret: quare in manus Regis Assyriorum veniet, qui eum frenis domabit; quia vel ab ipsis radicibus sermones legis in tabulis lapideis incisos evulserat; cuius sceleris daturus est certè poenas. Rapsacæ quoque, illius frater futurus est, ut ligneas imagines adoret; & de verbis legis (quæ in Arca in lignis Sethim fabricata, donata & scripta erant) decedat: cuius gratia per manus Angeli Domini, igne cremabitur.* Illo in tempore cœpit prophetare Nahum in Chaldæos, & Habacuc in Iudæam & Ierusalem. *Seder-Olam*, cap. 20.

5 Qui in ultionem properabant, specie obedientiæ, properè & tot numerosis copijs, pervenerunt Ierosolymam, Alcimus videlicet & Bacchides; uti relatum die 16. n. 6. Ut paulisper quieverunt, sese legatos Regis Demetrii dicentes, nunciare iusserunt Machabæo, fratribus & cunctis sacram & publicam administrationem habentibus, & etiam militarem, uti erant Asidæi; haud in aliud propositum advenisse, nisi ad pacem conciliandam, & firmandam amicitiam, insidias dolo malo occultentes, ut capere possent Machabæum. Huius animam sagacem, & Sytorum perfidiæ præsagium, proposita non latuerunt: etenim exercitus copiosus haud indicabat pacem, sed pacis tantam speciem. Scribæ & Asidæorum nonnulli, optantes pacem, quasi accepturi in dolo & simulatione luporum sub ovina pelle; syncerè accedentes, quia Alcimus Sacerdos ac ex progenie Aaronis, veram quærebant pacem, & ad illam meditata consilia. Alcimus verbis mellitis allexit; ut spe innocentes latetaret, & satis credulos comprehendere posset, & incautos opprimeret. Ita fecit: ex eis comprehensos sexaginta in una die ex Asidæis occidit, violato iure-iurando. Quapropter, quasi pace data terris, horum nece, & constituto in Pontificatu Alcimo; Bacchides castra movit ab Ierusalem in Bethzecham iuxta Iordanem (ut signat Adrichom. in 1. *Manass.* n. 18.) ubi refugas & alios quosdam de populo occidit, & cadavera in puteum proiecit. Unde tradita parte exercitus Alcimo, & commissa civitate ac regione; quasi iam rebus ipsi creditis à Rege sa-

Abner in-
crepuit ab
Ioseph.

Ieroboamus
Egyptum
profugit.

As viam
Abiam

Manasses
radit tabu-
las legis, ab
Arca extra-
ta.

Rapsacæ
uritur ab
Angelo.

Prophetant
Nahum &
Habacuc.

Alcimus in-
sidiatur
Machabæo.

Asidæos 60.
occidit.

Bacchides
revertitur
ad Regem.

tis provisum; ad eum Antiochiam reversus est. Rauclin. ex 1. *Machab.* 7. à 8. Serar. Alapid. Sanctius, & D. Thom. hic. Petr. Comest. cap. 6. Adrichom. in *Chron.* Ann. 3800. Salian. & Turfellin. 3892. Torniiell. 3893. n. 2. & Petav. 10. de *Doctrin. tempor.* à cap. 50. & 1. p. *Rationar.* lib. 4. cap. 10. fassèque Ioseph. 12. *Antiquit.* cap. 16.

6 Anno ab hocce articulo, 214. iuxta Briet. *Die vigesima quinta Adar veneno tollitur Antipater Herodis Magni.* Reuclin. Quia hic fomes tot seditionum in Iudæa, strictum quis fuerit, obijcietur: igitur per illum Idumæa dominata est filijs Iacob, excutiens iugum per tot sæcula cervicibus impositum, ut Isaacus prædixerat. *Genes.* 27. 40. propèque erat Melsiæ adventus (ur contigit regnante filio Herode) iuxta Iacobi prophetiam. *Ibid. cap.* 49. 10. Eius gesta refert Egesippus, 1. de *Excid. Urb.* à cap. 14. & Ioseph. 1. de *Bell.* à cap. 5. ac 14. *Antiq.* à cap. 2. Hic Idumæus, ex Cypre Arabica quatuor filios suscepit: Phaselum, Herodem, Iosephum, & Pheroram, filiamque unam, nomine Salomen, quæ regnante fratre Herode, pomum Discordiæ proiecit in aula. Varia bella gessit pro Hyrcano, ut restitueretur in Regnum & Sacerdotium, seu potiùs ut ipse haberet totius regni dominatum, & Hyrcanus tantum titulum. Occiso ab Ægyptijs Pompeio, transivit ad Cæsarem, quærens eius clientelam auxilio opportune præstito Mithridati, Iulij Duci, in bello adversus Ægyptum. Unde cum Cæsar in Syria esset, & Hyrcanum in Pontificatu confirmasset, eò quòd etiam ipse pro illo cum Antipatro profectus fuisset Ægyptum (ut narrat Strabo apud Ioseph. d. *cap.* 15.) Romanà civitate donavit.

7 Tunc post honores utrique collatos à Cæsare ex Ægypto victore; accessit ad hunc querulus Antigonus, filius Aristobuli, de nece patris & fratris, à Pompeio interemptorum (uti dicemus, 8. *Februar.* à n. 6.) insuper infamans patrum Hyrcanum, Antipatrum criminabatur de fide affectata apud Cæsarem, cum totus esset Pompeij. Verbo haud Antipater respondit accusationi; sed proiecta veste, ut fidem erga Cæsarem demonstraret; quæ in bello Ægypti acceperat, vulnera ostendit. Tunc Cæsar Antigonus seditionis & novarum rerum studiosum arguit, & Antipatrum Dynastam constituit, & Iudææ Procuratorem seu Præsidem. Hyrcano verò dedit facultatem reedificandi muros Ierusalem, ut dicemus ex Egesippo & Iosepho, 24. *Iun.* n. 6. & 13. *Decembr.* n. 8.

Tom. I. Ephem.

8 Statim Iudææ militiæ Præsidem Antipater constituit Phaselum, & Galilææ Herodem; ut penes se habens regni nervos, non aliud Hyrcanus faceret, nisi quod Antipater vellet, qui populo quidem gratus, sed nobilibus odiosus (Ioseph. 1. de *Bello*, cap. 9. 14. *Antiquit.* cap. 17. cum Egesippo, 1. *Excid.* à cap. 25.) licet Iudæis à Romanis, potissimè Cæsare, privilegia cum singularibus prærogativis, honoribus & immunitatibus, attulisset; quæ referuntur ab eodem, d. *cap.* 17. Postquam, occiso in Senatù Cæsare, venit D. Cassius in Syriam, & voluit propter negligentiam in colligendis tributis, occidere Malichium, seu Malchum (inter Iudæos Principem & amicum Pontificis Hyrcani) eumque liberasset Antipater; Malichius perfide, ut dominatione potiretur, infidiabatur Antipatro: unde corrupto pincernà Hyrcani, apud quem ambo epulabantur; veneno sustulit. Nec filij Phaselus & Herodes palàm necem uli sunt, sed Phaselo incumbente in constructionem paterni sepulchri; Herodes iussu Cassij, à militibus Romanis in littore Tyri, fecit confodi. Idem d. de *Bell.* cap. 10. & *Antiquit.* cap. 20. quem sequitur Egesipp. d. *cap.* 28. Salianus, Brietius, Turfell. *Ann.* 4011. Torniiell. 4012. n. 1. Genebrard. 4020. & Petr. Comest. in 2. *Machab.* cap. 18.

9 Anno Christi 31. dies decimus novus eius sacri ieiunij in monte. Anno 32. revertuntur discipuli ad illum gaudibundi de expulsionibus dæmoniorum, ab illis factis: sed illis dixit, haud ex fuga dæmonum verum gaudium; sed quia illorum nomen erat in cælis scriptum. Castell. ex *Luc.* 10. Calixtus Placentin. *Supput. tempor.* non redditum assignat, sed missionem discipulorum cum potestate super omnia dæmonia; cum Salvator in Capharnaum cœpisset predicare pœnitentiam. Alva verò *Tabul.* 5. asseruit simulatque venerunt discipuli, Iesum designasse alios septuaginta duos, & eos misisse binos ante faciem suam, ut præpararent viam in susceptionem veritatis; ex *Luc.* loc. cit. Minimè cohæret ordo cum tenore sacri capitis; eò quòd reversi dicantur, priusquam à Salvatore mitterentur.

10 Romæ Capitolium de cælo tactum. Prad. *Parerg.* Nonnunquam observatum ut prodigium; uti præmissimus, die 10. n. 14. Incensum sæpe videbimus, 6. *Iul.* Quæ ex fulmine templi tunc strages, & à quo factum, prætermittitur; duntaxatque signatur demissum è cælo fulmen in die, qua sacra celebrabantur Constantiæ. Numinis huius imago, erat scemina stans, hastam ha-

R bens,

Facet magnopere Iudæis.

Antipater tollitur.

Malichius occiditur.

Dies XIX. ieiunij Christi.

Christi gesta.

Capitolium tactum è cælo.

Sacra Constantiæ.

Idumæa, quando excussit à se Israelitarum iugum.

Quis Antipater Idumæus?

Cæsar cum summè honorat.

bens, in cuius extremitate accensa fax, & alia super aliam, ita ut faces essent invicem insertæ, & superimposita inciperet ardere, quò desinebat inferior: in sinistra verò cornucopiam habebat floribus fructibusque refertam, tanquàm effera Constantiæ: quæ quidem induta erat habitu Virtutis specioso candore. Hemelar. in *Numism.* Tabul. 5. Comites habuit Pietatē & Fortunam. Ibid. Interdum pingebatur sedens habitu Vestæ, quæ inter Deas sola sedebat. Idem, *Tabul.* 6. Interdum ornatu Minervæ columnæ superpositæ. Nonnius, in *Goltz. Græc.* Tabul. 34.

11 Eodem die triumphus M. Attilij Reguli de Salentinis, *Ann.* V. C. 486. *Goltz. Fast.* pag. 83. Bellum iniustum, sed ex illo triumphus Cofs. *M. Attilio Regulo* & *L. Iulio Libone Cofs. Salentinis indictum est bellum. Prætextus fuit, quod recepissent Pyrrhum, & socios infestassent: causa verò ut Romani Brundisio potirentur; unde facilis in Illyricum & Græciam traiectus. Pastoritia Pales ex hoc bello templum sibi votum, Attilius victor sibi triumphum retulit.* *Briet. Ann.* 487. Libonis triumphus postero die Attilij secutus est.

Fibruar. n. 12.) qui cum centum quadraginta millibus peditum, quindecim equitum, vastatâ Macedonia, abiit spoliatum templum Delphicum, sæpe inculcans, *Deos locupletes hominibus beneficos esse oportere.* Fanum invadit: à quo saxis, telis & sagittis à civibus repulsus, à Dijs terræmotu, tempestate, fulminibus, penè suos perdidit: & ipse lethaler saucius præ dolore vulnerum sibi mortem conscivit; ante cuius articulum elegit in Ducem Cichorium, cui præcepit, cunctos Gallos vulneratos aut languentes iugulare; & victimis viginti millium, fugiens à Delphis, ab obvijs populis cum decem millibus armatorum, ex quibus nec unus remansit, trucidatus est. *Pausan. cap.* 340. & *Iustin.* in *Histor.* lib. 24. Nonnullis placuit, magnam armatorum partem interijisse; sed alijs declinantibus in Phrygiam (ab illis dictam *Gallatiam*) Cichorium cum pretiosis ac divitibus spolijs, & exercitus reliquijs in patriam recessisse, venisseque Galliæ Tolosam, quò peste vexati, ex oraculo quicquid auri argentique surripuerant, in salutem proiecerunt; dictumque *aurum Tolosanum*, quod è lacu Tolosæ eduxit in propriam perficiem Q. Servilius Cæpio, uti præmissimus, die 23. n. 7. refertque *Iustin.* *Histor.* lib. 32. *Tectosagi Galli* (inquit) *cum in antiquam patriam Tolosam venissent, comprehensique pestifera lue essent, non prius sanitatem recuperare, quam aruspicum responsis moniti, aurum argentumque bellis, sacrilegiisque quasitum, in Tolosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus Consul abstulit. Fuere autem argenti pondo centum decem millia; auri pondo quinquies decies centum millia. Quod sacrilegium causa excidij Cæpioni, exercituique eius postea fuit. Cymbrici belli tumultus, velut ultor sacra pecuniæ, insecutus est.*

Brennus dorsus templum Delphicum.

Aurum Tolosanum.

12 Statua Athenis erecta Thaleti, primo septem sapientium, ob victoriam ex Niloxeno, coram Amasi Ægypti Rege. *K. G.* Multa de illis refert Plutarch. in *Sympos.* sed graphycè Thaletis certamen. Amasis iussit dicere in disputatione, Quid antiquissimum esset? Quid pulcherrimum? Quid optimum? Quid sapientissimum? Quid communissimum, quid utilissimum & nocentissimum? Quid valentissimum, quid facillimum? *Niloxenus ergo inquit* (subdit Plutarch.) *Quid antiquissimum? Tempus. Quid maximum? Mundus. Quid sapientissimum? Veritas. Quid pulcherrimum? Lux. Quid communissimum? Mors. Quid utilissimum? Deus. Quid nocentissimum? Dæmon. Quid valentissimum? Fortuna. Quid facillimum? Suave* (idest, Mulier) & tacuit. *Amasis rogavit Thaletem, num his solutionibus acquiescisset? Impugnavit, & post refutationem, dixit: Quid antiquissimum? Deus. Quid maximum? Locus. Quid pulcherrimum? Mundus. Quid sapientissimum? Tempus. Quid communissimum? Spes. Quid utilissimum? Virtus. Quid nocentissimum? Vitium. Quid fortissimum? Necessitas. Quid facillimum? Quod naturale. Hac expedire Regibus Niloxene conveniebat.*

14 Iam enim Brennus cum suis ab Atheniensibus victus fuerat ad Termopylas, iuvantibus Ætolis, qui ex manubijs cæforum hostium pulcherrimam statuam Apollini dedicarunt. Nonnius in *Goltz. Græc.* Tabul. 6. & 9. At, ut ait *Rhodigin.* 18. cap. 21. *Ceteri pro religionibus suis bella suscipiunt; Galli contra omnium religiones: quinimò & cum Dijs immortalibus bella gessere, quando celebre in terris, ut tunc res erant, impetu hostili Delphicum Oraculum invade-re sunt ausi.* Brennus itaque lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia, duxit in Delphon, militibus in certamen excitans ob prædæ copiam, quin vires frangeret nix, quæ terram ubertim operuerat.

Brenni aversitia.

Imagines.

Cursus Pietate & Fortunæ.

Triumphus M. Attilij Reguli.

Pales.

Statua Thaleti.

Eius disputationis.

Lustravit ergo planiora montis, Et ad acuendos suorum animos (subdit Iustin. d.) prædę ubertatem omnibus ostendebat, statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visebatur, solido auro susas esse; plusque in pondere, quam in specie habere prædę, asfirmabat.

15 Hac asseveratione incitati Galli, sed potius abundanti mero faucij, sine respectu periculorum in pugnam (& suo iudicio victoriam) anxu toto ruebant. Contra Delphi pauci numero (infit Iustin.) plus in Deo, quam in viribus reponentes fiduciam, cum contemptu hostium resistebant; scandentesque Gallos è summo montis vertice partim saxo, partim armis obruebant. In hoc certamine repente universorum templorum Antistites (simul & ipsi Vates) sparsis crinibus, cum insignibus atque insulis, pavidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt: Advenisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem Dei feliciter implorant, iuvenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Diana Minereque adibus, occurrisse: nec oculis tantum hæc se perspexisse: audisse etiam stridorem arcus, & strepitus armorum. Proinde ne cunctarentur, Dijs ante signanis, hostem cadere, & victorię Deorum socios se adiungere. Quibus vocibus incensi, omnes certatim in prælium prosiliunt. Præsentiam Dei & ipsi statim sensere: nam & terræmotu portio montis abrupta Gallorum stravit exercitum, & confertissimi cunei non sine vulneribus dissipati ruebant. Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine & frigore faucios ex vulneribus absumpsit: Dux ipse Brennus cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finivit. Nec fugientibus fortuna commodior fuit: siquidem pavidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore ac periculo dies, assidui imbres, gelu, nix concreta, & fames & lassitudo miseris infelicis belli reliquias obtriverunt: quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, vel ad memoriam tanta cladis superesset.

16 Pausanias postquam cap. 245. asseruit, ab Apolline apud Delphos Gallorum deletum exercitum; cap. 339. miris circumstantijs profert triumphij singularis articulum. Acerrimum frigus Gallos cum plurima nive vehementer affixit: saxa præterea ingentia & montis crepidines è Parnasso avalsa in Barbaros corruerunt. Primâ luce Græci Delphis erumpentes locorum notitiâ freti,

per medias nives ex arduis & præruptis anfractibus descendentes, de improvise Gallos à tergo adorsi, missilibus illos & sagittis impune figebant. Fugientes castra habuerunt, quo loco nox eos primùm oppressit. Ea nocte Panicus illis incesit error (idem Chartar. de Imagin. pag. 80.) ceptum est hos pavore generè agmen-exagitari intempesta iam nocte: & pauci sanè ab initio, eo mentis errore conturbati; ut audire sibi viderentur sonitum pulsati equorum pedibus soli, & iam propè cernere insultantes hostes: non multo post ad omnes eadem pervenit insania. Arreptis igitur armis, & inter se factò agminis dissidio, vicissim & occidebant alij alios, & occidebantur; cum neque per tenebras & amentiam, patriam linguam intelligerent, neque vultus inter se nec scutorum signa possent agnoscere; sed contrarijs ordinibus utrinque per cæci erroris illius vecordiam, Græci esse qui contra pugnare viderentur, & Græca esse arma, putarent: furorque hic divinitus immissus effecit, ut maxima Barbarorum multitudo mutuis vulneribus caderet. Non Panicum terrorem arbitratus est Iulianus, sed ex echus geminatione, strepitu ac vociferatione contententium, fragore nubium & clangore tubarum, fuisse percussos & novitate attonitos. Maestas Dei plus hic admirationis habet. Media saxi rupes (subdit) in formam theatri recessit: quamobrem & hominum clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus & respondentibus inter se rupibus, multiplex auditori, ampliorque quam editur, resonare solet: quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris, & admirationem stupentibus plerumquæ affert.

17 Cicero l. de Divination. inquit in articulum: Obijciuntur etiam sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt, speciem autem efferrunt, quod contigisse Brenno dicitur, eiusque Gallicis copijs, cum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset. Tunc enim ferunt ex Oraculo verba hæc fatam esse Pythiam: Ego providebo rem istam, & Alba virgines (nimirum, Furiz) ex quo factum, ut & viderentur virgines ferre arma contra, & nive Gallorum obruere exercitus. De huiusmodi spectris videtis Petron. Carm. 19. v. 138. Claudian. l. in Rufin. v. 125. Virgil. 2. Æneid. v. 622. & l. Georg. v. 477. LaZerd. hic n. 13. atque Delr. insè in Senet. Oedip. v. 174. Commentar. 3. Cum Brennus Delphos oppugnaret (ait de Prodigijs, cap. 29.) tres heroes catastrophe in aère visi: ex Hyperboreis venire; à quibus Galli deleti. Eadem prodit Pausan. quò supr. sicut acci-

Apollo cum alijs Dijs templis descendit.

Prodigia in propugnaculum.

Brennus caditur.

Alia mira.

In Gallos Panicus terror.

Echo horribilis è Parnassii rupibus.

Spe. Ita.

Alba Dec.

Umbra Heroum visa in aère.

dit in pugna Maratonia adversus Darium Hytaspis; ut videbimus, 6. August.

18 Apud Lycios *Proscomia*. Coel. Rhodigin. 29. cap. 20. *Ea* (inquit) *videtur esse celebritas quaedam deponenda coma, in obsequium Regis; quo nomine oportere illos attondi*. Nonnunquam quia summus ornatus; apud varias nationes magni habitum capillitium: imò apud Lacedæmonios à Magistratibus per honorem concessum; ut ait Emmius, in *Republ. Lacon*. Plutarch. in *Lycurgo*, Philostr. in *Vit. Apollon. 3. cap. 4.* & Alexand. Neapol. 4. cap. 2. qui lib. 5. cap. 28. luxum Nationum erga comam refert. Lycij plus alijs de casarie gloriabantur, unde Adagium, *Lycia coma*. Gilbert. Cognat. *Centur. 5. n. 30*. Ita in huncce ornatum naturalem propensi, ac capillitij studiosi, ut multam quidem subire maluerint, quam comam præcidere. Contigit, regnante Mausolo, hyparchum nomine Condalum, Regi cupere cumulare divitias, & imprægnare astu ærarium: & cum videret Lycios magnoperè studere capillitio; invenit quo Regi posset congerere opes. Commentus est Regem petere comas subditorum mitti ad solemnitatem Proscomiorum: verum si redimere vellent, poterant numeratâ pecuniâ in sacrorum impensas: suæ enim curæ fore è Græcia capillitium afferri. Lycijs consilium placuit, & elegerunt (quo summam Condalus congestis, sive corrasit) privari pecuniâ, quam exornari comâ. Rhodigin. d. Ilii conditionem admiserunt, ne turpiter tonderentur: modò repunicari duplum solvent, ut tondeantur, & sine coma appareat turpe pecus mutilum.

19 In Perfide plausus totius aulae regiae ex gaudio Xerxis propter adventum Themistoclis in Persiam, & à Græcia fugam. Hic Athenienses (quanvis per illum naeti libertatem, dum astu & viribus à Græcia fugaverat Xerxem) ne in tyrannidem potentiam verteret, publico ostracismo in Argos miserunt exulem. At Lacedæmonij validum illum hostem aliquando timentes, accusarunt apud Athenienses, magna (sicut fecerat Pausanias, de quo, 23. *Februar.* à n. 21.) adversus patriam moliri, sollicitatâ societate ac amicitia cum Rege Persarum, ut Græciam opprimeret. Ita proditiōnis damnatus, hinc inde vagus, salvus pervenit Ephesum. K. Græc. & Æmil. Probus, quem sequitur Cornel. Nepos, in eius *Vita*. Ibi Dodoneum per familiares consuluit Oraculum; cuius responsum: *Ad cognomen confugiendum Dei*. id interpretans Themistocles, esse Regem, cui cum Iove Regis no-

men erat commune; transit in Susas incognitus, quin vel Artabano, priusquam Regi, nomen exponeret. Regi silitur, quis esset declarat, Xerxes miratur: & quamquam aulici arbitrabantur à Regis Genio illuc adductum in cruciamen, vocantes serpentem versipellem; quievit bilis commota, eum videntes honoratum à Xerxe. Qui (ut refert in *Themistocle*. Plutarch.) *seipsum apud amicos beatum predicabat, tanquam maximo fortune beneficio dignatum; comprecatus Arimanium (Persarum Numen) ut eum hostibus animum daret, quo optimos suorum eijcerent. Fertur sacrificasse Dijs, inde statim ad pocula se contulisse, nocturne in medio somno, præ letitia exclamasse: Habeo Themistoclem Atheniensem. Primâ luce convocatis amicis, Themistoclem ad illos introduxit: illique dixit: Iam sibi ducenta talenta meruisse. Cum enim ipse venerit, par esse, ut id præmium, quod fuisset ei qui adduceret, promissum; accipiat*. Astipulatur Saliarius, *Ann. V. C. 287.* cum Brietio. Eximie à Xerxe honoratus: ita ut suis ipse dixerit: *Perirem, ni perissem*. Petav. 1. p. *Rationar. lib. 3. cap. 6.*

Quam Xerxi acceptus adventus

Eum maximo perè honorat.

DIES XXVI. IANUAR:

1 **G**Rad. 6. Solis in *Aquario*. Si fuerit in horoscopo, nati laboribus & ærumnis gravabuntur: nonnulli erunt nobiles athletæ. Firmic. Caput *Hydra* oritur vespere. Alsted. *Uranom. Fidicula*, iuxta Ptolom. *occidere incipit*. *Hyemat dies*. De Lyra constellatione, vid. *Urag. Septembr.* à num. 20. & *Octobr.* num. 31. de influxu in occasu Iovian. Pontan. 3. *Urania*, accinit:

Lyra occasu.

At si vergentem oceano, atque Atlanta præmentem

Falce Lyra, sive ense minax percusserit astrû;
Occidet infami leto, ac prætoris iussa
Expectans, tortusque diu, tractusque catenis
Cum gemitu vitam effundet.

Pontan.

Atque abit in tenuem cinerem, extinctaque favilla

Nil reliquum non forma quidem, non corporis umbra:

Tantum declivi præceps Lyra sævit ab orbe.

Vir ligneo baculo ludens. Sphæz. Arab.

2 Abneris adhuc nec deserbuerat ira pro obiurgatione dignè vel indignè facta, uti pridie, n. 2. retulimus. Unde quæ cogitaverat, per nuncios fideles, incio Isboseth, perficere curavit, & reconciliationem

Abner pro federe nuncios mittit Davidi.

exi-

Proscomia.

Condali astus.

Themistocles fugit Persiam.

exigens, hac peractâ, Davidi promittit dominatum super Israël universum à Dan, usque ad Bersabeë; idest, ab introitu Emath usque ad torrentem Besor: simulque petit fide regiâ commeatu securitatem, ut invifere, quod optabat summè, valeret. Fœdus extemplo amplexus est David; sed Abneris præsentiam renuit, ni prius adduceretur ad illum uxor Michol, quam iniuriosè ab illo subtraxerat Saul; de quo 16. *Maij*, n. 3.

3 Indæi qui in Ægyptum ob Chaldæorum metum, Duce Iohanan, transinigrarunt; nec malis quidem sapuerunt. Iam quasi pace partâ, corruerunt in Ægyptiorum idola, inolitâ malitiâ & antiquâ superstitione; estò moniti de illorum & idolorum excidio, ni resipiscerent; uti dicemus, 7. *Octobr.* n. 5. Exposuit corâ Prophetâ, non ob aliam causam extra terram tot prodigijs ab Israëlitis possessam, duodecim tribus esse extortes, & ita frugî sese reciperent alienis ærumnis: aliâs gladius columbæ imminens accessurus; ut sæpe prædixerat. Hac in die, ut cogitar Reucl. ex *Ierem.* 44. à 1. Lunæ inter Ægyptios facta occurrerunt, ad quâ magno studio properabant festivæ plaudentes fœminæ Hebrææ, in Phatures ad ostia Nili. Occurrit minax Ieremias, cui impudenter tam viri, quàm *universæ mulieres, quarum stabat multitudo grandis*, responderunt: *Facientes faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore nostro, ut sacrificemus Reginæ cœli*, &c. *ibid.* à v. 15. Unde Sanctius hic n. 13. meritò cogitat, illos huiusmodi voto se constrinxisse, vel dum cogitarunt proficisci Ægyptum, vel cum illuc pervenerunt. Liqueat ex v. 25. Idem Maluend. Dominus tunc per Vatem sacrum confirmat captivitatem, ita ut Rex Ægypti tradatur in manus Nabuchodonosor, sicut Sedecias traditus est. Iam odio Prophetam prosequerantur, & illos illius vitæ tædebat, quoniam offensis illorum flagitijs: quam quidem abstulerunt post quatuor menses; ut dicemus 1. *Maij* à n. 2.

4. Tanquàm Nemesi à tergo advenit Epiphanes in vindictâ sceleris flagitiosissimi à Vicario suæ ditionis in Daphne patratâ, cæde Oniæ, de qua d. 19. à n. 5. Hac die compositis Ciliciæ rebus Antiochiam pervenisse; autumat Raucilin. Simulatque pervenit, non solum Indæi, quorum Onias Pontifex Summus, sed & aliæ nationes, obæratæ sanctitate occisi, apud Regem questæ amarè de indignissima cæde, patratâ ab Andronico, eius Vicario Antiochiæ, dum Epiphanes absuit apud Cilicâs. Excanduit pietate, qui nunquàm ex facie novit, expressâ

sceleris gravitate, flagitij abominatione, lacrymis calidis pectoris nimis tyranni; cum recordaretur sobrietatis, modestiæ, virtutumque Oniæ, cui ob hæccine eximia charus. Magna profectò probitatis occisi commendatio; dum Oniæ virtutem colebat, qui virtutes oderat. Quare iustitiæ instantiâ percitus, in vindictâ criminis æquè ductus, detractâ ab Andronico purpurâ, & indutum veste sordidâ per totam civitatem circumduci ignominiosè iussit, & in eodem loco, quo ceciderat Onias, dirissimè colli. Equissimum namque supplicium, quod à iudice iniquissimo factum. 2. *Mach.* 4. à 35. Sanctius hic n. 23. Serar. in *Commentar.* Petr. Comestor. in *Essb.* cap. 11. Adrichom. *Ann.* 3792. Torniiell. 3882. n. 4. & Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 4. cap. 9.

5 Ductus sanè Andronicus in recem præfatam suggestione atque donis Menelai, qui ad Sacerdotium, quod denuò optabat, in vero Pontifice obicem inveniebat: consorsque criminis & suavor, non fuit supplicij; quia patratâ cæde, quasi nesciret, Ierosolyam fugit; ut relatum, die 19. n. 6. Servabatur in acriorem mortem. 2. *Machab.* 13. à 3. Quantus in virtutibus fuerit Onias, constat ex zelo legis, factorum amore, certamineque continuo per triginta sex annos adversus improbos sui generis, atque muneris usque ad mortem. Post illam apparuit Iudæ Machabæo, viventis præferens speciem, & decoris habitudinem. *Erat autem huiusmodi visus. Oniam, qui fuerat Summus Sacerdos, virum bonum & benignum: verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum; & qui à puero in virtutibus exercitatus sit*, &c. *ibid.* cap. 15. à 12.

6 Post insignem victoriam de Apollonio partam à Machabæo, quindecim retrò diebus (ut diximus, & signat Raucilin.) in qua virtus eius effloruit, eodem tempore ostendentis (adinstar imaginis Iani) vultum iuvenis & senis: hoc est manum militis & simul consilium Imperatoris; Seron quidam strategus exercitus Syriæ, gloriam exterminij Iudæ populique sancti, quam cum vitæ & victoriæ amiserat Apollonius in obsequium Epiphanis, sibi arrogare cupiens, conscripsit ingentes copias, quibus addit haud levem militum manum ex transgressoribus Israël; & progressus castrametatus est ad Berheron, in Tribu Ephraim (de quo Adrichom. n. 29.) Tunc ieiunabat totus exercitus Machabæi, vel quia ex necessitate aut religionis causâ, vel quia institutum in actionem gratiarum pro obtentâ pridem victoriâ; vel obtinenda, haud inscio Machabæo

Ieremias obiurgat Lunam adorantes.

Menelaus servatur in graviorem interitum.

Quantus S. Onias!

Andronicus caditur propter cædem Oniæ.

Ieiunat cum exercitu Machabæus, pro victoria de Apollonio.

chabæo præparationis Seronis in cupitam debellationem pro obtinenda, aut retinenda gratia Regis. Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 10.

7 Tunc aberant ab exercitu Iudæ Asidæi, ut refert Gorionides, lib. 3. *Histor. Iudæicæ*. cap. 9. qui erant robur exercitus, imò tota in hostes machina: haud quia abierunt ad Antiochum de congregatione fidelium, ut scribit hic Iosipus; sed quoniam seorsum sua propria Asidæi habebant instituta, exactè servata, non imminente pugna (præ tunc occiso Apollonio videbatur) maximè cum præcessisset ieiunium, idque fortasse non unius diei, sed plurimum; ut notat Sanctius hic, n. 14. De Asidæis, 6. *Novembr.* à n. 6. Haud terruit Machabæum, à Deo in certamen impulsus, Asidæorum absentia; ut Numini tantum tribueretur victoria: quapropter cum levi militum manu totà nocte in hostem pergens, manè paventes (præ Syrorum multitudine, & acierum ordine, potissimè ieiunos) validè confortavit: irruensque Seronem sua manu occidit. Hoste prostrato, omnes in fuga spe in salutis collocarunt, dissipatis ordinibus; quos Machabæus persecutus instanti, ex eis occidit octingentos: reliqui evaserunt fugientes in terram Philistinum in regionem maritimam. 1. *Machab.* 3. 13. Per r. *Comest.* cap. 2. Ioseph. d. & Gorionides. Antiochus, qui de victoria minimè dubitaverat, adverso Marte expavit; & vindictam, præut furor impellebat, meditatus, iussit haud in Iudæa deferri præsidia, ne glisceret victorijs Iudæa triumphantis potentia: quem quidem velitationibus lætari oportebat, quousque instructo formidabili exercitu, per Ducés strenuos gentem de sub cælo deleteret. Incipiente vere, decretum exterminium: in præsentem, copias recensere, ad quod ærarium aperuit: & ne possent stipendia deficere; sibi visum commodius, pergere in Persidem, & tributa Superioribus regni provincijs exigere, vel astu aut violentiâ corradere. Proinde rerum administratione commissâ Lyfiz, amico probatæ fidei, relicta etiam copiarum & elephantorum parte, commendaraque curâ filij Eupatoris in regiam educationem; eum pro se sufficit in tota Syria ab Euphrate Ægyptum usque; quo profectus in Persidem: verum in discessu semel & iterum mandavit, ut delectis copijs subacta Iudæa, & habitatoribus eius sub hasta divenditis; deleteret Ierosolyma, ac totam Iudæorum gentem extingueret. Idem qui supra ex loc. cit. à v. 31. Interea Machabæus cum fratribus & Asidæis congregabat dispersos Israël, invitans illos in leges patrias,

& quotidie exercitui aggregans maiores copias, hostibus erat formidini, expugnatis aliquot præsidijs, quo posset tutius obsistere Epiphani, cuius scita illum non latebant; ex his qui ad illum uti hyperaspisten è Syria confugerant. Articulus. *Adi* 28. *Maij.* n. 4.

8 Ann. Christi 32. datâ ab illo discipulis potestate in miraculorum pattationem, misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quò venturus: & tunc per totam Galilæam regnum cælestium prædicavit. Castell. addit, tunc Baptistam inclusum in carcerem fuisse ab Herode. Alva verò *Tabul.* 5. astruit hoc die Iesum in Capharnaum ingressum Synagogam, prædicasse; de quo auditores stupuerunt; ex *Marc.* 1. à 21. Non enim ullibi prædicavit, priusquam ieiunium impletet: illoque die *ann.* 31. erat ieiunij eius vigesimus. Lectio Hebræorum hodie in Synagoga erat ex cap. 25. *Exod.* à v. 1. usque 27. 20. & 1. *Reg.* 5. 12. usque in 6. 14. Lamy. Observandum, inter Hebræos pro libris *Reg.* summi 3. & 4. quippe qui apud nos 1. & 2. vocantur Samuëlis.

9 Romæ, Castori & Polluci ad Iuthurna stagnum, templum dedicatum. Elias Reufner. ex *V. K.* Fallitur, quippe postridie. Hac die *Paganalia* celebrabantur, dum stata; quia sub Servio Tullo institutore, fuerit conceptiva, & acta post Ferias Sementinas: unde Ovid. 1. *Fastor.* v. 667.

Villice, da requiem terra semente peractâ:
Da requiem, terram qui coluere, viris.
Subscribit Rosin. 4. cap. 17. & Constant. hic. De Servio Tullo ait Halicarnass. 4. n. 14. *Per singulos pagos aras iussit dedicari Dijs Tutelaribus, quotannisque ibi conventum fieri & sacrificium: Festum in primis religiosum constituens, vocavit Paganalia; simulque eorum sacrorum ritus, qui nunc quoque servantur, conscripsit. Ad id sacrificium & conventum omnes iussit paganos in singula capita conferre certum numismatis genus, sed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes: quibus enumeratis per sacrorum præsides, apparebat hominum numerus per sexus atque ætates distinctus. Idem Varro, 5. de *Lingua Latin.* qui distinguit *Paganica* à *Paganalijs*; quia hæc singulorum prædiorum, illa communium. Distinctum hoc nomine festum à Septimontiali, quia non populi, sed agrestium, qui in illis septem montibus habitabant; quapropter etiam dictum *Paganalia*, de quo 25. *Decembr.* n. 28.*

10 Sacrificium erat Cereri & Telluri, quæ *Matres frugum* dicuntur ab Ovid. *ibid.* v. 671. *Victima* sus prægnans cum fat-

Victoria
Machabæi
de Serone.

Epiphani
pergit Per
siam pro
belli sum
ptibus.

Christi
sta.

Ieiunij eius
dies XX.

Paganalia.

Ovid.

Tutelaribus
Dijs.

Paganica.

Victima Ce
reri & Tel
luri.

farre. Paul. Marf. hic. Pro unica Dea utriusque vox habita, apud Diodor. Sicul. 4. *Biblioth.* n. 191. etfi ad fruges munera singularum discreta; quoniam Ceres semina iacit, Tellus recipit: illa excutit, hæc alit. Ceres præbet causam frugibus, terra locum. Sic enim factum, dum præcipitur: *Pagus agat festum.* Libatio erat ex lacte & sapa, dicebaturque potio *Burratica*, à colore fuscò, quem mulsam facit lacte dilutum. Festus Pompeius, 17. & Ioseph. Scaliger *Coniectan. in Varron.* innuitque Ovid. d. lib. 4. v. 786.

Libatio ex lacte & sapa.

Ovid. Ceres Empanda.

Lac niveum potes, purpureamque sapat. Hoc in festo Ceres dicebatur *Empanda*. Scaliger. d. & Varro 1. de *Vita pop. Rom.* tum quia Dea paganorum; tum quia cum ad eius asylum confugientibus daretur panis; nomen fictum à dândo. Rosin. d.

Imagines Cereris.

11 *Ceres eadem ac terra*, ait Chartar. pag. 139. In signum identitatis ad munia agriculturæ; imago eius referebat matronam fertis spicis redimitam, papaverisque fasciculum manu tenentem; cuius curram duo dracones trahebant. Idem ibid. pag. 135. & Claudian. 1. de *Raptu Proserp.* à v. 181. Etiam pingebatur in curru tracto à serpentibus cum duplici face, quam præcedebat Minerva & Diana, etiamque alius currus decorus cum quadriga, ibique sedebant Pluto & Proserpina, astantibus coram Iove & Hercule. Huius cogitationis mythologiam exponit Kircher. in *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. cap. 10. totumque in signum agriculturæ. Idem Fulgent. *Placiades lib. 1. à n. 7.* & Natal. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 14. Aliam exhibebimus imaginem die 28. n. 15.

Telluris.

Ut eadem officia in Tellure demonstrantur, eam depingit Boccatus, 3. de *Deorum Genealog.* tanquam omniparentem, fœminam coronam turritam gestantem; cuius vestis ramorum atque herbarum textura erat distincta, sceptrum manu tenentem, habentemque iuxta se plura tympana. Vehabatur quadriga tracta à leonibus, & in qua sedes aliquæ apparebant vacuæ, quæ custodiebantur à Curetibus armatis: & pro insigni Dea clavem pretiosam levâ manu gestabat. Ænigma huius imaginis extricat Chartar. d. à pag. 140. Aliam ostendemus, 1. *Maij*, n. 9. Hinc idem fanum Cereris & Telluris. P. Victor. *Region. 4.* Eodem die triumphus L. Iulij Libonis de Salentinis. Goltz in *Fastis*, pag. 83. Causam indicavimus pridie, n. 11. Etiam post ann. 222. ovatio Cæsaris ex monte Albano. Idem pag. 183. Renuit triumphare, ne invidiam conciliaret civium, eò quod victus & cæsus esset, proditus Cæsari

Triumphus Libonis & ovatio Cæsaris.

Cn. Pompeius, filius Magni: tuncque à Senatu & pop. Rom. designatus Dictator perpetuus. Ibid. Post ann. 18. triumphus Sexti Apuleij de Hispania. Idem pag. 205.

12 Inter Athenienses Gratijs facta. *K. Græc.* Athenienses sumpserunt ex Bœotis, *Ipsi iam ab antiquis temporibus Gratijs venerantur: quæ sacra usurparunt. Bœoti Eteoclem sanè primum omnium Gratijs sacra fecisse memorant. Athenis in arcis vestibulo Gratiæ sunt, & ipse numero tres. Vulcani uxorem earum unam, Homerus dixit, quam Gratiam proprio appellavit nomine: qui cum iuniores Gratijs nominet, vetustiores illum scisse alias fuisse. Solis filias esse dixit, Euphrosynem, Aglaiam & Thaliam. Pitho, id est, Suadela una est Gratiarum. Pausan. cap. 309. Comitum Smyrnæ fecerunt Nemesim. Ibid. Etiam Mercurium, Senec. 1. de *Benef.* cap. 3. Eas in dextra Apollo habebat, sinistra arcum cum sagittis. Macrobi. lib. 1. *Saturn.* cap. 20. Ductor Gratiarum Apollo signatur à Chartario, pag. 355. ut comitentur Venerem in cuius cestu illarum effigies. Natal. Comes, d. lib. 4. cap. 13. Iovi & Iunoni etiam dedere, quoniam ab ipsis originem trahebant. *Gratijs venustate faciem exornare, & singula corporis membra ad præstabiliorem habitum iucundamque spectantibus decorem conformare, beneficia spontè communicare, & pro communicatis quam decet, gratiam referre; Iovi & Iunoni tributum est.* Diodor. Sicul. 5. n. 233. & Phornutus, *speculat. natur. Deor.* n. 15.*

Gratijs facta.

Pitho Suadela.

Gratiæ cum Nemesi, Mercurio & Apolline.

Cum Iove & Iunone.

13 Tres finguntur, quæ Græcè dicuntur *Charites*, id est, iucundæ, deliciosæ; quarum templa nunquam in deserto, sed in urbibus, ut frequentarentur obvijs vicissim hominibus: quandoquidem nunquam clauderentur ostia. Rhodigin. 23. cap. 18. Chartar. d. pag. 357. & Alex. Neapolit. 5. cap. 1. Prima, in gratia dicitur maiestas, honestas atque venustas. Secunda, iucunditas, festivitas & hilaritas. Tertia, voluptas, lepiditas, atque concinna suavitas. Hinc cum Venere & Cupidine. Rhodig. 28. cap. 18. quibus à Gratijs totus decor.

Dixit Charites.

Templa illarum in urbibus, & nunquam clausa.

Inde alitur nudus placida sub matre Cupido: Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Cland. Minos.

Tres sunt Gratiæ, quæ simul lucent dando, accipiendo & referendo: virgines, nudæ, hilares, festivæ: at olim ornatae, ut asserit Pausanias, d. Rhodigin. 22. cap. 2. & Gerald. *Syntagm.* 13. n. 54. Ideo ab Homero, ut diximus, dicuntur Gratiæ veteres & novæ. Veteres perspicuis vestibus cultæ & ornatae: novæque sunt penitus nude; quoniam modò Gratiæ puriores ceu nude virgines

Imagines.

corrumpuntur, vel apparent non virgines, si nudantur. Natal. Comès, 4. *Mytholog. cap. 15.*

14. Minores Horis fecerunt (etsi Chrysippus: idem Gratiarum Numen signaverit atque Horarum. Laërt. in eius *Vit.*) sed pulchriore: quapropter cum Parcis erant in corona Iovis, Chartar. d. & obvenerationem crater primus dicabatur Gratijs. Rhodig. 28. cap. 6. & in earum templo in Elide cum Solis & Lunæ erat illarum species. *Simulacra* (infit Pausan. cap. 203.) *lignea sunt veste inaurata: facies, manus & pedes è candido marmore. Earum una rosam, talos altera, myrti frondem tertia præfert. Gratia Veneri præ ceteris Dijs attributa sunt. In eadem basi Cupido Gratijs assistit à dextra.* Easdem imagines indicat Gyrald. quò dudum. Alciat. *Emblem. 162.* signis ac notis aliorum addit ad Gratijs calcarias; queis *Tres Charites Veneri assistunt, dominamque sequuntur.*

Effigies pulchrè exhibentur epigramatum lepore apud præcit. AA. Gyrald. Chartar. Natal. Comit. & Laurent. Hæchtan. in *Microcosm. Emblem. 18. & 19.*

15. Adversus Gratijs insurrexit Avaritia. Nullius ponderis arcula Gratiarum sine pretio; magnique si gravem possidet arca Iovem. *Simonides* (ait Stobæus ferm. de *Avaritia*, n. 9.) *rogante quodam, ut sibi conscriberet encomium, & gratias sibi relaturum promittente, non aliquid pretij; Duas, inquit, arcas habeo, unam Gratiarum, alteram numismatum: Gratiarum scrinium aperiens inanem, nec ipsas gratias reperio, alteram verò solam mihi commodam.* Fabulam lepidam refert Gyrald. loc. cit. n. 53. quam regerit libell. de *Ingrati crimin. vitand.* n. 27. *Charites saltantes* (ait) *ad emulationem Dearum, in puteum extra choream evoluta lapsa sunt: at tellus cladem miserata plantas virides produxit, qua hominibus iucunda, & earum inducunt memoriam.* Totum sanè necessarium homines inter ne Gratiæ suffocarentur. Aliter, sed in eundem articulum Natal. Com. d. In puteum corruerunt: semel expertæ periculum, decreverunt fugere discrimen, & ascenderunt in cælum.

Ipsa fides perit, magnus Deus, ipsa vivorum Et probitas: terras diffugiunt Charites.

Multis enim in locis Gratiarum celebrata memoria, & simul Horarum; sed hæc expressæ præcinctæ, & illæ solutis zonis. Horat. 3. *Od. 21. v. 22.* dum enim ad Horas cingulus, possunt sanè in Gratijs solvi. Illarum imagines cum alijs Numinibus, suis desi-

gnabimus diebus. Ut cognoscantur, Par tribus est facies, qualè decet esse sororù. Chartar. *Par tribus est atas, par quoque forma tribus.*

16. Hoc quoque die Athenis sacra Opinioni. K. G. sed adversus Veritatem, cuius templum in sacris Opinioni claudabatur. Huius imago scemina speciosa veste ornata, per labyrinthum ducta à iuvene cæco, dum plus gestiebat, qui dicebatur *Error*. Athen. 4. n. 90. Ferè eadem imago ex Hippocrate apud Chartar. pag. 246. *Mulier qua non malè videbatur facie, sed audacior aspectu & concitator.* A Carolo Bovil. in *Adagijs*, n. 57. *Scemina pingitur uno pede inixa columnæ, altero in igne, dextrà Fortunam habens, sinistra serpentem, cum epigraphe: A sinistra caveto.* Achill. Bocch. *Symbol. 70.* signat *Genium protervum*: pingit sceminam faciem ardentem habentem in dextrà, ac urentem Doctrinam & Sapientiam, ad cuius pedes & Victoria & Pœnitentia, Veritasque superata.

Armata vecors spe, in super

Opinionum turba fallax

Impetu cum ratione vasto

Bellantur, ac pulchro illa suo hæstat

Vero involuta.

Plerunque talem res habet exitum,

Ut prælo decedat ipsa

Pars melior, sibi metque tutum

Quærat salutis præsidium, fugam.

Adi Dionys. Lebeum-Batillium, *Emblem. 17.* & Senec. de *Consolat. ad Marciam*, cap. 19.

17. Inter Lacedæmones hoc die sacra Musis & Marti, ex instituto Lycurgi. Plutarch. in eo. Canentes adoriebantur hostes. Si in constantiam ac fortitudinem studium; non minus operæ in disciplinam canendi. *Carminibus utebantur ad tibiam, in hostes impetum facientes.*

Citharæ sonus doctæ, Marti pars est truci.

Quin & Rex antequàm iniret prælium Musis rem sacram faciebat; disciplina & legum memoriam renovans, quo promptiores ad periculum, ita pugnarent, ut res gestæ commemoratione essent dignæ. Idem ibid. & Æmil. Probus in *Lycurg. Anl. Gell. lib. 1. cap. 11.*

Thucydides, Lacedæmonios summos bellatores, non cornuum tubarumve signis, sed tiliarum modulis in prælijs usos esse, refert: non prorsus ex aliquo ritu religionum, neque rei divine gratiæ; sed ut moderatores, modulatoresque fierent, quòd tibiicinis numeris temperatur. Cum procinctæ igitur classes erant, & instructa acies, ceptumque in hostem progredistibiicines inter exercitum

Chartar.

Opinioni sacra, in quavis templi Veritatis clausum.

Imagines

Achil. Bocch.

Sacra Musis & Marti.

Plutarch.

Lacones in pugnam non nisi tibiis, sed tibijs.

positi, canere inceptabant, ad quandam quasi militaris musicae disciplinam. Astipulatur Ravif. Textor, 7. Officin. cap. 48. Hinc ortum, ni fallor, ludum Pyrrhicum arbitror, de quo aliquid diximus die 24. n. 15. & exponemus fuse, die 28. à n. 17.

Sacra Tritoni & Iasoni. In insula Phla sacra Tritoni & Iasoni, Duci Argonautarum. Theodor. Gaza. Causam describit Herodotus. Lotophagi hanc insulam aiunt à Lacedæmonijs habitari debere. Aiunt autem, Iasonem posteaquam sub Pelio Argo edificavit, imposito in ea cum alijs solemnibus hostijs, tripode aereo, circumfisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: eumque cum teneret cursum, arreptum à vento Aquilone, abductam in Libyam, & priusquam tellurem cerneret, in asperis paludis Tritonidis astitisse: eique hesitanti de egressu apparuisse Tritonem fluvium, ac iussisse dari sibi tripodem; quod diceret ostensurum se illis exitum, atque incolumes remissurum. Assentiente Iasone, ita demum Tritonem ostendisse, qua ratione è brevibus enavigans, & tripodem in suo templo possuisse, in eoque tripode oraculum reddidisse & ijs qui cum Iasone erant, omnem rationem indicasse. Fore enim, ut cum quis tripodem accepisset ex omnibus qui in Argo navigarent; necessariò centum Græcæ civitates accolerent paludem Tritonidem. Hæc cum audissent Lybites, qui montem Gratiarum colunt, tripodem occultasse. Hætenus Herodotus, 4. n. 44. Idem sed aliter refert Rhodiginus. Iason (ait lib. 8. cap. 15.) quum in Illyricum appulisset, ut ab Ilhæis navigandi rationem edoceret; dono eis dedit tripodem, cuius hoc erat fatum, nimirum, ubicunque foret is, civitatem nunquam hostibus cessuram in prædam. Decerpit fabulam ex Apollon. Rhodio, 4. Argonaut. à v. 696. Natal. Comes, 6. Mytholog. cap. 8. ex diversis AA. asserit, à Tritone Iasonem doctum, quomodo navem servaret; sed etiam subdit: Cum ad Syrten Libya applicuisset, templam ibi condidisse, quod Herculi postea fuit consecratum, cum ibi certamina quedam celebrassent Argonautæ, in quibus victor Hercules. Deinde cum navigare ob Syrtium naturam non possent; Argonautæ navim supra humeros per spatium duodecim dierum per Libyæ deserta comportarunt, donec mare invenientes, illam deiecerunt.

Tripes Iasoni. Tritonem fluvium, ac iussisse dari sibi tripodem; quod diceret ostensurum se illis exitum, atque incolumes remissurum. Assentiente Iasone, ita demum Tritonem ostendisse, qua ratione è brevibus enavigans, & tripodem in suo templo possuisse, in eoque tripode oraculum reddidisse & ijs qui cum Iasone erant, omnem rationem indicasse. Fore enim, ut cum quis tripodem accepisset ex omnibus qui in Argo navigarent; necessariò centum Græcæ civitates accolerent paludem Tritonidem. Hæc cum audissent Lybites, qui montem Gratiarum colunt, tripodem occultasse. Hætenus Herodotus, 4. n. 44. Idem sed aliter refert Rhodiginus. Iason (ait lib. 8. cap. 15.) quum in Illyricum appulisset, ut ab Ilhæis navigandi rationem edoceret; dono eis dedit tripodem, cuius hoc erat fatum, nimirum, ubicunque foret is, civitatem nunquam hostibus cessuram in prædam. Decerpit fabulam ex Apollon. Rhodio, 4. Argonaut. à v. 696. Natal. Comes, 6. Mytholog. cap. 8. ex diversis AA. asserit, à Tritone Iasonem doctum, quomodo navem servaret; sed etiam subdit: Cum ad Syrten Libya applicuisset, templam ibi condidisse, quod Herculi postea fuit consecratum, cum ibi certamina quedam celebrassent Argonautæ, in quibus victor Hercules. Deinde cum navigare ob Syrtium naturam non possent; Argonautæ navim supra humeros per spatium duodecim dierum per Libyæ deserta comportarunt, donec mare invenientes, illam deiecerunt.

Navis Argonautarum per humeros portata.

Iupiter Monopedis.

19 Inter Ægyptios dies primus *Menoth*, ut nonnulli numerant, vel potius *Phamenoth*, quia die 26. mensis est initium; sacratissimus propter solemnitatē Iovis Monopedis. Plutarch. de *Isid.* & *Osirid.* ubi inventionem Eudoxi & refert & exponit.

Tom. I. Epbemer.

De Iove fabulari Ægyptios; quod crateribus eius concretis, cum non valeret ingredi, præ verecundia in solitudine egisse: *Isis* diffisis & deductis bis corporis partibus, rectam & integrum incessum præstitisse: quibus fabula significat, Iovis mentem & rationem, quæ in invisibili & obscuro incedat, à motu impulsam processisse. Neque colores, vel figuras vel polituras occupat Divinitas. Motus ex seipsa, quæ fons ad universa. Stola versicolore *Isidis* sunt; siquidem versatur vis eius in materia, quæ omnia recipit: lumen, tenebras; diem, noctem; ignem, aquam; vitam, mortem; principium & finem. Iovis *Osiridis* stola umbræ caret, nec est picturata: verum habet unum colorem simplicem, lucidum. Est enim principium primum, & intellectuale, purum. Hæc Ethnici in exquisitorem ac disquisitionem Deitatis, si fortè attrectent; quare ab illis inventæ *Hermæ*, figuræ sine pedibus & manibus: equidem Deus immotus omnia movet. Sine manibus & pedibus quadrangulari scapo; ita præciso, ut ab humeris, unde in quadrum abire incipit, deorsum versus magis ac magis angustetur; firmitudinem & stabilitatem denotari. Quod verò manibus pedibusque careat, vim divinam ostendit. Pier. Valer. 32. cap. 22.

20 Perspicuiore ex fonte expositionem ænigmatis Iovis Monopedis educemus. Figura est ab Ægyptijs cogitata arcanâ doctrinâ: quadecausa in obeliscis excussa; ut vigilanter scitèque observat *Kircherus* in *Obelisc. Pamphil.* lib. 5. cap. 3. Hierogrammatism. 2. Schema ergo etiam per quatuor latera, figura humana fœminea, superiore parte nuda, reliqua tecta, variegatæ sedî infidens, indiscretis pedibus, maau dextrâ sceptrum, upupæ capite insignitum tenet, sinistra strictè contractâ: tutulum capite sustinet è flamma bifurcata à vertice emergente, ac duobus aspidibus, cervice tumidis, etiamque circulo, uti diademate, pennis conflatum. A dextra & sinistra duæ aliæ sub figura humana imagines, capillorum profusio conspicuæ, pedibusque discretis, adstant; quarum prior dextrâ sceptrum Iovis flore ornatum gestat, alterâ calathum, capite sustinens velum ex Iovis flore concinnatum. Altera figura sinistra pennam, dextrâ Iovis flore sceptrum conspicuum tenet, capiti superimposito calatho, etiam cum flore Iovis. Elucet ex imaginibus cur supremum Numen indiscretis pedibus, & cuius pars superior nuda & pulcherrima. Deus licet omnibus rebus creatis infit; à nulla earum eius puritas inficitur ac simplicitas. Inferior pars tecta est, quia idearum rationes omninò ab-

Hermæ

Imago Iovis monopedis

struæ : & est indiscretis pedibus , quoniam Summum Numen etiam si nonnunquam in motu sit ; semper tamen suapte conditione immobile est. Aliæ à latere figuræ diductis pedibus mutabilitatem signant : quantumvis specie pulchræ, varijs commendabilibus insignibus dotatæ, creaturæ sunt : nutant vel nutare valent. Alia delicarem ex illarum ornamentis ; ni ex Kirchero fecissem fusæ, *Tom. 4. T. 5. à num. 44.* Vide dicta die 7. num. 16. de Iſidis imagine in præfens positum.

DIES XXVII. IANUAR.

VI. K.

I **G** Rad. 7. Solis in Aquario, qui prosperè propitius. *Dariot. Regia Leonis occidit.* *Columel. Vid. die 24. 1. Februar. n. 1. & Isagog. Iul. num. 2. & 4. Astrum clarum in pectore Leonis occidere incipit : Fidicula vesperè occidit. Aquilo cum imbre vehementer stat.* *Ptolom. Cervix Leonis vesperè oritur.* *Iunctin. K. A.* Hac die ferià tertià ante Christ. ann. 141. contigit insigne Lunæ deliquium. *Ricciol. in Almagest.* Si septima pars *Aquarij* invenitur in horoscopo (iuxta *Iul. Firmic.*) maximè radiante *Venere*, longævam in vitam influit. *Evaginatus cultellus humi iacens.* *Sphæz. Arab.*

2 Post mortem Ahialon, de qua, 16. *Octobr. n. 1.* filij Israël maximà clamantibus de vexatione Ammonitarum, qui habitabant trans Iordanem, elegerunt in Principem & Iudicem Israël, virum inclytum ex tribu Ephraim nomine Abdon. *Iudic. 12. à 13.* Hac in die electum, afferit *Rafchi & R. Abraham Zacuth in Iuchasin.* Filium Illel dicit Scriptura, de quo diximus aliquid, die 9. n. 3. Hic iuxta *Abulensem* est filius Ahialonis, prædecessoris *Iudicis*, qui dionymus. *Augustin. 1. de Genes. ad liter. aliter cogitat : Opinari equidem nihil timeam (infit) eum Abialonis undecimi iudicis famulum olim fuisse, & quidem tam industrium, fidelem ac bonum ; ut ei coniugem dederit berus filiam.* Exemplum habetur, 1. *Paralip. 2. 34. Servum Egyptium, deditque ei filiam suam uxorem.* Liquet, quia si filius Ahialon, esset *Zabulonita*, & Abdon erat *Ephratæus*, ex *Phrathon* in monte *Amalec* funiculi *Ephraim*: v. 15. & *Adrichom. n. 76.* *Ioseph. lib. 5. Antiquit. cap. 9.* nescio quoductus, ait : *Abdon nihil præter numerosam prolem habet memorabile : alioqui per summam securitatem & pacem, quæ sub eo floruit ; nulla data est ei rerum fortiter & glo-*

Abdon iudex Israel.

riose gerendarum, occasio. Filios habuit quadraginta, nepotes triginta ; atque egregijs equitibus septuaginta circumvolutabatur. *Falitur planè : servitus Ammonitica Israël trans Iordanem (per 18. annos perpeſſa, de qua, die 9. n. 3. & 25. Octobr. n. 1.) per illum validissimè excussa. In diebus ipsius (ait Philo Biblius, *Biblicar. Antiq. n. 101.*) misit Rex Moab, pro remissione civitatum, quas tulerat Israël : & dixit Abdon : Nec dæſi estis ex his, quæ contigerunt filijs Ammon ? (Vide 9. Iul. n. 2.) Fortè iam peccata Moab completa sunt. Accepit de populo viginti millia virorum, & venit in Moab, & expugnavit eos & interfecit de eis quadraginta quinque millia, & reliqui fugerunt ante conspectum eius : & reversus est Abdon cum pace, & obtulit holocaustomata & sacrificia Domino. Vide *Torniiell. Ann. 2872. n. 1. qui n. 2. addit, eodem anno Troiam captam à Græcis.**

Troia captâ

3 Simulatque lætus accepit Abner nuncios à Davide de pace statuenda, & de voluntate eius in fœdus prona, sollicitavit corda filiorum Israël, maximè *Beniamin* ; ut constituerent, sicut illi promiserat *Domini*, *Davidem* super duodecim tribus *Regem* : verùm *David* renunciavit, in manu sua non esse reducere *Michol* (de qua conditione pridè, n. 2.) quippe degebat in aula cum fratre *Isboseth*. Qua de causa *Regi Israël* scripsit *David*, ut suam uxorem & periculo capitis emptam, sibi mitteret. 2. *Reg. 3. à 14.* Mentitur *Ioseph. 7. Antiquit. cap. 1.* astruens, *Michol* nuptam *Davidi* sexcentis *Philistinorum* præputijs. Vide 2. *Maij, n. 3.*

David petit Michol ab Isboseth.

4 *Nabuchus*, ut ulcisceretur iniurias acceptas ab *Ægypto* & cæteris regionibus *Australibus*, ut dicemus, 9. *Decembr. n. 3.* recenset copias : verùm ut ait *Philo in Breviar. de Temporib. lib. 2.* in princ. Ibi *Ioann. Annius, & Adrichom. in Chronc. Ann. 3394.* ne fugam tunc meditaretur *Iechonias* (igitur liber degebat, ut patet *Baruch. 1. 3.*) coniecit in vincula. Conciliaverat aulicorum animos, maximè *Principis Evilmérodac*, qui agrè ferebat non regiè à parente *Iechoniam* haberi : modòque ægrius vincula tulit. *Carceres Iechoniæ iniusti fuerunt ; quia sub fide publica sese cum suis potestati Magni Nabuchodonosor permisit ; & post lapsam temporis, illum in vincula coniecit : iccirco illum, tanquam iniuste ibi positum filius Magni Nabuchodonosor, cognomine *Evilmérodac*, & nomine *Amilinus*, eduxit & honoravit.* Ita *Annius* loc. cit. Videbimus 27. *Februar. à n. 4.*

Iechonias à Nabucho coniecitur in vincula.

5 *Seleucus Nicanor I. Rex Afiz* post mor-

*Seleucus Ni-
canor dona-
ria mittit
templo sa-
cro.*

mortem Alexandri, donaria mittit templo Ierofolymitano sub Onia I. filio Iaddi, summo Sacerdote. Rauc. Expavi, dum legis quippe nec in sacris, nec in Ethnicis AA. inveni; maximè cum Daniel de illo & alijs quatuor seqq. nec verbum dicat; *Daniel*, 11. post divisionem regni Alexandri Magni. Unde cum revelatio Prophetæ facta directa fuerit in prænotionem rerum Iudaicarum, ut hic observat Hieronym. usque ad Antioch. Magnum, Reges Syriæ rempublicam Hebræorum nec promoverunt, nec conturbarunt. Fides ergo relationis tantum sit penes Rauclinum.

6 Multa de Nicanore referunt ab Ethnicis etiam Nostrates. *Seleuci Nicanoris virtus clara, & origo admirabilis fuit: siquidam mater eius Laodice, cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi Duces viro; visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse; gravidamque factam, munus concubitus, annulum à Deo accepisse, in cuius gemma ancora sculpta esset; iussaque, donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc visum & annulus, qui postera die eiusdem sculptura in lecto inventus est, & figura ancora, quæ in funere Seleuci nata cum ipso parvulo fuit. Quamobrem Laodice annulum Seleuco, eunt cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. Post mortem Alexandri, urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis eius argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filij nepotesque eius ancoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere.* Haftenus Iustin. 15. *Histor.* & Pier. Valer. 45. cap. 18. cum Alex. Neapolit. 2. cap. 19. ex Clement. Alexandr. *Pædag.* cap. 11. in argumentumque plura congerit Tiraquel. de *Nobilitat.* cap. 6. à n. 20.

7 Appian. 2. *Civill.* (quem sequitur Iul. Cæs. Bulenger. de *Ration. divinat.* lib. 3. cap. 11.) meminit, & in *Syriac.* inquit: *Seleuco Alexandri comiti in Macedonia ex foco paterno, nemine accedente, ignem magnum effulsisse: matremque eius in quiete admonitam; ut quem primum annulum inveniret, gestandum Seleuco traderet: regnaturum enim ubicunque is annulus ei fortè excidisset; & invenit illa ferreum cum insculpta ancora (Amisus est autem circa Euphratem) ideo Seleucus ancora signabat.* Annulum è digito decidere signum infelicitatis fuit (observat Plin. lib. 33. cap. 1.) sed Silvester à Petrasancta, lib. 3. de *Symbol. Heroic.* cap. 8. inquit: *Vanam hanc superstitionem fuisse; ostendit annulus Seleuci Regis, quem cum iuxta Tom. I. Ephem.*

Euphratem amisisset, verum ibi positus est ad matrem prædictum fuerat. Idem apud Cœl. Rhodigin. lib. 29. cap. 8. Alia multa ab Ethnicis in eius indicem felicitatis commenta, vel à diabolo faventia illorum superstitioni, patrata.

8 Pausanias cap. 14. refert: *Non longe abest Seleuci statua, cui haud obscura prodigia futuram felicitatem significarunt. Cum enim ex Macedonia cum Alexandro profecturus, Pella Iovi sacrificaret; ligna aris imposta altrò ad Dei simulacrum accesserunt, nullisque subiectis ignibus accensa sunt.* Idem videtis apud Stuck de *Sacrific. Gentil.* cap. 173. & Bulenger. quò dudum. Dæmon simia Dei, eius permissione, ut accepta sibi indicaret sacrificia, ritèque litatum; ex aëre, tanquam è carcere illo suo turbido, in Gentilium sacrificia, sicut olim in S. Iobi greges, ignem eliciebat: vel etiam edocti ab illo Magicè Sacerdotes, fascinationibus, præstigijs aut astu accendebant ararum ignes; & imperitum vulgus arbitrabatur de cælo demitti, quo illorum auctoritas & sacra in pectore adorantium altius sedebant, & gratia conciliabatur. De hoc saepe agemus maximè in Volcanalibus, 23. *August.* Adi Servium in illud Virgil. 12. v. 200. *Qui fœdera fulmine sancit.* Seleucus sanè dictus est felix, quia ultimus ex Alexandri Ducibus, quos univèrsos vicit, fato celsit. *Letus tantà victoria* (de Lyfimacho scilicet, ut observant Salian. & Brietius, *Ann.* 3772. Tornicell. 3774.) Seleucus, & quòd maius victoriâ putabat, solum se de Cohorte Alexandri remansisse, victoremque victorum extitisse; non humanum esse opus, sed divinum munus gloriabatur; ignarus prorsus non multò post fragilitatis humane seipsum exemplum futurum: quippe post menses admodum septem à Ptolomeo (Philadelpho) per insidias circumventus occiditur. Iustin. lib. 17. Si verà sunt quæ signat Rauclinus, arbitror, in donaria sacri templi, haud alio ductum Seleucum, quàm eventu vaticinij à Iaddo summo Sacerdote enunciati Alexandro, quod ad unguem adimpletum vidit in tota expeditione adversus Persas. Vidimus die 20. num. 9.

9 Anno Christi 31. dies vigesimus primus eius recessus à Iordane in montem Adurim, seu montem Diaboli, ut enim vinceret, & per dies noctesque quadraginta ieiunaret. Mirum est Alvam, Polum, Calixtum, & Lamy aliquid in huius diei insigne non reservasse.

10 Romæ, Cæstori & Polluci sacrum atque votum templum ad stagnum Iuturne,

Et ligna etiam nota in simulacrum.

Unde felix & infelix?

Mora.

Dies XXI. ieiunij Christi.

Sacra Cæstori.

Omina in regnum.

Eius annulus.

Ignis spontè accensus.

stum. (iuxta P. Victor, & Panvin.) Regione octava, & in quo erat. signum Floræ, dictumque templum Castorum. Ovid. 1. Fast. à v. 707.

Fratribus illa dies, fratribus de gente Deorū Circa Iuturna composuere lacus.

Frater fratribus dicit, ob blandimen Octavianī, quia eius privigni Tiberius scilicet & Drusus, filij Liviae, seu Drusillæ, eam ædem dedicarunt, ut ait Sueton. in August. cap. 61. qui ex tanta gloria in civilem inciderunt ignominiam: etenim, ut in Caligula, cap. 22. inquit: *Partem Palatij ad forum usque promovit, atque ad Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens saepe inter fratres Deos, medium se adorandum aduentibus exhibebat.* Dicitum profecto priscum sanum (dum tempore Augusti in dedicationem assumptum) cum anno Urb. Cond. 258. fuisset erectum. Fuit vorum ab Aulo Posthumio Albo, Dictatore, pugnaute prosperè adversus Latinos ad Lacum Regillum Castore & Polluce commilitonibus: at ædem non dedicavit, sed filius eius, Dumvir creatus duntaxat ad eius dedicationem, uti videbimus in Castorū pompa, 15. Jul. n. 8. Asserunt Livius, 2. sect. 62. Gyrard. Reusner. & Rosin. 4. cap. 5. Non solum Castores Latinos vicerunt, sed nunciij facti victoriæ Romam equis cataphractis adeuntes.

II In to pralio (refert Halicarnass. lib. 6. à n. 8.) Posthumanis equitibus apparuisse duos primæ lanuginis iuvenes præstantiore statura & formâ, quàm qua videri posset mortalium, præcedentes Romanum equitatum, hostesque hastis ferentes cominus, & in fugam cogentes; ac rursus post fusos, fugatosque Latinos, & castra eorum capta, serò iam finito pralio, in Romano foro visi esse adolescentes duo militari cultu procerissimi & pulcherrimi, vultu autem retinente quam in pugna habuerant speciem, & equis sudore madentibus. Cùmque de equis descendissent ambo, lavissentque fontanâ, quæ ad ædem Vestæ profluens, parvam sed profundam facit lacunam, multis eos circumstantibus, rogantibusque; ecquid ab exercitu novi afferant, pugnam indicasse atque victoriam: digressosque è foro nunquam apparuisse postea; quanvis validè præfecto & ab alijs quæsitos. Postero die cùm Senatus ex Dictatoris literis, inter cetera eius pralij memorabilia, cognovisset de hac quoque visione, ratus utrobique eorundem spectra observata oculis, verisimili coniecturâ credidit Castorum eas esse imagines. Hulus mirificæ apparitionis Numinum in urbe multa extant

monimenta. In foro templum Castorum publicè constructum, ubi visæ sunt eorum imagines; vicinusque fons, his sacer dictus, & usque ad nostra tempora creditus.

12 Eadem profert Valer. Max. 1. cap. 8. n. 1. Natal. Com. 8. Mythol. cap. 9. Lactant. 2. cap. 8. Cicer. 2. de Natur. Deor. Dempst. in Rosin. 1. cap. 13. Anton. Constant. & Paul. Marf. in Ovid. d. Pomey Pantb. Mythic. p. 6. Marlian. cap. 21. & in Epitom. lib. 2. cap. 12. Gyrard. Syntagm. 5. n. 52. Rhodig. 5. cap. 5. Alex. Neapolit. 2. cap. 12. Plin. 34. cap. 6. & Pausan. usquequaque. Castores geminos, albensibus equis & stellatis apicibus insignes, credidere prisca: inquit Drepan. Pacat. in Theodof. Panegy. Pridem Charitar. de Imagin. pag. 125. Dioscuri, idest Iovis filij dicebantur (inquit) qui ita charitate se mutuo complexi feruntur; ut vitâ inter se divisâ, vicissim viverent atque morerentur: cuius rei ergo digni sunt habiti qui in cælo transferrentur, efficerentque Signis, quod Geminos vocant (de quo fusè Isagog. Maij, n. 2. & die 1. n. 5. atque 15. Jul. à n. 8.) fuerunt effecti albis equis insidentes, qui castides in capite gestabant, stellarum apicibus insignes. A Valer. Maxim. d. plauduntur Romanarum rerum Propugnatores, tunc ob articulum pugnæ in Latinos, cùm ob nunciatam ab ipsis victoriam ab Æmilio Paulo partam de Perseo & eius captivitate. Bello Macedonico (subdit, n. 2.) P. Vatinus Reatina præfectura vir, noctu Urbem petens, existimavit duos iuvenes excellentis formæ albis equis insidentes, obvios sibi factos, nunciare; die qui præterierat, Persem Regem à Paulo captum. Quod cùm Senatui indicasset, tanquam maiestatis eius & amplitudinis vano sermone contemptor, in carcerem coniectus est. Postquam Pauli literis illo die Persem captum apparuit; & custodia liberatus, & insuper agro & vacatione donatus est. Castorem verò & Pollucem etiam illo in tempore pro imperio populi Romani excubuisse, cognitum. Referunt etiam Plutarch. in Emil. (de quo 17. Septembr. 15.) Cicer. 3. de Natur. Deor. Gyrard. d. Plin. 7. cap. 22. Rosin. 2. cap. 17. Marlian. cap. 23. & Cornutus in illud Persij, Satyr. 2. v. 56. Nam fratres inter ænos, qui addit: Cùm Romani pestilentia laborarent, Castor & Pollux in somnis populum monuerunt, quibus remedijs morbi curarentur: unde illorum deauratæ statuæ.

13 In his duabus pugnis & victorijs apparuerunt Dioscuri; sed nescitur utrâ illarum occurrerint; Domitizque Romanæ familiæ indiderint cognomen Ænobarbarum.

Statua Floræ.

Ovid.

Caligula insolentia.

Castores pugnant pro Romanis.

Templum erectum.

Amor illorum singularis.

Imagines.

Victoria Romanis enunciant.

Ænobarbarum familia.

rum Tractum refert Sueton. in *Neron. cap. 1.* *Anobarbi auctorem originis, itemque cognominis Romani habent L. Domitium (infir) cui rure quondam revertenti iuvenes gemini augustiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, ut nunciaret Senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem maiestatis, adeo permulſiſſe malas; ut è nigro rutilum, ariſque aſſimilem capillum redderent: quod inſigne manſit in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt.* Rhodigin. 29. cap. 8. Plutarch. in *Paul. Emil. & Alexand. Neapol. 1. cap. 9.* Nec de victoria *Emilij*, neque *Poſthumi* intelligit Plutarch. d. ſed de *Tarquiniſ* victis, uti dicemus 28. *Februar. n. 13.* In victoria *Poſthumi*, ad *Regillum* (narrat *Cicer.* ubi dudum) in ſlice apparere tanquam *veſtigiū unguis Caſtoris equi.* Idem *Gyrald. Syntagm. 5. n. 52.*

A Caſtoribus prædita victoria de *Tarquiniſ.*

Veſtigiū unguis equi in ſlice.

Dij *Anaſtes.*

14 Dicitur ſunt *Dij Anaſtes*, & pueri *Leda*, de quo egimus, die 8. n. 17. quaſi tempeſtatum depulſores. Arbitrabantur *Prisci* navigantes, in navi *Anaſtes* eſſe *Caſtores*, qui apparebant uti flammæ in antennis in ſignum tranquillitatis. *Horat. 1. Od. 12. à N. 25.*

— Pueros *Leda*;
Quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit
Deſluit ſaxis agitatū humor;
Concidunt venti, fugiuntque nubes;
Et minax (quod ſic voluere) *Ponto*
Unda recumbit.

Horat.

Et *Cabiri.*

Hinc etiam reputati *Dij Cabiri*, equidem credebatur illorum ſacris initiatos fore tempeſtatum expertes, uti *ibid.* præmiſimus. Hinc dum orta procella reſpiciebant in navium flammās; quæ, ut *Plin. 2. cap. 37.* inquit: *Vocali ceu quodam modo inſiſtunt, ut volucres ſedem ex ſede mutant.* Quapropter sæpe in *Caſtorum* imaginibus ſtellarum inſignia mutabantur in flammās. *Effingebantur iuvenes proceræ ſturae, imberbes, inter ſe ſimiles, militaribus indumentis ornati, gladios ad femur, baſtasque in manibus habentes; ſtellarumque loco, flammula eorum capiti adpingebantur.* *Chartar. in Iunon. pag. 128.* *Apuleius Metamorph. lib. 10. Caſtides (ait) in capite geſtare, ſtellarum apicibus inſignes.* At *Gyrald.* ubi ſupr. ſubdit: *Sub forma duorum fratrum effingebantur, robuſti, formoſi, in capite pilea habentes, & ſupra caput flammam igneam.* Eadem apud *Suidam.*

Et flammæ in procellis.

Illorum imagines.

15 Unde ſumpta forma in huiusmodi ſimulacrorum ſpeciem; dicit *ibid.* *Gyrald.* ex *Diodoro Siculo*, & ſignat *Hygin. lib. 2.*

n. 23. ſed perſpicuius *Natalis Comes.* Cum ingens tempeſtas (prodit. 8. *Mytholog. cap. 9.*) *Argonautas à Sigæo digreſſos invaſiſſet, atque pro illorum incolumitate vota Orpheus concepiſſet; gemina flammæ circa Caſtoris & Pollucis capita apparuerunt. Secuta eſt paulò poſt admirabilis tranquillitas & clementia ventorum: quamobrem credita fuit in eſſe quadam in his iuvenibus divinitas, & ignes illi cum poſtea navigantibus apparent, Caſtoris & Pollucis arbitrio apparere crediti fuerunt. Putabantur iſdem ſervare navigantes, in extremo vita periculo conſtitutos.* *Aſtruit Chartar. & Gyrald. d. Hoc ergo intuitu illorum ſtatua Romæ ante ædem Iovis Tonantis. Plin. 34. cap. 8. additque lib. 35. cap. 4. & 10. Romæ Caſtorem & Pollucem cum Victoria & Alexandro Magno.* *Socij fuerunt Heroum Argonautarum in expeditione ad Colchos, unde advexerunt Martis ſimulacrum. Pausan. cap. 102. & in Laconia, quia ex tot laboribus & tempeſtatibus incolumes pervenerant in patriam; templum Minervæ, Argus navis fabricatrici, erexerunt. Idem, cap. 107.*

Cur flammæ in procellis atriſuntur *Dioſcuria*

Illorum ſtatua.

Cum victoria & Magno Alexandro.

16 Templum ergo *Caſtorum* collocatum ad *Baſilicam Pauli Emilij*, in qua nobiliſſima *Bibliotheca.* *Plutarch. in Caſar. & Marlian. cap. 44. qui cap. 33. dicatum dicit Coſmæ & Damiano, ibique deſcribit ædis magnificentiam.* In *Epitome* verò, 3. cap. 9. ex *Varrone* cogitatur templum fuiſſe; ubi modò parvum *S. Mariae de Inferno* ſacellum eſt. *Plura alia, 7. April. & 15. Iul. à n. 8.* Hac etiam die, creatio *Regum* apud *Priscos Romanos. V. K. R.* & hic *Eliaſ Reuſner.* hucusque perſiſtebat interregnum & interregis auctoritas ac poteſtas. Quid *Interrex*, & ad quid, diximus, die 17. n. 12. *Dignitas* haud extendebatur ultra hunc diem, ſcilicet, *IV. Kal. Februar.* (eſſi *Pedian.* apud *Ianum Guillielm. de Magiſtratib. pop. Rom. cap. 8.* protrahat in diem ſequent.) igitur ampliore morulâ periclitabatur *Reſpublica.* Idem fiebat ſi *Dictator* eligendus, quod fas non erat ante præſatum diem: *Interrex* tandiù quibat leges ferre, ſenatum conſulere, *Magiſtratus* ſurrogare, & ad hoc comitia habere. Sed cautio, maximè ſub *Coſſ.* *Interregem* ſine cauſa nominare: *inſtantibus* turbulentijs, aut tumultibus, fas ad comitia vocare *Centurias.* *Alexand. Neapol. 5. cap. 6. & Rom. Reſpubl. pag. 335.*

Baſilica & Bibliotheca Pauli Emilij.

Magiſtratus Interregis hoc die ceſſabat.

17 Sicut *Romæ* duo ſignabantur dies *Senatui legitimo* (ideſt ſolemnî, ex cunctis ferè *Magiſtratibus*, uti indicavi die 9. n. 9.) ſingulis menſibus; ita apud *Athenienſes*, quarta, tertia & ſecunda dies menſis deficienti-

Aperitur & reſponſus.

clentis Areopagus aperiebatur in causas, claudereturque in Kalend. seu primo die mensis sequentis; ni aliquid grave occurreret, ut homicidium, veneficium, incendium. Iul. Pollux lib. 8. *Onomastic.* cap. 38. Thebis hac die mors Calchantis victus à Mopso peritiorè Vate. *R. Græc.* Impletumque fuit, quod illi ab Oraculo prædictum, nimirum, diem suum infauste clausurum; ubi in Vatem sapientiorè, ab Apolline illustratum, incideret. Post eversum Ilium, cum filio Ulyssis profectus Colophonem incidit in Mopsum: statimque de arte divinandi initum grave certamen. Calchas petijt à Mopso, quot grossos ficus præfens haberet: Mopsus autem à Calchante, quot fœtus in utero gestaret sus quædam prægnans, & quando esset paritura. Litem referunt Hæsiod. in *Theogon.* Lycophron. in *Alexandr.* & Bulenger. de *Sortib.* cap. 2.

18 Uterque in arte valens, plausibilisque fatidicus, de gloria vaticinationis firmisimæ avidus. De Calchante inquit Homer. 1. *Iliad.* v. 68. *Augur peritissimus.* De Mopso Orpheus in *Argonautic.* v. 938. *Ingenio Vates, is doctus & arte,* quem sequitur Pindar. in *Pythijs,* Od. 4. v. 438. Ad articulum ficorum respondit Mopsus, arborem habere decem millia, medicinam unam & ficum præterea: itaque collectis grossis, numerus inventus est; de quo Calchas expavit: at ad Mopso quæsitæ non respondit: illoque silente de sue Mopsus dixit, decem & octo paricuram initio horæ octavæ: marem unum nigrum ac tres fœminas habentes albam lineam super humeros: duas, rostrum album ad oculos usque: reliquas, posteriora crura sinistra ab ungula usque ad genu. Calchas ubi res postridiè ita esse cognovit, fato præ mœrore functus est. Hæsiod. d.

Calchanti eterno clausit mors lumina somno. Videfis Natal. Comit. 4. *Mytholog.* cap. 10. Rhodigin. 29. cap. 15. Unde illud ibid. *Mopso certior.* Ita propter augurij nobilitatem inter Argonautas cultus; ut ei post mortem templa dedicarentur ad oracula. Lutatius Placiad. in *Statij* 3. *Thebaid.* v. 516. *In tantum enim (ait) magnus fuit Mopsus in augurandi peritia: ut post obitum ei templa dicata sint, à quorum adytis sæpe homines responsa accipiunt.* Idem Tzetzès in *Lycophron.* Hoc novum Numen à dracone devoratum dicit Apollon. Rhod. *Argonaut.* v. 1503. & Senec. in *Medea,* v. 653.

*Condidit serpens Lybicus arenis,
Omnibus verax, sibi falsus uni,
Concidit Mopsus.*

Consule Maiolum; *Tom. 2. Colloq. 4. & 5* nobis dicta, *Tom. 5. T. 7. n. 20.*

19 In Bosphoro Thracio sacra Iovi Urio, prope Chalcedonem: Meurs. *G. F. Meminit Pompon. Mela,* lib. 1. de *Situ Orb.* cap. 19. *Europam ab Asia disferminat* (inquit) *Bosphorus Thracius. Ipsi in faucibus oppidum. In ore templum est. Oppidi nomen Chalcedon. Templi nomen Iupiter, conditore Iasone.* Isaac. Vossius hic: *Apollonius Argonautas quidem aram hic adificasse, ait; verum non Iovi, sed duodecim Dijs. Nisi potius existimandum sit, illud idem Iovis Urij fanum diversis temporibus diversis quoque fuisse appellatum nominibus.* Conciliat Nonnius in *Goltz Asiam,* inquires: *Antiquissimum hic fuisse templum, nullis veterum oraculis cedens. Ferunt enim, Argonautas, cum Elestiarum flatu apud Phineum retinerentur, vatis monitu duodecim Dijs aram possuisse, tum maxime Iovi Urio sacrificasse, ut ventos secundos daret; unde postea fanum Iovis Urij dictum.* Græce Ouros, idem est ac *Ventus secundus, Custos, Conservator, vel locus in quem subducuntur naves:* dicit *Lexicon Græc.*

20 Cyrenè erecta statua Eubotæ propter victoriam in Olympijs. Gruter. *Theaur. Critic.* 1. fol. 130. de illo scribit Pausanias. *Eubotas Cyrenæus* (inquit, cap. 185.) *cum ei Ammonis oraculum victoriam è curiculo prædixisset; statuam antè ipse faciendam sibi curavit, eamque quo die palmam est adeptus, dedicavit.* Frideric. Sylburg. exponit: *Eodem die & victor renunciatus est; & victoria testem statuam dedicavit.* Haud mirum, quòd alios vinceret, sui victor; & quòd à Numine triumphus illi prædicetur. *Lais cum Eubotam Cyrenensem aspexisset* (refert *Alian.* 10. *Var. histor.* cap. 2.) *ardentissimo in eum amore flagrare, & de contrahendis inter se mutuo naptijs, sermonem ei detulit. At ille metuens eius insidias, recepit sese id facturum: non tamen negotium, aut rem cum illa habuit Eubota, sed castè sobrièque se gessit. Sponsio verò his conditionibus facta est, ut post ludos certamenque rata deberet esse. Cum igitur victor abiret è certamine, ne conventis non stetit videretur erga fœminam; pictam Laidis imaginem deportavit secum Cyrenem, inquires, se Laidem ducere, & pacta non præterire; quam ob causam mulier que ipsi nupserat, maximam statuam Cyrenè ponendam curavit; sic remunerari volens ipsius castitatem & modestiam.*

21 Etiam inter Ægyptios statua erecta, sed celebrior & pretiosior, quia ex uni-

Certamen
Mopso &
Calchantis.

Calchantis
mori.

Hæsiod.

Mopso.

Senec.

Sacro &
oraculum
Iovis Urij.

Statua Eubotæ.

Eius contentis, & effugium ad Laidis naptias.

ca Topazio Arfinoæ Reginæ. K. Æ. De illa fit memoria à Berchor. lib. II. *Reductor.* cap. 127. & Grannuyse, lib. 16. de *Propriet. rerum*, cap. 69. Cuncta decerpta ex Plin. 37. cap. 8. *Ab insula maris Rubri (infit) primum importatam Topazion Berenice Regina, quæ fuit mater sequentis Ptolomai Philadelphii, à Philemone Prefecto Regis, ac mirè placuisse: & inde factam statuam Arfinoæ Ptolomai uxori quatuor cubitorum, sacram in delubro, quod Aureum cognominabatur.* Fuit Arfinoë pacis maximè studiosa, Bellumque, & illius instrumenta pingere fecit sub pedibus Pacis. Imago Belli erat foemina non solùm tincta, sed ebria sanguine, revinctis post terga manibus, famæque rupta tuba. Rodulph. Gualther, in lib. 1. cap. 19. *Iul. Pollus.* Non secùs Belli imago inter Romanos visa, pictore Apelle. *Belli imaginem (inquit Plin. 35. cap. 10.) restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante: quas tabulas Divus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicaverat simplicitate moderatâ.* Virgilius, 1. *Æneid.* v. 198. appositè accinit: *Claudentur Belli porta, furor impius intus Sava sedens super arma, & centum vincetus abenis.* *Post tergâ nodis, fremet horridus ore cruëto.* Discordia iacet, quæ futibunda arma intrepidè movit. Est sanè dulcis hominibus vita, ubi moritur discordia. Manil. 1. *Astron.* cap. 9. v. 57. *Stat procul ira tumens spumanti feroida ricu,* *Sanguinea intorquens suffuso lumina felle.* Ita homines libertatis avidi, ut sibi sint tantùm lex; quòd sacra etiàm instituerint Discordiæ, uti observat Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 45. de illius furore in stragem loquemur 25. *Novembr.*

DIES XXVIII. IANUAR.

I **G** Rad. 8. Solis in *Aquario.* Qui si in horoscopo invenitur, iuxta Firmic. natos facit adversâ fortunâ artonitos & desipientes. *Auster & Africus cum nabis, & ventorum concursus cum nivibus.* Columel. & Ptolom. *Australior in collo Leonis vesperè oritur.* Iunctin. K. A. Sirius oritur vesperè. Alsteld. *Uranom.* *Vir manu catenam tenens.* Sphær. Arab. Egressus Eliezer è Mambre cum decem camelis & pretiosis monilibus, ut ex Mesopotamia obsequiosè (Abrahamo fide cum iuramento data) adduceret feminam consanguineam in

coniugem Isaac; hac die iuxta Rab. Abr. in *Myrrb. fascicul.* & Ioseph. Gorionid. lib. 1. *Histor.* pervenit in Haran (quæ dicitur Civitas Nachor, quoniam ibi morabatur) distantem à Chanaan itinere septem vel octo dierum, uti observat Abulens. & Alapid. in *Genes.* 24. 10. Ibi anxio de eventu Eliezer, meminit verbi Abrahamæ, scilicet: *Ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo: v. 7.* & incidit ei voluntarium consilium, sed à Deo, præmissis precibus; ut puella, quæ petenti aquam (erat enim extra oppidum iuxta fontem eo tempore quo solebant puellæ egredi ad hauriendam aquam) præberet non sibi solùm, sed & camelis; ipsa esset, pro qua veniret, uti illo in articulo missa à Deo. De huiusmodi fortibus, dicam suo loco, *Tom. 8. Taurolog.* 10. Ad votum ergo occurrit 18. ann. ætatis, Rebecca, filia Bathuelis, filij Nachor, fratris Abraham, pulcherrima virgo, facie decora, generosa, liberalis, comis, ac suavissimis moribus, quæ verbis & factis Eliezeri cogitationi oculisque respondit. Dignatus huiusmodi obsequio à puella, dono dedit illi inaures aureas & armillas totidem; sciens ab illa neptem esse Nachor: interimque dum ille de propositi felicissimo eventu Deo gratias agit; illa præcucurrit ad matrem, ostendens dona, & quicquid cum obvio peregrino acciderat. Mater iubet Laban, quærere hospitem & in domum adducere, quod statim fecit, & Eliezer invitarunt ad mensam. Noluit accumbere quin exprimeret adventus propositum. Conceditur à cunctis puella, cui illicò obtulit quasi antedotalia vel clenodia, vestes pretiosas, vasaque argentea & aurea; ac inter fratres & Rebecca matrem dona distribuit, tuncque lætus cum illis accubuit mensæ, postque recubuit. *Genes.* quo dudùm, & AA. præfati, cum Adrichom. & Tornieil. *ann.* 2178. n. 3. Briet. 2179. Anno ab hinc, ut signat idem, 483. decreto ex conventu undecim tribuum in Maspha bello contra Benjamin propter necem uxoris Levitæ Ephraezæ; per Summum Sacerdotem Phinees respondit Dominus interrogantibus de Duce expeditionis, Iudam oportere eligi, idest, Principem tribus Iuda cum suis expeditis copijs ac in procinctu. Philo Biblius in *Antiq. Hebr.* ex *Iudic.* 20. 18. erant enim ex toto Israël *quadringenta millia educentium gladium, & paratorum ad pugnam: v. 17.* Vide pugnam postridiè, n. 2.

2 Mortuo Manasse, Summo Sacerdote, fratre Eleazari, qui pro nepote Onia II. filio Simonis Iusti, Pontificatu functus fuerat;

Statua Arfinoæ.

Triumphus Pacis.

Imago sopiti belli.

Virgil.

Discordia.

Manil.

V. K.

Proficiscitur Eliezer in Mesopotamiam.

Occurrit Rebecca.

Spødetur in coniugem Isaac.

Interrogant Israelitæ de Duce adversus Benjamin.

rat; præfatus Onias ad illum assumptus fuit. Philo de *Temporib.* p. 2. Avarus, pusillanimis & parcus dicitur à Iosepho, lib. 12. *Antiq.* cap. 3. in fin. qui in summam calamitatem adegisset populum causa rebellionis in Ptolomeum Evergetem, fratrem, vel filium Philadelphi, erga Iudæos præclare meriti; quoniam noluit perfricta fronte solve-
 re Regi Ægypti viginti argenti talenta, quæ pro populo maiores de suo solebant uti vectigal Regi pendere. Idem ibid. Comestor, in *Escher*, cap. 8. Torniiell. *Ann.* 3898. n. 5. Adrichom. 3719. & Genebr. 3920. Iam enim Evergetes, audita morte, potius nece sororis suæ Berenices (quæ facta à Syriæ Rege Seleuco Callinico) dolo extracta ab asylo Daphes iuxta Antiochiam, de quo 7. *Novembr.* ingentem ac selectum exercitum in Selencum præparaverat, simulque animo debellandi Ierosolymas, & regionem dividendi inter milites victores.

3 Hancine indignationem Evergetis compefcuit quidam Iosephus filius forotis Oniæ, urbanitate ac liberalitate in Regis legatum, & post auctione tributorum, ac munificentia in Regem (ut fuse refert Ioseph. loc. cit. cap. 4.) potissimèque ingenio: equidem cum ab illo fideiussores Rex & Regina contractus pacti in auctione redituum peterent; *Te (inquit) Rex dabo, tuamque coniugem; ut alter alteri pro me fideiubeat.* Unde Rex aridens, indulfit absque fideiussione habere vectigalia. Longè aliter contigit in expeditione adversus Seleucum, uti prædictum à Daniele, 11. à v. 6. agente de Regibus Syriæ, & Ægypti. Hinc occisa Berenice, v. 7. inquit: *Et stabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam Regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & Deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiva adducet in Ægyptum. Ipse prævalebit adversus Regem Austri.*

4 Multa hic Expositores textum illustrantes, dicunt. Sat nobis Hieronymus. *Occisa Berenice (inquit) & mortuo Ptolomeo Philadelpho patre eius in Ægypto; frater illius & ipse Ptolomeus, cognomento Evergetes, tertius successit in regnum; de plantatione & de germine radicis eius, eò quod esset germanus: & venit cum exercitu magno, & ingressus est provinciam Regis Aquilonis, idest, Seleuci, cognomento Gallinici, qui cum matre Laodice regnabat in Syria: & abusus est eis & obtinuit in tantum; ut Syriam caperet & Ciliciam, superioresque partes trans Euphratrem, & propemo-*

dum universam Asiam. Cumque audisset, in Ægypto seditionem moveri; diripiens regnum Seleuci, quadraginta millia talentorum argenti tulit, & vasa pretiosa, simulacraque Deorum duo millia quingenta; in quibus erant & illa, quæ Cambyses, captà Ægypto, in Persas asportaverat. Denique Ægyptiorum gens idololatriæ dedita; quia Cur Evergetes dicitur
Evergetem eum appellavit. Ferè omnes sequuntur Hieronymi expositionem. Comestor, Adrichom. & Torniiell. loc. cit.

5 Hac in die in præcogitatam expeditionem Evergetem exiisse, refert Reuclin. Nonnulli in subiugatione Asiæ triennium consumpsisse, autumant; sed ampliora debellasset, ni in Ægyptum revocaretur monitus de seditione domestica filij scilicet perduellis, quam præsens continuo compefcuit: verum semper foto igne ambitionis, & odij in patrem quousque sustulit *Philopator*, sic per antiphrasim dictus, seu per ludibrium. Iustin. lib. 27. & 30. in princ. & Petav. *Rationar. tempor.* 1. p. lib. 4. cap. 5. Ab hoc tempore orta fabula de *Coma Berenices*, translata in cælum, de qua agemus in *Isagog. April.* n. 7. & *Iul.* n. 2. sed aliter: equidem cum ipsa Veneri vovisset, modò frater Ptolomeus Evergetes victor in Syriaco bello, & post non apparuisset in templo; constellationem factam vulgarunt aulici in blandimen, auctore Conone Mathematico. Sanctius in *Daniel.* 11. n. 32. sed illa infelix antequàm frater adveniret, trucidatur. Iustin. d.

6 Anno Christi 31. dies vigesimus secundus eius ieiunij facti in solitudine.

7 Romæ fœdera inter Etruscos & Romanos, *Ann. V. G.* 247. Goltz in *Fast.* pag. 10. Porfenna cuius magnum nomen & inter cives & inter hostes, Romam infesto exercitu venit, in Ianiculo castra posuit, nec unquam aliàs antè tantus terror Senatam invasit: introducere quidem in urbem Tarquinios, qui ad illum confugerant, optabat, quos propter tyrannidem à regno & urbe libertas civium superiore anno novis Coss. iuste expulerat. Tit. Liv. 2. *sect.* 27. Prima in incursione Romà potiretur, ni Cocles, quousque pons rumperetur, resistisset. Denudò expugnasset, ni Mucius Scævola Porfennæ scribam interfecisset; de quibus die 19. n. 9. & 21. 3. Rex ut vidit Mucium in ara exuisse dextram propter errorem, & ab illo monitus, quòd caveret à socijs trecentis, eodem proposito motis; cogitavit, quanti referret cum Romæ civibus pacem, imò amicitiam inire. Unde Mucium à Por-

fennam.

10. Rex ut vidit Mucium in ara exuisse dextram propter errorem, & ab illo monitus, quòd caveret à socijs trecentis, eodem proposito motis; cogitavit, quanti referret cum Romæ civibus pacem, imò amicitiam inire. Unde Mucium à Por-

Onias II. ne-
gat vectigal
Regi Ægypti.

Placatur
Ptolomeus
Evergetis
ingenio Ioseph
Tobie, seu
Byrcani.

Vincit Se-
leucum.

Revertitur
cum idolis
à Cambyse
sublati.

Occiditur à
filio

Coma Berenices.

Dies XXII.
ieiunij Christi.

Fœdera inter
Romanos
& Porfennam.

Horat. Cocles & Mucius Scævola.

Ienna legati secuti sunt, ut expositis quibusdam conditionibus, exclusa Tarquiniorum receptione, pacem firmarent: quibus utriusque acceptis, exercitum à Ianiculo deduxit Porfenna, & agro Romano excessit: quinimò discedens, castra opulenta, convector ex propinquis fertilibus Etruriæ arvis comenatu, Romanis dono dedit. Idem à sectione, 41.

Liberalitas Porfennæ.

8 Astruit Plutarchus in *Poplicol.* dicens: *Ut cum Romanis in gratiam redijt, cum alijs in rebus suam civitati magnificentiam demonstravit, tum suis præcepit, ut nullà alià re quàm armis acceptis, à castris excederent: easque cibarijs, & omnis generis bonis repleta, Romanis tradidit. Itaque hodie, Bona Porfennæ proclamantur, ad perpetuam memoriam huius viri beneficiorum. Posita quoque fuit iuxta Curiam statua eius, simpliciter & antiquo more facta.* Inter conditiones pacis hanc posuit, gravem populo bellicero. *In fœdere (ait Plin. 34. cap. 14.) quod expulsis Regibus populo Romano dedit Porfenna; nominatim comprehensum invenimus, ne ferro, nisi in agricultura uterentur.* Huius pacis stabilienz gratiâ Romani dederunt obsides prætextatos patritios decem, totidemque virgines, in quibus etiam fuit Poplicolæ Consulis filia Valeria: fideque sicine interposita, Porfenna ab apparatus belli omninò destiterat; cum contigit fuga ad urbem obsidum fœminarum, quod nimis Porfennam perculit. Liv. quò dudum, *sect. 42.*

Statua ei dicata.

9 Cœlia una ex obsidibus, cum vidisset Etruscorum castra longius posita, frustrata custodes (Plutarch. d. ait, nullam circumstare custodiam, quia lavandi gratiâ ad Tiberis accesserunt ripam) dux agminis virginum inter tela hostium, Tiberim equo tranavit, reliquas exhortans ut natantes vincerent vortices fluminis, quod fecerunt; sospitesque omnes Romam restituit. Poplicola nec illarum audaciam miratus est, nec probavit, quia Porfenna cogitare quibat à Romanis fugitivis obsidibus, fidem fractam: unde omnes denuò comprehensas Regi Etruscorum remisit, admiranti Romanorum illibata fœdera, quasi Iove Lapide facta, exule perfidiâ, laudatâ fide virorum & virtute fœminarum. Cum enim in eius conspectum adductæ virgines essent, atque Cœliam auctorem facinoris cognovisset, ipsam laudatam honoravit magnificè, iubens eligere ex obsidibus quos vellet secum Romam regredi: insuperque equo, quem adduci iusserat unum de regijs, pulchrè exornatum, donavit. Livius & Plutarchus, ubi supr. Plin. 34.

Cœlia equo Tiberim traiecit.

Tom. I. Ephem.

cap. 6. Dion, lib. 5. & Valer. Max. 3. cap. 2. n. 2. quapropter illi erecta statua, de qua 5. Februar. n. 11.

Et traha fæda.

10 Illustrior à muris Romæ pace recessit Porfenna, quàm si signa Romanorum in patriam inveheret; igitur eius in regno singularis gloria ex Romana prorsum amicitia; qua inclyrè floruit, atque magicis artibus propensè, utpotè Etruscus, studuit. Inter Ethnicos gloria, fulminum evocatio, quorum alia regalia & monitoria (vel simul, indicantia, quid cavendum, ad impendentis periculi evitacionem) ubi aliquid nocuementi, cladifve civitati minatur, uti describit Senec. 2. *Natur. qq. cap. 49.* Siccine usus in Etruria. *Extat Annalium memoria (inquit Plin. 2. cap. 53.) sacris quibusdam & precationibus, vel cogi fulmina vel impetrari. Vetus fama Etruriæ est impetratum à Porfenna suo Rege. Idem, salvo, servatâ evocacionis formula. Unde ut subdit, regeritque etiam, lib. 28. cap. 2. nosque 10. Septembr. n. 5. Tullum Hostilium Regem ex Numâ libris, eodem quo illam sacrificio, Iovem cœlo devotare conatum (quoniam parùm ritè quedam fecisset) fulmine ictum.* Eadem apud Hâlicarnass. *lib. 3. à n. 32.* Inter otia Porfenna insignem labyrinthum extruxit in sepulchrum; *ut externorum Regum vanitas quoque ab Italis superaretur: ait Plin. 36. cap. 13. de quo, 7. Novembr.*

Porfennæ a- ruffen.

Etur Labyrinthus.

11 Ab hinc annis 205. (*V. Condit. 452.* iuxta supputationem Saliani) sacra Api & Saluti in monte Quirinali. *Marlian. cap. 97.* Quantum auguror, error est in *Api*, posito pro *Æsculapij*, cum quo sæpè sapius iuncta Salus, & imagines simul; ut astruximus, die 1. à n. 15. *Ædes hac die dicata in præfato colle à C. Iun. Bruto Bubulco, post dies 23. à triumpho (de quo die, 5. n. 9.) cum fungeretur munere Dictatoris. Consul vocit, Censor locavit, Dictator dicavit (subdit Marlian.) que Claudij tempore est incensa.* Rosin. 2. cap. 18. & Plin. 35. cap. 4. ut dicemus, 1. *Februar. n. 16.* Etiam hoc in die Anno *V. C. 655.* Triumphus L. Cornel. Dolabellæ, Proconsulis, de Lusitanis. *Reufner. & Goltz. in Fast. pag. 159.* in cuius triumpho apparuerunt tres Soles. *Plin. 2. cap. 31.* Tunc etiam *Ædile Claudio Pulchro* pugnarunt elephantés in Circo Maximo. *Briet. ann. cit.* Dolabellæ varius fortunæ ludus, & in ludibrium exitus. *Evectus à Cæsare Romam adveniente, in Præturam & Consulatum: post Cæsaris cædem, fit Asiæ proconsul, atque in Smyrna dolo interfecit C. Trebonium, quapropter, & quia illius cadaver ludibrio exposuit, hostis iudicatus à Senatu. Ante Triu-*

Sacra Saluti.

Triumphus Dolabellæ.

Tres Soles.

Centum elephanta.

Nec C. Trebonij.

viratum absolutus, sed Laodiceæ à suis Centurionibus Calsio proditus; ne in hostis arbitrium veniret, sibi conscivit mortem. Goltz. in *C. Cesar.* à pag. 171.

12 Hic dies, qui execrabilis debebat esse, famigeratus apud Priscos Romanos propter sacra Pythagoræ. Prad. in *Parerg.* Eius statua Romæ erecta à Senatu bello Samnitico. Plin. 34. cap. 6. Alij dicunt dicatam à Numa; sed falluntur, cum ipse venerit in Italiam sub primis Cofs. ut ait Briet. *Ann.* 245. vel ut alijs placet, sub Servio Tullo, quam sententiam sequitur Tit. Livius. De Numa inquit *lib. 1. sect. 55. Auctorem doctrinae eius, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quem Servio Tullo regnante Roma, centum post annos & amplius, in ultima Italia ora, iuvenum emulantium studia, cæsus habuisse constat.* Rhodigin. 19. cap. 7. haud Pythagoræ credit sacra dicata, sed cultum Numinibus fieri iuxta ritus Pythagoræ. *Pythagora* (ait) *nuncupata sacra, quod ea is rationibus præfulgere adortus sit primus; ac muniendo loculentiora facere planioraque. Divinum virum suscipit & admiratur Plato. Ea fuisse sapientiã legimus, eã mentis acie, nunquam non collimante: insuper & animi bonitate, ut consulentes nunquam falleret. Acu articulum tangeret, modò diceret: Ut consulentes nunquam non deciperet. Cum quæ curiosa, etsi præstigijs, Ethnicis placerent, nova uti mira designabant in Numina religionem. De illo Ovid. 15. Metamorph. fab. 2.*

— *Licet cæli regione remotus, Mente Deos adiit: & quæ natura negabat Usibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

13 Plaudite fulmen. Aliqua Pythagoræ dogmata, ut fidei catholicæ arridentia, Augustin. lib. 2. de *Ordin.* cap. ult. summè plausit: sed lib. 1. cap. 3. retractat, quia plausit summè. *Nec illud mihi placet (subdit) quod Pythagoræ philosopho tantum laudis dedit; ut qui legit, possit putare, me credidisse, nullos errores in Pythagorica esse doctrina; cum sint plures, ijdemque capitales.* Liquer ex his quæ dixit, 7. *Civit.* cap. 35. de Pythagoræ hydromantia & necromantia. *Genus divinationis à Persis: quo & ipsum Numam, & postea Pythagoram usum fuisse; ubi adhibito sanguine, etiam inferos Varro perbibet suscitari.* Hocine Pythagoræ studium à primis unguiculis: qua de causa cunctis Græcorum & Barbarorum sacris est initatus. In Ægyptiorum adyta ingressus est; quibus tres calices argenteos dedit, ut ad mysteria admitteretur. Apud Chaldæos cum Magis conversatus est: & deinde in Creta

una cum Epimenide descendit in Idæum antrum, quo natus Iupiter, ibique vidit descendens in infernum Hesioidi animam columnæ æræ vinculis adstrictam stridentemque: Homeri autem ex arbore pendentem, serpentesque illam circumstantes: propter eaque de Dijs finxerunt. Cum in Italiam venisset; subterraneam fecit domum, in quam descendit, foveæ custode eius genitrice: anno autem exacto ascendit ex effossa domo squalidas & macie penè confectus: tunc advocatâ concione, dixit se ex inferis ascendisse, ac in fidem quæ illo anno contigerant, exposuit; sed ex tabellis quas iussu eius fecerat & confecerat genitrix. Ita ex actu veteratoris, ita fascinati audientes; quod dicerent, ad illos tunc Apollinem ex Hyperboreis venisse. Hæc & alia plura narrantur à Diogene Laert. de *Vita & morib. Philosoph.* lib. 8. quo elucet, non solum fuisse Magum, sed in præstigijs eximium; ut vocat Plutarch. in *Numa,* & Apuleius, 1. de *Magia.*

14 Ipse Rhodiginus, d. refert, Augurem fuisse, ostentasse apud Olympiam suum femur aureum, & collocutum cum aquila, & gallo albo. Tarenti in aure bovis cum quicquam immurmurasset, femovit à pastu bovem fruges morsicantem, quod facere iussit bubulco; sed ille irridens Pythagoræ dixerat: *Ego Bovatim non didici; obeas meam vicem.* Ursam ferocem cicurem fecit, in spelæum dimisit; sed prius conceptis verbis adegit nulli nocituram; quod urfa summa fide observavit. Et hic Magus non est? Sat quod usquequaque de illo observat Plinius. *Magicas verbas primi eas in nostro orbe celebrare Pythagoras atque Democritus, consecrati Magos:* lib. 24. cap. 17. & lib. 28. cap. 4. numerat fortilegia. Innumera sunt, quæ constat fuisse Magum, ac in cogitationibus delirum, uti dicemus, 2. *Octobr.* à n. 12. quò eius ex igne in ignem mors. In embolia & tricas, sagittam Abaridis habuisse, actum, die 10. n. 18.

15 Coscyræ (modò *Corfu*) ubi olim Alcinoi horti, in quibus arborum nunquam prodierunt in aëra rami: equidem præmaturis fructibus novi statim succedebant, ut commenti sunt Poetæ; sacra Cereri Falciferæ. Nonnius in Goltz. *insul.* Tabul. 1. quæ dicta *Drepana*, quod Falcem sonat. Alij dicunt, propter insulæ fertilitatem. Eustachius in *Homér. Iliad.* 1. quia ibi falcem suam fatidicam sepelivit Saturnus. Scholiastes Apollonij Rhodij, lib. 4. quia Ceres, cum à Vulcano falcem petijset, ut artem metendi Titanas doceret; eam in interiore insulæ parte abscondit, unde insula dicta *Falx*: &

Eius studiũ & præstigiũ

Sacra Pythagoræ.

Si dicata Numæ.

Impositor, & veterator.

Ovid.

Magi.

Alia.

Illuditor à rustico.

Eius herbe magicæ & fortilegia.

Exustus mortur.

Horti Alcinoi.

Ceræ Falciferæ.

Drepana.

insuper; eò quòd maris inundatione terrà excavatà, pateat modò in falcis formam. *In templo* (inquit Rhodigin. 24. cap. 17.) *Cereris statuam dextrà faciem* (alij facem, ut signavimus die 26. n. 11.) *altera verò iniicere spicas; quæ & ipsa sceptrum & cistam in genibus habeat.* Hæc imago à Chartario, pag. 156. tribuitur Heræ Cereris filiæ & inter Arcades. *Dicitur Dea frumenti & segetum* (ait Albric. de Deor. imagin. n. 123.) *& generaliter omnium seminum, quæ terra producit, sine qua specialiter natura deficeret. Ideoque erat in figura matrona precineta, & pannis & calceis admodum rusticanis, sedens super bovem; quæ manu dextrà habebat appensum calathum, & ligonem, in sinistra faciem messoriam & baculum ad terendum. Erat inter duas arbores pomis onustas: latero dextro Iuno, æris Dea: sinistro Apollo, idest, Sol.* Sic enim signabatur annonæ copia vel inter Romanos, in cuius studium sæpe à fœminis sumebatur habitus Cereris, & ab Imperatoribus huiusmodi insignia cudebantur in numismatibus. Heme-
lar. *Tabul. 8-22. & 28.* Multa insignia erant in Cereris præfato templo, sed præclarius, Speculum singulare, de quo Pausan. cap. 268. *Intra hoc fanum* (refert) *pomiferarum omnium arborum, præterquàm Punica mali, fructum inserunt. Ad dexteram è delubro egredienti, speculum in tectorio parietis aptè inclusum est; in quod qui inspexerit, suam ipsius imaginem aut parùm perspicuè, aut profus nihil cernet: Dearum tamen signa, & solium ipsum dilucidè intuebitur.* Idem ex ipso Rhodigin. d. Etiam Ceres pingebatur cum culmo spicarum & cantharo, habens in manu delphinum, & ad pedes Herculis clavam, Ludovic. Nonn. quò supra, *Tabul. 14.*

16 Inter Lacones Lycurgo sacratà statua cum pompa, & etiam sacra, quæ dicebantur *Lycurgia*. Meurs. G.F. ex Strabone, lib. 8. Dignus profus tanto honore, & quia illis leges tulit, ex quibus Sparta floruit; & quia renuit sibi, vigilique curà nepoti ex fratre servavit imperiù; uti dicemus, 1. Octobr. n. 12. De statua eius ærea, loquitur Pausan. cap. 7. qui cap. 98. subdit: *Lycurgo etiam legum suarum latori, tanquàm Deo, templum Lacedæmonij erexerunt.* Ipse Delphos processit, ut Apollinem de fulminatis legibus confuleret. Benè conditas Pythia respondit, illisque observatis Spartæ claritatem futuram. Oraculum scriptum Lycurgus ad urbem misit: ipse verò salutatis amicis, Delphis mansit; ne cives sacramenti religione solveret, qui iuraverant legum observan-

tiam, quousque ille in patriam revertetur: sicque ibidem vitam clausit. Tametsi minores apud Spartanos, quàm quos par erat, honores adeptus, post fatum *templum ei positum, & sacrificatur ipsi quotannis tanquàm Deo.* Ferunt etiam, cum reliquiæ eius fuissent in patriam reportatæ, sepulchrum fulmine ictum. *Non temerè id alicui illustri viro evenisse, præterquàm Euripidi, inferioribus temporibus mortuo, & in Macedonia apud Arethusam sepulto. Magnam amoris causam, & huius præstantia testimonium affert; quòd soli ei idemque post mortem, quòd antè sanctissimo & Dijs acceptissimo, Lycurgo contigit.* Plutarch. in eo: idemque prodigium tanquàm encomium, in verso ordine profert Rhodiginus de Euripide. *Excellentiam eius in poetica* (inquit 24. cap. 10.) *id præcò ætate attestari est visum; quòd mortuo tam & condito, sepulchrum eius tactum de cælo est: eò mirabilius visum, quòd ad id ævi mortalium contigisse nulli, extraquàm Lycurgo, quem Dijs charissimum piissimumque intelligi voluere annales.*

17 De sacris subdit Plutarch. d. *Socij eius & familiares instituerunt conventum; qui posteris per manus traditus, diu perduravit: diesque quibus coirent Lycurgidæ appellati sunt.* fiebat in his sacris pompa, sed more Laconico, scilicet, saltu Pyrrhico. Unde ex huiusmodi choreæ atque tripudij formà, post Romæ ludi appellati sunt Pyrrhici: idest, pedis motus ad numeros, collisis armis, ut præmissum die 24. n. 17. & 26. n. 17. *Lusus erat, quem ludebant iuvenes generosi spiritus, ut equis instratis, hinc inde dispositis turmis, tanquàm acie instructa, compositò agmine, in iusta modum pugne cursitarent, speciemque pralij, modò in occursum eundo, nunc à tergo & in gyrum occursum, præberent; & campestræ incursionem facerent, specimenque magna indolis, & commendationem ineuntis adolescentiæ præ se ferrent: ita ut qualis quisque futurus esset, cuiusque spei, facillè eniteret. In his quoque Pyrrhicam saltari, quæ integris urbis moribus, magno faventiam studio fiebat, quæ primum inventa fertur in Creta. Nonnulli à Lacosis, ad res bellicas facillè obcundas; ut armati, levi flexu & saltu, nunc se contrahendo, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela & plagas vitarent, disciplinamque ediscerent, quæ Enoplia saltatio dicitur: idque à Romulo institutum ferunt, ut cum armis saltarent milites saltatione, quam Bellicrepam dixit. Alex. Neapolit. 6. cap. 19. Quintil. lib. 1. cap. 19. Athen. 14. n. 12. Iul. Pollux, 4. cap. 14. Plato, 7. de Legib. Solin. cap.*

Imagines.

Eius speculum.

Lycurgi statua & sacra Lycurgia.

Enoplia.

Eius apoteosis.

Quid quòd eius sepulchrum de cælo tactum.

Idem in sepulchro Euripidis.

Dies Lycurgidæ, & præ-

Ludi Pyrrhici.

Enoplia, & bellicrepæ saltatio.

cap. 16. & Sueton. qui inter spectacula exhibita à Cæsare, cap. 39. inquit: *Pyrrhicam saltaverunt Asia Bithyniaque Principum liberi.* De his ludis fusè Dempster. in *Rosin.* 5. cap. 35. Scitè hos floridèque describit Claudian. 6. *Honor. Consul.* à v. 626. accinens: *Mutatoque edùt pariter tunc pectora motus In latus ellipsis clypeis, aut rursus in altum Vibratis, grave parma sonat mucronis acutum*

Claudian.

Murmur, & umbonum pulsu modulante resultans,

Ferreas alterno concentus clauditur ense.

18 Ex quo patet, ludos Pyrrhicos à Troianis differre, quos Ascanius instituit, Longam muris cum cingeret Albam: etenim in Pyrrhicos pedestrium erat cohortis in similitudinem chorus, in Troianis equestrium. Lique ex discrimine signato à Neapolitano, supra; & ex Virgilio, qui describit Troianos, 5. *Aeneid.* à v. 583.

Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus Adversis spatij, alternosque orbibus orbes Impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis:

Virgil.

Et nunc terga fuge nudant, nunc spicula vertunt

Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.

Hispani vocant *Juego de Cañas*: Pyrrhicos verò de *Espadas*. Unde Salmasius in Sueton. loc. cit. *Saltatio est (ait) eoquo pedestris, diversa utique à Troia ludicio, quod in equis exercebatur, per lascivas vertigines ac gyros implicantium se & explicantium puerorum. Potuerit vulgus hunc lusum Pyrrhici nomine donare; quod Pyrrhichio pede & modulo agitari solet: certè Pyrrhica saltatio fuit armata, longè diversa à Troia.* Hocce ludos olim dixerè *Enoplia*, ut observat Halicarnass. 7. n. 50. & *Saltationem Bellicrepam*, uti placet Festo Pompeio, lib. 2. ob gladiatorum strepitum resultantem ex collisione scutorum: et si Plin. lib. 7. cap. 56. distinguat, inquiens: *Saltationem armatam Curetes docuero, Pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta.* Strabo, lib. 10. n. 11. Stobæus, *serm.* 42. *Luctat*, in v. 595. lib. 6. *Thebaid.* Statij. Apuleius, 10. *Metamorph.* Cuiacius, 13. *Observat.* cap. 10. ac fusè Erasmi. *Gbiliad.* 3. *Centur.* 7. n. 71.

19 Aliquibus placuit huiusmodi lusum à Minerva inventum; eò quòd post deletos Titanas prima saltasset armata, choreasque duxisset pro lætitia victoriz. Callimach. *Hymn. in Dianam*, à v. 241. & *Rosin.* 5. cap. 23. Principium nonnulli Rheæ attribuunt. *Principem omnium Rheam, oblectatam artificio, in Phrygia quidem Corybantæ, in Gre-*

Vnde Pyrrhici ludis

ta verò Curetas saltare iussisse, aiant. Rhodigin. 5. cap. 3. Idem Diodor. Sicul. 5. n. 231. Ex illo Nonnius in *Insul. Goltz.* Tabul. 22. inquit: *Enoplias hæc saltationes à Curetibus & Corybantibus originem suam duxisse, nam cum illis Rheæ mater Iovis puerum clam Saturno alendum dedisset; ne vagitus pueri ad Saturni aures perveniret, armatas choreas cum frequenti armorum strepitu in Ida monte egerunt, atque ita vasfro hoc commento patrem fefellerunt; in cuius rei memoriam Cretenses Enopleas saltationes docuerunt.*

Curetum sonitus, crepitantiaque ara secuta, Virgil. Diæteo cæli Regem pavere sub antro.

Virgil. 4. *Georgic.* v. 151. Cuncta comprehendit Natal. Comes, 8. *Mytholog.* cap. 9. *Armati iuvenes tripudiabant. Quidam dixerunt à Dioscuris post victos gigantes id tripudium fuisse excogitatum, atque Palladem legem Enoplam cecinisse; quam legem postea Lacones cum tibijs in acie instructi, adversus hostes usurparunt: quod tamen nonnulli è Curetibus inventum fuisse dicunt; & Cretenses etiam Pyrrhichium melos excogitasse. Alij Pyrrho Achillis filio, qui armatus usus est in pugna & victoria contra Eurypilum, id attribuunt. Aristoteles primum Achillem ad pyram Patrocli Pyrrhicho usum fuisse, inquit. Astrui etiam quit ex delirio Maximi Tyrij, *serm.* 27. afferentis, post mortem multos vidisse armatum Achillem, Pyrrhicom exercentem. Vide Dalecamp. in loc. cit. Plinij, & Rhodigin. d. cap. 4. cum Dempster. quò dudum.*

20 At qui fabulas pessundant à Laconibus desumptum, quippe ab illis inventum, huiusce festivi belli genus, in ludum; quorum habitus in bellicrepis tunica punicea, balteis æreis adstricta, brevioribus lanceis, gladijs dependentibus, & etiam æreis galeis cristis pinnatis, insignibus, præcedentibus & subsequenter tibijs. *Rosin.* d. cap. 23. Totum in lenimen, memoriam & obsequium Lycurgi, qui ita seriem ordinaverat pugnae, uti diximus, die 26. n. 17. qua solemnitate ab ipsis dies *Lycurgida* celebrabantur. Inter Spartanos nihil momenti, et si simulacrum Numinis, sine armis. Virum fortem Perseum in Gorgonas profecturum, fragilitate ornarunt Græcorum fabulæ; e quidem dederunt in pugnam & victoriam clypeum vitreum & vitream galeam, ut refert Rhodigin. 6. cap. 11. Lacones vel inermem Venerem adorantur cataphractam. *Pausan.* cap. 97. *Venerem Spartiata perhibent, Eurosam (fluvium qui Spartam abluit) transcurrentem, speculo, mundo & cæsto positis,*

Habitus in Pyrrhici.

Lycurgida.

Arma Persei vitrea.

Venus Armata.

ba-

Imago.
Apollon. Rhod.
Venus Enoplia.
Auson.
Hercules Lindius.
Unde Lindia sacra.

hastam & clypeum sumpsisse; ut Lyeurgo se comeret: dicit Plutarch. de Fortun. Romanor. Haud alio intuitu Argonautæ, nisi quia Iafon ex Laonia, in navi armatæ Veneris collocarunt imaginem; quam describit Apollon. Rhodius, 1. Argonautar. à v. 741.

— *Expressa erat prolixis capillis Cytherea,*

Martis gestans habile scutum. Ipsa sibi verè Contraria, area imago, in scuto apparebat videri.

Ipsa coniugata Vulcano, ne deficeret ferunt; sed multivola adhæsit Marti. Armata Venerem (subdit Rhodigin. 18. cap. 12.) quod fecisse Lacedæmonios, frequens prodit fama; ubi Messenio bello armati cum armatis mulieribus ipsi indiscriminatim. Eadem apud Gyrard. Syntagm. 13. n. 12. ubi Venus vocatur Enoplios, quo ornatu, provocantem in pugnam, risit Palladem. Aufon. Epigramat. 42.

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone visens,

Visne ut iudicium sic ineamus? ait:

Cui Venus arridens, quid me galeata laceasis? Vincere si possum nuda, quid arma gerens? Alia & ingeniosa ex lib. 1. Græcor. Epigram. videtis hic apud Eliam Venetum, & Gyrard. d. n. 13.

21 Inter Persas hac die Herculi, ut placet Ramires. de Prado celebrabantur sacra; sed execrationibus. Meminit Strabo, lib. 15. n. 15. sed causam haud exprimit. Arbitror ab Ægyptijs, vel à Græcis sustam barbariem: etenim Herculi Lindio huiusmodi inter illos fiebant sacra diris, & maledicis imprecationibus. Lactant. 1. cap. 20. Aptius Gyrard. Syntagm. 10. ex Philostrato. Lindius (ait) cognominatus est Hercules, quia Lindio Thiodamanti furatus est boves, ex quibus unum iugulavit, & voravit etiam cum ossibus. Thiodamas cum ei obistere non valeret, maledictis lacepsit, comitians de ingluvie & furto. Verum cum mox quis esset cognovisset, Hercule minas irridente, ei aram erexit, cognomento Lindio, in cuius sacris, ob memoriam facti, maledictis ac diæterijs celebrabatur Herculis voracitas. Unde Apollonius apud Philostr. lib. 5. cap. 8. inquit: *Cibationes Herculis perinde ac certamina voluptatem videntibus afferre solitas: sed ille Hercules erat.* Subscribit Natal. Comes, lib. 7. Mytholog. cap. 1. *Cum verò mæstus Thiodamas (inquit) amisso tauro recessisset, multaque fuisset Herculi ob illam iniuriam imprecatus; mansit postea ritus apud Lindios, ut bos arator cum multis imprecationibus Herculi mactaretur.*

Duos fuisse, astitit Lactant. d. de Divin. institutionibus, & ab Hercule instituta sacra, quoniam nunquam iucundius epulatus est, quàm audiendo Thiodamantis execrationes. Erasmus, Cbiliad. 2. Centur. 5. n. 19. ex Zenodoto addit, hunc apud Lindios inolevisse morem; iubente oraculo, ut inter peragenda sacra convitia quædam iactarentur. Suspicio abufos Lindios ritu pisco in lustrationibus, super victimas impositis manibus devovendo diris; de quo Stuck de Sacrific. Gentil. cap. 224. & nos, 10. Septembr. n. 3.

DIES XXIX. IANUAR.

1 **G** Rad. 9. Aquarij, in quo statio IV. K. 25. Lunæ, dicta *Beatitudo beatitudinum*, & *Brachium brachiorum*; quæ statio bonorum affluentia. Kitcher. Tom. 2. Oedip. Copt. p. 2. class. 7. cap. 10. *Delphin incipit occidere.* Columel. & Ptolom. *Aquila occidit vesperè.* Alsted. *Uranom.* Gradus hic si in horoscopo influit in architectos, fructores, & sculptores. Firmic. *Vir virum de terra elevans.* Sphær. Arab. Postquam pridie, ut vidimus, n. 1. sponsa Rebecca in Isaac coniugem, illam & Eliezer servum Abrahamæ, confanguinei voluerunt saltem per 10. dies retinere: quorum consilio noluit acquiescere Eliezer: maximè exploratâ voluntate Rebecæ, consentientis in repentinam professionem; cum qua statim iter in Chanaan aggressus est Eliezer, valedicto parentibus & fratri, totique familiæ. Ibant cum illa Debora nutrix & aliæ puellæ. Genes. 24. 54. Anno ab hinc 104. nascitur Dina, filia Iacob ex Lia. Tornieil. Ann. 2289. n. 3.

Statio 25. Lunæ.

Proficiscitur Rebecca in Chanaan.

2 Iuxta eundem ab hinc anno 433. cum essent in procinctu ex toto Israël adversus tribum Benjamin quadringenta millia virorum, uti diximus pridie *num. 1.* sonuit classicum; quia manè procedentes ad pugnam castrametati sunt iuxta Gabaa. *Iudic. 20. 20.* ex qua egressæ copiæ instructæ Benjamin, iugularunt exercitus Israël viginti duo millia virorum. Cæteri, paventes ex eo, quòd iubente Deo, Ducemque signante, victoriam amississent; steterunt denuò certare volentes, missis in Silo, qui coram Domino calamitatem fletent, & iterum inquirerent per Phineës, an replicanda pugna; quod annuit Dominus. Ibidem v. 23. Ioseph. & Philo Biblius, loc. cit. in principio tractus à die 23. n. 6. Vid. 4. Febr. n. 3. Ann. ab hinc, 377. peperit Bethsabeë factum,

Beniaminitæ primâ vincunt cæteras tribus in pugna.

Bethsabeë factum. edit.

tum, quem adulterio conceperat, in cuius partu acerbos corpore dolores fenfit. Bric. Ann. 2999.

3 Anno ab hinc 23. filius eius secundus, Rex Salomon, postquam cum sapientia singulari de Gabaon in Hierusalem venit, quò coram Arca pro gratiarum actione obtulit sacrificia, regaleque convivium universæ Regiæ extruxit (intellexit enim quod in somnis acceperat, esse somnium, idest à Deo missum) ut pateret, quamnam ex colloquio divino retulisset sapientiam, iudicium sagax in litigantes meretrices mox ostendit; quarum utraque infantem mortuum uti alienum reijciebat, atque vivum sibi filium vendicabat. Ioseph. 8. *Antiq.* 2. ut solet, fingit, etiam infantem mortuum divisum ire, iussisse Regem, ut notaretur iudicium puerile. Veram matrem Salomon à supposititia solo affectu distinxit. Cùm enim plagaria infantem vivum dividì probaret, ut neutrius esset; materque potiùs in aliena potestate maluisset vivere, quàm interfici; ex hoc pietatis officio, atque genitricis indito affectu; illam mendacem, hanc pueri matrem veram sapientissimè iudicavit. 3. *Reg.* 3. à 16. Hoc die factum iudicium astruit Elias Levit. in *Bibl. Rabbinic.* apud Bartholoc. Quimus dicere cum Ovidio, 2. *Metam.* fab. 3.

Iudicium Salomonis de filio inter foeminas de illo litigantes.

Ovid.

——— *Dat pignora certa timendo:*

Maternoque metu, mater vera esse probatur. De sagacitate nonnullorum Principum in veritatis inquisitionem; diximus; *Tom.* 5. *T.* 1. à n. 24. & *Tom.* 6. *T.* 2. à n. 46.

4 Postquam per multos dies manibus & pedibus vincus in vestibulo carceris clamabat Ieremias futuram subversionem urbis, ni traderetur Nabucho, qui ferè biennio obsederat (iamque esset annus 10. Sedecia) asserens duntaxat liberandos, quiqui transfugæ ad Chaldæos; Principes urbis nec malis quidem pressi, audire volebant: unde pleni furore adiere Sedeciam incusantes, ut furentem, & in enunciatione calamitatum militum frangentem animos, ita ut desponderent, cum parati essent pugnare pro patria; multaret morte. Eis tradidit Rex ad lubitum, & è carcere rapientes, nudum miserunt in lacum & profunditate horridum, & propter cœnum, gravemque halitum, intolerabilem, mortem halantem, quin haberet descensum (quapropter funibus demissus est) nec lucem, quoniam adhuc os lacu operiebatur saxo, quasi facilis esset exitus. Ibi ergo usque ad collummersus in cœno manebat, ut turpiter præfocaretur.

Ieremias nudus in lacum & cœnum miseratur.

5 Illicò ut scivit minister Anz, familia-

risque Regis (licet alienigena, nobilior civibus) tanti Prophetæ misertus, à Sedecia impetravit, quòd celeriter educeretur è lacu. Ne cruciatu periculoque fieret; pannos veteres sub alis supponi iussit, & extractum, liberum remisit domum. Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 10. Fallitur: *Mansit in vestibulo carceris usque ad diem, quo capta est Ierusalem. Ierem.* 38. 28. Minimè sine præmio Æthiopsis charitas: igitur proximam urbis clade, quoniam formidine imminentis periculi pavebat Abdemelech ad ingressum Chaldæorum, validè fovit spiritus, spe infallibili salvationis. Referemus, 4. *Iun.* n. 5. Lacus Ieremiæ, vel carcer in Regia à Constantino Magno fabricamunicam exornatus fuit; ut coleretur dives, inclytum Sanctuarium; quod sacrum pridem tanti viri pondere vinculorum. Niphor. *lib.* 8. *cap.* 30. Vide, 9. *Februar.* n. 3.

Extrahitur.

Munerata charitas Æthiopsis.

Carcer Ieremiæ in templum.

6 Ab hinc elapsis 164. annis, quinque diebus ante templi Zorobabelis dedicationem, Deus manifestavit in futuram solemnitatem, Nehemiæ (qui è Perside tunc Hierosolymam advenerat) saxum, quo Ieremias Arcam, Tabernaculum, Altare incensum, Mensam, Candelabrum, Vas Manna & virgam Aarons, cum cæteris templi utensilibus, incluserat, esse pervium; ut reductis in suum locum, clarior esset illa Numinis habitatio, cùm Aggæus diceret: *Maiores gloria domus istius novissima, plus quàm prima:* 2. 10. ita Nehemias invenit in specu cuncta, & secum traxit in templum, eliciturus ignem ex aqua, die dedicationis, ut videbimus, n. 14. in *Februar.* 3. Totum hoc voluntarium, quoniam nihil præfatorum revelandum quousque perfecta congregatio captivorum, quos adduxit Nabuchodonosor ex Iuda & Benjamin; ut prædixit Ieremias. 2. *Machab.* 2. à 7. Adis 4. *Novembr.* à n. 6. Multa de huiusmodi argumento suis in locis: nonnullis AA. placet, Arcam foderis ibi esse occultam, quòd reposuit Ieremias, quousque adveniat Anti-Christus: cuius in tempore revelabitur, & constitueretur in templo, ab illo erigendo; & post eius interitum, conversis iam Iudæis, remotoque velamine (quo cæcum & obæcaturum illorum cor) ab universa Ecclesia ducetur in montem Sion pompamagnam: in eaque collocabitur asservanda Eucharistia, quia tunc propriè hierotheca; quæ pridem per Manna fuerat solummodò typica. Videtis dicta, *Tom.* 7. *Tautolog.* 10. n. 37. & Maluend. 13. de *Anti-Christ.* cap. 9.

Invenitur à Nehemiæ in specu, Arca & reliqua templi ornamenta, à Ieremia abscondita.

7 Hac die iuxta Raucolini sententiam, cùm à M. Scauro interventione pecuniae prolata esset in gratiam Aristobuli; à Pompeio Magno omninò mutata. Vide, *August.*

30. à n. 6. In Pompeij integritate sulca erat Hyrcani palma : igitur cum Damascum è bello Mithridatico venisset, & è cunctis ditionibus adventarent ad illum legati, inter illos affuere etiam Hyrcani & Aristobuli, de Iudææ regno decertantibus, cum magnis muneribus : inter quæ Aristobuli donum insigne, vitis scilicet aurea, quingentorum talentorum, de qua fusè egimus die 15. n. 3. cum die 11. in Syriam pervenisset Pompeius. Ioseph. 14. *Antiq.* cap. 5.

Vitis aurea Aristobuli.

8 Ex Hyrcani fautoribus coram illo relatum ius primogenituræ, cum ætate & moribus. Unde precabantur magnoperè, quòd damnatis violentiâ & insolentiâ Aristobuli, regnum Hyrcano restitueret. Favore nisus Scauri, etiam affuit Aristobulus; sed in tadium Pompeij : quandoquidem fastu regio, veste purpureâ, capillitij studio, phalerarum ornatu, magis ad pompam, quam ad iudicium videbatur accedere. Non inijt coram Pompeio gratiam ullam ; sed comiter dimisit, ne Aristobulus offensus ei in Iudzam intercluderet transitus. Quin mandata Romani Imperatoris observasset (audierat, non pecuniâ ut Scaurus, sed ratione, perspicuoque iure, propensum in fratrem) in Iudzam abiit. Quo quidem offensus Pompeius, assumpto exercitu, & accito à Damasco ; reliquaque Syriâ copijs auxiliariis, alijsque Romanis legionibus, illum persequi decrevit. Invenit illum in Castello munitissimo *Alexandra*, ad speciem obsequiosum, sed in bellicos apparatus intendentem : quare omnia castella tradere iussit; quod invitus fecit, ac dominium severitatemque pertæsus, Ierosolymam recessit, tanquam in belli theatrum, quò Pompeius die 22. *Februarij*, pervenit, & sequenti obedit urbem ; ut videbimus, à n. 14.

Visit Pompeium, quem offendit.

Pompeius facit Hyrcano.

Et fratri adversatur.

9 Anno 31. dies vigesimus tertius ieiunij Christi. in monte post baptismum. Anno 33. Lamy in *Apparat. Chron.* signat Christi transfigurationem, & cætera tunc mirâ patrata, de quibus Matth. 17. Marc. & Lucas, cap. 9. Sanè mirum. Hac die in Synagoga legebant Hebræi cap. 27. *Exod.* à v. 20. usque 30. exclusivè, & *Ezechiel.* 43. 10. usque in fin. Bernard. Lamy.

Dies XXIII ieiunij Christi.

10 Romæ, creatio Regum apud Priscos Romanos. K. V. & Elias Reufner. eò quòd munus & potestas Interregis cessabat die 27. ut diximus, n. 16. *Mortuo Tullo; res, ut institutum iam ab initio erat, ad patres redierat; bique Interregem nominarunt: quo Comitia habente, Ancum Marcium populus creavit.* Tit. Liv. 1. *sect.* 105. Cicer. 7. *Epist. famil. ad Trebat.* Halicarn. 4. n. 8. &

Creatio Regum.

9. n. 61. & Pedian. licet signet die priorè *Ater Dies* dicebatur, quia nomen Regis Romanis odiosum ; unde *Equiria* in Campo Martio, de quibus 27. *Februar.* n. 9. & 14. *Mart.* num. 18. Quæ olim *Equiria* sub Romulo, dicti post *Ludi Circenses*, ut observat Bulenger. de *Circo*, cap. 1. Aufon. *Edyl.* 26. v. 27.

Equiria.

Ludi Circenses.

Nunc etiâ veteres celebrantur *Equiria ludi*. Prima hæc Romanus nomina *Circus habet.*

Aufon.

Marlian. cap. 106. *In Circo (ait) Equiria sicut alia certamina, celebrata. Sunt autem Equiria ludi, quos apud Blidem Enomaum primum edidisse, scribit Sextus Pompeius. Romulus postea eum imitatus, eosdem Italia ostendit.* Ita ergo hoc die *Equiria* signantur à Gyrald. & Reufner. Erant *Equiria* priora & posteriora. Illa, 27. *Februar.* hæc, 14. *Mart.* inquit quò dudum Bulenger. *Priora, ut equitatus lustraretur : altera, ut numerus integraretur.* Si ita signata, quænam & quorsum huiusce diei figuntur *Equiria*?

11 Acu tetigit *Bisciola*, Tom. 2. *Horar. subseciv.* lib. 6. cap. 6. Erat ludus puerorum, seu simulacrum pugnæ, efformantium certamen equestre, vel umbram pedestris ; quod proprium *Ludi Troiani*, in quibus pueri ludebant arundinibus, qua de causâ apud Nostrates dicitur *fuego de Casas* : licet post iuvenes in illis & viri uterentur lanceolis (quod vocarunt *Iustas*) apud Germanos & Gallos *Torneamenta*, quasi *Troiamenta* ex Italico nominis inflexu, à gyro & circulis, quos ludentes arte formabant. *Troia ludus (ait) puerorum erat, qui turmatim se mutuo ex equis petebant pugnis & armis. Ordo puerorum maiorum & minorum, in turmas distributorum. Eadem videntur esse quæ Equiria : simulacra nempe equestris pugna, & umbratilis pugna ex equis, equorumque in certo spatio decursionis. Nec verò currunt tantum hæc illac in orbem, recurruntque; sed & armis telisque utuntur, ita ut se non feriant, aut leviter tangant.* Ita Virgil. 5. *Æneid.* à v. 582.

Ludi Troiani.

Convertere vias, insectaque tela tulere: Impediunt, pugnaque cient simulacra sub armis.

Virgil.

Astruit Sueton. in *Cesare*, cap. 39. *Troiam (inquit) Iussit turma duplex, maiorum minorumque puerorum.*

12 Constat ex ipsa institutione ab Æneæ, qui ad patris sepulchrum non aliter celebravit iusta. Puerorum fuit exercitium, quod Ascanius imitatus, dum muris Albam Longam studiosè vallavit, & specimen Tro-

ie Romanis reliquit. Idem Vates ibid. à v. 596.

Hunc morem cursus, atque hac certamina primus

Ascanius, Longa muris cum cingeret Albã, Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos. Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes, Albani docuere suos: hinc maxima porro Accepit Roma, & patrium serauit honores. Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmẽ. Astipulatur Rosin. 5. cap. 11. Puerorum exercitationis causa ludi fiebant Troiani. Ita dicti, vel Troia ludus, vel ludicrum. Ab Ascanio Anea filio, primum omnium in Italiam venerunt, celebrabanturque in Circo à pueris maioribus & minoribus turmatim congregientibus; quibus qui praesidebat, Princeps iuuentutis vocabatur. Hispan. Padrino vel Picador. Agemus, 3. Novembr. Patet ex Virgil. d. à v. 545.

At Pater Aneas nondum certamine misso, Custodem ad sese, comitemque impubis Iuli, Epitydem vocat, & fidam sic fatat ad aure: Vade, age, & Ascanio si iam puerile paratum Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum;

Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.
 13 His ludis magnoperè delectabatur Augustus, ut refert Dio lib. 42. & Sueton, in eo, cap. 43. Troia ludum edidit frequentissimè, maiorum minorumve puerorum delectu: prisca decorique moris existimans, clara stirpis indolem sic notescere. Alex. Neapolitan. 6. cap. 19. Ludebant turma puerorum, primo aetatis flore (hi pueri minores) & iuvenes generosi spiritus (qui dicebantur maiores) ut specimen magna indolis praese ferrent. Calaubon. in Sueton. loc. cit. Minores pueri dicebantur (inquit) qui annum decimum tertium necdum impleverant: Maiores, ab hinc usque ad decimum septimum. Suetonius de Nerone, cap. 7. Tener adhuc, necdum maturam pueritiã, Circensibus ludis Troiam constantissimè favorabiliterque iussit. Signat articulum Tacitus, 11. Annal. cap. 11. Sedente (inquit) Claudio Circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troie intrant, interque eos Britannicus Imperatore genitus & L. Domitius, adoptione mox in imperium & cognomen Neronis adscitus; favor plebis acrior in Domitium, loco praesagij acceptus est: vulgabaturque affuisse infantie eius dracones in modum custodum. Non clam modò, huiusmodi Equiria (quippe equis acta) dici posse Puerilia; vel Ludicra; perproprie; quoniam extra propositum belli propter cuius ministerium, & exercitiam fiebant Equiria pro-

pria. Cuncta sumpta à Græcis in Iudo Troia & in gyrorum ordine & in ludentium aetate, ut videbimus 23. Iun. ex Apuleio, 10. Metam. Platon. in Parmenid. Plutarch. in Theseo, Max. Tyrio, serm. 33. & Hocrat. in Panathenaic. Videfis Uvolfang. Lazium, de Republ. Rom. lib. 10. cap. 2.

14 Cum Equirijs iungit Rosinus sacra Pacis. Gyrald. ex V. K. R. & Reufner. postridie. Ovid. 1. Fastor. v. 710. ait:

—————Deduxit Pacis ad aram: Ovid.

Hæc erit à mensis fine secunda dies. Secunda ab ultimo die Ianuarij, retrò numerando: sic erit penultimus dies. Paul. Marf. hic. Ambiguitatis occasionem arbitror oriri, ex eo quòd alij mensis numerabant dies triginta, alij unum addebant: quapropter qui postridiè sacra figunt (de quo nos n. 3.) aptius collimant: iam enim Cæsar annum correxerat ad cursum Solis. Fastos correxit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adedò turbatos; ut neque mensium feria aestati, neque vindemiarum autumno competerent: annumque ad cursum Solis accomodavit, ut 365. dierum esset; & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Sueton. in Cæsar. cap. 40. & in August. cap. 31. Annum à D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit. De sacris Pacis ab Augusto, ait Anton. Constant. in loc. cit. Ovid. Principatu Augusti, nullam inventio Pacis ædem fuisse, memoratu dignam: aram tamen vel adiculam fuisse, arbitror. Mafsius verò subiungit: Ad Pacis aram, festum, quo fiunt illi sacra: templum, quod Augusti tempore exiguum ad Viam sacram (in Regione 4. collocant P. Victor & Panvin.) cepit maius erigere è fundamentis Agrippina; sed Vespasianus postea perfecit. De utroque loquimur loc. cit. & 11. Februar. à n. 5. Hoc templum (dictum orbis miraculum) conflagravit sub Commodò; ut in eo, ait Ælius Lamprid.

15 Hoc etiam die Romæ Circulatores exhibebant spectacula agilitate summã, publicã scenã, qua mira videbantur embolia, versatilibus machinis, & exostris. Vocabantur Ludi Petauri, seu Pegmata, sicut Ludentes Neurobata & Petaurista, & Pegmater. Describit Seneca, Epist. 88. Artes (inquit) ludicra sunt, quæ ad voluptatem oculorum at aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata ex se surgentia Vernaculè: Tramoyas) extogitant, & tabulata tacitè in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut debiscuntibus, quæ

Cæsar & Augustus annum reformationis.

Ludi Petaurij, & Pegmata. Neurobata, & Petaurista.

Idem.

Princeps iuuentutis.

Idem.

Qui pueri maiores & minores.

Dracones custodes infantie Neronis.

ceherebant, aut his qua distabant, sua sponte coeuntibus, aut his qua eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum feriuntur oculi. Omnia subita, quia causa non novè, mirantium. Etiam describit Iust. Lips. de Amphitheatr. cap. 22. Isaac Grang. & Eilhard. Lubin. in illud Iuvenal. Satyr. 4. v. 121. Laudabat & ictus & pegma, &c. Vid. Prudent. in Peristephan. à v. 3208. Cicer. ad Atticum, 4. Epist. 8. & Suetonium, in Claud. cap. 3. Pegma ergo erat moles lignea in theatris ad levem lusum & illusionem oculorum, occultà arte compacta; qua illinc in alium locum rapiebantur, vel tollebantur in sublime, qui in illa erant, cum summa spectatorum admiratione. Nobis iam non est, quippe quotidie videntur.

16 Quod non videtur, est genus illud pegmatum, seu machinarum, quo strue diversorum lignorum compacta machinà, ludentes (qui ferè gladiatores) in cupulam ascendebant; & inde emissà flammà molem lignorum ad cinerem redigebant, illasi excentes per incendium, sese hinc illuc versantes, & maximà celeritate per circulos iactantes: etenim gyris diversis, moribus varijs corpora librabant per medios ignes, quasi innocuos, populo præbentes oblectamina; quippè scitè petauristæ. Dexteritas & ars cum agilitate describitur graphicè à Claudian. in Mallij Theodor. panegy. Consul. à v. 318.

Vel qui more avium sese iaculantur in auras, Corporaque adfiscant celeri crescentia nexu, Pendula librato figant vestigia saltu.

Mobile ponderibus descendat pegma reductis, Inque chori speciem spargentes ardua flamas Scena rotet: varios effingat Mulciber orbes. Per tabulas impune vagus, pictæque citato Ludant igne trabes, & non permessa morari Fida per innocuas errent incendia turre.

Hosce histriones, Parabolos vocat Firmicus, 4. cap. 13. Unde Buleng. 1. de Theatr. cap. 37. In pegmatis (ait) ignes accendebant, per quos Petaurista membra strenuè transmittabant. Summè aridet, quod cogitat Caspar Barthius in v. 323. Claudian. ubi supr. scilicet, circum pegmata lignorum esse ludum, iactis desuper facibus; & receptis, quæ mitantur ab his, qui iaculabantur infra, ut flagraret machina: quod quidem plerunque fiebat: tuncque spectaculum mirabile erat, quomodo illasi exhibant ab igne; quorum fides vix oculis creditur. Mos haud exolevit in Italia. Reliqua, quæ fiebant à Petauristis, refert Bulengerus, ubi dudum. Delphini constellationem; ait Manil. lib. 5. à v. 447. in huiusmodi artes influere. Ita canit:

Tom. I. Ephem.

Ad numeros etià illa licèt cognata per artem Corpora, qua valido saliant excussa petauro, Alternosque cient motus (delatus & ille Nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille) Membraque per flammæ, orbisque emissæ fragrantæ

Tollitur.

Plura videsis & nitida apud Ioseph. Scaliger. hic. Ita saltus Petauristarum per flammæ, pegmate accenso: inquit Dempst. in 5. Resin, cap. 10.

17 Athenis sacra Eora, seu Aletida, alio intuitu, quàm de illis, de quibus, 2. Jul. Confunduntur enim AA. nomine Erigones, eodem diversis personis. Illa fuit Icarî filia: hæc Clytæmnestræ & Ægypthi adulteri; ut refert Hyginus, Fab. 122. qui ita texit historiam. Ad Electram Agamemnonis & Clytæmnestræ filiam, sororem Orestis, nuncius salus venit; fratrem cum Pylade in Tauricis, Diana esse immolatos. At Electra de fratris necè Delphos sciscitatum, est profecta. Quod cum venisset eodem die Iphigenia cum Oreste; venit eò nuncius, qui de Oreste dixerat, Iphigeniam interfecitricem esse. Electra ubi audiit, truncum ardentem ex ara sustulit, voluitque inscia Iphigeniæ oculos eruere; nisi Orestes intervenisset. Cognitione itaque facta, Mycenæ venerunt, & Erigonam Clytæmnestræ & Ægypthi natam, voluit interficere; sed Diana eam rapuit, & in terram Atticam sacerdotem fecit. Tunc temporis Orestes agitabatur Furijs, propter parricidium matris, quæ etiàm fuerat Erigones. Decretum (cum illo tempore Albæ Dez. comite Erinne Orestem vexarent) ut de matris cæde iudicium fieret in Areopago, an iuste perpetratum, ut absolveretur; an iure violato, ut vitâ lueret, quod audacter commiserat. Ut Erigone scivit Athenas processit, Orestis accusatrix. Discussa causâ Orestes absolutus à iudicibus, ut diximus, die 5. n.

12. Erigone expavit, & pœnam in se convertit; igitur quia Orestes non moriebatur, mori cogitavit. Unde eo de sceminis Atticis imprecato malo, laqueo se suspendit in arbore. Firmic. 2. Astronom. cap. 7. Votum suspensæ illicò viguit, quippe virgines Athenienses manâ singulari quotidie ex lignis se suspendebant. Grassabatur malum, quin ullum inveniretur remedium; quousque à Magistratibus sanctum, quod quæ suspensæ reperirentur, nudarentur; quod quidem edictum præconis voce universis fieret notum. Præfens sanèquàm pharmacum in læsum sceminarum cerebrum. Studio igitur honestatis sopita lues.

18 Argis eodem die sacra Apollini Lycio.

Manil.

Eora & Aletida.

Electræ autem in Orestem.

Erigone illam accusat.

Sese suspendit.

Quid proci sum, ne suspendereatur virgines ab iocundis.

Sacra Apollini Lycio.

Petaurista illasi in igne.

Claudian.

Paraboli.

cio. Meurf. *Græc. feriat.* Apollo Lycius sonat Apollinem-Lupum. Sic ab Homero dicitur *Lycogenes*, eò quòd Latona sub specie lupæ peperit; uti dicemus, 7. April. *Quintimo in templo Delphico lupi specie Apollinis simulacrum est.* Buleng. de *Prodigijs*, cap. 35. A lupo, Lycius dictus; etsi à luce vel igne aliqui derivent nomen, eò quòd Phoroneum docuerit ignis inventionem: qua de causa illi dedicatum templum sub titulo Apollinis Lycij, idest, Igniferi, splendentis; in quo statua erat Phoronei, ignem accendentis. Pausan. cap. 61. & Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 6. Lupum-Apollinem celebrarunt Ægyptij; unde Lycopolis civitas, & nomus, seu Præfectura; ut observat Kircher. Tom. 1. *Oedip. Ægypt.* Syntagm. 1. cap. 5. Cur dictus Lupus & templum Argis erectum, refert Pausan. d. *Apud Argivos* (ait) *est nobilissimum templum Apollinis Lycij, in eo antiquissimum è ligno signum Danaus dedicavit cum ipsa ade.* Cum Argos venisset, de regno cum Gelanore contendit. Postero die primà luce in boum gregem lupus impetum fecit, & taurum gregis ducem adorsus est. Tunc Danaus Lupum ab Apolline immissum interpretatus; Apollinis Lycij ade dicavit. Idem legitur apud Chartar. pag. 42. addentem: *Lycos latine Lupus: pro ade basis est, in qua incissa est tauri & lupi pugna: incissa etiam & virgo, que lapidem in taurum mittit. Dianam eam virginem nominant.*

19 Aliter apud Sicyonios titulus exponitur. Ibi Apollinis sacellum Lycei cognomine (prodit Pausan. cap. 53.) Cognominis huiusmodi causa fuit: Cum lupi ovilia tantoperè vexarent, ut nullus iam ex illis capi fructus posset; indicavit Apollo, quo loco aridum quoddam lignum iaceret, cuius corticem carnibus permixtum, cum ex eodem oraculo lupis apposulissent; illi simulatque gustaverunt, interempti sunt. Lignum quidem ipsum in ade Licei Apollinis positum est: sed qua sit ex arbore, nec ipsi norunt. Ideo, cum Admeti fuisset pastor (ut ait Apollodor. 3. *Bibliothec.* n. 17.) semper celebrabatur *Nomius*, idest, custos gregis & pascuorum: & etiam dicebatur *Lycostonos*, nimirum, Lupicida. Causas excogitat in huiusmodi titulum Servius in illud Virgil. *Æneid.* 4. v. 346. *Lycia iussere capessere sortes*, ubi: Apollo Lycius dictus, sive de Lycio, quem vicit, & victoriae suæ testimonium hoc nomen induit; sive quòd est Lycios à candore, idem enim & Sol creditur; sive quòd transfiguratus in lupum, cum Cyrenem concupivit; sive quòd in lupi habitu Thebanos ceciderit; sive quòd

lupus ei primum post interemptam Pythionem, ex eo loco, qui appellatur Tempus aurum attulit; sive quòd Pastoralis Deus Lupos interemerit. In fabulis nil mirum, quòd divinentur causæ; igitur astruitur quòd quilibet cogitat.

20 Sanè Apollinis Lycij sortes apud Priscos celebratæ; & ita sacrum creditum oraculum; quòd Pindarus in *Olympic.* Od. 13. v. 154. dixerit: *Licæi aræ regina.* Innuît Virgil. ut vidimus, & Propert. 3. *Eleg.* 1. v. ult. *Lycio vota probante Deo.* Festus Pompeius, lit. L. inquit: *Lycij Apollinis oraculum maxime claritatis fuit, ob luporum interfectionem.* Bulenger. de *Oracul.* cap. 38. Gyrald. Syntagm. 7. à n. 9. & Macrobi. 1. *Saturnal.* cap. 17. Ibi fons Apollini sacer, quòd qui oraculum adeunt, carnes oblatas in sacrificio, devorandas offerunt; ut coram asistente sacerdote, ex illis auguria caprent. Athen. lib. 11. n. 11. Pliniusque 32. cap. 2. *Lycia in fonte Apollinis, pisces ter fistula evocati, veniunt ad auguria. Diripero eos carnes obiectas, latum est consultantibus caudis abigere, dirum.* Appositè iocus Varronis, lib. 3. cap. 13. *Hos pisciculos nemo cocus in ius vocare audet.* Etiam refert Dalecamp. in loc. cit. *Plin.*

21 Postquam Xerxes subiecit Ægyptum (de quo 14. Maij) cogitavit se Duce, collectis novis selectissimisque copijs, expugnare Græciam, ulciscique dedecus, quo eius pater Darius Hytaspis affectus tam in re ditu ab expeditione Scyrica, cum in pugna Marathonia: quapropter ut pervenit Sardis è Sufis, præcones in Græciam misit; ut singulas quasque urbes adeant, & ignem terramque à Græcis deposcant. Diodor. Sicul. lib. 11. n. 3. Huiusmodi insolentia frequens apud Reges Persarum, ut etiam constat è sacris, *Judith.* 1. 11. pluresque ex Ethnicis referunt, ut Herodotus lib. 7. & Senec. 3. de *Ira*, cap. 20. Tunc Lacedæmones legatorum alios in fornaces miserunt, ut ignem haberent; alios in puteos demiserunt, ut haberent aquam; quòd ægrè tulit Xerxes, decrevitque bellum in Græciam ferro & igne: igitur additum probrum recens prioribus iniurijs. Aptè Seneca d. *In hos enim quia non supinis manibus exceperant servitutem, missisque legatis libera responsa dederant (qua contumeliosa Reges vocant) fremens exarsit.* Expressit articulum Diodor. d. n. 2. *Ad bellam* (inquit) *parens quoque Darius ipsi adiumento fuit, qui in magnas apparatus copias ante mortem fecerat. Is enim ad Marathonem ab Atheniensibus victus, insensum & hostilem victoribus animum habebat; sed iam-*

Simulacrum
Delphicum
specie lupi.

Statua Pho-
roni.

Unde Apol-
lo dictus Ly-
cius

Lignum in
lupo.

Apollo ab-
dit laport.

Sortes in
eius templo
& oraculū.

Fons.

Pisces.

Xerxes de-
cernit expedi-
tionem in
Græciam.

Spartani
eius legatos
interfecerunt

lamiam in Græciam transiturus, morte interceptus fuit. Xerxes itaque & patris incepsu & Mardonij hortatu excitatus, Græciam bellum inferre decrevit. In copiarum naviumque instructionem triennium consumpsit post debellationem Ægyptiorum. Kalendar. seu Diarium Græc. ex ipso Diodor. Sicul.

22 Alij alia & aliter autumant, maxime Herodotus referens, quo Xerxes percitus in Græciæ expéditionem (quam conceperat mente, & coacto Principum & Sattaparum concilio, foverat Mardonius, eius frater) contra sentiente Artabano Xerxis patruo: qui quidem ita discrimina perspicuo exposuit, ut Rex à proposito recederet, potissimè quia *Deus gaudet* (dicebat) *eminentissima quæque deprimere*. In compendium ergo redigam, quæ fuse narrat Herodot. lib. 7. à n. 5. Pericula igitur considerans Xerxes, revocavit secum & coram Satrapis sententiam. At cum nocte illà cubitum isset, & obdormiendo quiesceret; visus est in somnijs videre quendam corpore ingenti ac specioso, qui sibi aditans increparet, quòd à prima adversus Græcos invasione respiceret; monendo ut ire pergeret, quam interdiu ire destinaverat viam: quo quidem spectrum evanuit, & Xerxes evigilans uti spectrum despexit, vel phantasia ludibrium.

23 In sequenti nocte idem rursus in somnium quiescenti Xerxi assistens; questusque de illo genius, dixit; quòmodo verba sua parvipenderet, revocando sententiam expeditionis in Græciam: quàm nisi extemplo executioni mandaret, homo nihili haberetur. Hoc viso perterrefactus, illà nocte accersito Artabano, somnium cum illo contulit, è cubili exiliens: & ut sciret, an casu vel meditato è celo somnium delapsum; patrium coegit (etsi ab illo audisset, nuda Dei non esse insomnium) sollo regali sedere, veste Xerxis, huius in cubili cubare; ut si idem Artabano appareret, à Namine missum, sin autem, casu reputaretur insomnium. In Xerxis opprobrium & ignominiam idem genius vel bonus vel malus, dormienti Artabano contigit, cui dixit susperassilens: *Tunc ille es, qui festinantem ire in Græciam; Xerxem distines? Tu neque in futurum, neque in presens consideras; quid Xerxem pati vidisse sis*. His dictis, vir ille Artabano in somnis visus est minitari, candentique ferro copari eius oculos erueret quare vehementer exclamans, è lecto Artabanus exiit, Xerxemque vigilem insomnij iterati monuit; palinodiam cantans sententia prius prolata, ne transiret in Græciam.

modòque Regem stimulans ut totis viribus exequeretur, quæ divinitus missa & monita; utroque nesciente quò fine missa.

24 Ubi dies extitit, erectis ex visione animis & crisijs, Xerxes Persis retulit, exposita simul Artabani exhortatione (qui è cunctis prius solus expeditionem dehortatus fuerat) in bellum Atticum universas provincias movit, ut altius prosterneretur, à cacodamone, amore proprio atque superbia seductus, continuatis genij dolis ne respisceret. *Ineunti expeditionem* (insit idem, n. 9.) *Xerxi tertium in somnis visum oblatum est. Illi videbatur; furculo oleagineo coronatus esse; cuius ramis universa tellus occuparetur, & mox coronâ capiti circumdatâ, evanescere*. Ita Magi visionem interpretati sunt; ut illicò universi Principes concilio adstantes, cupidi promissi honoris, in suam præfecturam digrederentur, ut militem conscriberent, atque delectum facerent; ut ampliore cum sonitu illorum memoria periret; uti videbimus.

Aliud è insomnium.

DIES XXX. IANUAR.

G Rad. 10. Solis in *Aquario*. In sauis, Daxiot. In mediastinis insuit, qui vita brevissima, & laboriosa. Ita Jul. Firmic. Matern. *Precedens gaudet Capricorni manserit ar. lun. in K. A. Piscium australibus made oritur. Alfeld. Encycloped. Fideiata vira primam faciem parte savoridere incipit. Hebræus stat Aquilo cum imbe. Ptolom. Ab Hebræis dicitur parva Lyra (seu Valer. eadem). Ingeniculati psalterium. Kircher. de quo German. Cæsar. in Araticap. 2 r. Tempora leos premit parti subiecta Draconis. Summa genu subdorsa tenet, quâ se Lyra solvit. Vir stans sine capite, est huius gradus hieroglyphicum à Spher. Arab. Dies vicimas Mensis apud Hebræos, qui plenus, eam consistit 30. dieb. Salm. & Scaliger. Speciali sacrificio tanquam Neontentiam celebrari, asserit Münster, in Kal. fol. 149. Unde tam prima dies, quàm trigesima Mensis celebris erat in memoriam divinæ gubernationis. Lopp. Mar. in K. 30. Maij. Perfectum Vedum interius Sanctuarij in Tabernaculum erigendum opere plumario & polymito. Rab. Iosef. ex Exod. 26. 31. & 36. 35. Tria vela pretiosa erant in Tabernaculo: primû in introitu, secundam ante Sanctum, ex bysso & purpura confectam, variisque coloribus*

III. X.

German. Cæsar.

Velum interius perficitur.

Xerxes respicit à proposito sed impellitur in somnijs.

Iteratur in somnium.

Etiã revocatur Artabano.

Xerxes seductus à dæmone.

bus distinctum: tertium ante Sancta-Sanctorum, picturatum omnis generis floribus & ornamentis, exceptis tantum animantium figuris. Ioseph. 3. *Antiquit.* cap. 5. De Velo templi ita loquitur, 6. de Bell. cap. 6. *Ad hoc auleum, hoc est, Velum Babylonicum, hyacintho & bysso & cocco & purpura variatum, mirabili opere factum, neque contemplationis expert colorum permissione; sed velut omnium rerum imaginem praefrens. Cocco enim videbatur ignem imitari, & bysso terram, & hyacintho aerem, ac mare purpura, partim quidem coloribus, bysso autem & purpura origine; quoniam byssum quidem terra, mare autem purpuram gignit: eratque in eo perscripta omnis caeli ratio praeter Signa.* Hoc est velum, quod Assertoris N. morte scissum a summo usque deorsum, egrediente tunc ex adytis columba pulcherrima, uti ex Ephraem videbimus, 25. *Mart.* hocque velum post triumphum Titi, reconditum in Palatio, 11. *Februar.* num. 5. Vid. Adrichom. in *Ierusal.* n. 86. Aliquid aliud & singularissimum excogitatum fuit a Rabinis: nimirum huiusmodi floridissimum velum contextum fuisse ex vellere pellicularum primi Martyris Abel: & cum futurus quis ex Synagoga martyr, sudasse sanguine; cuius guttulas, suppositis tritici granis, Sacerdotes suscipiebant in sementem. Allegorie suffragor, uti diserui, *Tom. 4. T. 7. D. 6. a. n. 2.*

2. Mors Moyfis signatur a Torniiell. *ann. 1583.* num. 35. *Adi 7. Februar.* num. 3. Madian & Amalec, nationesque Orientales, post transitum Iordanis, pervenerunt ad vallem Iezrael: misitque Gedeon nuncios ad tribus, ut ad praelium imminens essent in procinctu. Raschi. ex *Iudic. 6.* a. v. 33. Nonnulli ex eis signant conventionem Davidis & Ionathae, praemissis sagittis: at suo loco & tempore, 30. *Mart.* n. 2. Hac etiam die retro annis 146. iuxta Turselin. & Briet. cum pridie victoriam amississent filij Israel, de tot millibus triumphante Benjamin, etsi iniustam haberet causam; steterunt animo resarciendi & honorem amissum, & detrimentum illatum, redauspicato certamine; quod audacter fecerunt, maxime quia qui missi in Siluntem, ut Dominum consulere, noctu redeuntes, oraculo sacro dixerunt quam grata Numini pugna, ex qua victoria (Oraculum non dixit, Cuius) sicque sequenti die aciem direxerunt quod prius certaverant, adortique sunt filios Benjamin: qui occurrentes eis, tanta in illos caede bacchanti sunt; ut decem & octo millia virorum prosternerent. *Iudic. 20. 25.* Conster-nati sunt huiusmodi strage filij Israel; even-

tumque pugna irregularem irascentes, exercitum totum direxerunt in Silo, ut Deum consulere. Vide 4. *Febr.* n. 3. Anno Christi, 31. eius ieiunij dies vigesimus quartus.

3. Romae *Pacalia*, seu Pacis celebritas. K. V. erecta ara Pacis ab Augusto post victoriam Actiacam, toto orbe in pace composito, clausoque Iani templo, ut nascente Christo videretur in terra pax hominibus, & abundantia pacis.

Frondebz Actiacis comptos redimita capillos, Pax ades, & toto mitis in orbe manes. Ovid.

Ait Ovid. 1. *Fastor.* v. 711. quam nutricem Cereris facit, Cereremque Pacis matrem; appellat, v. 704. Victimam Pacis sine caede. Offerrebat inter Graecos calathus cum hordeo, corona, gladio & igne. Ara in sacris a sacrificulo ambiebatur, portante canistrum, faculam extinctam, ac dicente: O veneranda! o regina Dea, reverenda o Pax! *Domina choros facis & nuptias: accipe hac nostra sacra libamina.* Aristophan. in *Pax.* Dramat. ultim. a. v. 54. Apud Romanos cadebatur victima, sed non coram Pacis simulacro, sed seorsim; cuius tantum pedes offerrebantur Pacis. Gyrard. *Syntagm.* 17. n. 96. Ita intelliges, cur non linguae plaudantur, sed pedes evangelizantium pacem. *Isai. 52. 7. Nabum, 1. 15. & Rom. 10. 15.* Hand aliter exponendus Ovidius, dicens v. 709.

Thura sacerdotes Pacalibus addite flammis: Albaque perfusa victima fronte cadat. Idem.

4. De Pacis imaginibus plura dicemus, 11. *Februar.* n. 4. & 7. Quae prior videtur, est femina cornucopiam ferens, quae face succensa arma & spolia hostium comburit. Hemelar. *Numismat.* Tabul. 25. Hoc pacis insigne, arcum conterere, arma confringere, & scuta igne comburere.

Religata catenis. Idem.

Iam pridem vestro sub pede bella lucent. Ovid. *ibid.* v. 701. Quiescit in pace furibunda Bellona, Ceresque surgit discordiae regimine extincta. *Virgil. 1. Georg. a. v. 303.* faccinir:

Quippe ubi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem, Virgil.

Tam multa scelerum facies non ullus aratro Dignus honor; squalent abductis arva coloni, Et curvae rigidum falces constant in vasis.

Hinc pingebatur virgo, caduceum dextra & olea ramum perferens sinistra. Hemelar. d. *Tabul. 6. & 23.* Ne succenseret Apollo bobus abactis a Mercurio; hic dono dedit ei a se Lynam inventam; ab illoque vicissim accepit virgulam: quam Mercurius tenens, cum vidisset duos dracones inter se certantes, in medium eorum proiecit, & illic re-

Bini ven-

stati.

Columba egressa ex adytis templi, velo recisso in Christi passione.

Ex quo confectum, & quibus rutulabat miraculis?

Mors Moy-

fi.

Gedeon mones de hostibus instantia.

Conventio Davidis & Ionathae.

Secundo vicium Etiam exercitum Israel.

Dies XXIV. ieiunij Christi.

Ara Pacis.

Ovid.

Victima.

Idem.

Imagines.

Idem.

Virgil.

Caduceus Mercurij.

cesserunt, unde virgula illa dicta *Caduceus*, & cum serpentibus index pacis: quæ quidem concessa Mercurio, quia pacis origo inter dracones. Hygin. *lib. 2. cap. 8.* Macrobi. 1. *Saturnal. cap. 19.* Rhodigin. *lib. 21. cap. 16.* Cœl. Gregor. 1. *Hierogl. cap. 27.* Pier. Valer. *lib. 15. cap. 43. & 45.* *Hic tamen complexus angulum* (ait Plin. *lib. 29. cap. 3.*) & *fferatorum concordia, causa videtur esse; quare extera Gentes. Caduceum in pacis argumentis, circumdatâ effigie angulum fecerint: neque enim cristatos esse in Caduceo mos est.* Cum hasta & oliva imaginem conflavit Vespasianus, & Titus. Hemelar. *Tabul. 11. & 12.* Aliquando efficta cum oliva folijs & hasta pura, tanquam Diva, & concito gressu currens. *Tabul. 49.* Statua eius collocata inter Fortunam & Abundantiam, refert Ludovic. Nonn. in *Asiam Goltz. Tabul. 12.* Veniunt cuncta bona pariter cum illa. Juvenal. *Satyr. 1. v. 116.*

Pax cum Abundantia & Fortuna.

Juvenal.

Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus, Quæque salutato crepitat Concordia nido.

5. Triumphus L. Cornel. Syllæ Dictatoris in Græcia, Asia, Ponto & Mithridate. *Beuto. Briet. ann. V. C. 673. & Goltz in ia East. fol. 175.* Triumphus eius cum magnifico sumptu, & raro aspectu regionum spoliatorum esset splendidus; plus tamen dignitatis habuit, & pulchrius spectaculum prebuit propter excules. Nobilissimi enim & potentissimi civium, fertis redimiti, currum sequebantur, servatorem & parentem vocantes. Omnibus confectis, rerum gestarum rationes in foro edens, haud minori diligentia fortuna, quam virtutis opera recensuit. & ad extremum ob tam prosperos eventus felicem se cognominari iussit. Ita Plutarch. in *Sylla.* Felix iste inter scelestos sceleratissimus, audax & procax patientia subditorum, quia fortuna arripit, dum iustitia tabuit, gloriose florens inter illos, quibus infelicem feliciter vivere, expediebat! Merito Seneca de *Consolation. ad Marciam, cap. 12.* exclamat: *Hominum malis illius nimis secundæ res constabant: non veritus invidiam Deorum, quorum illud crimen erat, Sylla tam felix.* Nulla Ethnicorum historia sine fabulæ pipere. *A fortuna felix dictus* (ait Cornel. Nepos. de *Viris illustrib. n. 75.*) cum parvulus à nutrice ferretur; mulier obviam, *Salve, inquit, puer, tibi & Republica felix.* *Statim quesita quæ hæc dixisset, non potuit inveniri.* Triumphus, quo die sacra celebrata Providentiæ, de quibus 26. *April. & 30. August.* ubi illius imagines vatiæ. Ab Hemelar. *Aureor. numism. Tabul. 25.* pingitur cum fulmine. *Sequitur superbos ultor,*

Triumphus Sylla.

Cum felix

Providentiæ favore imaginis.

à tergo Deus; ut inquit Senec. in *Hercul. fuerent. v. 384.* A Ioann. Paul. Bianchi in *Execq. Isabel. Regin. pag. 55.* exprimitur in femina respiciente coelestem spheram, cuius in sinistra liber. Sub catena aurea Iovis sæpe describit Achilles Bocchius: igitur extremum catenæ, è cœlo demissæ vinculo circumbat feminae collum, tenentis in manu peticam, in cuius apice caput bovis & galea pinnata. Ita *Symb. 49.* quæ insignia etiam Patientiæ; uti dicemus, 19. *Decembr.* At *Symb. 132.* depingit Providentiam eadem catenâ, è cœlo demissâ ex qua pendeat orbis, in cuius latera Amalthea & Fortuna. *Stat complexa globum mundi, quem sustinet illa,*

Achil. Boc.

Cœlesti demissa manu, miranda catena. Hac etiam die ludos Apollinares signat Roman. 10. *Reipubl. Gentil. cap. 3.* sed ridendus, dum dicit, suâ ætate Romæ celebrari 30. *Januarij,* summâ lætitiâ, sed ritu Catholice Religionis; quasi Catholica Religio extenderetur ad ludos.

Ludi Apollinares.

6. Sacra Cupidini inter Thespianenses Bœotia. K. G. Hæc imago elaborata fuit à Praxitele, ut ait Plin. *lib. 36. cap. 5.* De Bœotia, inquit Pausan. *cap. 305.* Cupidini ludas faciunt, quibus non solum musicis hominibus, sed athleticis etiam sua exposita præmia. Imago ita celebris, ut propter illam tantum Thespia viderentur. Plin. *ibid.* Variè de isthoc simulacro loquitur Pausanias in res Græcorum nonnunquam propensus. *Venerantur Thespianenses* (inquit *cap. 302.*) *iam tum ab initio maximè Deorum omnium Cupidinem, cuius est signum vetustissimum, rûde quoddam saxum. Post ex ære Cupidinem elaboravit Lysippus, & ante eum ex ebore (à marmore Pentelico, Frider. Sylburg.) Praxiteles. Primum omnium è sede sua Cupidinem hunc Thespianensem amotum à Caio, Roman. Imperatore tradunt Thespianibus deinde remissum à Claudio, Nero iterum Romam reportavit: ibi est igne consumptus. Eorum verò qui eius Numen violaverant, alter à milite, qui tesseram eandem semper per ludibrium dare solebat, est occisus: Neronis impuri ac nefarij amores satis vulgati sunt. Ridet & iurè causam Petrus Victor. 18. *Var. lect. cap. 21. quasi non quotidie hi (subdit) atrociora multo & graviora scelera ederent.* Ubi signum hoccine Cupidinis erant Veneris & Phrynes effigies, ab ipso Praxitele elaboratæ. Pausan. *ibid.* Causa refertur ab ipso, *cap. 17.* etenim cum Phryne, cuius Praxiteles amator, ab illo poposcisset eius operum pulcherrimum; sed ille non indicaret quodnam eximum, astu*

Cupidini sacra.

Imago.

Cum Veneris & Phryne.

Phry-

Phryne secretum excusit : finxit officinam conflagrare, atque renunciari fecit Praxiteli ; qui exanimatus, *Aetum est, inquit, de laboribus meis, si Satyro & Cupidini flammæ non pepercerunt.* Tunc Phryne opera elegantiora cognoscens, sibi delegit Cupidinem, ac in Thespis collocavit. Nero illum statuit in Octaviae Scholis, idest, in superiore balnei labro. Plin. d. & Dalecamp. hic, & Rhodigin. lib. 30. cap. 20.

7 Alexander Magnus, renuente milite propter frigus intolerabile, ultra flumen Hyphasim progredi ; præ ira iussit Regiam claudi, quod per biduum factum. *Tertio die* (ait Curtius lib. 9. cap. 3.) *processit, erigique duodecim aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suæ ; munimenta quoque*

Trophaea Alexandri in castrorum iussit extendi, cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum habitu, relinquit ; ut speciem omnium auget, posteritati fallax miraculum præparans. Expendimus vanitatem, Tom. 6. T. 4. n. 23. Aras quinquaginta cubitorum erant, ait Arrian. lib. 5. cap. 4. Diodor. Sicul. lib. 17. n. 95. Plutarch. in Alexandr. cap. 109. Senec. Suasor. 2. & Iustin. lib. 12. n. 10. Glycas astruit, columnam statuisse, cum inscriptione : *Alexander hucusque penetravit.* Lucan. 3. Pharsal. v. 333.

Hæc ubi Pellex post Tetbyos æquora ductor. Constitit, & magno vincti se fassus ab orbe est. Plin. lib. 8. cap. 17. *Hyphasim* (inquit) *fuit Alexandri itinerum terminus : exuperato tandem amne, arisque in adversa ripa dicitis.* Causam refert Bertius Bever. *Segment.* 8. Oraculo, à quo ibi accepit : *Usquequæ Alexander* ? Arrianus, lib. 3. cap. 3. testatur suo adhuc tempore exercitus Alexandri vestigia ac monumenta, antiqua sacella, altaria, fundamenta castrorum, & maximos puteos. Idem Solin. cap. 55. qui cap. 52. *Hic* (ait) *tertiam Alexandriam condidit. Hic enim locus est, in quo primum à Libero Patre, post ab Hercule ; deinde à Semiramide ; postremo etiam à Gyra ara sunt constitutæ : quod proximum gloriæ omnes duxerunt, illosque promovisse itineris sui metas.* Vid. Orosum, lib. 3. cap. 19. Blancard. & Freinshem. in loc. cit. *Cart.* Hæc etiam die in G. K. legitur : *Stata Thrasylulo Eleovati.* Meminit huius Pausan. cap. 244. sed rara eiusdem statuarum insignia. *Per dextrum humerum feles repit, propè canis iacet bipartitè diffusus, nudato icinore.* Idem cap. 178. Syburg. legit pro fele, *Stellionem* ; de quo Plin. 11. cap. 26. & 29. 4. asserit scorpionibus hostem. *Victoria fuit de Agide Spartanorum*

Lucan.

Rege, pro Mantinensibus pugnans : in quo certamine viderunt dimicantem Neptunum ; quapropter ei trophæum dedicatur. Pausan. cap. 244.

8 In Ægypto sacra Soli, Heliopoli. Dicitur fuisse ubi de eius translatione loquamur ab Ægypto in Asyriam, 7. Maij. Modò tantum Ægyptiam Heliopoli pompam. *Vehitur simulacrum* (ait Macrobius. 1. Saturnal. cap. 23.) *ferulo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra. Subeunt plerumque Provincia proceres, raso capite, longi tempore castimoniam puri, ferunturque divino spiritu, non suo arbitrio, sed quo Deus propellit vehentes ; ut vidimus apud Antium : promoveri simulacra fortunarum ad danda responsa.* Obiter notandum ; fortunam notari tam Antij, quam Præneste duabus feminarum imaginibus, hæcque dici *Sortes*, quæ reddebantur & motu & voce, veridicæque præ cæteris oraculis habebantur. Unde in blandimen Domitian. Martial. lib. 5. *Epigram.* 1. *Sen tua veridica discunt responsa sorores.* Idest, *Fortuna Antiatina* (ait Domit. Calderin. hic) *ubi colebatur Fortuna sub duarum sororum imagine.* Idem Bulenger. de Sortib. cap. 1. *Monuerunt* (inquit Suetonius in Caligul. cap. 57.) *& Sortes Antiatinæ ; ut à Cassio caveret.* Natæ filia Neroni, decretum, *ut Fortunarum Antij, quod edita in lucem ; effigies aureæ in solio Capitolini Iovis collocarentur.* Tacit. 15. *Annal.* cap. 23. Ita ergo Fortuna utrobique colebatur. Cuius vero sub duarum specie, sub iudicio & sensu cuiusque est. Fortunam *Vialem* nonnulli arbitrantur, alio nomine *Deos Viales* ; quia ad illam vota pro vitu & reditu : unde *Fortuna Redux*, uti dicemus, 12. *Octobr.* Alij pro duplici facie accipiunt Fortunæ ; quare picta vultu candido & nigro. Chartar. fol. 304. Alij Parcæ primam intellexerunt præbentem fila fati duobus fororibus. Pausan. cap. 234. Aptius intelligitur Providentia, cuius effectus mythologicè signantur per Angeronom & Volupiam (de quibus 21. *Decembr.* sicut per Urnas Iovis, 26. *April.*) quasi è medio leporum surgat sorte amari aliquid, & e contra. Fortuna igitur uti instabilis summa & ima miscet. Utriusque Fortunæ Templum opulentissimum, astruit Porphir. in illud Horat. 1. *Od.* 35. v. 1. *O Diva, gratum quia regis Antium.* Gyrald. *Syntagma.* 16. n. 3. & 17. & quotannis imaginum erat pompa. *Sortes Prænestinae* retulimus die 1. in cuius templo status Theodori mirifici, subtilis artificis. *Theodorus* (inquit Plin. lib. 34. cap. 8.) *quillabyrinthum*

Statua Thrasylulo Eleo.

Pompa in honorem Osfridis.

Imago Fortunæ.

Martial.

Fortuna Vialis.

Duplici facie.

Providentia.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Statua Thrasylulo singulari.

Flagellatio Ægyptiorū. fecit Sami, ipse se ex ere fudit; præter similitudinem mirabilem famâ magna subtilitatis celebratus. Dextrâ limam tenet, leuâ tribus digitis quadrigulam tenuit, translatam Præneste, tantæ paruitatis; ut totam eam, curramque & aurigam integeret alijs simul facta musca.

Flagellatio Ægyptiorū. 9 Die novissimo Mensis in templo Osiridis Ægyptiorum flagellatio. *K. Ægypt.* Exponit Herodorus, 2. n. 18. Verberantur (inquit) post sacrificium cuncti & cuncta, multa sanè hominum millia. Quo autem verberentur, non est mihi fas dicere. Præcipuè hoc faciunt Cares; adeò ut gladijs quoque frontes concidant. Frequens inter illos usus, ut videbimus, 5. *Februar.* n. 20. & 7. *Decembr.* In sacris Isidis Bubastæ. Nihil superstitiosum in cunctis Ethnicis, quod non ab Ægyptijs. Mira embolia, ac pertinaciam in turpi patientia, videbimus in sacris Dianæ Orthiæ, & Fascalidis, inter pueros, 13. *August.* inter puellas, 26. *Februar.* promiscuè, 4. *April.* absque ulla lachruma. Haud tanti roboris erant Ægyptij: dolore liquefiebat cor, indice oculorum. Unde, ut ait Rhodigin. *lib. 13. cap. 23.* Xenophanes physicus, cum Ægyptios sese verberantes atque lugentes esset intuitus, submonuit clementer, ne lugere pergerent, si crederent Deos. Clarebunt quàm digni supplicio, qui talia colebant Numina, in sacris Mithricis, queis initiati, ignem experiuntur, frigus tolerant, famem patiuntur, uruntur siti, per varia tormentorum genera ducuntur; ita ut quasi supra homines exuerent humanitatem, se à sensu doloris ostentantes immunes, maxime præ cruciatu dolentes; igitur tot in pœnis absque ulla perturbatione, imò sine commotionis indice. Elias Cretenf. in Nazianz. 3. *Orat. Advers. Iulian.* n. 83. Bulenger. 1. de *Magia*, cap. 4. & alij videndi, 19. *Decembr.* n. 29. Idem in sacris Isidis, de quo 7. D.

Initiatio ad Mithricam sacra.

Areopagus clausus.

Diana Coryphææ.

Olea.

10 Apud Athenienses (quorum Menses Lunares) pridie Kalend. seq. claudebatur Areopagus; ni aliquid grave occurreret: tuncque noctû iudicium fiebat, nisi dum Areopagitis adderentur novem Principes (quod fiebat singulis annis post census datum) tunc enim dio iudicabant in porticu Regiæ. Iul. Pollux *lib. 8. cap. 38.* & Demosthen. *Orat.* 1. in Aristogiton. Vid. die 22. n. 5. & 27. n. 17. Etiam inter Epidaurios iuxta templum Dianæ Coryphææ hac die celebrabatur oliva Herculis. *Kal. Græc.* De illa Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 1. ait: In agro Epidauriorum cum Hercules venisset ad quendam collem, oleam ma-

nu capiens retorfit, ut esset versilis, & fieret omnibus exteris admirationi, non procul à templo Dianæ Coryphææ. Idem Pausanias, cap. 70. In templo præfatæ Dianæ erat Amazonum Regiæ Hippolytæ balthæus, quem pulcherrimum esse Eurysteus audierat, iussitque Herculem afferre, ut filiæ Admetæ in ornatum concederet: qui post in templo Coryphææ locatus admirationi fuit cum olea retorta. Natal. d. Ibi collocat Pausanias, cap. 39. Hippolytæ sepulchrum. Eo in loco sepultam dicunt, & eius sanè monumentum, Amazonici clypei formam præ se fert.

Balthæus Hippolytæ.

11 Inter Ægyptios statua erecta Cheopi Regi post Rhampsinitem. *Diar. Ægypt.* de illo Herodot. *lib. 2. n. 39.* In omni flagitium fuisse prolapsum: omnibus namque eum templis obseratis; ante omnia Ægyptijs ne sacrificarent, interdixisse. Deinde iussisse, ut in suis ipsius operibus exercerentur: alijs ut ex lapidicinis Arabici montis saxa exciperent, & illinc ad Nilum usque pertraherent: alijs ut transmissio flumine illa acciperent. Faciebant autem opus circiter decem hominum myriades. In ea via populus decenne tempus trivit, quod non multo minoris operis videtur quàm pyramidem extruxisse; cuius longitudo est quinque stadiorum, latitudo decem passuum. In hac decem annos fuisse consumptos, lapide polito, & animalibus insculpto; & in subterraneis adibus in tumulo supra quem pyramides stant, quas fecit sibi pro sepulchro in insula intronisso per fossam Nilo, &c. Videtis Plin. *lib. 36. cap. 12.* & hic Dalecamp. à Liter. I. Diodor. *Sicul. lib. 1. à n. 43.* Maiol. *Tom. 2. Colloq. 7.* Rhodigin. 23. *cap. 6.* & Kircher. in *Obelisc. Pampbil. histor. §. 3.* & *Oedip. Ægypt. Tom. 1. cap. 9.*

Cheopis Rex Ægypti.

DIES XXXI. IANUAR.

1 N On numeratur gradus Solis in signo propter seriem Decanorum. *Tempestas ex occasu precedentium Signorum.* Columel. *Imbres cum nivibus permisti cadunt.* Ptolom. *Sequens cauda Capricorni manè oritur.* Iunctin. *K. A. Rome sacra Deis Penatibus, qui Patricij & Urbani dicuntur.* K. V. Dixi plura ex professo *Tom. 4. T. 5. à n. 28.* de Genijs, Larvis, Manibus, Penatibus, Laribus, alijsque demonibus. De Laribus Urbanis, agemus, 1. *Maij, Dij Lares & Penates.* n. 6. alijsque diebus: sic igitur appellabantur, quia Urbium Custodes, Præsides, vel Præsides. De quibus in præsentiarum, dicuntur.

Prid. K.

cuntur *Domestici & Familiares*, Græcè *Pa-*
redri; penes quos nati sumus, unde *Pen-*
tes; & per quos sumus, quod sumus, idest
mentem & corpus habemus, & penitus res-
piramus. Ita Natal. Com. 4. *Mytholog. cap.*
2. & Anton. Constant. in illud Ovid. 2. *Fa-*
stor. v. 69. Ad penetrabile Numa. Penates,
igitur intra domum penitissimique de cau-
sa dicti etiam Dij *Penetrales*. Innuit Hali-
carnas. 1. *Antiq. Rom. cap. 33.* Hos Deos
(inquit) *Penates Romani vocant, atque non-*
nulli in Graciano eloquio, Genitales Deos in-
terpretati sunt. Alij vocant Deos Patrios,
alijs Domesticos ac Familiares, alijs Arcanos:
harum appellationum singula iuxta aliquam
proprietaem eis congruit. Timaus effigiem
atque habitum describit in hunc modum:
Sacra apud Lavinium reposita esse Caducea
partim ferrea, partim ærea, Troianumque
vas fœtile. Templum Romæ non procul foro
ostenditur: in eo posita sunt Troianorum
Deorum imagines. Verum hoc 15. Jun. ubi
de Troiano Palladio. Aliiter dicuntur Iupi-
ter, Iuno, & Minerva, quorum sub uno tem-
plo simulacra, addita Vestæ imagine. Hi ha-
biti pro Magnis Dijs à Troia, Romano-
rumque Penatibus. Virgil. 2. Æneid. à
v. 293.

Imago.

Magni Dij.

Virgil.

Lucan.

Atani & Tr.

Sacra suosq; tibi commendat Troia Penates.
Sic ait: & manibus vittas Vestamq; potentē,
Æternumq; effert adytis penetralibus ignē.
Macrob. 3. *Saturnal. cap. 5.* Natal. Comes
& Constant. quò dudum. Ignem fuisse ad
aram Larium, constat ex Lucano, 9. *Pbar-*
sal. à. v. 992.

Servat & Alba Lares, & quorū lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius: nullique aspecta vi-
rorum

Pallas, in abstruso pignus memorabile tēplo.
Idem lib. 1. à v. 196. Alij dicunt, hos Deos
fuisse Apollinem & Neptunum, quorum o-
perà & labore Troiæ incenia erecta ac per-
fecta sunt. Cornel. Labeo de *Dijs Penatib.*
& dicemus *Isagog. Maij, num. 15.* Diversa
Numina fuisse astringit Marlian. in *Topo-*
graph. cap. 61. & in *Epitom. lib. 4. cap. 12.*
Habuit Circus Maximus (ait) tres Aras sa-
cras: unam Magnis Dijs, alteram Dijs Pe-
natibus, tertiam Dijs cæli & terra, à quibus
omnia oriuntur. Hos Romani Genios & Pe-
nates, Urbisque Præsides & custodes vocant.
Dicemus 1. *Maij à n. 5.*

2 Penates & Lares etiam dicebantur
cadavera: unde Manes, quia domi mane-
bant. Eò quòd apud Maiores olim homines
in domibus suis sepeliebantur. Tertullian.
de *Resurrect. carn. cap. 3.* & Isidor. 15. *Ety-*
molog. cap. 11. Unde Servius in 5. *Æneid.*

Virgil. v. 63. inquit: *Hinc ortum, ut Lares*
colerentur in domibus. De Romanis dicitur
etiam Gabr. Sionita de *Urbib. & morib. O-*
riental. cap. 8. In domibus, quas singuli in-
colebant, dotijs aut vasculis cadavera, aut de-
mortuorum cineres recondebant. Fuerunt
aliquando Lares serpentes: vid. 1. *Ianuar.*
n. 17. aliquando figurulæ ad focum: Hispan.
Morillos. Ridet Tertullian. *Apolog. cap. 13.*
Domesticos Deos quos Lares dicitis, domesti-
cà potestate tractatis pignerando, venditan-
do, demutando aliquando in cacabum de Sa-
turno, aliquando in trullam de Minerva; ut
quisque contritus atque contusus est, dum
diu colitur. August. 9. *Civ. cap. 11.* Lactant.
lib. 1. cap. 20. & Arnob. lib. 3. *advers. Gent.*
Alij dicunt, Lares esse imagines Castorum,
de quibus 1. *Maij, cit.* sed esse Castores pe-
dites, illos verò equites & equis albis, quos
à Iunone per Neptunum dono acceperant.
Chartar. fol. 125. & 299. additque Hali-
carnas, d. utrorumque imagines fuisse duo-
rum iuvenum sedentium, lanceasque gestan-
tium in manibus.

Imago.

3 Hac die horum sacra celebrabantur;
placetque Asconio Pedian. in Cicer. 2. *Ver-*
rim. raptas Sabinas à Romanis in festività-
te Larium. Templum his erectum in Velia,
ubi sacellum & delubrum. Publ. Victor, *Re-*
gion. 8. Rosin. lib. 2. cap. 14. & Marlian. *Ep-*
itom. lib. 3. cap. 3. & 4. Coronabantur in
his sacris floribus vernis, de quibus Stuck.
de *Sacrif. Gent. cap. 126.* quia Kal. Maij
erant flores æstivi. Sueton. in *August. cap. 31.*
Corona (inquit Plin. lib. 21. cap. 3.) Deorum
bonos erant, & Larium publicorum priva-
torumque. Horat. 2. *Epist. 1. v. 144.* *Flori-*
bus & vino: & 3. Odar. 13. v. 2. *Dulci me-*
ro, non sine floribus. Ritus meminit Natal.
Comes, d. cap. 4. *Erat consuetudo ut Lari-*
bus vinum & thuris odor offerretur, exor-
narenturque varijs florum coronis. Iuvenal.
Satyr. 12. à v. 88.

Templum,
flores & co-
ronæ.

His nostrum placabo Iovē, Laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omnes viola iactabo colores. Iuvenal.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos
Et matutinis operatur festa lucernis.

Laribus hostia immolabatur, non victima.
Rosin. lib. 3. cap. 33. Erant autem victimæ
maiora sacrificia, quàm hostiæ, etsi plerun-
que confundantur huiusmodi voces. *Hostia*
sacrificium est, quod Laribus immolabant,
eo quòd putabant hostes ab illis arceri. Ita
Fest. Pomp. verb. *Hostia.* & Georg. Fabric.
lib. 2. *Antiquit.* Ideo offerebant cristas gal-
lorum. Constant. in 5. *Fastor. v. 129.* Iuven-
nal. *Satyr. 13. v. 233.*

Discrimen
hostiæ & vi-
timæ.

— *Cristam Laribus promittere galli.* Idem.

Ali-

Qui Laris

Aliquando porcus, Alex. Neapol. lib. 5. cap. 10. (insignis profectò, maxime fœminis, vici-
tima, si porcus videtur Laribus) Adrian.
Inn. 4. Animadv. cap. 7. & Horat. 2. Satyr.
3. v. 164. Immolet æquis hic porcum Laribus.
Iterat, 3. Carm. Od. 23. v. 4. Propert.
4. Eleg. 1. v. 23. & Tibul. 1. Eleg. 10. v. 26.

Propert.

Tibull.

Quærit Laribus hostia?

Parva saginati lustrabant compita porci:
Hostiaque è plena rustica porcus hard.
Aliter Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. Lari
quoque familiari (inquit) Kalendis, Idibus
& Nonis, coronâ in foro inditâ, pro aris fo-
cisque, proque familia, non sanguine victi-
marum supplicatur. Quæ quidem sacra ex
bordeacea pulve, libo, farre, vino & thure,
cum sale & salino, fieri solita. Idem Plaut.
in Aulul. prolog. v. 24. Cuncta simul cum
corona, quæ diei purissima hostia. Tibull. 2.
Eleg. 1. v. 59.

Rure puer verno primùm de flore coronam
Fecit, & antiquis imposuit Laribus.

4 Primitiæ cedebant Laribus. Cicero
de Finib. Alex. d. Lari (ait) etiam particu-
las cœnarum, & singulorum fructuum pri-
mitias sacrarunt. Et lib. 5. cap. 21. Romani
& Græci in convivio familiari, ciborum par-

Primitia ac cibor. por- tiones sacra- bantur.

ticulis & vino in ignem coniectis libamina
Dijs dabant, & primitias cœnarum Laribus;
quibus sal cum pane & caseo pro pulmenta-
rio cœsis. Tiraquell. de Jure Primitien. in
Præfat. n. 71. Gyrard. Syntagm. 15. num. 5.
Orestiam virginem (quæ post à Lare mater
Servi Tulli, ait Plutarch. de Fortun. Roman.)
identidem primitias & libationes à regia
mensa accipere, & ea ad focum perferre con-
sueviffe: cumque aliquando pro more ea in
ignem iniiceret, apparuit &c. Veteres in con-
vivijs solebant Dijs libare ex patera, potif-
simè Laribus. In mensa laticum libavit ho-
norem. Virgil. 1. Æneid. v. 740. Pers. Sa-
tyr. 3. v. 26. Cultrixque foci secura patella.

Epiclyssi ludus.

Hinc ludus Epiclyssi, quo oblectati convi-
væ, quàm iam ebrj sibi cyathos in caput
mutuò infundebant. Bulenger. 3. de Conviv.
cap. 34. Apud Tartaros etiam inolevit ritus.
Numen Natagai in maximo honore ha-
bent (ait Paul. Marc. Venet. de Tartar. mo-
rib.) & quoniam credunt Numini uxorem
esse & liberos; collocant etiam ipsi iuxta
Penates suos imagunculas quasdam, uxoris
& filiorum loco: uxoris quidem simulacrum
ad sinistram, filiorumque imagines ante fa-
ciem idoli collocantes. Quando vadunt ad
prandium vel ad cœnam; tunc etiam ante-
quàm illi comedant, perungunt ora imagi-
nâ pinguedine carnis coctæ, & partem pran-
dij aut cœnæ extra domum in honorem illo-
rum ponentes, credunt eos hinc cibari. Adi

Natagai Deus.

Lares Tar- tarorum.

Tom. I. Ephem.

Kircher. Tom. 1. Ovid. Syntagm. 5. cap. 3:
& Stuck, d. cap. 237.

5 Laribus Romani filios offerebant,
postquàm à terra levabant, & Lucina suum
munus expleverat. Natal. Com. 2. Mytholog.
cap. 4. Apud illos etiam pueri, dum præ-
textam suscipiebant, suspendebant crepundia.
Gyrard. d. Cantant Poetæ. Pers. Satyr.
5. v. 30. & Propert. 4. Eleg. 1. v. 129.

Pueri Laribus crepundia suspendebant.

Cum primùm pavido custos mihi purpura
cessit,

Pers.

Bullaque succinctis Laribus donata pependit,
Mox ubi bulla radi dimissa est aurea collo,

Propert.

Matris & ante Deos libera sumpta toga.
Vide hic præclara apud Passerat. La-Zerd.
in illud Virgil. 7. Æneid. v. 278. Aurea pe-
toribus demissa monilia pendent. Aul. Gell.
1. cap. 23. & Macrob. 1. Saturnal. cap. 6.

Etiam puellæ puberes puppas Laribus dica-
bant, mundumque muliebrem. Nonnius &
Bulenger. loc. cit. sicut Veneri nobiles, pue-
ritiam egressæ. Denique milites post exacta
legitima stipendia apud Lares arma depo-
nebant. Dempst. in 4. Rosin. cap. 16. Hone-
sta, cum emeritis stipendijs, & functis com-
modis mistonum, vacationis munere dona-
bantur, quo tempore scuta, gladios & arma
dicabant Laribus, quòd Dijs iuvantibus per-
functi militiâ. Ovid. 4. Trist. Eleg. 8. v. 21.
& Epist. 1. v. 26.

Puella puppa.

Miles ubi emeritis non est satis utilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, Lares.

Miles arma.

6 Hos enim propriè arbitror Deos Do-
mesticos. Hieronym. in Isai. 57. 7. subdit:
Post fores domorum idola, quos Domesticos
appellant Lares. Idem Isidor. 8. Etymol. cap.
11. Hæcine abominanda didicerunt He-
bræi, dum commisti sunt inter Gentes; qua-
rum ritus, Propheta Evangelicus, querulo
Domino, exponit imitatos, v. 8. Post ostium
& retro postem posuisti memoriale tuam.
De huius argumenti articulo latè egi, Tom.
4. T. 3. n. 19. variorum DD. auctoritate,
qua claret Lares apud Hebræos nil aliud es-
se, quàm statuas loquaces, quas Talemata
appellabant; & ut loquerentur, horribilia
perficiebant; uti ibi diximus ex Gassarello
& Elia Levita. Siccine idola Laban, & Mi-
chæ sub diversis figuris, ut ex Philone Bi-
blio, & alijs signavimus loc. cit. à n. 17. &
Tom. 6. T. 3. num. 11. dicemus de Nymphis
Amorrhæorum. Adi Kircher. in Pantheo
Hebræor. cap. 3. Inter Ægyptios, Lares ado-
rabantur sub figura puerorum, quos Hotos
dicebant. Imagines eius (ait idem de Idolo-
latr. Ægypt. cap. 7.) vel sub forma pueri
stantis, vel lactentis, vel fascijs involuti, in-
discretis pedibus efformabantur: quas tanta

Ovid.

Lares Hebræorum simulacra libquacia.

Etiam in- ter Ægyptios sub figura Hori.

in veneratione habebant, ut nulla domus, nullumque compitum, nullum templum ijs vacuum reperiretur. Has collo philacteriorum loco portabant: has loco Penatum habebant & Larium. Ad loquelam semper ornabantur lingua. Aben-Ezra & Oleast. in Genes. 31. 19. Horum itaque idolorum ex varia materia (subdit Kircher. in Panth.) & sub certo siderum posita constructorum, tanta ubique copia in Aegypto; ut prater templa, qua his fœtebant, nullas vicus, nullas angulus aut semita sine illis. Hac etiam Larium ac Penatum loco, ac veluti Deos averruncos non domi tantum foris que colebant observabantque; sed etiam ut ille cultus Dijs esset gratior, capite, collo, brachijs, cingulis suspensa, quocumque tenderent, gestabant. Alex. Neapolit. lib. 6. cap. 4. & Gyrard. Syntagm. 15. n. 6. Aegyptiorum Lares sub Caducei emblemate dixerunt Dæmonem, Fortunam, Amorem & Necessitatem: ac hoc 1. Maij, num. 6.

7 In Sarmatia apparent Lares, seu potius sub figura Larium dæmones, Ruthenicè dicti Coltri; quos nutriunt lautè omnium ciborum genere, eò quod afferre soleant nutritoribus suis frumenta ex alienis horreis. Frequenter vagantur: si subsideant, in occultis habitationibus ædium, vel in congerie miseri degunt lignorum. Si alicubi requiescere ac nutriri cupiunt; hoc modo desiderium patrifamilias declarant. Noctū congerunt cortices ac segmenta lignorum, & multris lacte plenis superinfundunt aliquod fœtidum, oculorum fastidium. Si patrifamilias cum domesticis nec horret, imò gustaverit de inquinato lacte; tunc apparent, domique permanent, ac familiares fiunt, fervientes in omnibus ministerijs. Ita Ioann. Meletius, & Maiol. Tom. 2. Colloq. 2. qui ibidem plura refert de illis spiritibus, quos Larvas appellamus, & vulgò, Duendes. Vide Georg. Agricol. de Re. metallic.

8 Origo Larium superstitionis ab origine pender idololatriæ, descripta in Sapient. cap. 14. 15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra & sacrificia. Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, &c. Aegyptium signat Regem huiusce superstitionis inventorem, scilicet, Syrophanem (etsi frequentius de Nino vulgetur, qui patri Belo, fato functo, imaginem erexit, ob cuius reverentiam reis ad illam confugientibus, parcebat. Petr. Co-

meit. in Genes. cap. 40. Videfis Tom. 4. T. 3. à n. 5.) Olcot hic sect. 163. & Fulgent. Mytholog. cap. 1. Syrophanem Aegyptium (refert) familiâ substantiaque locupletem, filium genuisse, quem voluit enormis substantie successorem, ineffabili, ultra quam paternitas exiebat, affectu erga filium deditur. Isque dum adversa fortunæ incurfibus reperetur, patri crudele gemine orbitatis dereliquit elogium: & ut posteritati perpetuale suffragium denegasset, & substantia propaganda subitam interceptionem obijceret; doloris angustia filij sibi simulacrum in edibus instituit. Universa familia in dominæ adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta simulacro succedere consueverat. Nonnulli etiam servorum culpabiles, domini furiam evitantes, ad simulacrum profugi veniam merebantur: quasi salutis certissimo collatori, floris auctoribus offerebant munuscula. Vid. Prolog. §. 8. n. 4. August. Contr. Faust. cap. 17. Cyprian. de Idolor. vanit. n. 80. Lactant. 1. Institut. cap. 15. & 4. cap. 28. subdens: Hos precabantur, ut filios suos servarent, ac superstites essent: pro quibus imagines & pilas ad Lares suspendebant, uti dicemus 1. Maij, n. 8. Quid mirum simulacrum filij rapti in rusticitate sæculi, dum Cicero ausus, florente imperio Romano, filiz defunctæ conferre honores divinos? Lactant. loc. cit.

9 Hinc Lares, eorumque religio. Non tantum extra urbium pomaria (infit Maiolus, d. Colloq. 1.) sed & intra domorum penetralia certi quidam cultus fuerunt. In foribus namque & atrijs domorum ara, focus, & Lar familiaris erant. Eratque focus aræ Deorum Penatium, quem focum instar Numinis habebant. Non Deorum solum simulacra, quos singulis diebus in Larario colebant; sed imagines ac expressos vultus illorum qui familie decus fuere ac ornamenta, Principumque & Patronorum, quos quisque colebat; habere assuerant. Cereæ enim imagines in atrijs domus singulis disponebantur armarijs, quas ita celebrabant, colebantque; ac si illi, quorum vultus exprimebantur, viverent: quasque diebus festis, ac in summa gratulatione, laureis sertis & floribus ornare, illorumque natalis dies festâ luce celebrare solebant. In luctu verò & gemitu familie, tanquam conscij doloris essent, & tacitâ mestitiâ funestarentur, mos erat imagines deformare: tantoque honore dignos putabant, ut cum singulis imaginum titulis (illorum præcipuè, quorum dignitas, maximeque res gestæ fuere) in exequiali pompa & apparatu funeris producerent, & longa serie velut fa-

Fatuitas & audacia Ciceronis.

Ignis erant Lares & Penates.

Imagines tales que ad quid?

Inter Sarmatas, sub nomine Coltri.

Origo Superstitionis Larium.

Syrophanem.

nille decora representarent. Ita tradito more, ut domino vitâ functo, illius imago tam circa limina domus, quàm pro foribus locaretur; ut defuncti desiderium illa species leniret, posteroque ad preclara facinora domi forisque obeunda, invitaret. Si ampliora desiderantur, adis Varron. de Re rustic. & lib. 5. de Ling. Latin. Pomey in Panth. Mythic. p: 5. Halicarnass. lib. 1. à cap. 33. Plin. lib. 36. cap. 27. Rhodigin. lib. 2. cap. 3. & 17. cap. 12. Cicer. de Natur. Deor. lib. 2. Hygin. Fabul. 139. & Solin. cap. 2. Complet Roma mensem, quoniam apud alias nationes erant Lunares. Apud Athenienses, etsi mensis ex egressu Solis ab uno Signo cœlesti in alterius lustrationem (in quorum gyro plus quàm triginta diebus radiantur) non inveni quicquam in festa, civium facinora, aut specimen honorum in statuis aut trophæis; nec Scriptores signant.

Qui Lares
& Penates
apud He-
braeos?

10 De Laribus & Penatibus apud Hebraeos variant AA. tam Rabbini, quàm Catholici. Lares & Penates Hebraicè dicebantur *Tbaraphin*. Mercerus in *Tbesaur.* verb. *Tbaraph.* imagines vocat requiescentes; eò quòd è loco ubi positæ removeri, nefas. Nequibant è Laratijs transferri aliò, semel in illis locatz. Præmissimus in *Prolog. Galeat.* §. 8. n. 14. Unde de Iacobo queritur Laban, quasi imagines Lacium ausus esset movere, & secum portare: *Genes.* 31. à 30. Iniuria motus vel à Numinibus fictis ægrè ferebatur: qua de causa illorum astu Imagines in locum pristinum per se redibant; de quo die 24. n. 10. & denuò dicendum, 29. *Mart.* n. 15. Ibid. Mercer. præfat. radice *Tbaraph.* subdit: *Lares, quosdam putasse dici imagines ad hominum similitudinem, quæ certis horis erecta sub certa constellatione responsum ederent, eò quòd influentiarum cœlestium capaces essent.* In quod nota iudicium Iacobi Bolduc, 3. *Eccles. ante leg.* cap. 9.

subscribentis: *Sic intelligendum putarem, quasdam fuisse figuras, quæ pro cuiusque libito & affectu ex ære vel alia materia efficta erant adinstar alicuius asterismi pro diversitate figurarum cœlestium; ut Orionis, Herculis, Geminorum, Virginis vel Sagittarij.* Firmat cogitationem glabram ex Philone, qui eiusmodi simulacra vocat *Medica.* Ita de *Vit. contemplativ.* inquit: *Imagines Therapeuta vero nomine; quia profitentur medicinam præstantiorem vulgatâ. Hæc enim medetur solis corporibus, illa & animas liberat morbis gravibus, &c.* subdit Bolduc: *Theraphim pro Sanctis Therapeutis* (arbitratur, imagines fuisse præcorum Patriarcharum) *quæ certè nihil aliud erant, quàm Lares & Penates, quales Rachel furata est.* Indigna prorsus eruditissimo auctore, si quis alius.

Manera:

11 Species idololatriæ erat (idem ait *d. lib. 2. cap. 11.*) ubi intentio adorationis non in Creatorem (licet ad cœlum manus oculosque levarent) sed in ficta simulacra, quæ habebant sic adorantes in corde: quapropter idololatriæ dicitur: *Abijcite Deos alienos de medio vestri* (idest, de corde vestro) *Genes.* 35. à 2. Illustrat ergo propositum ficcine, dum addit: *Alij imagines seu Dij erant arcani & peculiare, quos quisque pro sua voluntate, vel ex luto aut alia materia sibi fingebat, quousque posterioribus temporibus vocaverunt Penates, quos in domorum penetralibus & penitus insiderent, quasi penetrales: idest, in interiori & penetranti alicuius esse dicuntur. Ideo in medio vestri. Huiusmodi Deorum Penatum primâ fictorem arbitror fuisse Thare, patrem Abraham in Chaldaea.* Alia sanè exponerem, nî de his & alijs imaginibus, & earum differentijs egerim fusè, *Tom. 4.*

Thare primus idololatriæ fictor.

Tautolog. 3. à n. 15.



FEBRUARIUS.

ISAGOGE MENSIS.



Pisces.

Imago.

Qualitas.

Triplicitas
& eius do-
mini.
Facies.
Domus, Ma-
lus Dæmon.

Fides.

Influxus.

Horoscopi
Piscium con-
figuratio.

Influxus.

Manil.

Piscium stel-
la.

ENSIS secundus apud Romanos & sub auspicio Neptuni, sicut eius etiam in Signifero nota. Manil. & alij cit. mens. præced. Sol die 19. Iustrat: *Pisces* (domum minus principalem *Iovis*, cuius detrimentum in *Virgine*) & residet in *Aquario*, quò nullius Planetæ exaltatio, nec casus. Pingitur Signum propria piscium figurâ, utriusque eclipticâ interfecante caudam, capitibus versus Boream. Est Signum aqueum, frigidum mediocrè, & nocturnum. Rectores eius triplicitatis & domini, *Venus* in die, nocte *Mars*, Lunaque par-

ticipat cum eis. De triplicitate est quartâ. Grannuyf. & Galluc. Prima *Piscium* facies est *Saturni*, secunda *Iovis*, tertia *Martis*. Pontan. Domicilium est *Iovis*. Domus dicitur *Asini* & bestiarum, domus inimici, deceptionis, invidiæ, doli, malevolentię, detractionis, laboris, mœstitudinis, scœminarum partus, & pressuræ, cæterarumque pestium, quas ex *Gaudio Saturni* iudiciarij fanatici tribuunt duodecimæ domui. Claud. Dario. cap. 13. & ex Misæle Berchor. & Anglic. cap. 21. Fines *Piscium* dividuntur hoc modo. Partes octo sunt *Veneris*, sex insequentes *Iovis*, sex *Mercurij*, sex *Martis*, quatuor ultimæ *Saturni*. Pontan. 1. de *Reb. cœlest.* cap. 23. Quæ *Veneri* dicatę, iucundæ sunt, suaves, urbanæ, gratæ, hilares, geniales, beneficæ, acceptę, amabiles. Quæ *Iovi*, arbitrantur esse rerum naturalium studiosas, eloquentes, eruditas, curiosas, populari auræ deditas, fratrumque ac filiorum scœundas. Quæ *Mercurio* additę, honorabiles, præpositas magistratibus, amicitię appetentes, religiosas, pias, modestas, & officiosas. Quæ *Marti* dicatę, efficacię dicunt diripientium, profundentium, loquacium, instabilium; nefarias, scelerum, magistras, quæque violentam mortem portendant. *Saturno* adscriptę, asserunt esse noxias, fortunæ bonorum damna, iacturasque denunciare. Orientibus *Piscibus*, culminant *Gemini*, occasum tenet *Virgo*, imum *Sagittarius*. Vid. Dario. cap. 13. & Pontan. lib. 5. cap. 12. Unde quibus *Piscium* signum horoscopaverit, illi ingeniosi, amicitię cultores, sano consilio, fideli benevolentia, per magistratus illustres, famosi, divitijs & re familiari abundantes, adversariorum invidiæ victores, quia tunc *Iupiter* Medij cœli dominus. Quibus culminaverit, patrimonio amplissimo ornabuntur, & de alienis facultatibus, ac contributionibus locupletes, & diversis locis divites; quia Signum *Piscium* bicorporeum est: hæc bona non à cardine, sed ex *Iovis* & *Veneris* beneficio procedunt, auxiliante Luna, *Cancer* domina. Quibus *Pisces* in occasu, vagi evadent, gratia ac benevolentia apud exteros vel peregrini valebunt, grati familiaritatibus ingenio prompto. In imo constitutis *Piscibus*, arridet fortuna: quisquis tunc in lucem venit, multa fide, integritate, ingenijque dexteritate magnam sibi auctoritatem conciliabit. Hæc & alia, quę meditatio prætereo, invenies apud eundem ibid. lib. 5. cap. 12. Quis non acriogelus hisce delirijs? Manil. ita canit lib. 4. cap. 1. à v. 273. & cap. 2. à v. 73.

Ultima quos *Gemini* producunt *stera Pisces*,
Garrulitas odiosa datur, lingueque venenum,
Verba maligna novas musitantis semper ad aures;
Crimina per populam, populi fert ore bilinguis.
Nulla fides inexit natis, sed summa libido:
Ardentem medios animum libet ire per ignes.
His erit in Pontum studium, vitamque profundo
Credent, & puppis, aut puppibus arma parabunt.
Adde gubernandi studium. Pervenit in astra
Et Pontum cœlo coniunxit. Noverit orbem,
Fluminaque & portus mundi, ventosque necesse est, &c.

Stellæ Signi *Piscium* sunt 34. tert. magnit. 2. quart. 22. quint. 3. sext. 7. Clay. Con-
stell.

stell. 33. & Galluc. cap. 36. Sider. 33. Unum vocant Aquilonium, alium Australem, ex ad-
verso caudis utrinque positus, ligatis nodo caelesti, seu lineâ stellis 13. nitente, ab Arietis
pede primo. Idem ibid. Manil. 1. *Astron. cap. 5. v. 11.* Ant. Const. & Paul. Marf. in 2. *Fa-*
stor. à v. 458. Iuxta Firmicum & Iunctin. si apparuerit in aliqua stella Piscium cometa si-
gnat discordiam inter affines, bellumque crudele: rixas, viarum obsessions, & conten-
tiones ex fidei ac religionis causa; unde varia aborientur in aëre prodigia. Ut sciat, Cometes.
qua parte dicta continget; attendendum, quò cauda crinitæ respiciat. Albumasar. Si
fuerit partibus Occidentis, varios rumores denotabit, ex quibus præterquàm quòd belli
femina dispergentur; suspecta etiam erit in carceres multorum detrusio & captivitas: &
durabit annis tribus, & erunt aves multæ & pisces cum inundationibus fluminum. Idem
AA. Prisci commenti sunt, Venerem & Cupidinem fugientes Typhæum sub forma pi- Fabula Pi-
scium expertes fuisse periculi imminentis. Anselmus de *Imagin. mund. lib. 1. cap. 26.* Hy- scium.
gin. Anton. Constant. & Manil. 4. cap. 2. v. 78.

*Scilicet in piscem sese Cytherea novavit,
Cum Babylonicas summersa profugit in undas,
Anquipedem alatos ungues Typhona ferentem.*

Manil.

Ovidius 2. *Fastor.* asserit, hos fuisse geminos pisces Euphratis, qui Venerem & Cupidi- Venus &
nem receperunt, cum in pugna gigantum Typhona fugerent; pro quo nunc dignum si- Cupido.
dera nomen habent, igitur tergo sustinuerunt Deos. Totum à v. 460. & ibid. Paul. Marf.
Hinc Syri pisces venerantur, nec numen violant illorum essu: imò eorum simulacra in- Dij Penates
zurata pro Dijs Penatibus colunt. Id. Nigidus addit Ovidij fabulæ, hos apparuisse mira- Syrorum.
biliter pisces in Euphrate, postquam Cupidinem & eius matrem absconderunt, quæ in-
feruit suos squammosis piscibus ignes; & ibi ovum peperisse miræ magnitudinis, quod
volventes eiecerunt in terram iuxta ripas, ibique infedisse columbam, quæ post dies ali-
quot exclusit ex ovo Deam Syriam (de qua nos fusè 4. *April. & 29. August.*) Venerem, sci- Dea Syria
licet, faultricem hominum, summèque speciosam: cuius pulchritudinem adamatus Mer-
curius, laudavit apud Iovem: cui quidem optione eligendi datâ, concessit, ut pisces qui
suam originem servarunt, immortalitate donarentur: tuncque Iupiter inter duodecim
Signa in Zodiaco collocavit. Hinc apud Syros cultus Piscium, & columbarum. Galluc.
etiam quòd supr. Strabo & Diodor. Sicul. in *hstor. fabul. lib. 2.* referunt Venerem, facie Derceta.
virginis, piscem verò reliqua corporis parte delusisse Dercetin, qua de causa sub hac ima-
gine colebatur à Syris, de quo loc. cit. Pontan. in *Uran. lib. 3.* canit, unum è piscibus
Venerem illicò natam deportasse in Paphum, relictamque ad littora Cypri: Chartar. in
Vener. imag. fol. 341. alium vexisse per æquora usque in auriferam Tagum, quò convi-
vium celebre ac solemnitas Deorum, in quorum concursu plausa præ cunctis pulcherri-
ma. Tunc Iupiter

*Commotus precibus natæ, meritisque natantam,
Immisit cælo, stellisque ardentibus aptos,
Iussit in ætherio geminos splendere recessu.*

Pontan.

De nodo candæ Piscium, quem dicunt Iovis zonam, idem ibid. asserit fuisse clypeû Mar- Nodus Pi-
tis, quem obiecit Arieti fortiter cornu petenti, sed Aries fregit, ac dispersit, Martemque scis, & Zo-
vicit, videntibus Superis: qui quidem na Iovis.

*Mox clypeum illustrant astris, monumentaque lato
Affigunt cælo, eternam testantia pugnam.*

Idem.

Hac de causa fixus, quasi trophæum, iuxta pedem primum Arietis.

Scutū Mar-
tia.

3 Ortis Piscibus, oriuntur quoque iuxta Ptolom. Hygin. & Aratum Pristis, seu *Piscis*
notius, idest, Australis, *Andromeda* medium, & Pegasi reliquum. De *Pristice*, seu *Notio*
Pisce plura pro voto cuiusque fabulati sunt Poëtæ. Hic piscis dicitur *Magnus*, cuius Pi-
sces sunt nepotes, qui Signum Zodiaci, quia Cupidinem filium Veneris naufragum libe-
ravit à vorticibus, deportans ad matrem in Cyprum. Stoffer. Aliter Galluc. equidem non
Cupidinem, sed Dercetin, seu Dagon, filiam Veneris, prolapsam in stagnum Boëth, con-
versam arbitratur in piscem, quam Syri Deam venerantur; quaque de causa pisces argen- Fabulæ.
teos illi in templo offerunt. Paul. Marf. ubi supr. asserit ex Hygino, laborantem quon-
dam Ism, Osiridem requirentem, à periculo liberasse: pro qua gratia eius simulacrum *Isi.*
& filiorum inter astra constituisse, ornasseque 12. stellis, quint. magnit. 2. quart. 9. prim. 1.
iuxta extremam aquam ex urna *Aquarij.* Clav. *Constell. 48. & Galluc. lib. 5. cap. 51.* Pri-
sticem immisam Andromedæ, de qua n. 4. intelligit Pontan. lib. 4. *Uran.* sed Cete fuit,
de quo in *Mai. n. 14.* agemus. Alij concinnant figmentum de duplici Scylla. De filia enim *Scylla:*
Ni-

Nisi rege Megarēnsium, quæ deperiens Minoem, patris secuit purpureum fatalem capillum; cuius flagitium, prodicionemque pertusus Minos, illam in profundum maris deturbavit; fuitque facta monstrum marinum, etsi Virgil. 1. *Georg.* v. 405. & Ovid. 8. *Metam.* fab. 1. in Cirim, seu Alaudam fuisse conversam finxerint. Ita Strab. *lib.* 8. & Pausan. *cap.* 77. At Isacius astruit ob furtum boum Geryonis factum Herculi, fulmine ictam fuisse à Iove, & in monstrum marinum mutatam (quanvis Myro Prianeus in *Messeniac. reb.* affirmer, non à patre Niso, sed Phorcine, postquam illam discerpit Hercules, in lebe-te subiecto igne coctam, revixisse) cuius imaginem in cælo collocavit. Alij denique Scyllam censent, veneficijs Circes propter Glaucum, vel dolo Amphitrites propter Neptunum, medicato fonte, in monstrum marinum transformatam fuisse pube tenus. Unde Virgil. 3. *Æneid.* v. 426. inquit:

fabula.

Virgil.

*Prima hominis facies & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pristis.*

Eadem Horatius, de *Arte*, à v. 1. Ovid. 14. *Metam.* fab. 1. ex Homero, 8. *Odyss.* v. 75. Illam sicine scædatam, miseratione allecti Dij in cælum ad Australem plagam extulerunt; & eà formà, qua patuit, postquam in mare est ingressa. Piccolomin. Dicta fuit *Piscis & Notius*; quia est inter hyemalem & Antarcticum circulum, iuxta *Caronam Australem*, unde ventus.

Manil.

*Tum Notius Piscis, venti de nomine dictus,
Exurgit de parte Noti.*

Isfluxus.

Manil. 1. *Astron.* cap. 5. v. 131. Influxus huius Asterismi est pyrataram mate latrocinij infestantium; ac impotentis inclinationis in aquas, vel damno accepto: de quo metricè Iov. Pontan. in *Uran.* *lib.* 4. & Abenragel, in *Astrolog. Arab.*

Cupido de-
ceptus.

4. De constellatione Andromedæ etiam fabula: igitur cum à Cupidine adamata esset, & repulisset (imò dolo superasset, cum puer esset & cæcus, quippe surripuit sagittas, quas oscitantem in ipsum retorfit: unde Achill. Bocch. *Symbol.* 6. succinit;

Bocch.

*Ast ubi sunt arcus positi, positeque sagittæ,
Incaute figit pectora nuda Dei.*

Androme-
da.

Tradita fuit pistrici crudæ in pascuum. Tradita belluæ, ac exposita in rupè venturo mari- no draconi; liberata fuit à Perseo prætervolante, quam subinde in uxorem duxit. Arat. à v. 354. Manil. 1. *cap.* 5. à v. 88. & fusc. *lib.* 3. à v. 549. Hygin. *fab.* 64. & *lib.* 3. *cap.* 106. Galluc. *cap.* 23. Unde Germanic. Cæsar, cap. 15. in *Arat.* accinit:

Germanic.

*Sic emicat ore
Sic magnis humeris candens nitet, ac media ambit,
Ignea substricta fulget, qua zionula palla,
Sed penè facies remanet, distinctaque pandit
Brachia, ceu magni teneantur robore saxi.*

Stella, &
influxus.

Quia Cassiopeia formam filia Nereidibus prætulit (vel formam propriam Andromeda; ut inquit Ovid. 4. *Metam.* fab. 18.) vinceta fuit & exposita in cauto maris ceto voraci; ut placet Cicer. in *Arat.* & Natal. à Comit. 7. *Mytholog.* cap. 18. Unde cum per Perseum tanto eximeretur discrimine, interfecto monstro; à Minerva, Persei faultrice, cum parentibus, & victore, translata est in cælum ea formà, qua vinceta, manus extendens ad Perseum, cuius vestem decoravit 24. stellis: 2. secund. magnit. 7. tert. 12. quart. & 4. quint. Brevi influxus signat Pontan. d. subdens:

Pontan.

*Vinclaque, carcerque, & nodoso ex ære catena
Carnificesque manus, & acutam in collo securim.*

Stella, quæ in capite *Andromedæ*; collocatur à Clavio in umbilico *Pegasi*: quæ de causa Manil. *supr.* v. 87. accinit: *Pectus fulgenti sidere clarat.*

Vincula An-
dromedæ.

5. Tota fabula ex constuprata sacra Ionæ historia in Ioppe. Hinc Plin. *lib.* 5. *cap.* 13. *Sacro* (inquit) *saxo*, in quo vinculorum *Andromedæ* vestigia ostendunt. Solin. *cap.* 37. *Id oppidum saxum essentat, quod vinculorum Andromedæ vestigia adhuc retinet: quam expositam belluæ non irritus rumor circumtulit.* Ad *Isagog. Novembr.* n. 24. Iuxta præfatos Astronomos, ortis *Piscibus*, etiam oritur Hercules, quem dicunt *Ingeniculum*, & *Engonasin*, sinistro pede *Caput Draconis* calcans. Scenam dicunt Alcidis expressam cælo, decertantis cum Hydra, ex qua pugna summam Iupiter voluptatem concepit; & virtutis tantæ memoriam inter astra descripsit. Iul. Firmic. *Mathes.* 7. & Hygin. *lib.* 3. *cap.* 5. Dicitur *Ingeniculus* (Græc. *Engonasis*) quasi in genua prociduus, ut maiorem vim ictu claque exprimeret in draconem, Idem. *lib.* 3. *cap.* 7. Vid. *Iulij Isag.* à n. 21. Anselm. 1. de *Imag. Mund.*

Hercules.

Mund. cap. 27. refert in cælo collocatum, eò quod cælum humeris sustentavit cum Atlante, dum Dij recedebant in tuta, ac cœli remotiora loca, Typhæo conante in expugnatione cœli cardines evellere; ut Dij cum illo pariter in scopulis aliis iacerent. Fusè Nonnus, lib. 2. *Dionys. & Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 7. ac lib. 7. cap. 1.* Boëtius, 4. de *Consol. Philosoph. Metr. 7. v. 28.* Senec. in *Hercul. fur. v. 69.* inquit:

Fabula.

*Posse cælum viribus vinci suis
Didicit ferendo: subdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis immensa labor,
Mediusque collo sedit Herculeo polus.
Immota cervix sidera & cælum tulit.*

Senec.

Ferè eadem *Claudian. 1. de Laud. Stilic. à v. 143.* Æschil. in *Prometh. & Hygin. d.* etiam alia comminiscuntur, asserentes pugnam Herculis pro grege initam: sed postquam illi tela defecerunt, multitudo barbarorum, armorumque inopiâ defessum, se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis: Iovem autem misertum filij circa eum copiam lapidum congregasse, quos fugavit hostes. Non Herculeum, sed Theseum esse, Hegesianax cogitavit, *ibid. qui Troezen saxum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo Pelopium enseni posuisse & Æthra Thesei matri prædixisse, ne antè eum Athenas mitteret; quam lapide sublato, sua virtute potuisset gladium referre.* Plutarch. in *Theseo, & Natal. Comes 7. Myth. cap. 9.* qui addit, securim arripuisse, interfecturum Herculem, indutum leonis pelle, ac leonem bipedem esse putantem. *Adi Zetz. 1. Gbil. hist. 19. Paulan. cap. 15. & Ovid. 8. Metam. fab. 2.* Alij *Engonasin* arbitrantur *Lycaonem*, de quo *Isagog. Decembr. n. 24.* Alij *Thamirim* à Musis excæcatum, suppliciter ad earum genua iacentem. *Hygin. 2. cap. 7.* Hic *Asterismus* constat 29. stell. *Clav. Constell. 7. & Galluc. d. cap. 10. tert. magnit. sunt 6. quart. 18. quint. 2. ac sextæ, 3. quarum influxus præstigiatores, circulatores, oribatas (vernaculè. Tytyriteros) & funambulos constituit. Sub Engonaseos horoscopo debent Astronomi dicere natos illos industrios elephantos, qui in Romæ spectaculis non solum intrepidè incedebant, sed & saltabant, stupente Urbe. Senec. Epist. 85. Sueton. in Nerone. cap. 11. in Galb. 6. Pliniusque lib. 8. cap. 3. Pontan. 4. Uran. ita in propositum canit:*

Cælum tulit.

Theseus.

Pelops gladius.

Lycaon.

Thamiris.

Stellæ Ingeniculi, & influxus.

Elephantos funambuli.

*Corpora que extento iacent pendentia fune,
In gyrum cogant artus, & cerea membra,
Perque enses moveant udis vestigia plantis.*

Pontan.

6 Februarius dicitur à Februis, idest, lustrationibus. Unde *Ovid. 2. Fastor. v. 19. Februa* (inquit) *Romani dixerunt piacula Patres.* Idem *M. Varro, 5. de Ling. Latin. & de Vit. Popul. Rom.* à Deo Februo, seu Plutone, Principe Manium, ut ait *Isidor. 5. Etymolog. cap. 31.* *Macrob. 1. Saturn. cap. 13.* cogitat, eò quod hoc mense inolitum, Civitatem lustrari. Alia refert *Ovid. loc. cit.* quæ variâ eruditione roborantur ab *Hercule Ciofan. Paul. Marf. Anton. Constant. & Gregor. Berstmannio*, de quibus, in *Dieb.* Apud Ægyptios imago *Februarij* mirifica sub obscuris hieroglyphicis. Regnum erat *Ichthonis* (idest, *Veneris*, quæ in Scriptura dicitur *Dagon*, de qua, 29. *August.*) cuius corpus desinebat in piscem, habentis in manu imaginem seu idolum. *Kircher. Oedip. Tom. 2. p. 2. class. 7. cap. 7.* Simulacrum velato vertice viperam emergentem continet, hircum cornibus tenens, quem gladio ingulat: tutulum habet florigerum, tribus fascijs compactum, & bisulcæ flammæ impositum. Nihil aliud signabat, nisi vim Solis, quæ videbatur sepulta, paulatim augeri & quasi reviviscere ad herbas producendas, ut in flores terra erumpat. Itcirco velato capite; ut per calorem, signatum in flammis, aperiatur annus quasi vipera emergens. *Tabul. Bembin. hic Kircher. in Mensa Isiac. cap. 5. & Hervvart. in Theatr. Hæc statio dicitur Mater Mendesia*, uti videbimus, 21. *Mart. Mendes* inter Ægyptios idem est ac *Caper*: in hocque Mense hircos immolabant, quasi in ineuntis anni auspiciam; quoniam capellæ erant Isidi in delicijs. *Ælian. 10. Animal. bistor. cap. 23.* Addit *Kircher. Hinc ad Græcos videtur manasse Capricorni in cælum translatio.* Apud Latinos *Februarij* imago erat *Senis* ad *Larium* ignem se calefacientis, induti, potiùs sepulti, pannis, quem circum pompa lucernarum, sepulchra gyranium. *Anson. Edyl. 20.* succinit:

Februus.

Ichthon.

Dagon.

Imagines Febr.

Capricornus.

*Ad quem cæruleus nodo constringit amictus,
Quique paludicolam prebendere gaudet avem.
Dadala quem tactu pluvio circumvenit Iris
Romuleo rictu Februa mensis habet.*

Anson.

Vide hic *Eliam Vinet. n. 322.* Mensis olim 30. diebus (apud *Hebr. 29.*) gaudebat: modo 28. constar, nisi anno bissextili, quorum

DIES PRIMUS.

Kalend.

Secunda Decuria, & 11. grad. **Aquarij**, cuius facies **Mercurius**, dicta facies formæ vultus, magnitudinis & modestiæ; figurâ Apollinis, citharam tenentis. Præses, **Vucula**, **Abenrag**. In hoc Signi gradu Solis est culmen; cuius influxus describit **Iov. Pontan. 3. Uran.**

*Qui si de medio nascentem aspexerit orbe,
Fuderit & liquidos amnes de culmine sum-*

*mo;
Divitiæ undabunt illi, rerumque paratus,
Affluet & multa quæ sita pecunia curâ:
Plurima dum tractat, peragitque negotia
solers*

Pontan.

*Propter aquam studet aut rebus non segnis
aquosis,
Regibus non placet, aut dominantum limina
servat:*

*Sed nec certa fides undis, & flumina sæpe
Finitimos populantur agros, egressaque ripis
Dant stragem, & miseri frustrantur vota
coloni.*

*Fert & opes, adimitque datas Atlantide ab
unda,*

*Luæraque damnaq; mutato de sidere præbet.
Nil illi gratum à socijs, gratumvè ab amicis
Speretur: sterile ipse fidem, frustra q; dolebit.
Respondent sicine huic Decuriæ Sphæræ.*

Sphæra.

*Homo Æthiops niger, longâ barbâ, manu
arcum gestans & sagittas, simul saculos, qui-
bus, lapides pretiosi & aurum. Sphær. Persic.
Cauda Ursæ Minoris, corpus Equi poste-
rioris & caput. Initium Aquarij. Medietas
Piscis Australis. Sphær. Indic. Vir armatus
sine capite: columba inter lilia volans. Sph.
Ægypt. Corpus Equi, Avis ala, quæ pisca-
tur pisces. Sphær. Arab. Iuxta Albumasa-
rem, in hoc secundo Aquarij decano va-
riantur aliquomodo figuræ Sphærarum. Iux-
ta Persas (ait) medium corpus trabentis
equum, sinistra arcum, dextra stemm appre-
hendentis, in cuius ore coluber. Iuxta In-
dos vir Æthiops, equo furioso, arcum &
spiculam gestans cum pixidibus plenis mar-
garitis, & gemmis. Cor Leonis vespere ori-
tur. Iunctin. K. A. Etiam Regulus. Alsted.
Uranom. Astrum obscurum apparet, Fidicu-
la occidit. Ptolom. & Dariot. In grad. 11.
Aquarij Regia Leonis oritur, & lampades
occidunt: immutatur aer. Granquy. lib. 8.
cap. 20. De Regia Leonis ita Pontan. d.
lib. 4.*

Stella Regia
Leonis.

Ardet Lybici ad præcordia monstri.

*Stella ingens: stella auratis circum ignea
flammis.*

*Stella Iovis decus egregium, & Maoria
cura:*

*Cuius in exortu, seu quum tenet ardua mûdi
Sidera curvato sese illi iunxerit arcu*

*Silvipotens Dea, silvicolis Dea cognita Influxu
Nymphis;*

Divitias illi immensas, fascesque superbos

*Fata parant: ille è castris peditemque equi-
temque*

Pontan.

Educens bello domitas quassabit & urbes

Et populos latè victor ditione tenebit.

*Illam etiam ingentemque animis, ingentibus
orsis*

*Ornabunt regem sceptrâ, & trabea aurea
quondam*

Insignem dabit, & solio illustrabit eburno.

*2 Apud Hebræos ultima anni Neome-
nia, in qua Terumia, idest, primitiæ. Gene-*

Terumia
Cætu.

*brard. in K. Hoc erat Festum cætus, Colle-
ctarum pecuniarum, ad sumptus Taberna-*

*culi vel templi per totam terram promif-
sionis primo die duodecimi Mensis. Paul.*

*Burgenf. in 23. Levit. astruitque ex Rabbi-
nis, quem sequuntur Riber. lib. 5. de Templi.*

*cap. 15. & Lorin. in Act. 11. 29. Tres festi-
vitates erant sub titulo Cætus. Prima, die 7.*

*Azymorum 21. Mart. in qua fiebat Cætus,
sicut die Octavo Tabernaculorum, 22. Se-*

*tembr. tertia hac die, proprièque Collecta,
quoniam in ipsa colligebantur pecuniæ vel*

*in templi expensas, vel in usum pauperum;
aut sacrificiorum: quod quidem non fiebat*

*in alijs duabus Cætus solemnitatibus, in
quibus vox Cætus, non pecuniarum, sed*

*hominum intelligenda est. Unde nervosè
Ribera infit: Post scenopegiam dicitur Cæ-*

*tus, quia relietis tabernaculis, simul omnes
in Tabernaculum, sive templum convenie-*

*bant, gratias Deo solemnibus sacrificijs re-
laturi, quod post longam illam 40. annorum*

*peregrinationem, tandem in terram pro-
missam omnes tribus salvæ venissent, &*

*optatâ quietâ terrâ incolumitate frui cœpif-
sent. Atque ideo post septem dies Taberna-*

*culorum conveniebant; quibus annos pere-
grinationis testabantur; & Cætus, sive Col-*

*lecta dicebatur, quod omnes simul congrega-
rentur. Simili ferè de causa dies extremus*

*Azymorum eodem nomine colebatur; quod
cum trepidi festinantes ex Ægypto exissent*

*(quod manducandis panibus azymis refere-
bant) tandem omnes incolumes in unum at-*

*que etiam exercitum convenissent, & ma-
re transissent. Obitus Moysis figuratur hac*

Obitus Moy-
si & Nu-
ptiæ Esther.

die à Iosepho ; 4. *Antiq.* cap. 8. in fin. sed fallitur, uti videbimus die 7. n. 3. Idè *lib. 11. cap. 6.* asserit nuptias Esther cum Assuero Rege Persarum in hoc mense ; quas videbimus 2. *Decembr.* 3. A Reusnero exponitur hodie promulgatio legis à Moysè , de quo 1. *Ianuar.* n. 2. Errat in computu propter dicta in *Prolog.* §. 2. n. 5. Primum signum victoriæ contra Madian , datum Gedeoni (*R. ex Iudic. 6. 37.*) sicca terrà & vellere madido, ex cuius rore impleta concha. Prophecia Ezechielis de Pharaone & Ægypto proculcandis à Rege Babylonis. *Ezech. 32.* à 1. Anno Christi 31. dies vigesimus quintus ieiunij eius in monte.

3 Romæ dies nefastus. Apophoreta, seu donaria , quæ patricijs fœminis mittebant Coss. postque Imperatores. K. *Ianuar.* strenæ illorum: harum autem hac die. Uvolfgang. *Lazius lib. 10. de Repub. Rom. cap. 9.* Quomodo, & quando, & quid videris apud Dempst. in 1. *Rosin. cap. 13. Ration.* 4. Quia fiebant hœcine obsequij prætextu ingêtes per turpe tribunal opes ; lege cautum , ne magistratus in provincias euntes comitarentur uxores. Tacitus 3. *Annal. cap. 33.* & Iust. Lips. hic. Fœminæ in avaritiam suaptè propensæ , potentia subnixæ , expilarent profectò provinciales. Aptè pinguntur cum potentia illarum officia à Sidon. *Apollin. lib. 7.* in exactio-nibus Harpyiæ. *Rapiunt (ait) & volant. Ista sunt que vota hominum observant , & ambiunt honores Numinum. Non solum solemnia , sed etiam extraordinaria requirunt. Si aliquid ad diem præsentatum non est, cum tormentis exigunt , digitos ad prædas ex-acuunt, curvis timendos unguibus: quod contingunt, auferunt: quod relinquunt, polluunt.* Vide *Aul. Gell. lib. 2. cap. 12.* & *Gyrard. Syntagm. 5.* Frequenter uxores Consulum Consules , & Principum Imperatores. An si Livia donaria exosa , Herodes argenti signati legasset quinquagies centena millia ? *Uxor erat Casaris :* inquit Ioseph. 17. *Antiq. cap. 10.* Vi maiore gaudent ubera , quàm iura. Unde iudicem commendat Iuvenal. *Satyr. 8.* à v. 128,

— *Si nullum in coniuge crimen,
Nec per conventus , & cuncta per oppida
curvis*

Unguibus ire parat, nummos raptura Celeno.

4 *Februa* , unde nomen Mensis, uti diximus *Isagog. n. 6.* lustratis sepulchris , & placatis Manibus circuitu concurrentium, tædas habentium in manibus. Unde *K. R. P.* legitur: *Februarius à Febris purgationibus olim in figura dictus : nunc sacer Purificationi Virginis , cuius facula pro Febris*
Tom. I. Ephemer.

sunt ; à quibus Februa veterum expelluntur. In Febris quæ pro defunctis , ut ingredere-
rentur in Campos Elysijs , offerebantur, sacra Plutoni, Principi Manium. *Natal. Com. 2. Mytholog. cap. 9.* canitque Euripid. in *Phœniss. v. 711.*

*Cùm iusta solvit mortuis vivus, decet
Deum simul terrestrem honore prosequi.*

Primò Urbis fiebat lustratio , factoque Februo sacro , post Cenfor magnà hominum frequentia , Deos Imperij Præsides advocabat, & circum urbis pomerium, sereno celo , Pontifice factorum , Flaminibus, Vestalibusque virginibus cum faculis, pompa solemniter fiebat. *Alex. Neapol. lib. 5. cap. 27. Varr. lib. 5. Ling. Latin. Sext. Pomp. lib. 6. Macrob. 1. Satur. cap. 13. Cenforin. de Die natali, cap. 18. & August. 7. Civ. cap. 7. Fit sacrum purgatorium, quod vocant Februum.* Describit fusè Ovid. 2. *Fast.* à v. 19. qui v. 33. succinit:

*Et quia placatis sunt tēpora pura sepulchris;
Tunc cùm ferales præteriere dies.
Omne nefas, omnemq; mali purgamine causā,
Credebant nostri tollere posse senes.*

5 Hinc omnia hoc in mense lustrabantur etiam fortuita , sacris factis Dijs Inferis Ritus videris apud Senec. in *Hercul. furent.* à v. 1320. in *Hippol.* à v. 507. Delr. hic, qui in *Ritual. Manium* , subdit: *Necessaria , locus obscurus, scrobs effossa, ignes rapti rogo, sacerdos atrâ pallâ , coronatus taxo, victima nigra & retrotracta , vivis flammis imposta: Manium, Plutonis & Cerberi invocatio; carminis magici velox ingeminatio ; ara & focus sanguine conspersus , & fossa cruore repleta : pecudes solida exusta ; libamina lactis & vini affusa manu lava : denique vox semper intensior , donec rata verba.* Sanè ritus iuxta propensionem Cacodæmonis. Ad Bulenger. de *Magia* , & *Natal. Com. d.* à *cap. 14. lib. 1.* Victimarum capita versus terram spectantium secta securi. Bulenger. *System. p. 1. lib. 2. cap. 6.* Quod impijissimum, homines defodere pro lustratione , apud Persas ; uti sæpe Xerxe regnante , cum filio Pythij Bittini, de quo, 15. *Ianuar. n. 4.* refert Herodot. *lib. 7. cap. 4.* Eius filium Xerxes in duas partes dissectum illi spectandum ob oculos posuit , & inter ambas corporis medietates, ab utraque viâ parte disiectas, exercitum lustrandum transire voluit. Budæus de *Assè*, lib. 5. & Herodot. d. *Audientes* (inquit) *cum locum novem vias appellari, totidem illic pueros ac virgines puellarum indigenorum, vivos defoderunt. Nam & Amestrim Xerxis uxorem bis septem illud strium Persarum liberos defodisse , ad refe-*

Primum signum victoriæ Gedeonis.

Dies XXV. ieiunij Christi.

Strenæ fœminarum.

Et illarum avaritia.

Iuvenal.

Februa lustratio.

Ritus

Euripa

Pompa

Ovid.

Dijs Inferis sacra superstitiosa.

Lustratio exercitus, apud Persas.

Vendam pro se gratiam Deo; qui sub terra est, fertur. Idem Maiol. *Tom. 2. Colloq. 1.* Vide 24. n. 22. *Mart. ac de sacrificio Februo, seu Plutoni, Natal. d. cap. 12. & Kircher. Tom. 1. Oedip. Syntagm. 3. cap. 10. & 21. Mart. n. 4.*

Celle Iovis. 6 Si verò Lupus cellam Iovis Capitolini intrasset, vel bubo ibi insedisset; sulphure & aqua lustrali omnia scæva piabantur, cum victima, quæ *Amburbialis* dicta. *Alex. Neapol. lib. 5. cap. 27. Fest. Pompei. lib. 1. & Gyraldi. Syntagm. 17. Dioscorid. lib. 7. cap. 78. Plin. lib. 35. cap. 5. & Natal. Com. d. à cap. 10.* Si verò partus à mula, vel fulmine tacta ædes, vel templum, graphicè procuratio describitur à Lucano, 1. *Pharsal. à v. 586.*

*Arunis incoluit desertæ mœnia Luna,
Fulminis edoculus motus, venasque calentes
Fibrarū, & monitus volitantis in aère penne.
Monstra iubet primum, quæ nullo semine
discors*

*Protulerat natura, rapi: sterilique nefandos
Ex utero fœtus infans sitis urere flammis.*

*Mox iubet & totam pavidis à civibus urbem
Ambiri, & fesso purgantes mœnia lustrò:*

Lucan. *Longa per extremos pomœria cingere fines,
Ponti pices; sacri quibus est permessa potestas,
Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos,
Troianam soli cui fas vidisse Minervam.*

*Tum qui fata Deum, secretaque carmina
servant,*

*Et lotam parvo revocant Almone Cybellen,
Et Salius leto portans Ancilia collos
Et tollens apicem generoso vertice flamen.
Dumq; illi effusam longis anfractibus urbem
Circumeunt; Aruns dispersos fulminis ignes
Colligit, & terra mœsto cū marmure condit,
Datque locis nomen.*

Bidental. Idest, *Bidental*, de quo *Prolog. 8. §. n. 17.* *Locus statim putabatur fieri religiosus, eò quòd eum sibi Deus dicasse de cælo videretur.* *Festus, v. Bidental. Buleng. 1. p. System. lib. 6. cap. 11. & Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.* En lustrationes mites, estò sacrilegæ. *Ovid. d. v. 37.*

Ovid. *Græcia principium moris dedit: illa nocentes
Impia lustratos ponere facta putat.*

7 Græcia profectò, quippe Epimenides Magus, de quo egimus, 19. *Ianuar. à n. 14.* Athenas miri ritu à peste lustravit. Cùm lue virulentà laborarent, accepto à Pythia oraculo expiandi Urbē, advocatus è Creta Epimenides sumpsit oves nigro & candido vellere, duxitque in Areopagum, atq; inde quòd vellent abire permisit, iubens singulas mædari peculiari Deo, ibi ubi accubissent; quò quievit contagium: Atheniensesque eà per-

*Diversa lustrationes,
& in eis ritibus.*

nicie liberi, talentum ei decernunt, & nesci vem quæ illum in Cretam reveheret. *Dio-gen. Laërt. in Epimenid. lib. 1. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27. & Gyraldi. Syntagm. 17.* Ægyptij obsecrationes in caput capræ dirigebant; sicut Hebræi in capro emissario in die expiationis, de quo 10. *Septembr. à n. 2.* Nonnunquam in lustrationibus, quicquid ex victimis ustis pulveris remanebat, quod purgamen dicebatur in mare projiciebant, in fluenta, vel per aëra, sed cunctis averfis vultibus, maximè sacerdote, qui post tergum lustrationum purgamina abiciebat. *Ovid. 5. Fastor. à v. 437. videbimusque 9. Maij. Describit floridè & elegantè Claudian. Panegy. in VI. Honor. Consul. à v. 324.* *Lustralem sic triste facem cui lumen odorum
Sulphure cœruleo, nigro bitumine fumat,
Circū mœbra rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens, & dura fugantibus herbis
Numina, terrificumque Iovem, Triviamque
precatus,*

Claudian.

*Trans caput aversus manibus iaculatur in
austrum,*

Secum rapturas cantata piacula tædas.

Formula est totius piaminis, uti dicitur *Domino, Isai. 38. 17. Protecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Unde *Virgil. Eclog. 8. v. 101.* (Selecta apud *Buleng. in Magos, lib. 2. cap. 69.*)

*Expiationis
totalis nota.*

*Per cineres Amarylli foras, rivoque fluenti
Transque caput iace: ne respexeris.*

Virgil.

Ex *Homero* decerpit, 5. *Odyss. à v. 558.* *Lustramina Ponto pone iacit.* *Valer. Flacc. 3. Argonaut. v. 440.* Dicerem alia attestantia, ni fecissem, *Tom. 3. T. 7. à n. 15.*

8 Parum impietatis hocine sacrilegum visum Satanz, ac suggessit lustramina insigniora sanguine humano: igitur inter Græcos homo super cuius caput cives omnes maledicta congerebant, mittebatur è rupe, vel præfocabatur aquis; dicentes voce stentoria, sive grandisona: *Sis pro nobis peripsema, & servatrix urbis victima.* *Suid. Apud Athenienses Peripsema dicebatur Cathartha, seu Pharmacum. Tzetzes, Chiliad. 5. cap. 2. uti etiam videbimus 1. April. n. 17.* *Pharmacum, purgamen tale erat olim.*

Peripsema.

Et Cathartha.

*Si calamitas apprehenderet urbem Deorum
indignatione,*

*Sive famas, sive pestis, sive & nocumentum
aliud;*

*Omniū deformissimum ducebant ad victimā,
In purgamen atque pharmacum urbis laborantis.*

Tzetz.

*In locum autem offerendam stantes hostiā,
Caseumque dantes manū, & ossam atq; fœcus:
Septies enim cadentes illum in veretrum*

*Pharmacum
Atheniense.*

Scil-

Scillis, sicubus agrestibus, atque allijs;
Postremo illa concremabant lignis agrestibus.
Et cinerem in mari spargebant ad ventos.

Idem Cbiliad. 8. cap. 239. Maiol. Tom. 2.
Colloq. 11. & Bulenger. Advers. Magos, lib. 3.
cap. 1. Gallis vero lustrandi urbem usus erat,

Ritus Gal-
lorum.

ut hominem purioribus cibus toto anno sagi-
narent, at festo die urbe circumductum, ex-
tra pomerium educerent, eumque mox lapi-
dibus obruerent. Alex. Neapol. lib. 5. cap. 27.
& Gyrard. Syntagm. 17. Ita queritur illa cu-
ius puer assumptus in Thebarum piamentem,
apud Stat. 10. Theb. v. 790.

Stat.

Congemit, & tandem matri data flere potestas.
Lustralemne feris ego te puer inelyte Thebis,
Devotumque caput vilis ceu mater aiebam.

Vide exempla Tom. 2. T. 5. à n. 2. Phœnices
difficili tempore Saturno populi suffragijs
unum aliquem spectata virtutis mactabant.

Bulenger. d. cap. 3. Id moris fuit Albanis
(infit Gyrard. d.) ut hominem sacris initia-
tum, qui sanctitate polleret, diu asseruatum

Quis sanctior
destinatus
peripsema.

& opipare saginatum apud aras sisterent,
eumque ferali carmine excantatum, devo-
tumque, additis precationibus, cum alijs vi-
ctimis immolarent. Plura alia dicemus de

huiusmodi piabili piamine, 12. Ian. 17. Au-
gust. 27. Septembr. 8. Novembr. & 3. Decem-
br. Quæ enim vox erit Caiphæ, cum esset

Pontifex anni illius, Ioann. 11. 50. Expedi-
t, ut unus moriatur pro populo, & non tota

gens pereat? A Spiritu-Sancto: igitur ne pe-
raret humanum genus, in cruce pro cunctis

mortuus est Christus: hoc in gentibus prius
sacrilegè suggerente dæmone, ne veritas tot

falsis piamentibus crederetur. Hinc Paulus
suam sortem ex Evangelij denunciatione

describit, 1. Cor. 4. à 11. qui v. 13. subdit;
Tanquam purgamenta (piamina, post ter-
gum deiecta) mundi huius facti sumus, om-
nium peripsema usque adhuc.

Qui pauper-
rior.

9 Massilienses quoties pestilentia labo-
rabant (ait Petron. in fine Satyric.) unus se

offerebat ex pauperibus alendus anno-integro,
publicis & purioribus cibus: hic postea orna-
tus verbenis & vestibus sacris, circumduce-
batur per totam civitatem cum execrationi-
bus; ut in ipsum reciderent mala civitatis,

& sic proieciatur. Idem refert Servius, ad
illud Virgil. Aeneid. 3. v. 57. Auri sacra fa-
mes: Ioann. Saubert. de Sacrific. cap. 3. A-
gripp. lib. 3. Occult. Philosoph. cap. 59. Ri-
tum refert Apuleius, Metam. lib. 3. Tandem

Ritus.

(inquit) pererratis plateis omnibus, & in
modum eorum qui lustralibus piamentis mi-
nas portentorum hostijs circumforaneis ex-
pian, circumductus angulatim; forum, eius-
que tribunal adstituor. Tunc me per prosee-

Tom. I. Ephem.

num medium, velut quandam victimam;
publica ministeria perducunt, & orchestre
media sistunt. Præluet charitas Pauli, dum

optat, Anathema esse à Christo pro fratribus.
Rom. 9. 2. quod aliò Propert. lib. 2. Eleg.
27. v. 13.

Iam licet Stygia sedeas sub arundine remex,
Cernat & inferna tristia vela ratis.

Propert.

Apud Persas frequens peripsema; sed fre-
quentius, morte virginis: quare, ut notat

Briffon. de Formul. 2. n. 87. dicebant sacri-
ficuli: Placastis sanguine ventos, iugulatâ
virgine. Sumptum ex sacrificio Iphigeniæ,

quod imitabantur in Syria; uti dicemus,
n. 17. Thraces Numen Zamolxin (ut refert

Zamolxi
Deus.

Gyrard. d.) quem Deorum maximum puta-
bant, non aliâ ratione propitium sibi fieri,
arbitrabantur; quàm si ad aram facili lan-
cearum: icu homo concideret, eam opti-
mam & Dijs gratissimam victimam opina-
ti. Idem operabantur Germani in honorem

Mercurij. Inolevit superstitio, ac inter
Græcos in anniversaria solemnitate Bacchi,
homines sacrificabant: quique ita fuisset

Sacra Mer-
curio & Ba-
cho humana
sanguine.

immolatus, maximam inter suos probitatis
ac religionis laudem ferebat. Idem ibid.

10 Tetigit huiusmodi profusionis hu-
mani sanguinis scabiosa prurigo Romanos;
rerum dominos gentemque rogatam? Infi-
ciantur & illi, & qui student suis rebus, cum

Roma omnium gentium ferviret erroribus:
imò gloriatur per illos abolitum in orbe
huiusmodi sacrificium. Britannia bodieque

(infit Plin. lib. 30. cap. 1.) attonitè celebrat
tantis ceremonijs; ut dedisse Persis, videri
posset. Adrò ista toto mundo consensere, quàm

quàm discordi & sibi ignoto. Non satis esti-
mari potest, quantum Romanis debeatur, qui
sustulere monstra, in quibus hominem occide-
re, religiosissimum erat: mandî verò, etiam

saluberrimum. Memoria plene lapsus: præ-
misit ibid. ann. V. C. 457. Senatusconsultum

factum, ne homo immolaretur: palàmque in
tempus illud sacra prodigiosa celebrata. At

Prodigia.

quæ sacra? dicit in Prodig. Iul. Obsequens:
Novendiale sacrum fuit, quòd lampadibus
pluerat; urbs aruspicum iussu lustrata, bo-
stiarum cinis per Decemviros in mare di-
spersus. Ab Italo etiam audiendum: Victor

Inter Roma-
nos expia-
tio anniver-
saria Urbis.

ille gentium populus, & totius dominator or-
bis, omni superstitioni obnoxius: qui etiam
extraordinaria sacra, ex fatalibus libris face-
re coactus, Græcum & Græcam, totidemque

Gallos in foro Boario, ad placandas Deorum
iras, sub terras vitos defodere, veritus non

fuerit: licuitque illi diu in sacris hominem
inserimere, & Deis immolare; aded ut Sa-
turnum & Latialem Iovem humanâ placaret.

hostiâ : cuius simulacrum, dum sacrificaret, humano sanguine proluēbat; donec Cn. Cornel. Lentulo, & P. Licin. Crasso Coss. S. C. cautum fuit, ne novam inducerent religionem, nève hominem immolare, aut humano sanguine litare liceret. Gyrald. qui ex Ferrara, *Syntagm.* 17. Bulenger. *Advers. Magos*, 3. cap. 3. Idem asserit Porphyr. de quo, 27. *Septembr.* Cum provincijs, quas Roma sine symbolo vorabat, illarum errores avidissimè hauriebat. Ritus è Carthagine contraxit cum urbis trophæis. Canit Silius Ital. 4. de *Bell. Punic.* v. 767.

Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido, Poscere cede Deos veniam, ac flagrantibus aris

(Infandum dictu) parvos imponere natos. Urna reducebat miserandos annua casus Sacra Thoante, ritusque imitata Diana.

II Antiquitatum Rom. nobilis scriptor, Dionys. Halicarnass. *lib. 1. cap. 18.* in propositum inquit: *Fertur etiam, veteres Saturnum placare solitos humanis victimis, sicut & Carthagenenses, dum stetit eorum urbs. Herculem verò ut aboleret hunc morem sacerorum, & aram fundasse in colle Saturnio; & auctorem fuisse, ut sancta hostia puris adolerentur ignibus: & nequaquam pœnam timerent, quasi ob neglecta sacra patria: docuisse incolas, pro hominibus, quos manibus vincis iaciebant in Tiberim, oscilla facta in eorum similitudinem pari modo mittere in flumen.* Quid tunc, quando florente imperio sub Caligula factum? Alterum, qui se periturum eâ de causa voverat (inquit in eo Sueton. *cap. 27.*) cunctantem pueris tradidit verbenatum insulatumque, qui votum reposcentes, per vias agerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Hoc sacrilegium, potius quàm sacrum usitatum tam inter Græcos, quàm inter Romanos, magni habentes, qui se pro patria devoverent: propter quam gloriolam multi Duces utriusque nationis, vitam profuderunt; de quibus statim diebus, quorum copiam videris apud Ravis. *Text. lib. 5. Officin. cap. 2.* In Februis etiam erat Summi Pontificis expiamen, de quo Bulenger. *d. cap. 5.* & Anonymus in *Observat. ad Natal. Com. Mytholog. cap. 21.* cuius propiamine forditatem ridebimus, 1. *Mart.* Cuncta Februis purgabantur, exceptis militibus post hostium cædes; quippe tunc sacra fiebant Luce Matri. Ita de C. Plaucio in victoria de Antiatibus dicit Tit. Liv. *lib. 8. sect. 1.* *Armorum magna vis tum inter caesa corpora hostium, tum in castris inventa est.*

rit, explicat Bulenger. *d. cap. 1. Luce Mater Romæ lustrationibus præfuit, cui arma hostibus erepta cremantur.* Valer. Flacc. *d. n. 7. succinit, v. 442.*

Arma simul, vestesque virum, lustramina ponto

Ponè iacit: rapidis adolentur cætera flâmis.

12 Præcipuum in Februis intentum erant *Amburbia*, quasi lustrum urbis. *Urbs lustrata hostia maiores Dijs casa, dona ex auro, signum aneum, lectisternium, supplicatio circa omnia palœnaria, ut prodigia averterentur.* Tit. Liv. *lib. 21. sect. 117.* Hac de causa *Amburbia* dicta, ut vidimus, *n. 4.* Videbis Turneb. 18. *Adversar. cap. 17.* De lustratione exercitus (dicta lustratio quinquennalis) in qua sacra *Suovetaurilia*, 27. *Octobr.* At, ut placet Alex. Neapolit. 5. *cap. 27.* & Schild. in *August.* Sueton. *cap. 27.* in Mense Februario, Februo, qui lustrationi præest, constitutum, ut Romani litarent; estò census seu lustrum fieret in *Suovetaurilibus.* De vario ritu lustrationum, fusè agit Guilielm. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* à *cap. 118.* Hac etiam die sacra *Iunoni Sospitæ.* Ovid. *v. 55.*

Principio mensis Pbrygia contermina matri, Sospita delubris dicitur aucta novis.

Idest, Iuno Sospita, cui ad ædem Matris Deum in Palatio templum constitutum est. *Sospita*, idest, auxiliatrix, servatrixvè. Vovit C. Cornel. Coss. in principio pugne, cum certaret adversus Insubres, si hostes fusi fugatique fuissent, quorum eâ pugna triginta quinque millia periere. Tit. Liv. *lib. 34. sect. 126.* Munus huius Deæ, sospitem reddere invocantem quolibet à periculo: quod patet ex Aristotele, qui ægrotante Nicanore genero vovit statuas, unam Iovi Servatori, alteram Iunoni Sospitæ. Laert. *lib. 5. de Vit. & morib. Philosoph.* de qua, 12. *Octobr.* Ob pestem sospitam ex foetore cadaverum in Cannensi pugna, nomen Sospitæ derivatum, autumat Marsius loc. cit. Ovid. Templum eius celebrius in Lavinio, cui vovebantur infirmi, & ubi erat ara, quæ dicebatur *Salutaris.* Politian. *Miscell. cap. 13.* Simulacrum pingebatur cum pelle caprina, hastâ & scuto, & cum calceolis repandis. Gyrald. *Syntagm. 3. n. 18. Rosin. lib. 2. cap. 6. & 18.* & ara ornabatur caprâ, serpente, secespitâ & patella: de quo hic Carol. Neapol. Hanc aram frequentarunt Romani solemnissimè; quippe quàm post initum magistratum Coss. Iunoni Sospitæ sacrum faciebant. Cicer. pro *L. Murena*, Liv. *lib. 8. sect. 16.* Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 4.* Marlian. *lib. 2. cap. 18.* P. Victor, *Region. 10.* In tem-

pl

Inter Carthagenenses.

Sil. Ital.

Quare Duces Græcorum manique se devoverant?

Val. Flacc.

Lustrationis Romæ ritus.

Amburbia.

Suovetaurilia.

Iuno Sospita.

Unde Sospitæ.

Ara Salutaris.

Imago Sospitæ.

Templum.

plō erat spēcus ; unde prodiens draco , vir-
ginis manu pascbatur Laviniij. Cicer. 1. de
Natur. Deor. & Alex. d. Alij dicunt Lannu-
vij. Aram ita puram curarunt , ut lex effet:
*Pellex adēm Iunonis non tangito : si tangit,
erinibus dimissis Iunoni agnum fēminam
cedito.* Aul. Gell. lib. 4. cap. 3. Tiraquell. in
Alex. loc. præfat. inquit : *Iunoni simplicitē,
non Sospitę sit mentio.* Ex ritu constat de
Sospita loqui, dum à pellice non demittun-
tur, sed dimittuntur capilli. Ibi, ut dixi-
mus, erat *Ara Salutaris* : frequens igitur
apud Ethnicos victima in honorem *Salutis*,
erat cornę dedicatio ; ut ait Chartar. in A-
pollin. fol. 62. & videbimus in Hygię ima-
gine, 5. *August.* etſi plura delibata, Tom. 4.
T. 1. à n. 19. De simulacro in Lannuvio mil-
le mendacia ficta. Usquequaque inter pro-
digia, ipsū lachrumasse, refert Livius. Vid.
lib. 40. *sect.* 39. Addit Bulenger. de *Ration.
divinat.* lib. 1. cap. 1. ex Cicerone, 1. de *Di-
vination.* templum Iunoni Sospitę erectum
sententia Senatus, ex somnio puellę.

13 *Sacra hæccine peragebantur in lu-
co, qui dicebatur Asylum.* Ovid. 2. *Fastor.*
à v. 68.

*Tunc quoque vicini lucus celebratur Asyli,
Quæ petit æquoreas advena Tybris aquas.*
Lucus permagnus erat, ubi Romani victi à
Gallis fugientes è prælio, latitarunt, uti di-
cemus, 22. *April.* & 19. *Iul.* Dionys. Hali-
carnas. lib. 2. cap. 9. *Locum enim* (ait) *Ca-
pitoliū inter & arcem situm, qui nunc In-
ter duos lucos dicitur, tunc verò ex re habe-
bat vocabulum, ab utroque cliuo condensis
septus arboribus, fano in hoc, incertum, cui
Deo sacratio, asylum aperuit supplicibus;
pollicitus eò confugientibus impunitatem in
honorem Numinis.* Tit. Liv. 1. *sect.* 28. Ibi
Deos Manes aliquando per sacrificia placare
Romanis mos fuit. Constant. in Ovid. loc.
cit. additque Marſus : In ipsis Kalendis itur-
cum pompa ad Asylum, quod Romulus
constituit; ut eò omnes, qui tuti esse vellent,
confugerent, & ab omni essent noxa libera-
ti. Nonnulli in hoc luco draconem præfa-
tum degere autumant. Smetius in *Glossar.
Fastor.* Ne intraret urbem, etſi vidisset Ro-
mę mœnia Tiberius, ex ostento in luco de-
venit. *Etat ei in oblectamentis* (inquit in
eo Sueton. cap. 72.) *serpens draco, quem ex
consuetudine manu sua cibaturus, cum con-
sumptum à formicis invenisset ; monitus est,
ut vim multitudinis caveret.* Quo in loco
Cafaub. inquit : *Talis fortassis Tiberij draco,
quales hodie quæque muliercula Romana, æ-
stivis maximè mensibus in delicijs habent.* Idē
Domit. Calderin. in illud *Martial.* Epigram.
86. lib. 7.

Si gelidum collo neſcit Glacilla draconem. Martialis
Iuno Sospita cum Penatibus & Vesta in
Lannuvio colebatur. Unde Macrobr. 3. *Sa-
turnal.* cap. 4. *Consules & Prætores, sed &
Dictatores cum incunt magistratum, Lavi-
nij rem divinam faciant Penatibus pariter
& Vesta.* Adi Claudian. *Dausqueium in il-
lud Sil. Ital. lib. 13. v. 363.*

Lavinio generate, inquit, quem Sospita Iuno. Sil. Ital.

14 *Alia etiam sacra hoc in die Vestę in
honorem, Iovisque Tonantis, in quibus ovis
victima.* Ovid. d. v. 69. Sacra Vestę.

*Ad penetrale Numa, Capitolinumque To-
nantem,* Ovid.

Inque Iovis summæ ceditur arce bidens.

Penetrale hic pro Sacratio Penatium. Fest.
Pomp. Primò Numa habitavit in colle Qui-
rinali, post in Regia ad ædem Vestę. Hic fuit
antiqui Regia parva Numę. Unde Tacit.
15. *Annal.* cap. 41. *Numę Regia* (inquit) *&
delubrum Vestę cum Penatibus Pop. Rom.
exusta.* De Vesta, suo loco, 6. *Mart.* De Iovi

ve Tonante, in Capitolio, intelligenda est Iovi Tonanti.

ædes ibi erecta Iovi Optim. Max. ab Augu-
sto, quam vovit ac sacravit liberatus à pericu-
lo ; igitur cum expeditione Cantabrica

nocturno itinere lecticam eius fulgur per-
strinxisset, illæsus iter confecit, seruo illam
ducente à fulgure exanimato. Sueton. in eo,
cap. 19. *Ædis dedicatio illustrata è cælo ca-
codæmonis tutelâ : equidem tum ingentia
facta fuere tonitrua, ex quibus acceptatio-
nis inolevit fama, ad ædemque consuebat
populus ; magis quàm ad templum Capito-
linum Iovis Maximi ; cuius frequentia illius
Serenissimi Numinis commota est bilis : un-
de in somnijs Capitolinus Augusto apparuit
iratus, quasi eius cultus abdictus concursu
in ædem Iovis Tonantis, quia prius occur-
rebat Capitolium ascendentibus, & quia in
blandimen Principis plus inſto facer orna-
batur locus ; maximè erectis statujs Casto-
ris & Pollucis ante Tonantis ædem, de qui-
bus Plin. lib. 34. cap. 8. Referunt Gyrald.
Syntagm. 2. n. 15. Dio, lib. 54. & Rosin. lib.
2. cap. 5. *Cum dedicatam in Capitolio ædem
Tonanti Iovi assidue frequentaret* (ait Sueton.
in *August.* cap. 91.) *somniaovit queri
Capitolinum Iovem, cultores sibi abduci : se-
que respondiſſe, Tonantem pro ianitore ei la in æde
appositum : ideòque mox tintinnabulis fasti-
gium adis redimivit, quòd ea ferè ianuis de-
pendebant.* Siccine signabat Tonantem Ca-
pitolini ianitorem, quia in vastis ædibus a-
pud Romanos ianitores in nuncia uteban-
tur tintinnabulis. Beroald. & Cafaub. hic.*

15 *Ex huiusmodi somnio tumuit Au-
gustus, quasi illius glorię zmulator Iupiter
esse*

*Somnia Au-
gusti de ira
Iovis Capi-
tolini.*

*Tintinnabu-
que respondiſſe,
Tonantem pro ianitore ei la in æde
appositum : ideòque mox tintinnabulis fasti-
gium adis redimivit, quòd ea ferè ianuis de-
pendebant.* Siccine signabat Tonantem Ca-
pitolini ianitorem, quia in vastis ædibus a-
pud Romanos ianitores in nuncia uteban-
tur tintinnabulis. Beroald. & Cafaub. hic.

15 *Ex huiusmodi somnio tumuit Au-
gustus, quasi illius glorię zmulator Iupiter
esse*

Coma devo-
ta Salutis.

Prodigium.

Ovid.

Asylum Ro-
manorum.

Pompa in
illud.

Ubi draco
colebatur.

esse possit; maxime quia à cunctis vocabatur Deus, & templa viventi dicata, universisque gentibus acceptus, ab illisque plausus exitiis acclamationibus, ut refert Sueton. d. cap. 58. & Goltz. in eius *Vit.* Cum fortuna lubrica sit, ac infortunium timeret, potissimè irato Iove Capitolino, cogitavit pro felicitatis æquilibrio, speciem induere pauperis. *Ex nocturno visu* (inquit Sueton. cap. 91.) *etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cavam manum assessorigentibus præbens.* Timens Nemesim, ut superbiam ex nimia felicitate retunderet Philippus Amyntæ, aliquid fortis lævæ, acerbitemque averse faciei optabat. *Cum eodem tempore eius quadrigæ vicissent in Olympijs, & Parmenio Dardanenses prælio fudisset, & Olympias illi Alexandrum esset ennixa; porrectis in cælum manibus, exclamavit: Maeste. Et ò Fortuna! Pro tot tantisque bonis, levi quopiam malo me affice.* Ad *Tom. 6. T. 9.* Statua Iovis Tonantis insignis celebratur. *Leocras* (inquit Plin. lib. 34. cap. 8.) *Iovem illum Tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem.* Imago erat cum fulmine rubeo: equidem candens, Minervæ, nigrum Vulcano, ignem tribuebatur Tonanti Iovi. *Chartar. fol. 109.* Hinc dicitur *Altitonans, Tonitrualis, & Bronteceraunos,* idest, strepens fulmine ab alto; cuius imago invenitur, p. 5. *Topograph. Romæ, fol. 83.* cum titulo: *Iovi Sancto Brontonti.* Habet enim pro insigni figuram orbis cum cornibus sursum nexis, quasi ex illis in orbem fragor; ad pedesque lupum. Unde *Nævius* fuccinit:

Nævius. Panditur interea domus altitonantis Olympi.

16 Festivus etiam felixque Romæ dies insignium virorum triumphis. Triumphat *Marc. Valerius Corvinus, seu Corvus, de Antiaribus.* Panvin. & Goltz. in *Fast.* pag. 53. Ann. V. C. 407. Reliquias Senonum cum *Camilus* persequeretur; adversus gigantem *Gallum* ille territis militum omnibus strenuè processit. *Corvus* ab ortu Solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum ora oculosque Galli verberavit. Hoste devicto *Valerius, Corvinus* dicitur est. *Carol. Sigon. è Fast. Capitol.* *Cornel. Nepos, de Vir. illustrib. n. 29.* ibique *Andr. Schott. de illo, Manil. Astron. 1. cap. 10. v. 147.*

Manil. Et cum militi volucris Corvinus adeptus Et spolia & nomen, qui gestat in alite Phœbii. Plin. lib. 15. cap. 29. *M. Valerius* (inquit) *duabus coronis utebatur, Laureâ & myrtæâ, qui & hoc voverat.* Gestæ propter quæ hic *Valerij* triumphus, refert *Briet. ann. cit. Nunciatum Romæ Latinos per Volscos & Antia-*

tas sollicitari. Missus itaque M. Valer. Corvinus secundum Consul, ut eorum consilia præveniret. Pugnatur acriter ad Satricum; quæ urbe sese hostes victi inclusere; cumque iam vi urbs capienda esset, sese ad quatuor millia pugnatorum dedidit, quos in triumphum ductos Consul vendidit, atque ex his redactam pecuniam retulit in ærarium. Tunc instituti ludi sæculares, ut dicemus 20. *April.* Eodem die triumphali curru vectus in Capitolium *Fabius Pictor* (non ille scriptor de *Fabij Pictoris. Seculo aureo*, de quo *Cicer. in Bruto, Tit. Liv. lib. 1. sect. 151.* & in eum *Ioannes Annius; igitur vocabatur Q. Fabius*) propter victoriam de *Salentinis.* Panv. & Goltz. in *Fast.* fol. 85. De illo *Plin. lib. 35. cap. 4.* loquens de pictura, subdit: *Apud Romanos quoque bonos maturè huic arti contigit: si quidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gentis; princepsque eius cognominis ipse adem. Salutis pinxit ann. V. C. 450. quæ pictura duravit ad nostram memoriam, eade Claudij principatu exusta.* Item triumphus *Q. Fabij Maximi* cognomento *Verrucosi*, de *Liguribus* (postea dicitur *Cunctator*, propter gesta cum *Annibale*) quos in bellum excitarunt *Carthaginenses*, hisque misit *Fabius* hastam & caduceum, ut eligerent utrum mallent, & neutrum elegerunt: tunc devictis incitatis *Liguribus*, triumphum egit, & *Honoris* templum dedicavit (*Goltz. d. fol. 99.* & *Briet. Ann. V. C. 521.*) transtulitque aliò *Herculis* simulacrum in *Capitolio* locatum. *Plin. lib. 34. cap. 7.* Denique navalem fecit, pugnans feliciter ad *Myonesum* adversus regiam *Antiochi Magni* classem, *L. Æmilius Regilius;* *Goltz. d. fol. 122.* Latè refert victoriam *Tit. Liv. lib. 37. à sect. 74.* Aliorum triumphos signat *Beyerl.* sed sine fulcro, quippe in *Fastis* *Goltij* dies non designatur; sed mensis tantum. Natalis etiam exponitur *Catonis maioris, seu Cenforini.* *Cicer. de Senectut.*

17 Apud Græcos *Elaphobolia* in honorem *Dianæ*, cui victima, cervus, Græcè, *Elaphos*, à quo sacro mensis nomen; etsi *Aristoteles*, ut notat in *Lexic.* *Ioannes Crispinus, Decembrem* vocet *Elaphobolion*, eò quòd tunc cervi dicentur *Dianæ.* *Gyrald. in Mensib. & Syntagm. 17. Natal. Comes, lib. 1. Mytholog. cap. 17. & 3. cap. 18.* Cum victima etiam offerebantur placentæ, dicitur *Elaphobolia*, cervorum speciem referentes. *Athenæus, lib. 4. cap. 11.* Frequenter inter *Phocenses* non alia victima in *Elaphobolijis*, quam cervi figmentum ex farina & melle; propter victoriam contra *Thesalios* auxilio *Dia-*

Augustus
quasi pau-
per stipem
accipit.

Fortuna ple-
na, nulla.

Imago To-
nantis.

Nævius.

Triumphus
Valerij Cor-
vini.

Manil.

Fabij Pictoris.

Q. Fab. Maxi-
mi.

Dedicatio
templi Ho-
noris.

Æmiliij Re-
giliij.

Natalis Ca-
tonis Cenfori-
ni.

Elaphobo-
lia.

Diana. Ibid. & Menf. in Græc. feriat. Fe-
stum institutum, quia cerva suffecta pro I-
phigenia ab ipsa Diana, virgine à ventis ve-
cta in Tauricam; de quo fusè Euripid. in
Iphigen. in Aulid. Cùm Græci bello Troia-
no classe ad Aulidem venissent, Agamemnon;
unum è cervis Dianæ ibi dicatis, nesciens:
occidit; quare irâ ducta status ventorum
removit. Hinc orta exercitui pestilentia, in-
eius procuratione responderunt oracula:
Divam Agamemnonio sanguine placandâ.
Unde Ulysses simulatione nuptiarum cùm
adduxisset in sacrificium Iphigeniam, mise-
ratione Numinis cerva pro illa, iam non
apparente, supposita fuit: ex quo quidem
articulo post Diana *Orthofia* apud Græcos,
quæ *Aricina* apud Romanos, de cuius sa-
cris, 13. *August.* Videtis Hygin. *fab.* 98.

Hinc Diana dicta *Agrotæa* (de qua Dem-
pster. in lib. 2. *Rosin.* cap. 7. & Gyrald. *Syn-*
tagm. 12. n. 13.) idest, cervos persequens;
ex quo illi magna gloria, quandoquidem in
Elaphibolijs, honori datur cornua sacrare
cervorum, ac liminibus affigere. *Symmach.*
lib. 5. *Epist.* 66. Quia Venatrix, ei sacrata
retia, canes & tæniæ versicolores: de quo,
22. *August.* Unde *Dictyna*, 14. *Septembr.*
Cervis oblectari Divam credebant, quare
illos ei cum monilibus dicabant. Hinc de
Leocide (qui post bellum Troianum, in quo
Agapenor Agamemnonis classis præfectus,
cervam Dianæ dedicavit, anno quingentesi-
mo vixit) asserit *Pausan.* cap. 245. *Cervam*
vidisse, quam Dominam nominant, Dea sa-
cram, confectam iam ætate, cum torque, in
quo incisæ erant literæ: Hinnulus excipior,
solvente Agapenore Troiam. Idem refert *Pie-*
rius lib. 7. cap. 15. de cervo Diomedis. *Ag-*
athoclea Syracusanorum tyrannum ferunt cer-
vum venando interfecisse, circa cuius collum
torquis erat abeneus, superinductâ iam pelle
tectus, in quo huiusmodi legebatur inscriptio:
Diomedes Artemie: quem Princeps ipse ma-
gna veneratione susceptum, Diana statim
consecravit: diutissimæque apud Peucetios
Italia populos in percelebri Diana templo,
torquis ille conspicuus fuit. Additque cap.
19. In cornibus Cervorum affixis solere ap-
pendi annulos; sudaria & pileos, vestesque
convivarum. Arbitror Dianæ, quæ Luna,
cervorum cornua dicari in his sacris, pro-
pter mythologiam. Cornua cervis decidunt,
& simul alia succrescentia nascuntur. Haud
secus in Luna videmus cornua lucida amit-
tere & reparare.

Diana Agræa

Venatrix, Dictyna.

Cervi dica-
si Dianæ.

Causa.

Naga Erb-
nicorum de
Cervis.

Sacrificium
Iphigeniæ.

Diana Or-
thofia & A-
ricina.

Ovid.

Currus tra-
ctus à cer-
vis.

Callimach.

Cervæ pro
virginæ.

Pro Metella.

Ovid.

*Quod semel est triplici pro virgine casa
Dianæ,*

Nec quoque pro nulla virgine cerva datur.
Ovid. 1. *Fastor.* v. 387. Hinc Dianæ currum
aureum, à cervabus candidis tractum tri-
buerunt Prisci. *Callimach.* in *Dian.* hymn.

*— Iuga quæ cervicibus aurea
Cervarum imponis iugum, cùm ducis ad
auram.*

In Laodiceâ Syriæ Minervæ quotannis vir-
go cæsa, nunc autem pro virgine cervæ:
aiunt ex Eusebio Bulenger. *Advers. Magos,*
lib. 3. cap. 3. & *Marfus* in loc. cit. *Ovid.*

18 Hæc quæ videbantur, maximè cæ-
cis, miracula; erant insipientibus mira, vel
mutatis obiectorum figuris, vel à cacodæ-
mone aorasiâ immisâ oculis, vel ab illo
aliundè allatâ cervâ, vel alijs animalibus
pro victimis, ignoto modo cunctis circun-
stantibus. *Adi Augustin.* 10. *Civ.* cap. 8. &
Delr. Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 7. Ita
factum legitur apud *Plutarch.* in *Paralel.*
n. 15. *Metellus* (inquit) *uni sacrum non fecit*
Vesta. Hæc ventum navibus adversum exci-
tavit. *Aruspex* quieturum ostendit, si natam
immolasset. Ille statim altari admovit: at
miserans eam *Vesta* bruculam loco eius subie-
cit, puellamque in *Lamysium* deportavit, sa-
cerdotemque *Draconis*, qui apud eos colitur
creavit. Idem de *Iphigenia in Aulide*, tradit
Merylus, lib. 1. *Rev. Bæotic.* Idem de *Hele-*
na, & *Laperca* videbimus, die 9. *Menf.* à
n. 25. & 8. *Decembr.* De *Iphigenia* *Ovid.* 12.
Metamorph. fab. 1.

*Rexque patrem vicit: castumque datura
cruorem,*

Fletibus ante arâ, stetit Iphigenia ministris.
Victa Dea est, nubèque oculis obiecit, & inter
Officium, turbæque sacri, vocesque precantiû,
Suppositâ fertur, mutasse Mycenida cervâ.

19 Fabulæ texuntur fabulis. *Icartus* (in-
quit *Ælian.* 11. de *Animal. histor.* cap. 9.)
insula Maris rubri est, in qua templum Dia-
na, & caprarum silvestrium, dorcadumque
optime habitudinis: ex his siquis venari ali-
quas desideret, veniâ à Dea impetrata, non
frustrabitur, captisque gaudabit. At si non
petierit; præter id quod frustra venabitur,
pœnas etiam luet. Io! Erat profectò eadem
cura sorori, quam habebat *Apollo* in *Curi-*
dio. Magna ibi copia cervorum, de quibus
capiendis venatores spem sibi faciunt ina-
nem. Hi cùm in lucum, qui ingens illic *Apol-*
lini sacer est, confugerint; latrant quidem
canes, sed propius accedere non audent: cervi
verò quieti, & sui custodiam Deo cura futu-
ram infallibili quadam vi certò persuasi,
pascuis sine metu liberè fruuntur. Idem *ibid.*
cap. 7. Mira dicunt de lente, si adesset fides.
Thebis (ait *Pausan.* cap. 305.) est cerva *Te-*
lepbo *Herculis* filio mammam præbens. Aliud
em-

embolium excogitavit Sarcas. *Ptolomeo Philadelpho hinnulus cervi dono datus est: In sermone Graecico nutritus loquentes intelligebat; quum ante id tempus solam Indorum linguam cervi intelligere crederentur.* *Alian. d. cap. 25. Hic, ni fallor, crederet uti historias, Aesopi fabulas.*

Diana Elaphia.

20 *Elaphiam Dianam per syncopen vocarunt Elei à cervorum venatione: existimat Pausan. cap. 201. Quae quidem prius Alphae dicta, & voce corrupta Elaphia. Fabulam ibid. consuit Pausanias, à quo Natal. Comes lib. 3. Mytholog. cap. 18. & Gyrald. Syntagm. 12. num. 31. E caelo ut venaretur (quasi in Lunae orbe non essent silvae & luci, uti videris apud Plutarch. libell. de Facie in orbe Lunae) descendit sagittis arcuque instructa Diana. Vidit Alpheus, qui praemortitia post in flumen conversus (Ovid. 5. Metamorph. fab. 10.) & amore eius captus, flectere in nuptias nequit. Vi extorquere volebat, quod prece non poterat. Insidias praesensit Diana, & noctu fugit in choros virginum, praecipiens cunctis, ut faciem linirent luto. Unde Alpheus cum discernere haud valeret, quana esset Diana, poenitens abiit. Aptius tropologicè in mentis lucem fabula potest exponi. Elanguet sanè in viris vehementia amoris, et si foeminae pulchritudo descendat de caelis, modò in foeminae facie appareat lutum aut pulvis. Alio intuitu, casuque dicta Diana Elaphibolia, quo nomine culta est à Phocensibus. Cum bi à Thessalis obsiderentur, pyram construxere; ut si quid durius accidisset, bona omnia imponderent una cum mulieribus: qua pyra constructa, in hostes exivere, & victoriam obtinentes anniversarium Elaphiboliae Dianae instituerunt, ut Pausanias recitat. Gyrald. quò dudum. Historiam utique Pausanias refert; sed de sacris & nomine Elaphiboliae, nec verbum, ut videri est, cap. 317. Qui ibid. addit: Observato eo tempore quo suam Lunam orbem expleverat, Thessalos noctu adoritur, oblitis gypso corporibus, gypso item dealbatis armis. Ingentem memorant Thessalorum factam cadem, quòd ea specie territi, immissa diei nocte per noctem sibi visa, non hostium illud actu evenisse interpretabantur.*

Elaphibolia

Stragema.

Cap in Chio Elaphibolia celebrata.

21 In Chio celebriora Elaphibolia, quo simulacrum singulare & speciosum: igitur ita arte optica in throno erat collocatum; ut vultu irata ac severa appateret templum ingredientibus, at exeuntibus iam placata & benigna. Opus è pario lapide. Natal. Com. 7. Mytholog. cap. 16. Apud Arcades expressius in Elaphibolia simulacrum, ex auro & ebore confectum, cervinà pelle

indutum; ex cuius humeris pharetra sagittarum plena pendeat, altera manu faciem ardentem, altera verò angues duos continebat: propè canis venaticus astabat. Prius die antequàm anniversarium sacrum facerent, in pompam Deae magnificentissimos apparatus imaginem transmittabant. In ea virgo, quae sacerdotioungebatur, postrema omnium biugo cervorum curru vehebatur. Chartar. in Dian. fol. 71. Idem videmus ex Pausania ad sacra Dianae Laphria, 17. Maij. Sacerdos imitabatur Dianam in pompa, cui ut vidimus, currus cervorum concessus. Claudian. 3. de Laudib. Stilic. à v. 285.

Imago Dianae.

Dixit, & extemplò frondosa fertur ab Alpe Trans pelagus, cervi currum subiere iugales; Quos decus esse Deae primi sub lamina caeli Rostida fecundis concepit Luna cavernis.

Claudianus.

Totam penitus superstitionem hauserunt Romani. *Cerva Dianae immolanda; quòd olim à Romanis statis temporibus servabatur: atque ideo cervorum cornua in omnibus Diana templis suspensa videbantur, nisi in Aventino monte: subdit Chartar. d. fol. 70. Causam videris 31. Mart. & pro cervis in Dianae oblectamenta ac sacra, Guilielm. Stuck, de Sacrific. Gentil. cap. 48. & 70.*

22 Inter Aegyptios hodie celebrabatur ingressus Osiridis in Lunam. Kircher. Prodrom. Copt. cap. 5. *Quòd in Neomenia mensis Phamenoth, festum celebrant, quòd Osiridis in Lunam ingressum vocant (ait Plutarch. de Isid. & Osirid.) existimantes illud Veris principium. Hieroglyphicè accipiendum: itaque Kircher. Tom. 2. p. 2. Oedip. Aegyptiac. class. 7. cap. 2. interpretatur: Vim Solarem subobscurè in Luna signant. Est enim Luna, sive Isis uxor Osiridis: ideoque Lunam, mundi matrem appellant, & naturam ex utroque mistam sexui assignantes, quòd impleta & gravida facta à Sole; rursùm à se in aerem emittat, & disseminet principia.* Idem hieroglyphicum detorquet ad inundationem Nili, ingrediente Sole in Leonem; uti dicemus, 21. Jul. Vide Macrobius 1. Saturnal. cap. 20. Hinc figura accipitris pingebatur super Lunam, sursùmque pisces, tanquam signa Typhonis, averfi benevolentiam in influxu Planetarum; qua de causa sacerdotes non edebant pisces, ut videbimus, 9. Septembr. ex Plutarcho. Unde Accipiter, Solis imago ad rerum conservationem contra Typhonem, velut efficax alexiterium, prophylacticumque amuletum pingebatur. Kircher. Tom. 3.

Ingressus Osiridis in Lunam.

Imago.

syntagm. 12. cap. 3.

DIES II. FEBRUAR.

IV. N.

G Radus duodecimus *Aquarij.*
Influit in Piscatores. Firmic.
Cor leonis manè occidit. Iun&in. K. *Astrolog.*
Aer clarus, & Favonius flare incipit.
Prolom. *Lyra & medius Leo occidunt.* K.
Rom. Ovid. 2. *Fastor.* à v. 75.

Illà nocte aliquis, tollens ad sidera vultum
Dicit: Ubi est hodie, qua Lyra fulsit veri?
Ovid. *Dumque Lyram querit, medij quoque terga*
Leonis

In liquidas subito mersa notabit aquas.
Vir armatus Regem vulnerans. Sph. Arab.
In 12. parte *Aquarij* oritur *Aquila*, inquit
Firmic. *lib. 8. cap. 16.* Quicumque tunc nati,
ex cæde & spolijs habebunt vitæ subsidia.
Erunt fortes milites, qui nudo pectore ho-
stem sequantur: benevolâ stellâ ab eis liber-
abitur patriâ, & triumphabunt. Si Mars il-
luxerit, Tribunos Imperatorum faciet, & mi-
nistros, quorum fidei arma credantur. Si
in occasu hoc sidus inventum, faciet natos
in infantia suffocari. Idem Franc. Iun&in. de
Stellis fixis. lib. 5. *Specul. Astrolog.*

2 Inter Hebræos dies faustissimus, quip-
pe in Ægyptiaca captivitate exhibitum si-
gnum infallibile libertatis, Domino appa-
rente in medio rubi Horeb, igne ardentis,
sed non combusti. R. Abraham, etsi Seder-
Olam, cap. 5. signet die 15. *Mars*, ubi Rab-
binorum videbimus ineptias. Describit Phi-
lo, de *Vit. Moys.* lib. 1. *Rubus spinis hor-
rens à nemine succensus repente flagrare cœ-
pit: & quamquam totus à stirpe ad surcu-
los multâ correptus erat flammâ, tanquam
fontis quadam scatebrâ imbrem summitten-
te; incolumis tamen salvusque permanebat,
nec urebatur; proinde quasi impatibilis qua-
dam natura, nec ignis materia foret; sed
ignem ipse pro pabulo haberet. Ex media
flamma species extitit augustissima, nulli
rei aspectabili similis, instar quoddam & si-
mulacrum persimile divinæ formæ, lumine
quovis igni splendoriore effulgens; quam eius
qui Est, imaginem quivis existimasset. Ve-
rùm Angelus, idest, nuncius appelleretur (quod
propè omnia, quæ futura essent, denunciave-
rit) silentio & taciturnitate clariore, & di-
sertiore quavis voce; per illam speciei ma-
iestatem & magnificentiam. Persimili hy-
potiposi Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 5. Vide di-
cta, Tom. 3. T. 4. ubi præsens argumentum.*

Conversio
virgæ in co-
lubrum, &c.

Alia signa futura libertatis tunc cum osten-
tis ostensa, nimirum conversio virgæ in co-
lubrum, & econtrâ: manus leprosa, & pri-
Tom. 1. *Ephem.*

sinæ sanitati restituta; denique Moysis le-
gatio ad Pharaonem cum Thaumaturga vir-
ga. *Exod.* à cap. 3. Estò rubi ardentis & ab
igne illâsi miraculum ita insigne; maius
perfectò quod signatum hoc sine singulari
miraculo; scilicet virginitas & maternitas
Deiparæ sacratissimæ Mariæ: igitur in rupe
Horeb, iuxta situm rubi ardentis, scriptum
invenitur à Jeremia, literis hieroglyphi-
cis idiomatis antiqui Chaldaici: *Deus Vir-*
ginem concipere faciet, & illa pariet filium.
De quo portento, & ibi factò per transen-
nam egimus, Tom. 4. T. 3. n. 10. & ex pro-
posito, Tom. 6. T. 1. à n. 60. ubi expositio-
nem volupè præstavimus Kircheri, qui in
scopum ex alijs AA. doctissimè collimavit:
simulque alia inter gentes signa, quæ præ-
signabant fœminam habituram aliquando
gaudia matris cum virginitatis honore; quæ
quidem sine exemplo genitricis dignitatem
obtineret, ac virginalem pudicitiam non
amitteret.

Designatur
Virgo ma-
ter.

3 Inter mira ibi patrata ardente rubo,
alia & alia referunt Rabbini. (At plus illis
deliravit Balduin. de *Calceo antiq.* qui cap. 3.
asserit, Calceos Moysis ex eodem iunco
compactos fuisse, ex quo postea Christi co-
rona spinea facta est. Præclarum ratioci-
nium!) Alij, in rubo signant ex igne & in
igne tantum ignis flammæ, ac in cæteris
montis arbutis per cineres ignis notas.
Rabb. David, *omnes lapides Horeb apparuisse*
efformatis rosis, imaginem quarum saxa
traxerunt à rubo, qui cum illotunc esset
aridus, adveniente igni mirabili apparuit
floridus.

Miracula
facta in Ho-
reb, ardente
illâso rubo.

Horrendi nemoris de parte sinistra
Insolita voces flammâ sonuere sequenti.
Ipse nitor Phœbi vulgato lætior orbe
Crevit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Dixit aliò Petron. *Satyr. Carm.* 19. v. 179.
Nosque quæ vidimus in huius montis faxis,
Tom. 5. T. 3. D. 1. n. 2. Audiendus est Al-
drovand. Tom. 12. *Musæi metallic.* lib. 4.
cap. 1. fol. 443. de Brathite lapide. *Frustum*
huius lapidis (inquit) ad nostras pervenit
manus. In eodem arborum rami, & cum fo-
lijs quasi arte depicti. *Silvula ita eleganter*
apparent, ut nullus pictor melius eas peni-
cillo exprimere posset. Quinimò si talis lapis
in varia segmenta scindatur, magnam in-
tuentibus admirationem pariet; quoniam hu-
iusmodi arbutulæ in partibus internis & la-
teralibus conspiciuntur. Anno sequenti, &
primò ab egressu Ægypti, perfectum altare
holocausti à Beseleel & Ooliab. Leo Marius
in K. duntaxat signat hoc mense absolutum
fuisse Sanctuarium. Secundum signum &

Petron.

Conditio la-
pidum mon-
stii.

Altare holo-
causticum.

Secundū ob
Dorie signū
datum Ge-
deasi.

Antiochus
Epiphane
nascitur.

Purificatio
Virginis.

Die, XXVI.
ieiunij Chri-
sti.

Herculis mi-
rabilis vi-
ctoris de Li-
guribus.

Edes Qui-
rino.

Primum bo-
vologij Ro-
mae.

Disciplinā
militaris se-
veritas.

priori contrarium, datum Gedeoni pro vi-
ctoria de Madianitis, vellere sicco & terrā
madente. Rasch. ex *Iudic.* 6. à 39. Natalis
pessimi Antiochi, qui cognomento Epipha-
nes, Antichristi typus. R. Inter Iudæos dies
notus propter sacrilegia, ad quæ compelle-
bantur. *Ducebantur cum amara necessitate
in die natalis Regis ad sacrificia: & cum Li-
beri sacra celebrarentur, cogebantur bederē
coronari.* 2. Machab. 6. 7. Ex his & vitium
figurā pretiosarum, quibus gaudebant He-
bræi; tam Plutarch. *Conviv.* 99. lib. 4. cap.
5. quā Tacit. 5. *Histor.* cap. 5. autumant
levissimè Liberum Patrem adorasse. Refu-
tat Baron. *Ann. Christ.* 34. numer. 157.
Purificatio Virginis, quo die faces con-
sectantur. K. P. R. Christus à Simeone &
Anna in Solymitano templo agnitus. Reuf-
ner. Marian. & Alap. Adrichom. *Ann. Christ.*
1. cogitat, illa ipsa nocte purificationis Vir-
ginis, factam revelationem ab Angelo Iose-
pho, ut continuò exiret in Ægyptum: dice-
mus postredie fusè ex alijs AA. à n. 5. Anno
autem 31. eius ætatis, dies sextus supra vi-
gesimum sacri ieiunij.

4 Dies ater Romæ. K. V. Pugna Her-
culis designatur cum Liguribus, illo tran-
eunte cum bobus Geryonis, quo in confi-
ctu à Iove eo dimicante creditur saxa pluiv-
se. Solin. cap. 8. Ab huiusmodi pluvia, di-
cuntur illi campi lapidei. *Galliæ Narbonen-
sis campus est, lapidibus, qui singuli manum
implent, plenissimus, sub quibus gramen ex-
oritur. In medio salsa scaturit aque: campus
venti procellis infestatur, quo saxa præfata
volvi traduntur, hominesque ex curribus ex-
cuti, & vi ventorum armis vestibusque nu-
dari.* Hic M. Georg. Draudius. Mendacium
mendacio fulcitur. *Hercules* (ait Strab. lib. 4.
n. 41.) *cum deficientibus telis in vita discrimen
venisset, Iovem patrem orasse, ut sibi
tela ministraret; statimque imbrem lapi-
deum ea in loca decidisse, quo gigantes fue-
runt interfecti.* Ita miracula, sicut erat Dei-

tas. L. Papyrius Curfor dedicat ædem Qui-
rini à patre suo votam, quam decoravit
pretiosis muneribus ex spolijs belli Samni-
tici, in ædeque collocavit horologium sola-
rium, novam rem Romanis. Plin. lib. 7. cap.
60. Meminit Smet in *Fastor. glossar.* & Briet.
Ann. V. C. 461. dicens: *Romanorum deti-
nuit oculos, tum rerum omnium, præter-
quam bellandi rudes.* Nonnunquam quæ pa-
tris, magni habuit. Unde cum fidei Fabij
Rutiliani exercitum credidisset, dum inter-
eà regrederetur Romam ad auspicia repe-
tenda; edicens ne manum cum hoste con-
fereret. Fabius opportunitate ductus pu-

gnavit & vicit: reversus Papyrius securi
ferire decrevit: Fabius Romam fugit, nec
supplicem Tribuni tuentur; sed pater ve-
niam lachrymis impetravit. Cornel. Nepos
de *Vir illustrib.* n. 31. Floridè Valer. Maxim.
2. cap. 7. n. 8. *Papyrius Dictator* (infit) *cum
adversus imperium eius, Q. Fabius Rullia-
nus, Magister Equitum exercitum in aciem
eduxisset, quamquam fuis Samnitibus in
castra redierat; tamen neque virtute eius,
neque successu, neque nobilitate motus, vir-
gas expediri, cumque nudari iussit. O spe-
ctaculum admirabile! Et Rullianus, & Ma-
gister Equitum & victor, excisā veste, spo-
liatoque corpore, licitorum verberibus lace-
randus; ut in acie exceptorum vulnerum
nodosis ictibus cruore renovato, victoriarum,
quos modò speciosissimos erat adeptus titu-
los, respergeret. Precibus deinde suis, exer-
citus occasionem Fabio confugiendi in Urbem
dedit; ubi frustrā Senatū in auxilium im-
ploravit. Nihilominus enim Papyrius in
exigenda pœna perseveravit. Itaque coactus
est pater eius post dictaturam tertiumque
Consulatum, rem ad populum devocare, au-
xiliumque tribunorum plebis supplex pro fi-
lio petere. Neque hac re securitas Papyrij
refrenari potuit: ceterum cum ab universis
civibus, & ipsis Tribunis plebis rogaretur;
testatus est, non pœnam illam se Fabio, sed
populo Romano, & Tribunitiæ concedere po-
testati. Idem Liv. 8. à sect. 88. & Briet. ann.
V. C. 429. Augustus Sami hyemat, ubi le-
gatos Indorum in fœdus admisit, qui secum
adduxerunt tygres Indicas, nondum in Gre-*

Zamarus Gy-
mnosophista

5 Apud Græcos *Therapea* in honorem *Therapea.*
Æsculapij; igitur quotannis illo in die le-
gebatur, qua medicina unusquisque illo in
anno vindicatus ab ægritudine, ut cæteri
irruente adhiberent medicinam. K. *Græc.*
Post in eius templo laminæ pendebant &
tanquam vota, & tanquam medicinarum
apotheca. Meminit Plin. lib. 29. cap. 1. Plu-
tarch. de *Tarda Dei vindict.* Pausan. cap. 68.
141. & 236. *Causin. lib. 5. Symb.* 41. Item
statua Dinolochio erecta est in Elide pro-
pter victoriam Olympicam. K. G. Huius
athletæ meminit Pausanias, cap. 178. *Ma-
ter eius* (ait) *per visum in quiete videre sibi
visa est, filiam se coronatam in complexum
suum*

Statua Di-
nolochio.

suam recepisse. Eo somnio monitus puer strenue se ad gymniconum certamina exercuit: cum autem pueros competitores cursu antevertisset; ei statuam posuere iuxta Cynisæ, de qua 11. Mart. 4.

6 Inter Siculos transitus, sive transmigratio columbarum. *Fest. Sicul.* Refert Ælianus huiusmodi expeditionem, lib. 4. *Animal. histor. cap. 2. In Ericæ Sicilia festi dies aguntur, quos Profectorios appellant, eo quod id temporis Venerem inde, in Lybiam proficisci dicunt. Nam quum longè maximus columbarum in his locis numerus esse soleat; nulla tum temporis appareat. Coniiciunt enim ipsam abeuntem comitari Deam, & cum illa peregrè profectas esse; nam Veneri sacrum esse genus columbarum omnes existimant. Novem diebus elapsis, unam formam insignem ex pelago libyco spectari revolantem, quæ non sit quemadmodum reliquæ gregales, sed rubra, qualem Anacreon canit esse Venerem, purpuream & auro similem. Hanc caterarum columbarum greges sequuntur; & rursum ex earum reditu Erycini reversionis diem celebrant. Videbimus die 10. Hæc festa etiam dicta Anagogia: id est, cœlestis translatio. Eustach. de *Amorib. Ismenia*, lib. 10. & ipse Ælian. d. *Var. histor.* lib. 1. cap. 15. ex quo Aldrovand. cap. 15. de *Avib.* fol. 407. & Chartar. in *Vener.* fol. 342. cuius curus tractus à columbis. Reliqua die cit.*

7 Quid diabolus non excogitavit, ut his, similibusque præstigijs Ethnici deciperentur? In Aspasia adducta in Persidem è Græcia claruit. Specie florebat, sed tumor in facie excrevit, quæ formam turpiter devenustabat. Speculum in genibus tenens, se in ipso contemplata vehementer doluit: & cum præ moestitia non cœnasset, invasit insomnium, quo sibi videbatur columbam, quæ illicò in fœminam conversa est, festivam accedere, ac dicere: *Bonum animum geras, valeantque medici cum suis pharmacis: tu verò rosea fersa Veneris cape, eaque contrita tuberi impone.* Statim evanuit, tursusque Aspasia inter omnes puellas speciosissimè Deæ beneficio, pulchritudine formosissima fuit. Propter venustatem & elegantiam ducta est à Cyro Artaxerxis fratre, & maximi habita. Ex his omnibus in mentem venit Aspasiæ insomnium columbæ, ac promissio Veneris amplissimæ felicitatis, cunctaque à Dea prædicta. Qua de causâ cum crederet ab initio specie columbæ, Veneris curæ esse; primum ingentem imaginem in honorem eius erexit, & simul gemmis picturatum columbam; singulisque diebus sacrificijs & supplicationibus favorem Deæ

Tom. I. Ephem.

expofcebat enixim. Refert Ælian. 12. *Vast. histor. cap. 1. & Tiraquell. p. 3. de Leg. conub. n. 9.* Quare Columbæ gratæ Veneri, refert Aldrovand. d. in *Vanis Ethnic. sacris*, fol. 416. ex Lutatio in *Stat.* Certabant, com-

Perifera in columbam.

minificitur, Venus & Cupido, uter plures flores legeret: at cum filius alis adiutus matrem superaret; iuvit Venerem Perifera Nympha, & superiorem cutnulum efformavit. Iratus Cupido Nympham in columbam transformavit: at Venus ut honore pœnam minneret; in tutelam columbam sumpfit; curruque favens aptavit. Ovid. 1. *Amor. Eleg. 2. v. 27.*

Ovid.

Necte comam myrto, maternas iunge colūbas: Stabis, & adiunctas arte movebis aves. Hinc oraculum Dodoneum, de quo die 24. Adi Natal. Com. 4. *Mytholog. cap. 13. & Gyrard. Syntagm. 13. n. 19.*

8 Inter Ægyptios celeberrimus dies in Sai, metropoli inferioris Ægypti ob sacra dicta *Lychnopœcia*. K. Ægypt. Hæc erant pompa Minervæ Saitis, ad cuius templum quotannis per Nilum adibant, navigijs lampadibus ornatis, ubi Deæ simulacrum, in cuius ambitu depositis lucernis, tota nox vertebatur in diem. Themistius *Orat. 2. ad Constantium Imper.* Dicta hæc Dea *Pallas Ægyptia*, seu *Sais*. Natal. Com. 9. *Mytholog. cap. 11.* qui uti à Provincia illa allatam Athenas per Cecropem; Minervam ideo urbem dictam, ex Mytileneo tradit. In hoc templo pro vestibulo huiusmodi symbola incisa spectantur: Infans, senex, accipiter, piscis & hippopotamus. Kirch. Tom. 1. *Oedip. Syntagm. 1. cap. 3.* quod exponit, Tom. 3. *Syntagm. 12. cap. 2. Nascimur, senescimus, vivimus, morimur natura dissidio.* Aliter Plutarch. de *Isid. & Osirid.* infir: *Signum* quod Sai est Minervæ, quam eandem putant Isim esse, inscriptionem habet huiuscemodi: *Ego sum universum quod fuit, quod est, & quod est futurum; flammæumque meum nullus mortalium aperuit unquam.* Hoc signat sphinx ante templum. Imago erat fœminæ variegata veste, mammis nudis, sedens in throno, cruce ansatâ in dextra, atque sceptro cucuriformi in sinistra. Diximus aliqua. 3. *Ianuar. & 21. n. 8. Tom. 3. T. 6. n. 4. & Tom. 5. T. 3. D. 3. n. 3.* In hoc templo ait Strab. *lib. 8. n. 18.* erat sepulchrum Regis Psammethici, de quo 11. *Septembr. n. 7.* Hic Saites erat, ibique Princeps florebat charus omnibus, nisi Satrapis rivalibus regni, quod tunc sine Monarcha. Factum sorte, quòd in illorum concilio oraculo edictum evulgaretur: nimirum, qui ex ipsorum numero primus æneâ phialâ

Lychnopœcia.

Pallas Ægyptia.

Tituli Minerve Saitis.

Imago.

Psammethici.

Deo Memphisico libasset; totam Ægyptum in potestatem habiturum. Sacerdos Summus arte, vel incuriã æneas phialas quibus libabatur duodecim tantum adducit, cum essent Principes tredecim; Psammeticho, qui novissimus erat prætermisso. Tunc ille sine mora, detractã galeã æreã in illa libavit, sicque regnum ad Psammetichum pervenit. Diodor. Sicul. lib. 1. n. 42. & Kircher. de Regib. Ægypt. cap. 10. Dynast. 26.

9 Templum Minervæ Sai illustrissimum cunctis nationibus, quia ex uno lapide, non utique ibi excavato, sed aliunde vecto. *Ad hæc quod non minime, sed maxime admiror* (ait Herodotus lib. 3. n. 107.) *Amasis attulit edificium ex solido saxo ad Saim ex urbe Elephantina, in quo afferendo triennium consumpserunt duo millia electorum virorum. Huius domus extrinsecus est unius & viginti ulnarum longitudo, quatuordecim latitudo, octo altitudo. Interior autem eius longitudo est octodecim ulnarum & cubiti, latitudo duodecim, altitudo quinque.* In atrio erexit tres colossos, qui medius septuaginta quinque pedum, duo alij utrinque viginti cum immanitate Sphingum. Kircher. Tom. 2. p. 2. class. 8. cap. 1. In hoc cincte templo erat celebre artificium ad infatuationem populi, ut profundius hærent Numinum cecitati. *In Sai* (ait Hero Alexandrin. Pneumaticor. cap. 36.) *erat altare, in quo accenso igne, Dionysius ac Diana lac & vinum fundebant, draco verò accipitriformis sibilabat.* Ad philologiam redigit huiusmodi machinamentum Kircher. ibid. cap. 3. Pragmat. 2. astruitque aëra in syphonibus inclusum, ne abundi daretur locus, accenso igne tempore sacrificij intra arulam rarefieri; impulsūque, ut ampliorem locum occuparet, deferri vehementius per fistulas, qua vehementiã & sibilabat draco, & pressis lacte & vino, in tubis incluso humore, trudebatur in craterem arulæ; unde Liber Pater & Diana lac & vinum fundere videbantur: quæ quidem scena, cum non intelligeretur à plebe, cogitabat fieri beneficio Deorum. Patet hinc, quod diximus n. præced. ex Ægypto per Cætopem in Athenas Minervæ translatum simulacrum; siquidem in eo ibi non absimile artificium. In eius enim scuro dracones ænei rhythmicè sibilabant, uti videbimus ex Plin. & Natal. à Comitib. 20. Novembr. diximusque Tom. 5. T. 4. D. 2. n. 11. Plura sicine videmus artificia cum mirabili nescientibus effectu, uti in cucurbita ænea patet, aut vitrea. Consule Goud. Tom. 3. p. 3. disput. unic. quæst. 3.

art. 4. §. unic.

DIES III. FEBRUAR.

I **G** Rad. 13. Solis in *Aquario*, tenebrosus; ut ait Dariothus. Influxit in hortorum cultores. Iul. Firmicus. *Anterius sinistrum genu Sagittarij manè oritur.* Iunctin. K. A. *Regulus oritur.* Alsted. *Encyclop. Fidis tota occidit: Leo med. Occidit. Venti.* Columell. & Ptolom. *Delphinus occidit.* K. R. & Ovid. 2. *Fastor.* v. 79. *Quem modò cœlatũ stellis Delphina videbas,* Ovid. *Is fugiet visus nocte sequente suos.* Hygin. lib. 3. cap. 16. *Causam signat Germanic. Cæsar. in Phœnom. Arat. cap. 27. Lucinens:*

— *Hinc alius declivis ducitur ordo:*
Sentit & insanos obscuris statibus Austros.
Equites multi armati. Sphær. Arab. Post ann. 40. ab ingressu Ægypti hac in die signatur Moyse obitus à Serario in *Iosue*, 3. 1. (Vid. diem 7. n. 3.) quæst. 5. & Alapid. *Hodie* (inquit Leonard. Marius in *K. Hebr.*) *completa est adificatio domus Dei temporibus Aggei & Zacharia prophetarum, & Darij Regis Persarum, & celebrati dedicationis dies.* Liqueat 1. *Esdr.* 6. à 14. *Sacrificia ac solemnitas, à v. 17.* At notandum est, dici in textu sacro ibidem: *Iubente Cyro & Dario & Artaxerxe Regibus Persarum.* Tunc igitur completum est templum, & simul tempus quadraginta sex annorum eius adificij: tot profectò fluxerunt à secundo Cyri anno usque ad Artaxerxem, qui misit Nehemiam. *Ioann.* 2. 20. Vel usque in sextum Darij annum, ut alijs placet. Vide Cæteran. hic. Cùm esset erectum altare iussu Cyri, & opus templi impediretur regente Persiam Cambyse, excitatusque esset Darius Hystaspis, ut iuxta decreta Cyri templum adificaretur, uti constat 1. *Esdr.* 4. à 4. & cap. 6. à 3. accepta notitiã à Nehemia de iactura rerum Iudaicarum in terra Sancta, impetravit à Rege Artaxerxe facultatem adificandi muros civitatis, uti indicavit Principibus & Sacerdotibus, 2. *Esdr.* 2. 18. Venit ergo tunc temporis in Ierusalem ad erigenda mœnia, quo templum secundum, sive Zorobabelis perfectum: & cùm ignis ille qui de cœlo descendit in primi dedicatione per Salomonem, esset absconditus in puteo per Ieremiam & alios sacerdotès; iussit à nepotibus horum afferri; qui quidem nunciarunt in aquam convertum fuisse. Tunc Nehemias iussit eos haurire & afferri sibi, & sacrificia qua imposita erant, iussit Sacerdos Nehemias aspergi ipsã aquã, & ligna que

Templum Saiis ex uno lapide.

Artificium imaginum in hoc templo.

III. N.

Ovid.

German.

Mors Moyse.

Antilogia.

Dedicatio templi secundum di.

Tunc datus ignis per Nehemiam.

qua erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo Sol refluxit, qui prius erat in nubilo; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. 2. Machab. 1. à 19.

2 Hic est ignis dies dati, haudquaquam 25. Novembr. ubi templum mundatum à Machabæis, dispositumque in cultum veri Dei, ubi ex hoc igne ibi etiam ignis, uti videbimus. Dies hic dicitur dati ignis, & enceniorum templi secundi, tempore Nehemiæ, & Regum Persarum, uti dicitur à v. 33. quod impossibile tempore Machabæorum, ut patet. Ita Ioseph. Gorion, lib. 1. à cap. 16. & Serar. hic *questiunc.* 13. de hoc in miraculo agunt Abulens. *quest.* 10. in 29. *Exod.* Ambros. 1. *Offic.* cap. 14. Blesens. *Epist.* 74. & Riber. de *Templ.* lib. 5. cap. 15. Pro die, quia Encenia etiam dicitur, notandum; quatuor encenia inter Hebræos fuisse, sive dedicationes templi, vel initialia templi in usum cultus. Primum sub Salomone; secundum, de quo agimus: tertium Machabæis, ultimum sub Herode, uti dicemus 14. *August.* ex Ioseph. 15. *Antiq.* cap. 14. Unde encenia, de quibus Ioannes, 10. 22. intelligenda sunt de dedicatione templi Zorobabel, & in festo ignis dati. D. Thom. hic. Chrysof. Theophil. & Occumen. De loco in quo inventus est ignis ex aqua, cogitant nonnulli fuisse Piscinam Probaticam, cuius aqua

Quatuor Encenia apud Hebræos.

Piscina Probatica locus, quo aquam crassam convertit ignis.

Unde commendabilis.

motu ab Angelo unum languidum, à quocumque detineretur infirmitate, levabat. In piscinæ lotæ victimæ à Sacerdotibus, quæ tempore Hieronymi in geminum lacum dividebatur, quorum alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testabatur. Idem de *Loc. Hebraic.* additque Adrichom. in *Ierusalem*, n. 62. *Sunt qui existiment, hunc fuisse locum, ubi Sacrum ignem quondam recondiderunt Sacerdotes: quem cum requireret reversus Nebemias, eius loco reperit aquam crassam.* Iuxta illam natam Deiparam, dicit Ioann. Damasc. 4. de *Fid. Orth.* cap. 15. etiam Christoph. Castr. & Theoph. Raynaud. in *Diptyc. Marian.* p. 1. punct. 2. Quomodo ibi inventum lignum in Crucem Domini; diximus *Tom. 6. T. 1. n. 49.*

3 Notum factum est miraculis conversionis aquæ in ignem vorantem sacrificium: tuncque Artaxerxes *rem diligenter examinans fecit ei templum, ut probaret quod sanctum erat: & cum probasset Sacerdotibus donavit multa bona, & alia atque alia munera.* 2. Mach. 1. 34. & Ambros. d. *Hoc* (subdit) *patet factis indicio Rex Persarum in eo loco, in quo ignis fuerat absconditus, & postea reperta est aqua, templum fieri manda-*

vit, cui inferebantur dona plurima. Non fuisse templum principale, per se patet: nec igni, quem adorabant Persæ, ut referunt Curt. *lib. 3. cap. 3.* & Brisson. *lib. 2. de Regn. Persar.* neque aliud templum Numini vero, ex institutis Hebræis inhihentibus etiam liquet. Quodnam ergo templum & ibi ubi ignis facer absconditus? Ædificium insigne, quò indicaretur factum illud miraculum singulare in formam templi. *Videtur postea fuisse Probatica Piscina:* ait Genebr. *Ann.* 3779. Beda in 2. *Esdr.* Serar. in 2. *Mach.* 1. *questiunc.* 14. Alap. & Sanct. hic, n. 39. Claret etiam Ioann. 5. 2. vbi de illa dicitur: *Quinque porticus habens*, quo constat augustum ædificium. Tametsi tempore Salomonis piscinam existisse, certum sit; tempore conceptionis Christi factam fuisse, retulimus, loc. cit. *Tom. 6. n. 49.* cuius articuli fides penes auctorem tantæ novitatis erit. Notat Haye in *Chronic. sacr.* 38. tot annos fluxisse ab hoc igne cælitus dato (nimirum 486. cum dimidio) usque ad adventum Spiritus Sancti; quot fluxerant à die olim missi ignis de cælo Moyse, in promulgatione legis (de quo *Exod.* 19. 18.) usque ad ignem cælitus descendentem in dedicatione templi Salomonici. Vid. 8. *Mart.* à 5. & 6. *Maij.*

Cui dicitur templum

An facta conceptio Christi?

4 Trucidatur à Iudæis Baptiste pater. Traditur à S. PP. *Venit ad nos quædam traditio* (ait Origen. *Tract.* 26. in *Matth.*) *quasi sit aliquis locus in templo, ubi virginibus quidem consistere licet, & orare Deum: expertæ autem thorum virilem, non permittentur in eo consistere. Maria postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare, stetit in illo virginum loco: prohibentibus autem eis, qui noverant iam filium genuisse, Zacharias stetit atque dixit prohibentibus eam: quoniam digna est virginum loco, cum sit virgo. Ergo quasi manifestissime Zachariam adversus legem agentem, & in loco virginum permittentem stare mulierem, occiderunt inter templum & Altare viri generationis illius.* Hieronym. *inficiatur lib. 4. in Matth.* sed astruunt Cyrill. Alexandr. *Advers. Anthropomorph.* cap. 27. Greg. Nyssen. *Orat. in Natal. Domin.* Basil. *Orat. de Human. Christ. generat.* Theophylact. in 23. *Matth.* alijque plures, videndi apud Christoph. à Castro in *Histor. Deipar.* cap. 11. n. 12. & Christoph. Vega, *Theolog. Marian.* p. 2. *Palæstr.* 19. Certam. 5. num. 1416. Falitur Reuclin, uti videbimus 5. *Septembr.* n. 2. & 5. *Novembr.* n. 6.

Zacharias Baptiste pater occiditur.

5 Sine controversia (estò die seq. autmet Gislandis) puer Iesus in ulnis Virginis Matris monitu cæli defertur Ægyptum, ibique com-

Fuga Iesu in Ægyptum.

Commemorantur sexenniis usque ad obitum Herodis, & aliorum, Herodi blandientium. Adrichom. *Ann. Christ.* .1. Alapid. in *Chronotax.* n. 5. & Baron. n. 42. Pervenerunt in Lehem, ubi pernoctarunt, ibique ex puteo aquam hausisse. Adrich. in *Simeon*, num. 55. et si Bern. Breindeimb. signet 10. *Septemb.* Transeuntibus per Hermopolim palma, quam uti Numen adorabant Ægyptij, illis specie adorationis inclinata est, idolum corruit & dæmon fugit. Nicephor. Calist. *lib. 10. cap. 3. 1.* Sozomen. *Histor.* lib. 5. cap. 2. 1. addit, ex illo tempore lignum illud fuisse medicinale. Vide plura apud Baron. loc. cit. à n. 43. Ibidem, ut ait Ruffin. *lib. 2. cap. 7.* & Palladius in *Lausiac.* cap. 52. *Thebaide in finibus Hermopolis, vidimus templum, in quo ingresso urbem Salvatoris, ceciderunt omnia simulacra in faciem super terram.* Brocard. in *Descript. Terra Sanct.* p. 2. cap. 4. Itiner. 6. Cardinal. de Vitriac. cap. 85. alijque apud Adrichom. in *Juda,* n. 116. collocant inter Heliopolim & Babyloniam hortum balsami, irrigatum à quodam fonticulo, quo beata Virgo pluries puerulum Iesum lavit, panniculosque eiusdem mundavit, exiccavitque super petram; quibus summa veneratio vel inter Sarracenos est, & vocatur usque hodie *Fons Iesu.* Originem declarat Adrichom. ibid. & quomodo in Ægypto hortus balsami celebratus in Iudæa. *Sunt autem balsama (ait) arbuscule, uni omnium terrarum Iudæe quondam concessæ, quas Vineas Engaddi Salomon in Cantic. nominat: quarum frutices, si acuto vitro, lapide, ossesive cultellis incidantur, stillant succum pretiosissimum eximia suavitatis, quem Opobalsamum vocant, præferturque omnibus odoribus. Hunc hortum, seu vineas balsami, tempore Herodis Magni Cleopatra, Ægypti Regina, concedente Antonio vel amatore, vel marito, invidens tantam felicitatem Herodi, transtulit in Ægyptum, ubi irrigatur fonte parvo, uberrimè tamen fluente, in quo fama est, sæpe lotum à Virgine puerum Iesum, adeoque ex eo potum sibi, & Sponsæ suæ S. Ioseph paravisse, cum in Ægypto esset: atque ideo ab incolis veneratione & cultu haberi maximo. Iesus fugiens in Ægyptum post se tranxit balsami hortum. Aliter Ioseph. 1. de Bell. cap. 13. igitur translationem attribuit M. Antonio, qui placare cupiens Cleopatram iratam Herodi, & caput petentem, Palmetum, in quo balsamum gignitur, quod erat in Ierichunte, ipsi Cleopatræ dedit. Vide Egesipp. 4. Excidij, cap. 37. Locus in quo habitavit Salvator, illustratur continuo lampade ardenti à Sarracenis, quem Matuream*

nominant. Plura videbis apud Mariam de Agreda in *Civit. Mystic.* Tom. 2. lib. 4. 2. cap. 22. Chrysofom. in *Mattb.* homil. 8. Iansen. *Concord. Evang.* cap. 11. Epiph. in *Vit. Jerem.* ac Doroth. in *Synops.* Alia dicemus 25. *Decembr.* à n. 13.

6 Plura quæ hac in via acciderunt, tribuuntur itineri à Nazareth in Bethlehem uti videbimus, 24. *Decembr.* verum iuxta Quaresm. *Elucidar. Terra Sanct.* lib. 6. & Castellum, in *Devot. peregr.* lib. 3. cap. 12. est iuxta Bethlehem spelunca, ad quam recessit Virgo-Mater, quandiu à Iosepho necessaria parabantur ad iter agendum: in qua felice spelunca decidit aliquid lactis ab ubere de cælo pleno, quo terra alba facta (potius via lactea, non figmento Ethnicorum uti ex lacte Iunonis) imò medicinalis, pro affluxu lactis nutrientium, si recesserit: quæ quidem terra dicitur *Lac Virginis.* Gratiam. in *Vit. Ioseph.* Castro in *Deipar.* & AA. præcit.

7 Refert ex aliquibus (sed præut auguror, fluxæ fidei) Castell. in *Devoto peregrino*, lib. 2. cap. 3. peregrinos hos cælestes, cum milites iussu Herodis, ut caperentur, propè essent, absconditos fuisse intra clausuram ficus (dictæ in Ægypto Pharaonis, cuius fructus aurei, & dulcissimi in trunco, shaud in ramis nascentes) quæ sese scindens aperuit, & comprehensis in tutatè, sese clausit. Unde milites cum nihil viderent, vel visos non invenirent, regressi sunt vacui ad tyrannum. Tunc arbor (quæ usquemodò divisa videtur in duas partes) fatiscens dedit peregrinis locum in tutiorem fugam. Honor Reginæ ac Regis cælestis iudicium diligit, quod sequi debebat Auctor in expulsionem eiusmodi fursuris; sicut in miraculo sequenti, nimirum tritici tunc seminati, & dum accesserunt milites, iam in messe. Valeat. Refert etiam Heliopoli esse lapidem, in quo sessu potiebatur puerulus, dum Virgo-mater, alijs in rebus erat occupata, qui sfragranti odore usque hodiè pollet; sicut in pariete loculum, in quo Salvator dormiebat, ac in pavimento mensam, cui accumbant. Videntur hæccine similia his quæ ex Sarracenis refert Iacob. de Valent. in *Virgin. Cantic.* v. 5. propè fin. Hac in die posterioribus temporibus, iam Christo nato, Simeonem Iustum, qui in die Purificationis illum à Virgine-Matre suscipiens, suis ulnis suscepit, diem clausisse; dicunt Græci in *Menolog.* Galatin. de *Arcan. Cathol. veritatis*, lib. 1. cap. 3. ait: *Simeon postremò Hillelis filius, quem ob eius præcipuam sanctitatem Talmudiste Iustum cognominant, in quo*

Lac Virginis.

Ficus Pharaonis.

Simeon Iustus obiit.

Capitulis patrum dicitur) Academiae Magnae Synagoga sceptrum defecit. Tandem cum ultima senectute à Spiritu-Sancto responsum accepisset, non visurum se mortem, nisi oculis Messiam, Filium Dei videret; Christum ipsum in ulnis suscipiens, quae de eo à Spiritu-Sancto edoctus docuerat, ipso praesente confirmavit, & mortuus est. Ibidem lib. 4. cap. 7. subditur Tradiderunt Rabbanam, idest, Magistri; quod eo anno quo mortuus est Simon iustus, dixit eis: In anno isto ego moriar. Dixerunt ei: Unde hoc scis? Ait eis, omni tempore quo intrabam in Sancta-sanctorum, assimilabatur mihi senex albis indutus, qui mecum intrabat, mecumque exibat: hodie autem apparuit mihi senex nigris amictus, qui ingressus est mecum. Postea infirmatus diebus septem, mortuus est; cesseruntque fratres eius Sacerdotes ex illa hora benedicere in nomine Domini. Alia, 8. Octobr. à n. 5.

fisset, eique videretur arbor non vivere, sed marcescere, obvijs quibusque id confestim vociferando indicabat: hi autem tanquam incendio opem ferrent, aquam clamore poscebant; fiebatque undique concursus ad eum locum vasa aquae plena congerentium. Sed G. Casare gradus istos extruente, cum fabri proxima loca perfoderent, radices ab illis inscijs undequaque laesae sunt; arborque exaruit. Quid non factum fingeretur, dum factum illo nascente, agnum locutum fuisse? Rhodigin. 16. cap. 3. Tanquam imperij Romani statum armis subito fore florentem; interpretatur prodigium Natal. Comes, exponens Ovidium, qui 15. Metamorph. fab. 48. de articulo accinit:

Utque Palatinis haerentem collibus olim Cum subito vidit frondescere Romulus hastas, Quae radice novà, non ferro stabat adacta, Non expectatus dabat admirantibus umbras, Et iam non telum, sed lenti viminis arbor. Vide Jacob. Pontan. & Raphaël. Regium hic. Alludit Claudian. in Nuptijs Martij, v. 86. dicens: Silvæque obstante virescunt. Locum in Palatino monte demonstrat Marlian. cap. 30. & in Epitom. 3. cap. 6.

10 Ibidem hac die colebantur Dij Novemfiles. Prad. in Parerg. Dum Tatijs unum populum cum Romanis formavit (de quo Plutarch. in Romul. & Liv. 1. sect. 41.) ex voto his Numinibus ædes dedicavit, quos vocavit Intelligibiles; ut observat Rhodigin. 11. cap. 23. Vatro, 4. de Vita pop. Rom. illa Numina nominat, Herculem scilicet, Vestam, Salutem, Fortunam, Sortem & Fidem; de quibus Martian. Capell. 1. de Nupt. Pbiolog. ait, secundam cœli regionem habitare; & Rhodig. 6. cap. 14. laneos pedes habere: Gyrald. Syntagm. 1. n. 24. ex varijs AA. divinat, quæ Numina sint. Esse ait omnes Sabinorum Deos, qui tantum erant novem, quorum simulacra collocata erant ad Trebiam flumen. Vel fuisse novem Deos, quibus solis Iupiter iaciendi fulmina permiserit facultatem. Vel novem Musas, quarum cultus per Tatum Romam inventus. Vel novem virorum insignium, qui apothecis facta, uti Dij Indigetes consecrati; quoniam dum viverent, colebantur ut Heroes. Vide Arnob. 3. Contra Gentes.

11 Inter Athenienses Minervæ sacra. Videtis, 3. Ianuar. n. 14. Dies nominatissimus in tota Græcia, quippe principium Troiani belli, in quo decem anni absumpti. K. G. In hanc expeditionem Duces cunctorum populorum congregavit Tyndarus, Helenæ raptæ pater, coëgitque in iuramentum, quod (equo execto, coram illisque infosso)

Christi gesta. Eius ieiunij dies XXVII.

Lectio Synagoga.

Senatus legitimus.

Lancea Romuli viset.

Nascente Romulo, agnus locutus.

Ovid.

Dij Novemfiles.

Cum pedibus lanceis.

Principium belli Troiani.

Helena raptæ.

fecerant, vindicandi aliqualem iniuriam ex nuptiarum violatoribus. Qui fuerunt, refert Hyginus *Fab.* 81. Helena Menelaum elegit, quam Paris Iliensis rapuit, & cum regiae divitis supellestilis copia, Troiam adduxit; quin prospiceret cladem & demum mortem, confectam per Philoctetem sagittam Herculeam Hydre sanguine tincta; quod prædixerat ei eius uxor Oenone, quæ à Dea Rhea vaticinandi cognitionem habebat, sicut ab Apolline medicam facultatem. Ne ad Helenam navigaret, suavit, sed non persuasit: tuncque illi dixit: Cum tibi vulnus illatum, ad me venies, quam fugis. *Troia impetita* (inquit Apollodorus, 3. *Biblioth.* n. 25.) *sagittis Herculeis à Philoctete sauciatus, in Idam à Oenonen remeavit. Tunc illa iniuriarum memor, Paridem curare noluit: ille igitur cum in Troiam referretur, occubuit.* De illius vaticinationibus multa apud Ovid. *Epist.* 5. Raptu Helenæ à Paride facto, Principes cuncti erant cum militia & navibus in procinctu; se capi Troia fato inviolabili (Vate Calcante) nequibat, sine Herculis sagittis, & Achillis assilientia. Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 5. & Apollodorus, d. n. 28.

12 His obicibus cum suspenderetur in Troiam expeditio, inquisitionem Achillis Agamemnon Dux Ducum commisit Ulyssi; sagittarum verò Herculis Philocteti. Hic hæres illarum erat, quippe moriens Hercules in Oeta monte, secum mandavit sagittas sepelire, & sub iuramento; ne unquam Philoctetes dicere posset, quò tam sagittæ quæ eius corporis reliquæ iacebant. Pro illo tunc tacuit, & cum illis in Troiam processit; sed cum in castris à colubro esset percussus, & odore terro vulneris (quippe Iuno serpentem in illum miserat, eò quòd ad eviendam mortalitatem, Herculi pyram formaverat) offenderentur Achivi; iussu Agamemnonis in Lemno expositus fuit; totoque illo tempore frustrabantur Græcorum labores; consultoque Apolline Delphico, Calcantis confirmavit oraculum; sine sagittis videlicet Herculis Troiam capi non posse. Tunc ad illum Agamemnon misit Ulysses & Diomedem; ut in gratiam Græcorum rediret, ad castra pergeret, & secum Herculis sagittas tolleret. Non tulit, sed de illis interrogatus, ac de corporis reliquijs; negavit se quicquam scire: at cum rogaretur maximè, ne iusurandum violaret, siluit, sed pede locum ostendit: Ducesque exercitus, his inventis, spem conceperunt expugnationis Troiæ. Natal. Com. d. & Hygin. *fab.* 36. & 102. latèque Sophocli. in eo, & in

Trachin. Idem regeremus, *Isag.* *Septembri* n. 30. ubi de Sagitta cœlesti.

13 Ulysses ergo citius Philoctete, respondit Principum expectationi; vel adversantibus proposito industrijs Thetidis, matris Achillis, quæ quidem cum præsciret illo in bello filium suum, modò militaret, moriturum; sub nomine Pyrrhæ, muliebri veste, inter filias Lycomedis Regis in Scyro collocavit. Subodoratus est Ulysses, & ut cognoscere posset, inter mundi muliebris manuscula, gladium apposuit, quem cum apprehendisset Achilles, tuba tunc Ulysses classicum cecinit: digladianteque Achille; cordolio Thetidis, inter puellas se esse virum indicavit. Apollodor. d. n. 28. Natal. Com. d. 9. cap. 1. metricèque fusè Statius in *Achilleid.* Sicut Thetis frustrata votis, ita Ulysses: etenim ut excusaretur ab expeditione, finxit insaniam: quam quidem cognovit fictam Palamedes (quem post Argolicam calumniâ interficere fecit) unde cum cæteris Ducibus classe instructa in bellum Troianum navigavit, ægrè relinquens Penelopem, propter cuius amorem se finxerat delirantem. Natal. *ibid.* & Hygin. *fab.* 95.

14 Siccine Agamemnon (etsi detentus in Aulide, ut præmisimus, die 1. n. 17.) cum classe & Heroibus, pervenit in Ilium; valatæque urbe, inchoata sunt sanguinolenta certamina; in quibus plures Duces hinc & hinc desiderati, Paride fomite cladis & civitatis alofis; igitur à Græcis capitur, diripitur ac incenditur; ut dicemus loco suo. Hinc futuri excidij antequam nasceretur, datum prodigium. In quiete prægnans Hecuba mater vidit, se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Narrato somnio, neci tradi fœtum, quia futurus in excidium, cuncti dixerunt arioli. Priamus perterrefactus, simulac puer in lucem prodijt, asportatum in montem Idam, exponi iussit. Exponitur, sed ab urfa per quinque dies amanter nutritur. A pastore, qui exposuerat, prodigium videtur, & infans ab illo tollitur, domumque propriam adducitur, Parisque vocatur. Natal. Comes, 6. cap. 23. Hygin. *fab.* 91. & Apollodor. d. n. 24.

15 Priamus expositionis filij summè doluit (cum Paris iam esset iuvenis, præstans formam corporis, & robore) ac in eius memoriam insiruit atlum funebre, idest, ludum gymnicum. *Priamus cenotaphium instituit Paridi, quem natum iusserat interfici, per gymnicos, in quibus certati sunt cursu.* Hygin. *fab.* 273. qui *fab.* 91. præmittit: *Paris, cum ad puberem ætatem pervenisset, habuit taurum in delicijs: quò cum satellites mis-*

Oenone.

Nex Paridis

Sagittæ Herculis.

Philoctetes.

Thetis abscidit Achillem.

Invenitur actu ab Ulysses.

Sicut huius demencia fuit, à Palamede.

Prodigiū in excidijs Troiæ.

Paris exponitur, sed à morte liberatur, & ab urfa nutritur.

A patre cognoscitur, & in regia recipitur.

mis-

missi à Prélamo, ut ex Ida taurum adduce-
rent; qui in athlo funebri quod ei fiebat, po-
neretur; ceperunt Paridis taurum abduce-
re. Persecutus est eos, & inquisivit quod eum
ducerent. Illi indicant, se eum ad Priamum
ducere; ut eius esset premium, qui vicisset
ludis funeralibus Paridis mortui. At Paris
amore incensus tauri sul, descendit in certa-
men, & omnia vicit, fratres suos quoque su-
peravit. Indignatus Deiphobus gladium ad
eum extrinxit, sed ille in aram Iovis Her-
cæi insiluit: quod cum Cassandra vaticina-
retur eum fratrem esse; Priamus eum agno-
vit, regiâque recepit. Mirabile artificium
fabulæ! Igitur is cuius funus cogitatur, ap-
paret vivus & victor. Paris ergo, qui iam
dictus Alexander propter triumphum, post
cum viginti tîremibus missus legatus in
Lacedæmonem, ut repeteret Hesionem (de
qua Isagog. Maij, à n. 15. & Septembr. n. 9.)
à Menelao in hospitium regiè acceptus; iu-
re hospitij, amicitiaque neglectâ, ei uxorem
rapuit, & secum Troiam abduxit; ex quo
orta tot bella, tot hostes. Ovid. *Epist.* 15. &
16. Virgil. 4. *Aeneid.* à v. 206. Euripid. in
Helen. & Turf. cum Briet. ann. 2860.

Eius per-
dia.

Sacra Pal-
stra.

Imago:

16 Apud Cretenses sacra Palæstre, filix
Mercurij. *Diar. Græc.* Anonym. Proni Cre-
tenses in gymnicum, ideoque ab illis certa-
mina tanquam Numina culta. Ctesias in *Per-
sic.* n. 6. Dicitur Mercurij filia, quia is in-
venit artem gymnasticam. Philostr. de *Ima-
gin.* Lutatius Planiad. in 2. *Thebaid.* Statij,
v. 64. Cum Deus scilicet Mercurius (infit)
somnum caperet; quidam dormienti teten-
dit insidias: qui conata peregrisset, nisi eum
filia Palæstra excitavisset: qui cum odio ter-
ra migrasset in cælum, creditus est obisse.
Idem Gyrald. *Syntagm.* 9. n. 1. Picta Palæ-
stra non solum cum Mercurio, sed etiam
cum Hercule. Phornut. de *Deorum natur.*
speculat. n. 16. Imaginem exhibet Chartar.
pag. 217. Palæstra (ait) Mercurij filia, vix
discerni potest, mas ne, an femina esset: nam
facies erat, ut ambigeres, num puer, an puel-
la esset. Flavæ coma, nondum tam longa, ut
in nodum contrahi possent: pectus virginis
erat: ipse mamma ut in adolescentulo molli,
paullum exflare videbantur: brachia à Sole
colorem ducebant. Ei sedenti olea ramus in
sinu positus erat; nam Palæstra hanc plan-
tam diligit.

Sacra Mer-
curio Trif-
megisto.

17 Inter Ægyptios sacra Mercurio Trif-
megisto, seu Hermeti, Iſidis præceptor. *K.*
Ægypt. de quo ob sublimem sapientiam,
ait Augustin. de *Quinque heresib.* cap. 3.
Ægyptios alloquens. *Taus Mercurius, cui
inter Deos tantus honor cultusque à vobis
Tom. I. Epbem,*

allatus est; ut eius nomine Dlem Domini vos
caretis. Hunc tanti apud Iſidem momenti,
ut suæ animæ diceret animam. Strabo, 17.
n. 40. Diodor. Sicul. 1. n. 10. dicens: *Exi-
miâ ingenij perspicuitate in excogitandis
humane vitæ commodis.* Ægyptios imbu-
sciens, illorum etiam legislator. Iſidor. 5.
Origin. 1. & Lactant. 1. cap. 6. & 16. ac de *Ira,*
lib. 11. Apud Græcos & Gallos dictus est
Theutates; de quo nos, 19. *Septembr.* Inter
Ægyptios, *Thoth, & Trismegistus*; apud Ro-
manos, *Faunus*; qui etiam iuxta Iſidorum,
d. 8. cap. 9. Præſtigiū invenit, idest, oculo-
rum nugacem fascinationem. *Hermes Græ-
cè, Latine Interpres* (subdit Iſidor. 8. cap. 11.)
qui ob virtutem multarumque artium scien-
tiam, *Trismegistus, idest, Termaximus no-
minatus est* (etſi Alexand. Neapolit. 2. cap. 8.
asserat Termaximum, quia Philosophus;
Princeps & Sacerdos) *cur autem cum capi-
te canino fingunt; hæc ratio dicitur: quod
inter omnia animalia, canis sagacissimum
genus, & perspicax.* Ita cynocephalus (ut
Anubis, Deus Ægyptius) Mercurius Trif-
megistus. Hemelar. *Numismat.* Tabul. 55.
Imago itaque apud Ægyptios est Cynocephali,
dextrâ spheram, sinistrâ caduceum ten-
entis, cæterâ nudus erat, binis stellis orna-
tus crocodilo insitens, habenque Ammo-
nem arietino capite à dextris, taurino capi-
te à sinistris Serapidem, cum palma & oliva.
Hanc imaginem Iſias archifacerdos posuit,
ut legitur in basi simulacri, apud Georg.
Hervvart. *Theatr. Hieroglyph.* fig. 38. & Kir-
cher. *Prodrom. Copt.* cap. 8. *Obelisc. Pamphil.*
4. Hierogramm. 5. quod mythologiam videſis.

Ægypti ma-
gister & le-
gislator.

Dotus;

Cur Terma-
ximus?

Imaginat;

18 Ibi ergo subdit: *Ab Ægyptijs Ro-
mani instructi, passim ad publica Vota stabi-
lienda, in numismatis Anubidem Cynocephalum
incidebant, sinistro & Caduceo insignem:
& ex altera parte Iſidem cum sinistro, pariter
& cyatho, fructibus pleno exhibebant. Propo-
nitur canis insidentis figura; primò Anubis,
rationis & inventionis Præsidis; secundò,
Sacerdotis: deinde Scribæ sacri.* Termaximus
Iulian. Apostata inhiabat dici (ut constat ex
eius *Epist.* ad Libanium Sophist.) Mercurij
studiosissimus, quia arbitrabatur illum Præ-
sidem Magiz. Unde, uti observat Hemelar.
d. post titulum *Vota publica*, se excudi in
numismatibus fecit imagine Anubidis, ca-
pite canis (aptius esset, Onocephali) dextrâ
sistrum ostendentem, atque sinistrâ cadu-
ceum. Appositè, quod Tertull. dicit de Sen-
natore fidei catholicæ apostata, Iſidis affe-
clâ, à v. 31.

Arrogantia
Iuliani Apo-
stata.

Teque domo propria pictum cum fascibus
antè,

Terrall. *Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam!*
Edibus illa tui semper monumenta manebunt.

DIES IV. FEBRUAR.

Frid. N.

1 **G**Rad. 14. *Aquarij.* Sub quo nati, nautæ, gravati vitæ miseris; maxime coruscante Marte, ait Iul. Firmicus. *Regulus manè occidit.* Alsted. *Uran. Fidicula vespertino occidit, & Delphinus. Auster violentior, & pluit.* Columel. & Ptolom. *Aquarius occidit.* K. P. R. *Vir manu sua pedem amputatum tenens.* Sphær. Arab. Iacobus, postquam moratus est in Socoth 18. mens. transit in Sichimam. Alij dicunt in Salem, ubi Rex fuit Melchisedech, uti dicemus 5. April. n. 3. & 22. Jul. n. 3. Alij fumunt sonum Salem haud pro loco, seu nomine appellativo, sed pro nominis significatione: q. d. *Venit pacificè salvus & intiger viribus ac valetudine, sine ullo infortunio à Socoth in Sichem.* Vid. AA. apud Maluend. in *Genes.* 33. 18. Unde etsi propriè locus accipiatur ibi non mansit, sed pertransijt usque in agrum iuxta Sichem. Ex Hebrais docet Hieronym. in *Tradit.* ibi sanatum femur Iacob, percussum ab Angelo: nonnulli illorum, in Bethel astruunt restitutum sanitati. Vid. 29. *Maij*, n. 1. Quia placuit locus ad pasqua, emit ibi Iacob partem agri, ubi tabernacula locavit, à filijs Hemor: quin obstat, quod Act. 7. 16. dicatur à filijs Hemor filij Sichem: nùm quia Hemor etiam dicebatur Sichem, ut hic notat Beda: cum quia Stephanus loc. cit. non loquitur de emptione Iacob, sed Abrahæ. Vid. Sanct. hic à n. 40. Facilius expositio est; in testimonio Actorum, nihil dici de persona Abrahæ (qui agrum illum non emit, nec minimam partem in Sichem, sed tantum speluncam duplicem iuxta Hebron, de qua 25. *Mart.* n. 6. & 15. *Decembr.* n. 1.) sed vocem *Abraham* sumi patronymicè pro *Abramides* (uti in Scriptura sæpe) tuncque sensus: *Emit Abrahamides Iacob*, utpotè Abrahæ nepos. Hic sensus summè genuinus, quin fingatur, ut figatur, hostis. Emit agrum ut dicitur v. 9. *Centum agnis.* Hebræi apud Maluend. hic, *Centum margaritis*: quod quidem ridiculum, & fanaticum. Stephanus loc. cit. *pretio Agni & argenti.* Utrumque verum. Agnus incussus erat in pecunia. Ita grex multorum interpretum, sed non orthodoxæ fidei, videndus apud Maluend. quò dudum, & quos secuti nonnulli Catholici; quin nova sit huiusmo-

Iacobus transijt in Sichem.

Analogia.

Ibi ager eius

Analogia.

Agnus & argenti
eius signum
moneta.

di acceptio. Plautus in *Truculent.* Act. 3; scen. 1. v. 10. *Oves in crumena detuli.*

2 Aliud etiam exponendum occurrit; sed facile, ni fallor, ex dictis. Agrum, quem diximus agnis, vel argento emptum; Iacobus afferit, tulisse de manu Amorrhæi in gladio & arcu. *Genes.* 48. 22. Moneta sigillata erat arcu & gladio. Multa videtis in numismatibus Græc. apud Goltz. in *Tabul.* Inter Persas numi vocabantur *Sagittarij*, quia in illis impressa sagitta. Unde ut Agesilaus dixit (teste Plutarcho in eo) acceptionem habemus. Recessit ex Asia; & causam interroganti, respondit: *Pulsus fuisse triginta millibus Sagittariorum.* Aliter respondent Masius & Pererius. Primò quidem agrum emisse, sed cum ob stragem Sichimorum fugisset interius Chanaan, iterum Amorrhæos agrum occupasse: quem cum reddere nolissent, vi & armis à possessione expulit. Iuxta Sichem crexit altare Deo vero, & titulum instruxit Deo fortissimo Israël. Vide Petr. Comest. hic cap. 82. Memoria fit præfati prædij, *Iosue* 24. 32. & *Ioann.* 4. 5. Locus celebris prorsum, quippe non solum ibi Ioseph sepultus, sed etiam alij undecim Patriarchæ, ut ait Hieronym. in *Epitaph. Paulæ*, & Sanctius in 7. *Actor.* à n. 38. *Ioseph.* 2. *Antiq.* cap. 4. dicit sepultos in Hebron: postea transferri potuerunt; sed certius, quod ait Stephanus loc. cit. *Patres nostri* (idest, capita tribuum) *translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro.* Vide Tirin. hic, & *Chronic.* cap. 17.

3 Anno 80. vitæ Moyse, cum pergeret cum fratre & uxore in Ægyptum, missus à Deo, & Angelus occidere vellet eò quòd ad circuncisorum scandalum incircuncisum secum ferret filium; Saphora videns minacem Angeli gladium, intelligensque causam, illicò lapide filium signavit ovem Dei, pastoris Israël. Vide Caietan. in 4. *Exod.* Unde Moyse relicto, cum suis filijs reversa est ad patrem in Madian. Haye, Lyran. & Rab. Abrah. loc. *Exod.* cit. sed hic fallitur, dum signat tunc præsentem Aaronem; qui die seq. Moyse occurrit; ut videbimus, n. 2. Abhinc anno 79. iuxta Turfelin. & Briet. sed iuxta Adrichom. 47. in quo fallitur; cum exercitus Israel in expeditione contra Beniamin, bis victus mœreret, iissetque in Siluntin (ut vidimus, 29. *Ianuar.* n. 2.) ut confuleret Dominum de exitu belli contrarian- ti illudusque piæ iustissimæque causæ; ieiunaverunt usque ad vesperam, & holocausta obtulerunt, & super statu belli per Phinees interrogarunt. Iuxta Rab. Ioseph, & Rab. Abrah. in *Cabal. histor.* quatrindub ibi quiescentes,

Et arcu & gladius, & sagitta.

In agro Iacob sepulti
12. Patriarchæ.

Saphora circuncidit filium.

expectarunt oraculum. Vesperè diei quarti, scilicet mensis die tertio, post sacrificium, dixit Dominus: *Ascendite: cras enim tradam eos in manus vestras.* Iudic. 20. 28. Hoc cunctis oraculo in victores semel & iterum Beniaminitas, totus Israël instauravit praelium. Instructio copiarum à Iosepho, 5. *Antiq.* cap. 2. facta dicitur, ita ut media exercitus pars noctu locaretur in insidijs prope Gabaa; & reliqua in aciem produceretur. Aptius Abulensis & Lyran. hic (quia in textu facto hyperbaton & obscurum) in tres turmas divisum astraunt exercitum totum: unam in insidias, ut egredientibus civibus Beniamin, vacuam incenderent urbem, & fumo signarent foris certantibus occupatam. Alteram ut invitaret in pugnam urbis militiam, ita ut civibus egredientibus, insidias possent civitatem intercipere. Tertiam collocatam fuisse ad duas semitas (ne victis esset ullum effugium, captà civitate) simulando fugam, ut post signum datum, copijs in frontem reversis, ab universo exercitu iugularentur uti coronam intercepti. Sic fuit ordo, quo fracti tumidissimi Beniaminitarum spiritus, & belli ancipitis felicissimus exitus. *Senserunt se deceptos* (subdit Ioseph, d.) *& cum consilium in ancipiti metu non suppetere, in convallem quandam compulsi, circumdatis expeditionibus, qui eminens pugnare assueverant; telis, ferarum in modum, sunt confixi. Sexcenti tantum evaserunt incolumes; qui conglobati, & facto cuneo, ferociter per medios hostes eruperunt, & in montem fugam delati, naturam loci se tutati sunt. Israëlita vero Gabaa incenderunt, & mulieres atque impuberes contrucidarunt. Pari modo & in alias Beniaminitarum urbes sevitum est.* Non remansit ullus ex tribu tota Beniamin.

4 Sexcenti fugerunt in Petram Remmon. V. 45. de qua idem Ioseph. lib. 6. *Antiq.* cap. 20. & 21. simulque Adrichom. in *Beniamin.* n. 104. Artoniti indicantur à Rab. Salomone loc. cit. *Iudic.* quia nesciebant, quomodo toto exercitu vallati; evasisse potuerunt. Nobis claret divina providentia, & quia primus Rex Israël futurus ex illa tribu; sed maxime propter Paulum futurum, Doctorem Gentium. Retorquatur Ovid. ex lib. 2. *Fastor.* & 1. de *Ponto*, Eleg. 2. *Ut tamen Herculeæ superessent semina gētis; Credibile est, ipsos consuluisse Deos. Qui nasci ut posses, quanvis cecidere trecenti, Non omnes Fabios abstulit una dies.* Hinc in clade pœnas luerunt Michas & eius mater; uti pro crimine tanto minatus erat Dominus. *In illo tempore.* (ait Philo. Biblius, *Tom. I. Ephemer.*

in *Antiq.*) reddidit Dominus Michas & matri eius, omnia quae locutus est. Micham tradam igni, & erit mater eius in conspectu eius marcescens viva super terram, & vermes exhibunt e corpore eius. Circa finem anni secundi Principatus Machabzi, reluctantibus iugum Idumæis, quos primo retro duobus mensibus, devastaverat (de quo 4. *Decembr.* n. 5.) ne illorum insolentia glisceret; ad illos cum fratribus & exercitu proficiscens, Chebron (idest, *Hebron*) illuc usque auspicijs Epiphanis audentiam extendit Idumæa civitatem, tot insignijs priscorum Patriarcharum nobilem (uti Adrichom. observat in *Iuda*, n. 145.) obsedit, expugnavit, muros & turres evertit, ac eam cum oppidis subiectis incendit igne. Ræuclin. ex 1. *Machab.* 5. à 65. At cum Gentes finitimæ Iudææ Epiphanis partibus studerent impensè, quia ex Iudæorum ruina illis dimanabat gloria; ex Hebron arma convertit in Palæstinos, transiens per Samariam; adorsusque Azotum, diruit aras idolorum & fanam subvertit; ignique cuncta tradidit, spolia diripuit, ac gloriosus, divestique in patriam cum exercitu redijt. *Ibid.* à v. 66. Hac in die posterioribus temporibus (ab hoc articulo elapsis annis 125.) Herodes post captivitatem Hyrcani Pontificis, mortemque fratris Phaseli, exul in Ægypto, cum illinc navigaret in Rhodum, Romam petens, appulit Brundisium. Ræuclin. ex Iosepho, 1. de *Bell.* cap. 11—14. *Antiquit.* cap. 25. & Egesipp. 1. de *Bæcid.* cap. 29. Hinc Romam pergit, resque suas refert M. Antonio & Casari, ex quo eius felicitas, quippe illi nupsit fortuna; uti dicitur, 25. *April.* à n. 8. ex Tornielo.

6 Anno 31. Christi, eius sacri ieiunij in mente dies octavus supra vigesimum. Anno sequenti pervenit transiens per Samariam, ubi facta sceminæ vagæ conversio (de qua, 7. *Januar.* n. 5.) predicans per regionem sub initium Februarij pervenit in Canam Galileæ, quò primum coram discipulis fecerat miraculum. Ibi rogatus à Regulo, filium eius à febris liberavit. Alapid. *Chronol.* n. 15. Ioann. 4. 46. & 53. *Venit ergo iterum in Cana Galileæ, ubi fecit aquam vinum; Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudæa in Galileam.* Iungendum iterum cum *Venisset*; haud cum *Secundum*. Bis in Canam venit, eoque utrumque adventum novo illustravit miraculo. Primum, dum aquam convertit in vinum; filiumque sanavit Reguli, cum iterum eò venisset. Est secundum miraculum in Cana; quippe multa die fecerat in Iudæa. Hac in die à Gislant

Beniaminita prostrati, & penè consumpti.

Cur aliqui saltem ex suis?

Ovid.

Pons Michas & eius mater.

Idumæa denudò subiugata.

Machabæus expugnat Hebron & Azotam.

Herodes pervenit Brundisium.

Christi gesta.

Eius ieiunij dies XXVIII.

Idumæa denudò subiugata.

Idumæa denudò subiugata.

dis signatur trucidatio infantium Innocentium per Herodem, de quo postridie à n. 6. *Ludi Gothici* 7 Romæ, *Ludi Gothici* per sex dies. V. K. R. & ex eo Reufner. Longè à C. V. huiusmodi ludi, quorum apud AA. nec memoria nisi cadente Imperio; ut videtur apud Lazium, 11. de Romæ. Republ. cap. 16. & Hospinian. de *Festis*, cap. 10. Nec sic argumento Ephemeridum notitia congruit, omninò ieiuna; ni dicatur legenti modus ludorum & forma. Dies fuit ater, & Nundinæ Iovi, vel Saturno à Romulo institutz. Nundinæ, quanvis essent rusticorum, in propria commoda convenientium, vel mercium providentiæ, uti observat Rosin. 4. cap. 3. dum fiebant Iovi, feræ erant, eò quòd Flaminica in regia Iovi arietem immolabat. Ibid. cap. 17. Quæ sit Flaminica, dicemus, 1. Mart. n. 12-11. Maij, n. 7. & fusè 15. eiusdem mensis. Tunc in urbem conveniebant ex pagis non solùm in commercia; sed ut leges à Senatu fulminatas audirent, ad quod lege compellebantur. Festus Pompeius liter. N. Totum exposuit Macrob. 1. Saturnal. cap. 16. *Harum originem Romulo assignant (ait) quem communicato regno cum T. Tatío, sacrificijs & sodalitatibus institutis, nundinas quoque adiecisse commemorant. Romanos instituerunt nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent; nono autem die, intermisso rure, ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent: & ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur.*

8 Hac etiam die lamentum Romæ fuit nex Virginie à patre L. Virginio. Cornel. Labeo in *Fastis*. Decemviri constituti sunt in urbe, ut leges allatas à Græcia ordinarent in Reipublicæ regimen (ex quibus post efformatæ duodecim tabulæ, & æreis columnis incisæ; ut latè refert Halicarnass. 10. n. 58. & Tit. Liv. 3. à sect. 93.) in quo absolutum eorum imperium; quippe decemviri creati pro Coss. absque ullis alijs Magistratibus: qui quidem dulcedine supremæ potestatis illecti, noluerunt vel tempore muneris transacto, magistratu defungi: imò decreverunt inter se in perpetuum retinere tyrannicè, sulti satellitio ad execranda flagitia. Princeps Decemviratus erat Apius Claudius, qui contra per se ordinatas, abutebatur legibus; ut quæ potestate non valebat, obtinere conabatur embolijis. Captus amore Virginie, imò amens, in suam potestatem abducere intendit: at cum donis atque blanditijs nequiret; introduxit quendam M. Claudium, qui puellam coram illo iudice in tribunali, diceret filiam esse servæ suæ; quæ rogatu matris Virginie, illa par-

turiente sortum tradidit: quo; Apio suffragante legi (quæ dominis iubet tradi servos, quocunque sint) puella deveniret in potestatem iudicis in stuprum, ad quod instruta rotz trica, & factionis iudicis adornata testimonia.

9 A sponso & alijs amicis fucus litis nunciatur patri, qui erat in exercitu. Venit, contraria testibus legitime validèque probavit; sed nihil obtinuit, cum uti servam M. Claudio puellam tradi iussisset, qui sibi tradi cupiebat; lætusque iam gloriabatur de victoria. Tunc pater cogitans nequitia iudicis, & veritatem & iustitiam proteri; deosculans filiam, cultro Virginie viscera transfadegit, ac in foro mortua iacuit; cum prius ille dixisset: *Hoc te uno, quo possum, modo filia in libertatem vindico: respectansque ad tribunal, Te, inquit, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.* Dion, 11. n. 15. & Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. n. 2. Cadaver (subdit Livius d. sect. 148.) à L. Valerio & M. Horatio (post Coss.) effertur. *Cognati Virginie* (infit Halicarnassius; 11. n. 27.) *ferentes in forum læticam, aliumque ornatum sepulchralem quam poterant pretiosissimum comparantes, elationemque facientes corporis per illustrissima urbis compita, unde à pluribus conspiciendi essent, procedebant. Exiliebant enim ex aedibus mulieres & virgines, descentes hunc casum, floresque aliqua & coronas adversus læticulum iniicientes, alia zonas & baltheos, aliaque vittas virginalis comæ; & quedam retortas criminum detondentes cincinnos. Viri autem capientes aliqua ex proximis officinis, alia pretio, alia gratia, oblati donis ornabant funeris elationem. Erat Virginia omnium Romanarum virginum formosissima: adeò ei supra hominem forma aderat quedam, & gratia forma.* Apius post detrusus in carcerem à tribunis, inventus est elisis faucibus. Alij socij eneeti, alij spontè in exilium acti, publicatis bonis; quo evanuit sceleratorum iudicum decemviratus, iterum electis Coss. Idem qui supr. Rosin. 7. cap. 19. Sallian. Turcellin. Briet. Ann. V. C. 304. & Goltz. in *Fast.* pag. 22.

10 Anno ab hinc 396. coniuratio Catilinæ, de qua 26. Maij, cuius hac die prognosticum in insigni portento, quod refert Dio lib. 37. *Aves (ait) auspicales volarunt; ideoque obnuciarunt: multa fulmina sereno ceciderunt, terra movit, simulacra hominum multis locis visa, lampades in sublime ab occasu ad cælum recurrerunt.* Idem Baling. de *Prodigijs*, cap. 20. Sub eodem titulo Jul. Obsequens, 3. *Fulgures per cælos descen-*

Ludi Gothici.

Nundinæ Iovis, in quibus à Flaminica sacra.

Quo invitunt nundinæ?

Decemviri instituti.

Apus Claudius, Regilianus.

Idem qui tricosus.

Virginia nex & sumus.

Pompa.

Apus Claudius suffocatur, & Decemviratus extinguitur.

Obstentia in comitate nem Catilinae.

scur-

scursantes (inquit) ignisque incendia eodem loco consistentia, terrę mugitus, tremoresque continuos, spectraque, mutatis subinde formis, per aerem se ostentantia, hominum animos terrentes intrepida voces. Haud secus accidit expressio tyrannidis Decemvirorū, dum illis commissa ordinatio legum; ut providentia scriberet in aere, quicquid patiendum in Urbe. Omnia videbantur tendere ad aliquam magnam cladem Reipublicę (refert Halicarnass. lib. 10. n. 2. post crebras contentiones inter plebis tribunos & Patricios) non humanis tantum conjecturis; verum multo magis signis divinitus ad terrorem augendum oblati, qualia nunquam in omni hominum memoria, reperiebantur in publicis relata commentarios: nam cælum arsisse, terram cum mugitu tremuisse, varias spectrorum facies, horrendasque voces oculis atque auribus hominum obversatas; proditum erat sepe antea. Quod verò hæc temis invisum inauditumque plus cæteris omnibus prodigijs terruit, erat nivis in modum, demissa caro frustis maioribus, minoribusque. Hęc ab omni genere avium intervolitantium direpta sunt, priusquam terram attingerent: reliquum quod intercidit in urbe, agrisque sparsum, jacuit multo tempore, nec colore mutato, nec odore contra marem veterascensium carniū: quod Vates indigenę interpretari non potuerunt. Huius pluvie eisdem circumstantiis meminit Plin. lib. 2. cap. 56. Ravil. Text. 7. Officin. cap. 53. Cicer. 1. de Divinat. & Valer. Maxim. 1. cap. 6. n. 5.

11 Inter ostenta in timorem, uti horribilia hæcine describuntur; verum, quantum auguror, ubi spectra, hominūve apparentia simulacra, plus terrent non solum propter deformitatem, sed quia nimis præ horrore perturbant mentem. In sacra pagina dicuntur *Personę tristes*: de quo plura, Tom. 4. T. 7. à n. 13. Pausan. cap. 349. *Vise præterea in eos consurgere heroum species.* Claudian. 1. in Rufin. à v. 125.

Populum movisse Silentiam:
Illic Umbrarum tenui stridore volantam
Flebilis auditur questus simulacra colunt
Pallida, defunctasque vidēt migrare figuras.
Seneca in Oedip. v. 174. *Vaga per lucos simulacra virū, maiora viris.* Delr. hic exponit: *Vel quod ita se res habeat; vel quod in cladibus publicis, metus ipse faciat huiusmodi apparere. Ciceronis Urania in suo Consulatu:*

*Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus:
Iam verò varia nocturno tempore visa
Terribiles formę, bellum motusque movebāt.
Virgil. 1. Georg. y. 477. Simulacra modeste*

pallentia miris. Iterat phrasem (quam à Lucretio, 1. de Rer. natur. v. 124. suppilavit) & 1. Æneid. v. 358. -7. v. 89. & 10. v. 822. Ovid. 15. Metamorph. fab. v. 53. Lucan. 1. Phars. y. 11. -6. v. 512. & 9. v. 641. Petroniusque Carm. 19. v. 139.

Umbrarum facies diro stridore minatur.

12 Athenis sacra Praxidica (distincta à sacris, Orgijsque Praxiergidæ, de quibus die 13. n. 24.) Meurf. Pop. Attic. Templum ei erexit Menelaus post reditum è Troia, quia Deę Praxidicę tribuebatur exitus rerum, seu finis operationum: & à Menelao dedicatum simulacrum iuxta Veneris statuem, eò quod feliciter post tot labores, potito voto, recuperaverit amissam fugitivam Helenam. Pausan. cap. 105. qui dicit vocari Praxidicen, q. d. *Nemesim, idest, Vindicatricem.* Cum uxore enim salvus venerat, & de raptore triumphaverat. Eius filiz propter illam etiam dictę Deę, & Praxidicę, de quibus idem, cap. 307. subdit: *Sub divo earum ades, quas vocant Praxidicas, ac si dicas Vindices. Ad earum aram iusiurandum concipiunt, quod irritam nequiquam habent.* Meminit Orpheus in Hymn. ad Proserpin. & Gyrald. Syntagm. 1. n. 74. *Templum earum Athenis dicebatur Leocoriam, idest, Templum filiarum populi* (inquit Ælian. 12. Var. Histor. cap. 29.) *Praxitheę, Theopę & Eubulę. Has pro salute & incolumitate civitatis Minerva, oscillas esse, fama est, populo eas tradente, Oraculo Delphico. Dicebat enim, aliter non posse servari urbem, nisi illi mactarentur.* Laborabat enim urbs peste & fame, consultoque Apolline, in Athenarum salutem, illas victimas destinavit. Gyrald. Syntagm. 13. n. 56. Praxitheam unam fuisse Gratiarum asserit, quę cum alijs duabus Gratijs mactatę ac dicatę fuerunt Apollini, ut ab Athenis luis removeretur malum.

13 Alij Praxidicen dicunt Venerem. Unde Rhodigin. 29. cap. 18. inquit: *Erat & post Bacchi templum Veneris ades, simulacro ex ebore, ei dicato; quod Praxis cognominabatur, & etiam Venus armata.* Idem Gyrald. d. n. 19. Imago apud Suidam, singularis: igitur *Dea tantum caput constituit solitum.* Arbitror per huiusmodi Deę formam, signari Potentiam, quam Prisci colebant uti Numen, & fiebant Numina, quippe armis, viribusque corporis valebant, ac hostibus prævalebant; unde Amphiaræus apud Statium, 5. Thebald. v. 400. dicebat: *Numen mihi brachium & ensis.* Hinc solemne tam apud Græcos, ut notat Nonius in Tabul. Goltz. 23. quàm apud Romanos, ut ipse Goltz. expressit in numism. Fastor. usquequa-

In institutionem Decemviratus.

Pluvia carnis portensiva.

Spectra, pluri horribilia.

Claudian.

Delr.

Praxidices sacra.

Templum.

Deę Praxidicę.

Praxidices imago.

Et Potentia.

Caput ornatum sagittis, quasi radijs.

quaque (maximè in Augusto, quem propter huiusmodi saltum taxat Suetonius) ornari capita sagittis quasi radijs, quod desumptum ex Æthiopicibus. *Æthiopes cum iam cecinerent, bellum, inferunturque signa saltant venerabundi: nec apud illos citra saltationem excuterit aliquis sagittam, quæ tela capiti pro pharetra, instar radiorum, circumponere, gentium illarum mos est. Ea modo iniicere sese hosti formidinem, opinantur.* Rhodigin. 5. cap. 3.

14 Apud Lacedæmonès sacra Dianæ Cariatidi, cui templum cum simulacro erectum. Meursi: *Græc. feriât. & Castellan. de Fests*, cuius meminit Pausanias, cap. 92. *Carias* (inquit) *vicius ille Diana est, & Nymphis sacer: quo in loco Lacedæmoniorum virgines anniversarium festum obeunt, patrioque ritu saltationem celebrant. Diana signum sub diuo est.* Alij vocant Dianam *Cyndiam*, ut referant quod ab indigenis fictum in stuporem miraculum. *Eius simulacrum sub diuo, nunquam omnino nivæ aut pluvia tangitur.* Polyb. lib. 16. signatque Causin. lib. 2. *Symbol. 20.* Ludus erat puellarum tripudium, imò saltatio (Vernaculè: *No Bayle, sino Danza*) ex eo quod *ibi Castor & Pollux saltationis genus invenere, qua postea in Diana honorem, usa sunt Cariatides virgines.* Gyrard. *Syntagm. 12. n. 23.* Placidius Lucarius, in illud Statij, 4. *Thebaid. v. 230.* *Plaudentique habiles Caria resonare Diana; ait: Templum in Laonia. Dianæ sacrum ex hoc causa. Cum luderent virgines, vulnam templi meditataus omnis chorus; in arborem nucis fugit, & in ramo eius pependit; quam nucem Græci *Garam* vocant. Ergo de arbore & templo, & de Dea nomen accepit.* Insigne delirium vel in mytico! Speciosa prorsus arbor puellarum botro, vel picarum cumulo, & in unico ramulo.

15 Non ita ineptè Scholiastes Theocriti in *Edyl. 18.* *Xerxes* (inquit) *cum in Græciam adventaret, omnes desertà Laconia, metu Barbarorum perterriti; in diversas partes fugere: & cum virgines timore laterent, sacrarium ex hoc evenit, ut eo die quo solitus erat chorus virginum Diana Cariatidi hymnum canere, nemo ad solemne sacrum inveniretur. Tunc itaque pastores à rure in urbem convenerunt: & ne ritus sacrorum interrumpere, pastorali carmine composito, Deæ honorem celebraverunt. Unde post à virginibus celebrata Dianæ sacra, sed stylo pastoritio, & carmine bucolico, rustica saltatione.* Gyrard. d.

16 In his sacris inclytum facinus operatus est Aristomenes Messenijs hostis Spar-

tanorum, quod iurè laudat Hieronymus, 1. *Adversus Iovian.* qui etiam ut maior gloria ipsi, virginibusque raptis esset; denuò perpetratum asserit in *Hiacynthijs*, de quo nos, 24. *Iun.* Præsentem articulum refert Pausanias, cap. 127. Cum Spartam adoriri vellet, Helenæ & Gemellorum specie deterritum fuisse, asserit: Cariatidesque virgines, choros ducentes Dianæ, interdum ex occulto aggressum, parentum opibus & dignitate præstantissimam quamque comprehendit, ac secum abduxit: militesque violare virgines conantes ferro repressit, ac ab iniuria, strenuè civis ex hoste factus, vindicavit; denique integras parentibus lytro facto, restituit. Post pretio accepto inescartus idem conatus facere in sacris Cereris Ægilæ, lætus pessimè cecidit; etenim captus & in vincula coniectus, ut dicemus, die 12. B. 14.

17 Bacchus (iuxta Strabonem lib. 4. n. 50.) ad ostium Ligeris Gallis præcis ridiculo truci que sacrificio celebrabatur: igitur à viris templi tectum quotannis demoliebatur, eademque die ante Solis occasum pristinae formæ & integritati restituendum erat à mulieribus, unaquaque onus ad restauracionem sedulo apportante, curamque opera in illa adhibente; quoniam vel incuria plebatur periculo capitis: quippe si onus excidebat, ut sæpe usueveniebat, maximè si onus grave, atque importabile formæ, ea à viris illic discerpebatur, fiebatque víctima in sacris Bacchi. Meminit huius detestandi ritus etiam Bolduc, in *Oggio Christian.* lib. 1. cap. 1. De Germanis erga Mercurium idem asserit Cornelius Tacit. de eorum morib. cap. 9. *Deorum Maximū, Mercurium colunt, qui certis diebus humanis quoque hostijs litare fas habent. Statio tempore augurij, patrum, in silvam præscam formidine sacram* (hoc est, religione) *omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt, casoque homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia.*

18 Alluditur ad sacra Corybantia, de quibus fusè in *Magna-Matre, Cybelle*, 27. *Martij*, à 11. & 28. à n. 21. primò, ut refert Apuleius, *Metamorph. 8.* *Diū capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus crinesque pendulos in circulum rotantes; ad postremum ancipiti ferro sua quisque brachia dissecat. Inter hæc unus, ex illis bacchatur effusus, ac de imis præcordijs anhelitus crebros referens, velut Numinis divino spiritu repletus simulabat sauciam recordiam.* Videtis hic latè Berozid. Post ex suo ritus protracti ab illis in propinquorum sanguinem,

Aristodemas virgines ab iniuria defendit.

Ceres Ægila.

Bacchi sacra apud Gallos.

Et Mercurij apud Germanos.

nem. Unde Firmicus de *Errore profan. religion.* inquit: *Qui fraternum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur institutum.* Etiam Arnobius, *lib. 6. Oblivionis etiam* (inquit) *Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum istud mysterium traditur: frater trucidatur à fratribus. Parricidium colitur; nam unus frater à duobus interemptus est.* De his Gyrald. *Syntagm. 1. n. 33. & 4. n. 7.* Plato in *Euthydemo* ait: *In mysterijs suis illum quem in sacris initiaturi, in folio collocant, varijsque iocis applaudunt, & choreas ducunt saltantes; eoque modo expiant.* De illorum sacris & pugnis, Iuvenal. *Satyr. 5. à v. 26.*

Iuvenal.

————— *Corybanta videbis, Iurgia proludunt, sed mox & pocula torquent Saucij, sed rubra detergunt vulnere mappà. ————— Pugna fervet commissa lagenà.*

DIES V. FEBRUAR.

NON.

I Rad. 15. Solis in *Aquario.* Sub quo qui nati, luxuriosi & cinædi. Firmic. *Medius Aquarius oritur: tempestas.* Columel.

Ovid.

Iam puer Idæus medià tenuis eminet alvo, Et liquidas misto nectare fundit aquas.

Zona Orionis.

Ovid. 2. *Fastor. v. 145. Turbidus àer Favonij flatu. Zona Orionis oritur.* Ptolom.

Unde nascentem quem primo aspexerit Eoo, Ille pedem cursu insignisque & corporis ipsà Mobilitate vicens, habiles se exercet in artus. Ille animi dubius, & mentis percitus æstro, Turbatus agitur stimulis, mentisque flagello Cura recens, mutatque locos incæptaque, & ager

Pontan.

Principis ipse aulas & limina nota frequêtat, Discursatque foro, & populos rumoribus implet.

Canit Iovian. Pontan. 3. *Uran.* Dicitur Zona Orionis tres stellæ lucidæ baltheum figurantes. Clavius in *Sphæ. Constell. 35.* Orion Hebr. dicitur *Canis fortis, & bellator fortis.* Kircher. d. cap. 6. Etiam *Gigas.* Avenar. Cum Orionis asterismo inter Ægyptios signabatur Noctua & Coturnix: totum in malum portentum. Tyrannidi opponebatur Leo navi vectus, Momphtha & Omphtha, tanquam Numen triplex propitium. Kircher. *ibid. cap. 7. Ala dextra Corvi manè occidit.* Iunctin. K. A. Tergum Leonis oritur vespere. Alsted. *Uranom. Zephirus flare incipit.* Ptolom. addit, de quo postridiè. *Feria puellarum & lactantium.* K. P. R. *Duo viri unicornem equitantes.* Sphæz. Arab.

2 Egressus Ioseph de Hebron, ut diximus, 24. *Ianuar. n. 1.* pervenit hodie lassus in conspectum Pharaonis, solliciti de illo, Regiæque primatibus; quos benigne suscepit, gratus de obsequio factò Iosepho, quem ardentè diligebat, & cuius præ absentia desiderio flagravat. R. Abrah. in *Myrrh. fascicul.* Anno ab huiusmodi articulo 199. iuxta Salian. cum Sephora & filijs, virgæque Dei, committenti se itineri Moyse in libertatem filiorum Israël, monitus à Deo Aaron occurrit fratri in deserto, quod est inter littus Rubri maris & Rameffes, quod dicitur *Desertum Ethan*, quo coram post mutuam salutationem Moyse expressit, quæ Dominus crediderat, & insuper signa quæ mandaverat, & virgam thaumaturgam. Tunc in diversorio, quia Elièzer recens natus non erat circuncisus, cum voluisset Angelus evaginato gladio interficere Moysem (R. Salomon cogitat specie draconis apparuisse) monitus est ab Aarone, dimittere Sephoram in patriam, ut liberiùs fungerentur officio; quod fecit, illà annuente. Post progressi invenerunt Hebræorum Primates, qui Moyse adventum præsenferant. Ioseph. 2. *Antiq. cap. 5.* Anno sequenti perfectum est labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi. Rab. Abrah. in *Myrrh. fascic. ex Exod. 30. 18—38. 8.* Specula olim non vitro, aut crystallo; sed ex ære. Plin. *lib. 33. cap. 9. & 34. cap. 17.* Fœminæ viduæ, vel quæ mundi vanitatem missam fecerant; in signum devotionis sua specula templo Numinis dicabant. Idem Rab. Abrah. Vid. Maluend. loc. cit.

Ioseph ingreditur Pharaonis Regiam ex Hebron.

Aaron Moyse occurrit.

Labrum æneum, seu fons.

Specula dicata Sanguaria.

3 Cuncta quæ valet, torquet in gloriam sui generis Iosephus, estò contrà textus facer. Unde post cladem Beniamiticam plura infarcit partim ficta, partim falsa, ut videris. Si anathemati furore Israëlitarum, non solùm humana propago, sed etiam terra & cuncta, quæ sub Beniamitarum ditione, tradita est, quin relinqueretur mingens ad parietem; unde tam citò facta strages, & malorum illatorum pœnitentia? Patet non ita prompta, dum sexcenti viri, qui fugerant manserunt in petra Reammon quatuor mensibus. *Iudic. 20. 47.* Philo Bibl. in *Antiq.* ait: *Reversus est omnis populus in Silo & Phinees, filius Eleazari sacerdotis cum eis. In tempore eo* (inquit) *Phinees reclinauit se ut moreretur: & dixit ad eum Dominus: Ecce transisti centum viginti annos: & nunc exurge & vade hinc & habita in Danabem in monte* (Rabbini intelligunt Paradisum) *& inhabità ibi annis plurimis: & mandabo ego Aquila mee* (an Deus Israël cum insigni

Figmentum ac delirium Rabbimorū de Phinees.

Iovis) & nutriet te ibi, & non descendes ad homines iam, quousque superveniat tempus, & proberis in tempore; & sic claudes cœlum tunc & aperietur in ore tuo, & postea elevaberis in locum, ubi elevati sunt priores tui; & eris ibi quousque memorabor seculi, & tunc adducam vos, & gustabitis quod est mortis. Insignis desipientia inter Hebræos vulgaris, maximè inter Phariseos, quam refutavimus Tom. 5. T. 5. à n. 2. igitur inolevit apud illos Sem fuisse Phinees, hunc Eliam, & hunc Ioannem Baptistam. Quare cum dicatur Henoch raptus à Domino, & etiam Eliam (postquam verbo, ne plueret, cœlum clausit) cum illo venturum, Præcurso-rem iudicij extremi; tribuit fatuè Philo, vel errore, Phinees, quod Elia cum Henoch competit, ideoque dicit: *Tunc adducam vos, & gustabitis quod est mortis*: igitur ab Anti-Christo interficientur. Alius etiam error inter Hebræos prævaluit, scilicet Phinees vixisse plusquam trecentis annis, & cum extra hominum aspectum fugere præceptum ei; tradidisse ut depositum Pontificatum Heli, ex familia Ithamar, exclusà proprià Eleazari; quippe successores indulserant idololatriæ Israël. Totum ex præcitato Philone. Vita pervenisse usque in Samsonis iudicaturam asserunt Carol. Sigonius de *Republ. Hebræor.* lib. 5. cap. 2. & Genebr. *Chronolog.* ann. 1727. & Rab. Moyes in *Misna*. Despexi sententias, uti ludicras, & impugnavi, loc. cit. & T. 6. *ibid.* n. 2.

4 Anno 16. regni David, quinto die à partu illegitimo Bethsabeè, cum ille exultaret de prole, ne in peiora cæcus rueret, vel ut resipisceret; misit Dominus Vatem Nathan ad gaudibundum Regem. Rab. Eliezer. Ioseph. 7. *Antiq.* cap. 7. asserit, per visum nocturnum illi Dominum apparuisse, ut Regem graviter inculcasset. Nathan verò cum esset prudenter festivus, pendens potentem pravà affectione raptum, facile nec legem audire; comminatione Numinis ad tempus omisà, non prætermisà, illum blandè aggreditur, à quo paradigma astu subtili proponitur. Audito, exarsit, irà commotus, illicò Rex: verum acriori mucrone perculsus, dum audivit: *Tu es ille vir*. Peccasse ingenuè fatetur, intimè dolet, fecisse pœnitet, tantumque mœrorem ex crimine hausit, ut æger iaceret. *Psal.* 6. Dolore ergo culpæ scripta obliteravit, verum pœnam non extinxit: imò uti prima obviavit, quod foetus natus ex crimine postridè interiret. Vitam, quibus potuit modis & obsequijs à Deo postulavit pater; sed in vanum; profecto illi dedecus, tanti facinoris quod mane-

ret monumentum. 2. *Rég.* 12. à 17.

5 Ab hoc articulo evolutis annis 894. iuxta Salian. ut dolo potiri posset improbus Alcimus, larvatus Sacerdos, & in suam potestatem posset adigere Machabæum, qui recesserat, cum Asidæi occisi ab illo (uti dictum, 25. *Ianuar.* n. 5.) & principatum cupiens firmiter stabilire, in dolum excogitavit uti popularium benevolentia: hinc comiter ac blandè appellabat omnes, loquens singulos ad gratiam. Unde brevi numerosam manum adiunxit exercitui credito illi à Bacchide, ex impijs, apostatis, & profugis: quorum opera & flagitijs regionem devastabat, & quotquot ex Machabæi factione ceperat, occidebat. Iudas ut scivit probos & pios ab Alcimo extinctos, regionem etiam obiens, quotquot è studiosis illius possificis in manus devenerant iugulabat: quo quidem Alcimus iam non ausus in regionem cum copijs exire. Hinc anxius tabescebat, cogitans, quid illi faciendum prævalente Machabæo? Reuclin. ex 1. *Machab.* 7. à 22. Briet. *Ann.* 3892. ac Expositores loc. cit. Ad diem 27. n. 6.

6 Anno Christi, 1. & Herodis ultimo, 23. dieb. ante eius interitum, ut videbimus die, 28. n. 10. occisi sunt ab eo infantes Innocentes, duobus diebus postquam Iesus fugerat in Ægyptum. *Post peracta sacra in templo & legalia statim Ioseph fugit cum puero & matre in Ægyptum.* Euthym. in *Matth.* 2. quod constat. v. 13. & licet *Luc.* 2. 39. dicatur: *Ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam, in civitatem suam Nazareth.* Augustin. 2. de *Consens. Evangelist.* cap. 5. arbitratur, per prolepsim dictum, unde Lucas omisit: ita ut sensus sit, quòd post legalia in templo peracta, primò Angelus, cum esset Hierosolymis, de fuga & festina monuerit Iosephum, ut elucet verbis: *Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph*: ut clam de Ierusalem cum puero & eius matre fugeret: & post reditum ex Ægypto, secesserunt in Galileam ad civitatem suam Nazareth. Totum nescitur, quoniam à Scriptura non signatur; & iuxta varias opiniones AA. de morte Herodis, variantur non solum dies, sed etiam anni; de quo videtis Nicephor. *lib.* 1. cap. 14. Baron. in *Apparat.* *Annal.* à n. 99. Anno 1. *Christi.* à n. 1. Alapid. in loc. cit. *Matth.* P. 1. *lib.* 11. in *Daniel.* quæst. 5. Tornicell. *Ann.* 4051. à n. 32. Salian. & Briet. *Prolegom. Chronolog. quæst.* 23. Verum (quia iuxta Tornicell. d. n. 44. Briet. *Ann.* 4054. Alapid. in loc. *Matth.*) dicunt post mortem Innocentium Herodem innumeros contraxisse mor-

Alcimus cõ-
pescitur à
Machabæo.

Phinees non
vixit trecentis
annis.

Davidis ex
corde singu-
laris pœni-
tentia.

Antilogia:

Quando cæ-
des Innocen-
tium?

morbos, & eodem anno quo natus est Christus, fato functum, ante Pascha, post duos penè menses à Salvatoris nativitate, & post quinque dies à morte illarum Antipatro (ut dicitur die 23. n. 16. & 28. n. 10.) necesse est, dicere post fugam Christi, eadem infantium factam, etsi nonnulli signent alijs in diebus; ut suis locis videbitur.

7 Prius non facta carnificina, meditata ab Herode, etsi percussus esset Indubrio Magorum, quoniam accusatus à filijs Romanum processit; quod tantum vagæ imaginationis commentum; ut ex Iosepho optime astruit Baron. *Ann. Christ.* 1. n. 48. Quid dicemus de figmento intolerabili, apud Petr. Comest. in *Histor. Evangel.* cap. 11. *Citatus est Herodes per Epistolam à Cesare Augusto, ut Romam iret: qui cum iter faceret per Ciliciam, audiens naves Tharsensium Magos traduxisse, in spiritu vehementi combussit naves Tharsis, secundum illud David, Psalm. 47. Insigne ratiocinium! Quisquis excogitavit, maris situmque terrarum non agnovit. Non eget tò Abimatu & infra, ignorantia supine expositione.*

8 Aptius cogitant & Baron. & Torriell. *Ann.* 4051. n. 34. scilicet, Herodem existimasse, Magos præ rubore facili credulitate; non invento puero, Iudæorum Rege; hanc ausos fuisse apparere coram eo, ne ludibrio iure exponerentur: quæ de causa in propria procedentes fugerant. Verum cum quotidie augetetur fama Regis nati, exarsa ad cives per pastores, & astructa per Magorum adventum (quam primùm flocciduxit) & aures eius verberassent denuò facta in pueri presentatione, auditis multis narrantibus de Simeonis profetia & Annæ exultatione, annunciantium in terris redemptionem Israël, nato Messia, quem expectabant Iudæorum Regem; delusum se à Magis intelligens, de regni periculo cavens (quoniam nati infantis & terra cælumque testes.) inauditum excogitavit & perpetravit facinus, cui congenita flagitia, & per ipsa fuerat amplexa fortuna. Mittit milites sibi fidentiores, in Bethlehem, ubi natus Salvator dicebatur, & Scribæ nasciturum in concilio dixerant; ut in ea & in cunctis finibus eius, cunctos infantes à bimatu & infra absque ulla miseratione confoderent, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Ex *Matth.* 2. à 16. ijdem, qui dudum, Genebrard. *Ann.* 4054. Adrichom. 1. *Christ.* Comestor, ubi nuper; Salian. Turfellin. & Brietius, *Ann.* 4054. & frequenter Expositores in *Matth.*

9 Carnificina facta (non ex centum quadraginta quatuor millibus, de cuius nume-

ro sit memoria; *Apocalyps.* 14. 1. sed ex quatuordecim millibus, ut ex diversis refert Genebrard. loc. cit.) non solum matrum clamoribus pervenit in Rama, sed etiam Romanam ad Octaviani aures; unde dixisse fertur: (ut inquit Macrobi. 2. *Saturnal.* cap. 4.) *Melius est, Herodis porcum esse, quam filium: igitur inter pueros, quos Herodes Rex Iudæorum intra bimatum insit interfici, filium quoque occisum audivit.* Meminit etiam Baronius, *Ann. Christ.* 8. n. 49. Briet. *Ann.* 1. Genebrard. Alapid. in 2. *Matth.* arbitratum filium occisum fuisse Antipatrum (de quo die 23. n. 16.) quinque diebus antequam moreretur; non bimulum; quoniam in illo spem regni iam senex reposuisset, quasi nato Rege vero Iudæorum Messia, spem haberet conservationis regni in familia propria. Levis coniectura tanti Doctoris, cum vel Macrobius dicat, In *bimatum pueros.* Filius bimulus occisus, fuit quem habuit ex secunda Mariamne, filia Simonis (quem Pontificem fecit, & cuius instantia occidit cunctos viros Sanhedrim ex tribu Iuda, & suffecit Profelytos, de quo 25. *April.* n. 2.) quem quidem eius successorem scriptum, testamento delevit, & post cum cæteris iugulavit. Torriell. *Anno,* 4031. n. 2. ex Ioseph. 1. de *Bell.* cap. 19. Liquidius Philo in *Breviar.* 2. p. in fin. *Item proprium filium, quem ex uxore eiusdem tribus susceperat, interfecit; quod diceretur, iam in lege promissus Christus natus.* Alià videtis die 26. n. 11. - 17. *Mart.* 12. - 5. N. n. 8. - 28. D. n. 7.

10 Ann. 31. Christus fecit illud miraculum insigne trans Mare Galilee, pascens, scilicet quinque millia hominum quinque panibus, & duobus piscibus. Castell. ex *Joann.* 6. Verum manifestè fallitur, quippe ibid. dicitur: *v. 4. Erat proximum Pascha, dies festus Iudæorum:* quod in Februario nequibat esse. Quare aptius designat in 3. *April.* ann. 320. *Enis ieiunij Sanc inconcussus, hunc diem, ann. 31. fuisse dies XXIX. vigesimum nonum eius sacratissimi ieiunij.*

11 Romæ festivus, eò quod Cœlia, seu Clœdia erecta statua, ob eius singularem virtutem, effugientis obsidis vel per Tibertim castra Porcennæ. Smet in *Fest.* Refert factus Val. Maxim. *Inter cæteras virgines (insit lib. 3. cap. 2. n. 2.) obses hosti Porcennæ data, nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique traiectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit, viris lumen virtutis præferenda.* Indicavimus, 28. *Januar.* n. 9. Cum laudata & honorata (quæ illi ut obses à Porpicola restituta) cum alijs, quos illa elegit, liber dimitteretur in urbem à Porcennæ; qui

An Herodes igne absumpsit naves Magorum?

Cur carnificinam dicitur?

Insulat in venio?

Suum filium bimulum etiam iugulavit.

Enis ieiunij

Christi genitricis

Enis ieiunij

Status erecta statua, ob eius singularem virtutem, effugientis obsidis vel per Tibertim castra Porcennæ. Smet in Fest. Refert factus Val. Maxim. Inter cæteras virgines (insit lib. 3. cap. 2. n. 2.) obses hosti Porcennæ data, nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique traiectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit, viris lumen virtutis præferenda.

Transat Tibertim.

per illam sospites, statiam Romæ erexerunt. Ab his positam (ait Plin. 34. cap. 6.) qui unda obfides fuerant, redditis à Porfenna in honorem eius. Non ab ijs, sed à cunctis civibus statutum in virtutis commendationis monumentum, dicit Livius, lib. 2. sect. 43. Pace redintegrata, Romani novam in fœmina virtutem novo genere honoris, statuâ equestri donavere: quæ posita, quæ sacrâ viâ itur ad Palatium. Plutarch. in Poplicol. Statua fuit equestris, quoniam equo Tiberim penetravit, & in ulteriorem ripam sine timore devenit. Claudian. 2. Stilicon.

Claudian. Merfit, & attonitum tranavit Cloëlia Tybrim.

Celebrant Virgil. 8. Aneid. v. 651. Plutarch. de Virtut. Mulier. cap. 14. & Juvenal. Satyr. 8. v. 269. facinus, etiam gestis præclaris obiectis, uti summum extollit, Quod miraretur cum Coelice Mucius, & quæ Imperij fines Lyberinum virgo natavit. Miram, ut constet quantus virtutis animus, & ad illam motus, quod refert Sil. Italic. 10. de Bell. Punic. à v. 492.

Sil. Ital. Nondum cõpleverat primævi corporis annos, Et fluvio spretis miratam interrita Tybrim Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis. Et genus & clara memorandum à virgine nomen.

Huius statua prima Roma dicata. Honor Cœlix in statua amplior, quia equestris, & inter primas prima collocata ac sacra statua. Clœdia enim (subdit d. Plinius) statua est equestris, ceu parum esset togâ eam cingi; cum nec Lucretia nec Bruto, qui expulerant Reges, propter quos Clœlia inter obfides fuerat, decernerentur. Hanc primam & Horatij Coelitis publicè dicatam crediderim. Adis diem 9. à n. 22.

12 Hoc die post 466. annos, secundo Triumviratus, dum iam à Senatu illius confirmata potestas, de quo 27. Novembr. iussu M. Antonij Triumviri occisus est Cn. Seius, amicus M. Æmilij Lepidi, in proscriptione execrabili, scandalo Imperij, ex tyrannica atque odiosa potestate. Seius occubuit, eiusque infelicitas tribuitur equo, ab illo dicto Seiano, eò quòd quicumque equi dominus, malè perit. Meminit Erasim. in Adagijs, Chiliad. 1. Centur. 10. n. 97. Alex. Neapol. 5. cap. 15. & La-Cerd. in illud Virgil. 1. Aneid. v. 756. Nunc quales Diomedis equi: ex quibus originem trahebat Seianus. Hi fuerunt Regis Thraciz omninò feroces, ignem spirantes, singularis coloris & magnitudinis, nutriti humano sanguine, quos à Diomede viribus abstulit Hercules, & à Thracia transtulit Argos. Natal. Com. 7. Mytholog. cap.

Equi Scianus. 1. & Apollodor. 2. Biblioth. cap. 18. Albric. de Deor. imagin. n. 22. & Palephat. 1. de Non credend. fabul. n. 4.

1. & Apollodor. 2. Biblioth. cap. 18. Albric. de Deor. imagin. n. 22. & Palephat. 1. de Non credend. fabul. n. 4.

13 Tota historia ex eventu infausto equestrum, & fabula de genere equorum, refertur graphicè ab Aul. Gellio, ut digna memoria & admiratione. Cneum Seium fuisse (ait 3. cap. 9.) eumque habuisse equum, natum Argis, in terra Gracia; de quo fama constans, tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules illo occiso, à Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicunt magnitudine inusitata, cervice ardua, colore Phœnicio, flavâ & comanti iabâ, omnibusque alijs equorum laudibus quoscunque longè præstitisse: sed eundem equum tali fuisse fato, sive fortuna ferunt; ut quisquis haberet eum, possideretque, is cum omni domo, familiâ fortunisque omnibus suis ad interuersionem deperiret. Itaque primum illum Cneum Seium dominum eius à Marco Antonio, qui postea Triumvir Reipubl. constitutenda, fuit, capitis damnatum, miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cornel. Dolabellam Consulem in Syriam proficiscentem, fama istius equi adductum, Argos divertisse, emisseque eum H. S. centum millibus; sed ipsum quoque Dolabellam in Syria bello civili obsessum, atque interfectum esse. Mox eundem equum, qui Dolabella fuerat, C. Cassium, qui eum obsederat, adduxisset quem Cassium postea satis notum est, à Parthis fuso exercitu suo, miseram mortem optetisse. Deinde Antonium post interitum Cassij, partâ victoriâ, equum illum nobiliter requisisse: & cum eo potitus esset; ipsum etiam postea victum atque desertum, detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus calamitosi ortum: Ille habet equum Seianum.

Equi domini.

14 Eodem die Ann. V. C. 724. Augustus honorem, quem non expectaverat, adeptus est. Ita ergo Goltz in Fastis, pag. 201. inscriptionis monumentum observat: Imperator Caesar Octavianus, in hoc honore Republicâ conservatâ; à Senatu populoque Romano, Pater Patriæ appellatus est. Referunt etiam K. R. Gyrard. Reusner. & Rosin. 4. cap. 4. & 5. Per Valerium Messallam, id mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi, domuique tuæ, Caesar Auguste (sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. & lata huic precari existimamus) Senatus Te consentiens cum P. R. consalutat Patriæ Patrem. Cui lacrymans respondit Augustus: Compos factus votorum meorum P. C. quid habeo aliud Deos immortales pre-

Augustus salutaris Pater Patriæ.

karl, quam ut hunc consensum vestram ad ultimum vita finem mihi perferre liceat? Sueton. in eo, cap. 59. Præ gaudio lachrymans (quod etiam contigit Traiano; populo fausta precantibus; ut ait Plin. in Panegy.) optavitque, ut perpetuo illa appellatione dignus esset. Nervosè ac eleganter Ovid. 2. Fastor. à v. 121.

Dum canimus sacras alterno pectore Nonas,
Maximus bis fastis accumulatur honor.
Sancte Pater Patria, tibi plebs, tibi curia
nomen.

Ovid. Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Res tamen antè dedit: serò quoque veratulisti

Nomina, iam pridem tu pater orbis eras.

Summè popul. Roman. acceptus.

15 Testimonium amoris fuit honor excellentioris magnificæ dignitatis: equidem ita cunctis acceptus; ut nonnulli testamento suis hæredibus imponerent, deferri in Capitolium victimam, eò quod superstitem Augustum reliquissent. Sueton. quò dudum: cunctis conclamantibus: De nostris addat tibi Iupiter annos. Ideo ut Reipublicæ tutor datus à Iove, & Cicero somniavit Deum illum catenâ aureâ demisisse de cælo; expositis in prognostica illius amabilis regiminis alijs ostentis, de quibus fusè, 25. Decembr. à n. 11. ex Sueton. ibid. cap. 94. & Pier. Valer. 48. cap. 17. At cum lata tristibus nunquam mista; eodem die nuncium accepit de vitæ discrimine M. Vipsanij Agrippæ, apud illum magni pretij, & iure; non tam affinitate, quam dotibus singularis & prudentiæ & providentiæ: qua de causa ann. C. V. 735. apud Goltz. d. legitur ex Senatusconsulto: Imperator Caesar Augustus & M. Vipsanius Agrippa Reipublica constituenda potestatem in quinquennium acceperunt.

Infirmatur letaliter M. Agrippa.

16 Ann. ab hinc retrò 254. C. V. 488. de Salentinis triumpharunt Fabius Pictor, & D. Iunius Pera Cofs. Ille in Kalendis (de quo n. 16. hic Nonis. Goltz in Fastis, pag. 80. & Reufner. in Diar. Hoc bellum prorsum iniustum avaritiâ ac rapacitate Romanorum, etsi coloratum fœdere cum Pyrrho, Epirotarum Rege, ac Romanorum hoste, ut indicatum, 25. Ianuar. n. 11. De illo Briccius, ann. cit. Rebellovere Salentini, iunctique arma Romanorum concitarunt: verùm belli huius memoria deleta est, nec nisi in Tabulis Capitolinis & triumphorum albo remanet.

Triumphus Iunij Pera.

17 Athenis Vottium sacrum, institutum in Thesei honorem, quo in festo puellæ choreis agentes; canebant: Eamus Asbe-

mas. Meurs. Græc. fertat. ex Plutarch. in Theseo. Haud institutio cogitata quia ex dispersis hinc inde constituit civitatem, quæ à Minerva accepit nomen Athenarum; cuius congregationis festum dicebatur Metæcia. Agemus 16. Iun. num. 13. Festivitas à puellis, quæ etsi in civitate sub Ægea nata, fugiebant in pagos, ne ingrederentur in sortem ad Cretensem Minotaurum sub iugo Minois. Instituerat enim ut quotannis pro vestigali in Minotauri cibum (in labyrintho Dædali inclusi) septenos viros Athenienses mitterent, totidemque puellas. Hygin. fab. 41. Apollodor. 3. Biblioth. à n. 1. & Ovid. 8. Metamorph. fab. 2. Theseus filius Ægei, Athenarum Principis, in sortem sese ultrò obtulit, in labyrinthum inclusus Minotaurum aureo Ariadnæ filo ductus, interemit, victor Athenas cum pueris & puellis appulit, excusso iugo lamentabilis fortis: quo quidem cum iam virgines essent liberæ, periculique expertes, ex burgis processerunt gaudibundæ in civitatem; canentes, Eamus Athenas. In huius libertatis memoriam instituerunt Vottium sacrum: chorulque finem habebat ad navem Thesei. Navim triginta remis aptam, in qua cum pueris Theseus abiit & rediit, Athenienses usque ad tempora Demetrii Phalerei conservarunt; ligna vetusta subinde dementes, nova alia valida addentes, ac compingentes: ita ut Philosophi de ratione incrementi disputationibus navis ea exemplo fuerit; cum alij eandem navim permanere, alij non perdurare dicerent.

Vottium sacrum.

Metæcia.

Navis Thesei.

18 Eodem die, quinto Dystri, seu Dioscuri, coram Alexandro Magno iuxta Miletum; puer vocavit Delphinum, qui eius vocem statim agnovit, & dorso veniens ludibundus accepit, in mare longius abduxit, rursusque in littus deposuit. Alexander Neptuno gratum puerum esse dixit: quapropter huius Numinis factis. continuo præfecit. Diar. Alexandr. Refert Athen. 13. n. 7. Strabo, 14. n. 31. Plin. 9. cap. 8. Dalecamp. hic & Alex. Neapolit. 2. cap. 6. Plura videlicet, Isagog. Novembr. n. 14. & 19. Pausan. cap. 109. Ego sanè (ait) delphinum vidi, quæ puero à quo sanatus fuerat, cum à piscatoribus vulnus accepisset; quasi mercèdem curationis penderet, dicto se audientem præbebat, & eundem quocunque ille iussisset dorso transvehebat.

Delphinus pueri amansus.

19 In Arcadia eodem die sacra Dianæ Apanchomene, quæ prius dicebatur Condylatis, à quibus excludebantur pueri. K. Græc. Modò dicta Apanchomene, idest, laqueo strangulata; quoniam cum iuxta eius

Diana Condylatis, & Apanchomene.

templum aliquot pueri luderent, invento forte funiculo, Diana signum obligato collo per lusum trabentes, Dianam strangulari, delibabant. Eos Caphyenses cum deprehendissent, lapidibus obruerunt: quod tamen factum non bene eis cessit: communis enim pestis foeminis incescit; ut omnes quae uterum ferrent, foetus per abortum abijcerent mortuos: neque autem malum cohiberi potuit, quam Oraculi monitus iussi sunt, sepultura pueris honorem habere, & illis quotannis inferias mittere; quod insontes perempti essent. Paulan. cap. 254. Iccircò sacris & templo arcentur pueri, ne iterum Diana laqueo suspendatur: cuius simulacrum habebat funem ad collum, & in capite sextile Lunæ, ad pedes canem, ac in dextrâ arcum sine sagittis. Pier. Valerian. 38. cap. 32. Historiam refert etiam Gyrald. Syntagm. 12. n. 44.

Imago.

Dea Maxima.

Isis & Venus Egyptia.

Ritus sacræ & vitæ.

20 Inter Ægyptios, 5. Phamenothe summe festivus propter sacra Deæ Maximæ. K. Ægyptiacæ. Quænam Dea Maxima divinare debemus. Isthoc nomen titulusque duntaxat invenitur apud Herodotum, 2. n. 12. Isis absolute Dea Ægypti, ac apud Kircher. intelligitur Venus Ægyptia, de qua infra. Sacrificium & victimæ ritus proferuntur ab Herodoto, d. Quam igitur (infit) Deam Maximam esse censeant, & cui maximum festum celebrent; iam nunc dicam. Postquam ieiunaverunt pridie festi, atque obdormierunt; bovem immolant, cumque corio exciunt & alio totâ vacuant: intestina intra ventrem adipemque relinquunt: crura truncant & extremos lumbos, armosque accervicem. His actis reliquum bovis corpus stipant panibus puris & melle, & vva passâ, & ficis, & thure, & myrrha, atque alijs odoribus. Ubi hac insarferunt, adolent, multum vini oleique effundentes; ieiuni tamen, priusquam sacrificent. Dum sacrificium ardet, omnes verberantur. Postquam vapulaverunt, dapes ex sacrificij reliquijs proponuntur. Boves mares, eosdemque mundos, ac vitulos universi Ægyptij immolant: ac foeminas eis immolare non licet; utpotè Isidis consecratas; nam Isidis simulacrum muliebre est, bubulis præditum cornibus; quemadmodum Io Græci describunt.

Nephe.

Imagines.

21 Quæ à præfato Herodoto Dea Maxima insignitur Isis Ægyptia, seu Ægyptia Venus, vel Venus celestis, Urania, ac Celestis foemina, pulchra & perfecta dicitur à Kircherò ex pluribus AA. Tom. 1. Oedip. Ægypt. Syntagm. 4. cap. 13; & Tom. 3. Syntagm. 1. cap. 5. Inter Coptos frequentiore titulo Nephe, de cuius sacris, varijsque imaginibus, fuscè 1. Decembr. In Mensa Isiac.

sunt eius singulares imaginès, illius virtutum, munerum ac gratiarum hieroglyphica, utpotè inventa & excogitata in Ægyptiorum schola. Foemina pingitur respectu Solis superioris dominantis, sed in subditos vim masculam possidens: velato tutalatoque capite sedet in throno, cui substat figura Genij boni, adinstar Angeli, sive alati ministri, geniculati, in modum supplicis; in manu loti florem habentis, sicut ad pedes leonem; figuræque avis & crux ansata. Etiam ibid. figur. 5. effigiatur foemina genuflexa cum canistro; & agathogenio figurâ serpentis aspidis, & capite accipitrino alis expansis, bisulcæque flammâ, quasi radijs. Similiter pingebatur imagine foeminae sedentis, pennam ibidis tenentis in dextra, cum loti, perleæque folijs intermedijs: cui adstabat Androsphynx, hoc est, figura leonihumana, alis conspicua. Nescienti mysteria, hæccine videbuntur instructa à petulca phantasia, vel in risum ludicra. Si expositio desideratur, invenitur apud Antiquarium insignem, Kircher. loc. cit. & in Obelisco Pampbil. lib. 9. in Hierogrammatism. Idear.

22 Quasi tutelatrix, malorumque expultrix etiam eius imago obiecta, atque in cælo collocata; ut excussa in Ægyptiorum Zodiaco ad Hemispherium Boreale; ubi sedens obijcitur, cum scutica, tutulo, aspidibus variegato, & cruce ansata; cum alia geniculata figura. Hieroglyphica delicat Kircher. d. Tom. 2. p. 2. Class. 7. cap. 7. Res sibi commissas cura habet, & contra iniurias defensionem suscipit. Sedet (ait) ad indicandam potestatem: scuticam in manu tenet, ad propulsationem malorum, arcane significandam: tutulum gerit germinibus compactum, ex quo serpentes emergunt; ad vitam & fecunditatem, quam confert, indicandam. Cracem ansatam gerit, ad influxus amplitudinem. Estque simulacrum alterius Naminis Tutelaris, genibus flexis, contra Draconem, ut protegat. Hinc etiam pingebatur duobus sceptris, in loti florem desinentibus: in quorum dextro Androsphynx collocata: in sinistro herba Modmodin, quam Mystæ vocant Sanguinem Martis, & Antidotum mortis; ut idem refert de Herbis Ægyptior. in Theatr. hieroglyphico, cap. 2. §. 34. & cuius sæpe meminit Tabula Bembina. Sat ergo de Dea Maxima: alia alibi.

Alia simulacra.

Herba Modmodin.

Monimentum Zoroastri.

23 Hac etiam die iuxta Abenephium in Hist. Arabic. dirutum monumentum Zoroastri, quò eius conditi cineres, Persis ab ipso prænunciato omine integritatis & imperij permanentiæ, si ibidem reliquiæ conditæ, ut vidimus 12. Ianuar. à n. 8. obser-

vat-

vatque Iacob. Boulduc, 2. de *Eccles. ante leg.* cap. 11. Aperto loculo huius insignis Magi, inventi simul eiusdem fursuris libri, qui sunt quatuor de *Natura*, de *Gemmis*, unus: de *Apotelesmatibus asteroscopijs*, quinque, & etiam *Oracula*, seu *Symbole Chaldaica*. Iuxta Eusebium, alter etiam liber, dictus *Sacer*. Iuxta Constant. de *Re rustica*, alius de *Signifero*, & *significatione Tonitru*. Vide-
 fis Gyrald. de *Poetis*, Dialog. 2. Plin. 30. cap. 1. Cael. Rhodig. 2. cap. 23-3. cap. 6. & 9. cap. 23. Iul. Cæsar. Bulenger. 1. de *Magia*, cap. 1. & 6. & Diodor. Sicul. 2. *Biblioth. n. 9.*

Apertum, ubi libri eius iacenti.

24 Tres fuisse Zoroastres, præfati AA. astruunt; sed nescitur cuius fuerint Oracula, seu Symbole. Arbitror ex tenore sententiarum fuisse Zoroastrem Pamphilum, seu secundum dictum Proconnesium (non Chammum, vel *Mesraim*, de quo, doctrinæ commendatione, Magiæ præstigijs, ut fatuos seduceret; scribit Rhodigin. d. lib. 3. cap. 6. *Arbitrantur Chaldaeorum scientissimi à rationali anima id (quod non ferè mirabilius*

Præfigia.

quicquam) quandoque effici quoddam radorum splendore ab ipsa manantium, illustratum divinioris modo corpus; ita ut surrigatur in sublime, ad id maximè conferente insita radijs levitate: quod Zoroastri, veteris Theologie peritissimo contigisse, proditum memoria scimus. Ibid. ipse (dum cuncti Magiæ transfigurationem apparentem attribuunt) asserit fuisse glorificationem, quod quidem ludicrum. Pende. *Contigit hoc potissimum (infit) ubi tota in Deum, patrem luminum, consurgit anima; & illic amplissimè luce perfusa collustrataque rapitur coruscans, atque similiter luminose claritatis radios transmittit in corpus. Hac est anima que solà mente vivens evadit Angelus, ac toto pe-
 ctore Deum concipit: de qua Magorum princeps (Zoroaster) ita cecinit, ad verbum ferè translata sententia: Hominum anima quodammodo Deum contrahit in seipsam; quando nihil retinens mortale, tota divinis haustibus inebriatur.* Profecto doctrina sana & catholica, quam etiam denunciavit Plato in *Pimandro*, Hermodorus, de *Disciplinis*, Diogen. Laërt. in *Proem. ad Vitas Philosophor.* & Suidas in *Zoroastr.* Longè tamen à Pithonismo, unde de fœminis fanaticis dicunt Poëtæ: *Plena Deo.*

Unde in corpore animæ radij

25 Oracula memorata Michaël Pfellus exposuit uberiore obscuritate. *Hermippus de huiusmodi arte scripsit diligentissimè, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis, explanavit: inquit Gyrald. d. Modus ac stylus sententiarum haud olet diale-*

ctos idiomatis Assyrij, sed Ægyptiaci, ut constat ex Trismegisto, & Iamblico in *Ægyptiorum Mysterijs*. Thom. Stanleius in *Historia Philosophia Orientalis* (quam ex Anglico in Latinum idioma vertit Ioann. Cree) in *Proem. lib. 4.* de huiusmodi Oraculis ait: *Sub nomine Zoroastris circumferuntur. Non desunt quidem qui ea quasi supposititia damnant, dicantque à Græculo Pseudo-Christiano conficta: fortè quia sectatores Prodi-
 ci heretici dicitabant, se arcanos Zoroastris libros habere. Ioannes Picus Mirandulanus aiebat sibi esse ipsum exemplar Chaldaicum.* Sit ergo vel non sit. A pluribus oracula sunt collecta, sed novissimè à Cree exposita notis selectioribus, & divisa per materias, quas apponerem cum symbolis, ni apud præfatum Auctorem facile possent legi, sed difficile interpretari propter obscuritatem. Proclus in *Timeum Platon.* asserit, huiusmodi Assyriam Theologiam à Deo revelatam fuisse. Sæpe his symbolis utitur ad explanationem sapientiæ occultæ mystarum Coptorum, eruditus Athanas. Kircher. in *Prodrom. Gopto*, & in *Oedipp. Ægyptiaco*, ex AA. interpretibus, alijsque viris eruditionis singularis. Aliqua etiam dicemus 8. *Iun.* ubi memoria de *Mente*.

DIES VI. FEBRUAR.

Rad. 16. *Aquarij*, qui faustus VIII. Id. exponitur à Darioto. Sub quo qui nati potissimè ex igne clamorata opera affabrè & scitè perficient. Iul. Firmic. *Crux dextrum Aquarij vesperè occidit.* Iun. in. K. A. *Fidicula occidit, & Favonius ab occasu stat.* Ptol. Ovid. 147.

Quin etiam si quis Boream horrere solebat, Gaudeat: à Zephyris mollior aura venit.

Ovid.

Est autem Favonius genialis mundi spiritus, qui Græcè Zephyros vocatur, flans ab occasu æquinoctiali adversus Eurum, sive Vulturum. Plin. lib. 2. cap. 47. *Flatus Favonij vernum tempus.* lib. 18. cap. 25. & 26. *Equarum à Favonio vento conceptu nobile.* lib. 4. cap. 22. & 16. cap. 25. *Candidus dicitur ab Horatio 3. Carm. Od. 7. v. 1. quia vernum aërem clementiorem facit.* Torrent. hic: unde Lucret. 5. de *Re. natur.* v. 701.

It ver & Venus, & Veneris prænuncius ante Pennatus graditur Zephyrus. Lucret.

Olim ventis sacra fiebant, ut dicemus 8. *April.* Alexandriæ Zephyrus templo honoratus, ubi, ut ait Athenæus, pag. 245. lin. 13. & Dalecamp. in Plin. 7. cap. 37. lit. E. *In templo Zephyri à Ctesibio vas fabricatum, quod appul-*

Zephyrus, templum, & vas

pulsu aquarum eliso spiritu; & bellicum canebat, & hilares festivosque modos personabat. Vir ignem manu tenens. Sphær. Arab.

2 Anno O. C. 2464. sollicitus Amran de foetu uxoris Iohabed, è cælo roboratur dictum enim illi: *Puer iste cuius natiuitatis metu Egyptij vestros foetus ad necem damnauerunt; tibi nascetur.* Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 8. Vide 7. *Maij*, n. 3. Anno ab hinc 120. Moyses monetur à Deo de proxima morte, nimirum in crastinum. *Seder-Ol. cap. 10. & Leonard. Mar. in K. Deuten.* 31. 14. Ubi tam ipsum, quam Iosue stare iussisse Dominum in tabernaculo testimonij; dicitur; descendenteque nube, scribi canticum Deuteronomij præcipitur, Iosueque in regimen durissimi populi confortatur. *ibid.* Vide postri die à n. 3. & 13. *Octobr.* n. 1.

3 Posterioribus temporibus, à morte Moysis, ann. 297. & 2. sui Principatus, Samsonem quiescentem in spelunca Petre Ætham (ut videbitur, 6. *April.* n. 5.) Philisthæi avidè quærebant ad necem. *Briet. ann.* 2881. Nesciebant quò esset; unde ut appareret, usi ampliore tyrannide in fœderatos: igitur ascendentes in terram Iuda, ultimam interminati sunt vastitatem, ni Samsonem dederent, geminæ cladis auctorem. Illi ne tota tribus impeteretur bello, & damni illati apud dominantes ulla essent in suspicione; cum tribus millibus ad petram Etham veniunt, causam exponunt, rogantque ut se dignetur ligari (in sententia Iosephi lib. 5. *Antiq.* cap. 10.) & præmisso iuramento, descendens de petra, in cognatæ gentis potestatem se permisit. Vincula ipse induit lutea, duplicique ligatus fune, & novo fortiter perplexo, ad Philisthinorum prope castra adductus est, nimirum usque ad torrentem Sorec, descendente in Palestinam per Vallem botri. Ad spectaculum multi convenerant, ut usque ad satietatem opprobrijs vexarent, & tormentis divexarent; sed cum proxima esset traditio iuxta locum ex facinore sequenti, vocatum *Lathi*, in conspectu urbis Hairsemes, quæ dicta Civitas Solis (*Iosue* 19. 41.) repente Samson excussos funes abruptit, arreptaque quæ fortè iacebat in campo, asini mandibulâ, ex latis futura spe, spectatoribus, mille solus trucidavit, dissipatis fugâ reliquis, ac victoriâ exultans, nullo invadente, proiecit maxillam; quapropter locus deinde appellatus *Ramath-lechi*. *Raschi, & Abrah. Zachur in Iuchasin, ex Iudic.* 15. à 9:

4 Exercitio lassus ac sitiens, haud (quia ibi aqua non erat) poterat refocillari: unde ad præces eius è dente projectæ maxillæ fons

erupit, qui deinceps perennis in tanta victoriæ monumentum. *Ioseph. d. & Adrichom. in Dan,* n. 43. 47. & 57. Meminit Hieronymus in *Epitaph. Paula.* Iosephus ut aliquid novè citra veritatem proferrèt, subdit: *Victoriâ plus satis elatus, & opis divinæ immemor, cum totum sibi tribueret, quòd maxilla tantum armatus fudisset, ac fugasset hostiles copias; ingenti siti oborta, confessus, nihili esse quantaslibet vires humanas; Deo victoriâ acceptam retulit: supplexque rogavit, ut arrogantia datâ veniâ, succurreret, & periculo se eximeret. Nec irrita fuere preces;*

sed copiosus fons subitò è quadam petra prorupit. Si è dente maxillæ; iam apertè mentitur; sicut in arrogantia ficta: dicitur enim v. 18. *Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam, atque victoriâ; & en sitâ morior.* *Refutavi, Tom. 4. T. 13. n. 6. Chrysostom. Homil. 15. ex varijs locis Matth. asserit, fontem erupisse è maxilla, cum ille haberet in manu. Vide Serar. hic à quæst. 11. Tertullian. lib. 5. contra Marcion. succinit:*

Pro populo solus, nullo mucrone, nec armis, Os retinens asini, prostravit corpora mille. *Briet. ann.* 2885. astitit per tres annos Samsonem nullam hosti intulisse hostilitatem, sed tantum munere functum iudicando Israëlem; quousque ut illis illuderet ingressus est in illorum metropolim. *Adi diem* 14. n. 2.

5 Post annos 107. in Brietij calculo; hoc eodem die & in eodem loco *Maxilla* dicto, uti affirmat Iosephus, 7. *Antiq.* cap. 10. *Sebas*, quem Scriptura vocat *Semma*, in primo bello cõtra Philisthijm, Davidis tempore, cum ab illorum agmine fugerent Israëlitæ; in agro lente pleno, Dei virtute (ut asserit Sanctius) adversus cunctos stetit, ac vicit, faciente Domino salutem magnam in Israél. 2. *Reg.* 23. à 11. Antilogiam offendimus: igitur hic, v. 12. ager dicitur, *lente plenus.* 1. *Paralip.* 11. 13. *Plenus hordeo.* Licet nonnulli dicant partim hordeo, partim lente seminatum; non placet. Non ab uno factus gestum, sed ab Eleazaro occisi sunt Philisthæi, in agro hordeo pleno: à *Semma* in agro, lente; ut constat ex contextu. Deinde; que explicatur, v. 14. ubi: *Hi steterunt in medio agri & defenderunt, &c.*

6 Post duos menses ab eiectione Simonis, templi præfecti extra Ierusalem, quæ malignitate adversus Sanctum Oniam disculus cuncta sacra ac politica perturbabat, ut dicemus, 11. *Decembr.* n. 4. & ferè annum à flagellatione Heliodori per Angelos, de quo, 22. *April.* à n. 6. sexto Adar præfatus Onias processit in Anthiochiam ad Seleucum.

Moyses patri nunciatur.

A Domino de crastina morte monetur.

Secunda victoria Samsonis de Philisthæis.

Fons Samsonis.

Victoria Semme.

Antilogia.

Onias Sanctus venit Anthiochiam ad Seleucum.

cum. Rauclin. ex 2. *Machab.* 4. à 11. Ex audacia Heliodori etiam de cælo coercita, vires assumpsit Simonis præfati malitia: igitur ut apud cives malè audiret Onias, quæ ipse fecit, à Summo Sacerdote factum in populo sparsit, illum insimulans prodicionis in suos, quasi Pontifex advocasset spoliatores populi & templi: favente simul Simonis factioni Apollonio, Duce Cœlesyriæ, qui furebat, eò quòd frustratum cœlitus sacræ pecuniæ subtractionis propositum. Quapropter ut compesceret auctoritate regiâ, quæ gliscebat intra Ierosolymam, pestem profectus est Onias ad Seleucum Philopatorem, qui priùs misso exercitu Heliodorum iusserat templi ærarium exhauriri: ut scandala tolleret, & pacem eiecto extra Iudæam Simone, in urbem introduceret. Ac quievit petitioni Seleucus, & Onias diluens Simonis calumnias, potitus est voto. Serar. Alapid. & Sanctius hic, n. 2. Intercessione Heliodori, qui per Oniam vitâ fruebatur factam gratiam, refert Briet. *Ann.* 3671, Fallitur Philo, cum dicit *De temporib.* p. 2. tunc Oniam à Seleuco templo spoliatum.

7 Abhinc anno 58. iuxta Torriell. eodem in die, postquam reversus à Babylone transacto triennio, missis tribus legatis, Ioannes Hyrcanus societatem & amicitiam impetravit à Romanis. Ioseph. 13. *Antiq.* cap. 17. Solicitata ergo, sicut à Maioribus fuerat, ut magis se communiret Hyrcanus adversus Reges Syriæ & Ægypti. Voto potitus est, quoniam non solum Senatus optata concessit, sed insuper rescindit quæcunque attentata per Sidetem in Parthia occisum, ut vestigalia annua, & reliqua omnia: ita ut Iudæis restituerentur Ioppe, Gaza, portus, fontes, atque urbes Palestinæ; quin deinceps Syriæ Reges ullâ potestatem exercent in ditioe Iudæorum. Datis ergo literis commendatitijs ad eos, per quorum loca erant transituri, & de publico pecuniâ ad viaticum, Prætor honoratos Senatus nomine remisit in patriam. Idem ibid. Torriell. Saljan. & Briet. *Ann.* 3926. & Genebr. 3983. Iuxta Ruffin. in versione Iosephi, *lib.* 14. cap. 17. etiam adsignatur hoc in itinere renovatio prisce amicitia cum Lacedæmonijs. *Decretum* (inquit) *intimans nostri populi sententiam, petens custodiri vel ampliari nostras cum Iudæis amicitias, ut meminert Hyrcanus Princeps Sacerdotum gentis Iudææ, ex temporibus Abraham, qui omnium Iudæorum pater extitit, nostros Maiores amicos eis fuisse, sicut in publicis conscriptis invenimus.* Idem Serar. in *Commentar.* 1. *Machab.* 12.

Hyrcanus cum Romanis renovat amicitiam.

Et cū Spartiatis.

8 Anno Christi 32. postquam in montem fugit, ne à turbis, quas paverat, constitueretur Rex, ut pridie relatum, *num.* 10. ad illas redijt die sequenti, ac occasione panis, seipsum dicens panem vivum & verum, proposuit mysterium Fidei; de quo inter nonnullos ortum scandalum, verum excepto Hicariote, longè à cæteris Apostolis. Unde pro cunctis Petrus: *Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus.* Castell. ex *Ioann.* 6. 69. Anno 33. docetur à Christo adolescens de paupertate Evangelica. Alapid. n. 55. Certum profectò, in eius ann. 31. hunc diem fuisse trigessimum ieiunij sacri.

Christi gesta.

Eius Ieiunij dies XXX.

9 Romæ dies ater. *V. Kalend. Roman.* Non solum dies Ægyptiacus, quippe post Nonas; sed etiam propter infausa, quæ in illo contigerunt. *Ann. V. C.* 271. stuprum ac supplicium Opimiæ Vestalis. Gruter. in *Thestur. critic.* Opimiam vocat Halicarnasæus; Pompiliam, Brietius; Oppiam, Tit. Livius. Invisus militiæ Romanæ erat Consul L. Valerius, propter accusationem atque necem Spur. Calsij, de quo 7. *Januar.* n. 21. Unde nihil egregium fecerunt, coram habentes hostes Volscos & Veios. *Abusebantur viribus, inter semetipsos certando* (refert Liv. 2. à sect. 131.) *Accessere ad agrariam omnium mentes prodigia cœlestia, propè quotidiana in urbe agrisque ostentantia minas: motique iræ Numinis, causam aliam Vates canebant: publicè privatimque, nunc extis, nunc per aves consulti, quam haud ritè sacra fieri: qui terrores eo evasere; ut Opimia virgo Vestalis damnata incesti pœnas dederit.* Quæ prodigia, & eandem causam exprimit Halicarnasæus. *Interea* (inquit *lib.* 8. cap. 58.) *dum hac in castris geruntur, in urbe observata sunt multa prodigia, Deorum iram significantia. Exaudita ominose voces incerto auctore, observata oculis nova spectrorum facies: quæ omnia eò tendebant, ut creditum Vatis simul consultis & Pontificibus, Deos offensos esse, quorum sacra non ritè fierent. Quam ob rem magnâ inquisitione secuta; tandem iudicium ad Pontifices delatum est, unam Vestalium, ignis sacri custodem Opimiam, amissa virginitate, sacra polluere: cuius criminis verâ confessione questionibus expressâ, alijs quoque argumentis convictam, traduxerunt per medium Comitium, demptâ prius capiti coronâ suis manibus, vivamque defoderunt in specu. Duos verò eius corruptores flagitij coargutos confestim necaverunt, verberatos publicè: quafacto, mox litatum est; & Vates responderunt, placata iam esse Numina.* Idem Briet. *ann.* præcit.

Opimia Vestalis suffunditur.

Offensa in manifestatio nem secleris.

10 Eodem die post ann. 390. V.C. 681.

Judicium ne-
farii de P.
Rutilio Ruf-
fo.

Confilib. C. Valer. Flacco, & M. Herennio
Nepote, iudicium iniustissimum in causa
P. Rutilij Rufi: de quo Seneca *Epist.* 24.
Damnationem suam (ait) *Rutilius sic tulit,*
tantum illi nihil molestum esset aliud, quam
quod male iudicaretur. Exilium Metellus
fortiter tulit (Vid. *Florum*, 3. *cap.* 16. & 17.)
Rutilius etiam libenter. Alter, ut rediret
Reipublice, prestavit: alter, reditum suum
Sylla negavit, cui nihil tunc negabatur. Idem
de *Providentia*, regerit, *cap.* 3. laudatque &
patientiam & constantiam; de *Vita beat.*
cap. 18. & *Ad Marciam*, *cap.* 22. Accinit
Ovid. 1. de *Ponto*, *Eleg.* 4. v. 63.

Et grave magnanimi robur mirare Rutilij
Non usi reditus conditione dati.

Ovid.

Rutilij iudicium celebratum (infit Briet. ann.
præfat.) magna rei gloria, iudicantium de-
decore, opprobrio Romane civitatis. Is sum-
me innocentie & integritatis vir. Legatus
Q. Mutij, Asiam à Publicanorum iniurijs &
rapinis defenderat. Ab ijs accusatus coram
Equitibus, eiusdem farinae; nullum demissi
animi iudicium præ se tulit: & damnatus
iniustissime, Smyrnam secessit, ubi in lite-
rarum studio consenuit, nactus in suo infor-
tunio felicitatem. Fuit Stoicus, Panætij au-
ditor. *Victor*, 17. *cap.* 6. Meminit *Cicer.* 3.
de *Officijs*, & in *Bruto*, etiamque, 3. de *Nat.*
Deor. Appositè Valer. Maxim. *Asiam*
petenti Rutilio (inquit, 2. *cap.* 10. n. 5.) *omnes*
provinciae illius Civitates legatos; secessum
eius operientes; obviam miserant. Exulare
aliquis hoc modo; an triumphare, iustius
dixerit?

11 Secuta est infelicitas diem: eadem,
ann. V.C. 742. ab exilio Rutilij Rufi, 81.
cum Augustus pridie, uti diximus, *nam.* 15.
plauderetur Pater Patrie; etiam infaustum
nuncium accepit de periculosa æritudine
generis dilecti M. Vipsanij Agrippæ, quem
miserat in bellum Pannonicum: ex illo re-
vertens, sopita rebellionè, pacataque Pro-
vincia, in Campania æger decubuit. Ad
eum statim advolvit Octavianus; sed fato
functum invenit. Goltz in *Vit. August.* & in
Fastis, pag. 215. Cadaver ipse in urbem in-
duxit, pro Rostris laudavit, & in suo sepul-
chro condidit, ac eius nomine vitrim po-
pulo pecuniam dedit: quam multi more
antiquo in pyram honoris gratiâ iniecerunt.
Albanis (ait Strabo, 11. *num.* 23.) *pecuniam*
cum mortuis sepelire in loculis; mos erat:
Refert etiam Alex. ab Alex. 3. *cap.* 2.

Mori M.
Agrippa.

12 Athenis, præut astringit Reusnerus in
V.C. Sacrificium Miltiadis ex institutio-
ne, qui Agroteras iuramento constrinxit,

quotannis Palladi & Marti trecentas capel-
las immolare propter victoriam Maratho-
niam. *Ælian.* 2. *Var. histor.* *cap.* 25. & *Rho-*
dig. 27. *cap.* 30. Meursius in *G. fer.* illi sacra
attribuit, ex quo propter eius præclara ge-
sta erecta in monumentam statua, de qua
Pausan. *cap.* 16. & 325. *Miltiadi, qui Abbe-*
nas totamque Græciam liberavit, talis honori
tributus est: in porticu, quæ Pæcide vocatur.
(cum pugna pingeretur Marathonia) *ut in*
decem Prætorum numero prima eius imago
poneretur: ait in eo *Æmil. Probus*, vel ut
alijs placet, *Cornel. Nepos.* In Lemno erat,
quam armis expugnaverat, post debellatam
Cherfonnesum, ad cuius functionem electus
erat ex Oraculo Delphico (ut idem dicit)
at cum illo in tempore à Scythis fugiens re-
cederet in Asiam Darius Hytaspis (qui sci-
vit Athenienses ea in sententia fuisse, Duce
Miltiade, ut frangerentur pontes, quas fe-
cerat in Istro; ut cum toto exercitu periret)
Miltiades Athenas revertitur, & Darius de-
crevit Athenienses delere, dispositis castris
in campo Marathonio, Dati Persarum sum-
mo præfecto. Eligitur Miltiades in Impera-
torem, qui instruxit adversus eum decem
millia civium, & auxilia Platæensium, au-
dax in sexcenta millia hostium: ex quibus
conferto Marte prostravit trecenta millia
(de quo fuse 6. *August.* quando parva victo-
ria) & ipsum Datum (cuius cadaver peten-
tibus Persis denegatum est; ut ait *Ctesias in*
Persicis, *num.* 4.) salute cum libertate datâ
Græciæ. *Pausani cap.* 279. *Ibi inter ceteros*
Themistoclis adolescentis gloria emicuit (in-
quit *Iustinus, Histor. lib.* 2.) *in quo iam tunc*
indolis futura imperatorie dignitatis appa-
ruit. Unde post in honore, stimulis virtu-
tum agitated, tantum Ducis æmulus, interro-
gatus, cur in somnis versaretur; respondit:
Trophæa Miltiadis de somno excitant &
quietem adimunt. *Pausan. d. Valer. Maximi*
8. cap. 14. *Plutarch. in Præcept. politic. &*
etiam de Virtut. profect. Hinc eius statua
enim statua Themistoclis. *Pausan. cap.* 16.
Miltiades ergo ex decima prædæ simulacra
extruxit Apollinis & Minervæ, misitque Del-
phos. Idem, *cap.* 325. Totum describitur à
Ludov. Nonnio; in Græc. Goltz. Tabul. 144
& 15.

Sacrificium
Miltiadis.

Statua.

Pugna Ma-
rathonia.

Trophæa
Miltiadis,
Themistoclis
stimuli in
virtutem.

Unde unus-
que statua.

13 Qui ita plausus, de Atheniensibus
præclare atque egregie meritis; tantis dis-
plicuit, quippe beneficis: malitiaque excog-
itavit Atheniensium, quomodo valerent
inficiari beneficium. Parom insulam iussus
satis Atheniensium iugum mittere. Conatus
effectus haud respondit. Cum iam in eo ef-
set, ut insulâ potiretur; lucus in continentæ

Miltiades accusatur, & in vinculis moritur.

Arst, iudicantibus obfessis & obfessoribus, in flamma signum datum prompti auxilij à clasiarijs Persarum. Quapropter redijt Athenas, in quibus accusatus prodicionis; eò quòd corruptus à Rege Persarum, reliquerit insulam, quam expugnare facile poterat. Causa cognita, capitis absolutus, pecunià multatus est, quam solvere non valebat: æstimabatur enim quinquaginta talentis: in carcereque obiit, quia unde solvere non habuit. Æmil. d. & Herod. 6. num. 39. Iurè exclamat Valer. Maxim. 5. cap. 3. in Extern. n. 3. Quantam ergo reprehensionem merentur, qui cum æquissima iura; sed iniquissima haberent ingenia; moribus suis, quam legibus uti maturunt! Benè egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta millia Persarum Marathone devicta, in exiliam protinus misissent, ac non in carcere & vinculis mori cogissent; sed hætenus savire adversus optimè meritum abundè duxerunt. Imò nec corpus quidem eius, sic expirare coacti, sepultura prius mandari passi sunt; quam filius eius Cimón eisdem vinentis se confringendum traderet. Hanc hereditatem paternam maximi Ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ Dux maximus, solam se sortitum (tæneas scilicet & carcerem) gloriari potuit. Timuerunt enim Athenis, ne privatus posset vivere: quare causa hoc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam tyrannidem continuò formidare. Cornel. Nepos, d.

Agrippa

Sepultura ei negatur.

Pietas singularis eius filij Cimonia.

14

In area sepulchri Miltiadis

Heroum campus.

14 Sepelitur ergo Miltiadès diligentia filij, pro illo in vinculis manentis, in Marathone. In huius regionis campis (inquit Pausan. cap. 31.) tumulus est Atheniensium, qui in pugna ceciderunt; & ex eo pila eminent, in quibus casorum nomina. Scorsum verò monumentum est Miltiadis, cuius virtutis cum non satis secunda fortuna, dum Paron obsideret respondisset; non ita multò post, quam populi invidia damnatus est, è vita decessit. In his campis audiuntur singulis noctibus equorum hinnitus, & pugnantium etiam virorum species cernuntur: atque hæc quidem qui de industria auditum spectatumque venerint, malè multati abeunt: ijs verò qui fortuito id animadvertent, ex ira Marnium nihil omnino triste accidit. Campus etiam dicitur Heroum propter fato iam functos, in illa pugna adversus Persas pro Atheniensibus viros; de quo, 6. August.

15 Sextam diem mensis Februarij bona multa non solum Atheniensibus, verum etiam multis alijs attulisse ferunt. Eà Socrates in lucem procevit, & Persa hoc die fusi atque fugati sunt, & Athenienses Agrotæ (agricolæ)

Natalis Socratis. Persa vixit ad Marathonem.

colæ) trecentas capellas in sacrificijs immolant, facientes id iuxta votum Miltiade. Octavo Idus eiusdem mensis, aiunt, ad Plateas prælium commissum esse, Græcosque superiores discessisse: nam priorem cladem cuius memini, mense Maio factam esse prohibent: neque verò partem ad Mycalem Græcis victoriam alij quam huic diei acceptam referri: siquidem eodem die victoriam & ad Plateas & ad Mycalem adepti sunt. Item Alexandrum Macedonem, Philippi filium, multa Barbarorum millia fuisse dicunt octavo Idus Februarij; cum Darium caperet Alexander. Tradunt & eodem etiam die Alexandrum & in vitam introisse, & è vita egressum esse. Hætenus Ælianus, 2. de Var. histor. cap. 25. In multis fallitur, ut suis loc. videbimus. Error est in appellatione Menis Thargelionis, uti observat Rhodigin. 17. cap. 30. quòd refert quæ ab Æliano signata. Thargelion sunt (ait) qui Februarium putent: Aprilem, malant alij. Frequenter accipitur pro Aprili, qui Thargelion vocatur apud Græcos; in cuius diebus aliqua ex dictis acciderunt; & aliqua in alijs mensibus. Faustac infausta in Thargelione, refert Alex. Neapolit. 4. cap. 20. quem videbis. 16. Etiam eodem die à Lacedæmonijs celebrata Nemea hyemalis, sive priora, quippe posteriora sive æstiva, 12. Augusti. Illa distinguit Pausanias, cap. 194. ubi: Currendi modum Argivis restituit Adrianus Imperator, eumque hybernis Nemeorum ludis celebrari iussit. Qui ludi in ætate dicabantur Iovi Nemeo, cuius ibi templum; & quia etiam ibi Hercules interfecit leonem, ex quo locus famosus, hælluzque monstrabatur specus. Qui in hyemè Opheltæ infantis, qui post mortem dictus Archemorus, ex Arche Græcè, quod Principium; & Moros, Mors: equidem ita illius brevis per serpentem vita, h. nascenti non vita, sed mors obvia. Celebrabantur ludi in silva Nemea, ita dicta à bobus Argivæ Iunonis, vel Iovis & Lunæ; quæ ibi pascebantur. Natal. Comes, 5. Mytholog. cap. 3. qui addit: Non defuerunt, qui in honorem Archemori primum instituta fuisse, dixerint Nemea: at ab Hercule fuisse in melius correctæ; cum Leonem Nemeum occidisset: qui illa postea Iovi consecravit, & post triennium tempus peragens ludis statuerit diem duodecimum eius mensis; qui ab Atheniensibus Bædromion dicitur. Patet loqui de Nemeis æstivis seu posterioribus, ut videbimus, loc. cit. in quibus ludis armati currebant Argivi. Pausanias etiam fieri fatetur in hyemalibus. In illis ipsis montibus (ait à cap. 57.) leonij Nemei

Votum Miltiadis.

Victoria ad Plateas, & Mycalem.

Victoria de Dariò.

Alexandri ortus & obitus.

Ludi Nemei.

Nemea priora.

Exercitia in eis decernantur.

mei specus adhuc ostenditur, à quo locus Nemea. Ibi Nemei Iovis templum planè insigne, tametsi testudo collapsa. Circa templum cupressetum, quo in loco cum nutrix Opheltea in herba posuisset; à dracone peremptum memorant. Sacra Iovi Nemeo Argivi in Nemea faciunt, eique certum sacerdotem deligunt: & armatis viris cursus certamina proponunt in ipso Nemeorum conventu; qui per brumæ tempus celebratur. Est ibi Opheltea sepulchrum, lapidea maceria incinctum.

17 Ex articulo constant utraque Nemea, quem refert Apollodorus his verbis, 3. Biblioth. n. 10. Adastus collectum Ducibus septem in Thebas exercitum, ductare maturat. Profecti verò in Nemeum, cui Lycurgus Rex præerat, aquam deposcunt: & his ad fontem ductrix fuit Hypsipyle Lemnia, relicto infante parvulo, Opheltea nomine, Eurydices & Lycurgi filio; cuius etiam nutrix erat: nam cum Lemniæ mulieres ab ea Theotem patrem servatum fuisse, comperissent, illum obruncaverunt, & Hypsipylem vendiderunt. (Hygin. fab. 15. & 254. ait, patrem in navem clam imposuisse, tempestateque fuisse delatum ad insulam Tauricam, quò translata à Diana post Iphigenia, uti dicemus, 13. August. & Isagog. Octobr. n. 24.)

Ea interea dum demonstrat iter ad fontem, relictus puer à dracone occiditur: draconem verò Adastii apparitores interemerunt, & puerum sepeliunt. Duces puerum Archemorum vocarunt, & in eius etiam honorem, Nemea certamen instituerunt; in quo Adastus equo vicit (erat Arion, de quo, 23. Ianuar. n. 10. & Isagog. Novembr. n. 20.) cursu Eteocles, castibus Tydeus, disco Amphiaræus, iaculo Laodocus, luctu Polynices, arcu Parthenopæus. Exercitia signantur ludorum, signata victoribus corona ex apio; quoniam ex occisi à serpente pueri sanguine natum apium. Natali Comes, d. addens: Certamen fuisse funebre, institutum ad Hypsipyles consolationem: quæ etiam à nigris vestibus & lugubribus indatis iudicibus, iudicabantur: hisque ludis Argivi & Corinthi & Cleonei præerant. Idem astruit Lucian. Dialog. de Gymnasticis. Ravif. Textor, 4. Offic. cap. 50. Alexand. Neapol. 5. cap. 8. Plin. 19. cap. 8. & Elias Vinet. in v. 8. Edylj 25. Aufonij,

Archemori Nemea colunt funebria Theba.

18 In Nemeis, postquam in Isthmijs à T. Quintio Flaminiño concessum est civitatibus Græciæ vivere suis præcis legibus cum plena ac avita libertate; etiam concessa Sparte alijsque civitatibus Lacedæmonie, excepta Lacedæmone, tradita; factis indu-

cij; sævissimo tyranno Nabidi: qui postquam periculum specie subiectionis effugit; Argos urbem deprædatur: viros per se, foeminas per uxorem suam Apegam, & acerbis per Apegæ simulacrum (dicemus quales, 12. August.) amplectendo colore benevolentia, & fodicando ferreis veribus & viros & foeminas, à quibus aurum extorquebat verbis nequibat, omnimodò crudelitate ingeniosus, & immaniter in tyrannide facetus. Nemea stata, his sævitij bellique strepitu prætermissa. Nunciata mors Nabidis, & in ipsis spectaculis libertas Achaia iussu Quintij præconis voce pronunciata fuit. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt, quæm hoc fortè Nemea in teatro quinquennialibus ludis à præcone caneretur? Quo certavere plausu? Quid florum in Consulem profuderunt? Nec aliter illa consulari sententiâ, quæ modulatissimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu, fruebantur. Hæc Florus, 2. cap. 7. Verùm arbitror, cuncta relata haud in brumalibus Nemeis, sed in posterioribus facta; de quibus loc. cit.

19. In illis, cum iam esset templum Iovi sacrum & destinatum sacrificium, totum ludorum exercitium in equitatu & pugilatu in æmulationem Herculis. Unde Pindar. in Nemeis, Od. 2. à v. 4. accinit:

Fundamentum sacrorum certaminum.

Victoriæ accepit primum in Nemea.

Celeberrimo Iovis ludo.

Ex gymnico transivit in melodum sub Philopemene Achæorum Principe. Ludis Nemeis commissis (ait Plutarch. in eo) cum Prætor iterum esset, primum Græcis phalangem instructam ostentasse, quæ motus suos ordinarios agilitate & vi egregia obiret: deinde citharædis certantibus, ingressum in theatrum, stipatum iuvenibus, qui subuculis puniceis induti, corporis habitu florentes, ætate æquales, multam Imperatoris sui reverentiam, conceptosque ex multis & præclaris certaminibus, spiritus ea ætate dignos, demonstrarent. His modò ingressis, citharædus cecinit: Graios ornavit qui libertate celebri: eoque vocis claritatem ad ipsius carminis maiestatem decore adiungente; omnium oculos undique in teatro in Philopæmenem fuisse coniectos, editumque letum plausum: Novitas excitavit encomia, quia iam harmonica prælia. Pindar. d.

Carminum poetæ Nemeis

Auspiciantur Iovis ab hymno.

20. In hyemalibus, maximè dum à Ducibus Argivorum inchoati; tota festivitas in fanus Archemori; in cuius morte vaticinatus Amphiaræus, funestam Argivorum

Nabis Spar-ta tyrannus.

Hinc Apegæ.

Nex.

Libertas Achæa.

Pindar.

Nemea im-mensa.

Idem.

Amphiaræus Argivus.

Unde ludorum origo?

Hypsipyle.

Hyemalia Nemea in honorem Archemori.

Videtur in ludis primis

Aufon.

In Nemeis concessa Græciæ libertas à T. Quintio.

expeditionem in Thebas; ut ait Apollodor. d. & quomodo ipse etiam periturus: qua de causa occultus latuit, donec ab Eryphile uxore, per Polynicen corrupta aureo monili Hermiones (de quo 5. August.) persuasus venit in bellum. Idem, n. 10. Nonnius in Græc. Goltz. Tabul. 15. & 16. & Hyginus, Fabul. 73. Oraculum enim confirmavit; dixitque Duci Argivorum quam verum; dum absorptus ipse a terra cum quadriga.

Iurè quondam lingua Vatis Amphiarai Protulit, postquam terra eumque ipsum Et insignes equos absorpsit.

Pindar.

Lancea Amphiarai.

Absorbetur à terra.

Tydeus remouetur ab immortalitate, Amphiarai fulminatur.

Pindarus in Olymp. Od. 6. v. 22. & Plutarch. in Paralel. n. 6. in ampliore claritate iungit: *Ordinum ductoribus, qui Polynicen sunt secuti comessantibus, aquila librans ex alto se, sustulit in sublime Amphiarai lanceam: inde dimisit. Ea terræ defixa in laurum versa est. Postero die dum preliantur, labe terræ Amphiarai cum curru decoratus est eo loci, ubi nunc Harma, id est, Currus nuncupatur.* Conflictum refert Apollodor. d. n. 13. *Melanippus Tydeum (inquit) in ventre percussit, qui cum semianimis iaceret; Pallas à Ioue impetratum remedium attulit, quo illum faceret immortalem: quod cum accepisset Amphiarai, defectum Melanippi caput ad eum tulit. Tydeus, quod ab eo vulneratus esset, diuiso capite, cerebrum absorbit. Id ubi Pallas animadvertit, beneficium revocavit. Amphiarai fugienti demisso à Ioue fulmine, terra debescit: mox ille cum curru simul, & Batone auriga, eo terræ hiatu absorptus est, & postea nunquam visus est. Ad Harmam Bœotiae oppidum, absorpto à terra Amphiarai, currum vacuum venisse; ait Nonn. d. Tabul. 17. sed Diodor. Sicul. 5. n. 177. Terræ debescite (inquit) cum curru à voragine absorbetur.*

Ei dicatur templum, & fit Oraculū.

Quam venerabile Gracii!

21 Strabo lib. 9. n. 200. *Eo loco, quo Amphiarai terræ voragine abreptus fuit, fanum excitatum in eius honorem, quod Oraculo postea inclaruit.* Unde inter Oracula signatur à Bulenger. cap. 92. *Amphiarai sic honoravit fama Gracia, Deus ut haberetur; atque ut ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur.* Cicer. 1. de Divinat. Itā Amphiarai aureo clypeo muneratus à Croeso, eò quod verax invenit eius oraculi vaticinium. Herodot. 1. n. 13. & Philostrat. de Vit. Apollon. lib. 2. cap. 14. *Oraculum Amphiarai, antrum sacrum (effutit) & divinum. Ibi est veritas albata, ibi & somniorum ianua.* Pausan. cap. 33. *Amphiarai templum est (inquit) quo loco Thebis fugientem, cum curru absorptum terra hiatu ferunt. In Deorum verò numerum primi o-*

Tom. I. Ephemer,

minium Oropij retulerunt, quos reliqui Græci secuti sunt. In coniectandis somnijs in primis solertem fuisse, suspicer: constat enim illum, somniorum divinatione tradita; tunc demum in Deorum numerum relatum. Causam ac originem vaticinandi indicat idem. Apud Pbiliasios, in postica fori parte (subdit, cap. 56.) est domus divinationis, quam Fatidicam nuncupant. In eam enim ingressus Amphiarai, cum noctem unam obdormisset; statim divinare cepit, cum antea indoctus planè fuisset: id cum ita evenisset, in reliquum omne tempus occluse illa ades fuerunt. Idem Bulenger. de Ration. divinat. cap. 1.

22 Idem ibid. & de Oracul. cap. 92. refert ritum consulendi, quem docuerat Apollonius (ut ait Philostrat. d.) exclamans: *In iustus eris, si non credideris Amphiarai, quem dicitur terra sapienti adyto claudere, vaticinans inducit somnia consulentibus: & sacerdotes consulentem una die iubent abstinere cibo, tribus diebus vino; ut hauriat limpida mente responsum.* Pausan. præcit. cap. 33. subdit: *Consulendi quidem causâ qui accedunt, lustrantur omnes. Pro piaculo res divina est, quâ cum Amphiarai ipsi faciunt, tum ceteris, quorum in eadem ara inscripta sunt nomina. Deinde arietem ei immolant, cuius substratâ pelle, dormientes nocturna visa expectant.* Idem astruit Rhodig. 27. cap. 14. Gyrard. Syntagm. 1. num. 114. Stuck. de Sacrific. Gentil. cap. 212. Egimus, 1. Ianuar. n. 12. fuseque, Tom. 6. T. 6. à n. 111.

23 Varia in Attica eius nomine decorabantur, seu potius dedecorabantur templa, in quibus aliquid novi in cultum excogitabat dæmon. *Est apud Oropios fons (subdit Pausan.) templo proximus, quem Amphiarai nuncupant; ad quem neque divinam rem faciunt, neque aut ad lustrandum, aut ad manus lavandas, aquâ eâ uti, fas putant: solum qui morbo oraculi monitu levati fuerint, signatum aurum, argentumve more Maiorum in fontem abijciunt.* Eadem inveniuntur apud Alexandr. Neapolit. 6. cap. 2. Haud alio intuitu monetæ projiciebantur in fontem, nisi ut ex motu superstiosè divinarent, an accedentes ægri morituri, vel in salutem restituendi. Plura de factis ac divinatione per hydromantiam, variisque apparitionibus in fontibus; videtis apud Bulenger. de Ration. divinat. cap. 9. Sicut multiplicabatur cultus, ita fontes. Alium Argis, nomine Amphiarai, iuxta stagnum Alcyonium, per quod educturus matrem, Liber descendit ad inferos, visum à se asserit Pausan. cap. 80. & cap. 288. in loco quo absorptus, esse puteum, cuius aquam potantes furore agitant.

Unde habuit vaticinij munus?

Preparatio consulentiū.

In somnijs eis respondetur.

Amphiarai fons.

Ægri de salute consulenti.

Amphiarai puteus, aqua, curat.

tantur precipites. Ibi etiam est *Amphiarai Arca*, circumseptâ columnis, in quibus, aut area, neque aves insidere, neque animal ferum aut mansuetum herbam attingere, dicunt. Denique in monumentum, Delphis in templo Apollinis ex ære stabat Amphiarai currus cum Batone auriga. Idem, cap. 326. In templo iuxta Amphiarai oraculum (cùm propter bellum adversus Thebanos absorptus esset à terra) nullus è Thebis dormire, nec vaticinari, fas erat. Herodot. 8. n. 33. & Alexand. quò supr.

*Asclepiadi
Statua.*

*Ingenium
& mors.*

24 Statua etiam in Ponto erecta *Asclepiadi Prusensi* à Mithridate. Olympiodorus, de *Reb. Barbaric.* Plinius, lib. 7. cap. 37. causam refert honoris. *Summa autem fama* (inquit) *Asclepiadi Prusensi, condita in medicina novâ sectâ, spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis Regis, & repertâ ratione, quâ vinum agris medetur, relato è funere homine & servato: sed maximè sponse factâ cum fortuna, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: & victor suprema in senectâ lapsu scalarum exanimatus est.* Idem asserit lib. 26. cap. 3. novamque medicinam astruit, qua mentes hominum artificio trahebat: scilicet, abstinentiam cibi, vini potionem, corporis fricationem, ambulationem, & gestationes, facilibus remedijs, cùm unusquisque sibi præstare possit; ita cunctis acceptus, quasi cœlo emissus advenisset.

*Cognovit
spiritus sus-
focationem
in Ellato.*

25 Articulum hominis reddivivi fusè refert Apuleius *Floridor.* 4. *Certè quidem* (ait) *iacenti homini ac propè deposito fatum abstulit. Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam cœnæ paratum contemplatus Asclepiades diligentissimè, pertrahavit corpus hominis; & invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit vivere hominem, iussitque ut procul faces abigerent, procul ignes amolirentur, cœnam feralem à tumulo in mensam referrent; atque ita vespillonum manibus extortum, velut ab inferis postliminiò domum retulit, confestimque spiritum recreavit, confestim animam in corporis latibulis delitescentem, quibusdam medicamentis provocavit.* Plura huius furfuris narrat Plinius, d. cap. 52. ut de C. Ælio Tuberone: idem accidit Aviola viro consulari, cùm iam esset in rogo; sed quoniam tunc subveniri non potuit, vivus exustus, prævalente flammâ. Idem ibid. *Textor.* 2. *Officin.* cap. 101. *Valer.* Maxim. 1. cap. 8. n. 12. & *Celsus*, lib. 2. cap. 6. Hic morbus dicitur *Apocope*, vel *Apnoia*, idest, spiritus & animæ interceptio:

*Mors Avio-
la, & alio-
rum appa-
rent interce-
ptione spiri-
tus.*

*Unde mor-
bus?*

cui morbo *fœminarum sexus videtur maxi-
mè opportunus conversione vulvæ; que si
corrigatur, spiritus restituitur.* Plin. ubi sup.

DIES VII. FEBRUAR.

1 **G** Rad. 17. Solis in *Aquario*, qui VII. Id. putealis. *Dariot.* iuxta *Firmic.* sub illo natos, hastis lactandos prædicit, maximè si Mars coniungatur quaque radiatione. *Scutum Argus navis vesperè oritur.* *Iunctin. K. A. Veris initium.* *Favonius spirat.* *Ptol. & Columel.* qui addit: *Calisto occidit.* Dicitur *Ursa Maior.* *Agemus* fusè *Isag.* *Iul.* n. 15. *August.* n. 18. & *Decembr.* n. 11. Ab Indis dicitur *Mare aureum.* *Kircher.* 2. *Oedip.* p. 2. claf. 7. cap. 6. Ab Arabibus *Filia feretri*, & ab Ægyptijs, *Vehiculum Osiridis.* *Ibid.* cap. 7. Dicam die 10. quo intuitu dicitur occasus Calistus, quò de illa & filio dicit *Ovid.* 2. *Metam.* fab. 6. nunquam cognoscere occasum. *Manil. lib. 5. v. 701.* *At revoluta polo cū primis vultibus Arctos, Ad sua perpetuos revocat vestigia passus Nunquam tincta vadis, sed semper flexilis orbe.*

*Ursa Ma-
ior.*

Manil.

Mulier agra in lecto decumbens. *Sph. Arab.* 2. Anno mundi 2464. iuxta *Salian. Briet. Turfelin. & Torniel.* à morte *Ioseph*, 64. iuxta *Adrichom.* nascitur *soter Israël*, *Moyes* in terra *Gessen*; quin vigiles viderint, aut olfacerent Ægyptij (propter quem pueri Hebræorum projiciebantur in flumen) quoniam partus matris facilis fefellit oculos, nihil sentientes eorum, quæ vulgaribus usuveniunt puerperijs; quousque post 90. dies, ne cuncti perirent, & impossibile erat fœtum celare; exposuit, ut dicemus 8. *Maij*, n. 2. *Rabbini* asserunt ab Angelis post fuctum lactis à matre, nutritum prunis. *Diximus Tom. 3. T. 4. n. 4.* sicut post *Elias*, de quo 20. *Decembr.* n. 5.

*Nascitur
Moyes.*

*Nutritur i-
gne.*

3 Post 120. annos hac die etiam fato functus. Ex eo quod dixerit die quo obiit universo *Israël*, *Deuter.* 31. 2. *Centum viginti annorum sum bodie;* dicitur in *Seder. Ol.* cap. 10. *Particula Hodie declarat, Mosen septimo die Adar esse, natum, & eodem esse mortuum.* Heri de futuro excessu monetur, exposito à die prima *Januarij* toto *Deuteronomio*, continente à cap. 32. *Exodi* totam *Israëlis* historiam, *leges morales, judiciales, & ceremoniales*, cum cantico insigni, ac *Patriarcharum* in tribus benedictione, excepta *Simeonis* propter peccatum recens *Beëlphégor*. Tunc *Dei* iussu primò ex montibus *Abarim* ascendit in *Nebo*, post in *Pha-*

*Obijt eodem
die quo na-
tus.*

*Ascendit in
Phaşa, &
prospicit ter-
ram promissam.*

Phasga superius cacumen, ex cuius vertice ostendit ei Dominus omnem terram promissionis in latitudinem usque ad mare novissimum (quod dicimus Mediterraneum) in longitudinem, ab introitu Emath, usque ad torrentem Ægypti, de quo vide Adrichom. in *Ruben*, n. 3. *Nephtali*, n. 45. & in *Simeone*, n. 4. Ubi valido corpore, sine morbo, iubente Domino, mortuus est, repentinaque nube lucida circumvolutus, assumptus est, quod nemo novit. Marius, Salian. Malsius in *Iosue*, 1. Briet. & Torniiell. *ann.* 2583. n. 34. Iam enim ex Domini præcepto suas manus imposuerat super Iosue, in signum successione in Ducatu, *Numer.* 27. 17. modòque, ne anarchia iruperet in duodecim tribus, ex mandato Dei Iudicem, supremumque Rectorem constituit coram universo Israël. *Deuter.* 31. à 7. simulque scriptum à se librum, præcepit Levitis, ut volumen ponerent ad latus Arcæ fœderis, in testimonium adversus Israël: à v. 24. *Solus autem Senatus eum deduxit* (ait Ioseph. 4. *Antiq.* cap. ult.) & pontifex Eleazarus & imperator Iesus. Ut verò in monte, Abari vocato, constitit, qui celsus è regione Hierichuntis attollitur, & conscendentibus, latè Chananæ terra prospectum exhibet; Senatum dimisit: cumque post mutuos complexus, Eleazaro ac Iesu ultimum vale diceret; inter loquendum repentinà nube circumdatus, in vallem quandam est ablatu. In sacris autem voluminibus scripsit se mortuum; veritus, ne propter excellentem eius virtutem à Deo raptum prædicarent. Vid. *Tom.* 6. T. 9. D. 4. n. 24.

4 Sequuntur sententiam etiam nonnulli orthodoxæ veritatis. Hilar. *Canon.* 20. in *Matth.* Arboreus 11. *Theosoph.* cap. 11. & Cathar. in *Genes.* 3. Viegas in *Apocal.* 11. sect. 7. signat alios, dicentes cum Henoch & Elia, comite etiam Jeremià venturum Moysem adversus Anti-Christum. Fusè tractat Maluend. *lib.* 10. cap. 12. Hos PP. piè interpretatur Alapide in loc. cit. *Deuterom.* Mortuum asserunt Rabbini, sed statim surrexisset, ut cum præfatis veniat novissimis diebus. R. Kimhi, & R. Samuel, de *Advent. Messie*, cap. 13. quibus suffragantur Gagnus in 11. *Apocal.* & Maldonatus audacter in *Matth.* 17. Denique surrexisset in Christi transfiguratione; astruunt Auctor libelli de *Mirabilib. Sacr. Script.* lib. 10. cap. 3. Hieronym. in 17. *Matth.* sed oppositum, tutius; de quo Abulens. hic à *quæst.* 54. & Scholastici, in 3. p. D. Thom. *quæst.* 45. art. 3. Caietanus mortuum asserit in monte Phasga; sed cum tolleretur in sepulturam ad

vallem Moab, contra montem Phogor; corpus eius visum à multis vehi ab Angelis. Clemens Alexandr. 6. *Stromat.* cap. 2. & Origen. 3. *Periarch.* cap. 2. inquit Iosue & Caleb, ex illo loco in quo discessit ab eis, vidisse animam Moyfis in gloria & splendore inter Angelos.

5 Totum officium factum ministerio Angelorum (haud à Moyse, de quo Rabbini dicunt, sepelisse seipsum; nec à Iosue, ut vult Ephræm, Homil. de *Moyse*.) resistente diabolo, quippe vel volebat sepulchrum cognosci, ut adoraretur uti Numen; vel corpus alibi reponi, quoniam ibi ille sub nomine Phogor colebatur. Vid. Lorin. & Serrar. in *Epist. Iuda*, de altercatione Luciferi & Michaëlis de corpore Moyfis. Vel in sepulchro mansisse splendorem faciei, arbitratur Bellarmin. 2. de *Reliquijs SS.* cap. 4. & in monte proximo sepulchro noctu nitere nubeculam adinstar ignis; asserunt Epiphani. *Heres.* 9. & Philo de *Vita Moyse* lib. 3. (Vid. Alapid. in *Exod.* 25. n. 10.) qui subdit: *Mosen in sepulchro tam admirando sepultum esse; ut nullus hominum dignus fuerit unquam illud conspiceret.* Philo in *Antiq. Biblic.* comminiscitur, quòd postquam de tempore Messie interrogavit, & à Domino cognovit; *Repletus est sensu, & mutata est effigies eius in gloria, & mortuus est in gloria secundum os Domini, & sepelivit eum iuxta quod promiserat ei, & luxerunt Angeli in morte eius* (idest, homines iusti) & *precedebant eum fulgura & lampades & sagitte, omnes unanimes: & in illa die non est dictus hymnus militum pro recessu Moyse, nec fuit talis dies ex eo quo fecit Deus dominem, nec erit adhuc talis in sempiternum. Valdè Deus amavit eum, & sepelivit per manus suas super excelsam terram, & in lumine totius orbis.* Addit, iussisse Dominum Virgam Moyfis, adinstar Iridis in fœdere cum Noe, collocari in Tabernaculo, ut illam respiciendo, à populo exacerbatus, revocaretur in quietem. Elogia Moyfis in *Ecli.* 45. à 1. Breve, sed insigne, apud Ioseph. d. Cum Christo surrexisset; ait Ambros. 4. de *Fide*, cap. 1. Pineda in *Iob*, 19. 25. n. 24. & Alapid. in 27. *Matth.* Manna defecisset morte Moyfis, dicit Seder-Olam, cap. 10. Videtis 10. *Mart.* n. 3. & 15. *April.* n. 2. Ieiunium inter Hebræos institutum ob Moyfis mortem Leonard. Marius in *K. Iudaic.* & Genebr. in *Hebr.* Post 30. dies fletus totius Israël, in Campesribus Moab manserunt usque in transitum Iordanis. Vid. 9. *Mart.* 3. & 10. n. 4. Insignem expositionem verborum Moyfis, ante benedictionem tribuum,

Transfertur è monte in vallè Moab.

Videtur cū gloria.

Sepelitur ab Angelis.

Vel in sepulchro persistit splendor.

Splendor de celo, ubi sepultus.

Apparatus fuserit.

Virga eius in Tabernaculo.

Cum Christo resurrect. Illo mortuo defecit Manna.

Ieiunium ob eius mortem

Confirmat Iosue in Duce Israel.

Volumen legum ad latus Arcæ.

Rapitur Moyses à cò spectu. suorum.

An mortuus?

An veniet cum Henoch & Elia?

buum, rideas, necesse. Legislator dixit: *Dominus de Seir venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia.* Hoc est, dicunt Rabbini, quod Dominus miserit Angelos suos ad Idumæos & Ismaëlitas in Pharan, & obtulit eis legem suam, quapropter subditur: *In dextera eius ignea lex.* Quam quidem cum recipere nollent, venit ad Iudæos in montem Sina cum multis millibus Angelorum. Io. Petr. Comestor. adi in *Deuter.* cap. 20.

6 Dæmon Simia Dei, ne huius celebrarentur mirabilia; quicquid in textu sacro dicitur de Moyse, intulit Ethæicis, ut de suis heroibus indigetibus prædicarent; uti de Romulo dicemus ex Plutarcho, 7. *Iul.* n. 7. De Oedipo canit Sophocl. in *Colono*, à v. 1838. cum eius filia tumulum videre cuperent;

Non fas illis ire, ò filia!

Interdixit mihi, neque appropinquare ad locum,

Sophocl. *Neque alloqui ullum mortalium tumulam Sacrum, quem ille habet; rectè semper habiturus*

Regionem felicem. Hæc auditio Deo. Faciam Utilia nobis, & illi sub terra, qui perijt ad gratiam.

Et Hercules Idem de sepulto Hercule, ut sæpe accinit Seneca in *Oetæo*, & Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 5. *Hercules in Oeta* (inquit) *mandavit, ne cui corporis sui reliquias indicaret Philoctetes.* De Sophocle refert Plutarch. in *Numa*, n. 80. *A Deo, aiunt, curatum, ut sepeliretur mortuus.* Adi 11. *Mart.* n. 7.

7 Anno Christi 33. cum esset in Iericho, ei à sororibus renunciatur languor Lazari lethalis. Castell. Aptius Gisland. mense sequent. sicut Alapid. & Adrichom. cum Mariana. Dies hic in anno 1. eius prædicationis, & ætatis, 31. fuit primus supra trigésimum sacri eiusdem ieiunij in monte.

8 Romæ, ann. V. C. 315. trucidatur Spur. Melius eques, truncatà simul cum illo spe concepta regni; cuius ædes etiam dirutæ in aream, quæ deinde *Aquimellum* vocatæ sunt. Salas in *Parerg.* Causam refert Livius, 7. à *sect.* 39. Anno superiore vexata Roma clade, seditione ac fame; frustratà in auxilium Cofs. sollicitudine: famelique urens ita invaluit, ut illà ne morerentur, plures se in Tiberim præcipites darent. Spur. Melius dives opum, frumento advecto ex Etruria, populo famelico generosè largitiones effecit; sed cum fastu & pompa, indicantibus cordis ambitiosi intuitum. Ita strictè devinxit plebem, ut suam ex illorum gratitudine supremam cogitaret dignitatem; &

quia iam superior sibi videbatur consulari; cepit stultus cogitare de regno, corruptis tribunis plebis, ac in domum conductis armis. Præfectus annonæ à Senatu constitutus L. Minutius, vir strenuus, qui Reipubl. curationem agens, investigavit in domo Melij conciones fieri, ac arma conferri, cætui præsentibus plebis tribunis, in exterminium Romanæ libertatis. In Comitij Cofs. eliguntur T. Quintius Capitolinus, & Agrippa Menenius, minimè pares, ut compefcere possent meditarum seditionem. Unde Dictator factus T. Quintius Cincinnatus, qui Servilium Ahalam elegit Magistrum equitum. Dispositis præsidij, descendit Dictator in forum, & per Servilium ad suum tribunal evocavit Spur. Melium, crimini ut responderet, denunciato Senatui per Minutium. Melius tergiversatur pavidus, plebemque implorat læsà conscientia percussus. Ahala ut plebem tumultuantem vidit; Melium obtruncavit, renunciavitque Dictatori, qui dixit: *Maestè virtute Servili, liberta Republica. In ea Spur. Melius spem regni concepit: & quis homo?* Testimonijs ac testibus conspiratione comprobata; placuit exitium Melij infidiatoris, quippe plebs sue nonnunquam amantissima optabilis libertatis. Unde L. Minutius *bove aurato extra portam Tergeminam donatus est, nec plebe quidem invitâ:* subdit Livius, *sect.* 48. Idem Brietius, & Salianus. Signat etiam Dictaturam Goltz. in *Fastis*, pag. 25.

9 Abhinc anno 76. V. C. 391. signatur hac in die triumphus T. Manlij Torquati de Gallo; castra Romanorum provocante. Tiburtes bellum indixerant Romanis, quibus se iunxere Galli, qui ad tertium lapidem viâ Salaria ad pontem Anienis castra posuerunt. In eum processit eximia corporis proceritate Gallus, qui ad singulare certamen Romanam iuventutem provocabat; ut ex pugna eventu constaret utra gens armis habilior. Ex statione tunc ad Dictatorem, T. Quintium Penum, accessit Manlius, ut copiam ei concederet in conflictum. Laudavit audaciam, animumque: potestare ergo facta in Gallum præfultantem, stolidè lætum, irruit, percussit, prostravit: iacentis inde corpus, ab omni vexatione intactum, torque auro calato gemmisque, duntaxat spoliavit, cruoreque respersum suo collo in victoriæ signum atque ornamentum circumdedit; unde sibi ac posteris suis Torquati nomen accepit. Dictator auream coronam donum addidit, & coram exercitu Manlij virtutem summis laudibus extulit. Proximâ nocte relictis trepidè castris, in

Sepulchrum Romuli lætel.

Sophocl.

Et Hercules

Sophoclis sumus curatù à Deo.

Christi gesta.

Diei XXXI. eius ieiunij.

Spur. Melius occidit.

L. Minutius dignatur stua bovis aurati.

Unde familia Manlij cognomè Torquati?

T. Manlij victoria de Gallo læf-sent.

Campaniam Galli recesserunt. Tit. Liv. 7. à *sect.* 24. Salian. & Goltz. in *Fastis*, pagin. 47.

10 In hunc diem conijcit etiam præfatus Salas motione L. Quintij Flaminii (fratris T. Quintij) è senatu nota ac censura L. Valerij Flacci, & M. Porcij Catonis, quorum moribus in Censores suffragia negabant corruptelæ urbis, ut observat Liv. 39. *sect.* 92. Vocabatur enim severitas, ni cuncta ad libitum permetterentur, maxime Patricijs. Briet. *ann.* V. C. 570. Suscepit Roma L. Quintium summo plausu, celebravitque triumphum de Lusitanis & Celtiberis, quo invexit in urbem duodecim millia pondi auri & argenti. Liv. d. *sect.* 94. de eiusque triumpho memoriã agit Goltz. in *Fast.* pag. 125. Nota, ut removeretur à Senatu, iuste excitata à Catone, in quem etiam oratione invexit. Et si Livius in acriorem crudelitatem & fœdiorem libidinem referat; nihilominus ex Valerio Antia sic facinus scribit, *sect.* 97. *Cum esset Consul in Gallia, Placentia formosam mulierem, cuius amore deperiret, in convivium accersitam, ait. Ibi iactantem sese, scorto, inter cetera retulisse, quàm acriter multos capitis damnatos in vinculis haberet; quos securi percussurus esset: tum illam, infra eum accubantem, negasse, unquam vidisse quemquam securi ferientem; & pervelle id videri. Tum indulgentem amatorem, unum ex illis miseris, quos in vinculis habebat, trahi iussum, securi percussisse. Facinus, sive eo modo quo Censor obiecit, sive ut Valerius tradit, commissum est, sævum atque atrox. Inter pocula atque epulas, ubi libare Dijs dapes, ubi bene precari, mos esset; ad spectaculum scorti procacis, in sinu Consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse, & cruore mensam respersam.* Refert etiam Plutarch. in *Caton. Censorin.* & in *T. Flaminin.* Illustre Valerij Maximi in articulo epiphonema. Cato (ait, 2. *cap.* 9. n. 3.) *duplex severitatis exemplum, eò magis illum notandum statuit; quod amplissimi honoris maiestatem, tam tetro facinore inquinaverit.*

11 In hoc quoque die, sacra fiebant Romæ Soli invicto. Alex. Neapolit. 3. *cap.* 18. Supremus Deorum habebatur, & Iupiter sub titulo Solis; quem solum adorandum iubebant Persæ: Strab. *lib.* 15. n. 15. Eius quadrigæ gryphos iungebant. Arrian. *lib.* 8. *cap.* 3. Invictus dicitur & quia puer projectus in Eridanum, surrexit, & factus est E-lion, idest, ignis cœlestis, de quo 4. *April.* & quia cum quatuor Solès venerarentur Prisci, uti observat Gyrard. *Syntagm.* 6. n.

2. omnes victi ab hostibus; hicque dictus Sol, quia solus invictus. Cicer. 2. de *Natur. Deor.* Imago erat ephebi pulcherrimi, capite radiato, dextrâ orbem tenentis, & ad pedes captivo iacente, manibus post terga revinctis. Hemelar. *Numism.* Tabul. 46.

12 Eodem, sacra Virtuti fiebant, & Amori Cœlesti, sub titulo *Agapetis*, idest, Charitatis. Græcè enim Charitas *Agape* dicitur & *Agatete*, sumptâ Charitate pro benevolentia, longè à catholico sensu, quo charitas summum bonum; cuius obiectum Deus propter se dilectus, & propter illum proximus. D. Thom. 2. 2. *quest.* 23. Plato vocem invenit; sed quid esset, non cognovit. Inter Romanos nec nomen, ut valerent adorare faciem. Appositè Billius in *Antolog. sacris*, accinit:

*Quid virtus quoque sit, qua partes illius,
& que
Ars verbis laqueos decipulasque paret;
Hæc & Aristoteles docet & Plato: non tamen
ut sit*

Aut humile aut ardens pectus amore Dei.

Plures de illa possent designari imagines, sed allusione; ut dum pingitur Natura à Romanis, à Græcis Diana Ephesina, ab Ægyptijs Isis, plena mammis. At huiusmodi simulacrorum & insigniorum species erant in expressione, ac speculum Amicitia, Benevolentia, Providentia, vel Pietatis. Elucet è Romanis numismatibus. Pingitur imago fœminæ speciosæ, tribus pueris, seu puellis cinctæ, & altero infante in sinu, dextrâ orbem seu pomum tenentis, tanquàm symbolum Amoris: inscriptio verò, *Pietati*. Ita apud Hemelar. *Tabul.* 24. qui addit: *Imago pietatis Dea, sive Charitatis designat beneficam naturam.* Nomine Charitatis declarat beneficentiam. Plura alia in propositum prætulimus, 13. *Januarij*, n. 7.

13 Arbitror, non ab Ethnicis imagines Charitatis desumptas, sed illos è sacris; quod novum non est, ut constat, 1. *Macchab.* 3. 48. Hinc excussa imago Phœnicis, orbi stellato insistentis, capiteque radijs Solis illustrato, cum epigraphie: *Felicitium*. Idem *Tabul.* 55. Quid expressius in Charitatis pulcherrimam formam? Quid signatius in præsentem causam? Sic effigiati Phœnicis lemma: *Incendia poscit*. A Sole amoris radius (qua de causa Luc. Contile, *Emblem.* 48. ait: *Hoc ictu ignescam*.) quo inflammata viscera, cor exstians, pectus flagrans, adinstar Phœnicis vel in hac vita pro immortalitatem insistit super æthera. Hinc ingeniosè Ioann. Orozius *Emblem.* 1. & 8. signavit cor alatum, sagittâ transfixum, ac inscriptionem;

Censura Catonis.

Triumphus L. Quintij Flaminii.

Eius crudelitas & luxuria.

Soli Invicti sacra.

Imago.

Sacra Virtuti & Amori Cœlesti, seu Charitati.

Iacob. Bih.

Charitatis imagines.

Cor Phœnicis

hem; *Ibi, ubi.* & Herm. Hugo præfat. *Desider. pior.* animam crebris suspirijs, ignitis telis, Amorem divinum (qui in pectus miserat ignem) toto conamine sagittantem, cum vocibus: *Utinam! Ab! Heu!* Lampades eius lampades ignis atque flammatum. Flamma prorsum ex igne, quæ sectionem non patitur, nec valet seiungi. Semper sursum nitor, atque ex ardore splendor. Nunquam excidit, aut friger. Ut valeat vulnere amoris, eius vita per ignes. Sic floret Amor Cœlestis: qui Spem & Fidem comites in tempore habet, ut felicius aliquando excludere possit. Plura & selecta in articulum videsis apud Guiliel. Hesium lib. 3. de *Charit.*

14 Cornel. Alapide in *Cantic.* 3. 9. ubi pingitur Amoris currus triumphalis, ait: *Charitas, virgo facie rosea ardenti cyclade cocinea amicta, alis instructa, in capite gestat coronam auream, carbunculis distinctam, & effulgentem: digitus ornatur annulo, pyropis radiante: una manu gestat cor rubicundum, flammam vibrans; altera arcum & sagittas ignitas.* Dixi in *Tautologijs*, Charitatem pennatam, & armatam exprimi inter Zelum & Mortem. Apud Brixian. *Commentar. Symbolic.* ornata ad manillas balteo cordium, cum insignijs claviuum. Multiplici emblemate effectus, influxus, excellentiam eius atque præstantiam repræsentat Otho Vænius; sed ambiguo Amoris titulo. Amor genus est: Charitas Amoris species, seu forma cœlestis amoris. Discrimina dilectionis etiam cognoverunt Ethnici, ac imaginibus varijs deliciarunt. Unde Pausan. cap. 41. *inter imagines* (ait) *visuntur Amor, Appetitus, Cupido, tam diverso inter se habitu ac facie, quam diversa sunt nomina ex ipsis Numinum potestatibus indita.* Adi Claud. Minoen in *Alciat.* Emblem. 110. & Cicero. 4. *Tuscul.*

15 Virtutis quoque hac in die sacra signantur. *K. Græc.* sed nescitur, an dicata Virtuti animi, Græc. *Arete*, vel virtuti seu robori corporis, quæ dicebatur *Ichos*. Huic potius ab Ethnicis tribuebatur potissimus cultus, quapropter collocata cum Honore, de qua 27. *Maij.* Animi verò virtutem venerabantur duntaxat quoad speciem; etsi de illa magnificè loquerentur, vani ac inflati maxime Philosophi, nugaciter sectatores; sed re verà fugaces. Unde vividè Chartar. de *Imagin.* pag. 247. peregrino habitu indutam exponit, mœstam, laceram, afflictam, à Fortuna ita vexatam; ut nec ad Iovis conspectum admitteretur: quare inter homines copivictu non invento, abolavit ab hominibus, Totum excerptum ex Luciano, Dialog.

de *Virtute.* Ubi ipsa tradita Mercurio; ante illam queritur; quomodo quæ prius incedebat vestibus pretiosis ornata, misere modo viveret nuda, exprobrata ac spoliata à Fortuna, ab Iniuria & Impietate; quæ raptim sibi suas ademerant vestes, ut coram hominibus apparerent virtutes. Hinc genus seductum humanum vitia tetra cæcè adorat, quia in virtutis opprobrium, vel flagitia vagantur gloriose, ornata veste virtutum.

16 Haud alio intuitu Virtus cum Avaritia collocatur; utrique ab Ethnicismo statera tribuitur; sed commutatis ad pondera lancibus: equidem quod in huius libra grave, in illius profectò leve, & econtra. Regebant ac librabant stateras Veritas & Opinio, in quibus quod nullius, vel momenti summi, videbatur (vicissim erant adversæ) summi, vel nullius momenti. Achill. Bocc. *Symbol.* 41. accinit:

Divitias etenim cum pendit Opinio plaris, Virtutem inspiens elevat illa magis.

Honorem virtus per se habet, quippe sola sibi sufficit; sed filij sæculi percipiunt honorem, sed non virtutem. Quapropter honoratam à tergo sequitur & persequitur Invidia, eius gloriæ inseparabilis umbra. Jacob. Boissard. *Emblem.* 14. exprimit:

Umbra habet omne suam corpus sequiturque præterque:

Si secum virtus attrahit invidiam.

17 Siccinè Virtus pingebatur inter Gloriam & Stultitiam. Bocch. d. *Symbol.* 42. Gloriam stulti quærunt sine Virtute: cognosciturque magis desipientia, ubi sine illa, Virtutis quæritur gloria. Gradus ad virtutem per Laborem: unde Plato Virtutem signat in arbore, dicens: *Virtutis ramos sudore produci.* Rhodigin. 26. cap. 27. Etiam expressa in matrona lævo cubito innixa columpæ, serpentemque dextrâ tenente. Chartar. d. & Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 36. Arbitror, imaginis serpentem in cautionem; quippe cognita perit. Iccircò adinstar Iunonis inter Romanos imago velata, patèram & hastam tenens. Hemelar. d. *Tabul.* 38. quæ *Tabul.* 27. simul exponit Virtutis simulacrum cum parazonio, & Victoriolâ, dextrum brachium cum mamilla nudum habens: equidem non vera, sed colore fucata; ni inveniat ut exterius apparuit, aperto pectore. Illam dixerunt Mercurio coniugatam, quippe ut Virtus sit, debet duci ratione, mythologicè signata ex directione Mercurij. Martian. Capell. *Philolog.* 1. & Chartar. d. pag. 55. Floridè Claudian. in *Panegy.* Mallij Theodor. à v. 2. canit:

Nec fasibus ullis

Vestibus Virtus spoliatur à Fortuna

Statera eius & Avaritiæ inter Veritatem & Opinionem.

Achil. Bocc.

Invidia virtutis umbra.

Jacob. Boiss.

Alia imaginis Virtutis.

Iuno velata

Symbola & egeritia.

Alia simulacra.

Sacra Virtutis animi.

Imagines.

Claudian. *Erigitur, plausuove petit clarescere Vulgi:
Nil opis externa cupiens, nil indiga laudis,
Diotijis animosa suis: immotaque cunctis
Castibus, ex alta mortalia despicit arce.*

Diana Aristobula. 18. Athenis sacra Diana Aristobula, idest, Bene consulenti, seu Consiliatrici. K. G. Vocabatur etiam Pytho. Apud Romanos, Horta, & Hora, de qua, 13. Jul., Templum Themistocles erexit & sacra instituit, de quo male audivit. Odiosus factus populo, toties commemoratis gestis in expulsionem Xerxis à Gracià, & erectione mœniũ, repugnantibus Lacedamonijis; unde ægrè ferebant eius iactantiam; magisque Cives Athenarum pupugit, dicens illis: *Quid indignè fertis eos, quorum semper beneficia experti estis?* Tunc templum Aristobulæ dedicavit, obijciens in electione tituli, quanti momenti, quod ille extiterit; quasi solus ipse patriæ & Græcis consulisset; qua de causa suam ibi colloçavit statuam, quod quidem totum sæcundum feminarium in ostracismum, quo diminuta nimis eius auctoritas, & in Athenis potestatis maiestas: ut illum cives viderunt exulem, etsi illam reliquerunt statuam, locum templi dedecore macularunt: Quo loco (inquit Plutarchus, in eo) *nostro etiam tempore cadavera supplicio affectorum carnifices proijciunt; vestesque & laqueos, quibus illi exanimati, edeffrunt.* Ex illo etiam refert Gyrald. *Syntagm.* 12. num. 52.

Templum.

Ibi Themistoclis statuam.

19. Ex quo feliciter ei cesserunt gloriose profecto pro patria cogitationes, protegendo manu & consilio cives, & decipiendo larvâ amicitie quos persequabatur hostes, cuncta vindicans Aristobulæ Dianæ; cumlavavit opes, sed cum Andrijs eius frustrata sunt vota. *Confederatis etiam gravis erat* (ait Plutarch. *ibid.*) *circum insulas navigans, pecuniasque exigens: quod intelligi ex his potest, que cum in poscendo ab Andrijs argento, dixisse & audivisse Herodotus scribit.* Dicenti enim se duos Deos secum adducere, Siadela & Vim; responderunt, apud se quoque esse duo magna Numina, quibus pecuniam dari prohibeantur, Inopiam scilicet & Impossibilitatem (Dormiebat prorsum tunc Aristobula Diana) quibus Dijs obnoxios, pecunias non daturus: nunquam Impossibilitate validiorem fore Atheniensium potentiam: addit Herodot. 8. num. 28. Meminit Erasmi in *Apophthegm.* lib. 5. n. 24. & Ludov. Nonnius in *Insulas Goltz.* Tabul. 17. Spes fovebat in Atheniensium principatum, quæ illum impulerunt in exilium, ac ibi mortem, transfugam in hostem Regem Persarum

**Eius petiti-
as ingenio-
re repulsa.**

quæ nec fidem servaret amicis; ingenitâ conditione ambitionis; à qua exploratur auctoritas per fas & nefas. Amicorum Lacedamonum cogitavit subcendere classem, in qua suæ exaltationis rimabatur obicem; sed proferre cogitamentum non est ausus, ni si frustraretur, amicis esset invisus. Unde à populo in concione petijt, ut ei signaretur aliquis, cum quo meditata confuleret. Datur Aristides. Audivit, & propositi tãdunt, dixitque in concione: *Themistoclem rem utilissimam animo volvere; sed iniustissimam ex amicitia federe, subdola fide.* Inde molimen evanuit. Plutarch. d. & in *Aristid.* Cicer. 3. *Officior.* & Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. n. 2.

20. Post annos 25. ab ostracismo Themistoclis, nex contigit Charondia: K. Græc. Fuit Legislator Thuriorum. Carthaginensium, ait Alex. Neapol. 6. cap. 10. Tyriorum, Tiraquell. hic. sed Thuriorum, cerrocertius, ut constat. ex Diodor. Siculo, 12. à cap. 5. ubi hijs exponuntur leges & quare ad illas electus, eiusque iudicium grave, num. 298. Obiecta causâ capitalis, sed à primarijs facta: eiusque ab eis expectato iudicio, dixit: *Vel reus, vel lex moritura.* Ita iustitiæ studuit, ut vel sibi non pepercit: Singulari & mirificus casus accidit (subdit Diodor. n. 299.) *nam cum in agram gladio accinctus, propter latronum incurSIONES exivisset; interim dum ille revertitur, evenit, ut populus in concionem advocatus, inter tumultus excitaret. Curiosus ergo seditionem pervestigaturus, in medium procedit. Legem autem tolerat, nequis ad concionem cum armis prodiret. Immemor ergo gladij, quem femori subligatum habebat, cum in concionem advolasset; anxiam malevolis criminantibus prebuit, è quorum numero unus exclamavit: Legem à te conditam ipse destruis. Minime berelè, inquit; sed ratam faciam: & stricto confestim gladio, seipsum transfigit.* Valer. Maxim. 6. cap. 5. num. 3. *Cum liceret (inquit) culpam, vel dissimulare, vel errore despicere; penam tamen representare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret.* Aristoteli 2. *Politic.* Cicer. de *Legib.* & Laert. in *Vit. Pythagor.*

**Perfidus &
ambitosus.**

Charondias

**Iustitiæ de
maius.**

**Vel incuria,
lesâ, mor-
tem sibi con-
scribit.**

21. Post mortem vocatus Mercurius, inquit Rhodigin. lib. 18. cap. 19. Leges eius uti additæ iustitiæ & rationi; mire plausæ; quippe studio magnoperè in quietem civium. Ideo cum experientia didicisset derogatione legum, vel novitate turbari Rempublicam; *Sanxit enim, siquis legi cuiuspiam correctionem adhibere vellet, ut proposito hac*

**Vocatus Mer-
curius post
obitum.**

de re consilio, interitum guttur laqueo insertum haberet; & expectaret, dum populus de mutatione legis suffragia pertulisset: quod si comitia populi legem posterius scriptam recepissent, auctorem eius solvi: sin irritam haberent abrogationem; laqueo confestim gulam frangi iussit. Locrensisibus attribuit Solozan, sed fallitur, ut elucet ex Diodor. d. in quo lex inscripta legitur: at apud Solozan. Emblem. 51. videntur in articulum plura selecta ac lectione digna. Sanè si huiusmodi lex vigeret, suffocarentur incommoda plerumque potestate impune furentium. Similis Charondiae lex Persarum. Super auri latere locabatur, qui in legem aliquid proferebat. Modò utilis, in primum aurum portabat: sin autem flagris audaciam luebat. Idem ibid. n. 16. ex Briffoni, r. de Reg. Persar.

Idem apud Persas.

Templi Pacis Optime.

22. Inter Sinas templum dicatum Optimae Pacis. *Chine Ichinograph.* Huius Deae mentionem facit Kircher in *Simia Aegyptia*, cap. 21. Non solum erat pax, sed Pax optima: idest, Pax aeterna, Perpetua; cuius imago, Orbis inter binos oleæ ramos; ut signat Hemelar. *Aur. Numism.* Tabul. 3. Etiam Pax aeterna picta herbam porrigenis: at Hemelar. *Tabul.* 49. haud signat quamnam; imò ramusculum arbitratur olive, qui herba non est. Est herba, quæ vocata *Lysimachia*: de qua dicit Plin. 25. *capit.* 7. tantam ei componendorum dissidiorum vim inesse; ut discordantibus etiam brutis, si imposita collo, aut iugo, asperitatem cohibeat. Alia Pacis simulacra apposui, 17. *Januar.* num. 21. - 30. num. 4. exhibebo, die 11. à num. 7. & 23. *Augusti*, quo Vulcani victima, Pacis obsequia. Eius optima imago, virgo pulchra, cuius in sinistra Cornucopia, in dextra fax, qua scuta, tela, gladios, pila, venabula, armaque universa comburi. Guiller. Choul, de *Rom. religion.* pag. 10. Sic Pax optima, quam etiam effingit Laurent. Hæchtan. in *Microcosm.* Emblem. 11. cum cornucopia in sinistra, ducentem dextra Plutum, Nomen divitum opum

Imagines.

Lysimachia herba.

Aurea sub terris fixit sua limina Plutus: Illic auratos montes, & mille gubernat Divitiarum cumulos, atque aurea munera mille. Sub pedibus calcata tacet Bellona, crucurrit Semper amans, furiosa, rapax & causa tumultus. Candida Pax dextra Plutum trahit, scutaque sinistra

Lat. Hebr.

Plena manu ferbat variarum cornu rerum.

Omnia proventiant largo tum denique fluxu,

Cum Pax belligero superato Marte triumphat.

23. Inter Lacedæmones, maxime Argis hac die festum celebratum Daulis Nymphæ, quæ nonnunquam habitaverat in condensis arborum, unde nomen eius Daulis, ut ait Pausanias, *cap.* 31. 9. De hoc festo Coel. Rhodigin. 18. *cap.* 24. Inquit: Apud Argos festum Daulis, in quo fuit imitatio pugnae Proeti in Acrisium. Hac in pugna victori concedebatur clypeus. Da pugna Proeti & Acrisij infra, modò tantum de certamine Proeti & Persei, qui foedere commutarunt regna, & Perseus edificavit Mycenæ, ita dictas, quia in excavandis fundamentis inventus est capulus ensis, vel à fungo ibi repente nato: tuncque Proetus, ut regnaret Argos petijt. Alij fingunt Perseum, cum Larissæ certamen iniretur, disco casu in caput Acrisij cadente, interfecisse illum, qui & eum & matrem Danaen impositos in scapha ut naufragio perirent, in mare deiecerat; ut ait Ctesias in *Perseide*, Antost. Constant. in Ovid. 2. *Fastor.* v. 721. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 18. Pausan. *cap.* 58. & nos *Isagog. Mart.* num. 5. Hygin. *fabul.* 56. astruit, tam Acrisium, quam Perseum celebrasse ludos funebres in iustis Polydece, huius nutritoris, qui eum & matrem ex arca eduxerat: tunc patrem Perseus interfecit misso disco, quem aer distulit in Acrisij caput: ita quod voluntate sua noluit, Deorum factum est; ut fatum sortiretur effectum; eò quod Acrisius didicisset ab oraculo, se à nepote interfectum iri. Postea inter Proetam & Perseum dissidium fuit, quia is sivoie percitus, illum interficere voluit propter eximiam virtutem, & egregia gesta. Quæ re cognita, Perseus caput Gorgonis ei ostendit, & is ab humana specie mutatus in saxum. Hygin. *fab.* 64. & Ovid. 5. *Metamorph.* fab. 1.

Daulis Nympha.

Mycenæ extructæ.

Perseus & Danae.

Nex Acrisij.

Et Proeti.

24. Haud sacrum Daulis Argis propter Perseum, sed propter Acrisium. Refert Pausanias, *cap.* 67. Argis (inquit) ager est, quod edificium surgit, pyramidis formæ: in eo scuta, figura qua sunt Argolici clypej. Commissam ipso in loco inter Proetam & Acrisium pugnam de regno, a quo Marte memorant: pacem postea inter eos conciliatam; quod neutrius satis firmum sine alterius opibus esse possit imperium. Congressos autem tunc primum tunc scuta utrinque acie, ut

Origo sacrum Daulis.

que his quidem, qui ex utroque exercitu deciderant; quod res inter cives & propinquos gesta fuerat; commune ibi sepulchrum est erectum. In eo una loci & Iunoni, ad quas in magna terræ siccitate immolant.

DIES VIII. FEBRUAR.

VI. Id.

1. **G** Rad. 18. *Aquarij*, in quo iuxta Plin. *Favonii flant*. iuxta Firmic. qui nati laborabunt pulmone & gula. *Caput Gorgonis manè oritur*. Iunctin. K. A. Columel. *Tempestas*. Ptolom. *Favonius & Aquilo spirant*. Aliter à K. R. P. *Ventorum*, scilicet, *concurfus*: *Equus Minor exoritur Helice*, sive Urfa Maiore. De *Equicula*, Mag. *Novembr.* n. 19. *Noctua magna quiescens*. Sphær. Arab.

Dabir expugnata à Caleb.

2. Anno à Moyſis morte ſeptimo, conceſſa per Succellorem ſocio Caleb facultate expugnandi Hebron, & vicina quæ erant in monte huius nominis (inter quæ etiam nobiliſſima urbs Dabir, uti obſervat Serar, in *Iofue* 15. quaſt. 6. n. 2. de qua Hieronym, in *Loc. Hebr.* Brocard. Itiner. 6. & Adrichom, in *Simeon*, n. 41. Erat Academia Palæſtinæ; ideoque pridem dicta *Cariatb-Sepher*: hoc eſt Civitas literarum) poſtquam Hebron extorſit à filiis Enacim, i. e. ſt, gigantibus, iuxta ſententiam Gorionidæ, diſpoſito prius expugnationis apparatu, hac die debellavit Dabir; uti cogitaverat. Cum ſelectis ex tribu Iudæ (ſic enim debet intelligere *Judic.* 1. à 10. *Pergens Iudas in Hebron, abiit ad habitatores Dabir*: tribum, non virum) profectus, tanquam Dux Caleb, promiſit filiam ſuam Axam in uxorem, primum muros Dabit aſcendenti. Aſcendit primus Othoniel, frater vel filius Zenez, fratris iunioris ipſius Caleb; qui cum commillitonibus vaſtavit uſque in pulverem civitatem. Quæ pacta, data poſtridie Othonieli. *Iofue*, 15. à 15. & *Judic.* loc. cit. v. 13.

Erat Academia Palæſtina.

Othoniel primus eius muros ſcandit.

Antilogia.

3. Occurrit Antilogia. Locis præfatis dicitur, tam Hebron, quam Dabir expugnatas à Caleb, expulſosque inde gigantes. Totum iam perfectum erat per Iofue: Hebron, *cap.* 10. v. 36. Dabir, v. 30. Utramque Urbenam, *cap.* 11. 21. Quomodo ergo Caleb à filiis Enacim extorſit, quas pridem ab illis eripuerat Iofue? Duas Hebrones & Dabires fuiſſe; ridiculum iudicium Rabbidorum. Abulenſ. in *Iofue* 10. quaſt. 96. cogitat Hebronem ſitam in monte, & plano: hanc expugnaffe Iofue, autumat: illam verò Caleb. Maſius, Hebron & Dabir ab utroque captas affirmat; quia cum Iofue, qui eas occupavit

primus cum exercitū; quin muniret præſidio, reſceſſiſſet in Galgala; noctā occasione exreſceſſu, indigenæ recuperarunt, poſtea que munierunt, & ita valide, quod neceſſaria fuerit; copias congregari à Caleb, ut iterum illas ſubigeret: patet ex his quæ *Iudicum* 1. referuntur de harum & aliarum civitatum poſteriore expugnatione. Hæc ultima expugnatio à multis (nec ſine fulcro) ſignatur ſecundo anno à morte Iofue in regimine Seniorum. *Aben-Ezra in Cabal. hiſtoris*. A nonnullis dicta *Civitas locutionum, Oraculi, & Penetratis*; quia ibi aliquod adytum & oraculum, ex quo reſponſa reddebantur. Cur dicta *Civitas literarum*; dicemus, 20. *Maij*, n. 2.

4. Vel poenitens vel impœnitens hac in die mortuus eſt Salomon. Eutych. *Annal. Alexandr.* Delirat Iofeph. lib. 8. *Antiquit.* cap. 3. ſubdens: *Salomon iam admodum ſenex moritur, exactis regni ann. 80. vite vero 94. ſepeliturque Ierofolymis, omnium Regum feliciffimus, opulentiffimus & prudentiffimus*. Vah! Nec meliora initia optari poſſunt, nec deteriores exitus formidari. Mæſtitiâ mortuum, aſſerit in *Catalog. Princip.* Valer. Anſelm. & Torniell. *Ann.* 3058. n. 2. Sufficiebāt relinquere pro ſe in regimē Iſraël, Stulticiam Gentium, Roboam. *Eccle.* 47. 27. Sepultus eſt magnificè in civitate: David nonnulli dicunt in ſepulchro patris; ſed falſum eſt, quia ipſe ſibi ſepulchrum erexit, ut ait Pined. *lib.* 8. de illius *Reb.* cap. 3. n. 3. imò ut obſervant Zonaras & Cedren, apud Serar. in 3. *Reg.* 11. monumentum Salomonis tempore Adriani (qui Iudæos ſubingavit, & vocavit Ierufalem ex ſuo nomine *Adriam*) deſiliſſe & concidiſſe, fama fuit. Dion Caſſius in *Vit. Adrian.* aſſerit in præſagium cædis Iudæorum, qui deſtructis Ierofolymis, reſceſſerunt, ſed poſtquam abſiit Adrianus, reverſi ſunt ad arma. *Quam cladem* (ait) *etiam ante bellum multa ipſis denunciaverant: nam Salomonis ſepulchrum, quod illi in ſuprema cultu & reverentia habent, ſpontè & nullo impellente diſcuſſum, corruit*. Idem Buleger. de *Prodigijs*, cap. 39. Si idem cum patre ſepulchrum, minime Salomonis diceretur. Quare magis placeret, ſepultum fuiſſe in ſepulchro Regum primum, quod ſibi & ſucceſſoribus magnificè erexit: ager enim dicitur, quia ibi loculi varij, & collocati in excelfo, ut dicit Regia & Pagnin. in illud, 2. Paralip. 32. 32. *Sepelierunt eam ſuper ſepulchra filiorum David*. Vide Villalp. *Tom.* 2. p. 2. *lib.* 5. *cap.* 61. Calce muli mortuum Salomonem, diximus, *Tom.* 1. *T. 4. D. 11. n. 7.* à Gaſſarell. de *Curioſitatib.*

Salomon obit.

Sepulchrum eius.

Stans mortuus eſt, & cuius ſcitu

tib. inauditis, cap. 3. dicitur etiam, quod stans mortuus sit.

5 Sub Artaxerxe Longimano; peractis à Nehemia præclarissimis, de quibus suis in locis, antequàm proficisceretur in Persidem arcè Esdræ Scribæ, socioque eius in reformatione populi Israël, commendavit correctionem librorum sacròrum, quam cæperat, uti videbitur: 12. Decembr. n. 4. ipse enim inquirebat libros undique, etiam inter Samaritanos, inter quos Scriptura vetere caractere scripta, ut placet Genebrardo. (qui *Ann.* 3730. non ante progressum in Babylonem, sed post regressum; mortuo Esdra, inquisitionem librorum assignat) qua diligentia perfecta finitis 12. annis Ducatus, ut pincerna ferviret Regi Assuero; Susas adit. Adrichom. in *Chronic.* & Torniiell. *Ann.* 3610. n. 17. ex 2. *Esdr.* 5. 14. De Bibliotheca videfis, 29. *Novembr.* n. 3.

6 Anno 6. postquam Aristobulus iussu Senatus carceri propter fugam traditus (ut videbimus 6. *April.* n. 6.) hac die libertatem accepit à Jul. Cæsare; Romæ domino; Rauci. Causa libertatis fuit bellum civile Cæsaris & N. Pompeij. Iacta ab illo alea, Rubiconem transiciens, dominus Italiæ factus, fugientibus Coss. & Senatu in Brundisium, & Pompeio in Macedoniam; illos persecuturus cum exercitu Cæsar ingreditur Romam, appetens Dictaturam; quam illa tempestate, quippe Magistratibus vel nomine odiosa erat; tantum diebus undecim tenuit: inveniensque in carcere Aristobulum, quem è regno Iudææ deposuerat Pompeius, uti huius hostem, amicum sibi concilians ut Syriam servaret ab æmuli fide; non solam vinculis solvit, sed duas ei legiones tradidit; ut Syriam turbaret; quod quidem fecisset ardore bellico, & ambitionis stimulo, spe regni; ni præventum propositum inopinata morte. Romæ remanserant aliquot Pompeij fautores, qui cum industrium ex antea factis Aristobulum cognovissent; ne voto potiretur Cæsar, veneno substulerunt. Ioseph. 1. de *Bell.* cap. 7. & 14. *Antiquit.* cap. 13. Sallian. & Briet. *Ann.* 4005. Torniiell. *ibid.* n. 1.

7 Egesippus, 1. *Excid.* cap. 22. non Romæ, sed in Iudæa, dum commotio inurbationem tentata, Aristobulum sublatum arbitratur. A Cæsarianis funeratus, & eius cadaver, melle conditum servatum est; quousque post iussu M. Antonij Iudæis traditum, ut sepulchris regalibus inferretur. AA. præfati, quæ dudum, cum Petro Comestore, in 2. *Machab.* cap. 12. Haud securus morte patris erat Pompeius; quandiu Aristobuli superstes esset filius Alexander, qui totius

victus à Gabino, ultra Iudæam selectis copijs vagabatur gloriosus. Unde literis iussit Scipionem Metellum, ut interceptum, causa pro tribunali ad speciem dicta, securi percuteret Antiochia. Illo occiso Ptolomæus Mennæus, Regulus Chalcidis (de qua Adrichom. in *Neptal.* n. 34.) advocavit ad se tum Alexandri fratrem Antigonum, tum sorores, ex quibus duxit Alexandram, prius interfecto filio; cui nupsit. Ioseph. 2. *cap.* 13. & Egesippo *cap.* 23. Sallian. & Torniiell. *loc. cit.* Ptolomæi huius opera Antigonus post regnum sollicitavit contra Hyrcanum; ut videbimus, 2. *Iul.* n. 4.

8 Hac in die pessimus Herodes rabie & morbo moribundus, iussit sororem suam Salomen, includere nobiliores Iudæorum in Circo Ierichuntis; ut post eius mortem iugularet: sicque lachrymis cunctorum sollemnius eius iusta peragenda. Reuclin. signat, 8. *Mart.* ubi videfis, n. 9. sed fallitur. Ante Pascha decretum, & mortem filij Antipatris (de qua 23. die, n. 6.) Meliori calculo Torniiell. *Ann.* 4051. n. 43. ex Iosepho, 17. *Antiq.* cap. 8. & Egesippo, 1. de *Excid.* cap. 45. cogitat hac die proiarum & creditum consilium, pro testamento & legato crudelissimo.

9 Ann. Christi 37. eiusdem ieiunii dies trigesimus secundus. Anno sequenti, Christo annunciatam à discipulis fuisse decollationem eius Præcursoris; asserit Alban. *Tabul.* 5. Anno verò, 33. Phariseorum superbiam retundit parabola Pharisei & Publicani in templo orantium. Item post exemplum Infantium, quos ipse sibi oblatos, impositis manibus benedixit. Marianus & indicat Alapid. n. 54.

10 Romæ sacra Fecunditati: *Parerg. Prad.* idest Veneri; seu Iunoni Lucinæ (de qua, 1. *Mart.* n. 8.) sub honestiore nomine. Cultum extendit Nerō: de quo Tacit. *Ann.* 13. cap. 23. *Templumque Fecunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum.* Imago femina dextrâ habentis pomum; sinistra spicas. Hemelar. *Tabul.* 24. & 30. iuxta illam herba Dictamus, eò quod ad fecunditatem iuvat. Rhodigin. 28. *cap.* 24. Dicabatur dictamus Ilithyæ, quæ Mater amoris, in fecunditatis signum, ut videbimus, *loc. cit.* *Mart.* etenim dicebatur Græcè; *Genesios ephoros*, Princeps scilicet Generationis; quoniam in Delum ex Hyperboreis advenerat Latonam in partu Dianæ & Apollinis levare. Pausan. *cap.* 16. qui *cap.* 130. insignia imaginis profert, quæ Pier. Valer. 46. *cap.* 27. interpretatur. *Cum face in una manu, alterâ passâ & exporrectâ* (ait)

Alexander eius filius, securi percussus.

Procl. Mennæi servat Antigonum.

Herodes occidit Primates Iudæorum post eius mortem, sorori commendat.

Dies XXXII ieiunii Christi gesta.

Fecunditatis sacra.

Imago.

Ilithyæ.

Imago.

Nehemias finito Ducatus tempore redit Susas.

Aristobulus liberatur à Cæsare, & illius factioni studet.

Occiditur.

Sus cadaver servatur melle conditum.

2 capite ad pedes tenuissimo caelo-contecta erat apud Aeginenses. Fax verò illa vel partum ob dolorem, ignis violentiæ assimilari ostendit: vel lucis illius, quam nascentes indipiscimur, indicium est. Exportrecta discepedinatâque manus ponitur, quod solvi gravidam partu dicimus. Amictus per se pater. Cohærent Abundantiæ imagines, de quo *Isagog. August. n. 13.*

Fortuna
Clauda.

11 Eodem die sacra Fortunæ Claudæ. Salas in *Parerg.* Inter varias Fortunæ imagines, titulo claudicationis adversæ & propitiæ eventus præsignat; de quibus varijs in diebus agemus; quippe sæpe ex plena nulla, Lunæ adinstat (ut dicimus hic die, 1. n. 15.) Aurea & vitrea. Ideo à Chartario, pag. 304. præ se fertur nigro, simulque candido vultu; ut signavimus, 30. *Januar. n. 8. Legislatores* (ait Plato, 1. de *Legib.*) *claudam fortunam posuerunt, qua ad sinistram quidem adversis resistere possit, ad dexteram verò secundis latisque obruatur.* Idem *Petra-Sanct. lib. 1. cap. 3.* confertque pilæ, quæ elevatur percussa. Accidit sæpenumerò, ut fortunæ blandimine periclitetur, qui sævienti fortis extitit. Unde illud Euripid, in *Hesub. v. 440. Victoria amittitur in victoria.* Scytharum ad Alexandrum: *Ex victoria tibi bellum.* Curt. 7. cap. 8. qui fortuna væcordes facit, dum rationem felicitatis non reddit: qua de causa, *Bis vincit, qui se vincit in victoria:* ut dicit *Publ. Syr. Mim. 235.* Ad rem Galba Pisoni, quem successorem elegerat in Imperium. *Fortunam adhuc* (refert *Tacit. 1. Histor. cap. 15.*) *adversam tulisti. Secunda res acrioribus stimulis animos explorant; quia miserià tolerantur, felicitate corrumpuntur. Fide libertatem, amicitiam præcipua humani animi bona, eadem constantià retinebis; sed alij per obsequium imminuent: irrupet adulatio, blanditiæ, pessimum veri affectus venenum, sua cuique utilitas.* Hæc est Fortuna Clauda.

Status M.
Servilii.

12 Statua ab eodem hac die dicitur dicatæ M. Servilio, de quo *Plutarch. in Paul. Emil. inquit: M. Servilius vir Consularis, qui vicies ac ter in bello singulari certamine provocatus hostem interfecerat; pro Emilio ad populum locutus est. Simulque diducta veste incredibilem cicatricum multitudinem in adverso pectore demonstravit.* *Plin. lib. 15: cap. 1. & Alexand. Neapol. 4. cap. 4.* Hoc etiam die quo eius consilio decretum à Senatu triumphus Æmilij Pauli; erupit Civile bellum inter Syllam & Marium, post 80. annos à victoria Æmilij de Perseo. Causa tantæ cladis (iuxta *Florum, lib. 3. cap. 21. Velleium, lib. 2. Appian. 1. Civil. & Petav.*

Bellum ci-
vile.

1. p. *Rationar. lib. 4. cap. 16.*) quod Marius Mithridatici belli gerendi cupiditate flagrans, per C. Sulpitium Tribunum plebis, eam sibi Provinciam eripuerat, & in se transfulerat. Iuxta *Plutarch. in Mario,* quod hic voluit diripere vel amovere à Capitolio tabulam, in qua expressum Bocchum Mauritanæ Regem Iugurtham Syllæ tradentem: qua picturâ post Syllæ Dictator pro sigillo usus. *Alexand. Neapolit. 4. cap. 2.* quod præmissimus, 4. *Januar. n. 9.* Crudele & in cives bellum, in patriamque grave vulnus (quod indicarunt præmissa portentia; uti ibidem diximus) cum ita sæviturum sit, ut deficerent, qui possint interfici. *Initium & causa belli, inexplebilis honorum Marij famæ, dum decretam Syllæ provinciam sollicitat. Iam verò, prob facinus, qui viri! Quæ Imperatores! Decora & ornamenta sæculi sui Marius & Sylla, pessimo facinori suam etiam dignitatem præbuerunt.* *L. Flor. 3. cap. 21. Plutarch. in utroque. Liv. Epitom. lib. 77. Turfelin. V. C. ann. 666.* Inde Sylla triumphans nec cadaveri Marij pepercit, cum eius ossa apud Anienem sita dissipare iussisset: qua de causa instituit iusta per ignem fieri, rationem veritus. *Rhodigin. 17. cap. 20. Vid. 3. Mart. n. 17.* Ex huiusmodi impietate, Equestrem statuam ante Rosfra ex auro meruit (Idem 24. cap. 6. & *Appian. 1. de Bell. civil.*) cuius titulus in dedicatione *Faustus & felix.* Quare huiusmodi titulus, diximus loc. citat. 4. *Januar. & 30. n. 5.* Tota Syllæ fortuna & truculentia haud labefactare valuit. Q. Scævola Anguris solidum à fide pectus. Ut Sylla in expugnatione Romæ Marij fugam scivit, in Senatu ut patriæ hostem morti addixit: tunc Scævola illi dixit, ut refert *Valer. Maxim. lib. 3. cap. 8. n. 5. Mibi licet ostentes agmina quibus Curiam circumfediisti, licet mortem identidem miniteris; nunquam tamen efficies, ut meum Marium, à quo Urbs & Italia conservata est, hostem iudicem.* Alludit ad victoriam de Teutonibus & Cymbris; de qua 16. *Mart. n. 11.* qua parta à barbaris libertas.

Syllæ crude-
litas & ar-
rogantia.
Marius ex-
burnatus.

Syllæ statu-

Q. Scævola
in amicum
fides.

Apollo Ise-
nius.

Septem Gra-
cie sapien-
tes.

13 Athenis sacra Apollini Ismenio, ex instituto Septem Sapientium, cum templum eius esset Thebis in Bœotia. *Theodor. Gaza de Festis. Ann. V. G. 174.* florebant Athenis septem Philosophi, nomine clari, quos antonomasticè, dicebant *Septem Sapientes*, de quibus singillatim *Diogen. Laert. de Vit. & moribus Philosophor. Beroald. in Heptalog. sept. Sapient. & Elias Vinet. in Auson. ludo, à n. 212.* ubi illorum exponuntur gnomæ. Fuerunt ergo *Thales Milesius, Solon Salaminus, Chilon Lacedæmonius, Pittacus My-*

Mytileneus, Bias Prieneus, Cleobulus Lindius, & Periander Corinthius; omnes inter se magnò necessitatis & necessitudinis vinculo copulari. Eorum autem nomen, honorem auxit & famam, summa moderatio cum modestia; quæ maximopere claruit in tripode ex auro, tracto à piscatoribus in rete, ab illisque Archonti dato, ut sapientiori ex Philosophis florentibus traderetur: at sibi reinventes pignus abdicarunt, alium sapientiores arbitantes: donumque reversum est ad Thalerem, qui primus remisit. Unde cum negotio illorum accipere vellet; consecratus est Apollini Ismenio, tanquam scientiarum Numini, quin Mercurius causaretur. Briet. ann. præfat. Hinc cultus Ismenij Apollinis etiam extra Thebas propagatus.

14. Ibi erat ei sacrum insigne templum, cui Cræsus pretiosa donaria tribuit; ac inter cætera etiam tripodem aureum. Herodot. 1. n. 28. Uti vetus Oraculum colebatur impensius. Idem in eo, asserit vidisse literas Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas: lib. 5. n. 13. Tiraquell. in *Alexandr.* 6. cap. 4. & Gyrald. *Syntagm.* 7. n. 14. Templum describit Paulanias, cap. 289. In colle, ait; situm est, & in vestibulo hinc & hinc simulacra Mercurij & Minervæ: in eodemque est saxum, quò insedit Manto Tiresiæ filia fatidica, diciturque *sella* & *currus Mantus*. In templo imago Apollinis, eà magnitudine, qua Branchidis est; specie etiam ipsa ab illo nihil differt: nisi quòd ille in Branchidis Apollo ex ære; Ismenius hic ex cedro est. Eorum signorum si quis alterum viderit, non discernet. Thebani puerum claris natalibus, & formâ præstantem, annum sacerdotem deligunt, cui Lauriger cognomen est. Eadem apud Gyrald. d. & Cæl. Rhodig. 16. cap. 19.

15. Hac etiam die signatur expeditio Timoleontis, missi à Corinthijs in Siciliam, ubi Syracusas libertati restituit, atque Dionysium ex illis atque tyrannide viriliter expulit. Nonius in *Goltz Græc.* Tabul. 12. Fratrem suum, tyrannidem molientem, oppressit, ut facilius in alieno dominationem insolentem opprimeret. Ibid. Plutarch. in eo, & Turfelin. ann. V. C. 408. Expeditio grata Numinibus, maxime Siciliæ patronis; & confirmata singularibus portentis. *Paratis navibus* (inquit Plutarch.) *Sacerdotes Proserpine per quietera imaginata sunt, videri se Cererem & Proserpinam ad iter accingentes; dicentesque navigaturas sese cum Timoleonte in Siciliam. Itaque Corinthij sacram irremem paravere, & Dearum istarum navim nominarunt. Timoleon Delphos prof-*

*Etus, Deo sacris operatus est: cumque ad Oraculum descenderet, vitta quædam coronas infertat, intextasque acu victorias fortuito casu in caput ipsius delata est; ita ut videretur à Deo coronatus. Proinde navibus noctu solvit, ventoque secundo navigavit. Tum collu subito findi supra navim visum, multumque & lucidum ignem effundere. Index factus extitit, & cursum comitata est, in eamque partem delata; quæ maxime Italiam versus nauta naves dirigebant. Vates hoc ostento testimonium ferre somni: sacerdotum dixerunt; Deasque auxiliatrices huius expeditionis, cælitus eo fulgore praluxisse. His Dijs facellum domi crexit, & Eventui felici, sive Bonæ Fortunæ. Idem ibid. & in *Præcept. Politic.* dicitque etiam Æmilius Probus, in eius *Vit.* hincque Dionys. Lambin. à n. 78. Reliqua, 8. & 27. April. ubi de illius celeberrimis victorijs.*

16. Hac in die natus insignis tyrannorum vindex Aratus, qui patriam Sicyonem in libertatem restituit; de quo in eo Plutarch. Unde Meursius in *Græc. feriat.* inquit: *Arati honori à Sicyonijs institutum festum. Duo illi festi dies dati fuerunt: unus, quo civitatem à tyrannidine vindicasset, qui erat quintus Antbestionis mensis (de quo nos 5. Novembr.) alter, vero quo natus esset, quo die sacerdos fasciam non ex toto candidam, sed purpurâ intextam gerebat; cænebanturque carmina ad citharam à Symphoniæis, ducente pampam puerorum & adolescentum gymnasiarchas, ac prosequente item Senatu coronato, reliquisque civibus. Idem Plutarch. d. qui inter honores numerat, eum à Sicyonijs concessam sepulturam intra muros, oraculo Delphico; unde mutato in festivitatem luctu, coronati albisque vestibus; corpus Sicyonem deportarunt. Ibique erexerunt columnam, quò eius gesta præclara legebantur.*

DIES IX. FEBRUAR.

1. **G** Rad. 19. Solis in *Aquario*, qui V. Id. dicitur *Veris initium*. K. R. Ovid. v. 149.

Quintus ab aquareis nitidum iubar extalit undis

Lucifer, & primi tempora veris erunt. Ovid. Ne fallere, tamen restant tibi frigora, restat: Magnaque discedens signa reliquit byems. Obscurum astru: emergit Aquarius. Ptolom. Lucida Hydra vesperè oritur. Innætin. K. A. Cauda Delphini vesperè occidit. Alsted. Uranova. Vir caput amputatū manu tenens. Sph. Arab.

Eorum modestia.

Et tripodem aureum.

Templum & donaria Apollinis Ismenij.

Mantus fatidice sella.

Expeditio Timoleontis in Siciliam.

Prodigia.

Ortus Arati, & honores.

Axa ducitur. Arab. Axa filia Caleb pacta pridie Othonieli, ducitur à marito cum dote prædivite; sed ampliorem ambiebat, & aliquid ultra fortem; tanquam signum amoris paterni; unde suasa à viro suo terram irriguam, & delitiosam petijt industriè à patre Caleb, quam libenter obrinuit. Historia habetur, *Iosue*, 15. à 17. & *Iudic.* 1. 14. Vide hic *Serrar.* & ibi *Alapid.* qui subdit: *Deus rem hanc totam direxit; quia destinabat Othonielem successorem Iosue in principatu.*

Abisab admittitur in patrii gratiam.

2 Anno regni David 24. post duos fere annos à revocatione improbi Absalomi de Gessur in Ierusalem; cum hic penderet; sine gratia Regis patris, irrita fore pravi genij vasta in ambitum molimina; immotum haud reliquit lapidem, ut serpens caput erigeret, & quam conceperat, iniquitatem pareret. Omnia occlusa reperit, & patronum Ioab pristinum rogatu importune quaesivit, cuius messem hordei, cum adhuc in herba esset, iussit incendi, quoniam ad illum, utpotè exosum præ moribus, venire noluit. Interventu Ioab, quod inique ambiebat, pietate patris, obtinuit, & osculatus à Rege, speciem imperij regio satellitio præ se tulit, usquequaque quotidie in maiora anhelans, ut maturà occasione potiretur voto patrem de solio eijciendo.

Eius pulchritudo & caesaries.

3 Ille ut scelestus sine flagitijs vivere nequibat. Nequitiam in fortuna adversa occultabat, ut dato tempore vomeret quæ fovebat pectore innata malignitate. Crudelitas, ambitio & luxuria non deponuntur, celantur. Latent impia conamina, quia ad expressionem malitiæ defunt necessaria instrumenta. Malitia non mutatur in melius, sed in aliud. Ità ergo Davidis benevolentiam Absalomus callidè vertit in insolentem audaciam. Specie corporis sollicitabat corda filiorum Israël, plene pulcher: cuius caesaries, quia gravabat caput, haud quia Nazareus esset, ut effutiunt Rabbini in *Sanhedr.* cap. 2. quotannis tondebatur (longè à veritate Hebraei in *Tradition.* dicentibus, singulis mensibus; & *Ioseph.* 7. *Antiq.* cap. 8. *Intra octavum quemque mensem.*) pondò 200. siclorum; vel quia hoc pretio feminis illa tonsura emebatur. Comestor, hic *cap.* 14. Dum liberè per civitatem vagaretur; manè per singulos dies, amorem populi in se derivans, ac patri invidiam concilians, linguis micabat ore trifulcis. Accedens Regiæ foribus, osculo & amplexu litigantes excipiebat, singulis, estò contrarijs, in lite palmam adiudicabat, populatèram auram captans; & studijs pravis vota in regimen sollicitans; potissimè dicitans patri pes-

Calliditas & astus.

simos esse consiliarios; & in ferendis sententijs etiam Regis lapsos præ affectione sensus. Quò non pervenit ambitionis ingenium? In huiusmodi embolia construenda biennium consumpsit; de quo 10. *Iun.* n. 2. *Cuncta* ex 2. *Reg.* 14. à v. 29- & 15. à v. 1. *Ioseph.* loc. cit. *Rab. Abrah. Zachur* in *Iuchaf.* & *Bartoloc.* in *Bibl. Rabbinic.*

4 Anno decimo Sedecia Regis Iudæ, urgente exercitu Chaldaeorum oppugnationem Ierusalem, & quotidie transeuntibus civibus in hostium castra; magnis premebantur periculis infelices habitatores; & Sedecias angebatur curis, hinc à Ieremia, hinc à Principibus tractus. Quod illum magis pupugit, fuit transitus Godoliz ad Nabuchum. Iuxta Hebræos hortante Ieremia, ut ait *Lyran.* Tunc perplexus, transactis decem diebus, ex quo Ieremias extractus fuerat à lacu, vocavit Sedecias à carcere ad portam, quæ Regiæ è templo respondebat, secretò (*ter,* ait *Comestor*) Prophetam, consulens, quid tanta in pressura facturus? Monuit Vates, se civitatemque dedere Regi Chaldaeorum, quin timeret à transfugis (qui eò in aliena castra transferant, quoniam cladem venturam sustinere nequiverant) aliàs ni traderet, proculdubio traderetur. Sedecias noluit acquiescere, & recessit in aulam, sed nesciens quò iret. *Ierem.* 30. à 14. *Comest.* in 4. *Reg.* cap. 43. *Adrichom.* *Torniel.* & *Ioseph.* 10. *Antiq.* cap. 10.

Godoliz transiit ad Assyrios.

Sedecias renuit Ieremie consilium.

5 Ab hinc anno, 284. à morte Alexandri Magni 3. sub Onia Prisco, summo sacerdote, anno 5. Ptolomeus Lagi filius, etsi habitus Philippi, Alexandri patris (de quo fuse *Iustinus,* *Diodor. Sicul. Q. Curt.* & *Plutarch.* in *Alexandr.*) cum sibi inter regnorum prædam, Ægyptiacum vendicasset; ne ab illo propelleretur tot æmulis, potentiâ validis; conciliatis indigenis, quos humanitate, liberalitate & fortitudine in libertatem vocavit (qua de causa ab illis vocatus postea Soter) expeditionem cum selecto exercitu cogitavit in confinia; ut si fortè ab alijs uti suspicabatur, peteretur, dantaxat; redderet quod rapuerat. Unde societate, auxilijsque Seleuci Nicanoris, cui Syria contigit in principatum; Phœniciam ac Cœlefyriam Ægypto iunxit. *Briet.* & *Salian.* *Ann.* 3733. qui addunt: *Imò si Iosepho fides, Iudeam; unde abduxit centum viginti millia: quorum armata triginta millia deposuit in praesidijs suis, reliquos vendidit servos.*

Ptolomeus Lagi quis?

6 Historiam plures referunt, sed *Reuclinus* præfatam cladem 9. *Adar.* factam, observat: quo fulcro, nescio, sed ex eius fide signo. *Ioseph.* 12. *Antiq.* cap. 1. astu ac do-

lo Ierofolymani ab illo occupatam; astruit; quam vi expugnare nequibat; ut illa captā minime posset sublevari Iudæa. Ingressus est urbem Sabbato (Torsnellus hunc annum vocat Sabbaticum) specie sacrificij; Summo Sacerdote ac Principibus colorē credentibus; cum dyes inermes essent, nec armis illo in die fatuē uti vellent (quapropter iurē fatuos atque supersticiosos appellavit, imò ridiculos) sine ullo obice potitus est civitate; quam divitijs & civibus spoliavit. Ptolomeus (inquit Ioseph. d.) multos captivos ex montano Iudæa tractu, & Ierofolymorum vicinia, Samariaque & Garizin monte, in Ægyptum traductos, insit sedes ibi figere; & cum Ierofolymitas pertinacissime insurrendi fidem servare compertum haberet, ex responso quod Alexandri legatis, post Darij cladem dederant; multa ex eis presidia disposuit per arces; & cum eis apud Alexandriam ius civitatis pari cum Macedonibus conditione dedisset; sacramento omnes devinxit, servaturos fidem posteris eius, qui tam multa ipsis crediderat. Per hanc captivitatem, etsi minime fuerit generalis, Iudæos diffusius dispersos fuisse in nationes (unde dicitur Actor. 2. 5. *Erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est*) dicit Petr. Comest. in *Escher*, cap. 6. Ludicrum profectò, cum memoria hic tantum fiat de Ægypto, ubi non omnis natio: quinimò Ioseph. d. non aliò nisi sub Ptolomæi ditione fuisse delatos, asserit; quæ minime extendebatur in omnem nationem, quæ sub cælo est. Plures, quàm capti, secessisse tunc in Ægyptum, ubertate terræ allectos, & Regis liberalitate; astruit Ioseph. quos quidem omnes filius eius Philadelphus dono patriæ & Elezaro, Summo Sacerdoti restituit; dum sollicitavit, Sacra volumina Bibliothecæ Alexandrinæ. Schedel in 5. *Mundi etat.*

7 De presenti populi Israelitici vexatione & captivitate, nihil ex Scriptura legitur; nec unde tanta clades à Deo permilla, cum ipse è Babylonia & Perside, tot remigrationibus restituerit in priscam terram Chanaan; & continuo vigilaret in eius custodiam, ut claruit singulari miraculo; adveniente furibundo Alexandro è victa Tyro, adversus cives & urbem. Si licet ariolari, cogitarem, poenam fuisse propter commertium illorum cum Samaritanis, quorum templum tunc recens florebat (de quo 2. 5. *Septembr. fuse.*) dicente Iosepho d. lib. 11. cap. 8. *Post obitum Alexandri, imperium quidem eius inter Successores est, divisum: templum verò in Garizin monte situm, man-*

sit incolume; & siquid apud Ierofolymitas, aut illiciti cibi sumpti, aut violati Sabbati, aut alterius similis criminis reus ageretur, ad Sicimas confugiebat, calumniam se passum dicitans. Imò sub Ptolomeo præfata clade, lib. 12. cap. 1. subdit: *Seditiones continue fuere inter eorum posteros & Samaritas, instituta patria pervicaciter retinentes; pugnantque inter se iugiter, dum Ierofolymitani suum templum sacrosanctum esse affirmant, & victimas à Iudæis non aliò mittendas: Samarita contra, in montem Garizin eas mitti debere, contendunt.* Vide dicta Tom. 7. T. 9. n. 2.

8 Philadelpho filio præfati Ptolomei (à quo successores nominis acceperunt insignē, sicut pridem ante Cambysem Pharaonis gloriabantur cognomine) ab Historicis tribuitur creditio Bibliothecæ Alexandrinæ, industria ac dexteritate Demetrii Phalerei, qui ad illum confugit, postquam functus Athenis nobilioribus Magistratibus, civium invidiā à patria pulsus est. Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 2. *Comestor*, d. cap. 7. alijque multi; sed falluntur: etenim quia ut familiaris & amicissimus Ptolomeo Lagi (qui filios habebat ex Eurydice, & Berenice, cuius filius Philadelphus) persuadere conatus est; ad regnum non huius, sed illius filios evehere; à Philadelpho, postquam pater, fato functus, multatus est exilio, & in desertam regionem eiectus, ubi mœstitudinē tabescens, morsu aspidis voluit perire. Briet. *Ann.* 3770, & Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 3. cap. 18. Quare perperam instrui potuit Bibliotheca à Demetrio sub Philadelpho, qui statim post patris obitum de medio sustulit.

9 Videor mihi videre, cum AA. haud infimi subsellij, & plurimi, contraria astruant (potissimè Aristæas, qui illum impulsorem & fautorem facit translationis codicum sacrorum in Græcum idioma) posse dici, ut conciliantur; totum contigisse illo in anno, qui unicus tantum, quo cum patre regnum Philadelphus tenuit, ut notat Ptolom. in *Almagest.* & in *initio regni*, decreto averfi Regis, qui penè Demetrii consilio caruerat regno, exulaverit. Vel utroque regnante, perfectam fuisse librorum congeriem, & Bibliothecam erectam; verum propositum ac expensas in voluminum inquisitionem primū Ptolomei fuisse; dum ad illum præ Atheniensium tædio fugit Demetrius; de quo Ludov. Vives in 18. *Civ.* cap. 42. inquit: *Vir nobilissimis maximisque functus magistratibus, studiis se tradidit, accitis undique ingenijs, & constructa illa nobili Alexandrina Bibliotheca.* Cogitationi favet Brietius, qui

Ierofolyma
dolo cepit.

Bibliotheca
Alexandri-
na à quo
Ptolomeo e-
recta?

Demetrius
Phalereus e-
xulat & pe-
rit.

Unde Iudæis
vixit tunc
ciuitati

quī agēns de Bibliothēca Atheniēsi, *Ann.* 3732. & secundo regni Ptolomei Lagi; in-
 sit: *Aristoteles Bibliotheca concinnanda pri-
 mus auctor fuit, idque Ptolomeum edocuit.*
 Ex quo patet non per Philadelphum; sed
 per patrem Bibliothecam Alexandrinam
 fuisse efformatam.

10 Dicit etiam potest partem à patre, &
 partem à filio congregatam, ut Alexan-
 driana esset tunc insignior in orbe bibliotheca.
Demetrius Phalereus (inquit *Aristeas in Hi-
 stor. 70. Interpret.*) *cum regia Bibliotheca
 praepositus esset; diligentia curâ elaborabat, ut
 ex universo orbe volumina compararet; di-
 stributis per loca hominibus, qui libros
 emerent & transcriberent; quo studio de-
 mium perfecit, ut adimpleretur Regis propo-
 situm* (Ptolomei primi scilicet, quod mo-
 nitu Aristotelis conceperat) *Nam cum ab
 eo peteretur, quot librorum millia congre-
 gasset; iam ducenta millia, inquit, in biblio-
 thecam redacta sunt: brevique numerum ad-
 implebo, qui ad quingentorum millium sum-
 mam ascendat.* Unde cogitari licet; sub Pto-
 lomeo Lagi à Demetrio congregatam sum-
 mam primam; & novissimam, dum à patre
 assumptus est Philadelphus in throni socie-
 tatem: quapropter illo decedente dicta est
 Bibliotheca Philadelphi. Alius cogitet alia.
Joseph. d. idem refert. & Genebrard. Ann.
 3830. pro Demetrio exule successum præsi-
 dem bibliothecæ signat Callimachum; qui
 suis scriptis augere quibat, cum scripsisset
 octingenta volumina. Idem ibid.

11 Huius Bibliothecæ numerus variat
 apud AA. *Plutarch. in Casare*, signat volu-
 minum tantum quinquaginta millia: *Gene-
 brard. d. quinquaginta quatuor mill.* *Gel-
 lius lib. 6. cap. 17.* septuaginta mill. *Seneca
 de Tranquillitat. Anim. cap. 9. in fit: Qua-
 dringenta millia librorum Alexandria arse-
 runt, pulcherrimum regie opulentia monu-
 mentum. Alius laudaverit sicut Livius, qui
 elegantia Regum; curaque egregium in opus;
 ait, fuisse.* *Ammian. Marcellin. lib. 22.* pro-
 pe suum, collocat in Serapidis templo (de
 quo late 25. April.) subditque: *Continen-
 tem ferè septuaginta voluminum millia, quæ
 direpta urbe sub Casare Dictatore conflag-
 rant.* Incendium referendum, 24. *Mart.*
 n. 17. Pridem in Ægypto usus erat Biblio-
 thecarum: unde Thebis à Diodoro Siculo;
lib. 1. n. 31. signatur bibliotheca, cum Deo-
 rum imaginibus, & inscriptione: *Medicato-
 rium Anima.* Idem videris apud *Læ. Bifciol.*
Tom. 1. Horar. susceio, lib. 15. cap. 4. &
 alias orbis celebres bibliothecas; *ibid.* &
 apud *Maiolum, Tom. 1. Colloq. 23.* cum
Tom. 1. Ephemer.

Paul. Orofio lib. 6. cap. 18.
 12 Quæ à Ptolomæis erecta ex amu-
 latione provenit, & à cunctis successoribus
 propense aucta fuit; qua de causa dicta
Studium Regum, maxime Philadelphi,
 cum audisset Attalum primum Pergami
 & Galatiæ regem; egregiam meditari bi-
 bliothecam, preparatis membranarum in
 communem delectationem (ut ait *Vitru-
 vius de Architect. lib. 7.*) quare zelo incen-
 titatus, haud minori industria Alexandria
 efformavit insigniorem: equidem in illa dun-
 taxat ducenta millia librorum, & in hac se-
 ptingenta millia fuisse; tradit idem; & alij
 ut vidimus. Late *Plin. lib. 13. cap. 11.* quem
 videtis, & *Dalecamp. hic à Litera N.* Econ-
 verso refert *Genebrardus*, quò dudum: *Usus
 papyri* (ait) *qua abundant Nilus & mare
 Ægyptium Rubrum, sive Charta iuncea,
 inventus est, cum ab Attalo Rege primo Per-
 gami & Galatia, membranas Philadelphus
 obtinere ad parandam librorum tantam su-
 pellestem, non potuisset. Antea scribebatur
 in libris, sive corticibus arborum. Huius au-
 tem emulatione, Attalus insignem quidem,
 sed tamen multò inferiorem Bibliothecam
 parat viris doctis, quales plurimos istud æ-
 dum ferebat, è Græcia conquistos.* Etiam
Suidas refert in *Euphorione*; & *Tzetztes* de
Lycophrone: apud quem Philadelpho re-
 gnante septem Poetas floruisse reperies, di-
 ctos *Eleiades*: præfatum scilicet *Lycophro-
 nem*, *Callimachum*, *Aratum*, *Theocritum*,
Nicandrum, *Phylicum* & *Homerum* iunio-
 rem: *Consuletis Genebr. loc. cit. Plinius lib.*
35. cap. 2. postquam de *Asinio Pollione* in-
 ventore Bibliothecæ inter Romanos locu-
 tus, subdit: *An priores ceperint Alexandria
 & Pergami Reges, qui bibliothecas magno cer-
 tamine instituire, non facile dixerim.* Facile
 profum cum *Asinio* florisset sub *Augusto*.
 13 *Athenæus 1. Dipsosopistar. cap. 1.*
 inter celeberrimas; quas ibi signat, cele-
 briorem orbis plaudit bibliothecam Phila-
 delphi: de quo *Alexander Neapolitan. lib.*
1. cap. 2. *Stratonis* (inquit) *discipulus fuit,*
*omni doctrina genere clarus, qui cum viri-
 bus attenuatis, infirmâ valetudine labora-
 ret; miro discendi studio affectus; nobilem
 illam omnium sermonibus celebratam biblio-
 thecam, conquistis undique exemplaribus,
 omniumque linguarum voluminibus, con-
 struxit; pulcherrimum sanè regie opulen-
 tia monumentum.* Hac enim de causa ut per-
 fectam vidit, instituit ludos in honorem *A-
 pollinis*, & *Musarum*. *Vitruv. d. & Gyrard.*
Syntagm. de Musis, n. 24. Hoc est in hono-
 rem Sapiētiæ, quæ in bibliothecâ aperiebat
 Scholas, Ec Hoc,

*Aristoteles
 primus A-
 thenis pu-
 blicam Bi-
 bliothecam
 instituit.*

*Numerus
 voluminum
 in Alexan-
 driana
 Bibliotheca.*

*Callima-
 chus præsi-
 des pro De-
 metrio.*

*Quo in loco
 fuit*

*Bibliotheca
 Thebana.*

Usus papyri.

*Bibliotheca
 Pergamæ.*

*Primus in-
 ter Roma-
 nos instituit
 Asinius Pol-
 lion.*

*Philadel-
 phus literis
 addidit.*

*Variis ludis
 bibliothecâ
 dedicavit.*

14 Hoccine hieroglyphicum priscum utique inter Sacerdotes, Aegypti Mystas, uti observat Kircher. in *Obelisc. Pampbil.* lib. 3. cap. 3. *Iconism.* 4. & in *Oedip. Aegypt.* Tom. 1. *Syntagm.* 3. cap. 3. ubi: *Apud Aegyptios Osiris cum musica maxime recrearetur; novem secum psalterias, quae postea à Graecis Musa dictae sunt, una cum earum instructore Apolline, assumpsit.* De huiusmodi effigie inter Antiquos. celebri (equidem dictum vel fictum, in Achate Pyrrhi, Epirotarum Rege, expressum fuisse à natura Novem Musas, Apollinem, lyras, tibias, citharas & cetera instrumenta Musarum propria, uti ait Bulenger. de *Pictur.* cap. 9.) unde Pyrrhi celebratur annulus à Solino, cap. 11. & Plinio, lib. 37. cap. 1. dicit Georgius Draudius, in *Solin.* cap. 46. (quò inseruit totum Alberti Magni tractatum de Gemmis) *Ad sapientiam habendam legitur, Regem Pyrrbum gestasse in digito Achatem, in qua miro decore novem Musae insculptae erant, & Apollo Deus sapientiae in medio, manu citharam tenens.* Profectò desipit: & quia attribuit superstitiosè huiusmodi & alias facultates conformationi imaginum in coelis; & quia arte ficcine sculptum sigillum astruit; quod quidem ludicrum, & fallum, iuxta praefatos AA. *Habuisse traditur Achatem, in qua novem Musae & Apollo citharam tenens spectarentur non arte, sed sponte natura.* Plinius: Solinus autem d. *Non impressis figuris, sed ingentis.*

15 Parvi vel nullius momenti, quod Philadelphus hoc intuitu vel alio duceretur in Bibliothecae dedicatione: verum summi, quod ex eius erectione nobis oriretur felicitas translationis sacrorum Codicum ex Hebraeo in Graecam linguam per Septuaginta Interpretes; de quo 15. *Novembris*, à n. 5. *Has sacras literas* (infit Augustin. 18. Civ. cap. 42.) *unus Ptolomeorum Regum Aegypti nosse studuit & habere: Dona neigia in templum Dei misit; petivitque ab Eleazaro tunc Pontifice, dari sibi Scripturas; quas profectò audierat famam predicante divinas: & ideo concupiverat habere in Bibliotheca, quam nobilissimam fecerat.* Idem apud Philon. 2. de *Vit. Moyss.* Antiteam, d. Ioseph. loc. cit. Tertull. *Apologetic.* cap. 18. Athanas. in *Synops.* Epiphani. de *Mensuris & ponderib.* & Hieronym. usquequaque. Immediate ab assumptione Philadelphi in societatem regiminis cum patre, factam praefatam translationem asserit. Briet. & Salianus; *Ann.* 3770. Epiphani. d. signat ann. 17. Philadelphus; Tornell. ann. 28. Consule. *Ann.* 3798. n. 3. Legationem missam ab hoc ad

Eleazarum Summum Sacerdotem, adage Aristea die 7. *August.* asserit. Reuclina cuius fide ducti, referemus à n. 7.

16 Hac in die apud Hebraeos celebratur inviolabile ieiunium; ob domum Sammai, & domum Hillel inter se sectas, & divisas: idest, propter divortium scholarum, & diversas utriusque contentiones. Genebrard. Scaliger, & Leonard. Mar. in *Kalpa.* De his Hieronym. in *Isai.* 8. 14. inquit: *Erit vobis in petram scandali duabus domibus Israëli Nazarei, qui Christum recipiunt, ita ut observationes veteris legis non admittant. Duas domos, interpretantur, Sammai & Hillel, ex quibus orti sunt Scribae & Pharisei* (vide 27. *Octobr.* n. 7.) *Sammai igitur Hillel, non multò prius quàm Dominus naceretur, orti sunt in Iudaea: quorum prior Dissipator interpretatur; sequens Profanus, eò quòd per traditiones & deuterosephas, legis praecipua dissipaverint, atque macularunt: & has esse duas domos, quae Salvatorem non receperint, qui factus sit eis in ruinam & in scandalum.* Idem Baron. in *Apparat.* *Ann.* n. 8.

17 Genebrard. *Ann.* 3952. *Horum principium signat in diebus Ioannis Myrcani; vocatque duas nobiles familias, seu collegia Sammai & Hillel; ex quibus orti sunt, seu potius incrementa acceperunt, Scribae & Pharisei.* Sammai utique & Hillel Praesides fuere nonae Synodi Synagogae, ut dicitur, 23. *August.* n. 4. decreta pro Phariseis probandis. Celebrior inter illos Hillel, igitur ducentos discipulos doctissimos habuit, quorum minimus, qui fuit Iohanan Ben-Zacchei, universum Cabala & Scripturarum corpus, cunctas etiam Philosophiae partes exactissimè tenuit Praes. Scribarum & Phariseorum magna cum laude. Clariore discipuli fuere Simeon Iustus Ionathan Ben-Uziel Maximus, qui Syriacè totum vetus testamentum reddidit & Christi mysteria revelavit. Idem Genebrard. ex Rabbis, *Ann.* 4011. & 4014. Huic tribuitur *Tbargum Chaldaicum*, five Babylonicum (quod *Paraphrasis Chaldaica* dicitur; eò quòd Babylone legem sacram ex Hebraeo Chaldaicè reddidit viginti circiter annos ante N. Servatoris nativitatem. Inter Rabbinos traditio, Syriacè scripsisse totum vetus Testamentum, quae versio evanuit, ut placet Marianæ, *Opuscul. pro Editione Vulgata*, cap. 22. Unde si verum, sine fulcro asseritur, à Ben-Uziel fuisse Thargum Babylonicum; quod viderit lector, cum apud AA. illi semper tribuatur praefata Paraphrasis, titulo *Tbargum Babylonicum*. Thargum aliud habemus, quod di-

Apollo cum Musis.

Pyrrhi annulus.

Translatio Septuag. Interpret. per Philadelphum.

Ieiunium Iudaeorum propter divortium sectularum.

Qui illarum rectores Hillel & Sammai.

Be-Zaccheus

Ionathas Ben-Uziel. Simeon Iustus.

Duo Tbargum.

Onkelos.

dicitur *Hierosolymitanum* confectum diligentia Rab. Onkelos, qui Uziellem imitatus, quinque Moysis libros vertit in Chaldaicam linguam sub Adriano Imperatore. Hinc quod ab hoc versum, dictum *Tbargum Hierosolymitanum*; & quod ab illo, *Babylonicum*: de quo qui supr. cap. 11. Onkelos dicitur à Rabbiniis filius sororis Imperator. Titi. Quapropter in *Prefation. Dictionar. Chaldaic.* Elias Levites inquit: *Onkelso autem fuit filius sororis Titi, eius qui templum avertit. Ionathas è discipulis fuit Hillelis, qui vixit centum circiter annos ante templi excidium.* Post Uziellem sapientia & virtute floruit. Alium discipulum signant, nomine Menachem, qui coram Rege (arbitror fuisse Herodem Afcalonitam) sapientia illustrissimum; de quo Gemariçi in *Chagiga* apud Braun. 1. p. de *Vestit. Sacerdot. Hebræor.* cap. 8. n. 14. *Exiit Menachem, ut ministraret Regi; & exierunt cum eo octoginta pares discipulorum vestiti sericum.* De Ionatha Uzielle plura apud Galatinum, qui lib. 1. de *Arcanis cathol. veritat.* inquit: *Ionathas Uzielis filius, Hillelisque auditor, atque Simeonis Iusti, qui Christum infantulum suscepit in brachijs condiscipulus, totam veteri instrumentum in Chaldaam vertit linguam, atque exposuit.* Recutiti sine mendacio nihil ostentant: unde in *Babababtra* legitur: *Magistri dixerunt, quod in hora qua eidem editioni & expositioni vacabat, si musca aut quodcumque volatile super chartam volasset, illicò absque ulla eius, aut charte lesione cœlitus exurebatur.* Ingeniosi sunt apellæ.

Mons Sion
Universitas
Pharisæorum.

18 Ex Rabbiniis ergo sciendum, qui fuerint hi Magistri, quorum scholæ divise. Hillel Babylonicus erat & Hierosolymam venit *Morana*, idest, *Doctor noster, Arabidascalus*, qui facultatem solus habebat, uti Princeps Synedrj Magni declarandi Doctores, & signandi Rabbinos. Ad Petr. Cunæum, 1. de *Hebr. Republ.* cap. 12. Pridem facultas penes Sanhedrim, sed postquam Hillel è Babylonia venit in montem Sion, quod septem collegia divinarum literarum; *Nemo deinceps Doctor, nisi eai id concessisset divinas Senex Rabbi Hillel.* Ita Moyses Ægyptius in *Halach. Sanhedrim*, cap. 4. additque: *Is autem Magni Concilij Princeps erat, & alterum sub se Præsidentem habuit Sameam, hominem truculentum, ambitiosumque: cuius sectatores cum paulò post contra discipulos Hillelis insurrexissent, tantis studijs animos hominum concivere; penè ut totus populus pertractus in partes sit.*

Quis Hillel,
& eius
honor?

Quis Sameam?

19 Inter Pharizos; maximè Scribas, amplior fuit pugna. Unde ex divisione *Tom. I. Ephem,*

Scholarum, ut observat Petr. Cunæus, d. libi 2. cap. 17. *Controversas & quæstiones ex sacris literis erære; morbus esse cepit deterioris avi. Talmudicorū illud est octodecim res esse, de quibus contentio fuit inter familiam Hillelis & Samai; quas neque Elias quidem expedire posset. Profectò hoc est, ad desperationem desipere. Adeo enim nodosa atque intricata commenti sunt duo illi disidentium sectarum Duces; ut nec Vatem quidem, aut cœlesti Oraculam ferre opem potuisse, autument. Non secus sub prædicatione Pauli Hymenæus & Philetus varia deliria excitarunt, de quibus Epiphani. *Hæres.* 28. & Euseb. *Histor.* lib. 2. cap. 7; & 3. cap. 28. & cum virus serperet, Paulus Tito dixit, cap. 3. 9. *Stultas autem quæstiones, & genealogias & contentiones & pugnas legis devota: sunt enim inutiles & vana.* Vide selectissima apud Ioann. Annum in *Philon. Breviar. de Tempor.* p. 2. in fin.*

Inter utriusque
triosæ
quæstiones.

20 Profectò Hillel doctissimus vel inter suos est habitus. Rabb. Abraham Zacuth, Salmanticensis in *Iuchasim*, inquit: *Omnia Biblica exemplaria fuisse emendata ad quandam venerandæ antiquitatis codicem, quem sua manâ olim conscripserat Rabbi Hillel, Summus Iudaorum Præsul, qui Babylone in Syriam venerat sexaginta annis ante Iesu nativitatem.* Rab. Kimhi in sua *Grammatic.* in *Pisfuk*; asserit; Toleti, Pentateuchum Hillelis vidisse. Consule Petr. Cunæum, d. lib. 1. cap. 18. Ab Hillel; Sammæa, & alijs asserbant Pharizai suas sumpsisse traditiones, ut auctoritate fulcirentur, quæ ab illis excogitata vel turpia vel ridicula; ut taxat Hieronym. *Epist.* 151. quæst. 10. *Solent respondere (inquit) Rab. AKiba & Simeon, & Hille Magistri nostri tradiderunt nobis.* Consule Baron. *Ann. Christ.* 53. n. 7. & Sanberr. 1. p. de *Sacerdot. Hebr.* cap. 26. cum Genebrard. loc. cit.

Gesta & sapientia
Hilleli.

Ab utroque
sumptæ
Pharisæorum
traditiones.

21 Anno Christi 31. eius ieiunij dies trigessimus tertius. Ann. 32. autumat, in *Chron.* Lamy, sedatam à Salvatore procellam ortam in mari Tiberiadis, cum dormiens à discipulis excitaretur, ut averteret naufragium, ex *Matth.* 8. 24. Calixtus Placentin. ann. 34. hac die accepisse à sororibus nuncium de morte Lazari, eamque emphaticè exposuisse discipulis; verum ibi mansit (scilicet, in Bethabara trans Iordanem) duobus diebus. Statuemus suis in locis ex *Ioann.* 11. 6.

Dies
XXXIII.
ieiunij
Christi.

22 Romæ pro stabilienda pace inter Senatum, & Porfennam Etruscorum Regem, qui factionem fovebat Tarquiniorum, sed iam illorum uti iniustam, damnabat. cœ-

tam; dati sunt obsides, in quibus etiam fuit Consulis Poplicolæ filia Valeria, quæ cum alijs, duce Cœliæ, seu Clœdia, Tiberim transiens à castris Porfennæ fugit in Urbem; sed pater reduxit ad Regem etiam cum reliquis & Cœliæ simul; quam, quia dux audacis facinoris, honoravit Porfenna equo regio insigniter phalerato, & Roma equestri speciosa statua; ut præmisimus die 5. n. 11. Plin. 34. cap. 6. facinus & honorem tribuit Valeriæ, non Cœliæ, cui Piso assignat. *E diverso Annus Fœcialis* (inquit) *statuam equestrem, quæ fuerit contra Iovis Statoris adem, Valeriæ fuisse, Publicolæ Consulis filia: eamque solam refugisse, Tiberimque transivisse, cæteris obsidibus, quæ Porfennæ mittebantur, interceptis Tarquinij insidijs.* Plutarch. in Poplicol. ait: *Statuam equestrem Clœliæ, quidam tamen Valeriæ vindicant.* Utrique arbitror honor, deusque concessum; ita ut Cœliæ statua esset viâ sacrâ, Valeriæ verò ad ædem Iovis Statoris.

23 Ex ordine narrationis Plutarchi constant diversi in utraque virtutis tractus, ex quibus merita ad Statuarum honoré. Utraque cum reliquis vel obice flumine, in Urbem refugit, Consul ut obsides Porfennæ reddidit: *Quod ita futurum cum præsensisset Tarquinius, collatis adversus eos qui virgines deducebant, insidijs; in tractu, maiore numero, pauciores est adortus: ipsæque se defendentibus, Valeria Poplicolæ filia, per medios pugnantibus se proripuit, & à tribus servis unâ elapsis, servata est: reliquæ non sine periculo pugnantibus permissa fuerunt.* At Porfenna filius Aruns, eo cognito, celeriter auxilium Romanis tulit, eosque pulsos hostibus conservavit. Dubium itaque diluitur, & utriusque virtus scemine equestri statuâ in memoriam muneratur. Idem regerit Plutarch. de *Mulier. virtutib.* cap. 14. Marlian. cap. 58. & in *Epitom.* 3. cap. 25. Valeria ergo Poplicolæ nata cum dentibus. *In sceminis ea res* (inquit Plin. 7. cap. 16.) *inauspicati fuit exempli Regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria; exitio civitati in quam delata esset, futuram; responso aruspicum vaticinante: Suesam Pometiam illa tempestate florentissimam, deportata est; veridico exita consecuto: refert Dionys. Halicarnass. 6. n. 19. & 42. Idem lib. 8. n. 20. narrat illam iam vetulam cum alijs matronis movisse. Veturiam ut eius presentia Coriolanus parceret urbi, & voto potitam: quapropter cum ex eo articulo matronis concessum, quod Fortunæ Muliebri templum ædificaretur, Valeria instituta prima Sacerdos.* Ibid. n. 29.

Valeria statuam equestrem

Eius virtus.

24 Eodem die ann. sequent. triumphus M. Valerij, fratris Poplicolæ, Consulis, de Sabinis. Beyerlinck. Describit non triumphum pompam, sed honorem Plutarch. in *Valer. Poplicol.* Fœdere isto cum Porfenna, Sabinis in agrum Romanum irrumpentibus (inquit) *M. Valerius Consul est creatus, maximis rebus gestis presentia & consilio fratris. Marcus duobus prælijs Sabinos superavit; in quorum posteriori, nullo Romano amisso, tredecim millia hostium occidit. Quare præter triumphos, hoc ei honoris tributum est; ut in Palatio ei domus publicis ædificaretur sumptibus. Præterea cum eo tempore adium fores omnes introrsum ductæ aperirentur; fecerunt ut eius solius foras ianua propelleretur, &c.*

Triumphus M. Valerij & honores.

Prodigium pugna.

25 Hac in die & in insula Rhodo, & in vico Sebrio in Laconia. *Helenea sacra.* Meurs. *Græc. feriat.* ex Pausania, cap. 96. & 102. Ut Numina æmulari in flagitijs dicerentur, aras, fanaque Ethnici erigebant Vitijs. Unde Helenæ, quæ scandalum, Asiæ & Europæ perniciës, dedicarunt templa, constituerunt sacra, & collocarunt eius imaginem cum Hercule. Idem ibid. Deam celebrarunt pulchritudinis & venustatis, & cum prodigijs etiam in dedecus Veneris. *Erat Aristoni amicus Spartiata* (refert Herodotus, 6. n. 15.) *cui uxor speciosissima, ex turpissimâ facta: siquidem hanc malâ formâ præditam cernens nutrix; excogitavit, ut puellam singulis diebus baiularet ad Helenæ templum, quod est in loco, qui dicitur Therapne supra fanum Phœbi. Eò quoties nutrix intulerat puellam, stans ante simulacrum, precabatur, ut alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exeunti è templo mulier quædam apparuisse fertur, atque interrogasse illam quidnam in ulnis gestaret: & cum nutrix se infantem gestare respondisset; iussisse sibi ostendi: cumque negaret nutrix se id facturam, quod infantem parentes sui vetuissent ostendi cupiam; instituisse iubere prorsus, ut sibi ostenderetur: magni enim facturam illam, si à se infans conspiceretur. Ita nutrice puellam ostendente, demulcentem caput puella, dixisse; futuram illam omnium Spartanarum formosissimam, atque ab ea pristinam speciem decidisse. Hæc prodigia auctoratę meretricis, cui sacra studiosè fiebant, & præparabantur vasa pretiosa, quæ*

Helenea sacra.

Helena Dea pulchritudinis.

Templum, in quo pulchritudo deformibus comferebatur.

Heleneæ vasa.

26 De pulchritudine gloriabatur, sine infamiæ rubore roties rapta: etfi excussit Euripides in *Helene Traged.* asserens embolio Iunonis Paridem non tulisse Helenam

in

in Troiam, sed spectrum, sicut illa in nube obiecta Ixioni, quæ quidem evanuit larva, dum in Ægypto, quò fugerat, à marito inventa Helena. Idem à v. 30. Lycoph. in *Cassandra*, à v. 112. Nos *Isagog. Maij.* n. 21. Unde Pausan. *cap. 342.* signat cum ancillis excurrentem ad Ilij mœnia, adstante Heleno, filio Priami, mœstissimo, & quia uti vates presentiebat futuram Troiæ cladem, & illam cognoscebat versipellem: quapropter cum urbs iam caperetur; ut posset reconciliari viro, Græcis facem ostendit; & Troiam cum civibus prodidit. Hygin. *fab. 249.* & Natal. Comes, 6. *Mytholog. cap. 23.* ingressus Menelaus in Ilium, dicitur stricto gladio in illam irruisse, sed eximiâ pulchritudine ab icu suspensum brachium. Pausan. *cap. 166.* sicut illam Æneæ Venus invisibilem reddidit, dum vel ad aram stricto ferro vidit Troiæ communem Erinny. Virgil. 2. *Æneid.* à v. 566. Alij asserunt gladium ab aquila fuisse è manibus arreptum. Eustach. in *Homer.* pag. 417. At alicubi factum referunt AA.

27 Plutarch. in *Paral.* n. 37. *Pestilentia Lacedæmone vulgata* (inquit) *responsum dedit Apollo, finem fore mali, si generosam virginem de more immolassent.* Sorte aliquando ductam Helenam; ubi ornatam produxerunt; aquila demittens se, rapuit enses, atque in armenta portans, super buculam eum posuit: qua de causa à virginibus mactandis abstinerunt. Ex ipso historiam etiam referunt Rhodig. 13. *cap. 20.* & Pier. Valer. 19. *cap. 6.* Absumpta ergo à Menelao, in Spartam direxit iter; sed orta procella deducti sunt in Pelusium, quò à Protheo humanissimè ac regiè accepti sunt; contracta summa amicitia inter Prothei uxorem & Helenam: & huic cum abiret, tradidit herbam Nepenthen, seu hilaritatis in oblivionem contractæ tristitiæ. Plin. 25. *cap. 2.* ut cunctis mortalibus distribueret. Rhodig. 19. *cap. 3.* Hinc solvit in insulam Cranen, quæ post ab ipsa Helena vocata. Pausan. *cap. 33.* & Nonnius in *Insul. Græc.* Tabul. 8. quò etiam nimis ploravit; ita ut eius ex fletu oriretur mirabilis herba, vocata Helenium. Natal. Comes, 6. *cap. 23.* Helenium è lacrymis Helenæ dicitur natum: & ideo in insula Helenæ laudatissimum. Plin. 21. *cap. 10.* Effectus promit ibid. *cap. 21.* Helenium ab Helena, ut diximus natum. Favere creditur formæ. Cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam: propterea putant usu eius quandam gratiam ijs, Veneremque conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino; cumque

quem habuerit Nepenthe illud prædicatum ab Homero, quòd tristitia omnis aboleatur. Est autem succi prædulcis. Sic dicitur Helena Galix, de quo infra. A Philostrato Crater Helena, apud Rhodigin. d.

28. Funem turpitudinis traherat; quapropter ne domi permaneret læsa nota famæ cum vilissimo in genitrice dedecore; mortuo Menelao, à filijs eiecta è domo: quæ fugit in Rhodum ad cognatam suam Polixen, quæ insulæ principabatur. Pausan. *cap. 102.* & Natal. Comes, ubi dudum. Tunc secum ferens craterem; non Veneri, sed Minervæ sacravit. *Minervæ templum habet Lindos insule Rhodiorum; in qua Helena sacravit calicem ex electro: adijcit historia, Mamma sua mensura: subdit Plin. 33. cap. 4. De hoccine mirifico cratere fusè Adrian. Iun. Adagior. Centur. 6. n. 25. & Homer. Odys. 4. Latino idiomate:*

Irarum causas abolens, fugansque malorum Sensem, & tristitiæ pariens oblivio, vino.

29 Nemeis urgebat à tergo, unde illius quæque segmenta portanti semper infaulta. Eius monile ominosum deveniens in potestatem cuiusdam scemithæ, postquam illa suspensa. Quæ Helena monile gestare solita, in meretricium probrum incidit; pulchritudine suâ eam expetentibus prostrata. Tiraquell. in *Alexandr.* 5. *cap. 15.* ex Athenæo, 16. n. 4. Hac de causa invisa nautis flammula, Helena appellata, dum apparet in procella. *Gemina salutare, quarum adventu fugari diram illam ac minacem, appellatam Helenam.*

Plin. 2. *cap. 27.* Helena ergo se contulit Rhodum ad necessariam suam Polixen, uxorem Tlepolemi, qui Helenæ causa occisus fuerat à Sarpedone in bello Troiano. Hygin. *Fabul. 113.* Polixen itaque (ait Pausan. *cap. 102.*) *volens in Helena ulcisci Tlepolemi necem; ubi in potestate Helenam habuit, immisit in eam lavantem ancillas Furiarum habitu, quæ illam cõprehensam, cum ad arborem suspendissent, laqueo necarunt* (Idem Natal. Comes, d.) *In Therapne Menelai delubrum est: eoque in loco Menelaum & Helenam sepultos tradunt. At Rhodij Lacedæmonijs ne utiquam assentiuntur.*

30 Sic itaque strangulata, Dea facta est, & simulacrum eius collocatum in templo Deæ Syriæ, ait Lucianus, *Dialog. 162.* & vocata Venus Sospita, cuius templum in Ægypto; ait Herodot. 2. n. 32. & in Helena insula, uti refert Nonnius, d. Formâ & habitu Veneris erat eius simulacrum; in manu habens poculum ansatum; allusione ad Craterem de quo supra. Lucian. *Dialog. 168.* Helena autem (infit) pulchritudinis gratiâ, cum se-

Helena fax scelerata.

Liberatur sepe à morte.

Aquila eripit.

Nepenthe herba.

Helenium herba.

Effectus.

Crater & Calix Helenæ.

Homer.

Monile.

Flammula.

Helena suspenditur laqueo.

Sepulchrum eius.

Dea fit, & vocatur Venus Sospita.

Imago.

se-

seipsam in Deam mutasset; tum fratribus Dioscuris causa fuit, ut ante illam in caelum ascenderent. Et solemnia sacra, & virgines celebrabant Helena, vincta mulis, cum lampadibus. Rhodigin. d. Est etiam aliud demonis embolium: resurrexisse dicitur, atque ex Elysijs campis translata in Insulam Achillis, eique nupsisse, ut diximus, 24. Ianuar. n. 14. ubi Leonymum ob vulneris medicamen ex Oraculo illuc accedentem, dicere Stefichoro Poetae iussit, caecitatem contractam, ex eo quod eius pulchritudini detraxisset: quare illi expediebat cantare pallinodiam, modò cordi esset, oculorum excutere calamitatem: ita Vates fecit, & visum confestim recuperavit. Pausan. cap. 102. Rhodig. 15. cap. 25. Ravis. Text. 2. Offic. cap. 38. & Angel. Politian. in Nutricia. Magna prorsus Helenæ cum Stefichoro clementia; & cum Homero implacabilis ira: etenim eodem vitio adversus Helenam laboravit; & visum perdidit, & Helena indignata non restituit. Rhodigin. ibid.

31 Huius Sospitæ Veneris imago collocata Romæ in templo Iunonis Sospitæ, uti dicemus 12. Octobr. & in porticibus Philippî illa celeberrima, Zeuxidis manu. Plin. 35. cap. 10. Celeberrima dico, quippe postquam picta, secuta est conditionem prototypis equidem imago etiam vocata *Meretrix*. Rhodigin. 19. cap. 27. & Dalecamp. in loc. cit. Plin. liter. C. Causam prodidit Ælian. Zeuxis, cum pinxisset Helenam (inquit, 4. Var. histor. cap. 12.) magnam ex eo opere questum fecit. Non enim gratis, neque quemvis obvium impudenter ad id contemplandum admittēbat; sed primum oportebat certam pecuniam summam numerare: deinde potestas videndi permittebatur. Quoniam igitur lucrum ex hac pictura faceret; Græci qui eo saculo vivebant, Helenam illam *Scortum* vocabant. Illam vocavit Zeuxis *Pulchritudinis formam*. Valer. Maxim. 3. cap. 7. n. 3. Verè opus eximium, æmuli laudibus ratum. Zeuxis cum Helenam pinxisset (subdit Ælian. d. lib. 14. cap. 47.) *Nicostratus pictor stupefactus imaginem intuebatur, sic ut manifestum esset, eum picturam admirari. Accedens itaque quidam, rogabat; Quidnam tantum artem admiraretur. At ille: Non, inquit, id me rogares, si meos oculos haberes.* Hocine suffragio, dextræ suæ hand multum sibi arrogavit Zeuxis nobilis penicillus. Ut speciosa in tabulam ex singulis eligere valeret; quinque pulchriores foeminas virgines Zeuxi exhibuerunt Crotoniatae. Lebeus. Batill. Emblem. 54.

32 Hac quoque die præfatus Steficho-

rus natus est. Plutarch. in dieb. In eius orbe Lufinia cecinisse dicitur, mirabili auspicio, quippe primas Lyricorum. Suidas, Quintil. 10. cap. 1. & Briet. ann. V. C. 142. Plin. 10. cap. 29. & Alexand. Neapol. 5. cap. 13. Sepulchrum eius structum magnifico sumptu octonis gradibus & columnis. Cael. Rhodigin. lib. 20. cap. 27. Nimis pavebat ad eclipses. Plin. 2. cap. 12.

Stefichori ortus.

DIES X. FEBRUAR.

I G Rad. 20. Aquarij, qui felix. Darius. sed iuxta Firmic. Hydropicos facit. Extremum Ale Pegasi manè oritur. Iunctin. K. A. Septentrio cum Favonia stat: interdum pluit: Ptol. Dies ater. Reusner. Bootes sive Arctophylax oritur. Abenar. fallitur, quia postridie, uti videbimus ex Ptolom. imò Ovid. v. 153. signat tertio Idus Februarias:

IV. Id.

Tertia nox aderit, Custodem protinus Urfa Accipies geminos exeruisse pedes. De Arctophylace & Arcturo, Isag. Jul. à n. 16. Dicitur oriri, non quia oriatur sicut Signa Zodiaci; sed quia cum in plastro sit, quod vertitur circa cardinem; cum se elevat, dicitur oriri: quum deprimatur, videtur occidere. Paul. Mars. in loc. cit. Ovid. Arctophylax ab Hebr. dicitur *Canis latrans*. Kircher. d. cap. 6. Pontan. 3. Uran. succinit: *Exorientisque homini, & primis natalibus astans, Ipse fidem rectumque & honestas edocet artes.*

Ovid.

Arctophylax.

Pontan.

Mulier decrepita baculo innitens. Sph. Arab. Præcit. Firmicus Matern. lib. 8. cap. 16. in præfato gradu 20. Solis Aquario oriri asserit *Cassiopeam*, qui sub illo nati, erunt aurifices, margaritarum qui artes ingeniosè pertractent. At si in occasu huius sideris; ruina peribunt. Idem apud Franc. Iunctin. in Specul. Astrolog. lib. 5. Ampliora dicemus *Isagog. Novembr. à n. 24.*

2 Undecimo die à profectioe ex Haran, ut vidimus 29. Ianuar. n. 1. Rebecca cum nutrice & puellis, ductore Eliezer, pervenerunt ad agrum, quò egressus Isaac ad meditandum, seu refrigerandum, quia habitabat ad nemus Abraham juxta Bersabec, pergebatque ad servos agricolas per viam ducentem ad puteum Agar, de quo 22. Jun. n. 1. Ibi non erat Abraham, qui ex quo movit ab hinc tabernaculum suum in Hebron, non exivit inde, maximè Sarà mortuà. Genebr. Vide 3. April. n. 2. Isaac videns procul camelos præcogitans, quod expectabat, illis

Venit Rebecca ad Isaac.

Ritus in Helenæ.

Nupsit post mortem Achilli.

Stefichori cecitas & sanitas per Helenam.

Etiam cecitas Homeri.

Helena imago Romæ.

Cur dicta eius pictura Meretrix.

Imago fuit forma pulchritudinis.

Unde?

illis occurrit: Rebeccaque ut cognovit Sponsum Isaac esse appropinquantem, descendens de camelo, facie peplo velata venit ad eum: quam quidem introduxit (suis oculis placentem, propter nimiam pulchritudinem & gratiam, amabilemque venustatem) in tabernaculum Saræ: ubi gestis ab Eliezer narratis; ritu patrio accepit in uxorem, propter dotes dignam suis nuptijs: & tantum suavissimam fœminam dilexit, ut eius convictu, evanesceret mœstitudo, quam è luctu matris ferè triennio foverat corde: ita captivum fecerat Rebecca species, aspectus, colloquium, & mores.

3 A nuptijs utriusque ann. 364. Moyses perveniens in terram Gessæ cum Dei legatione, & eius virga (quæ dicta *Virga Dei*, quoniam in ea scriptum non nomen *Eloj*, sed *Iehova*, quod in rubo apparens revelaverat, *nomen potentia & fortitudinis*, ut ait Petr. Comest. in *Exod. cap. 12.* quæ de causa virga quadrilatera, quia singulis virgæ lateribus una litera incisa ex tetragrammato, uti dicunt Rabbini) coram omni populo Israël, oppresso tyrannide Pharaonis, exposuit legationem, in cuius fidem virgam convertit in colubrum, manum ostendit leprosam, & sanitati restitutam, demùmque in sanguinem Nili convertit aquam. Tunc populus credidit, ac Dominus pronè à cunctis adoratus; eò quòd recordatus fœderis cum patribus suis. *Exod. 4. à 29.* Meditatur ex tunc quantocyus ingredi ad Pharaonem, ex temploque ignis è terra erupit, è cuius medio vox audita, liberandos scilicet brevi Hebræos, & in solum reducendos avitum. Ita Rabbini nugantes. Artapanus apud Euseb. de *Præpar. Evangel.* cap. ult. faretur factum; sed in egressu, cum iret in Ægyptum è terra Madian. Anno sequenti perficitur Arca Fœderis à Besekeel. Scaliger. K.

4 De Arca eiusque forma & ornatu dicitur (sicut de templo eius, quod erat Tabernaculum seu Sanctuarium) *Exod. 25. à 8.* Erat vestita intus & foris laminis aureis, & per circuitum erat coronata, cuius operculum dicebatur *Propitiatorium*, sive *Oraculum*, quia illic sedebat Numen tanquam in folio, cuius scabellum alæ Cherubim. Inde etiam loquebatur, unde *Oraculum*; sicut *Propitiatorium*; quia dum propitius Dominus populo; ibi frequenter apparebat gloria Dei in nube, maximè in die Expiationis: vel quia ibi loquens Moyse placabatur iratus. Totum v. 22. Huiusmodi operculum non erat semotum ab Arca undique, se aureis cardinibus coaptatum tegmen. Ioseph. 3. *Antiq. cap. 6.* Unde in Scriptura nunquam

Arca fœderis disistit clausa, nec clavis illius ullam verbum invenitur. Operculum tenebant duo Cherubim auri produciles, speciosi vultibus maris & fœminæ, ut placet Art. Montan. alis protegentes Propitiatorium. In Arca collocata in Sancto-Sanctorum tantum erant duæ tabulæ lapideæ continentem legem, seu testamentum: quare *Testamenti Arca* dicta est: vel quia erant tabulæ testimonium pacti inter Deum & populum: quæ de causa liber Deuteronomij idest, legis & pacti in eius latere positus. Non ita *Tabernaculum*; igitur dictum Testimonij, quia lites & causæ præ foribus eius iuxta leges agebantur. Erat etiam urna aurea habens Manna in testimonium panis de cœlo in cibum mirabiliter descendentis per annos 40. Similiter virga Aaton, ut illa virens testificaretur sacerdotium ab illo non usurpatum; sed à Deo concessum. At uti dixi in *Tautologijs* In sumitur pro *Iuxta*, ita dum dicitur in Arca urnam & virgam fuisse; intelligendum *Iuxta Arcam*. In illa ergo duntaxat *Lex* quæ dicitur *Scripta*; quia scripto Numen patefecit, quam, etsi naturalis in cordibus hominum, corruptela sopivit. Nugaciter Rabbini in illud *Eccli. 24. 14. Ab initio & ante sæcula creata sum*, asserunt, de lege dictum, quam ante mundi constitutionem creaverat Deus & literis nigris in dorso ignis candidi scripserat; eamque duobus annorum millibus creaverat ante mundi constitutionem. Præclarum ratiocinium, si Dijs placet, ab illis cogitabile duntaxat, uti desipientibus! Videbis Galatin. 7. de *Arca. Cathol. verit. cap. 1.* Tempore non existente signant tempus; ut in manu Numinis esset ignea lex, & ignis esset animal, ut deliravit Chaldæi & Persæ, quòd devoraret omne combustibile. Prompta nonnunquam illorum cogitatio ad insanias & ineptias.

5 Hac in die à perfectione Arca Fœderis devolutis annis 1294. contigit victoria Ptolomei Philopatoris Regis Ægypti, Evergetæ successoris & filij. Reudin. Antiochus Magnus Rex Syriæ valido exercitu recuperavit, quæ Ptolomeus Evergetes propter necem sororis Berenices à Seleuco Callinico Antiochi genitore armis sutriperat; ut diximus 28. *Ianuar.* à n. 3. intendens etiam mortuo Evergete, Ægyptum invadere, post captas civitates in Cœlesyria & Iudæa; sed evanuit votum: etenim victoria advolvit ad Philopatorem, quem dolo interficere conatus est, emisis in castra Theodoto Ætolo, & Dosithæo Iudæo, sui exercitus Ducibus, qui pro Philopatore, interfecto Andree, copiarum eius archiatro, incolumes

Cherubim;

Quæ erant in Arca Fœderis?

Lex quæ Scripta dicitur?

Ptolomeus Philopator vincit Antiochum Magnum.

Utriusque nuptijs.

Virga Moyse scripta nomine Dei.

Facit signa coram populo.

Vox ei ex igne post signa.

Arca Fœderis perficitur.

Arca Fœderis.

Propitiatorium.

recesserunt. Briet. 3838. Tornell. Ann. 3834. Polyb. lib. 5. fol. 386. Petav. Rationar. tempor. 1. p. lib. 4. cap. 5. & Iustin. lib. 30. addens: *Spoliasset regno Antiochum, si fortunam virtute luvisset.* Totum prædictum à Daniele, 11. à 11. ubi Hieronym. *Omnem Antiochus amisit exercitum; & per desertam fugiens, panem captus est.* Primum superatis Africanis elephantibus ab Indicis, adductis ab Antiocho; pæne Ægyptij fusi restituere phalanges, & victoria alas reflexit ad Ptolomeum; maxime instantia Arsinoes, sororis Philopatoris: quæ quidem interfuit pugna; ut legitur lib. 3. *Machab.* Ipsa enim, fortiter ex adverso pugnantibus Antiochi copijs, suos in pugnam acuit, ne cederent; cumque per ordines passis crinibus lacrymabunda discurreret, ac singulis auri binas minas polliceretur; Ægyptij superiores facti, fugarunt hostes. Hac insperata victoria lætus Philopator, quievit contentus recuperatione urbium, quas amiserat in Syria & Phœnicia; sed infestus Iudæis, quoniam auxilia adversus eum Antiocho miserant, indignatione obiecta per tres menses, quibus ibi cum exercitu victore moratus; etiam gratulatum accessissent Iudæi, & ad iustrandam urbem invitassent. Agemus 25. *Matj.* à n. 4.

6 Hoc in tempore ait Daniel, d. v. 14. *Multi consurgent adversus Regem Austeri* (idest, Ægypti) *filij quoque prævaricatorum populi tui, extollentur ut impleant visionem & corruent.* Plures Expositorum & PP. haud de hoccine presenti tempore, sed de prævaricatoribus sub Epiphane Rege Syriæ, intellexerunt; iuxta illud 1. *Machabæor.* 1. 12. *In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui,* &c. Hieronym. loc. cit. vaticium alluisse cogitat, ad prævaricatores, qui sub Ptolomeo Philometore (duce Onia, filio Oniæ III. Sancti, temerario planè animo; sed specie religionis; quasi ita implerent visionem Isaïæ, 19. 19. *In die illa erit altare Domini in terra Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius.*) Templum simile sacro in terra Sancta, edificaverant in Heliopolis regione; de quo Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 6. 20. cap. 8. & 7. de *Bell.* cap. 30. & nos 24. *Januar.* à n. 7. Sequuntur cogitationem Sanctius hic, n. 46. Alapide, & Perer. verum meo iudicio totum accipiendum, ut cætera alia, quæ subsunt; de presenti tempore: unde præmittitur: *In temporibus illis,* quasi tunc protectionem Numinis abdicentes, atque post Philopatorem, alij post Antiochum, spreta patria, inclinatione declinaverint: sed *corruent,* ut videbimus ex pœnis illis

impacis à Philometore, dum erratum suum cognovit; uti retulimus ex Petavio; 18. *Januar.* à n. 5.

7 Ann. Christi usum, parabola operariorum vocatorum ad vineæ culturam; exponit ænigmaticè, in cælo, etiam cæcili laborantes in vita mortali) æquall fruuntur præmio, scilicet, visione beatificæ; quoad accidentalia, qui hic videntur primi; erunt novissimi; & e contra. Marian. ex *Matthæ.* 20. à 1. & Alapid. in *Chronotax.* n. 57. Etiam Castell. (cum die 7. post acceptam notitiam languoris Lazari mansisset Iesus, duobus diebus, ubi audierat) dicit, hoc in die suscitatum Lazarum. Alij alibi: refert fuisse Ioann. 11. Procul AA. varietate sententiarum, ann. 31. hic dies fuit ieiunij Christi quartus supra trigesimum.

8 Romæ sacra Ebrietati. Prad. in *Parerg.* Proh Superi! Etiam hoc Ethnici venerabantur Numen? Vidimus ex imagine eum Cupidine, 1. *Januar.* n. 14.

Ardescit vitio vitium, vireque ministrat. Manil.

Accinit Manil. 5. *Astronom.* v. 226. Oportet, semel in mense inebriari; ut iactabant Epicurei? Quid non faceret vulgus, dum sapiens ebrius? Cato (ait Senec. de *Animi tranquill.* cap. 15.) *vinum laxabat animum, curis publicis fatigatum.* O vir de cælo delapsus in reformationem morum! Sibi respondeat Stoicus, *Epist.* 59. ut excludat mala male mentis gaudia. *Ebrietas bona unius*

bellarem insaniam longi temporis radio pensat. Verum Vinum apud illos quid divinum, scilicet Ebrietas amica Sileni; & in Elide; ait Pausan. cap. 203. *Templum Silenus habet & Ebrietas vinum è potulo porrigit.* Etiam apud Corinthios sanum habebat, ubi simulacrum, scemina bibens è vitrea phiala; ita expressa; ut per eius perspicuitatem mulieris labia se ostendant. Idem, cap. 69. *Habebitur aliquando Ebrietas honor,* & plurimum meri cepisse; virtus erit. subdit Cordubensis, 1. *Benefic.* cap. 10. Inimicum habet Ebrietas pretiosum lapillum; Amethystum scilicet; eò quod eiusmodi gemma contra ebrietatem stare, compertum est. Ita Pier. Valer. 41. cap. 44. & Franc. Rucius, de *Gemm.* cap. 11.

9 Pingebatur Ebrietas induta pellibus hinnuli & capri: huius, ut expelleret; illius, ut mulcimine traheret. Naral. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 13. Currum eius in pompam trahabant Lynces, Tigres, Pardi & Pantheræ, quia in vinum nimia horum animalium aviditas; & acrior in illis ex vino crudelitas. Ibid. In Agno, Simia, Suæ signatur, atque Leone, à Laurent. Hæchtan. in

Industria
Arsinoes sororis

Christi
Ebra

Eius ieiunij
die XXXIV.

Manil.
Sacro Ebrietati.

Silenus.

Imagines
Ebrietatis.

Amethystus.

Currus
Ebrietatis.

Templi
Idæorum in
Ægypto.

Microscop. Emblem. 63:
Primus decipitur simplex velut Agnus, & alter
 Hæchtan. *Ridiculo gestu multa iocosa facit.*
Tertius ut porcus coitum sectatur inertem;
Quartus in adversos more leonis agit.
 Effectus. *Vino hominis perit forma, quippe evanescent rationis insignia. Iacob. Boissard. Emblem. 40. accinit:*
 Boissard. *Ebrius insano est similis; vinumque cuncta perit.*
Luctator vaser est, & decipit arte dolosa:
Nam primum caput, debilitatque pedes.
 Amuletum. *Noctua exponitur inimica Baccho, inquit Gyrald. Syntagm. 8. n. 2. Proditum est, si infantes noctue ova absumpserint, perpetuo vinum odisse. Hinc cum Baccho in eadem ara collocata Pallas. Sic 4. Antholog. Græcar. cap. 5, ex quibus Alciat. Embl. 23. Ne sit ebrietas, congruit, quod in vini usum adstet moderatrix ratio: aliâ ad gaudia ingredietur Pœnitentia. Ad unguem quadrat Bacchi pictura.*
Cur ferulam Bacchus manibus gerit, atque papaver?
 Florent. *Dic mihi, cur veteres sic voluere Patres? Scilicet ut vino plenus, det corpora somno: Postridè pœnas se meruisse, sciat.*
 Ita Florentius Schoonh. Emblem. II. Pœnâ ius est luere, cui placet bibere, & bibendo vivere sepultâ ratione. Plaut. in *Aulular. Act. 4. scen. 10. v. 20. ait:*
 — *Nimis vile est vinum, atque amor;*
 Si ebria atque amanti impune facere,
 Quod lubeat, licet.
 Plura in Ebrietatem diximus, Tom. 2. *Tautolog. 4. Selecta videris apud Solorzan. Emblem. 37.*
 10 Eodem die iuxta Plutarch. in *Dieb. Claudia*, soror P. Claudij (qui contemptis auspicijs, malè pugnaverat) à Senatu mulctata est. Tit. Liv. lib. 19. in *Epitom. De fratre*, ait Valerius Maxim. 8. cap. 1. n. 4. *P. Claudias* (dictus *Pulcher* à Suetonio in *Tiber. cap. 2.*) *nescio religionis maior, an patriâ iniuriâ (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, cuius pulcherrimam classem amisit) in festo populo obiectus; de quo postea. Crimen Claudiæ fuit impietas in populum Roman. Claudia* (subdit Livius) *à ludis divertens, cum turbâ premeretur; dixit, Utinam frater meus viveret, iteramque classem duceret!* Hostis visa patriæ, cuius votum execrandum, Romanaque fœminâ indignum. Turfell. ann. V. C. 508. Classem quam procellâ mare summersit, neglectu religionis amissam superstitiosè cogitavit Roman. Tom. I. *Ephem.*

ma. L. Junius Pullus in Pœnâ ad Lilybæum malè classe dispositâ, ex centum viginti navibus, amisit nonaginta cum propugnatoribus. Eum iuvare cupiens P. Claudius, uti in Consulatu collega, cum sexaginta navibus occurrit Junio: at cum certamen refugit, ad periculosa loca confugit: quò coorta furiosâ tempestate, naves ita quassatæ sunt; ut ne tabula quidem ulla integra ex tanto naufragio superesset. Briet. ann. præfat.

11 Hæc vera historia: sed clasis clades à Romanis despectui religionis tributa; sicut post mors Flaminiij Consulis, de quo patra victoria per Annibalem ad lacum Thrasimenum, celsis cum illo XV. millib. quippe neglecto pullorum augurio pugnam inivit. Liv. 2.2. à sect. 7. & Rosin. 3. cap. 10. De clade agendum, 23. Jan. Non secus tractus P. Claudij refertur à Valerio Maximo, lib. 1. cap. 4. n. 3. *P. Claudius bello Punico primo, cum prælium navale committere vellet (inquit) auspiciaque more Maiorum petijisset, & pullarius non exire caveâ pullos nunciasset; abijci eos in mare iussit, dicens: Quia esse nolant, bibant. Idem Sueton. d. Apud Sticiliam non pascentibus in auspiciando pullis, ac per contemptum religionis, mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nolent; prælium navale iniit, & superatus est. Huic ergo ludibrio augurij vindicarunt clasis ruinam, Polyb. lib. 1. & Cicer. 1. de Divinat. & 2. de Natur. Deor.*

12 Huiusmodi superstitio plurimum Romæ inolevit. *Sunt tripudia pullorum solistima* (inquit Plin. 10. cap. 21.) *Hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque ipsi suas claudunt, aut referant. Hi fasces Romanas impellunt aut retinent: iubent acies, aut prohibent. Victoriarum omnium, toto orbe partarum, auspices. Hi maxime terrarum imperio imperant; extis etiam fibriisque haud aliter quam optime victorie, Dijs grati. Modò pulli è cavea non exirent ad escam, vel ferius egredierentur, vel alis pulterem dissiparent, vel inde avolarent, aut occiderent; omen erat tristissimi eventus. Unde Romani molimina suspendebant, vel prorsus desistebant ab inceptis. Sin autem, quod fiebat diluculò, pulli proruebant in appositam offam, & avidè depascebant; inde spes hausta felicitis eventus: maiorque concipiebatur, modò vescentibus pullis, aliquid cibi ex ore delaberetur, & terram paviret; quod faustissimum omen, hocque dicebatur Tripudium solistimum. Maiol. 2. Colloq. 2. In castris, ut auguria essent in promptu, pulli collocabantur prope signa, intransibis vallum ad levam. Jul. Bolenger. de Auspicijs.*

Clasis Claudiij naufragia.

Flaminius Consul vi-

Augurium pullorum.

Unde omen faustum, vel faustum.

Quid tripudium solistimum.

ois, cap. 12. Tacit. 2. *Annal.* cap. 17. Ibi Iust. Lips. Dempster. in 3. *Rösin.* cap. 10. & Iul. Obsequens cap. 83. Sil. Ital. 5. *Bell. Punic.* à v. 58. modulatur:

*Tunc ales, priscum populis de more Latinis
Auspicium, cum bella parant, mentesque
Deorum*

Sil. Ital.

*Explorant super eventus, seu præsicia luctus
Damnabit vestis, planctuque alimenta refugit.*

13 Sic cogitarum religionis despectum luitum, pereunte duplici classe; & utriusque Consulis morte. L. Iunius populi iudicio concidit; sed Claudius casu imperato gladium evasit. *Claudius infesto populo obiectus* (infit Valer. Maxim. 8. cap. 1. n. 4.) *cum effugere debitam pœnam nullo modo posse crederetur; subito coorti imbris beneficio, tutus fuit à damnatione. Discussa enim questione, aliam velut Dijs interpellantibus, de integro instaurari non placuit. Ita cui maritima tempestas causa dictionem contraxerat; cœlestis salutem attulit. Siccine factum, eò quòd apud Romanos lex: Iove tonante comitia dirimuntur.*

Claudius liberatur à moyse.

Herae sacra.

Iuno Aspifegardi.

Pompa in Heræii.

Olympiasæ minarum.

Ordo in curricula.

14 In Elide *Herae* sacra Iunoni. Meurs. *G. feriat.* & Castell. de *Festis.* Etiam Argis fiebant; sed tunc *Iunoni Aspifegardi*, de quibus 2. *Novembr.* In his sacris triumphalis trahebatur cum imagine currus à duobus bobus albis, auratis cornibus, usque in templum; quod extra urbem: sacerdotiumque erat foeminarum. Simulacro amiculo iniecto, pompa ducebatur ab armatis viris, cum hecatombe victimarum; quæ post dividebantur inter cives, præcedentes pompam. Post sacra cursus virginum (sicut dum Iunoni offerebatur pepulum, & fiebant *Olympia foeminarum*, ut dicemus, 6. *Septembr.*) victricique corona ex olea (& posse suam imaginem pictam Iunoni dicare) accepta. Rhodig. 13. cap. 34. Castell. d. Alex. Neapol. 5. cap. 8. ibi Tiraquell. ex Platone, in *Cratillo.*

15 Fusè refert Pausanias, à cap. 163. *In his cursus certamen virginibus proponitur, in classes ex ætate descriptis. Primæ enim currunt impuberes puella, tum grandiores, postremò natu maxima. Ornatus idem est omnibus: passus scilicet capillus, demissa tunica ad genua, exertus usque ad pectus dexter humerus. Descendunt & ipsa in Olympicum stadium; sed curriculum, parte fere sextâ detractâ, minuitur. Accipiunt victrices ex olea coronam, è bove etiam qua Iunoni litatum fuerit, partem capiunt; & pictas quidem earum imagines dedicare, fas est. Matrônæ sedecim ludis præiunt: totidem ijs ministræ attributæ sunt. Hoc ipsum virgi-*

*num ludicrum etiam ad res præstinas referunt. Hippodamiam Iunoni cum de Pelopis nuptijs gratiam referret; primam omnium illud instituisse perhibent, eamque sexdecim foeminarum delectum habuisse. Memoria etiam proditum, Chloridem Amphionis filiâ, solam cum unico de fratrum numero superstitem è tota sobole; de virginum cursu palmam tulisse. Quare in iudicium currentium, electæ sexdecim matronæ; dicemus loc. cit. in *Septembr.* ex AA. præfat. Alia Heræa etiam celebrabantur in Arcadia; similiter cursu, sed inter viros; de quibus Pausanias, cap. 257. tantum dicit: *Curricula prope amnem, myrtis & alijs felicibus intersepta arboribus.* Post ludicrum, præmium concessum, epulumque finitâ pompâ sedulo servabatur Iononis triumphalis currus, in obsequium matris à Vulcano scitè fabricatus (ut observat Ulyss. Aldroband. *Tom.* 1. fol. 916. l. 14.) usque in VIII. *Id. Septembr.**

16 Imago eius in curru erat foemine speciosæ manu porrigentis malum Punicû, sicut Mycenis colebatur. Pier. Valer. 54. cap. 26. Ad pedes Pavonem habebat, tantum illius præstantissimum insignè. Idem 24. cap. 1. Natal. Comes, 2. *Mytholog.* cap. 4. & Pausan. cap. 59. cuius effigie; multoties gemmis ornata, Iunonis decorabantur templa; de quo 23. *Octobr.* n. 5. In templo alius formæ erat huiusce Numinis simulacrum; iuxta Martian. Capell. *Philolog.* 1. *Recto capite Iuno* (inquit) *& lacteo quodam galumate* (ricâ) *pranitebat; cui gemmis insitum diadema pretiosis. Novum illud seruum capitis fulgurantis, Iris obtulisse Regina Cœlium; ferebatur: ipsius Divæ vultus assiduâ perlucens gratiâ, Iovi consimilis; nisi quòd ille immutabili lætitiâ renidet: hæc commutationum varietate turbatur: nam vestis eius hyalina* (vitrea) *& pepulum cœliginsum: quod tamen tactum lumine fulgore prælucebat. Hæc fulmen dextrâ, lavâ tympanum bombæ terrentibus. Calcei admodum furvi; soleg atre; genæ zona diversicolor ambebat; que nunc fulgido splendebat orbe, nunc evanescentis gratiæ varietas tenuata, quasi discolorum nihil habuisset. Eadem Chartar. de Imagin. pag. 123.*

17 Inter Siculos festivus dies propter reditum columbarum in Erycem, cum abissent cum Venere in Libyam, ubi illo in tempore illi celeberrima sacra, à quæis nono die revertebantur; uti diximus die 2. à n. 6. In reditum cum columbis invitat Amorem Ovid. 1. *Amor.* Eleg. 2. à v. 23.

Nectè comam myrto, maternas iunge columbas:

Et præmiâ victrici.

Herae Arcadica.

Imagines Iunonis.

Paros illi sacer.

Translatio columbarum.

Hæc

Ovid.

*Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.
Inque dato curru, populo clamante triumphū,
Stabis, & adlunctas arte movebis aves.*

In Lybia erat insula Columbaria, quò aves cum Dea proficiscebantur è Sicilia ut festum nutrici agerent; quo peracto revertebantur, butyrum olentes: ait Aldroband. de *Avib.* lib. 15. pag. 407. Quomodo & quorsum Venus picta sub specie columbæ, dicemus 14. *Octobr.* n. 3. De sacris Erycinæ Veneris, 23. *April.* Hæc Dea coñitibus columbis dicitur ab Assyrijs *Anaitis*, in quam mutata Semiramis, in columbas propensa, quippe exposita ab illis nutrita. Unde Assyrijs insigne vexillorum erat columba pennis argenteis, & caudà deauratà; uti dicturi sumus fusè, 29. *August.* Finxerunt columbam purpuream, seu rubram, quam reliquæ sequebantur, revertentes in Erycem (de quo Chartar. pag. 342.) ibi sociabus relictis, migrare in Assyria: signumque adventus esse aquæ lacu mutationem coloris. *Babyloniæ*

Anaitis.

Semiramis.

Columba
purpurea.

Lacus Ba-
bylonis.

Ministra
columbæ Ve-
neris.

lacus (inquit Plin. 31. cap. 5.) *rubras habet aquas diebus undecim.* A Venere cum alijs redeunte rutilo colore, Siculi celebrarunt Anagogicum sacrum, sive transitum coelestem. *Hanc infinita propemodum sequebantur* (inquit Chartarius) *itaque Erycis montis accolæ tunc reditus dies celebrabant, & divites opipara convivia instruebant.* Frequenter præsentia Veneris in auspicium indices fuere columbæ, quæ Diva quasi ministris utebatur: propterea, ut Æneas invenire possit ramum aureum, à genitrice Venere implorabat directrices. Virgil. 6. *Æneid.* à v. 190.

Virgil.

*Vix ea fatus erat, gemina cum fortè columba
Ipsa sub ora viri cælo venere volantes,
Et viridi sedere solo: tum maximus Heros
Maternas agnoscit aves, letusque precatur:
Este duces.*

Causam videtis apud Publ. Fulgent. 2. *Mytholog.* n. 5. & Higynum, *fab.* 197.

Sacra Za-
molxi.

Magus in-
signis.

18 Inter Scythas Zamolxi sacra. *Diar. Grec.* Hic fuit insignis Magus, discipulus Pythagoræ; ut scribit Diogen. Laërt. in eo, lib. 8. n. 1. *Scythæ & Getæ ipsi immortalitate donant homines* (ait Lucian. *Dialog.* 164) *suisque suffragijs Deos quoscumque liberit, constituunt; non alia ratione, quàm Zamolxi servilis conditionis homo existens, divinitatè adeptus est, & Deorum numero adscriptus.* Non scio, quomodo nobis imposuerit. Fato functus dicitur *Vest.* Rhodig. 18. cap. 19. & Numen dicitur, quippe Scythiis & Getis leges dedit. Diodor. Sicul. 1. n. 59. Strabo, 7. n. 70. & Alexand. Neapol. 6. cap. 10. Imò postquam infecit Getas & Scythas reversus

in Græciam suâ dogmata sparfit, suæ vitæ instituta & religionem, quam tenaciter amplexati sunt Thracæ. Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 116. à quo Ceneus quidam Geta, sub tempore Augusti, diù etiam inter Ægyptios versatus, magicas artes edoctus, & Deorum oracula exponens, in album Numinum relatus est. Strabo, 7. n. 15. In Magiam duntaxat, ut famam sapientis nancisceretur, intendebat Zamolx, uti in Philosophiæ apicem, vocans *Theurgiam*, nefariæ artis & curiositatis corruptelam; quam *Religionem Angelorum* indigitavit Paulus, *Coloss.* 2. 18. *Quibusdam consecrationibus theurgicis, quas Teletas vocant, idoneam fieri, atque aptam susceptionem Spirituum & Angelorum, ad videndos Deos, arbitratur. Huius veluti parentem celebrant Zamolxidem, quem postea sit imitatus Abaris Hyperboreus.* Rhodigin. 9. cap. 23. Sub occultæ sapientiæ ad exactiorem Religionem titulo, laudat Plato in *Alcibiad.* subdens: *Non aliud sibi videri Magiam, quàm divinorum scientiam, atque cultum, qua imbuantur Persarum Regum filij, ut imaginem ad ministrandam Rempublicam condiscant.* Scientia ab illis dicebatur divina, quæ prorsum Goëtia.

Et Ceneus

Abaris Zamolxis discipulus.

19 Zamolxi ergo uti Maximo Scytharum Numini offerebatur sacrificium, sed crudelissimè. *Thracæ* (inquit Alex. ab Alex. 6. cap. 26.) *Zamolxim, quem Maximum Deum putant, non aliter fieri propitium asstimarunt, quàm si ad aram facili lancearum ictu, homo consideret: eam optimam gratissimamque Dijs victimam opinati.* Eadem ex Gyraldo promptissimus, die 1. n. 9. Apud Thracæ in obsequium Zamolxis, quò mors dirior, victima acceptior & gratior. Hinc Florus, 3. cap. 4. de illis inquit: *Nihil per omne tempus residuum crudelitatis fuit in captivos savientibus: litare Dijs sanguinem humanam, bibere in ossibus capitum, & cuiusque modi fœdare ludibrio mortem.* Videtis hic Blanckard. His obsequijs nimis optabant, ut felicius fato functi à Zamolxi reciperentur in cœlum. *Geta per imperitiam sub Dario in servitutem redacti sunt, quum sint fortissimi Thracum; qui immortales agunt hoc modo: mori se non putant; sed eum qui defunctus, ad Zamolxim meare. Ad hunc mittunt assiduè cum navi quinque remigum nuncium quempiam, ex seipsis sorte delectum; præcipientes ea quibus semper indigent, eumque ita mittunt. Quibusdam eorum datur negotium, ut tria iacula teneant: alijs ut comprehensis eius qui ad Zamolxim mittitur, manibus pedibusque; hominem agitantem, in sublime iactent ad iacula: qui si*

Sacrificium Zamolxi ex humana vitima.

Thracæ traciensis.

Zamolxis ritus in sacris.

In presentiarum extinguitur; propitium sibi Deum arbitrantur. Sin minus, ipsum nuncium insimulant, asseverantes, malum illum esse virum. Hoc insimulato, alium mittunt, dantes adhuc non vivendi mandata. Herodot. lib. 4. n. 26. Hæc dogmata Zamolxis.

20. Subdit ergo Herodorus, dum à Getis uti Numen Zamolx habebatur; Hic homo fuit, Samique servitutem servavit Pythagora. Illinc nactus libertatem, cum multum pecunia comparasset, in patriam redijt: qui cum animadverteret Thraces malè viventes & inscitè, ipse edoctus Ionicum vivendi genus & mores liberaliores, quàm Thracum, domicilium instruxit, in quod primos quoque popularium in convivium accipiebat; & inter convivandum docebat neque se, neque suos convivas interire, sed in eum locum ire; ubi superstites, omnium bonorum compotes essent. Dum ea que commemorata sunt ageret atque diceret; interim subterraneum edificium struebat: quo prorsus absoluto, è Thracum conspectu se subduxit, descendens in illud subterraneum edificium; ubi circiter triennium egit, desiderantibus eum Thracibus, ac desistentibus tanquam mortuum. At quarto anno in conspectum se eisdem dedit. Ita incredibilia sunt effecta, quæ illis exposuerat. Hæc Zamolxim aiunt fecisse; cuius subterraneo edificio ne fidem detraho, neque valde credo. Verùm sive Zamolxis fuerit homo quispiam, sive demon, Getarum indigena, valeat. Secutus est Pythagoræ vestigia, ut præstigijs seduceret audientes. Ad 28. Ianuar. à n. 20.

21. Infansus dies Persis, victo Xerxe ad Artemisium pugna navali. K. Græc. Consilio Themistoclis parta profectò victoria contra Ducum confœderatorum sententias. Igitur de Themistoclis sententià cum classe universa (ait Diodorus Sicul. lib. 11. n. 249.) in hostes invehuntur. Ibi cum barbari ex multis hinc inde portibus se expediunt, acies Themistoclis cum dissipatis & incompositis adhuc Persis conferta, multas hostium naves demersit: nec pauciores ad continentem usque fugere compulsos infestatur. Adunatà interim classe universà, fortique pugna, parte quadam navium utriusque superiores erant; plenà tamen neutri victorià potiebantur, donec interventu noctis prælium diremptum est. Briet. ann. V. C. 274. Ad Artemisium dubià victorià pugnarunt. Idem accidit ad Euripum Eubœæ ubi Græci fauces illas obfirmantes resisterunt, multis Persicis navibus corruptis, sed scientes terrestri itinere Persas Athenas contendere, consternatis animis ad Salaminam reversi constiterunt.

Tunc Athenienses ubi suos Athenis relictos in summo universos periculo versari cernunt; liberos, uxores & cetera ad usum necessaria, quacunquè tunc possent navibus imponunt, & in Salaminam transportant. Idem ibid. & Herodot. lib. 7. à n. 47.

Græci Athenas evacuant

22. Eodem die anno præcedente, Xerxes non magnificentia, sed amentia præclara monumenta præmonstravit, cogitando per pontes coniungere Asiam & Europam. K. Græc. Hæc cogitatio in eum irruit (licet iam animo devorata Græcia, ex quo Sardis cum exercitu pervenit; quin mutaret propositum per omina infelicia in somnis accepta, & Artabani monita, sese (postquam caduceatores misit in Græciam, ut in signum subiectionis ac deditiois præstarent ignem & aquam) diligenter apparabat tanquam Abydum profecturus; cum interea ij, quibus negotium hoc datum erat, Hellepontum ex Asia in Europam coniungerent, uti fecerunt inter Sextum & Abydum; quod fretum famosum propter Leandrum. Ad hanc oram ex Abydo (ait Herodotus, lib. 7. n. 14.) iungere pontem inchoavere ij quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc Ægyptij scirpo. Est autem ex Abydo ad ulteriorem continentem septem stadiorum traiectus, quem pontibus iunctum ingens adorta tempestas ea omnia dirupit atque dissolvit. Quod quum audisset Xerxes, indignè ferens iussit, trecenta Helleponto verbera infligi & in eius pelagus par compedum demitti. Iam verò audivi, misisse quoque cum his etiam qui stigmata Helleponto inurerent. Certè mandavit, ut colapbos Helleponto incuterent; dicentes barbara verba & insana: scilicet, ò Aqua amara! Dominus hanc tibi irrogat pœnam, quod eum lassisti, qui de te nihil mali meritis erat. Te tamen, velis nolisque, Rex Xerxes transmittet: meritòque nemo hominum tibi sacrificat, ut dolo pariter & amaro flumini. Hac pœnà mare Xerxes plethi iussit; atque eis qui operi præpositi erant, caput præcidi. Felicitas iuxta Senecam in Ludo Claud. versatur in regia fatuitate. Aut Regem aut Fatuum nasci oportere. Utramque Xerxes nactus est felicitatem. De huiusce cerebri desipientia infulsissima, fanatica; idem de Constant. Sapient. cap. 4. Plutarch. 1. de Alexandr. fortun. etiam libell. De non irascendo. & Iuvenal. Satyr. 10. à v. 179. qui Xerxis stoliditatem & comitem Nemesim profert.

Stoliditas Xerxis.

Ille tamen qualis redijt Salamine relicta, In Corum atq; Eurum solitus savire flagellis Barbarus, Æolio nunquam hos in carcere passos,

Iuvenal.

Ipsam

Eius dogmata & impossibilia.

Xerxes visus ad Artemisium.

Ipsum compedibus qui vincerat Ensisigati. Mitius id sane, quod non & stigmate dignum Credidit: huic quisquam vellet seruire Deorum? Sed qualis redijt? Nempe una nave cruentis Fluctibus, ac tarda per densa cadavera prorã.

Sacra Histia.

23 Denique invenio inter Scythas sacra Histia celebrari. Heraclites Ponticus, lib. 3. De hac Deã, quæ apud illos maxima, ait Cæl. Rhodigin. lib. 18. cap. 24. *Histia videtur idem quod Vesta, quæ vox focum signat, Larum, Deam. In Græcorum lexicis observatum est, Histiam pro schara capi, id est, foco. Hinc eius imago tota splendens, & alis ignitis fulgens cum lampade in dextra. De Laribus & Penatibus diximus 31. Januar. à n. 1. De Igne ac Vesta, agemus 6. Martij, à n. 7. Eius imago Romæ colebatur sub lapide latitans (ibidem dicemus n. 23.) qui Lapis dictus Lapis Capitolinus, & Iupiter lapis, ut observat Bolduc in Oggiò Christian. lib. 3. cap. 16. & nos de illo, 5. Jun. Quanta Vestæ seu Histia inter Numina maiestas, constat ex eo quod iuxta Platon. in Phædro, cæteris Dijs, duodecim ordinibus domo digressis, ac alatum Iovis currum subsequenter, sola Vesta residet domi, eaque sedens gemmata sella videtur; cuius simulacrum dextrâ pateram porrigit, sinistra lanceæ contum terræ affigit. Idem observat Pier. Valer. lib. 43. cap. 4.*

Imago.

gnis. Sphær. Indic. Addit Albumasar: Iuxta Indos vir niger, atrox, dolosus, aure pilosâ, capite ferum ex frondibus & pomis gerens, in pondere pecuniæ laborans, ut eam transmutet. *Cauda Urse Maioris, corpus Equi, finis Aquarij, caput piscis Austrini. Cyclops gigas habitu Ægyptio, insigni titulo, dextrâ clavam, sinistra sceptrum tenens. Sphær. Ægypt. Vir vestitus, supinè humi decumbens. Sphær. Arab. Arcturus exoritur: Subsolanus spirat. Ptolom. Australior in collo Leonis manè occidit. Iun. in. K. A. Venti. Columell. In 21. grad. Aquarij, statio 26. Luna, dicta, Brachium absconditum. Kircher. Oedip. Tom. 2. p. 2. class. 7. cap. 10. Hac in die ann. ante Christ. 217. Eclipsis Solis. Ricciol. in Almagest.*

Statio 26. Luna.

2 A Reufnero signatur missio columbæ & corvi à Noe: fallitur sæpe in calculo Mensium Hebræorum; ut sæpe diximus. Iacob proficiscitur in Mesopotamiam. R. Abrah. in Cabal. ex Genes. 28. 5. Nicanor cum prius adversaretur Machabæo, postquam facie agnovit, summè dilexit, ita ut Alcimum à dignitate summi pontificatus detruderet: sed regio Demetrii edicto de restituendo Alcimo, & exterminando Machabæo; hunc comprehendere dolo nititur, sed arte dolus evanuit. Nicanor dedi sibi postulat à sacerdotibus Indam: & ni fecerint, æquaturum se templum, aut Libero Patri sacrum, minatur. Raziam patriæ parentem, apud quem Machabæum latere putabat; capi iussit: qui quidem incubuit proprio ferro, atque ascendens in solarium, inde se præcipitavit in turbas, semianimisque surgens, in eas viscera ac cruorem sparsit, generosè moriens. Iudas anxius versatur cum tribus virorum millibus in agro Samariæ: tuncque nocte vidit in somnijs Oniam III. sanctum, iam fato functum, pro populo expansis manibus Deum deprecantem: & Ieremiam aureum sibi tradere gladium, ac dicentem: *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies adversarios.* Ex quo insignis victoria, uti videbimus die 13. R. ex 2. Machab. à cap. 14. Razias ergo fuit ex ordine Militari, vocato Afsidorum (de quo, 6. Novembr. à n. 6.) & Hebraicè, Chasfidim. Unde Ioseph Gorionides, lib. 3. Hist. Iudaic. cap. 22. *Congregati sunt ad Iudam omnes iuvenes Hachasfidim: & Ricastus (Razias) erat de viris Hachasfidim, qui probatus in diebus Antiochi, & inventus perfectus; quod acceperit in seipso plagas, & verbera multa.* Idem Serarius in cap. 14. lib. 2. Machab. in Comment. Videtis fusiùs memorata, 27. Maij, n. 4. & 14. August. à n. 5. Hac

Iacob profectus Mesopotamiam

Mors Razig.

Visio Machabæi.

Razias Afsidus.

DIES XI. FEBRUAR.

III. Id.

I Decanus tertius Aquarij, & in eo gradus 21. Solis. Facies huius Decuriæ Luna, quæ indicat cupiditatem & amorem vindictæ: imago, *vir digitorum ungulas mordens & extremitates, sub Epboro Proteo. Abenragel. Hic gradus principium occasus Aquarij, & de isthoc horoscopo inquit Ioann. Pontan. 3. Uran. Si quem devexo nascentem vidit ab orbe Ideus puer, & liventi infecerit amne; Hinc fluxus & stagna timens, non equora tentet. Ast illum facie insignem & florente inventã, Ac vidit placidis ætatem ducere curis, Captantemque umbras, & agentem ad pleetra choreas. Hinc Signo mansit livor, quem pectora longè Natorum referant, manserunt otia, inersque Mollicies, animusque ignava degener umbra. Hieroglyphica Sphærarum varia profecto. Gallina, posteriora eius qui in manu habet equum. Finis Avis, quæ piscatur pisces. Sph. Pers. Homo iracundus, fraudulentus, pilosus auribus, cui imposta corona de circalib*

Imago vindictæ.

Occasus Aquarij & influxus.

Pontan.

In die decretum factum est ab Atheniensibus, de honorando Hyrcano II. Pontifice Iudæorum; de quo 20. *Iun. 5. Murethionis undecima*: ait Iosephus, 14. *Antiquit. cap. 16. Ann. Christi 31.* eius sacri ieiunij dies trigessimus quintus. A nonnullis signatur Lazari resurrectio. Vide postridie.

Iunij
Christi dies
XXXV.

Ludi Geniales

3 Romæ, Ludi Geniales per triduum. *K.ij. Hi diei Floreales*, de quibus, 28. *April.* Illa die impunè Veneri dare operam licuit: ait Saubert. de *Sacrific. cap. 4.* Ex hoc liquet, quàm decori! Templum Concordiæ erectum à D. Drusilla, dicta post connubio Augusti, *Livia Augusta*, ob suam & mariti mutuam benevolentiam. Auctoramen ambiebat, non cum marito concordiam: quandoquidem de illo dicit Sueton. in *Tiber. cap. 4. Uxorem Liviam Drusillam, & tunc gravidam, & ante iam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit.* De Concordia intuitu conformitatis animorum inter cognatos, dicemus die 20. n. 17. De concordia plebis Romanæ cum Patricijs, facta memoria, 16. *Ianuar. n. 9.* Ovid. 1. *Fastor.* utriusque ædis causam profert: & pro fabricata à Livia Drusilla, ait v. 647. de Tiberio qui ædem dedicavit:

Inde triumphata libasti munera gentis:

Templaque fecisti, quam colis ipse, Dea.

Ovid.

Hæc tua constituit genitrix, & rebus & aræ,

Sola toro magni digna reperta Iovis.

Ex his videor mihi videre ædem Concordiæ à Livia erectam propter mariti amorem; non fuisse propter primum, sed propter Octavianum, qui illam maximè dilexit, & in cuius osculis mortuus est, ut ait Sueton. in eo, *cap. 99.* Cessere huic uni cætera coniugia. Emolumentum magnum ex huiusmodi affectuum conformitate emanavit; ita ut præter auctoramen Augustæ, filius Tiberius Augusti successor eligeretur. Ovid. 6. *Fastor.* v. 619. innuit:

Idem.

Te quoque magnificè Concordia dedicat æde

Livia, quam charo præstitit illa viro.

Nonnulli autumant ædem hanc fuisse, quam extruxit M. Furius Camillus; sed ornasse Drusillam pretiosis muneribus. Rosin. *lib. 2. cap. 18.* & Vives in 3. *Civit. cap. 25.*

4 Hic fuit Porticus, dicta Liviæ, magnificentissimè erecta à ditissimo Octavio in gratiam uxoris iuxta Sacram viam, ubi domus olim Cæsaris, quam sumptuosè à Iulia filia ornata diruit Augustus, ut ibi emineret per singulare ædificium nomen Liviæ. Sueton. *cap. 20.* & Ovid. 6. *Fast.* v. 621.

Porticus
Liviæ aut
ædem Con-
cordiæ.

Idem.

Disce tamen veniens ætas, ubi Livia nunc est
Porticus, immensa tecta fuisse domus.

In area huius augusti ædificij formata por-

ticus Liviæ, in qua tanquam umbracula Vitæ miræ magnitudinis & opacitatis; ut ait Plin. *lib. 14. cap. 1.* Ibi nunc est fanum D. Mariæ in Porticu. Dalecamp. hic, & Marlian. in *Epitom. lib. 3. cap. 11.* In æde Concordiæ erat statua Bartonis (quis hic, n. 8.) adorantis Apollinem & Iunonem. Plin. *lib. 34. cap. 8.* & etiam erat Marfias religatus. Idem *lib. 35. cap. 10.* Variæ apud Priscos. imagines fuere hieroglyphica Concordiæ. Duæ dextræ iunctæ (de quo Tom. 3. T. 13. n. 27.) & in medio signum militare cum fulmine & aquila, infraque navis rostrum. Hemelar. *Numism. Tab. 14.* Fœmina sedens, cornucopiæ suffulta. *Tabul. 22.* Spei præbens brachia. *Tabul. 23.* & 33. Dextrâ florem, sinistra cornucopiam gestat, innixa orbi terrarum. *Tabul. 40.* Cum lauri ramo, & cornucopia. *Tabul. 46.* Cum Caduceo alato, circumvolutis serpentibus. *Tabul. 52.* Sedet hastata, & orbem ferens, proram navigij pedibus premit. *Tabul. 58.* Per cornicem, vel columbam, Concordiæ symbolum, videtis ibid. *Tabul. 31.* Politian. 1. *Miscellan. cap. 1.* & Pier. Valer. *lib. 20. cap. 18.* & 22. *cap. 1.* Scyrus lapis vigil Concordiæ hieroglyphicum: de illo Plin. *lib. 36. cap. 17.* *Integrum fluctuari tradunt, eundem comminutum mergi.* Otho Vænius signat orbem sagittis nexum Cupidinis; cum epigraphæ: *Cuncta servat Amor.* Emblem. 18. Vid. *Isagog. Septembr. n. 15.* Claudian. de 4. *Consul. Honor. à v. 284.*

Ornamenta.

Concordiæ
imagines.

Scyri lapi-
dis conditio.

Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.
Nonne videt operum quæ se pulcherrimus ipse
Mundus amore ligat?

Claudianus

5 In loco quo Drusilla Concordiæ ædem posuit, deinde templum Pacis. Haud illud Priscum, cuius omen: *Stabit, quousque virgo pariat*; de quo 30. *Mart. n. 10.* & egimus Tom. 3. T. 7. D. 1. n. 6. Nec illa Ara Augusti erecta Paci, post victoriam Actiacam: sed à Vespasiano erectum, quadratum, pulchrum, amplum, maximisque columnis exornatum (quarum una adhuc erecta stat in præfato templo Virginis Mariæ, trium ulnarum ambitu) templorum omnium locupletissimum. In hoc vasa & ornamenta templi Hierosolymitani à Tito triumpho allata reposuit Vespasianus. Marlian. in *Topograph. Rom. cap. 35.* Rosin. *lib. 2. cap. 18.* Gyrard. *Syntagm. 1. n. 43.* Comest. in *Judith. cap. 3.* & Ioseph. 7. de *Bell. cap. 24.* ubi: *Post triumphos verò & Romani Imperij firmissimum statum.* *Paci templū ædificari decrevit. Magna enim divitiarum largitate usus, insuper perfectis id pictura ac figmentorum operibus exornavit. Omnia namque in illud fanum collecta.*

Pacis tem-
plum.

Romæ præ-
digium.

Ibi supellex templi Hierosolymitani. ac deposita sunt, quorum visendorum studio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur. His autem reposuit etiam quae ludaeorum fuerant instrumenta; his se magnifice ferens: Legens verò eorum. & penetralium vela purpurea in palatio condita servari praecepit. Hoc templum sumptuosissimum igne accensum subito totum exhaustum est, neque unde acciderit nunquam cognitum; nisi putatur, in terramoto qui eadem horâ fuerat, ex lapidum attritu ignem fuisse excussum. Marlian. d. Iurè exclamat Constantius in v. 710. Ovid. 6. *Fabror. cit. Tantum licuisse Fortuna, ut tantae rei nobis spectaculum subtraheret.* Iuxta Pacis templum, in porticu erant duae columnae (quod nunc D. D. Cosinae & Damianae dicatum est) quae dictae Romuli & Remi, quas eis erexit Carvilius Coss. ex spolijs Samnitum. Marlian. *Topogr. d. Iacob. Boissard. & Publ. Victor, Region. 4.*

Excussum. 6 In Pacis templo omnium artium professores ad disputandum conveniebant. Rosin. quò dudum, ex Galen. ex ipsoque (estò refragetur Mercurial. 1. *Var. lect. cap. 13.*) lib. de *Pulsib.* astringit Gyrald. loc. cit. in templum Pacis congregari infirmos. Etiam in illo statua Ganymedis. Iuvenal. 9. *Satyr. v. 22.* inquit *Ganymedem Pacis.* Vid. *Itag. Octobr. n. 26.* Leopard. lib. 4. cap. 4. *Rhodigin. lib. 15. cap. 9.* & *Martial. lib. 1. Epigram. 7.*

Erat academia & Xenodochium. *Ille sum timidis unguibus haesit onus.* Etiam in parte fori viae sacrae, quod dicitur Comitium, erat ficus illa celebris Aetij Navij, culta à populo Romano, sub qua instrumenta huius Magi, & post fulgurita sacrobidentali. Marlian. *Topograph. cap. 160.* in *Situ Urb. lib. 3. cap. 1.* Plin. *lib. 15. cap. 18.*

Martial. subdit: *Colitur ficus arbor in foro ipso ac Comitio Romae nata, sacra fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam eius, quae nutritrix fuit Romuli ac Remi, miraculo ex are iuxta dicato, tanquam in Comitium spontè transisset. Adactò navigio, illic arefcit; rursusque curâ sacerdotum feritur.* Exactam notitiam proferemus, 14. *August.* Infit etiam: *Aequè fortuita eodem loco est vitis atque olea umbra gratia. Ara inde sublata munere gladiatorio D. Iulij.* Chifler. hic: *Ab irato nimirum populo post necem Iulij Caesaris.* Fallitur, ut notat Dalecamp. Ara enim deiecta, quia impediabat pompam certaminis gladiatorum; propter quam ut subdit Plin. *lib. 19. cap. 1.* *Cesar Dictator carbasinis velis totum forum Romanum intexit, viamque sacram à domo sua ad cli-vum usque Capitolinum: quod munere ipso*

gladiatorio mirabilis visum tradunt. Meminit Sueton. in *Cesar. cap. 10.* Hic locus pridem dictus *Guria Hostilia, in qua prius Rex Hostilius habitavit prope Pacis templum.* Marlian. *Epitom. lib. 4. cap. 19.* Plura alia fuere templi Pacis ornamenta. Veneris simulacrum speciositate, elegantia, atque formâ supra Praxitelicam, refert Plin. *lib. 36. cap. 5.* Scyllae inter monstra monstrum, mulier formosa superne; *lib. 35. cap. 10.* Fabulam vide apud Horat. de *Art. à v. 1.* & Ovid. 14. *Metamorph. fab. 1. & 2.* ex quibus Natal. *Com. 8. Mytholog. 12.* ibi quoque imago Nili cum sexdecim pueris (de qua *Isagog. Maij, n. 20. & 21. Jun. n. 1.*) Plin. *lib. 36. cap. 7.* Opus Romae excellentius, *ibid. cap. 15.* praevertitque relatis summis artificum operibus, *lib. 34. cap. 8.* *Ex omnibus quae retuli, clarissima quaeque in Urbe iam sunt dicata à Vespasiano Principe in templo Pacis.* Templi & imaginum meminit Chartar. in *Mercur. fol. 211.*

7 Ab illo hic Rosin. & Gyrald. cit. describitur Pax aspectu pulcherrima, comitibus Venere & Gratijs. Coronatam fructibus veste candida signat Tibull. *lib. 1. Eleg. 10. à v. 45.*

— Pax candida primum.
At nobis Pax alma veni, spicamque teneto:
Perstuat, & pomis candidus ante sinus.
Interdum apparebat olivâ & lauro coronata, interdum rosis. *Callidum sanè fuit commentum* (ait Pausan. *cap. 294.*) *in manus Fortune tanquam matris vel nutritricis Plutum ponere: neque minus prudenter, qui Pacem Atheniensibus fecit, Plutum in sinu habentem.* Idem Gyrald. d. & Natal. *Com. lib. 2. cap. 9.* ex quibus Chartar. Qui quidem, ex Aristide Orat. pro *Concordia ad Rhodios.* delapsam de caelo refert, cum potestate in cuncta, ac tenentem dextrâ sceptrum, ex quo fructus exire videbantur. Sacra vidimus, & sacrificia, 30. *Ianuar. 3.* victimamque sine sanguine. Unde Senec. in *Medea, à v. 61.*

— Nivei femina corporis
Intentata iugo placet: & asperi
Martis sanguineas quae cobibet manus.
Quae dat belligeris foedera gentibus,
Et cornu retinet divite copiam;
Donetur tenera mitior hostia.
Adi Pausan. *cap. 7.* qui *cap. 186.* numerans victores Olympiz, refert Chimonis statuas, tam quae in Elide, quam quae Argis, Romam in Pacis templum esse deportatas.

8 Eodem die vel ante vel post dedicationem templi Brusillae, splenduit filij Tiberij triumphus è Germania. *A Germania in Ur-*

Ornamenta templi Pacis.

Statua Scyllae & Nili.

Imagines Pacis.

Tibull.

Plutus in sinu Pacis & Fortuna.

Victima Pacis.

Senec.

Statua Chimionis.

Triumphus Tiberij.

Urbe[m] post biennium regressus (inquit in eod. Sueton. cap. 20.) triumphum quem distulerat, egit; prosequentibus etiam legatis (quid sit Legatus in exercitu, eiusque dignitas, dicit Halicarnass. lib. 12. cap. 16.) quibus triumphalia ornamenta impetrarat. At prius quam in Capitolium sciret, descendit de curru, seque praesidetti patri ad genua submitte. Battonem Pannonium Ducem (de cuius statua diximus, num. 4.) ingentibus donatum premijs, Ravennam transtulit; gratiam referens, quod se quondam cum exercitu, iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere. Prandium deinde populo mille mensis, & congiarium trecentos numos viritum dedit. Dedicavit & Concordia adem: item Pollucis & Castoris, suo fratrisque nomine de manubijs. Goltz in Fast. fol. 217. Briet. ann. V. C. 747. addit: Livio mater dedit epulum seorsim Matronis, Tiberius Senatui in Capitolio. Tuncque Augustus in memoriã Agrippæ Romæ edidit munus gladiatorium: in quo pullati omnes spectatores præter Augustum. Triumphum luculenter describit Ovid. 4. Trist. Eleg. 2. & 2. de Pont. Eleg. 1. ubi à v. 23. canit: Numine cœlesti Solem fulsisse serenum,

Cum populi vultu conveniente die.

Ovid. Quæque capit latis immensis manibus orbem, Hospitijs Romanæ vix habuisse locum.

9 Thespijs Bœotix statua Cleostrato, & sacra Iovi Saota, idest, Salvatori. K. Græc. E. Pausania eruenda notitia. Est autem in oppido (inquit, cap. 301.) aneum Saota Iovis signum. Inde ortum habuit religio, quod cum in cives insignis feritate draco sædret, Deus imperaverit ephebos quotannis singulos, sorte ductos fera exponi. Eorum uni Cleostrato, qui amabat, lorica[m] aneam faciendam curavit, resupinatis extrorsum hamis confertam. Eam lorica[m] puer indutus, cum ultrò draconi occurrisset; mortem quidem appetijt, sed etiam ipsam feram exanimavit. Ex eo rei eventa Iovi Servatori cognomen extitit. Possum quàm iurè dicere: Unde hoc nisi de nostris sacramentis? In universa Græcia Aphrodisia sacra. Meurf. G. F. Veneri dicata, sed non Veneri cœlesti: ideo execranda, & de quibus, 26. August. Nonnulli dicunt, hac die Aphrodisia dici, à spuma, ex qua in mari genita, & à piscibus, quos post in cœlum sustulit, in Paphum deportata; cuius imaginem videsis, 1. April. n. 8.

10 Inter Ægyptios sacra silentia in honorem Osiridis. K. Ægypt. Plura sacra Osiridi signantur, sed præut arbitror hæc quæ dicuntur silentia, particularia debent intelligi: igitur ut ait Strabo, lib. 17. n. 14. In Osiridis templo non licet nec cantori, nec tibici-

ni, nec psalte canere; quemadmodum mos est alijs Dijs. Astipulatur Alexandr. Neapolitan. 4. Dier. Genial. cap. 17. Memphitæ

(inquit) in Osiridis templo, dum sacrificant, præter aliorum morem, nec canere tibijs, nec psallere soliti sunt; sicut Græcorum plerique cum nulla Numinis afflacione sacrificia perficiunt. Hæc sacra videntur silentiosa, quia ita Isis illum occisum quæsit ornata herbis Artemisia, Omomo, Verbenaca, Osirite, ac Æthiope; lapilloque Ananchite. Iamblic. de Ægyptior. myster. Nihil improbitatis, nisi superstitionem his in ritibus cogitabit lector, & inest in cunctis abominabilis horror. Artemisia dicitur Sanguis Saturni, quæ lassitudinem itineris levat. Apulei. de Virtut. Herbar. Plin. lib. 26. cap. 15. & cap. 10. lib. 25. præmittit: Artemisiam quoque secum habentibus negant Magi nocere mala medicamenta, bestiamve ullam, nec Solem quidem. Omomus erat herba, qua Di-

tis vocabatur & umbræ, maximè in Mithricis, de quibus 19. Decembr. teste Plutarch. de Isid. & Osirid. De Verbenaca, quam legati ad hostes deferebant, ut ait Plin. lib. 22. cap. 2. ipse lib. 25. cap. 9. inquit: Magi circa hanc infantiunt. Hæc perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Lachrymam vocant Iunonis, & donum Dei, Sceptrumque amoris, eò quod in philtris & in sacrificijs eius usus ab Ægyptijs adhiberetur. Apuleius, d. & Kircher. Theatr. Hieroglyph. cap. 2. Osirites, aliàs Cynocephalia,

dicta ab Apione Herba divina, non solum utilis inter vivos, sed virtutem habens ad evocandas umbras, censebatur. Vide Plin. lib. 30. cap. 2. Plutarch. in Homer. Magius lib. 3. cap. 1. & Gell. lib. 3. cap. 11. De Æthiope herba haud instituto discoloria refert Plin. lib. 26. cap. 4. Super omnia adiuvare Magice vanitates. Æthiopide herbã amnes atque stagna siccare coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Achæmenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac terga vertere. Solutio tisu celebrat idem ibid. ac merito insigni reflexione multiplici. Lapis Ananchites, vel Anancitis, ut Criticis placet, dicit ex voce ad quid ab Iside assumptus. Nomen gemma adeptæ est à Necessitate, quæ Deos cogebat, eorumque evocabat imagines: ait Turnebus lib. 1. cap. 17. Adversar. Pliniusque lib. 37. cap. 11. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum. Quorsum ficcine ornata Isis, dum Osiridem quærebat (de cuius, sacerdotumque fetu dicemus, 19. Octobr.) & vagabatur? Ut auctoramen haberet Magia sacrificulorum,

quantum

Quantum olim habita Magia!

Iovi Saota
sacra & statua
Cleostrato.

Aphrodisia.

Sacra Osiridis
eum silentio.

Ritus.

Artemisia.

Omomus.

Verbenaca.

Osirites.

Æthiopide.

Achæmenide.

Ananchites.

Quantum olim habita Magia!

quando in Numine fingeat exemplar. Non enim herbae illae aut lapides in illas mirificas operationes virtute naturali gaudebant; sed ex pacto cum Caco genio, cuiuscumque delectationi congruunt (ut ait Augustin. 21. Civ. cap. 6.) per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum. Fatetur etiam Theophrast. 2. Herbar. cap. 17. ubi vocat *inepta & incredibilia*. Qui fumo scientiae ducebatur, venundatus sub peccato, efferebatur super se: quid super alios? De Tyridate Mago, invitato Nerone & initiato Magicis coenis; inquit Plin. lib. 30. cap. 2. *Non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Ad haec non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium, atque non patiente mundo: sed indubitatum exemplum est falsae artis, quam dereliquit Nero. Nihil ultra.*

Eius miracula apparentia.

Tyridates Magus. Nero quem improbus!

Osiris polyomnius.

Osiris gesta, quippe illius aetatis hominibus mira; in Numina versa; maxime, cum in Aegyptum revertens ob facinorum magnitudinem (inquit Kircher. Tom. 1. Oedip. Copti, Syntagm. 3. cap. 3.) in Deorum caetum adscriptus est: factumque est, ut succedentibus temporibus, cum fama eius cresceret; nominum quoque cresceret impositio: nam à conditis urbibus, Saturnus; à supremo rerum dominio, Iupiter; à vini oleique inventione, Bacchus, seu Dionysius; Hercules, à summa fortitudine; ab Orbis lustratione, Neptunus; à Ianus denique à politioris vitae cultu vocatus; sicut à rebus inventis, Mercurius; à Musica, dictus Apollo.

DIES XII. FEBRUAR.

Prid. Id.

1. Gradus 22. Solis in Aquario, qui putealis iuxta Dariotum. Qui hoc in gradu nati, formosa facie & corpore, sed primae aetate morituri. Firmic. Ventorum occursum & pugna. Ptolom. Vir securi alterius manus & pedes truncans. Sph. Arab. Moyses Dei legatus ingreditur cum virga mirifica ad Pharaonem; mittitur à tyranno in carcerem; sed inde nocte, custodibus mortuis, ianisque contractis, exiisse ad ipsum Regem; ait Clem. Alexandr. 1. Strom. cap. 13. & ex recitatis R. Salom. Samarie dolens de blasphemia Nicanoris, confortatusque somno (de quo die praeced.) expositus exercitui, decernit mane decertare cum hoste; interea tota civitate orante ante Dominum & plorante. 2. Machab. 15. à 17. Cur autem Moysen miserit in carcerem signat Ioseph. 2. Antiquit. cap. 8. igitur eam Rege exposuit, quae à se & à suis bene-

Moyse mittitur in carcerem, sed exis miraculiter.

Tom. I. Ephemer.

ficia facta Aegypto; quod Pharaon egre tulit, etsi specimen prodigiorum in virga Moysis videret. Rex vero iratus (inquit) sceleratum eum appellat, qui Aegyptiorum olim fugitivus, nunc magicis prestigijs instructus ad reliquos decipiendos venerit.

2. Anno ab hinc 884. postquam in praecedenti, iam improbus Ioacim; ut degens in castris, pacatam haberet Ierusalem, in socium regni assumpserat Iechoniam, sperans quid ex congressu Regum Babylonis & Aegypti esset boni in regnum Iuda; sed magis hunc addictus, quia fecerat eum Regem, erat etiam in prociectu. Rex ergo Babylonis non Nabuchus Magnus, sed pater eius Nabopolassar, etiam dictus Nabuchus. Aliter alij de successione Babyloniorum sentiunt, quia quot homines tot sententiae (quas videtis apud Sallian. Petavium, Turfelin. Briet. Torniel. & Genebrard.) meo iudicio congruiores proferam. Nechao, esto Adad in Charcamis vicerat iuxta Euphratem, memor vastationis factae sub Sennacherib (de quo, 13. Septembr. n. 2.) delere conabatur stirpitis regnum Assyrium, quod sub scerpco Babyloniorum. Per triennium propitio Marte Aegypto aggregavit quicquid olim fuerat Assyriorum à torrente Aegypti usque in Euphratem, ac Syriae & Phoeniciae plures nobilissimas urbes. Ut cuncta recuperari possent, eum filio descendit Nabuchus primus, qui victor sed occisus fuit, simulque victus & occisus Nechao (Ierem. 46. à 2.) parente Cadmea victoria. Tunc filius eius Nabuchus Magnus, etsi cecidit pater, Dux uti Rex constitutus, fugientibus Aegyptijs, brevi restauravit cuncta: descendensque in Ierusalem, eo quod non Babylonis Regi, sed Aegypti tributa solvisset; Ioacim Regem Iuda, filium eius Iechoniam & nobiliores urbis; inter quos Danielelem, Ananiam, Azariam & Misaellem, partemque vasorum templi Domini transtulit in Babylonem: verum Ioacim catenis vinctum. 2. Paralip. 36. à 6.

Victoria Nechao.

Pugna in Charcamis.

Ioacim cum filio, Danieleque captivatur.

3. Aliter narrat Adrichomius in Chron. Ann. 3354. Nabuchum anno tertio regni Ioacim descendisse in Iudaeam, Urbeque captam praefata fecisse: quae quidem cum scisceret Nechao; collectis innumeris copijs ex Aegypto, Aethiopia & Libya, anno quarto Ioacim, quoniam hunc sibi vestigalem, urbisque florem abegisset in Babylonem; & retineret; irruit Charcamis in Babylonios, quo in certamine uterque Rex cecidit: at Chaldaei superiores effecti tollunt quicquid Aegyptij ab Assyrijs abstulerant. Unde Ioseph. 10. Antiq. cap. 7. quem sequitur

Cecidit in acie pater Nabuchi Magi.

Gg tur

tur Comestor, in 4. *Regum*, cap. 38. in Ægyptum duntaxat dicit directum bellum & alias provincias ditionis Ægypti, *Iudæa excepta*. Ita in sententijs est auctorum varietas, ut concilient, quomodo migratio Ioacim vindæ, & aliorum, anno tertio, ut dicit Daniel, 1. 1. & anno 4. ut refert Ieremias, 25. 1. Dissolvi nodum, *Tom. 7. T. 9. à n. 29.* Præter ibi allegatos AA. consulebis Tornieil. *Ann. 3428. n. 3.*

4 Brier. anno seq. astruit, Nabuchum, ut in Babylonem ex Ægypto pervenit, & cœpit regnare, remisisse statim in Iudæam Ioacim cum filio, retentis obsidibus Daniele, & alijs Principum filijs. Alij à Nabucho è via esse dimissos pacto tributo; quin obfret illud 2. *Raslip. 26. 6. Vinctum catenis duxit in Babylonem*, quoniam solvit, atque in sacram urbem ac regnum dimisit, antequam Babylonem perveniret: attamen retinuit obsides, inter quos Daniel, non solum puer, sed pupus, duorum scilicet annorum, ut ex Epiphania docet Tornieil. loc. cit. n. 5. & in *Tabul.* Post tam hunc, quam alios regiè nutrens, sub disciplina Chaldæorum tradidit imbuendos, ut aulae servire possent. Ridiculum, quod ait Ioseph. 10. *Antiq. cap. 11.* scilicet, exectos à Nabucho fuisse. Supellestili enim sacra ornavit templum Belli Numinis, additis etiam donarijs ex manubijs aliarum Provinciarum, quæ iam sub iugo; ut idem ibid. scribit, & 1. *Contra Apion.* ex Beroso. Quiebat tunc Iudæa; etsi animus nequiret Ioacim: equidem præfata duntaxat passus, quoniam noluit solve- re tributum Nabucho Chaldæo; quapropter bellum illatum magnis viribus à Chal- dæis dira minantibus (ut factum est) ni uti cæteri Syri tributa solverent. Ioseph. quò sup. cap. 7.

5 Furiosus, furoris comite filio regnum moderabatur Ioacim, toto conatu tacite sollicitans excutere iugum, quanvis subiret Ægyptum; quo voto tandem potitus est (soluto vectigali Regi Babylonis per triennium) cum audisset Regem Ægypti expeditionem in eum disponere. 4. *Reg. 24. 1.* hic Comestor, cap. 39. & Ioseph. d. quanvis Ieremias illi diceret, sibi consuleret, & prædiceret nullum illi effugium à manu Nabuchi: cap. 25. à 8. Antequam caperetur, ne ad verba Ieremiæ eives desponderent animum, ut ait Theodoret: vel ne audiret, quod suis sceleribus respondebat; Ieremiam includit in carcere publico. Tunc postquam redijt Ioacim compositis rebus cum Nabucho, tantum Prophetæ permisit atrium carceris, sed negavit egredi: igitur Vates sacer

semper clamabat reversurum Nabuchum, sub cuius ira Ioacim luiturus pœnas: equidem parvipendebat vaticinia. Propterea indixerunt Ieiunium ad Dei propitiationem, ut Chaldæos à civitate arceret, & Nabuchum inter ac illos firmaret pacem. *Ierem. 36. 6.* Nonnulli Hebræorum, quia dicitur *In die ieiunij* intelligunt vesperam festi Expiationis, quæ 9. Septembris, sed perperam apud Alapide; quoniam huiusmodi ieiunium tunc fuit conceptivum, non statum. Patet, signatur mense nono, & in mense isthoc ut constat ex Hebræorum Menologio, non erat ieiunium statum. Unde duntaxat conceptivum ab ipsis indictum quibat esse. Non placet Alapid. hic, sed mihi summè, quia mensis nonus erat anni quinti regni Ioacim (ut dicitur v. 9.) dum indictum ieiunium, erat annus quartus, v. 1. Si indictum ieiunium (quod ambigitur & iurè à Tornieil. *Ann. 3429. n. 13.*) erat ieiunium solemne, nimirum in vespera Expiationis, ut videbimus, 7. *Novembr. n. 3.*

6 Ergo anno quarto Ioachim, ut venit è Babylone, ut ait Tornieil. & Genebrardus quos sequuntur Sanctius & Alapide; iussit Dominus Ieremiam scribere cuncta ab illo vaticinata à principio muneris usque in illud tempus (ait Sanctius) & redigere in librum, cuius epiphonema erat: *Festinus veniet Rex Babylonis, & vastabit terram hanc:* v. 29. sed cum ille quia clausus nequibat ite in templum, illo dictante, librum scripsit Baruch eius notarius: quem quidem Vates præcepit legere in solemni ieiunio, idest, pridie Kipuria, festum videlicet Expiationis; de quo, 9. *Septembr. n. 2.* & 10. *n. 1.* Haud mireris, dum in eodem anno contigit, quòd v. 1. dicatur *In anno quarto Ioacim, & v. 9.* *In anno quinto.* Ioacim cœpit regnare, 18. *April.* uti videbimus, n. 10. Dum Ieremiæ præcipitur scribere vaticinia, erat annus quartus Ioacim, cuius finis in Aprilis præfata die, à qua incipiebat annus quintus, in cursu cuius liber scriptus lectus coram populo in solemni ieiunio mensis septimi respectu anni, & mensis quinti respectu quinti anni regni Ioacim. Adi Tornieil. *Ann. 3428. n. 3.*

7 Ieiunium Esther die 13. celebratum inter Hebræos, ante victoriam Iudæ Machabæi de Nicanore; quia hoc sine festo sequens occupata dies, hodie observabatur, Vide postridie, n. 11. Anno Christi 34. vulgato miraculo de Lazaro revocato ad vitam per N. Assertorem, in hunc multi crediderunt; quod intimè pupugit Summum Sacerdotem & Principes; verum cum ob præsens mi-

Amilogia.

Remittit Ioacim in Ierusalem.

Amilogia.

Daniel infans captivatur.

Ille & alij pueri Hebræi discipline traduntur Chaldæorum.

Ibi iussu Dei dicitur Baruch vaticinia facta, ex quo prophetae capis.

Amilogia.

Ieiunium Esther.

Ieremias, à Ioacim includitur in carcerem.

Christi ge-
sta.

miraculum Iesus optime audisset, & cuncto-
rum corda in admirationem traheret; colle-
gerunt conciliu[m] secretu[m] (in villa a facino-
re dicta *Mali consilij*, extra Ierusalem, sed
prop[er], ut refert *Castell. lib. 3. cap. 10.*) quo
Christum decreverunt interficere; & mini-
stris praeceperunt, ut comprehenderent, ubi-
cunque invenirent; modo dies festus non
esset. Idem in *Vit. Christ.* Tunc Iesus dese-
ruit Ierusalem, tendens in desertum iuxta
civitatem Ephrem. *Ioann. 1. a 47.* Meo iu-
dicio fallitur Castellus, quoniam *ibid. v. 55.*
dicitur: *Proximum erat Pascha Iudaeorum.*

Eius ieiunij
dies XXXVI

Inconculsum, ann. 31. hunc diem ieiunij
Christi fuisse trigessimu[m] sextu[m]. Lamy in
Chronic. Ann. seq. indicat ab ipso sanitatem
concessam paralytico, demisso per tegulas.
Hac die legebatur in Iudaeorum Synagoga a
cap. 31. Exod. 1. usque ad 38. 21. & 1. Reg. 17. 13. usque in 26. Lamy.

Aius-Locu-
tius.

8 Romae, Aedes extracta Aio-Locutio,
Famae, aut Faminij, *circiter Idus Februarias;*
ut refert Plutarch. in *Camill.* Causam apud
eundem (ex eo quod Fabius Ambustus lega-
tus, contra ius gentium interfecerit Gallum
ex copijs Brenni, obsidentibus Clusium) leg-
imus. Unde Brennus clasicu[m] cecinit ad-

Fabius Am-
bustus.

Clades Ro-
man. ad A-
liam.

versus Roman, & vicit ad fluvium Aliam;
ut videbimus, *16. Jul.* De clade moniti Ro-
mani. *M. Cedictus, homo non magni nominis*
(subdit) *neque Senatorij ordinis; probus ta-*
men ac bonus habitus, antequam in exilium
abiret Camillus, rem tribunis militum di-
gnam cura renuntiavit. Praterita nocte se
transseunte via Nova vocatum ab aliquo: cum
se convertisset, vidisse neminem, vocem vero
humanam maiorem, audivisse ita dicentem:

Predigiam.

Age Marce Cedici, indica Magistratibus, ut
brevi Gallos expectent. Haec audita tribuni
risum iocumque putaverunt. Eadem profert
de Fortun. Roman. & Cicer. 1. de Divinat.
infit: Non multo ante Urbem captam, exau-
dit vox est a Luco Vestae, qui a Palatij ra-
dice in viam novam devexus est; ut muri &
portae rescicerentur: futurum esse, nisi provi-
sum esset, ut Roma caperetur: quod negle-
ctum, tum caveri poterat; post acceptam il-
lam maximam cladem, explicatum est. Ara
enim Aio loquenti, quam septam videmus,
adversus eum locum, consecrata est.

Locutij ara

9 In memoriam tanti beneficij, post-
quam in Dictaturam Camillus redijt, atque
de Gallis triumphavit, ut infra dicemus;
Collegium instituta causa expianda vocis
nocturnae, quae nuncia cladis ante bellum Gal-
licum audita, neglectaque. Mentio illata, ius-
sumque templum in nova via Locutio fieri.
Tit. Liv. 5. sect. 134. Gyrald. Syntagm. 1. n. 1.
Tom. I. Ephem.

Templum.

97. Alex. ab Alexandre. 2. cap. 18. Bulengeri
de *Prodigijs*, cap. 22. Budens, 4. de *Affe*;
Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 46. Rosin. 2.
cap. 21. & Tiraquell. in loc. cit. *Neapolit.*
Aulus vero Gellius, cum plures Aium-locu-
tium dicant Vaticanum, eo quod (ut ait Fe-
stus, quem sequitur Gyrald. d. n. 76.) Vati-
canus collis dictus sit; quia illinc pulsus
Etruscis, eo potius populus Romanus Va-
tum oraculis, & in Aio cladem futuram pre-
veniente, visum vaticinium; omnino unum
esse, abnuit. *Agrum Vaticanum, & eiusdem*
agri Deum Praesidem appellatum accepera-
mus a Vaticinijs (ait, 16. cap. 17.) que vi
atque instinctu eius Dei in eo agro fieri soli-
ta essent. Sed praeter hanc causam M. Varro
(in libris Divinarum) aliam esse tradit istius
numinis rationem. Nam sicut Aius, inquit,
Deus appellatus, araque ei statuta est, quae in
infima nova via, quod in eo loco divinitus
vox edita erat; ita Vaticanus Deus nomina-
tus, penes quem essent vocis humana initia;
quoniam pueri simulatque parti sunt, eam
primam vocem edunt, quae prima in Vaticano
Syllaba est. Idcirco Vagire dicitur, exprimen-
te verbo sonum vocis recentis. Suffragatur
Bulenger. de Oracul. & Vati. cap. 92. di-
cens: In agro Oraculum Dei Vaticani. Alius
fuit Deus Aius. Augustin. 4. de Civit. cap. 8.
quem sequitur Vives, ait: Vaticanus, qui
infantium vagitibus praesidet. De Vaticano
dicemus, 2. Jun.

Quis & qua-
re Deus Va-
ticanus?

10 Triumphus Camilli de Etruscis &
Gallis postridie assignatur a Reufnero, & a
Goltz in *Fist.* pag. 36. sed ante triumphum
perfolvit Marronis Romanis aurum, quod
pro cratere misso Delphos praebuerant (de
quo, 8. Decembr.) sex annis ante praesentem
triumphum praevictoria de Veientibus. Vo-
verat (ait Plutarch. in eo) cum iret ad op-
pugnandos Veios Apollini Delphico decimam
partem praeda. Captam urbe ac direpta, civi-
bus ne molestiam exhiberet, voti religioni
eos obstrictos reliquerat. Post cum Dictaturam
abisset; retulit ea de re ad senatum: ac Vates
etiam renunciavere, sacrificijs iram Dei in-
dicari, quae expiari, ac donis placari debeat.
Cum Senatus decrevisset (praeda semel inter
cives divisa) singulos iureiurando adigi, de-
cimam eius quod acceperant, in medium con-
ferre; multa molesta & violenta militibus
acciderunt, quod attriti cogebantur, tantam
eorum quae adepti in suos usus iam insum-
pserant, partem pendere. Camillus vero tu-
multibus eorum agitated, cogitavit, indignum
videri, quod civis decimas bonorum suorum
conferre cogentur; cum ipse hostium de
facultatibus eas novisset. Veruntamen facta

Camilli
triumphus.

Aurum in
Delphis a
matronis de-
natum, re-
sitatum.

à singulis collatione; visum est, auream crateram facere, eamque Delphos mittere. Ceterum auri erat in urbe penuria. Ibi Magisteratibus deliberantibus, qua id ratione posset confici; mulieres, habito seorsim consilio, mundam omnem fuzim aureum contulerunt ad donarium faciendum, fuitque auri pondus talenta octo. Eadem Salian. Ann. V. C. 359. Inopia auri triumpho de Gallis & Etruscis exulavit: igitur, ut ait Tit. Liv. 6. sect. 10. Camillus in urbem triumphans rediit, triumphum simul bellorum victor. Longè plurimos captivos ante curram duxit: quibus sub hasta vendatis, tantum auri redactum est, ut pretio pro auro matronis persoluto; ex eo quod supererat, tres patere aurea facte sint: quas cum titulo nominis Camilli, ante Capitolium incensum, in Iovis cella ante pedes Iunonis positas fuisse. Vide die 16. num. 10. & 19. num. 13.

II Varia sacra hac die inter nationes varias. Sparta collocata imago Martis in compedibus. Castellan. de Festis. Sicut Athenis simulacrum victoriae sine alis, uti observat Chartar. pag. 269. Unde Pausan. cap. 97. Signum in compedibus. Eadem verò est ratio in hoc simulacro Lacedaemonijs, quae Atheniensibus in ea Victoria, quam Involutarem appellant: hi enim vinculis impeditum, à se nunquam Martem aufugiturum; illi semper mansuram secum, quae pinnis careat, Victoriam interpretantur. Cum Romae Victoriae alas decussisset fulmen; omen sic exposuit Pompeius, apud Ioann. Freinshem. in Curt. 4. cap. 3.

Mart in vinculis, & Victoria sine alis.

Pomp.

Roma potens, alis cur stat Victoria lapsis. Urbem ne valeat deseruisse suam.

Pluribus nationibus solemne fuit, ne Numina invocata ad hostes avolarent (cogitatio digna, experimentibus Quae Numina) catenis ligare. Chartar. d. & Pier. Valer. 48. cap. 33. ex Macrobi. 1. Saturnal. cap. 6. Singularis infania, modò cogitarent Numina; sed inoleverat huiusmodi error. Ita cum Alexander Tyrum obsideret, multis visus est in somnijs Apollo dicere (refert Plutarch. in eo) ad Alexandrum se transire: neque enim sibi cordi esse, quae in urbe agerentur. Virgil. in Troiae excidio, 2. Aeneid. v. 351. inquit: Excessere omnes; adytis arisque relictis; Dij quibus imperium hoc steterat.

Virgil.

Etruscis solemne, ligare Deorum simulacra.

Sequitur cogitationem turba Poetarum. Lucan. 1. v. 569. Tibull. 2. Eleg. 5. v. 73. Sil. Ital. 12, v. 707. Statius, 7. Thebaid. v. 86. Ex Graecis Aeschyl. Sept. ad Thebas, v. 1400. Euripid. in Troad. v. 90. Quod etiam Iosephus de Tutelaribus sacri templi dicit, 7. de Bell. cap. 12. atque confirmat Tacit. 3. Hist.

stor. cap. 13. & Muretus, 9. Pagan. lect. cap. 19. ita despicbant Ethnici, ut auderet Lamprid. in Constantino, dicere: Vestigia Deorum in foro visa sunt: exequitatis. sicut Scholiae stes Sophocli. Cum Troia excidit propinqua esset; visos esse Deos. è suis templis sua exportare simulacra. Ridet Angustin. 2. de Civit. cap. 22. & tutelam & discessum: priusque D. Cypriani, ad Demetriadem, & Arnob. 6. Adversus Gentes: ni anobis, melior... 12. Aut presentem articulum Q. Curtius, 4. Histor. Alexandr. ait: In Tyri obsidione unus ex civibus quem indicasset concioni, oblatam esse per somnium sibi speciem Apollinis, quem eximia religione colerent, urbem deserentis; quamquam auctor levisierat, tandem ad deteriora credenda proni metu, aurea catena devinxore simulacrum: atque Herculis, cuius Numini urbem dicaverant, inferuere vinculum; quasi illo Deo Apollinem retenturi. Syracasis id simulacrum deoixerant Poeni, & in maiore locaverant: patria, scilicet Tyro. Lamprid. in Hellogabal. cap. 6. subdit: Signum, quod Palladium esse credebatur, abstulit, & auro vinctum, in sui Dei templo locavit. Mos prevaluit apud Romanos, ita ut quoties simulacra ad lavacrum aut lustrationem aliquam deducerent, fidei iussores poscerent. Plutarchus, Roman. 99. n. 61. Haud secus Ephesij obsesi à Cræso alligaverunt Dianam. Herodot. 1. n. 28. & Aelian. 3. Var. histor. cap. 26. Intuitus huiusmodi reverentiae irreverentis, exponetur 25. Augusti.

Portentum in expugnationem Tyri.

13 Imago Martis erat truci aspectu, ac torvo. Ferox (ait Chartar. in Minerva, pag. 265.) armatus, manu hastam, atque flagellum gestans, interdumque equo, interdumque curru vectus. Eius comites erant Terror, Timor, Impetus, Furor & Violentia. Eius arma galea, quae ardere, ac fulmen ei coni loco affixum videbatur: thorax auratus, ac terribilibus monstris refertus: clypeus luce sanguinea fulgens. Iure hoc monstrum alligatur, ut humani generis pestis, ac exterminium. Iociter illius templa, ut exularet discordia, construiebantur extra moenia. Choul. de Religion. Roman. pag. 10. & Alex. Neapolit. 2. cap. 4. Perpetua ei dissidia cum Pallade. Rhodigin. 18. cap. 6. Numinum ergo praefatorum formam describit etiam Laurent. Hæchtan. Emblem. 17. accinens: Ex auro Tyrij Phœbi statuere figuram: Martem compedibus Sparta tenere solet;

Imago Martis, & Comitum.

Pictisque perpulchre Victoria stabat Athenis, Sed pennas humeris non tulit illa suis.

Templa extra urbis moenia.

Hæchtan.

14 Argis etiam à Lacedaemonijs sacra per foeminas celebrabantur Cereri Aegle.

Ceres Aegle Meurs.

Meurf. Popul. *Attie*. Choreis matronæ ad-
instar Cereris rapta filia, ac restituta, cele-
brabat; quas suas in sacris Dianæ Cariatidis
rapuerat Aristomenes, & restituerat; sed,
ut Læcena viriles, armis præventæ, ne in
prædam darentur hosti, qui continuo felici-
tati Laconum insidiabatur; ut vidimus,
die 4. n. 16. Ut cogitarunt, accidit; & qui
capere venerat, libertatem amisit. *Est in La-*
nica agro (refert. Pausan. cap. 127.) *vicus*
Agila nomine, in quo templum Cereris ve-
teri religione consecratum. Huc matronas
per festos dies more Maiorum, ludos ut fa-
cerent, convenisse. Aristomenes, qui que cum
ea erant, exploratum habebant. Eo itaque
veniens, opprimere eas conatus est: sed cum
illa Numinis ope freta, vim repulissent; cul-
tris, gladijs etiam, quibus ad hostias ma-
ctandas usa fuerant, armate, tostis iam ex-
tis, hostem invaserunt, multisque graviter
saucijs, ipsum quoque Aristomenem, facibus
percutsum, ac malè multatum in vinculis con-
iecerunt: sed ea nocte liberatus, ad suos re-
diit. Dimisisse eum dicitur sacrorum antisti-
ta, non pretio sed amore adducta (illum enim
multò ante amare cœperat) simulavit verò
effugisse, exustis vinculis.

Aristomenes
à feminis
capitur, &
solvitur.

15 Die XII. Elaphobolionis, inter Bœo-
tos facta Apollini, seu Phœbo. Plutarch. de
Dieb. Causa sacrorum fuit Delphis eius ora-
culum, Cadmo interrogante de Europa rap-
ta; igitur illi præcepit urbem Thebas con-
dere in loco, ubi bos itineris dux, in Bœo-
tiam, humi procubisset. Natal. Comes, g.
Mytholog. cap. 14. In his sacris (quorum
historiam seu fabulam refert late Ovid. 3.
Metamorph.) ostentabant lucidâ pompâ
quadrigam Solis, qua vehebatur, eâ imagi-
ne, quam præmisimus, 5. Ianuar. n. 15. Mar-
tian. Capell. 1. Philolog. Alij asserunt,
ea sacra fieri; quia cum ex Bœotia & Eu-
bœa novas sedes cives quærent, respon-
sum ab Oraculo Apollinis, sequi quam dû-
cticem missurus columbam in coloniam;
ibique sedere, solo florentissimo, ubi post
conderetur urbs clarissima, caput regni: si-
mulque eligere in expeditionem Principem;
qui primus columbam missam videret. Vi-
dit Parthenope, Eumeli filia, quæ cives stre-
nuè transvexit navibus in Sirenarum loca,
quò ædificavit urbem Parthenopen, postea
vocatam Neapolim. Chartar. in Apollin.
pag. 64. quod sumpsit ex Alex. ab Alexand.

Sacra

Parthenope
dux in colo-
niam.

Imago colu-
bæ in Apol-
linis bume-
ro.

2. cap. 1. *Moniti oraculo (inquit) quippe*
nullam coloniam sine consilio Deorum Gra-
eci transmittabant, iter in Italiam direxere,
Duce Parthenope, Eumeli filia, quæ solum
Neapolitanum delegit, Columbae augurium

secuta: in cuius rei monumentum, Apollini
statuam Neapolitani erexere, Columba bu-
mero insidente; quam ipsa inspicere & ado-
rare videbatur.

16 Inter Assyrios duodecimo Mechir,
sacrum Militæ Veneri. Diar. Obald. Hanc
signat in Obelisc. Pampil. Kircher. 3. cap. 13.
Magnam Matrem apud Romanos: apud
Assyrios; Cabar: apud Ægyptios, *Isidem*
multimammiam: apud Arabes, *Alittam*; &
apud Persas, *Motram*. De illa agemus, 14.
Octobr. Ritus sacrorum imitati sunt Per-
sæ. In illis nec aras erigunt, nec libamentis
utuntur, nec incendunt ignem, nec canunt
tibijs, nec infulis ornantur: verum ut quis
que sacra facere statuit, in locum mundum
victimam sistens, Deum implorat, myrto
maximè cinctam gestans tiaram. Ubi verò
iam in minutas portiunculas membratim-
que hostiam conscindit, carnibus elixis her-
bam substernit quam mollissimam, maxi-
mè trifolium. Huic impositis carnibus, Ma-
gus astans Theogoniam canit, quam dicunt
Incantationem efficacissimam. Mox sacri-
ficus sublatis carnibus, utitur in quencun-
que usum illi fert animus, Herodot. 1. n. 38.
Alij vocant Venerem Morphus, de qua, 11.
Mart. n. 13. ex Pausan. cap. 97. & Gyrald.
Syntagm. 7. n. 20.

Venus Mi-
litta.

Sacra.

Venus Mor-
phus.

17 Apud Thraces Otio sacra. Calli-
sthem. de Reb. Alexandr. Nil mirum, cum
sub Draconis legibus non essent; qui capite
damnabat otiosos. Apud Thracas otiosum
esse pro honestissimo iudicatum. Rhodigin.
11. cap. 3. Ravil. Textor, 7. Officin. cap.
48. & Theophrast. in Notis. Quietem etiam
Romani, uti Numen adorarunt; ut videbi-
mus ex Augustino, 5. Septembr. Unde illud
Aristotelis Ethic. 10. *In otio est constituta*
felicitas. Laboratur propter quietem. Rho-
digin. 11. cap. 1. Quies aliquando vocatur
Orium, quasi vacatio à serijs: at multoties
in illo otio nec est quies. Unde illud cogi-
tabundi Scipionis Africani Maioris, dicen-
tis: *Nunquam se minus otiosum esse, quam*
cum otiosus: nec minus solum, quam quum
solus esset. Dicere studiosus cum Cicerone
in Bruto, meritò valet: *Magnifica vox &*
magno viro & sapiente digna! Declarat, il-
lum vel in otio de negotijs cogitare; & in so-
litudine secum loqui solitum. Nemo otij sui
rationem reddere, cogitur: sed sunt otia
plurimæ occupationes, uti futiles & nihili,
ut usquequaque taxat Seneca, de Otio sa-
pientis: propterea dictum, *Satius est, otio-*
sus esse, quam nihil agere. Otium pingebat
cum Cupidine (quippe eius filius) sagittas
& flammam ciaculante, pennasque ul-

Sacra Otio.

Quies Nu-
men.

Otium cum
Cupidine.

trò citroque quatièntè : tali arte efformatâ effigie, ut absente patrè, alæ & sagittæ fractæ, atque lampades apparerent extrinsectæ.

Ovid. *Otia si tollas, perire Cupidinis arcus, Contemptaque iacent, & sine luce faces.*

Cupa Fame. Achilles Bocch. *Symbol.* 26. Otio dedit comitem Famem; canitque:

Achil. Bocch. *Quid mereare sedens in chœnice quaris? Ut ipsum*

Perdant te lenta tristitia fata fame.

Proinde illud Pythagoræ præceptum in *Chœnice* (modio) *ne sed eas*, de quo Pier. Valerian. 56. cap. 23. & Gyrald. in *Symbol.* Agemus 10. Mart. n. 13. ubi de *Desidia* Numine. Ne Athenis Thracum cum Fame & Cupidine prævaleret otiositas, Ateopagitarum incumbere muneris, studiosè curiosèque scrutari; unde quis se aleret, & desides compertos, haud citra multam transmittere. Mirum sanè, Thraces sic ineptè sine ulla operatione sedere; dum ex gemma Thracio studere possent activitati. *Thracius lapis aqua accenditur*: ait Plin. 33. cap. 5. At extremæ improbitatis nota, proclivè adotare vitia.

Thracius
gemma.

DIES XIII. FEBRUAR.

1. **G** Rad. 23. *Aquarij*, micantibus stellis Helices & Arctophylacis, de quibus egimus superioribus diebus, & Ovid. v. 189.

Ovid. *Sigma propinqua micant: prior est, quam dicimus Arcton:*

Arctophylax formâ terga sequentis habet. Sagittarius vespertino occidit. Columel. & Ptolom. De Sagittario latè Mag. *Novembr.* à n. 1. *Lucida Pegasi vespere occidit.* Iun. tin. K. A. *Duo canes simul currentes.* Sph. Arab.

2. Secundò cum divina legatione ingrediuntur ad Pharaonem Cenchreem Moyles & Aaron, ut dimittat populum sanctum captivum, quò Deus vocabat. *Exod.* 6. 11. & Adrichom. *Ann.* 2453. Genebrardusque *Ann.* 2669. A Moyse pronunciato in aurem Pharaonis nomine Dei tetragrammato, Rex obmutuit, & Sacerdotes spasmo expirarunt: verùm Rex mox per Moysem restitutus in pristinum statum. Clement. Alexandrin. 1. *Stromat.* cap. 13. Euseb. *lib.* 9. cap. ult. ex Artapano, & Alap. in *Exod.* 5. 3. Inconculsum ex cap. 7. à v. 10. Aaronem proieciisse virgam thaumaturgam coram Pharaone, conversamque fuisse in draconem. Quòd cum Iannes & Mambres Magi

Ingradiuntur
denuò
ad Pharaonem
Moysem
& Aaron.

Virga in
labrum.

incantationibus diabolique virtutè; vel quod tertius, præstigijs (ut ait Augustin. 10. *Civ.* cap. 16. *Magica, quorum pleraque specie tenus mortalium sensus imaginaria luctificatione decipiunt.* Astruit hic Vives, Alap. in *Exod.* 7. 12. quæst. 1. & Perer. disp. 2. ubi etiam ex Palladio, n. 14. refert quæ inventa in sepulchro horum Magorum, de quibus Paulus 2. *Tim.* 3. 8.) idem facerent; devorante virgâ Aâronis illorum virgas, Rex obduratus expulit, nec Dei vocem voluit audire. Ibid. v. 14. & Adrich. Postridie incipiunt plagæ, ut dicitur ibid. v. 15. *Vade ad eum manè: ecce egredietur ad aquas.* Usque in diem 16. producit Perer. loc. cit. *disput.* 12. Unde vel miraculum virgæ & ingressus ad Pharaonem fuit die 15. vel falluntur AA. hodie signantes. Haud effugium invenitur, ni dicatur tertio Moysem & Aâronem ad Pharaonem ingressos: de quo die 15.

3. Eodem in die, à Moyse hinc prodigijs ann. 661. loas cum haberet fidem triplicis victoriæ contra Syros, promissæ ab Eliseo, & vidisset cadaver ex tactu illius cadaveris in vitam restitutum, ut dicemus, 12. *Decembr.* n. 3. Omen accipiens in vitam regni Israël, tot annis sub regibus Syriæ mortui, cum parvis, ferè nullis copijs, exijt in Aphec, quo in procinctu expectabat Bena-dad, filius Azaelis, cum innumero exercitu ridens audaciam, suo iudicio minime impunem futuram. Adoritur ergo adiutus è cælo Syros, primo impetu fudit, & occupatis castris multis est ditatus spolijs, & aliquibus pristinae dictionis Israël occupatis civitatibus; quin resistere potuisset Bena-dad, qui in salutem fugam arripuit. Brier. & Rab. Abrah. in *Cabal. biflor.* ex 4. *Reg.* 13. 17. & 25.

4. Cum mortuus esset Darius Medus; ut dicemus, 28. *Decembris*, n. 2. quandiù successor eius proficisceretur è Lydia in Babylonem, Rex Persarum Cyrus; decreverunt Sacerdotes & clariores Hebræorum Babylone congregare Synodum (quæ dicta est *synagoga magna*; quia in illa interfuere Zorobabel, Nehemias, Mardocheus, Iosue, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, Aggeus, Zacharias & Malachias, Daniele Præside, & Esdra Scriba. Elias Levit. Præfat. 3. *Masoreth.* & Talmud, tract. *Sanbedrim*, ex queis & Rab. Maimonid. in *Halac.* 3. refert Petr. Cunæus, 1. de *Rep. Hebr.* cap. 8. & Alap. in *Numer.* 11. 16. Nosq; *Tom.* 6. *T.* 1. n. 17. Hæc Synodus à Genebr. *Ann.* 3710. dicitur quinta. Non fallitur, ut Elias Levit. d. ubi inquit, Synodum isthanc celebriorem fuisse inter Hebræos, propter interventionem centum

Prima Ios.
si victoria
de Syris.

Synagoga,
seu Synodus
magna.

Qui inter-
fuerit, quã-
do celebra-
ta?

viginti virorum illustrium, inter quos præfati, Daniele Præside, sub Artaxerxe Longimano, à Cyro Persarum Rege quinto: cum Daniel factus esset sub Dario Hystaspis, uno anno antequam templum Zorobabelis perficeretur. Briet. ab anno, 3537.

5 Prudentissimè factum concilium, cum scirent Synedri captivatem citò solutum iri, quoniam die 23. huius Mensis finem habebat septuagesimus servitutis Babylonicæ annus; ut qui proficiscerentur in Ierusalem scirent, quid facturi in patria, ut videbimus, per Canones & decreta. Sed dices: Quomodo septuagesimus annus tunc complendus, quando Zachar. 1. 7. dicitur, quòd 24. Ianuarij anno 2. Darij impletum fuisse? *Iste iam septuagesimus annus est.* v. 12. Non semel facta est remigratio populi in Iudæam, ut dicemus, 1. Mart. n. 4. Prima facta est sub Cyro, Duce Zorobabel, post completum septuagesimum annum à captivitate Iechonix; qui finem habuit 23. huius mensis: verum cum multi, ut observat Ioseph. 11. Antiq. cap. 1. propter possessiones noluerint relinquere Babylonem in illo articulo; in secunda expeditione sub Esdra (de qua in Martio, loc. cit.) exierunt: tuncque iam erat septuagesimus annus, non captivitatis Babylonicæ, quod supponitur; sed septuagesimus à desolatione Ierusalem. Qua de causa hæc remigratio sub Dario, & illa prima sub Cyro.

6 Hæc Synagoga Magna (arbitror Concilium Samhedrin) iuxta Genebrard. Ann. 3638. cum viris supra signatis congregata est in emendationem librorum Canonicoꝝ, iuxta præscriptum Cabalæ, traditionum scilicet à Moyse ad Iosue, hinc ad Seniores, ad Prophetas, denique ad hoccone Concilium; cuius Notarius fuit Esdras. Elias Levit. d. & Rab. Moyl. præfat. in Sepher-Mizvoth, tract. de Votis. De Cabala plenè egimus, Tom. 6. T. 1. à n. 17. Concilium istud in Babylone initum fuit, paulò antequam se reditui committerent, vel indictum ad terram Sanctam Concilium, desiderio visenda patriæ (sed tunc non potuit Præses esse Daniel, qui præsenio, ut ait Aben-Ezra in 1. Daniel. ad Ædem posteriorem cum alijs non ascendit) igitur post redierunt in Babylonem Zorobabel, Iesus, Nehemias, Mardocheus, alijque Principes; ut apud Reges Persarum melius suis consulere, cum adhuc ibi essent innumeri, qui facultate Regum elegerunt unum in regimen, quem vocarunt Exulum Principem. Genebrard. Ann. 3638. Vid. 12. Decembr. n. 6.

7. Idem ann. 3710. subdit, viros huius

magnæ Synodi, divino Spiritu afflato, Scripturas Sanctas in versus distinxisse. Quare libri qui pridem veluti unus grant versus; claruerunt, & illorum sententiæ intervallis quibusdam distinctè per versus; ut astruit Hieronymus. Præfat. in Paralip. & Isai. Ab his distributa est Scriptura in Legem, Prophetas, & Hagiographa. Legem vocant *Pentateuchum*. Prophetas, octo: *Iosue, Iudices, Samuel, Reges, quatuor Maiores*, & deinde 12. *Minores*. Horum omnium apud illos unus appellatur liber. *Hagiographa*, dicunt *Psalms, Proverbia, Canticum, Ecclesiastem, Job, Esdras, Paralipomenon, & Esber*. Tanquam appendicem libro *Iudicum*, subiiciunt *Ruth*; & *Ieremiæ, Lamentationes*. Libri *Iudith*, & *Machabæorum* post hanc Synodum conscripti sunt.

8 Auctoritate huius Concilij elementa antiqua idiomatis Hebraici immutata sunt ab Esdra in elegantiore formam; qua propter character Esdræ, quem invenit post transitum Euphratis, dum tempore Darij cum exilibus ascendit in Ierusalem; dicitur *Character floridus*, qui ex tunc dictus *Hebraus & Samaritanus*, ut observat refertque Kircher. 1. p. Tom. 2. *Oedip. Copt.* class. 2. cap. 2. Intuitus huius mutationis; ne Samaritani Scripturas callerent, vel quia præcis characteribus operosior erat intelligentia. Talmud tract. *Sanhedrim*, cap. 2. Mutatis cunctorum elementorum figuris, immutata permansit figura *Tau*, quoniam figuram præseferbat Crucis; ut post à Maforetis immutata est post excidium Urbis per Romanos, in odium Crucis. Ita Genebrard. d. & nos loc. cit. n. 43. Qui Ann. 3638. addit: Legem ab Esdra ex characteribus Hebræo, mutatam fuisse in Arameum, sive Assyrios characteres (quod inficiatur Rab. Simon, dicens: *Nullò tempore nec scribendi, nec loquendi modus mutatus est*) Hebræum verò idioma idiotis relictum est. Per *Idiotas*, intelligit Samaritanos. Ibid. plures Rabbini. Ad Hieronym. in *Prolog. Galat.* & in *Ezech.* 9. Bellarm. 2. de *Verbo Dei*, cap. 1. & Torriell. Ann. 3610. à n. 19. usque ad 26.

9 A Genebrardo & Leonardo Mario, in *Kalend. Hebr. & Judaic.* Munitero de *Fest. Iudæor.* Hospinian. Iosepho Scaliger. Marc. Lombardo, & Carolo Sigon. adignatur festum inter Hebræos, dictum *Ieiunium Esber*. quoniam per illud liberata est à nece, inferenda iussu Assueri, utpotè ausa non vocata apparere coram illo, de quo 16. Mart. à n. 6. Quapropter licet eiusdem mensis die 14. ieiunium Reginx cœperit pro Dei imploranda clementia in salutem populi,

Decreta Synodi magis.

Mutantur literarum figura, excepto Tau, ab Esdra, cuius character floridus.

Samaritani dicti Idiotæ.

Ieiunium Esber.

Antilogia.

Esdras Scriba Synagoge Magna.

Principes à remigratione redierunt in Babyloneam.

astu

astu Amani traditi exitio; & sumpta vindicta de hostili amarulentia; à posterioribus Iudæis hic dies sacratu duraxat Ieiunio Estheris; & sub eodem titulo sacer illis; quoniam duobus sequentibus festa Sortium sub titulo *Phurim*, uti dicemus. Videbis Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6. Adrichom. in *Chronis.* & Serat. latè in *Esth.* cap. 9.

*Iudæ victo-
ria de Nica-
nore.*

10 Festis populi posterioribus temporibus additum aliud haud minoris celebritatis, & iurè: etenim pœnas luit blasphemus Nicanor, adiutis Iudæis à Domino in pugna, cuius præsentia in illa magnificè delectati, ut dicit 2. *Machab.* 15. 27. & in sententia Rabbitorum, equite cataphracto descendente de cœlo, antesignano agminibus Israël) & prius roboratis animis somnio habito à Iuda Duce, in spem victoria, uti diximus die 11. n. 1. Interfecere ex Nicanoris exercitu triginta quinque milia, inter quos Nicanor ruit. Gorionides *lib.* 3. cap. 22. asserit, interfectum fuisse à Iuda, & dissectum in duas partes. Caput suspensum in arce Sion, manum fixam in editiore loco contra templum, & linguam evulsam, incisam minutim avibus proiectam, gratijs actis in templo pro victoria tanta. *Ita omnes communi consilio decreverunt, nullo modo diem istum absque celebritate præterire; habere autem celebritatem tertiadecima die mensis (Adar, que dicitur voce Syriaca) pridie Mardochei diei.* Ibid. à v. 32. & *lib.* 1. 7. à v. 46. Ioseph. *lib.* 12. *Antiquit.* cap. 17. & AA. præcit. *num.* anteced. cum Ribèr. 5. de *Templ.* cap. 18. In huiusmodi certamine, ex hostibus nec unus quidem remansit. Ibid. v. 46. Unde cum illud usque ieiunium celebraretur Esther, & Iudæi illo in die etiam ieiunarent; post Iudæ de Nicanore victoriam paratam, ieiunium omninò abolitum: remansitque festum nomine *Ieiunij Esther*, & *victorie de Nicanore*. Alapide hic placet; ieiunium Esther post præfatam victoriam vel abolitum, vel in alium diem translatum. Reliqua postredie à n. 4.

*Ieiunium
pro Ieiunio
Esther tras-
latum, vel
abolitum.*

*Imò anticipa-
tatum.*

11 Ni fallor, ieiunium Esther post victoriam de Nicanore, non abolitum; nec in 9. Decembris translatum sine titulo; ut ait Genebr. in *Kal. Hebr.* & Leonard. Mar. in *Judaic.* celebratur ieiunium, cuius Doctores nostri non indicant causam. Inter Hebræos usitatum, quories aliquod festum incidisset in die ieiunij, ieiunium anticipare, uti observat Baron. *Ann. Christi*; 34. n. 156. Unde cum in præsentem diem caderet memoria victoriæ Iudæ de Nicanore; ieiunium pro ieiunio Esther, quod semper observatum ante festum Phurim, anticipabatur, ac ser-

vabatur die 12. De præsentis festo Phurim astruit Moyse Maimonid. in *Ceremon.* *lib.* 3. cap. de *Ieiun.* & cap. de *Sabbat.* Idem observarunt, quando ieiunium in Sabbatum incidebat: etenim cum Sabbato ieiunare fas non esset (*Judith.* 8. 6.) quoniam ieiunanti in Sabbato pœna, die sequenti etiam ieiunare (ut inquit Moyse Ægyptius, loc. citat.) ieiunium diem Sabbati, sive festi præveniebat.

12 Hæc in die in Synagogis legebatur historia Esther, & eiulabant gemitus fingentes, simulque vociferantes in speciem afflictionis, qua affectus populus Iudaicus dolo Aman, dum decretum exitij illorum peperdit Susis. *In omnibus provincijs, oppidis ac locis, ad que crudele Regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, ululatus & fletus; sacco & cinere matris pro strato utentibus.* *Esth.* 4. 3. Mimice tragediam imitabantur cum gaudio congregati, sicut prisca promiserant Estheri & Mardocheo: *Observantes dies Sortium: & observanda susceperunt à se & à semine suo ieiunia & clamores & Sortium dies.* Ibid. cap. 9. à 31. idest, cuncta quæ ad gaudium ac lamentum attinebant. Hinc cum in lectione, Amani nomen audiebatur, strépitu ingenti, clamore inusitato, supplicatione manuum & pedum, quasi inimicum deturbarent; & contumelijs afficerent; edebant ætensionis signa. Vide die 15. à *num.* 7. Præter ergo dies dicebatur tristitia; sed sequentes summi gaudij. Sanctius in *Esther.* 9. n. 29.

*In Syno-
gis imitabā-
tur trage-
diam.*

13 Ann. ult. prædicationis Christi, cum fugisset propter Phariseorum & Sacerdotum invidiam è Ierusalem; ut dictum pridie, *num.* 7. docuit discipulos orare (arbitror denuò, quippe anno, 31. riam doctoret in monte) & post doctrinam eiecit ab homine demonium mutum. Castell. ex *Luc.* 11. 14. Fides sit apud Auctorem: inconcussam autem, hunc diem, ann. Christi, 31. fuisse trigessimam septimum eius ieiunij sacri.

Christi gesta

14 Romæ, Senatus legitimus. Boxhorn; & Schild. *Vesta Parentalia.* V. K. R. & Elias Reufner. Nescio quæ Veste Parentalia; ni sit eius templi expiatio, seu lustratio, de quò, 15. *Iun.* Hac die Feriæ Fauni. K. Rom. & Ovid. 2. *Fastor.* v. 193.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni,
Hic ubi discretas insula rumpit aquas.
Templum habebat in insula Tiberina ad angulum superiorem; dicit hic Paulus Marsi. In Aventino erat templum, & ibi celebrabantur *Faunalia*, Nonis Decembr. Semper cum Pico colebatur. Addit Ant. Constant. *Sciendum, quòd Maiores, Faunum & Picum duas*

*Eius ieiunij
diei XXXVII*

*Senatus le-
gitimus.
Veste paren-
talia.*

Ovid.

*Feriæ Faun-
ni.*

*Faunalia.
Picus &
Faunus.*

Horum templum, antrum, font.
 duos demones esse, per Aventinum sollem incedere solitos, fabulati sunt. Marlian. in Topograph. cap. 78. & in Epitom. 5, cap. 4. In Argentino fuisse Fauni; Picique antrum & fontem, ex quo bibebant; atque Numam illic vino apposito eos ebrios factos contecisse in vincula, & ab his fulmina elicere, didicisse. Picus Circes veneficijs est mutatus in avem, de quo Ovid. 14. Metamorph. fab. 7. & Virgil. 7. Aeneid. à v. 187. qui ante & post metamorphosim graphicè pingit.

Virgil.
 Ipse Quirinali lituo, parvâque sedebat
 Succinctus trabea, lewâque Ancile gerebat
 Picus equum domitor: quem capta cupidine
 coniux

Aurèa percussum virgâ, versumque venenis,
 Fecit avem Circe, sparsisque coloribus alas.

Hic fuit pater Fauni, tantæ pietatis, ut expositos Romulum & Remum & nutrirer & custodiret, utpotè avis regia, Marti dicata. Plutarch. in Romul. & de Fortun. Roman. addit: Sacra avis, quam Picum-Martium appellant, admovens se atque assidens, leniter vicissim utriusque infantis os unguiculis diduxit ac turundam esca suæ ingessit concissam. Toto cælo distat eiusmodi Theogonia ab illa ex Chronico Alexandr. ubi à fol. 85. dicitur: Nemrod qui Saturnus dictus, in Assyria multis annis imperium obtinuit. Fuit huic uxor Semiramis, apud Assyrios Rhea appellata, in qua Saturnus Picum habuit filium, quem parentes Iovem à Planeta nominarunt. A Nemese Iupiter, seu Picus filium suscepit, quem ob ingenij acumen Belum indigitavit. Unde Saturnus in Occidentem profectus est (relieto Pico Assyria) ubi filiam procreavit, cui Veneris nomen à celestis astri Venere tradidit; eò quòd sapientia & Philosophiæ perstudiosa esset, quam & Adonidi Atheniensi nuptui tradidit, qui in magna vite modestia usque ad mortem philosophando simul perstitit. Picus verò seu Iupiter, cum regnum Assyriorum curasset annis 30. relicta ibi matre & Iunone, sorore eademque coniuge, creatoque Belo Assyriorum Rege, ad Saturnum in Occidentem est profectus. Belus ergo cum Assyrijs biennio præsisset, decedit, quem Persa in censum Deorum retulerunt. Saturnus verò cum Picum seu Iovem ad se venientem videret; regnam Occidentis illi concessit, quòd senio admodum atque morbo laboraret. Picus Occidentem seu Italiam cum regia potestate tenuit annos 62. Assyria Ninus post Belum imperavit: qui matrem suam Semiramidem in uxorem duxit. Unde Persis (proh nefas!) accepta lex parentes & sorores in consortem tori asciscendi. Ninus urbem Niniven condidit, &c.

Theogonia Deorum.

Picus pavit Romulū & Remum.

15. At Ploüs pater dicitur Fauni, qui in adventu Ewandri apud Oborigines regnum à Maioribus acceptum tenebat, vir fortis, ac prudens: à Romanis post tanquam unus Indigetum sacris honoratus & carminibus. Hallicarnass. 1. num. 14. Post Romulum habuit templum in Monte Coelio, quod circulari formâ, multis in ambitu adornatum columnis. Rosin. 2. cap. 17. in quo agnâ & hædo litabatur. Idem cap. 33. Fauno quoque capram immolari noximus, quavis Semideo, cuius ades una ad forum Olistorium, altera ad Tiberis ripam Iovis & Fauni. Alex. Neapol. 4. cap. 12. & Gyrard. Syntagm. 17. n. 92. qui Syntagm. 15. n. 9. ex Pomponio Læto pramittit: Faunus antiquissimus omnium Regum in Latio fuit: homines more ferarum viventes, in mitiorem vitam redegit, lucos sacrauit, urbibus nomina dedit, edificia erexit, templa edificavit, quæ ideo à Fauno fama dicuntur. Pater & princeps dicitur Satyrorum, sicut in Arcadia Pan, ideoque eandem in simulacris formam habebat & figuram. Mythologicè cogitat Natal. Comes, 5. cap. 9. Deorum (ait) religionem instituit, multaque ad agriculturam excogitavit; & inter Deos relatus agrestium. At quoniam nisi per novas & admirabiles, aut etiam formidabiles figuras Deorum, multitudo imperitorum teneri non poterat; terror illi, Panos non dissimilis, Fauno additus est; ut ad metum & cultum impelleretur. Vide Isidor. 8. Origin. cap. 11.

16. Ei, ut diximus, templum in prora, quia in forma navis insula Tiberina, situm: quòd ita fluctibus cæssit; ut nec vestigia quidem pateant: subdit Marlian. d. cap. 123. In hoc templo respondebat per somnia. Ovid. 4. Fastor. à v. 650. & aliquando gravissimo corsalio, pectoris astu, sive incubo (Nostrates: Pesadilla) in cuius amuletum à consulentibus portabatur Pæonia: de qua Plin. 25. cap. 4. Hæc medetur Faunorum in quiete ludibrijs. Præcipiunt eruere noctu; quoniam si Picus-Martius videat, tuendo, in oculos impetû faciat. Dalecamp. hic. Græcè Epihalte: quòd opinione Veterum, Fauni hæc visa dormientibus immitterentur. Hac. de causa Faunus dæmon dicitur, qui attonitos reddat homines. Natal. Comes, d. & Gyrard. quòd dudum, arbitratur Inferum & pestilentem Deum. Isidor. 11. cap. 3. vocat Faunum scariurum. Nos spectra. Haïas, 13. 21. Pilosor. Hieronymus, Damones. Servius in Virgil. 7. Aeneid. v. 180. exponit: Quidam est Deus Fatuellus, cuius uxor est Fatua (de qua fuse, 1. Maij, à n. 9.) Faunus & Fauna dicti à vaticinando: id est, sendo. Unde & fatuos dicunt.

Sacra Fauno.

Image.

Oracula.

Pæonia.

Amatur à Pico-Martio.

Faunus & Fauna.

tinus, inconsiderate loquentis. Astipulatur Isidor. d. lib. 10. lit. F. subdens: *Fatuus est, mator, qui neque quod fatur ipse intelligit, neque quod alij dicunt. Fatui originem dicunt à miratoribus Fatue, Fauni uxoris, fatidicæ: eosque primùm Fatuos appellatos, quod præter modum obstupefacti sunt vaticinijs illius usque ad amentiam.* Lactant. lib. 1. cap. 7. inquit: *Faunus Saturno avo nefaria sacra constituit: Picum patrem inter Deos honoravit, & sororem suam Faunam, eandemque coniugem sacravit. Fatua, quia fata canere mulieribus, consuevisset; sicut viris Faunus, qui voce, non signis futura ostenderet.* Imaginem exhibebimus in Lupercalibus, Fauno sacris, die 15. à n. 13. 2. Octobr. & 5. Decembr.

17. Aliam Fauni originem, pag. 105. refert Chronicon Alexandrinum. *Extincto Pico seu Iove (inquit) regnum Italiæ filius eius Faunus (è Ianigenum prosapia, qui & Mercurius dicebatur) annis 35. administravit, vir sapiens, callidusque & Mathematicus, qui primus auri metallum in Occidente reperit, eiusque constandi rationem: at cum intellexisset, se magnâ apud fratres suos à Iove patre, de varijs pellicibus quas habuit Picus Iupiter, prognatos, invidia flagrare; quia eum occidendi consilium cœperant, convasato ingenti auri pondere, Italiâ excessit, atque in Ægyptum se contulit ad stirpem à Chamo, Noemi filio, patruo suo oriundam: à qua per honorificè exceptus est: qui dum ibi ageret, per se contempsit omnes, aureumque amiculum indutus, philosophabatur apud Ægyptios; quibus multa prædicebat eventura, natura enim erat peringeniosus. Ægyptij ergo eum adorantes, Mercurium Deum proclamabant; ut qui futura prænunderet, illisque à Deo Oracula & responsa de futuris, veluti internuncius referret, aurumque subministraret: quem quidem opum largitorem appellabant, aureumque Deum. Hinc cogitat Kircher, tam in Obelisc. Pamphil. lib. cap. 4. quam Tom. 1. Oedip. Copt. Syntagm.*

Fuit Mercurius Trismegistus.

1. cap. 10. Faunum fuisse quem Ægyptij Mercurium Trismegistum venerati sunt: equidem Diodor. Sicul. 1. Bibliothec. n. 10. dicit, quod postquam transivit in Ægyptum, Hermes fuit vocatus. Hic enim primus communem loquelam articulatim distinxit: multis rebus nomine destitutis nomen indidit, literas invenit, Deorum cultus & sacrificia ordinavit, distributam Astrorum feriem, vocumque harmonias & naturas princeps observavit; palæstre inventor, Græca ellocutionis magister fuit, Osiridis notarius sacrorum. Hic igitur rebus Ægypti constitu-

tis, & totius regni administratione Isidi uxori in manus tradita, consiliarium ei Mercurium adiunxit; quod prudentia ceteros antestaret omnes. Eadem astruit Plutarchi de Iside & Osirid.

18. Dies hic Romæ etiam notatur infestus, propter cædem Fabiorum, ann. V. C. 277. iuxta Briet. Ita K. Roman. Gyrald. de Ann. & mensib. Reufner. & Rosin. 4. cap. 5. latè Ovid. 2. Fastor. à v. 195. Gens Fabia nonnunquam Romæ illustis, ab Hercule originem trahens: *Fabius Tiryntbia prolecanit Sil. Ital. 2. de Bell. Punic. v. 3. Familiæ tanta aliquando felicitas fuit; ut ex ea tres continui Principes Senatus fuerint M. Fabius Ambustus, Fabius Rutilianus, & Q. Fabius Gurgus, nepos. Plin. 7. cap. 42. & Florus lib. 1. à cap. 12. Veiens hostis asiduus (ait Liv. 2. à sect. 251.) contumelijs sæpius quam periculo animos agitabat, quod nullo tempore negligi poterat. Tunc Fabia gens Senatum adit; Consul pro gente loquitur: Asiduo magis quam magno præsidio, ut scitis PP. C. bellum Veiese egit. Vos alia bella curate: Fabios hostes Veientibus date: Auctores sumus tutam ibi maiestatem Romani nominis fore: nostrum id nobis velut familiare bellum privato sumptu gerere in animo est: Respublica & milite illic & pecuniâ vacet. Gratiæ ingentes actæ. Consul è Caria egressus, constante Fabiorum agmine, qui in vestibulo Curia senatusconsultum expectantes steterant, domum rediit. Iussi armati postero die ad limen Consulis adesse, domos inde discedunt. Manat totâ urbe rumor: Fabios ad cælum laudibus ferunt. Fausta præcantur, sed incassum missæ preces: infelici viâ à dextro Iano porta Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt: ubi superior hostis factus, Fabij cæsi ad unam omnes. CCCXVI. perisse satis convenit: unum propè puberem ætate relictum, stirpem gentis Fabiæ, dubijque rebus populi Romani sæpè domi bellicque maximum futurum auxilium. Eadem fufissime apud Halicarnass. lib. 9. à n. 17. & Sil. Italic. d. à v. 4. succinit:*

Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis

Abstulit una dies, cum fors non equa labori Sil. Ital.
Patritio Cremera maculavit sanguine ripas.

19. L. Florus: *Asidui & anniversarij hostes (refert ubi dudum) ab Etruria Veientes, adeo ut extraordinariam manum adversus eos promiserit, privatumque gesserit bellum gens una Fabiorum. Satis saperque idonea clades: Cæsi apud Cremeram trecenti, patritius exercitus, & scelerato signato nomine, que proficiscentes ad bellum porta-*

Fabia familia Romæ decus.

Cædes Fabiorum.

dimisit: sed ea clades ingentibus expiata victorijs. De eis civitateque capta insignis triumphus; infra, n. seq. Sufficeret superstes ex clade Q. Fab. Maxim. dictus *Ovicula* in gloriam, expulsiōne Annibalis extra Italiam. Ovid. d. à v. 235.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:

Ad bellum missos abstulit una dies.

Ut tamen Herculeæ superessent semina gentis
Credibile est ipsos consuluisse Deos.

Ovid.

Nā puer impubes, & adhuc non utilis armis
Unus è Fabia gente relictus erat:

Scilicet ut posses olim tu Maxime nasci,
Cui res cunctando restituenda foret.

Ludicra sententiā Aristidis Milesij in *Reb. Italic.* igitur confundit tempora, quo notandus falsus in historia. Apud Plutarch. in *Parall.* n. 4. ait: *Romani bello cum Pœnis inito, miserunt Duce Fabio Maximo, trecentos milites, qui in conflictu omnes has copias amisit. Ipse lethali vulnere affectus, cum ardore Annibalem adortus est, ablatoque ei diademate, unā cum eo occubuit.* Nugæ. Hoc die cladem Fabiorum, AA. cum Ovidio assignant. Plutarch. verò in *Camillo* iungit, cæsis Romanis, victoriæ Gallorum ad Aliam flumen. *Pugnatum est (ait) post solstitium æstivum & plenilunium; quā die ante etiam Fabiorum clades accidit, qui trecenti eiusdem generis ab Etruscis occisi fuerunt.* Videndum, 16. Jul.

Cædes Annibalis & Fabij Maximi.

20 A Fabiorum clade anno 81. capti Veij, *urbs Athenis non minor*, ut ait Stadius in *L. Flor.* 1. cap. 12. Erat à Roma vigesimo lapide, seu ferè quinq; leucis, & decennio duravit Romanorum obsidionem, sed non continua, quoniam copiæ recedebant in hiberna. Hoc decimo anno à Coll. Senatque decretum sub pellibus hiemem fieri, datis similiter stipendis, queis adactus miles sua sponte iurans, quod minimè recessurus, nisi captā urbe. Florus, d. & Petav. 1. p. *Rationar.* cap. 12. lib. 3. Romani Magistratibus sublatis, ad decimum belli annum Dictatorem fecerunt Furium Camillum: qui vovit bello feliciter cōfecto, Ludos Magnos facturum, erecturumque templum Matri Matutzæ, de qua, 11. Jun. Veios ergo aggressus, ac videns urbem oppugnatione difficile capi posse; cuniculos agere instituit, ita ut conspectum propugnantium falleret, voto respondente successu. Urbem foris adortus, obsessos in muros elicit: interim qui in cuniculis latebant, in arcem evaserunt iuxta Iunonis templum, cuius simulacrum ibi magna religione colebatur. Tunc apertis portis, repentè fortissimos effundens, urbem occupavit: à Romanis usque ad sa-

Veij diviti & civis exterrinati.

ticitatem savitum, sed post inermibus paratitum, qui tandem omnes sub corona venierunt. Plutarch. in *Camill.* & Lev. 5. à sect. 62. Ijdem ibid. referunt, à Rege Veiorum tunc sacrum fieri; aruspiceque inspectis extis, dixisse: *Penes eum futuram victoriam, qui exta profecisset*, perficiendo sacrificium. Quo audito erumpentes subito qui in cuniculis erant, obstupescens Veientibus, exta rapuerunt & ad Camillum detulerunt. Addit Florus d. Cornel. Cossam spolia tulisse de Larre Tolumnio, Veientum Rege; quæ opimia dicebantur, atque sacrasse Iovi Feretrii. Vide *Prolog. Galat.* §. 6. n. 10.

Corn. Cossam spolia opimia.

21 Antequam Camillus in urbem irueret, Apollini Delphico vovit partem prædæ decimam, de quo pridie, n. 10. & 8. Decembr. Iunonique Veientum auxiliatrici, dixit: *Iuno Regina; qua nunc Veios colis, precor, ut nos victores in nostram; tuamque mox futuram urbem sequare; ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat.* Liv. d. sect. 60. Diruta urbe, quod voverat, statuit; de quo post triduum. At hac in die de Veientibus triumphavit, ut astruunt Reusner. in *Diar.* & Goltz. in *Fastis*, pag. 36. sicut post quinquennium iterum Dictator, die 19. triumphavit de Gallis, uti n. 13. ibi dicitur. Triumphus describitur à Plutarcho, d. *Porro Camillus (infit) sive rei gesta magnitudine, quod urbem Roma emulam, decimo obsidionis anno expugnasset; sive ab ijs qui fortunas suas laudabant, ad insolentiam evectus, fastumque maiorem, quam qui in homine magistratum civilem ac legitimum gerente ferri possit; cum alijs superbior equis iunctis tractum conscendit, atque eo per urbem invehitus est. Nemo id Dux, neque ante neque post fecerat. Camillus fecit, maleque audit, quippe tale vehiculum sacrum censeatur Regi ac patri Deorum. Itaque ergo in calumnijs apud civis fuit, non affertos insolentiam suorum ferre.* Disposito igitur, quod ex decima prædæ parte donarium votum redderetur Apollini; cum quotidie magis impeteretur calumnijs, ita ut accusaretur peculatus, ex eo quod portas æreas Veientum domi haberet; voluntariè exul in Ardeam recessit: atque damnatus est absens ab ingratis Romanis. Dum Veios expugnavit, primùm flevit (subdit Plutarch.) & si pro tanta felicitate aliquid luendum; optavit, quod esset incommodo proprio. Tunc ab equo corruit, & lætus dixit: *Levi casu votum ratum.* At plus cognovit, quàm exul exivit. Liv. sect. 67.

Triumphus Furij Camilli de Veientibus.

Pompa Roman. odiosa.

Exul sponte recessit.

22 Anno ab hinc 103. V. C. 460. triumphus alter L. Papirij Curſoris de Samnitibus. Goltz in *Faſtis*, pag. 74. De illo Romæ ab hoſtibus attrita, dicit Turſell. ann. præfat. à Q. Fab. Maximo Rulliano, inimico, in Dictatorem electum. Ita florebat virtute, & conſtantia diſciplinæ militaris; ut interdito quavis occasione in abſentia ſua certamine, vel explorata victoriâ; interfici iuberet Magiſtrum equitum, qui contra fecerat, etiam victoriâ partâ, quandiu Romam progreſſus, in augurium felix, quoniam pulſorum deſpererat omen. Vide diem 2. n. 4. & 18. n. 16.) Cornel. Nepos, de *Viris illuſtr.* n. 31. Comis etiam fuit, nec gladio correxit, quod formidine potuit; ut contigit, dum Præneste increpuit Prætoſem, dicensque licitori: *Expedi ſecures*: & expediſſet, attonito Prætoſe, morte imminente; *Excide*, inquit, *radicem iſtam ambulantiſus incommodam*. Ibid. & Plin. 17. cap. 11. Liv. 9. ſect. 53. & Lipſ. 2. *Epift.* 3. Egit (ait Valer. Maxim. 7. cap. 2. n. 5.) *virum ſeverum, Conſulem religioſum, imperatorem ſtrenuum; timoris modum, pœnæ genus, ſpei viam uno mentis impetu capiendo*. Tertius triumphus ei contigit & glorioſior, quippe expugnata Luceria Samnitum, extitit ultor ignominie ab illis inflictæ Romanis ad furcas Caudinas, de quo vide d. 27. n. 12. In hoc ergo triumpho, prius depoſito pignore cum Magiſtro equitum C. Iunio, uter prior hoſtium cornu impelleret, apparentibus Samnitibus aureis clypeis & argenteis; ſplendor acuit Romanorum fortitudinem; quæ ſcuta magnifica Papirij Dictatoris primum triumphum illuſtrarunt; deinde ad exornandum forum adducta ſunt. Liv. quo dudum. & lib. 10. à ſect. 115. refert cladem Samnitum, ex quibus maior exercitus pars, emiſſo ad aras iuramento, non niſi victores è prælio redituros, convenerunt ad Aquiloniam, & inito Marte, multis millibus caſis, hoſtes fugerunt in Aquiloniam, quæ incendio ab exercitu victore ſagravit. Idem ibid. ſect. 132.

23 Eodem die poſt ann. 56. etiam triumphus L. Cornel. Lentuli. Goltz. in *Faſt.* pag. 97. & Reuſner. in *Diar.* De Liguriſus habitus, *Idibus intercalariſus*; quo conſtat, quam antiquatum Menſe Februario annum intercalari, de quo inter Romanos, die 22. n. 9. Factus eſt Conſul cum Q. Fulvio Flacco, qui ex Liguria, tumultu ibi à Gallis excitato, & vicifim, converſis in ſe gladijs, extincto, tranſierunt in Galliam Ciſalpinam. In itinere à Collega Lentuli primò malè, amiſiſus è ſuis tribus millibus, & quin-

gentis, pugnatum eſt. Accurrit Lentulus; ſed Fulvius pudore percitus prævertit auxilia, & copijs inſtructis, quatuordecim millia in acie caſit, duo millia in ſervitutem reduxit; ſed propter primam cladem non triumphavit. Lentulus potius eſt triumphifructu, quia hoſtes deleti, ſalvo tradito milite. Polyb. 2. At Zonaras iunctis copijs, aſſerit, hoſ Conſules in Gallia res geſiſſe feliciter; ſed prædæ cupiditate diſtractis, cuncta male ceſſiſſe: ita quod ferè nihil abſuevit, ut caſtra Fulvi à Gallis caperentur. Apud Livium de his Coſſ. nec in Epitome verbum.

24 Inter Atticos iuxta Meurf. in *Populi ſacra Praxiſergida*, quam Dianam vocat Plutarch. in *Alcibiad.* qui ſignat, die 26. April. Ibid. *Orgia Praxiſergidis* dicebantur *Adonia Athenarum*, & titulo alio, *Plynteria*; de quibus die cit. *Praxiſergida Orgia* (inquit Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 74.) *antiqui menſe Februario peragebant arcana ritu, deiecto prorfus univerſo templi ornatu, & ſimulacro obtecto*. In Thargelione fiebant eodem die Cereri *Plynteria*, & Praxiſergidi denuò *Orgia*, ut ait Rhodig. 14. cap. 9. hac verò die duntaxat huic *Orgia*, quæ ſemper infauſta, ut contigit Alcibiadi, Athenas poſt damnationem quaſi triumpho redeunti. *Cum Adonia in eos dies incidiffent Athenis; ſimulacra ubique ſimilia mortuis, qui offeruntur, incurrebant in mulierum oculos, quæ excequias plantibus repreſentabant, & manias canebant*. Buleng. de *Prodig.* cap. 1. Poſt huiusmodi ritus potiſſimè feminæ tranſibant in *Orgia*, vagantes thyriſis & cicuribus ſerpentibus, ligatis crinibus, uti in Bacchi ſacris Orgijs (ſignabimus, 6. April.) Horat. 2. *Od.* 19. à v. 1. canit:

*In remotis carmina rapibus,
Nodo coërces viperino
Biſſonidum ſine fraude crines.*

Praxiſergida.

Adonia Athenarum, & Plynteria.

Sacra.

Orgia.

Horat.

25 Apud Spartanos oſſa Leonidæ tranſlata Lacedæmonem, ex Thermopylis; ubi eius monumentum, ſuper quod erat collocata ſtatua leonis. Ubbo Emm. in *Repub. Lacon.* ex Herodoto, 7. n. 55. Fuerunt collocata iuxta ſepulchrum Pauſaniæ, qui eius mortem exterminio Perſarum ultus acriter ad Plateas. *Procul* (ait de Pauſania, Æmil. Prob.) *ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde poſteriori Dei Delphici reſponſo erutus, in eo loco ſepultus, ubi vitam finierrat*. Iuxta hoc cene monumentum oſſa Leonidæ ſita: quæ quidem digna honorabili ſepulchro, equidem morti ſe obtulit, ut à Xerxis copijs liberaret patriam. *Ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditum erat Ora-*

Oſſa Leonidæ tranſlata.

Inſigne eius monumenti.

culam; fore, ut aut Sparta everteretur, aut Rex eius occumberet. Siccine metrum:
Aut urbs clara dabit, Persa victore, ruinam;
Aut, si non erit, oriundus ab Hercule quidam
Flebitur extinctus Rex Lacedaemonis ora.
 Pyth.
 Pro patria occubuit.
 Ad eius sepulchrum laudi.
 Totum describit Pausanias. Prope, theatrum (refert, cap. 95.) è candido lapide erectum, insigni valde & spectando opere. Ex adverso theatri est Pausania, qui Platensis praelio Imperator fuit, sepulchrum; & ei proximum Leonida. Ad ea quotannis in ipsorum laudes orationes habentur, & Ludi fiunt, in quibus est solum certandi locus Lacedaemonijs. Leonide quidem ossa quadraginta post eius eadem annis, è Thermopylis deportata, eo in loco condita sunt: erecta etiam pila est, in qua nomina incisa sunt & paterna. Item nomina eorum, qui ad Thermopylas Persarum impetum sustinuerunt. Non hic Leonidas, Cleonymi filius, tyrannus, de quo Plutarch. in Agide; sed filius Anaxandridæ Regis Sparta, cuius in Græciam tot merita; uti observat Pausan. cap. 84. & 279. Eadem eius & virtutem dicemus, 14. Iul. De illo mortuo & Xerxe accinit Philipp. in Florileg. Anthol. 1. cap. 5. Epigram. 19.
Magnum Leonida cum insperxit corpus
Xerxes, tegebat illud pallio purpureo.
 Philipp.
Inter mortuos sonitum edidit Sparta magnus
beros:
Non accipio proditoribus debitum pramium:
Clypeus mihi sepulchri ornamentum.

Hinc Baccho lecti colles flexaque sub ulmis
Pendula ex cætilibus ne sunt umbraculis vites.
 Pontan.
Hæc Crater, quibus affuerit, nascuntibus
affert.
Vix plorans manu se tergens. Sphær. Arab.
 2. Cum die septimo retrò lucem publicam vidisset infans ex lochabed, die octavo circumciditur, & vocatur *Ioachim*, à parentibus; sed in cælo, *Melchi*, idest, Rex. Philo 1. de *Vit. Moyf. & Gentian.* in *Stromat.* Clement. Alexandr. Anno à Moysis natiuitate 421. & 5. Præfecturæ Samionis iuxta Turfel. & Briet. Philisthæi, despondentes Samsonem capi posse, estò summè in illum irati, suis in Satrapijs quiescebant. Ille descendit in Gazam, Philisthinorum Metropolim, & divertit ad meretricis domum. Rab. Abraham in *Cabal. histor. ex Iudic. 16.* à 1. Cum perccebuisset apud hostes, sanguinis eius avidos, festiva fama, urbem scilicet, ita fortem, mœnibus validis, intrasse vindicem Israël, ac flagellum Philisthijm; circumdederunt eum in domo, qua erat, & posuerunt custodes vigiles, instructos armis in porta civitatis, ut manè exeuntem occiderent. Portis omnibus diligenter obseratis, ad vincula & necem destinatur ab hostibus, concubiâ nocte, vi fores urbis è cardinibus evulsi, ac repagula ferrea simul & vectes confregit, suisque inpositas humeris per tres leucas cum postibus detulit in cacumen montis, cui adiacet Hebron (Vide Adrichom. in *Simoon*, n. 46. & 67. & Ioseph. 5. *Antiq.* cap. 10.) quin ullus ex tot præsentibus resistere auderet, nec vocem emittere; timens ne ipsis foribus allideretur. Ausos in exeuntem affirmat Philo Biblius, maximè cum fractis portarum claustris exire viderent: sed ille pulices appellans, *unam* (ait) *earum tenebat in dextra pro scuto, alteram posuit super scapulas suas: & quoniam non habebat gladium, persequabatur in ea Allophilos, & interfecit in ea vigintiquinque millia virorum & levavit omnia que erant porta, & posuit ea in monte.* A Domino Angeli ministerio expergefatum, cogitat Serar. hic, *quest. 3.* Quia gigas erat (quasi in mole corporis & non in capillis robur inesset) placet Rabbinis, potissimè Talmudicis in *Sutab*, cap. 1. supportasse ostia Gaze. Dicemus, 25. *Mart.* n. 9.
 3. Illicò ac audacissimè & impudenter tenorem legis rasit Manasses (ut relatum 25. *Ianuar.* num. 4.) è tabulis lapideis; immisit Dominus, quanvis iratus prophetas, ut eum ab infania revocarent in frugem, minas addens, ut saltem terrore recederet, ne post caderet ex quo non posset, quanvis vellet sur-

DIES XIV. FEBRUAR.

XVI. K.
 1. **G** Rad. 24. Solis in *Aquario*, qui putealis. Dario. In illo qui nati, maximè radiante Venere, corpore pulchri & amabiles, felices, & à Regibus honorandi, sed vite brevissimæ. Firmic. Vultur cadens vesperè occidit. Iunctin. Kal. *Astrolog.* *Corvus Crater & Anguis* oriuntur. Ovid. v. 243. *Cõtinnuata loca tria sidera Corvus & Anguis,*
 Ovid.
Et medius Crater inter utrumque iacet.
Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti.
 Hisce de constellationibus agam, *Isag. Iul.* à n. 20. & *Septembr.* à n. 5. Idem de Cratere affirmant Columel. & Ptolom. quo tempore commutatis ventis superat *Auster*. Influxus huius Asterismi describuntur à Manil. lib. 5. à v. 237.
Irriguos ruris campos amnisque lacusque,
Et te Bacche tuos nubentem iungit ad ulmos.
 Manil.
Disponetque iugis imitatus fronde choreas:
Adiungit calamis, septemque interfecit vuis.
 Ioan. Iovian. Pontan. 3. *Uran.* idem à Manilio sumpsit: unde canit;

Tertia illius de Allophilis victoria

sur-

surgere. Inter Vates ad illum missos fuit Isaias, & etiam Habacuc, iuxta Alapid. in Argument. Habac. Manasses quasi ab inferiore pertusus, alpis calcata irruerat in illos omnes, qui phrenesi oblitissent. Exorsus enim a Dei contemptu, in omnes, quotquot erant in Hebraeis, iustos grassabatur verbis; ne a prophetis quidem cruentas manus abstinens: nam & eorum numero per singulos dies aliquem afficiebat supplicio; ita ut Ierosolyma inundaretur sanguinibus. His tam nefarijs facinoribus concitatus Deus ad iracundiam, mittebat unum post alium prophetam ad Regem. Ioseph. 10. Antiq. cap. 4. Sed quid inde? Fecit abominationes, super cuncta que fuerant Amorrhai ante eum. 4. Reg. 21. 11. Construxit aras Baalim, & fecit lucos, & adoravit omnem militiam celi: edificavit quoque altaria in domo Domini, & transire fecit filios suos per ignem. 2. Paralip. 33. à 3. Tot in templo horribilia patravit, quot nepoti Iosue negotij in exitium facesserunt. Referuntur ubi supra cap. 23. à 4. Videtis dementiæ eius idoli dedicationem die seq. n. 3.

4 Hac in die celebrabatur inter Hebræos festum *Pthurim*, idest, Sortium, sed festum Minus. Genebr. & Leonard. Mar. in Kalend. Hebr. & Judaic. Dicitur *Sortium*, allusione illarum, quas ex urna sub Assuero eduxit Aman in Iudæorum exterminium, & direptionem bonorum. Unde cum in huiusmodi facinus hinc dies signaretur a fortibus, & post suspendium eius, idem destinatus fuisset in ultionem hostium, ut constat, *Esth.* 8. 12. & 9. 1. *Dies Sortium* vocatus est; quippequam inversa fors, converso dolore in caput insidiantium, patientium merito, quod cogitaverant facere; lævientibus Iudæis impunè in ministros Aman ore gladium, eodem ipso die quo ipsis imminere exitium. Ioseph. 11. Antiq. tam dies præsens, quam sequens dicitur festum *Diei Mardochei*, à Kal. Hebr. & licet unus tantum signetur, 2. Machab. 15. 37. non intelligendum pro die, sed pro festo, duos dies continente; siquidem institutum una de re, & unam ob causam; ut observat Serar. in *Esth.* 10. *quæstion.* 3.

5 Ultio facta per Iudæos die 13. etenim ita signata ut vidimus, in qua ex inimicis occiderunt septuaginta quinque millia. Dies autem tertiusdecimus apud omnes interfektionis fuit, & quartadecima die cadere deservunt. *Esth.* 9. à 16. Multa contra occurrunt. Primum, quod dies destinatus ultioni, fuit idem, quem exitio suis ministris iuxta sortem præstituerat Aman; 13. scilicet,

Februarij (cap. 3. 7.) ita ut die 14. opus factum. Quomodo ergo, cap. 13. 6. dicitur: *Nullus eorum misceretur quartadecima die mensis duodecimi.* Deinde tertiadecima die præfati mensis in Susis, interfecere Iudæi quingentos viros, extra decem filios Aman: 9. 6. Unde igitur verum, si ante hunc diem, nimirum, 23. Maij, uti dicitur, cap. 16. 18. dum pro libertate Iudæorum expeditæ literæ (dicemus ibid. n. 7.) filij Aman cum patre ante portas urbis pependere in patibulis? *Omnis cognatio eius & ipse.* Ibid. Præterea: Quomodo cum Aman omnis cognatio eius, si die 13. Februarij (ultimæ mensis anni apud Hebræos) novem post suspendium mensibus, interfecit dicuntur, qui cum patre in patibulis fixi? Denique, si Susæ Assuero Regia, ac Metropolis Perfidiæ, cur ita exiguo numero de medio sublata, ut duntaxat quingenti cum filijs decem Aman, fuerint interempti?

6 Brevis ac genuinè ab huiusmodi objectionibus expediatur. Quingenti viri haud fuere connotatione interfectorum Susis: plures profecto Iugulo dati; sed respectu cognatorum Aman, vel amicitia sibi coniunctorum; vel certocertius ex genere Amalec, ut refert Chaldæus: inde Susas evocavit ut fidentiores, & in obsequia promptiores; ad quodvis propositum: maxime si Macedoniæ tradere instruebat regnum Persarum, & confors fuit insidiarum eunuchorum, quorum prodicionem indicavit Mardocheus; uti referendum die 20. n. 6. & 17. Mart. n. 9. Unde Susis in hostes debacchantibus Iudæis, multi gladio corruerunt; sed de cognatis, amicis, fautoribus, consiliarijs, vel patricolis Aman, quingenti numero interfecit sunt, & etiam decem filij Aman.

7 Hi verò minime iussere qui cum patre crucibus affixi, sed alij; quod clare constat, 9. 12. ubi, post numerum interfectorum Susis, exhibitum Regi; dicitur: *In urbe Susam interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman.* Si alij, iam non iidem cum patre pensiles. Haud obstat quod cum Aman dicatur (ut vidimus) *Ipse & omnis cognatio eius pendet in patibulis:* tum quia ibi tō *Cognatio*, intelligendum de filijs primæ uxoris, haud de cætera prole ex concubinis, quæ plures apud Persas: tum quia cum essent ex Amano plures filij, ut ipse gloriatur, cap. 5. 11. de filiorum turba; vel sugerunt in casu patris extra Susas, ne illo etiam involuti cum alijs caderent; vel tunc non cogniti uti prognati ab Aman; sed post octo aut novem menses agniti, cum alijs cognatis interfecit sunt die 13. & postea

Manasses impius sacrilegus sanguinolentus.

Pthurim, sive Sortium festum minus.

Dies Mardochei.

Antilogia.

7

177

10

121

stulati ad crucemque Esther, die 14.

8. Die in quarta decima in hostes populi Iudaici factum est, eis reddentibus Hebrais, quod sibi paraverant facere; & etiam numerus Susis interemptorum delatus ad Assuerum, ostensusque Esther; quæ quidem nec ita quievit: igitur Regi dixit: *Si Regi placet, detur potestas Iudæis; ut sicut fecerunt hodie in Susan; sic & cras faciant, & decem filij Aman in patibulis suspendantur.*

Filij Aman post necem in crucem affi.

9. 13. Id est, decem filij Aman superstites pridie necati. Nec enim morte, satis pœnarum dederat scelerata Aman progenies; unde restabat infamia, crucis ignominia cõtrahenda; & detruncatio nonnullorum qui cum Amano convenerant in Iudæorum exterminium; ex quibus hac in die neci dediti & dati trecenti viri. Ibid. à v. 14. Comestor, cap. 1. Adrichom. in *Chronic.* & Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6. Numerus ergo, ut diximus, interfectorum fuit 75000. verum non in Perside; sed in cunctis provincijs, quæ sub Assuero; inter quas etiam numeratur Iudæa, ubi Serario alijsque placet, multa millia neci data, potissimè ex Cuthæis & Idumæis.

9. Tertiadecima sanè die cunctis provincijs carnificina decreta & executionem sortita; sed Susi ut reliquæ inimicorum penitus deleterentur, etiam cædibus concessa dies 14. cap. 9. 14. Quare dum dicitur, quod ab Aman in exitium Iudæorum destinata etiam fuerit dies 14. intelligendum est, ut in una die ita pereant, quod sequenti nullus superstes appareat: *Cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur quartadecima die: 9. à 6.*

Duobus diebus Susi grassantur Iudæi.

Hoc est, nullus inimicorum misereri possit die 14. quia ita delendi die 13. ut sequenti nullus sit, cui possit misereri. Eodem sensu de vindicibus dicitur, 9. 17. *Dies tertiusdecimus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cadere desierunt:* equidem, nisi Susi (quò reliquæ adhuc manebant) die 14. nullus inimicorum restabat. Unde extra Susas hac in die cœperunt inter Iudæos inmutua convivia: in Regia verò propter cædes, postfridiè; uti videbimus, num. 5. ex *Esth.* ibid. à v. 18. An licitè fecissent Iudæi, & Assuerus, & quo iure passus est totè subditis perire; videbis apud Sanctum hic à n. 13. A Deo movente asserit Serarius, *quest.* 28. qua de causa in hostium vitam, haud in bona (licèt illis concessa, cap. 8. 11.) irruerunt. Ita ille, qui ibid. ad antilogiam de filijs Aman, astruit, à suspensio patris servatos fuisse in carcere usque in præsentem articulum. Seder-Olam, cap. 29. refert, quingentos viros Susi interemptos cum decem

Quando illorum astra convivia?

filij Aman, fuisse illos, qui scripserunt accusationem adversus habitatores Iudæ & Ierusalem.

10. Ann. Christi, 33. cum irvitatús, ad mensam Pharisei sedisset sine manuum ablutione; scandalum passus, intra se multa cogitabat stultè: quibus à Christo cognitis, illius & aliorum infelicitatem declaravit, mores illorum palam demonstrans; ut resipiscerent; sed contra accidit, qua de causa dixit discipulis, ut caverent à fermento illorum, quo uti hypocrisis illorum imbuebantur opera, virtutis colore tincta. Castell. ex *Luc.* 12. à 37. At anno 31. hic dies octavus supra trigessimum eius sacrati ieiunij in monte.

Christi gesta.

Diei ieiunij dies XXXVIII.

11. Romæ, Sacra *Æquitati*, atque *Veneri Felici*. Plutarch. in *Diebus.* *Æquitatem* arbitror *Iustitiam* signatam in *Virgine*; cœlesti Signo cum *Libra*, quasi æquâ lance, quin deliret amulsis, cuncta iuxta leges ponderet: qua de causa folio *Iovis* nonnunquam præsens. *Assidet Iovi Æquitas vetusta:* ait Sophocl. in *Oedip.* in *Colon.* v. 897. Verum de illa sicine plurâ, *Ilagog.* *August.* à n. 6. & *Septembr.* à n. 3. Innuit in pompa *Istis* Apuleius, 11. *Metamorph.* *Æquitatis* honorem varijs & scitis hieroglyphicis. *Potentissimorum Deum ferebant insignes æquitas: lucernam præmicantem claro lumine, & aureum cymbium (poculum in navis formam) medio sui pectore flammulam suscitans lætatiorem. Æquitatis ostendebat indicium, deformatam manum sinistram porrectâ palmulâ, quæ videbatur Æquitati magis aptior quàm dextra. Gerebat & aureum vasculum, in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat.* Videbis hic Philipp. Beroald. & Pier. Valer. 35. cap. 25. sicut apud Rhodig. 7. cap. 22. discrimina inter *Iustum*, *Æquum* & *Bonum.* *Æquitatem* Ovidius *Iovis* *Majestatem* cogitavit; ex eo quod amplio rem *Iovi* summa *Æquitas* contribuat honorem; ut ex illo videbimus, 1. *Maij*, n. 12. Ioann. Hemelar. in *Aur. numism.* Tabul. 35. ait: *Æquitatis, sive Themidis typus; femina simulacrum, qua dextrâ libram, sinistrâ perfert cornucopiam.* Cunctorum abundantia obijcitur; modò *Æquitas* observetur. Hinc ut fingit Phædr. 4. fab. 12. vel irrationalis didicit regere. Ita ergo inquit:

Sacra Æquitati.

Diei ieiunij dies XXXVIII.

Diei ieiunij dies XXXVIII.

Imagines.

Discrimen inter iustum, æquum & bonum.

Themidis imago.

Themidis imago.

Phædr.

Ad perniciem solet agi sinceritas.

Cum se ferax Regem fecisset leo,

A pristina deflexit consuetudine,

Atque inter illas tenui contentus cibo,

Sancta, incorrupta iura reddebat fidei.

12. *Themis* vocatur, aliàs *Metis*, de qua Natal. Comes, 2. *Mytholog.* cap. 10. *Hæc*

Metis Dea.

filia Oceani, quæ uxor cùm esset Iovis, Saturno dedit pharmacum, ut evomeret, filios quos deglutiverat, & vaticinata Iovi victoriam adversus Saturnum patrem & Titanes, modò delectos in Tartarum, interfectâ Campe custode, illos è vinculis liberaret. Apollodor. i. *Biblioth.* n. 1. Nimis Iuppiter Metin diligebat, sed cùm prægnantem videret, ne quis alius Deorum nasceretur, & potentiam formidaret; Metin voraciter deglutivit. *Uxorem primam Metin sibi Iupiter edit:* ait Hesiod. in *Theogon.* ex quo esu ipse imprægnatus parturivit Minervam; ut dicimus, 19. *Mart.* n. 16. Ita tractatur à potentibus Æquitas, quam habebat Iupiter, & in thalamo & in folio, florente regno staterâ iustitiæ & divitijs Amaltheæ; cùm illa tribueret pro dignitate cuiusque, *inviolata malis placidissima Virgo*, ut Germanic. Cæsar in *Phœnom.* n. 7. & Faust. Andrelin, *Epigram.* 7.

Et quo se-
mine Mi-
serat

Fest. An-
drel.

Sacra Vene-
ri Felici, &
imago.

Venustas
gratia pul-
chritudinis.

Venus Vi-
trix.

Imagines.

Gemma Ve-
neris.

Æqua gerens rectam librat cum pondere lancem.

13 In Veneris Felicis sacris, victimarum offerebantur corda, ipsaque cor dextrâ porrigebat, quod nonnullis videretur pomum. Unde eius imago sedentis, pomum ferentis & assultante in gremium hinnulo. Hemelar. d. *Tabul.* 44. Quid intelligatur per titulum *Veneris Felicis*, negotium facessit AA. Plato & Choul. de *Roman. religion.* cœlestem intelligit, quæ genitricem non habuit, sed duntaxat patrem cœlum. Arbitror Felicem dici, quia cum Charitibus, idest Pulchritudinem cum Gratia, quæ dicitur *Venustas*, atque pulchritudinis forma; sine qua in tota speciositate nec mica falis. Hoc intuitu, etsi pulchræ Pallas & Iuno; pluris à Paride per gratiam habita Venus; & dicta *Venus Vitrix*, in cuius dextra scuto decoro innitente, signum victoriæ, in altera speeplum. Chartar. pag. 348. Choul. d. 229. Gyrald. *Syntagm.* 13. n. 24. & Hemelar. *Tabul.* præfat. Etiam imago inter Græcos. Erat cum arcu & sagittis, simulque cum pomò & scuto. Nonnius in *Geltz. Græc.* *Tabul.* 33. Metaphoricè accipitur, quæ vocatur Veneris gemmâ. *Mulli* (inquit Plin. 37. cap. 9.) *Veneris gemmam dicunt; quod maxime videtur decere & specie & colore extremo gemma.* Pretiosa est pulchritudo; sine gratia, sine sale, non pretiosa; quippe non rutilat radijs fulgoris, sine gemma venustatis. Ita Venus Felix.

14 Hac in die cœnam contigisse C. Urbini Quæstoris in Hispania, exhibitam Metello Pio; asserit Salas in *Parerg.* & describit Salutijs, ex quo Macrobius. *Metellus*

Pius (ait, 3. *Saturnali.* caps. 31.) *in altera rem Hispaniam post annum regressus, magna gloria, concurrentibus utriusque virili & muliebri sexu, per vias & tecta omnium visebatur. Quæstor C. Urbinus & alij cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant, ultra Romanorum ac mortalium etiam morem studiosè curabant, exornatis adibus per aulea & insignia; scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis. Simul croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi. Præterea sedenti in transfœvia, demissum Victoriæ simulacrum, cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat. Tum venienti thure quasi Deo supplicabatur. Toga picta, plerunque amiculo erat ei incumbenti. Epula quæstissima, neque per omnem modò provinciam, sed trans maria Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera: quibus rebus aliquantam partem gloria demperat, maxime apud veteres & sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio existimantes. In quam foveam luxus, & superbia successum Metellus continuatione pervenit? O fortuna lubrica! Tota ac tanta è fastu vanitas devenit in exilium, quin filium haberet, qui pro se rogaret, sicut ille piè fecerat. C. Nepos, n. 63.*

Cœna Me-
telli Pij &
fastus.

15 Inter Atticos *Bishea*, sacra Apollini, potiùs Baccho, cùm vites putarentur. Meurs. G. F. In vini ubertatem instituta, eò quòd tota felicitas in vini copia; ut Orgia Bacchi solemnitus celebrarentur, qua de causa dictus *Comus*, de quo, 18. *Septembr.* n. 8. Imago Ubertatis obijciebatur specie fœminæ super binas annexas cornucopias sedentis, quæ habebant pedes hamatos, & illa in manu hastam puram.

Sacra Bis-
bea.

Imago Uber-
tatis.

16 Hac etiam diæ *Proserpinalia* celebrabantur Cizyci, & Divæ auxilio liberati Cizyceni à Mithridatis obsidione singulari prodigio. *Diar. Græc.* In auxilium obieslorum accesserat Romani exercitus Imperator Lucullus, & cum signum pugne datum; nullo profus indicio præcedente, ingens flammicum corpus, aère repente contracto, duos exercitus est elapsum: & subitus tanti prodigij pavor certamen diremit. Plutarch. in *Lucull.* Post Mithridates urbem premebat, ut machinis pridem structis expugnaret; etsi plures ex copijs nive, frigore atque fame perirent. Nec humanâ magis quam cœlesti ope liberandos ea tempestate Cizyceni arbitrabantur; sed cum alijs multis, tum hoc uno lato prodigio, optimum rerum eventum sperare, sunt iussi. *Aderant* (ait Plutarch. d.) *Proserpinalia festa; nec*

Proserpina-
lia.

Prodigia
singularia.

bovem nigram qualem in his sacris mactare solebant, ob circumfusum hostem parare poterant: & pro bove placentam altaribus offerendam conficiunt. Victima ergo, que ad hac sacra quotannis educebatur, una cum reliquis civium armentis in ulterioris ripa pabulis pascebatur. Hæc itaque quo die Proserpinalia agebantur à cætero grege secreta, sola tranavit ad urbem, & sese spontè altaribus mactandam admovit. Dea deinde ipsa Aristogora per somnium visa, Ego modulatore, inquit, Lybicum in Ponticum tubicinem inductura, advenit: itaque cives integro animo esse iube. Cum verò nemo ambigam Dea vocem satis interpretari posset; ubi primum illuxit, tam vehementes undique, tam rapidi ventorum turbines oborti sunt; ut sublatis in cælum fluctibus, machina qua ad expugnandam urbem mœnibus adnota fuerant, horribili strepitu & fragore corruerent. Ferunt, Minervam eo tempore multis in Ilio per somnium apparuisse, plurimo sudore madentem, & concisum velum ostentantem, dixisseque; quòd Cizycenis nuper auxiliata veniret. Quocirca Iliaci columnam statuere, in qua huiusce rei memoria literis mandata erat. Causam indignationis Minervæ dicemus, die 17. n. 20. Tunc Mithridates se videns sine munitionibus & comætu, fugit in Bithyniam, quem post classem cum Præfecto amissam, usque ad Granicum infecutus est Lucullus, ut videbimus. In signum felix exitus, cum desperarent Cizyceni; Ficus in lauro nata est ante obsidionem. Plin. 17. cap. 25. Strabo, 12. n. 70. & Bulenger. de Prodigijs, cap. 21.

17 Hæc execranda sacra interrupta à Christicola signo salutari sanctissimæ crucis. Litare in Proserpinalibus multiplici victima conabatur sacrificulus; sed non valebat. Fusè articulum exprimit Prudentius in *Apotheosi*, à v. 529.

Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos

Pallidus: En quid ago? Maius Rex optime, maius

Nescio quod Numen nostris intervenit aris, Quam sufferre queat spumantia cymbia Lacte Caesarum sanguis pecudum, verbena, corona. Accitas video longè discedere umbras, Ferrita Persephone vertit vestigia retrò, Extinctis facibus tracto fugitiva flagello.

Nil agit arcantù murmur, nil Thessala prosit Carmina, turbatos revocat nulla hostia Manes.

Nescio quis certè subrepsit Christicolarum Hic iuvenum: genus hoc hominum tremis infusa, & omne

Tom. I. Ephever,

Pulvinar Divium. Lotus procal absit & unctus:

Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris: Disce tuis miseranda malis, quo vindice tandem

Vana superstitio, lex, & carnaliter acta Plectatur, cuius virtus te proterat ultrix.

In his sacris queis apparebat visibilis cum Cerere filia Proserpina, interfectus est à perduellione Callippo inclytus ille Dio, restitutor Syracusarum; ut in eo, ait Plutarch. & nos, 8. Ianuar. n. 18.

18 Inter Scythas cunctis Dijs qui simulacra non habebant, solemnia sacra. Ritus refert Herodotus, 4. à n. 15. *Sacrificium prorsus apud omnia templa (inquit) fieri eodem modo, est institutum. Victima ipsa primoribus implicita pedibus, sistitur, cuius à tergo stans immolator, amotà in primis infulà, pecudem ferit, eaque incidente Deum invocat, cui illam mactat. Deinde circumdat laqueum collo: tum iniecto baculo circumducit, hostiamque strangulat, non incenso igne, non votis nuncupatis, non sumptis libamentis; sed ubi pecudem strangulavit, eique pellem detraxit, ad coquendum se convertit. Verùm cum Scythica regio lignorum sit admodum inops; hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est: ubi victimam pelle denudarunt, denudant quoque ossa carnibus: deinde illas in lebetes iniiciunt, subiectis atque succensis ossibus hostiarum facile coquunt. Coctis carnibus, is qui immolavit, earum libamenta ante se porricit. His factis currunt equitantes, ac in plaustra redeunt, ut dormiant ebrii: refarciuntque inedia in festis sotam ingluviem; etenim duodenos dies durant in fame & siti virtute herbæ Spartanæ. Ravif. Textor, 7. Officin. cap. 48.*

19 Apud Ægyptios quatuordecimo Phamenothe, dies infastus propter fatum Isidis. *K. Egypt.* Exponit articulum & monumenti locum Diodor. Siculus. *In aquisissima regni administratione (ait lib. 1. Bibliothec. n. 13.) quod reliquum vitæ tempus, exegit; benefactis erga regni cives, omnes supergressa. Ideo post discessum sepulta apud Memphim, Divum honoribus potitur; ubi etiam num sacellum eius in luco Vulcani ostentatur. Quamquam alij non in Memphi reliquias horum Deorum repositas esse dicant; sed ad Æthiopiæ montes & Ægypti, in Insula Nili, qua loco, quem Philas vocant, adiacens, ab eventu Campus sacer appellatur. Signis hoc probant in insula ista reliquis, sepulchro videlicet Osiridi extracto, univèrsis per Ægyptum sacerdotibus religiofo, & trecentis & sexaginta pateris in eo*

Vitula spontè transverto flumine, ara admovita.

Minerva ex Ilio venit in auxillia Cizyceni.

Prodigiis.

Proserpinalia interrupta signo Crucis.

Prudent.

In illis Proserpina, visibilis apparebat.

Scytharum sacra & ritus.

Herba Spartana.

Mors Isidis & sepulchrorum.

Eius Campus sacer.

Ibi etiam iacet Osiris.

repositis: quas quidem quotidie destinatis ad hoc sacerdotibus lacte replent; & invocatis Deorum nominibus lamentantur. Eam ob causam insula non additur nisi à sacerdotibus. Ibid. n. 16. signat inscriptionem in Isidis laudem monumento ad monumentum incisam; quam videtis cum alijs encomijs, die 2. n. 8-7. Ianuar. n. 15. & 21. n. 8. Speciosius Isidis sepulchri insigne fuit Avis Meleagris, quæ sacra Isidi, ut asserit Pausan. cap. 350. & videtur sæpe in Tabul. Bembin.

Insigne sepulchri Isidis, Meleagris.

Quenam avium?

Penelope ab illis servata.

Meleagris pulcherrimo.

Cur dicatur Naturæ Genium?

Gallina Pharaonica.

20 Qui Aveni non viderunt, quæ illis videtur Meleagris avis indigitatur. Dicunt Pavonem, Gallum Indicum, Stymphalidem, & avem Penelopes, de quo videtis Ulysses Aldrovand. & Gesner. de Avib. Aves cogitantur Meleagrides in quas conversas Meleagri sorores ob huius fatum, quotannis visitantes tumulum, ait Ovid. 8. Metamorph. fab. 4. & Natal. Comes, hic & 8. Mytholog. cap. 25. ubi etiam dicit, aves Penelopes vocatas Meleagrides; quia illam expositam & in mari vagantem in littus adduxisse & educasse à piscatoribus, ferebatur. Kircher. in Theatr. Hieroglyph. cap. 1. astruit, esse volucrum, quam Gallinam Ægyptiam, seu Pharaonicam appellant Itali; cuius totum corpus stellulis veluti in firmamento quodam distributis concinnatur, vel coloris cœrulei innumeris, iisque etiam nigris, conspersum maculis, veluti quibusdam figuris elegantissimè & pulcherrimè componitur; capite roseo, quid triangulare præ se ferente, dorso plumis quasi in colliculum protuberante, gutture longo, caudâ exili. Meleagridem Ægyptij *Natura Genium* dicebant & Pantamorphum, propter miram & omnimodam varietatem universi, quod sicut Meleagris, majestate, ordine ac dispositione fulget. Icon videtur in *Mensa Isiaca*, apud Ioan. Georg. Hetyvart, & ipsum Kircher. Ibid. Syntagm. 1. à cap. 1. Unde Abenephias, Arab. Astrolog. inquit: *Gallina Pharaonica; illud est signum Firmamenti, sive stellarum fixarum.* Aliquomodo describit Plinius, 10. cap. 26. *Simili modo Meleagrides. Africa hoc est gallinarum genus (ait) gibberum, varijs sparsum plumis: quæ novissima sunt peregrinarum avium.* Nonnulli figuram Pavonis in cupula Samaritani templi arbitrantur Meleagridem, in Isidis & non Iunonis representationem; de quo Kircher.

in Hebraeor. Panth.

cap. 19.

DIES XV. FEBRUAR.

I **G** Rad. 24. Solis in *Aquario*, in quo adhuc hyemat aer, & Sol est in *Piscibus*. Columel. & Ptol. Iuxta Iul. Firmic. qui gradum istum habuerit in horoscopo, erit sterilis, erraticus semper & in amoribus varijs cupiditatibus æstuans, in quibus omnis illius cogitatio. *Hirundo in alto caelo apparet.* K. P. R. *Vir spiculum magnum gestans.* Sphær. Arab. Hoc die iuxta Typotium in *Symb.* 27. Regum Gall. oritur *Crater.* de quo epigraphe: *Inter eclipses exorior.* Vid. Tom. 1. Octav. Strad. pag. 38. Prædie signatur à Columel. & Ptol. De *Piscibus* diximus in *Isag.* à n. 2. ac de *Nodo* illorum, quem *Ionam Iovis* Astronomi dicunt: Cicero *Nodum cœlestem*, quia non solum *Piscium*, sed totius Sphæræ ordinem ducit ut notat Hygin. de *Sign. cœlest.* n. 29. *Pontan.* 3. *Uran.*

Nodus Piscium.

Hoc Signo Solisque viarum, atque ambitus anni

Clauditur, idque suo testantur sidera nodo. Talibus atque alijs nitet intertextis figuris *Zona Iovis*, zona aurato circumlita textu, *Fataque*, fortunamque suis quæ temperat astris.


Pontan.

2. Tertiò ingrediuntur Moyses & Aaron ad Pharaonem. Primò constat *Exod.* 5. 1. secundò v. 20. tertiò, cap. 6. à v. 11. tuncque patrata quæ diximus die 13. n. 2. Postridiè cæperunt plagæ, ut dicitur, cap. 7. v. 15. Immislas in terra Cham, dicitur *Isai.* 104. 27. à Mesraim filio Cham, Ægypti propagatoris, & errorum post, diluvium. Non solum in Ægypto, sed quo loco, ut inde in totam provinciam grassarentur; indicatur *Psal.* 77. 12. 42. *In campo Taneos.* Tanis civitas regia, septem annis post Hebronædificata (*Numer.* 13. 23.) à septemdecim Titanibus filijs Noë, priùs dicta *Titanis*, vel *Tapbnis* ad Tanicum ostium Nili; quæ tempore Moysis erat aula Pharaonis, ut ait Berol. lib. 2. Ioseph. 1. *Antiquit.* cap. 9. Adrichom. in *Pharan*, n. 96. & Rab. Salom. in *Psal.* 77. Liqueat ex *Isai.* 19. 11. & 30. 4. Vid. 14. *April.* n. 2. In capite priùs apparebant plagæ, posteaque per totam Ægyptum tanquam per membra extendebantur, ut regnum ambirent. Ibi propter sedem regiam ampliora flagitia, & superstitionum colluvies: insuper quia ibi Moyses proiectus in flumen; uti dicemus loc. cit.

Moyses tertiò ingreditur ad Pharaonem.

Tanis civitas.

3. Quotidie plura meditabatur Manasses sub peccato venundatus, in Dei contemptum,



*Erigit Dea
Asara ido-
lum & lu-
cū, & tran-
stulit in tem-
plum, lucū
ē metallo
confecto.*

prum, eius proculcata religione, & in loco quo plus colendus. Execrabilia pravè cogitata exercuit impunè ad vota, sine timore divinæ læsæ maiestatis, nec ullo honore deplori abdictique Numinis, ut pridie diximus, n. 3. Sensim in maiora ruebat. Unde cum primùm lucum extra templum crexisset idolo, quod conflagraverat (& quidem erat Veneri dicatum, sub titulo *Asara*, de qua 26. *Augusti*, n. 11.) templum sanctum aptius idoli collocationi inverecundus elegit, hodieque dedicavit, ut ait Elias in *Tbisbi*. Rem astruit sacer textus, 4. Reg. 21. 7. *Posuit quoque idolum luci, quem fecerat in domo Domini.* Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 4. *Ausus est etiam sceleratus templum Dei profanare.* Comestor. in 4. Reg. cap. 32. Adrichom. *Ann.* 3253. Genebrard. 3469. Briet. ac Tornielli. Placuit summè dedicatio, sed pariter displicuit nuditas loci; quoniam cum idolo haud præut optabat, lucum transportare valebat: quapropter conflagavit ex auro, argento vel ære. Unde Hebræi legunt: *Posuit sculptile luci, quem fecerat: Quem, non Quod.* Hoc est, Lucum magno artificio sculptum, & affabrè divite materia efformatum; cum idolo iam erecto & nudè collocato, posuit in templo. Maluend. & Alapid. hic. Perspicuè 2. Paralip. 33. 7. ubi: *Sculptile quoque & confectile signum posuit in domo Domini.* Hebr. *Posuit dedolatum luci.* Hispanicè: *De entalladura el retablo del bosque.* De hoc lucō Iosias, ut dicitur 4. Reg. 23. ita decrevit: *Efferre fecit lucum de domo Domini foras Ierusalem, in convalle Cedron, & combussit eum ibi, & rededit in pulverem & proiecit super sepulchra vulgi.* Patet ex metallo lucum, seu figuram luci factam. Ab hoc articulo etsi sæpe proiectus & ab aula expulsus, inò ingredi prohibitus; instabat Iosias iussu Dei, ut minis vel gratijs fanaticas gener converteretur ad cor. Narrabat Fabulam surdo, omninò exoso mores Prophetæ, quem ferè post quinque menses dirisimè secuit. Ad 6. *Iul.* à n. 3.

4 Eodem die posterioribus temporibus, cum iam ob peccata Manassæ, essent imitatores & discipuli eius sub captivitate Babylonica (ut prædictum à Numine, 4. Reg. 24. à 3.) prophetat Ezechiel adversus Nationes, quæ auxilio fuere Nabucho in expugnationem Ierusalem: cap. 32. & seqq.

5 Sub Assuero inter Hebræos celebrata convivia Susis (cum pridie factum in reliquis provincijs, ut diximus, n. 9.) eò quòd non solum ab hostibus liberi, sed & ult. *Esb.* 9. à 18. *Hi qui in urbe Susan cadem exercuerant, 13. & 14. die eiusdem mensis.* Tam. I. *Ephem.*

*in cade versati sunt: 13. autem die percute-
re desierunt; & icterò eundem diem consti-
tuerunt solemnem epularum atque lætitiæ.
Hi verò Iudæi, qui in oppidis non muratis
ac villis morabantur, 14. diem mensis Adar
conviviorum & gaudij decreverunt; ita ut
exultent in eo, & mittant sibi mutud partes
epularum & ciborum.* Unde hic dies dicitur
inter illos, *Phurim maius*, sive *Sortium fe-
stum maius*. Genebr. & Leonard. Mar. cum
Scaliger. in *Kalendar.* 2. Machab. 15. 37. *Dies Mardochei*: siquidem per illum exal-
tatum à Rege Iudæis contigit tanta felici-
tas. *Illustri loco apud Regem fuit* (iussit Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6.) *vir præpotens, Regi
administrationis, Regina verò etiam vita
socius; quorum opera Iudæorum res firmue-
runt supra quàm vel sperare poterant.* Ge-
nebr. *Ann.* 4121. Prophetam vocat.

6 Hos ergo dies, unum continentem festum, celebrare iusserunt Mardocheus & Esther & in perpetuum in cunctis Synagogis. *Misit ad Iudæos, ut 14. & 15. diem mensis Adar pro festis susciperent, & reverte-
tente semper anno solemnem celebrarent bono-
re: cap. 9. à 29.* Comestor in *Esb.* cap. 1. inquit: *Mardocheus scripsit etiam ad Iu-
dam, Summum Sacerdotem in Ierusalem, ut
dies isti solemnem haberentur in Iudæa in
sempiternum.* Idem Ioseph. d. subdit: *Unde
hodie quoque per totum orbem Iudæis hi dies
festi sunt & partes de convivijs sibi mittunt
invicem.* Addit Genebr. in *Psalm.* 109. ex
Rab. Salom. & Talmudicis: *Per fenestras
diebus convivij fructus projiciuntur.* Secun-
do à cæde hostium anno, ab Esthere & Mar-
docho scriptam fuisse secundam epistolam
pro festi perpetuitate; dicunt Rabbini in
Seder-Olam, cap. 29. ex *Esb.* 9. à 29. Ab As-
suero subditis suis ethnicis imperatum; sed
dictante Mardocho; cogitat Serarius hic,
quæstione. 4. ex cap. 16. 22.

7 Celebrarunt olim Iudæi ante urbis excidium, & etiam deinceps in Synagogis, non solum præfatis lætitiæ signis, sed alijs à Rabbinis inventis. Quare, ut ait Cunzus, lib. 2. *Reipub. Hebr.* cap. 23. Anton. Margarita, de *Ritib. Iudæor.* Gregor. Tolosan. lib. 2. *Syntagm.* cap. 16. n. 10. Ioan. Saubert. de *Sacrific.* cap. 4. Sanctius hic num. 30. Serar. *quæst.* 2. & peculiari tractatu Uvilhelm. Schikardus; Festum Phurim, sive Sortium, aliàs Festum Mardochei, adhuc hodie Iudæis in usu, quo in Synagogis pulpita & scamna, quoties Amani mentionem faciunt, magno impetu percutiunt, tanquàm percuterent caput Amani. Athanasius in *Synops.* de Phurim festo, inquit: *Iudæi in ista die*

*Phurim seu
Sortium fe-
stum maius.*

*Dies Mardo-
chei.*

*Ritus Iudæ-
orum in cele-
britate festi
Phurim.*

*Status Ama-
ni combusta*

Aman incendunt, & diem festum agunt, sabbatis eorum memoriale. Incendunt ergo pro Amano Amani effigiem, seu papyraceam statuam, ignem facillè concipientem; sicut in die Resurrectionis proditoris Iudæ inter nostrates comburitur, referta pulvere tormentario, ac sulphure artificiali cum nitro. Vide Sanctium & Serar. quò dudum.

8 Addebant etiam ut ait Cuneus, quò supra, in crucifixi Amani memoriam (ut exprimerent suspendium) crucis multiplicis in agris elevationem; illicque scommatibus, verbisque procacibus illudere & irridere: tandemque ubi diu satietatem usque opprobrijs oppleverant, tradebant igni. Inimici crucis Christi hac indulgentiâ sub velamine Amani, ritum retorserunt in N. Salvatoris, Crucisque ludibrium: quo cognito, cautum lege, ne synagogas novas extruerent, & cruce in celeberrimo Phurim exurere possent. Ita leg. ult. C. de *Iudeis* & *coelicolis* leg. *Iudeos*, ubi: *Iudeos quosdam festivitatis sue solemnium, Aman (ad poenæ quondam sumptus recordationem) incendere, & sanctæ Crucis ad similitudinem speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilegè mente exurere; Provinciarum Rectores prohibeant; ne locis suis fidei nostræ signum immisceant: sed ritus suos citra contemptum Christianæ legis retineant, amissuri sine dubio permessa habentibus, nisi ab illicitis temperaverint.* Alijs in regionibus sub eodem astu in eundem scopum vasti collimabant. Frustra carnis fumo exsuccè ministrant pueris, ut verberent, bacillisque contendant; quasi Amanum concuterent, dicentes *Caro nibili*; sed sub verbis Christum intelligentes, quem procaces vocant hominem focci absque ulla æstimatione, & utilitatis usu. Serar. d.

Inhibitum Iudeis Sabbatum festum.

9 *Ann. Christ. 31.* Finito ieiunio, accessit tentator, quem ter vicit. Accesserunt Angeli, & cibum ei obsequiosè ministrarunt. Alapid. n. 10. Statim reversus est in Galilæam, & diebus quindecim mansit in Nazareth. Epiphani. *Hæres.* 15. Idem alij dicunt: verum falluntur ex supputationis errore: equidem si ieiunium incepit die 7. Januarij; hic dies erit nonus supra trigésimum; quippe inter Hebræos anni erant Lunares: & quanvis Ianuarius non cavus, sed mensis plenus; plus quàm triginta diebus non constabat. Die ergo 16. consummatum fuit ieiunium; ut rectè calculanti patebit: nec illo die de diabolo triumphus, sed sequenti. *Ann. 32.* videtur Lamy in *Chronic.* ab ipso in Apostolatam è telonio fuisse vocatū Matthæum. Iuxta Castell. *ann. 33.* processit in Ierusalem cum discipulis, illos docens Evan-

Eius ieiunij dies XXXIX

gelica consilia, & alia plura, relata à Luca, à cap. 12. usque ad 15. Idem astruit Alva, *Tabul. 5.*

10 Romæ, *Lupercalia* tam Græca, quàm Latina, obscæna prorsus, inventa ab Evandro, dum transivit in Italiam tempore Fauni. *Sub quo* (ait Iustin. *Histor. lib. 43.*) *Evander ab Arcadia urbe Pallanteo, in Italiam cum mediocri turba popularium venit: cui Faunus & agros & montem, quem ille postea Palatium appellavit, benignè assignavit. In huius radicibus templum Lyceo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit. Ipsum Dei simulacrum nudum, caprinâ pelle amictum est; quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur.* Ita cacogenij habitus describitur à Pausania, *cap. 184.* *Colore vehementer atro, omnique ceterâ specie maximè horribilis, amictus lupi pellis.* Ritusque, præ pudore abolitos, restituit Augustus, ut ait in eo Sueton. *cap. 31.* In his mutatis vestibus concurrebant viri & scæni. Ovid. 2. *Fastor.* à v. 303. Hæc ludicra sumpta sub Romulo & Remo, ex eo quòd horum pecora à prædonibus abacta, currentibus feminudis Remi focijs, reducta in pascua: queis postquàm potiti sunt sacra instituerunt, ut nudi iuvenes accincti pellibus currebant, caprâ prius immolatâ; cum in articulo nihil Romulo focijsque ex sacrificio impertirent, præter victimarum ossa, quoniam venerant postquàm è manu prædonum pecora restituta. *Ibid.* à v. 373. Sacrificia ante Lupercaliû institutionem erant tunc Iunoni Febræ, & Dijs Inferis. Fest. Pompeius, & Plutarch. *Roman. qq. 68.* Dicta etiam *Lupercalia*; quia cursus incipiebat à ficu Ruminali, quò erat Lupæ spelunca, nutricis Romuli & Remi. Ad cursum sanguine capræ immolatæ facies Lupercorû scædabatur in risum, superstitiosèque scæminis sic pellibus occutiebant. Cuncta, si lubet, videnda, apud Tit. Liv. 1. à *sect. 16.* Alex. Neapolit. 4. *cap. 12.* Plutarch. in *Romulo, Cesare, & Marc. Anton.* Rosin. 4. *cap. 6.* Gyrard. *Syntagm.* 17. à n. 38. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 118. Valer. Maxim. 2. *cap. 2. n. 9.* & Sil. Ital. 13. à v. 326.

11 Lupercalia interdum fiebant pro locorum lustratione. Bulenger. *Advers. Magos*, cap. 2. *Februario februatur populus: id est, Lupercis nudis lustratur antiquum oppidum. Palatium gregibus cinctum id temporis, quo Roma lustraretur.* Idem Plutarch. in *Numa*, qui etiam quæst. præfat. *Quæ aguntur, lustratio sunt urbis, mensemque Februarium vocant, atque diem illum, quo scuticis de more verberant occurrentes; siquidem fe-*

Lupercalia

Fanus Dei Lupercus & Lyceus. Image.

Ritus sacrorum.

Iuna Februa

Lupercis lustrabatur Roma.

Canis tunc **bruare lastrare significat.** Inter Romanos *victimas.* in Lupercalibus, ut ritè fieret expiatio immolabatur Canis. Rhodigin. 17. cap. 27. sumptum ex Græcis: equidem ut dicit Plutarch. quò dudùm: *Canem omnes ferè Græci adhibebant; adhibentque in hunc usque diem nonnulli victimam in expiationibus: vel quod Lupercos allatrent, per urbem discurrentes.* Hoc idem sacrificium fiebat orienti Caniculæ, dicebaturque **Sacrum Canarium.** de quo 31. Iulij. Aliam originem Lupercorum signat Valer. Maxim. quò supra, refertque Marlian. in *Epitom.* 2. cap. 13. **Lupercalia autem festa** (infit) à Romulo & Remo instituta. Hi enim à Numitore loco fruenda civitatis impetrato, in eo loco ubi expositi fuerant; sodalitiū ad convivium læti advocant. Sacrificantes cibo refeçti, ubi largiùs cùm bibissent, iocantes pellibus immolataram caprarum sese induunt, & saltando gestiunt. Inde posteri eius rei celebrantes memoriam, Lupercalia festa egerunt; quæ ita dicta à loco ubi primum cœpta sunt agi, & nomen retinuerunt. Ibi enim situm lupercal (Idest Ficus) quæ saltē vestigijs usque ad Augusti tempora duravit. Idem in *Topograph. Romæ*, cap. 22. Unde Ovid. d. v. 411. fuccinit:

Arbor erat, remanent vestigia: quæque vocatur

Rumina nunc ficus; Romula ficus erat.

Ara Panos Luperci. Atruunt hic etiam Constant. & Marius, addentes, Lupercal dici speluncam ad radices montis Palatini, arbutis tectam, fontesque sub petra profundos; & in intimo antri loco aram Pani sacram. Rosin. d. & lib. 3. cap. 2. Novarin. 6. *Schediasm.* cap. 25. n. 141. fusèque Gorop. Becan. *Origin.* lib. 4. Hoc quoque die fiebant solemnia *Equiria*, seu pompa equitum. *Equestris ordinis iuventus* (subdit Valerius Maxim. d.) omnibus annis bis urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium, & Equitum probatione.

12 Ab huiusmodi dehonestate, protrito frontis pudore, cogitat Ioannes Boëmus, inter Christicolos provenire corruptelas carnisprivij; quo qui magis dissolvitur, magis plauditur. *Quomodò tres præcedentes Quadragesimam dies peragantur* (ait, 3. de *Morib. Gent.* cap. 15.) *dicere, opus non erit; si cognoscatur, qua populari, qua spontanea insanià cætera Germania, à qua & Franco-*

Corruptela in Carnisprivio. *nia minimè defecit, tunc vivat. Comedit enim & vivit, seque ludo iocoque omnimodo adeo dedit, quasi usui nunquam venist rationis, quasi cras moritura, bodie prius omnium rerum satietatem capere velit. Na-*

vi aliquid spectaculi quisque excogitat, quò mentes & oculos omnium delectet, admirationeque detineat: atque ne pudor obstet, quise ludicro illi committunt, facies larvis obducunt, sexum & etatem mentientes. Viri mulierum vestimenta, mulieres virorum induunt. Quidam Satyros aut malos Genios, demones, potius representare volentes, minio se aut atramento tingunt, habituque nefando deturpant. Alij nudi discurrentes, Lupercos agunt; à quibus ego annum istum delirandi morem ad nos destuxisse existimo: non enim multum diversus à Lupercalibus sacris, quæ Lyceo Pani in mense Februario olim à nobilissimis Romanorum iuvenibus celebrabantur, qui nudi, sanguineque foedati per urbem vagantes, obvios loris cedebant; quod nostri saccis cinere aut farina refertis, percutiunt. Festivum utique, quod addit fieri, finito carnis-privio, ut compefcatur fœminarum ludentium petulantia. Mirum est (infit) quod in plerisque locis agitur. Virgines quotquot choreas frequentaverant, congregantur, & aratro pro equis adveçta, cum tibicine qui super modulans sedet, in fluviam aut lacum trahuntur. Id quare fiat non planè video; nisi cogitem eas per hoc expiare velle, quod diebus festis à levitate sua non abstinerunt.

13 Ignominiosa profecò atque dedecora apud Romanos sacra Lupercalia; sed fœdiora Græca, vocata *Arcadica, Lycea & Cronia*, ut ait Halicarnass. 1. n. 14. Sacra dicata Iovi, Fauno seu Pani in Lycæo Arcadiæ monte. Aug. 18. *Civ.* cap. 17. ubi ex Varrone asserit Romanos Lupercos ex illorum mysteriorum veluti femine exortos. *Lycæon* (inquit Pausan. cap. 237.) *urbem in monte Lyceo condidit, Iovem Lyceum appellavit, ludosque in eius honorem Lupercalia instituit: & capit. 262. Templum illic Iovis Lycai, quo nulla ducit semita: nam quæ sunt intus, in conspectu sunt omnia. Altaria Dei duo, mensæ duæ, totidem mensis pares aquile, & Panos lapideum signam.* Vultus Iovis tantum diademate, sine alijs infulis; ut excussus in numismatibus Arcadicis, apud Goltz. *Tabul.* 11. *Græc.* ibique Nonnius n. 2. ait: *Iovis est Lycai vultus. Nam præterquam quod regium Arcadum stemma à Iove originem ducat; etiam asserunt; Iovem in Lyceo, monte Arcadiæ (quem plerique Sacrum verticem appellant) educatum fuisse.* Strabo, & Aristotel. de *Mirabil. auscultat.* Diaboli fucap. 34. referunt, cùm dies venerit festi, capram spontè à grege immolandam venire. Idem alibi etiam accidere, ubi imago Lycai, uti in *Pedasia Cariz*, astitit Alex. Neapolit. 4. cap. 12. In

Pœna fœminis pro choreis.

Lupercalia Græca, Lycea, & Cronia.

Imago.

Diaboli fucap.

14 In eo templo non lupi pelle, sed hybridis hinnulive per noctem cæctus initiatos adornat, luto & sulphure purgat, crateris poculisque effusis lavat; ut ferrum ignitum illæsis manibus tollant. Bulenger. 3. *Advers. Magos*, cap. 1. Fons ibi etiã famosus. *Quod si solum fortè diurnam siccitate laboret, atque stirpes & segetes crescant; ibi Lycet Iovis sacerdos ad aquam eius fontis cum precatone conversus, ritèque divinã mactatis hostijs peractã, è quercu ramum non altè, sed in summam aquam porricit. Exinde attollitur repenti commotã aquã ater balitus, nebule persimilis, neque multipost nubes, moxque plurium nubium accessione obdueto cælo, Arcadum fines optatis imbribus persunduntur. Eundem fontem cum eisdem conditionibus describit Rhodigin. 24. cap. 17. qui addit: Inibi Iovis Lycæi lucus, quem si quis, lege spretã, ingrediat; annum nequit supervivere. Hoc est, legitimis lustrationibus, ut scribit Kircher. 1. *Oedip. Copt.* Syntagm. 3. cap. 10. Natal. Comes, 9. *Mythol. in Præfat.* quod præmiserat, lib. 1. cap. 10. inquit: *Scriptit Hegesander, lib. 17. & Pausan. cap. 269. quod si quis in Iovis Lycæi templum aut aream, minimè peractis prius lustrationibus legitimis ingressus fuisset; intra annum omninò mori, necesse erat.* Plutarch. in *Græc.* 99. 38. asserit, nefas fuisse quomodolibet ingressum. Spontè enim intrantes ab Arcadibus lapidibus obruti: qui nescienter, ad Eleutheras relegati.*

15 Templum, lucus & area etiã dicebatur Panos, in quorum ambitu quicquid situm carebat umbrã. Pausan. quò dudum: *Mirum etiã (ait) tam homines, quàm bestias, quæ fortè intra eius loci ambitum se immiserint, nullas è corporibus suis umbras reddere: ac feras quidem venator illuc confugientes, non consequitur; sed foris consistens, nullam sanè umbram ab eius corpore mitti, animadvertit. Eà certè anni parte qua Cancer Solem gestat Syene, quæ Æthiopia finitima urbs est; nulla ex arboribus, vel animantibus, aut ceteris corporibus umbræ se ostendunt: verum in illa Lycæi area hoc nulla non anni parte contingit.* Astruit etiã Plutarch. quò dudum. *Causin. 1. Symbol. 70. & Alex. Neapolit. 4. cap. 12. Est in Lycæo Panos etiã fanum, condensò circumseptam luco (infit Pausan. d.) in eo iam tum ab initio Lupercalia celebrabantur. Ibi canis immolabatur, quia lupis infensus. Pier. Valer. lib. 5. à cap. 7. quo patet nec Iovem nec Panã vocatos Lycos, quasi abactores luporum, cum illos foverent. Uterque dictus Lycus, idest, lupus; sed variant in etymologia AA.*

16 Lycus dictus à Lycaonè, quem in lupum convertit, ut fingit Ovidius, 1. *Metamorph.* fab. 6. sed aliter commentum à Suida, quem sequitur Gyraldus, *Syntagm. 2. n. 66. Lycaus Iupiter à Lycaone dictus (in- Unde Iapit- ter & Pan- tuit. Dicitur etiã Lycaon in lupum à Iove. dicit Lyca- conversus, quod infantem immolasset: verum falsum, quia iustitiam summã aequitate servabat, & Iovem ob illam hospitem suscipiebat. Rex ergo Arcadia ut subditos in legum observantiam pelliceret; Iovem boni malique inspectorem, in hospitis forma ad se sepe venire, simulabat. Quare cum se sacra facere velle, Deum accepturus, dixisset; eius filij nosse volentes, an Deus, necne veniret, clam cæsi pueri carnes carnibus sacrificij miscuere & cogitantes Deum id minimè cogniturum. Verum divinã providentiã factum, ut coortè repenti tempestate; fulminibus ij omnes interirent, qui puerum interfecerunt. Cum liberum in fabulis sit, cogitationem in pascua mittere; placuit Hygino aliter delirare, asserens, *Fabul. 176. filios Lycaonis voluisse tentare Iovem, & illudere cibo ex sacrificio misto. Iupiter ut sensit, iratus mensam evertit, pueros fulmine necavit, & Lycaonem in lupum truculentum convertit; de quo ubi supr. Ovidius:**

Et nunc quoque sanguine gaudet.

Ovid.

17 Hinc factum etiã in eius templo homines converti in lupos. *Post Lycaonem in eisdem Lycæi Iovis sacris, alium quendam fuisse (refert Pausan. cap. 237.) ex homine lupum factum: non tamen in omne vite tempus; sed decimo tandem anno, si interea humanã carne abstinisset, pristinam hominis figuram recepisse. Sin hominis carnem gustasset; lupum esse, nunquam desisse.* Idem dicit Natal. Comes, 9. cap. 9. exemplum obijcit ipse Pausan. cap. 185. in Demarcho, qui lupus factus in sacris Iovis Lycæi, post decimum rursus annum pristinam hominis recipiendo figuram, Olympicam nactus victoriam. Idem profert Ravif. *Textor. 7. Officin. cap. 52. Augustin. quò supr. n. 13. vocat Demanetum, de quo subdit: Cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero Deo suo Lycæo facere solebant; in lupum fuisse mutatum, & anno decimo in figuram propriam restitutum, ad pugillatum sese exercuisse, & Olympiaco vicisse certamine. Nec idem propter illud arbitratur ab historicis in Arcadia tale nomen affisum. Panis Lycæo & Iovi Lycæo: nisi propter hanc in lupos hominum commutationem, quòd ea nisi vi divinã non putarent.*

Homines in lupos mutati.

Demarchus

18 Apud Arcades Lycus Pan non solum

Imago Pa-
nisi Lycei.

lūm colebatur ut **Fannus**, nudus cum lupi pelle; sed figura qua venerabantur Ægyptij, & quam Lycus Panis assumpsit, dum fugit Typhonem, ex qua facta quæ Signi Capricorni, ut videbimus, *Isagog. Decembr.* à n. 6. Fugit cum reliqua Numinum caterva, & efugium cogitans, sese proiecit in Nilum, mutans in pisces posteriore partem corporis, superiore in hircum. Exhibet imaginem Kircher. Tom. 1. *Oedip. Syntagm.* 1. cap. 3. nomen, 4. & Gyrard. *Syntagm.* 15. n. 21. In Parthenio Arcadię monte habuit, ut vidimus lucum, aream & templum, in quo locus dictus *Aula* (inquit ille) quod velut asy- lum animalibus fuit. Ed enim adire non audebant, nec leones nec lupi, dum ea confectarentur; sed protinus subsistebant, ipsaque animalia relinquebant. Astipulatur Alex. ab Alexandr. 4. cap. 12. Ælianusque narrat 11. de *Histor. Animal.* cap. 6. In Arcadia locus est *Aula* nomine (inquit) & in eo delubrum Panis: ad id quæcumque animantes conjugerint, Deus veluti supplices miseratus suscipit & incolumem earum vitam tuetur. Itaque lupi etiam, si qua animalia consueque forte fuerint persecuti, intrare non audent, & solo loci in quem ille confugerunt aspectu territi recedunt. Ita etiam animalibus religio loci mira, peculiaris est salutis causa.

Eius lucus
animalibus
asylum.

Status ba-
bitu Luper-
corum.

19 Hæccine erant Lupercalia, Græca Lycaea, quæ vocabantur sacra; quo errore, quasi virtutis insigni, quibus dicatæ statuae, in ampliore plausum, elegerunt erigi cultu ac habitu Luperorum. Plin. 34. cap. 5. Quomodo sacra, quæ compescebat naturalis verecundia? Hinc qui antiquum ludicrum renovavit, *Lupercalibus vetuit currere imberbes*. Sueton. in *August.* cap. 31. Videtis Varron. 4. de *Ling. Latin.* Dion. lib. 44. Sueton. in *Cesar.* cap. 76. Turneb. *Advers.* 7. cap. 3--19. 16. & 22. 11. Lazium, 10. cap. 9. & Dempster. in 3. cap. 2. *Rosin.* Dies hic plus quam dedecore Luperorum, debuit famigeratus esse, propter scædus factum inter Æneam & Latinum, ut pacificè Lavinium extrueretur in habitationem Troianorum. Plutarch. libell. de *Dieb.* Dicit itaque idem in *Coriolan.* pro loci maiestate: *Lavinium, qua in urbe & sacra Deorum, quorum à Maioribus usque cultus ad Romanos erat propagatus, continebantur: & qua in urbe generis sui originem habebant repositam; nam eam urbem primùm Æneas condidit.* Fusè refert Halicarnass. 1. num. 29. Ænea verò probante Regis sententiam, scædus inter utrosque ietum est, datis ultro citroque obsidibus. Revertuntur ad semiperfectum Troianorum edificium, & pari omnes

Edificium
Lavinium.

alacritate id munus; & nomen Æneas in- didit Lavinium: ut ipsi Romani dicunt, à Lavina, Latini filia: ut Græci quidam fabulatores, ab Anij filia Regis Deliorum, eodem vocata nomine: in cuius, morbo per id tempus extincta, ibique sepulta, memoriam; op- pido vocabulum impositum. Hanc Ænea precibus impetratam à patre navigationis comitem; quod sapiens esset, ac fatidica (Fabulam videbimus, 8. Mart. n. 23.) Fertur, dum Lavinium conditur, oblata Troianis quædam prodigia. In nemore orto sua sponte incendio, lupum ore aggressisse fomitem aridum, aquilam verò alarum ventilatione flammam extitasse: vulpem contra caudà in flumen intincta, ignem conatam extinguere: & nunc accendentibus, nunc extinguente; prævalentibus tamen vicisse duos, illam verò abiisse conatu irritato. Prodigium interpretatus est Æneas in claritatem loci, vel stimulis invidiæ, Numinum prævalente favore; ibique sacra Troiæ studiosè collocavit: & ibi manserunt, quousque ab Ascanio in Albam Longam translata; sed tunc spontè in Lavinium reversa. Dicemus embolium 29. Mart. à n. 15. Ut prodigium coram civium oculis permaneret, in foro Lavinij aræ effigies collocatæ Lupi, Aquilæ & Vulpis. Idem ibid.

Prodigium.

Ibi Troie
collocati Pe-
nates.

20 Syracusis hac die prodigium acci- dit Hermocrati, priusquam in eas cum Nicia ac Demosthene pervenisset Atheniensis clas- sis: equidem cum Dux Syracusanus Hermo- crates sacrificaret, corvus vel aquila dela- psa cor victimæ rapuit. Plutarch. in *Arta- xerx.* Signum dicitur eius victoriæ adver- sus Athenienses, partæ 24. Maij, captis eorum præfatis Ducibus, ut videbimus, & re- fert Plutarch. in eis. & Briet. ann. V. C. 341. In felicitatem retorfit rapinam Achilles Bocchius, quasi Athenienses illa in expedi- tione cor non haberent. Ita ergo accinit, *Symbol.* 122.

Hermocra-
tes.

In eius sa-
cificio, cor
victimæ ra-
ptum.

Corde silente etenim, vel deficiente, minacis Omnia fortuna plena fuere malis.

Sed raptum à corvo, Hermocrati Dīs fortè litanti,

Achill.
Bocch.

Cor, felix quondam fecerat auspiciam.

21 Dedit Sacæ Alexandro post victo- riam ex Scythiis; ut astruit Plutarch. in eo, & Curtius, 7. cap. 9. Cum Sogdianis à fide defecerunt; statimque Sacas petijt, in qua expeditione penè cum suis tempestate periclitatus. Erat propè continuus cæli fragor, & passim cadentium fulminum species vise- batur: attonitisque auribus. Stupens agmen, nec progredi, nec consistere valebat. Idem, 8. cap. 4. Perijisset, ni damno & fame exerci- tum

tum liberasset Syfmethres Satrapa, cuius convictu pervenit cum copijs Alexander in Sacas, quos solâ præsentia subiecit: ibique Dystri quinto decimo, ætatis ann. 29. & regni, 9. uxorem Rhoxanen duxit. Callisthen. de *Reb. Alexandr.* Iuxta Curt. nequit esse, dicentem quò dudum, expeditionem ad Sacas factam esse, cum tertio mense ex hibernis exercitum movisset: Dystrusque non est mensis tertius, sed secundus. Benè uterque: annus enim apud Macedonas incipiebat in Decembri, ut vidimus in *Prolog. §. 2. n. 7.* Ritus in contractu refert Rhodiginus. *Magnus Alexander* (inquit *lib. 28. cap. 15.*) *Rhoxanen Satrapæ barbari filiam, incautiùs ardens in convivio visam, cum afferri patrio more panem iussisset* (quod erat ritum Macedonico sanctissimum coeuntium pignus) cum gladio disiectum uterque libasset; matrimonio iunxit sibi, è captiva geniturus, qui victoribus imperaret. Afferit etiam Plutarch. in *Alexandr.*

22. Cum uxor Darij ita pulchra, ut illam nulla ætatis suæ formâ femina vinceret, ut testatur Curt. 3. *cap. 12.* Nihilominus Arrian. *lib. 4. cap. 3.* Rhoxanen nondubiè præponit. *Oxyartes Sacis* (seu ut vocat Curt. 8. *cap. 4.* *Cohortanus*) præerat. Barbarâ opulentia convivium (inquit) quo Regem accipiebat, instruxerat. Id cum multâ comitate celebraret; introduci triginta nobiles virgines iussit, inter quas erat filia ipsius Rhoxane nomine, eximia corporis specie, & decore habitus in barbaris raro: quæ quamquam inter electas processerat; omnium tamen oculos convertit in se: maximè Regis, minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortuna, contra quam non satis cauta mortalitas est. Itaque ille, qui uxorem Darij, qui duas filias virgines, quibus forma præter Rhoxanen comparari nulla poterat, haud alio animo, quàm parentis adspexerat; tunc in amorem virgunculæ, si regia stirpi compararetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret: Ad stabilendum regnum: pertinere Persas & Macedonas connubio iungi. Ita consiliû placuit; ut non solum sibi, sed amicis secum connubia celebrando conciliaret. Fastum & luxum describit Ælianus. Erant autem qui uxores ducerent (pingit, 8. *Var. histor. cap. 7.*) nonaginta, totidemque thalami. Locus verò in quo convivio recipiebantur, & accumbebant, centum habebat mensas, quarum unaqueque argenteis pedibus nitebatur, ipsius verò aureis: & omnes purpureis stragulis ornata, variâque veste textura barbaricæ & pretiosissime. Recepit etiam in convivium peregrinos hospites; quos sibi è regione accum-

bere iussit. In aula verò conviula agitabant copia pedestres & navales, equites, legati & peregrini Graci. Ante cœnam tubis dabatur signum, quo convocarentur, si ad mensam veniendi tempus esset: alterum verò quo surgerent, si discedendum ab epulis esset. Quinque dies integros & continuos ordine nuptiales epulas celebravit. Advenerunt etiam Musici & histriones tam Comici, quàm Tragici permulti ex India; quod genus reliquis ferè caterarum nationum præstare videbatur.

Rhoxanes tanta felicitas miserè ruit crudelitate Cassandri. Primò post Olympiadis necem, illam cum filio, quem pepererat ex Alexandro, clausit Amphipoli, sublato regio cultu: post matrem & filium veneno sustulit. Pausaniâs, *cap. 287.* Turfellin. *ann. V. C. 438.* de quo egimus 3. *Januar. n. 16.*

23. Quinto decimo die Phamenoth, inter Ægyptios apothoeosis Asclepij & templum dicatum. *K. Ægypt.* Non hic Asclepius ad quem sæpe scripsit Hermes Trismegistus, cuius habemus libellum, de *Natura Deor.* interprete Apuleio, sed avus eius, qui floruit inter Ægyptiorum Mystas insigni eruditione, nutritus intra adyta hierodoxæ. Hermes de illo dixit, quod vel nepos dubitavit. *Minus autem miranda, & si miranda sunt* (inquit) *quæ de hominè dicta sunt. Omnium mirabilem vincit admirationem; quod homo divinam potuit invenire naturam, eamque efficere.* Docet quomodò dæmones possint introduci in imagines, ut sint loquaces, ut fuscè egi, *Tom. 6. Tautolog. 6. à n. 16.* subditque: *Avus enim tuus ò Asclepi, medicina primus inventor, cui templum consecratum est in monte Libyæ circa litus Crocodilorum; in quo eius iacet mundanus homo (idest, corpus) reliquus enim, vel potius totus, si est homo totus in sensu vitæ melior, remeavit in cælum; omnia etiam nunc adiumenta hominibus præstans infirmis Numine suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Omnes mortales, undique venientes adiuvat atque conservat. Risit Asclepius, eique dixit: Trismegiste, Horum Deorum, qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas? Tunc ille buccifluus: O Asclepi! Constat herbis & lapidibus, de aromatibus, vim divinam naturalem in se habentibus: & propter hanc causam, sacrificijs obsecrantur; hymnis, laudibus & dulcissimis sonis, in modum cœlestis harmoniæ concinnentibus; ut istud, quod cœleste est, cœlesti usu & frequentatione illectum, in idola possit latum humanitas patiens longa durare per tempora. Sic Deorum fictor est homo. Io! Elucet quomodò homo per illum fatuè in Nupen mutatus; & quod insignis*

Alexander ducit Rhoxanen.

Ritus convivij.

Rhoxane speciosissima.

Luxus nuptiarum.

Rhoxane ex felicitate infelix.

Templum & apothoeosis Asclepij.

Mercurius Trismegistus Magus.

gnis Magus, qui divinus extollitur Trismegistus.

Feralia.

24 Inter Iaponios hac die *Feralia* Dijs Manibus, quæ usque in hodiernum tempus perseverat. *Die 15. Iaponij mensam mortuo ponunt, fessa cæli itinere, redeuntique ad vires & viaticum comparandum.* Smetius, in *Fastis*. Vide diem 19.

DIES XVI. FEBRUAR.

XIV. K.

1 **G**Rad. 26. Solis in *Aquario*. Fustus. Dariot. sed vehementiores venti. Ovid. v. 453.

Orta dies fuerit, tu desine credere ventis:

Perdidit illius temporis aura fidem.

Ovid.

Flamina non constant, & sex reserata diebus Carceris Æolij ianua lata patet.

Septentrio flat cum Austro. Sol novus. Ptolom. *Fons fluens in monte magno.* Sphær. Arab. Sub huius gradus influxu, qui nati, agricolæ, vitæ longævæ. Firmic.

2 Tempus enim plagarum (etiam à Seder-Olam, cap. 5. n. 1. & Genebr. Ann. 2709. & Psalm. 104. notetur per annum integrum) ex contextu claret fuisse tantum mensem Lunarem præter propter, uti observat Perer. in *Exod.* 7. disput. 12. num. 69. A prima plaga usque in secundam transierunt dies 7. *Exod.* 7. 25. die octavo ascenderunt ranæ de Nilo, quæ ablatæ die nono. Ibid. à v. 10. cap. 8. Die decimo immisi sunt ciniphes. Ibid. v. 17. Die duodecimo Moyses minatus est muscas, die sequenti immisit, & tertiodecimo removit. Ibid. à v. 20. Die decimoquarto minatus est quintam pestis plagam, & die sequenti infixit: cap. 9. à v. 5. Die decimo sexto immittitur plaga sexta ulcerum: à v. 9. Die decimo septimo prænunciat plagam septimam, scilicet tonitrua, fulmina & grandinem, insignitur die sequenti, & decimo nono tollitur: ibid. à v. 23. Die vigesimo similiter minatur octavam plagam locustarum: insignitur seq. die, & die vigesimo secundo removetur: cap. 10. à v. 4. Tribus seq. diebus durarunt tenebræ, nona plaga: à v. 21. Die vigesimo sexto Pharaò à se expulit Moysem, & mediâ nocte huius diei, Luna 14. in Mense Nisan; postquam filij Israël fecerunt Phasæ; decima inflicta plaga, cædes scilicet primogenitorum: Ibid. à v. 28. & cap. 12. à v. 29. Constat ergo mensem duntaxat Lunarem consumptum in Ægypti & Regis flagellatione. Vide Lorin. in *Psalm.* 104. v. 35. Alap. & Bonfrer. in *Exod.* locis cit. Immissa est hac die plaga prima, verso in sanguinem Nilo. Perer. d. *Mortui*

Tempus plagarum Ægypti.

Plaga 1.

Tom. I. Ephemer.

sunt pisces. *Exod.* 7. 27. quia aquæ non tantum colorem, sed conditionem habebant sanguinis: percussusque est primò Nilus, ut Ægyptij agnoscerent esse flumen, & non Numen. Plin. lib. 8. cap. 48. & Solin. cap. 35. Claret etiam *Isai.* 19. 5. & *Ezech.* 29. à 2. Alia videfis apud Alapid. *Exod.* 7. 19.

3 Hoc plagarum Ægypti tempore, ut inquit Iul. African. lib. 3. *Annal.* & Euseb. lib. 10. *Prepar. Evangel.* cap. 3. fuit diluvium Ogygis, quo Attica vastata. Orosius 1. *Histor.* cap. 9. & 10. diluvium assignat Deucalionis. Impugnatur à Perer. loc. cit. n. 67. & in *Genes.* lib. 12. de *Histor. Diluvij*, disput. 13. & 14. His plena theatra Græca & Latina. Apud AA. non infimi subfellij invenitur diluvium Ogygis præcessisse Deucalionis 248. ann. de quo Briet. Ann. 2292. 2540. & Petav. *Ration. tempor.* p. 1. lib. 5. & 7. quapropter Ogygis tempore Ioseph signavimus d. 6. *Januar.* 3. A Deucalione dicitur dicatû Athenis templum Iovi Olympio, quia in Olympo monte servatus ab aquis. In hoc templo, Deucalionis videtur sepulchrum. Pausan. cap. 16. qui 17. subdit: *Bibliotheca est in eodem templo & gymnasium Adriani cognomento, in quo columnarum centum è Libycis lapidicinis. Tunc Peloria instituta, sic dicta quæ Saturnalia, à Peloro quodam, eò quod primus nunciasset, præruptis terræ motu montibus, effusas stagnantes prius in Thessalia aquas, renudatosque spatiosissimos campos.* Rhodigin. lib. 13. cap. 23. Vid. 17. *Decembr.* Haud cessant fabulæ.

Diluvium Ogygis & Deucalionis.

Jupiter Olympius.

Peloria.

Æstate anni proximi ad Deucalionis diluvium, ita aer incaluit, ut silvæ passim, atque messes incendia conciperent; unde fictum incendium Phaethontis. Vid. Natal. Com. lib. 6. *Mythol.* cap. 1. & lib. 8. cap. 18. Briet. d. Addit Orosius loc. cit. *His etiam* *temporibus adeo iugis & gravis æstus incanduit, ut Sol per devia transvectus univertsum orbem non calore affectis, sed igne dicatur: impressumque fervorem, & Æthiops plus solito & insolitum Scythæ non tulerit.* Refert etiam Perer. loc. cit. n. 67. Nesciam quis à quo sumpsit delirium, quod paulò aliter somniavit Galleottus Martius, uti videbimus 14. *Mart.* n. 4. Incendio Phaethontis fictum etiam Pyrenes montes flagrasse (alii dicunt, cælo tactos, vel à pastoribus ignem subiectum) è quorum incendio magna auri & argenti liquati copia. Alph. Sanctius de *Reb. Hisp.* lib. 1. cap. 11. & Ferreras 1. p. *Synops. Histor. Chronolog. Hispan.* Turrin. Chron. cap. 27. signat ann. 78. vitæ Moyses. Fictum inter Priscos Pyrenen fuisse fictam Bebrycis Regis illorû montium, quam

Phaethontis incendium.

Pyrenes incendium.

Pyrene nympha.

adamavit Hercules in Hispaniam transiens, ibique fato functam, sepultam ab ipso fuisse in cacumine, de qua mons, Pyrenes dictus, eò quòd ipsa Pyrene vocaretur. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 1. Gyraldus verò aliter refert. *Hercules* (ait in eo, n.6.) *Regis filiam ut vidit, amore arsit. Illa fugit, in avia & solitaria loca sese occultans, quòd à feris infelix laniatur: sicque perquirens, eam invenit amasius: cuius membra atque ossa colligens, in montis vertice sepelivit; quem & à puella nomine Pyrenem vocavit.*

4. Hic dies famigeratus ob natalem Salomonis post duos ferè nos à lapsu Bethsabee, ann. 17. regni David. Reuclin. ex 2. *Reg.* 12. 24. De eius nativitate & alijs prærogativis, vid. Pined. de *Rebus Salom.* lib. 1. à cap. 1. & Rabbini apud Abulens. in 2. *Reg.* 12. *quæst.* 24. fingunt, Bethsabee terrore ex morte filij primi, & quia audierat, posteriores simili plagà è vitâ cecidisse, tenuisse de Davide concipere. Hic tunc consolatus est eam, divinum oraculum exponens, scilicet, filium ex illa signatum à Deo, ut templum ædificaret: quare ut crederet, iuravit illi, fore successorem in imperio. *Salomon* vocatus est, idest, *Pacificus*: & etiam à Nathan, cuius directioni traditus, *Idida*, hoc est, *Amabilis Deo*.

5. Elapsis à nativitate Salomonis iuxta Briet. ann. 910. accidit Ionathæ captivitas à Tryphone, cupiente Regem à se pro Nicatore electum, de medio tollere, ut referendum, 3. *Mart.* n.5. Perfidè interceptus est decimo sexto *Adar*, ait Rauclin. ex 1. *Machab.* 12. à 39. In mortis Ionathæ cogitationem tyrannus incidit propter ambitionem: & nullum alium cogitavit conatui posse obsistere præter Ionatham, Hebræorù Principem, Antiochi pueri amicum & socium, pacisquæ fidelem: quapropter illo occiso, sese in folio Regum Syriæ collocandum ullo absque obice præsumpsit: igitur ad nutum habebat, uti copiarum imperator, totum exercitum. Nicatorem è Throno expulsum post cladem (de qua loc. cit.) nihili fecit, quoniam & Ionathas eius Duces superaverat (ibid. n.7.) & ut adscriberet militem recesserat in Ciliciam.

6. Aliam causam ante tempus exponit Iosephus lib. 13. *Antiq.* cap. 9. Iners quasi nihil è Syriæ regno amisisset, Nicator vagabatur per Ciliciam. *Itaque cum ab imperio eius passim civitates defecissent, ad abolendam segnitie maculam, bellum Partibus inferre statuit; sed captus, Ita Iustinus, Hæstor. lib. 36. Huius inhaeret Iosephus, subditque: Demetrius tradito Elybrati, pervenit in*

*Mesopotamiam, volens hanc & Babylonem simul occupare; ut potitus superioribus Satriapijs, sedem belli ibi constitueret. Vocatur enim per crebras legationes ab eorum locorum Græcis & Macedonibus, pollicentibus deditioem, si veniret. Qua spe accensus properavit; cogitans si res adversus Partbos cessissent prosperè, facile se deinde exturbaturum Tryphonem è regno Syria. Ut verò magnà alacritate exceptus est, collecto valida exercitâ, bellum Arsact intulit; & superatus praelio, amissoque exercitu, ipse vivus in potestatem hostium venit. Tryphon autem (subdit, cap. 10.) cognitâ calamitate Demetrii, non amplius fidus erat Antiocho; sed cogitabat, quomam pacto, regnum posset ipse invadere: nec aliud mains videbatur obstare eius cupiditati, quàm Ionathas amicus Antiocho. Iosephus mavult Ethnicos sequi, quàm Scripturam, quæ articulum refert expeditionis Nicatoris post mortem Ionathæ, & triennium; sub Duce & summo Sacerdote Simone. 1. *Machab.* 14. à 1. Quinimò ipsemet Iosephus dicit: *Si res adversus Partbos cessissent prosperè, facile se deinde exturbaturum Tryphonem è regno Syria.* Si ut Rex fieret clade usus & captivitate Demetrii, ut asserit, simulque interitu Ionathæ, perperam exturbaturus Tryphonem è regno, necdùm obtento.*

7. Ante captivitatem Demetrii & Ionathæ, decrevit puerulum Antiochum tolleres quod ut facile posset, cogitavit necessarium Ionathæ interitum. Ad votum ex Antiochia descendit in Scythopolim, olim *Bethsan*, in cuius muris cadavera Saul & filiorum eius suspensa à Philisthæis, de qua Adrichom. in 1. *Manasse*, n. 13. Affuit invitatus Ionathas cum quadraginta bellatorum millibus: quibus perterritus Tryphon, eum dolo perdere statuit; quia viribus non valebat. Suadet igitur Machabæum, exercitum dimittere; & paucis militibus descendere Ptolemaidem, quam illi ut principaretur, traditurus. Incautè assensit Ionathas, & cum mille socijs, Tryphone comite, ingreditur urbem. Statim clausis portis datur in vincula, & mille viri socij iugulati sunt. Ibid. cap. 11. à 40. Petr. Comest. hic cap. 12. Genebrardus, *Ann.* 3966. Adrichom. 3824. Salian. Turfellin. 3910. Tornielius, ann. seq. à num. 1. Ioseph. d. & Petav. 1. *Rationar. tempor.* p. lib. 4. cap. 10. simulque Expositores sacri, loc. præfat.

8. Ut liberari possit ab ultione perfidiæ, & proposito etiam invadendi Ierusalem; Tryphon copiosum congregavit exercitum: ac Simon frater eius oppositus tyran-

Nicator Partbos bello la cessit, sed captus

Tryphon regnum Syria amittit.

Ionathas captus à Tryphone.

Simon Dux
& Summus
Præfex sus-
ficitur pro
Ionatha.

anni malignitati, nunciavit eius perfidiam, sese offerens, ut cæteri fratres in civium protectionem vel periculo vitæ. Tunc Ierosolymis Synagoga cum universo populo elegerunt Ducem pro Ionatha victo; qui statim resectis muris urbis, misit exercitum novum in Ioppen. Ibid. cap. 13. à 1. Capto Ionatha placet Saliano, Brietio & Torniello, Ierosolymitanos scripsisse Iudæis, qui erant in Ægypto tam calamitatem ex vinculis Ducis, quam solemnitate purificationis templi celebrandam, 25. Novembr. cuius epistolæ mentio fit, & etiam anni, 2. Machab. 1. à 7. Aristobulus cui epistola secunda, post primam annis novem, scripta fuit; haud est Aristobulus Priscus, sed insignis Rabbini tempore Ptolomei Lathuri. Priscus fuit Philosophus Peripateticus, qui floruit sub Philometore. Huius hortatu Aristobulus, insignis Hebræorum Philosophus, in Moysen commentarios edit. Ad eundem librum de Membris Dei scripsit. Fuit Regis preceptor. Genebrard. Ann. 3928. Sumpsit profectò ex Eusebio in Chron. Clement. Alexandr. 5. Stromat. cap. 1. & Rabano.

Aristobulus
Priscus,
quis?

9 Ann. 31. Christi. in monte Diaboli vel Quarantana (de quo Adrichom. in Benjamin, n. 96.) postquam 40. diebus cum noctibus ieiunasset; esuriens, variè tentatur à diabolo, qui victus recessit, & victori ministrant Angeli. Marian. Vid. pridie, n. 9. Differentia in AA. quia dicunt è Iordane die sexto, & alij, septimo ut ieiunaret, in montem recessisse. Sic vel sic, hac in die diaboli haud intrusum certamen, ut dicemus postridie, n. 10. nec consummatum erat ieiunium, quod vel in sententia Alapide Chronot. n. 10. incæpit die 7. Hic ergo dies fuit ultimus, & ieiunij quadragesimus. Tirin. in Chronic. cap. 49. signat è monte transitum eius in Galilæam: & incæptâ prædicatione, dixisse: Ignem veni mittere in terram. Calixt. Placentin. Meo iudicio, duntaxat est cogitatio.

Christi gesta.

Eius ieiunij
dies XL.

10 Romæ, Ludi Megalenses, seu Festa Megalesia. Modius in Pandect. triumphalib. Tom. 1. lib. 3. cap. 18. Dum festa sacraque Iunoni, cæcè fallitur; eò quòd ludi Megaliaci ferè in honorem Magnæ-Matris, ut astitit Iulius Cæsar Bulenger, de Circo Roman. cap. 8. Falsum utique, ni per Megalenses, ludi intelligantur augusti, & solemnissimi singulari apparatu & sumptu; uti in hac die celebravit Fur. Camillus per templum dedicatum, imaginemque Iunonis Reginæ ex Veijs translata in Aventinum, ut voverat ei, cum urbem expugnaret; uti diximus, die 13. n. 21. Diruta urbe, simulacrum

Ludi Megalenses.

Iuno Regina.

Tom. I. Ephem.

Iunonis transferre Romam (ait in Camilla Plutarch.) uti voverat, statuit: eamque ad rem conductis fabris, ipse sacra Dea fecit; precatuque est, ut studium suum probaret, Romanisque propitiâ cum alijs ibi habitantibus Dijs esse vellet. Simulacrum verò Deæ, aiunt, velle se, atque assentiri respondisse; ac libenter Romam sequi. Sed qui id miraculum accidisse contendunt; magno argumento habent fortunam urbis, quæ à parvo & vilis initio ad tantam gloriam ac potentiam sine Numinis presentia, sæpe & cum miraculo sese ascendente, nullo modo pervenire potuerit.

Eius simulacrum locutum.

11 Nec minus voluntarius (inquit Valer. Maxim. 1. cap. 8. n. 3.) Iunonis in Urbem nostram transitus. Captis à Furio Camillo Veijs, milites iussu Imperatoris simulacrum Iunonis, quod ibi præcipuâ religione cultum erat, in urbem translaturi, sede sua movere conabantur: quorum ab uno per iocum interrogatâ Dea, An Romam migrare vellet? Velle se, respondit. Hac voce auditâ, iussus in admirationem versus est: iamque non simulacrum, sed ipsam cælo Iunonem petitam, portare se credentes; læti in ea parte montis Aventini, in qua nunc templum eius cernimus, collocaverunt. Aprius, ne mentiat, refert Livius, 5. à sect. 65. Cum iam humana opes asportata egestaque à Veijs essent, amoliri tum Deum dona ipsosque Deos; sed colentium magis, quam rapientium modo, cœpere: namque delecti ex omni exercitu iuvenes, purè lotis corporibus, candidâ veste, quibus deportanda Romam Regina Iuno assignata erat, venerabundi templum inire primo religiosè admoventes manus; quod id signum more Etrusco, nisi certæ gentis sacerdos atrectare non esset solitum. Deinde cum quidam, seu spiritu divino tactus, seu iuvenili ioco, Visne Romam ire, Iuno? dixisset; annuisse cæteri Deum conclamaverunt. Inde fabulæ adiectum est, vocem quoque dicentis: Velle, auditam. Motam certè sede sua parvi molimenti adminiculis, sequendo modo, accepimus levem ac facilem translata fuisse; integramque in Aventinum Sine pondere eternam sedem suam, quò vota Romani Diestatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei postea idem qui voverat Camillus dedicavit. Eundem situm imagini assignat Plutarch. d. Marlian. cap. 75. Alexandr. Neapol. 6. cap. 11. in Region. 13. P. Victor, Panvin. & Rosin. 1. cap. 14.

12 Iuno Regina vocatur à Livio: à Valer. Maximo, & Marlian. d. Iuno Moneta: huiusque simulacrum cum æde in Capitolio fuisse, ipse Livius refert lib. 7. sect. 84.

Cur si Regina, dicitur Iuno admetta?

Dubium delicat Steph. Pighius in *Annotat. ad Valer. loc. cit. n. 3.* Dicta Iuno Moneta à monendo, ut dicemus, 1. *Iun.* Unde quodlibet loquens simulacrum gaudebat hoc titulo: quo *Moneta* indigitatur, quæ Regina Iuno; quoniam Romanis locuta est, sicut aliud simulacrum Capitolij; quippe antiquam Galli Romam venirent, audita vox ex arce Capitolina ab æde Iunonis; uti refert Cicer. 1. de *Divinat.* Ipse enim Livius, *ibid. sect. 67.* subdit: *Camillus tum Iunoni Reginae templum in Aventino locavit dedicavitque Matutæ Matri.* Alexandr. Neapolitan. 6. cap. 4. distinguit. *Prima* (ait) *Iunonis ades à Camillo dicata est in Aventino, quæ cæteris longè multumque præstitit, ad quam simulacrum Iunonis Veientana allatum memorant, quam Reginam nominatam volunt. Altera, in Capitolio iuxta quam sacri anseres pascebantur, quæ & Regina dicta est. Tertia in arce, cognomento Moneta.* Miraculum locutionis iteravit collocacione matronarum, ut videbimus infra. Haud dicamus miraculum, sed infatuaris crebris embolijis dæmonis fucum; sicut quod nullius ponderis esset simulacrum, cum Romam deportaretur; ut somniavit Porphirius.

13 Dedicacionem refert Tit. Liv. ubi supra, *sect. 92.* *Creati Coss. L. Valerius & M. Manilius, cui Capitolino postea fuit cognomen. Hi Consules* (ait) *Magnos ludos fecere, quos M. Furius Dictator voverat Veienti bello. Eodem anno ades Iunonis Reginae, ab eodem Dictatore eodemque bello vota, dedicatur: celebratamque dedicationem ingenti Matronarum studio, tradunt.* Etiam tradunt, simulacrum respondisse obsequio: igitur postquam in throno à Matronis sita, illis dixit: *Benè collocastis;* quasi non sufficeret, finxisse in dedicatione Fortunæ Muliebris (de qua 14. *Iul.*) ut ridet Plutarchus, qui de articulo in *Coriolan.* iurè ait: *Bis auditam hanc vocem, ij perhibent: sanè infestis similia, & creditu difficilia nobis persuadere conantes.* Iuno Regina dicta, quippe Diva Dearum. Unde illa:

Virgil. *Ego que Divum incedo Regina, Iovisque Et soror & coniux.*

Regia Iunonis. Virgil. 1. *Aneid. v. 50.* & Senec. in *Hercul. furent. v. 1.* Illi seorsim à Iove data Regia, palatiaque. *Hecærgon: tabulas eneas ex Hyperboreis attulisse, quibus contineretur; in corporis solutione anima sub terram migrare, locum, in quo Iunonis sit regia, non Iovis aula angustior.* C. Rhodig. 10. cap. 12.

Iuno Vidua. Extra cælum procul Iove vivebat. Profectò divortium fecerat; qua de causa culta titulo Iunonis Viduæ. *Divortio à Iove factò*

(inquit Pausan. cap. 253.) *cum Stympbalum se recepisset, Viduam se appellasse.* Signat unde tanta Iunoni maiestas in *Dea Syria* Lucian. *Iuno est, si propius contempleris: haud quaquam unius speciei formam præ se fert: nam in universum quidem, quod verè dixeris, Iuno est; cæterum habet quipiam & Minervæ, & Veneris, & Lunæ & Rhecæ & Nemesis & Parcarum: altera quidem manu sceptrum tenet, altera colum, & in capite radios gerit, & turrim, & castum habet.* Adi Kircher. 1. *Oedip. Syntagm. 4. cap. 18.*

14 Quanti honoris duceretur simulacrum Iunonis Reginae, constat perspicuè ex maiestate pompæ; quam ex Livio describit Gyraldus, *Syntagm. 3. n. 15.* *Sacrum* (inquit) *Dea peractum. Ab æde Apollinis boves fœminæ duæ albæ portà Carmentali in Urbem ductæ. Post eas duo signa cupresseæ Iunonis Reginae portabantur* (semper dum in expiationem prodigiorum fiebat procuratio, effigies Iunonis Reginae fiebat ex cupresso. Pier. Valer. 52. cap. 7.) *Tum septem & viginti virgines longam induta vestem, carmen in Iunonem Reginam canentes, ibant; illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenijs, nunc abhorrens & inconditum, si referatur. Virginum ordinem sequebantur Decemviri, coronati laureâ, prætextatique. A porta Iugario vico in forum venere: in foro pompa constitit per manus veste datâ (de quo infra) virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes inceserunt. Inde vico Thufco per Boarium forum in vicum publicum atque ædem Iunonis Reginae perrectum. Ibi duæ hostiæ à Decemviris immolata, & simulacra cupresseæ in ædem illata. Idem astruunt Chartar. de *Imagin. pag. 16.* & Marlian. cap. 23.*

15 Tunc illi offerebatur peplum, teristrum seu velum pretiosum. Tiraquell. *leg. conaub. 10. n. 44.* Commendatio erat illius Numinis maiestatis, semper non posse videri. Unde ara ei dicata suspenso velo inter binas pyramides, supra quod aquila volans cum fulmine, & titulo Iunonis Reginae ex voto pro salute. Iacob. Boiffard. 3. p. *Antiq. Roman. pag. 128.* Hæc trica superstitionis; quapropter de cælo tactum simulacrum, ambussit velum, & quod colebatur ut portentum, apparuit lignum & usum. Pepli traditio à Matronis, & usus doni in pressura Urbis, refertur à Silio Italic. 7. de *Bell. Punic. à v. 76.*

Fœmineus matrum graditur chorus, ordine longo Iunoni pallam, conceptaque vota dicabat.

Hæc

Image Iunonis Reginae.

Pompa.

Peplum.

Templum dedicatum.

Iurè imago ibi locuta.

Hus ades ò Regina Deùm: gens casta pre-
catur,

Sil. Ital.

Et ferimus digno quæcūque est nomine turba
Ausonidum, pulebrumque, & acu subtegmi-
ne fulvo,

Quod nostra nevere manus, venerabile donū.
At dum decrefcit matrum metus; hoc tibi
Diva

Interea velamen erit: si pellere nostris
Marmaricam terris nubem dabis; omnis in
auro

Pressa tibi varia fulgebit gemma coronā.

Imago Iu-
nonis vela-
ta.

Hinc imago eius velata cum basta pura &
patera, adstante pavone. Congruum visum,
ut Regina Deorum in clientelam (imploran-
tes) acceptet. Hemelar. Numism. aur. Tabul.
22. & 38. Eodem habitu apud Græcos, ut
profert Goltz in Græcia, Tabul. 5. quò Non-
nius: Iuno Regina est (infit) velato capite
cum sceptro, ut aliquando in Romanis num-
mis videre est: frequentius tamen bastam
pavam & pateram gestat; ut ait Statius, 3.
Thebaid. v. 51.

Statius.

Sceptri fera Iunonis opem, reditumque suortū
Exposcunt.

Siccine imaginem Iunonis describit Char-
tar. d. pag. 120. & Fulgent. Placiad. 2. My-
tholog. n. 4. quem sequitur Albricus, de Deor.
imagin. n. 11. De Iunonis corona, diximus,
2. Ianuar. 13. Vid. Pausan. cap. 59.

16 Sacra Delphis Apollini Hyperbo-
reo. K. G. Dicitur etiam Pythius inter Cro-
toniatas (ait Ælian. 2. Var. histor. cap. 26.)
quod aliquando eodem die, eademque hora
visus sit à multis in Metapontio & Crotone
in certamine; ubi Pythagoras alterum femur
aureum ostendit. Idem asserit Bulenger. de
Oraculis, cap. 6. Hunc in Scythia colunt im-
pensè Agathyrsi, oracula observantes. Ser-
vius in illud Virgil. 4. Æneid. v. 146. Pithi-
que Agathyrsi. Pythij nomine illustratur,
quia in Hyperboreos fugit, ob necem Py-
thonis post expiationem, Iovis mandato.
Gyrald. Syntagm. 7. num. 17. Hyginus textit
scenam ab ovo. Pytho terra filius (inquit
fabul. 140.) draco ingens. Hic ante Apollin-
em ex Oraculo in monte Parnasso responsa
dare solitus erat. Huic ex Latona partu in-
teritus fato futuras. Hoc cum Iuno rescijt;
facit, ut Latona ibi pareret, quò Sol non ac-
cederet. Pytho ut sensit, persequi Latonam
cepit, ut eam interficeret. At Latonam Io-
vis iussu ventus Aquilo ad Neptunum pertu-
lit, qui eam tutatus, & in insulam Ortygiam
detulit, quam fluctibus operuit: Quòd cum
Pytho eam non invenisset, Parnassum redit.

Serpens Py-
tho.

Tunc Neptunus, quam cooperuerat insulam
in aqua superficiem retulit; quæ postea De-

Unde Apollo
Pythius.

lus insula est appellata. Ibi Latona oleam te-
nens, parit Apollinem & Dianam, quibus
Vulcanus sagittas dedit donum, post diem
quartum quàm essent nati. Apollo matris
pœnas executus est; nam Parnassum venit,
& Pythoem sagittis interfecit. Inde Pythius
est dicitur, & ossa eius in cortinam (tripodem
ad Oraculum) coniecit, & in templo suo po-
suit, ludosque funebres ei fecit; qui ludi Py-
thia dicantur. Videbimus, 7. Maij.

Pythia ludi-
cra.

17 Hyperborei populi ad eos accessum
Solis (nil mirum, sunt in Aquilone) celebra-
runt; ita ut per Athenienses dona mitterent
in Delon (uti observat Ælian. 3. Var. histor.
cap. 1.) ubi Sol natus. Deinde, quia insigni-
ter ab Apolline dignati erant: igitur ad il-
los misit è Delphis templum, quod illi ob-
tulerunt apes ex melle cerâ atque pinnulis
compactum, dum primò Delphos accessit.
Pausan. cap. 321. & Nonnius in Goltz. Græ-
ciam, Tabul. 8. Hac de causa Apollinis cul-
tui maximoperè addicti, ut primitias ei di-
carent, & in Delos mitterent; uti dicemus,
7. Aprilis. De his populis fusè apud Virgi-
lij Scholiastas in illud, 3. Georg. v. 381. Ta-
lis Hyperboreo septem subiecta trioni. Rho-
digin. 16. cap. 22. Plin. 4. cap. 12. ait, multa
à multis de eis fabulosis celebrata miracu-
lis; & ipse fabulatur plus cunctis. Ibi cre-
duntur (subdit) esse cardines mundi, extre-
miquè siderum ambitus, semestri luce, & una
die ab æquinoctio verno in autumnum; non
ut imperiti dixerit, Solis averfi. Semel in an-
no solstitio oriuntur ijs Soles; brumâque se-
mel occidunt. Regio aprica, felici temperie,
omni afflatu noxio carens: domus ijs nemo-
ra, lucique & Deorum cultus viritum gre-
gatimque: discordia ignota, & agritudo
omnis, mors non nisi satietate vitæ. Astipu-
latur Ravif. Textor, 7. Officin. cap. 48. Fru-
gum primitias Apollini mittebant. Satiati
vitâ, indulgent epulis & voluptatibus: de-
nique ex quadam rupe in mare defiliunt.
Felix prorsum exitus!

Apollo misit
templū Hy-
perboreis.

Qui grati
Apollini.

Illoꝝ mo-
res, & insu-
le clima.

18 In mythica historia lib. 1. n. 92. Ita
blaterat Diod. Sicul. In Oceano insula, quam
Hyperborei incolunt: ita vocati, quòd Borea
vento sint remotiores. Solum hic optimum es-
se ac fructuosum; ac propterea bis in anno
messum fieri. Latonam hic natam fabulantur:
ideoque Apollini præ Dijs alijs cultum defer-
ri; & quia Deum hunc quotidie perpetua
laudum decantatione celebrent, summisque
prosequantur honoribus, homines illos velut
sacerdotes Apollinis esse perhibent. Lucus ibi
magnificus, & templum insigne rotundâ for-
mâ, donariisque multis exornatum. Urbs quo-
que Deo huius sacra: circum plerique cithari-
stæ,

Ibi nata
Ladona.

Ad insulam
desertam à
golis.

Et citharà
canit.

Imago.

Sacra.

Cycni can-
tes in eius
sacris.

Insignia A-
pollinis Hy-
perborei.

Horat.

Dicitur Con-
servator &
Tularis.

ste, quibus gesta Apollinis honorificè prædi-
centur. Lunam ex hac insula ita conspici, ut
parùm à terra distet, & terrestres quosdam
tumulos in facie representet. Deum Apollin-
em unde vigenis annis semel insulam adire;
quo spatio astrorum in pristina loca revolu-
tiones perficiantur. In hac Deum, apparitione
citharà psallere noctu & boreas agitare
continuè ab æquinoctio verno ad Pleiadum
usque exortum suorum se laudibus successuum
oblectantem, dicunt. Eius effigies, quasi Mu-
sarum choro præsidis, citharam inter Musas
tenentis & pulsantis. Pausan. cap. 107. &
263. Iconem videtis apud Kircher. in Obe-
lisc. Pampbil. lib. 3. cap. 12. Ampliora vi-
denda apud Solin. cap. 21. ibique Georg.
Draud. & Herodot. lib. 4. à n. 8.

19 Ut plus federet cordibus pro reli-
gione vanissima superstitio, mendacia orna-
bant credulis ampliore mendacio. Refert
Ælianus mira præstigia. Hyperboreorum gen-
tem (asserit, 11. de Histor. Animal. cap. 1.)
& Apollinis apud eos honores, non modò
Poeta, sed alij etiam Scriptores celebrant; &
inter alios Hecateus Abderita. Apollini sacri
sunt Borea & Chionis filij, tres numero fra-
tres, sex cubitorum proceritate. Hi cum so-
lemne sacrificium statò & præfinito tempore
peragunt; innumera Cycnorum examina è
Riphæis montibus advolant: qui ubi templum
volando circumvecti fuerint, & veluti lu-
straverint, in septum templi descendunt: quod
& spatio amplissimum, & specie pulcherrim-
um. Cum autem Cantores vernaculo eis
musica genere, & simul citharædi suavissi-
ma melodià Deum celebrant; cycni etiam ipsi
concinne accinunt, nec usquam absona aut
inepta voce aberrant, sed tanquam incita-
mentum & auspiciam cantus chorodidastalo
editum secuti, peritissimis carminum sacro-
rum decantatoribus consinunt. Hymno iam
perfecto volucris ille chorus decedit. Post-
quam solito sibi Dei celebrandi munere est
defunctus, ac divinos honores per totum au-
divit diem, simulque & ipse cantavit, &
oblectavit alios; avolat. Embolium insigne.
Imaginem præmisi Apollinis Hyperborei, 5.
Januar. n. 16.

20 Hoc in declarationem munerum
Apollinis intuitu, Romæ ornabatur phare-
tra & lyrà. Pharetrà, ut Pythius; lyrà, uti
Hyperboreus. Horatius, 1. Od. 21. à v. 10.
accinit:

Delon Apollinis:

Insignemque pharetram

Fraternaque humerum lyra.

Colebatur inter Romanos Hyperboreus ti-
tulo Apollinis Conservatoris. Idcirco eius

imago iuvenis pulchri, nudi, laurum dextrà
tenentis, sinistra citharam. Hemelar. Tabul.
Numism. 43. Lemma: Apollini Conservato-
ri: Apollini Salutari. Sub eodem titulo ipse
Tabul. seq. promit effigiem Apollinis figu-
rà & habitu Centauri, dextrà sphaerulam, si-
nistrà gubernaculum habentis. Per sphae-
ram signatur musica, quæ iuxta Pythago-
ram resultat cælestium motu sphaerarum,
Solique tenet gubernaculum tanquam mo-
tus ac musicae princeps, quo mundus regit-
ur, & unione contrariorum, quasi vocibus
ad consonantiam harmonicà dissonis. Clau-
dian. 4. Consul. Honor. à v. 65.

— Qui postquam rursus heriles
Agnovere sonos, redijt meliori magistro
Machina, concertusque poli.

21 Inter Ægyptios sacrum dictum La-
na Isidis & Mercurij. Ægypt. K. Nescio
quid esset, unde ariolari licet. Braun. 1. p.
de Vestit. Sacerdot. Hebræor. cap. 9. n. 14.
inquit: Tempore Amonis & Osiridis factum
est, ut Mercurius oves Amonis palps, &
mollitie lana delectatus; floccum traheret &
torqueret: unde didicit, lanam posse torque-
ri in modum pbilyræ & neri, ut inde vestes
conficerentur, quod docuit Osiridem, aut Isi-
dem. Inde initium lanificij. Osiris ille est
ipse Mesraim, de quo Moyses, Genes. 10. Ideo-
que patrem dicitur habuisse Ammonem, quæ
& ipsissimus Cham merito creditur. At Ter-
tullian. de Pallio, cap. 3. Credo iam de ve-
stro (inquit) quod Ægyptij narrant. Èa tem-
pestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Ham-
mon evasit ovium dives; cum ipsis Mercu-
rium autumant fortè palpati arietis molli-
tie delectatum, deglubisse oveculam: dumque
pertentat, quod facilitas materia suadebat,
tractu prosequente filum eliquasse, & in ve-
stis pristina modum, quam pbilyræ tenui
vinxerat, texuisse. Tota historia profectò
mytica, quam ita hic num. 53. exponit Pa-
melius. Argivorum Rex Apis (ait) post dilu-
vium sub Ogige, teste Eusebio, in Chronic.
Iovis ex Niobe Inachi filià filius, postquam
fratri Agialeo id regni reliquisset; in Ægy-
ptum profectus, etiam Osiris nuncupatus est,
& post obitum Serapis. Hac igitur tempe-
state cum ad illum venisset Ammon ovium
pastor (idem qui Iovi Ammoni templum ex-
truxit) Mercurium lanificij auctorem fuisse,
credunt. Quod confirmat Plin. 7. cap. 56.
dum Ægyptijs textilia, Arachnae linum &
retia attribuit, alij Minervæ. Videtis Ovid.
6. Metamorph. à fab. 1. Iurè celebrabatur
institutum, dum fœminis maximè otiosis,
exponebatur commodum naturaleque exer-
citiū.

Imaginem

Claudian.

Lana Isidis
& Mercurij.

Lanificium
unde?

Mercurius
Trismegi-
stus, Apis
qui Serapis.

Templi Io-
vis Ammo-
nis.

Adonia pri-
sca.

22. In Syria Adonia, ex quibus Lacedæmoniorum, ut videbimus 15. Iul. dicta Adonia Antiqua & Prisca; eò quòd à primis sæculis in Syria instituta, etiam sub titulo Thamuz. De fabula Veneris & Adonidis loquuntur Ovid. 10. *Metamorph.* fab. 12. Natal. Comès, 5. *Mytholog.* cap. 16. Gyrard. *Syntagm.* 13. à n. 45. Hygin. & Pausanias. Duos fuisse Adonides, alterum Biblum, alterum Cyprium; AA. præfati dicunt, & suffragatur Cœl. Rhodigin. 29. cap. 18. De Cyprio arbitror instituta Adonia Athenis, eò quòd proxima Cyprus. De Biblio apud Libanum. Unde Adonidem vocarunt Chamum; alij Cadmum, extensâ superstitutione usque in Ægyptios & Assyrios. Ab Hebræis Adonis dictus Thamuz, vel *Thamus*, ut placet Hieronym. in *Ezechiei*, 8. cuius sacra ab ipsis celebrata, uti ibid. constat; nosque dicemus loc. cit. Fabula promittit Adonidem Veneris fuisse amasium, qui occisus ab apro, cuiusque calamitatem planxit Venus ut cognovit, illiusque cadaver inter lactucas locavit: quis revixit, & Venus post cum exultatione recepit. Alij exponunt physiologicè de Sole, ut Macrobius & Fulgentius Placiades lib. 3. *Mytholog.* n. 8. Pontan. *Uran.* 1. accinit:

*Terra etenim Solem queritur deserta cadentè
Invidit, quem tristis hyems, qui sævior apri
Horret vana gelu facies, ut plurimus imber
Grine manet geminos, & cum malè contulit
armos:*

*At veluti virgo absenti cum sola marito
Suspirat sterilem læto traducere vitam,
Illius expectans complexus anxia charos,
Cum gravidos aperitq; sinus & terra relaxat
Spiramenta, novas veniat quo succus in her-
bas,*

*Diglomeratque nives & grandine verberat
auras.*

*Nã cum Sol rebus præsit pater ipse creandis,
Ut sese ad Manes bruma sub frigore transit.
Tunc tellus viduat a sulcos oblimat in alvo,
Et tandem complexa suam latatur Adonim.*

23 Ita Mythologi. Sed sicut Cœl. Gregorius in *Observationib.* Hortos Adonidis (quos Ethnici Elysios dixerunt) cogitavit per vocem *Edem* vel *Adon* allusione ad paradysum vocatos (sicut in toto opere describit sacra nomina variata à Gentibus in Ethnica figmenta) non aliter Iacob. Bolduc, 3. de *Oggio Christian.* cap. 7. retorquere satagit historiam Iob, in fabulam Adonidis, maxime quia Adonis Hebraicè dicitur *Thamuz*. Nescio an ratiocinium dicam, delirium vel enthusiastium cogitationis vagæ & vagabundæ. Sub *Adonidis figmento* (inquit) la-

*tet historia famosissimi in tota Asia viri An intelli-
Iob, sub nomine Thamuz, quod importat gendus Iob-
Perfectus Huz, iuxta illud: Et erat vir ille bus ex fa-
perfectus. Iste ergo Thamuz, cum esset iu- bula Ado-
venis pulcher erat valdè: idest, Iob primis nidis
sue vite annis in temporali perfecta prosperitate vivebat; sed apri dente occisus est, satana suis dicerijs Deum provocante, omnes cum filijs & sanitate corporali suas amisit opes, & ad nihilum redactus est, ac si esset mortuus. Inter lactucæ folia sepultus est: quia mansit abscondus in medijs suis calamitatibus. Plaxit eum Venus amare, idest eius amici; per quem planctum revixit Thamuz, & Venus hilariter eum excepit. Iob cum electa filiorum & filiarum sobole, duplo quam prius dives effectus est. Post mortem festiva huius vicissitudinis memoria celebrata est à vicinijs Sidonijs quotannis cum planctu, & etiam cum gaudio ex resurrectione: quem ritum sensim diabolus mille nenijs & superstitionibus vitiaovit. Iò triumphe!*

24 Haud fabulæ accommoda apodosis, cum uxor Iobi ei in tanta calamitate ac vulnere apri diaboli, dixerit: *Benedic Deum, & morere*; cum Venus ut succurreret Adonidi per spinas ambulaverit, ut propèraret ad amasium faucium: unde contigit, quòd pede spiculo rosæ puncto, sanguinem elicuerit, quo ex tunc rosa quæ pridem albicantis coloris, mutaretur in purpureum. Videbimus, 1. *April.* n. 7. Aliam signabimus fabulam inter Hebræos (de Sacerdote militiæ cœli, nomine *Thamuz*, cuius fatum cuncta Numina fleverunt) 5. *August.* n. 4.

Rosæ color
mutatus.

DIES XVII. FEBRUAR.

10 **G** Rad. 27. *Aquarij*, etfi ab O. XIII. K.
vid. v. 457. signetur Sol in

Piscibus.

Iam levis obliqua subsedit Aquarius urna:

Proximus equoreos excipe Piscis equos.

Favonij vel Austri cum grandine. Colum.

Extremum coxæ & caudæ Leonis vesperè

oritur. Iunctin. K. A. In huius gradus horoscopo qui nati, iuxta Iul. Firmicum, erunt hieroduli, templorum vigiles, mystæ & cantores, ac in sacrorum cæremonijs hymnos dicentes. *Virgo occidit iuxta Geminos. Pto-*

lom. Agemus Ifag. August. à n. 1. & die 21.

n. 1. Septembr. 1. 11. & 20. Imago apud

Ægyptios erat Ifidis scemellæ pulchræ sub

arbore, in cuius ramis hinc inde Canis &

Ibis residebant. R. Avenar. & Kircher. 2.

Oedip. p. 2. clas. 7. cap. 7. Domus multis se-

piibus circumdata. Sphæz. Arab.

Ovid.

Imago Vira-
ginis:

Fabula A-
donis.

Mythologia.

Iacob. Pon-
tall.

2 Hodie inter Hebræos traditur factum sacrificium ab Abelo & Caino. Bartoloc. in *Bibliothec. Rabbin.* Ratio, quippe *Genes. 4. 3.* dicitur *Factum post multos dies: id est, in fine dierum*, uti illi voluntariè exponunt. Unde ab illis cogitur finis anni, cuius initium in Nisan, seu Martio: quo fulcro nixus Alvarez. de Toledo, 2. de *Histor. Eccles.* cap. 17. cum à Tifri incipiat annum Hebraicum (uti dicit ibid. & *Disertat.* 3.) signat sacrificium in Augusto: sed utriusque non assentior. Vid. 26. *Iun.* n. 1. Sacrificium factum in monte Moria, asserit R. Eliezer, quæ cuncta mirabilia tribuit loco, quò post erectum templum Salomonis. Vid. *Tom. 5. T. 5. n. 29.*

3 Anno ab hinc 2228. iuxta Sallian. Briet. & Tornieil. iuxta Iosephum & Adrichom. 2138. Iacobus qui satur, estò Simeon in vinculis, nolebat cum cæteris in Ægyptum remittere Benjamin; cum esurire cum reliqua familia cœpit, nolens volens delicias suas abduci finit, tradito filiolo fidei Iudæ, nequaquam Rubeni, de quo iam Iacobus, licet filius nesciret, sciebat audaciam, quam proximus morti punivit, illum deponens ab honore primogeniti. Itineri se committunt die 19. & Memphim, ubi Ioseph, perveniunt die 29. Ibi videtis. Mittit cum illis munera, & duplicem pecuniam filio, quem Proregem Ægypti ignorabat; ut post subito ampliorem consolationem acciperet. *Genes. 43. à 1.*

4 Anno ab hinc 533. in sententia Turfelini & Briet. dies insignis Israël universo, Samsonis nativitate, conceptus 17. *Maij*, ut videbimus, n. 3. Eodem anno vidit lucem, quo obiit Abesân, iuxta Briet. *Ann. 2861.* & Tornieil. n. 1. Hic libertatis fortissimus vindex, circumciscus à matre dictus est *Samson*, id est, *Sol oriens* (1. *Reg. 12. 11. Badam*, Hebr. *Bedam*, q. d. Filius Dan; de quo vaticinatus Iacob, *Genes. 49. 17.*) tenebras servitutis in quibus natus, excussurus; vel quia ut Sol inter sidera gestis, futurum ut emicaret. *Samson Robustum significat: qui mox egregia animi ac corporis indole præditus; promisso capillitio, victusque sobrietate, ævinum nescio quid præ se ferebat.* Ioseph. 5. *Antiq.* cap. 10. Chrysostr. in *Ioann.* Homil. 18. nomen illi à Deo impositum sicut Isaac; astringit. Ex quo iam octo erunt, qui ante nativitatem nomen habuere; de quo 29. *Decembr.* n. 2. Leo Caltrius in *Isai.* 11. *Samson* asserit significare *Cælestem*. Talmudici in *Sutab.* cap. 1. *Scutum*. Hieronym. in *Oseam* præfat. & Isidor. de *Iudicib. Israël.* cap. 8. *Sol eius.* Augustin. in *Psal.* 80. *Sol*

ipforum. Serar. hîc. *quæst. 26. Sol parvulus* Crescente ætate gratia virtusque pueri magis eminebat, dignatus à Domino, cuius Spiritus ostensus primò in *Castris Dan;* uti dicitur, v. 25. Ubi *Castra-Dan;* & quare? 22. *August.* n. 2.

5 Quid sit huiusmodi impulsus à Spiritu, variè diffinitur à Rabbinis. Plerique asserunt esse spiritum prophetiæ, mirabilem eum inter contribules facientem. *Incepit prophetia illi ventre vice primâ:* ait Radak, ex illoque Villalpand. in *Ezech.* 41. lib. 4. cap. 16. & Talmudici in *Sutab.* Verùm cum inter illos doctior, qui plus mentitur, in *Perfuchi*, ijdem inquirunt: *Spiritus Prophetia, qui habitavit in Iacob, erat tinniens ante Samsonem, ut eum dirigeret, quod taret: quasi ante ipsum aliquod foret tintinnabulum.* In cunctis nugas agunt. Hoc erat *aliquod signum sensibile:* ait Caietan. hîc: quod cogitare possumus, ut exterius coram sodalibus singularia quædam ac egregia operaretur, ad quæ cæteri sine illo spiritu non valebant; & quæ in illa ætate & corpore iure arbitrabantur mira. Ita enim micabat, qui & quid futurus, parentibus iuxta promissa ab Angelo, expectantibus libertatem Israël. Unde ait Briet. *ann. 2880.* opus incepit Iudex Hebræorum constitutus à Deo; annò ætatis suæ vigesimo: principiumque fuit descensus in Thamnata, civitatem eius tribus, tunc occupatam à Philistæis; de qua Adrichom. in *Dan.* n. 58. Ioseph. d. ait: *Conventus tempore,* de quo 9. *August.* n. 2.

6 Ab hocine articulo, elapsis, 1067. annis, cum pij ægrè ferrent depositionem Oniæ Sancti à Summo Pontificatu, & pro illo simoniacè suffectum ab Antiocho Epiphane fratrem Iesum (qui in obsequium Græcorum se nominavit Iasonem) inter asseclas utriusque seditione ortâ; ab improbis cogitur, quòd è medio tollatur Onias, ut dissidium tolleretur. Præsensit Onias, impetratoque ab Antiocho asylo, secessit in Daphnem prope Antiochiam: hacque die illuc pervenisse, asserit Rauclinus. De hoc asylo plura apud Ethnicos. Vicus Daphne distabat ab Antiochia stadijs quadraginta. Strabo, *lib. 15.* unde à Dione, *lib. 51.* dicitur *Antiöchia suburbium.* Ibi lucus lauro confusus, & situs Græcè *Daphnone*, quasi lauretum. Unde quia speciem huius loci præ se ferebat, quem rigabat fons in tribu Neptali, dicitur *Daphne.* *Fons aquis abundantissimis Reblatham urbem irrigat* (inquit Adrichom. in *Neptal.* n. 39.) atque *instar celeberrimi ac deliciofi illius Daphnes Antiöchena suburbani actuti asyli, frequentissimis*

In quo spiritus eius emicuit, ut crescebat et tasset

Onias Sancti fugit in Daphnes asylum.

Est Daphne in Neptali.

sacrificium Abdi.

Iacobus asserit in Ægyptum miserere Benjamin.

Nascitur Samson.

In à Deo nomen impositum?

nis lauris & amantitate Inclutus est. Idem Hieronym. in *Ezechiel.* 47. 12. Ioseph. 4. de Bell. cap. 1. Mentio fit huius fontis apud Expositores in illud Numer. 34. 11. *Usque ad fontem Capbnim.*

meno: & Philostrato) *cupressis immensa proceritatis vestitus, aliisque multis arboribus variatus quarum ramorum & foliorum densitate (qua Solis radios ad solam usque terra minime penetrare sinit) velut tecto aut umbra, potius est circumfusus. Subter arbores autem terra pro tempore vicissitudine, alijs alijs succedentes stares cuiusque generis producit.* Graphycè Petron. in *Satyr. Carm. 24.* depingit: *Nobilis astitas platanus diffuderat umbras, Et circumtonsa trepidanti vertice pinus, Et bacis redimita Daphne, tremulaque cupressus:*

Templum Apollinis in Daphne asyllum.

7 Strabo quò nuper subdit: *Habitatio ibi & lucus ingens & opacus, fontanis aquis irriguus, in cuius medio est sanum & Asylum Apollinis, & Diana Delubrum; in quo Antiochenses finitimi festa celebrare consueverunt.* Lucum & templum extruxisse Antioch. Epiphanen, refert Ammian. Marcellin. *lib. 22.* ibique collocasse statuam Apollinis. Qua pompà ac apparatu illuc adivit præfatus Antiochus, quibus spectaculis & epulis celebravit dedicationem; videndum apud Athenzum, *lib. 5. & 10.* Lignum ex luco cædi sub capitis pœna prohibitum: etenim superstitione Ethnica arbitrabatur in folijs & aqua, quæ credebatur à Castalio fonte derivatà, vim vaticinandi inesse: imò ex statu auræque ab aqua adspirante auguria captabant, quoties oracula deficiebant; ut contigisse Adriano, de quo Ammian. Marcellin. in *Julian. & Sozomen. lib. 5. cap. 19.* *Antiochie aiunt Castalij fontis recludere scaturiginem Adrianum iussisse; eò quòd imperium prænuñciasset illi fontis aqua. Prodent enim eum folium lauri intingentem in fonte, haurisse futurorum cognitionem in folio scriptam: cumque ad imperium evectus esset, obstruxisse fontem; ne quis ex eo futura cognoscere posset.* Scholiastes in Gregor. Nazianzini *Stelit.* inquit: *Castalia potionem fatidicam, cui Apollo insidet.* Idem refert Suidas, Pausaniasque *cap. 324.* *Lilenses cum in Cephisis fontem patria quadam bellaria, & alia que sunt more maiorum tradita, statis quibusdam diebus quotannis porriciant; eadem in Castalia rursùm emergentia conspici dicunt.* Suidas d. asserit, statuam matris Helenæ collocasse Constantinum cum Augustali: idest, Tabernaculo; ut ait Quintilian. *lib. 8. cap. 2.* Ab Avidio Cræssodectetum, quòd siquis militum cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus discederet. Non solum locus Regibus Syriæ delictum, sed Romanis Imperatoribus, imò Persiæ Principibus; ut latè narrat Abraham. Ortelius in suo *Theatr. Icon. ult.*

Erexit & dedicavit Epiphanes.

Has inter ludebat aquis errantibus amnis Spumeus, & querulo versabat ore capillos. Dignus amore locus: testis silvester Aedon, Atque urbana Progne: qua, circum gramina fusa, Et molles violas cantu sua rura colebant. Hic plura & erudita compilat Anton. Gundisalv. de Salas.

Superstitiones.

8 Tempe sacra dicitur à Poëtis, quos congerit Ravif. Textor. Ovid. 1. *Metam.* fab. 10. v. 1. accinit: *Est nemo Antonia prærupta quod undique claudit*

9 Tota hæccine machina, molesque superba præter lucum, absumpta est penitus cœlitus fulmine tacta. Iulian. Apostata in *Misopogono*, asserit ministros verberatos affirmasse se vidisse fulmen in templum è cœlo vibratum. Alij flagrasse arte dæmonum: alij industriâ Christicolarum. Ammian. d. affirmat incuriâ sacrificialium factum; ex eò quòd non extinxerint ibi lumina apposita ab Asclepiade Philosopho in cultum cœlestis Veneris, gratiâ Iuliani Apostatæ; quippequàm hic propensè colebat. Alij videlicet apud Ortelium loc. cit. In hoc templum, tanquàm ad inviolabile asyllum confugit Sanctus Onias, ut tutò vivere possit ab improbis exlegibus sacerdotibus. Ubi supra, v. 33. Sed inde extractus dolo, sub Andronici gladio, & odio Menelai, infeliciter occubuit; ut videri licet 19. *Ianuar.* n. 5. Simonis Machabæi cædes. Reufner: *Vid. 8. Ianuar.* à n. 5.

Fons Castalius.

10 Hac in die ex monte Quarantana pervenit Iesus in Bethabaram, ubi Ioannes baptizabat; à quo designatus est ut filius Dei. Tempus dubium, etsi à multis signetur, referentibus diversis in temporibus baptismum Christi. Castell. In sententia Epiphaniij, de qua die 15. ultra processit tempus, antequàm discipulis monstraretur à Ioanne (Haud conveniunt testimonia.) Mariana in *Diar.* suffragatur Epiphanio, subdens: *Peracto ieiunio & victo diabolo, Christus in Galileam reversus, in Synagogis docendo, aliquod tempus consumpsit: nec enim otio se dedit miles Dei declaratus.* Totum coniectura est; sed inconcussum, non diebus

Ovid.

Silva, vocant Tempe; per qua Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. Locus est undique (infit Ortelius ex Sozom. Tom. I. Ephemer,

Delicta sa.

Petron;

Flagrantia fulmine.

Christi ge. sa.

prioribus sed in presenti die accessisse tentatorem, eumque N. Salvatorem vicisse. Dicit textus. *Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea e surripit: & accedens tentator;* &c. Matth. 4. 2: Si diebus præcedentibus fuisset, non esset postquam dies & noctes quadraginta ieiunij consummati, sed in ieiunij tempore; quod falsum est.

II Romæ, *Quirinalia*. Rosin. 4. cap. 6. Fallitur, quippe postridiè, ut signat Ovid. 2. *Fastor.* v. 475. *Parentalia Anniversaria* etiam celebrata, ait Reufner. ex V. K. Rom. & Beyerl. Si Fabijs facta arbitrantur, quorum cædes die 13. n. 18. errant: celebrantur Romæ, 18. *Iul.* Etiam hac die *Feralia* figuntur, sed iuxta Ovid. d. v. 533. sunt die 19. Reufner. d. addit, *Curia Romæ signatæ*. Non quia hac die instituta, sed quia à defidibus in celebrandis Fornacalibus, fiebant in Quirinalibus. Populus Rom. divinus est à Romulo in triginta Curias, in quibus publica cura factorum. *Deorum cultu sic à Romulo constituto* (inquit Halicarnass. 2. *Antiquit.* n. 12.) *sacra cuique Curie partitus est, assignatis in singulas Dijs & demonibus, quos perpetuo colerent: sumptusque in eis attribuit ex arario publico; qua quoties celebrarentur, aderant Curia suis vicibus: epulumque diebus festis præbebatur Curialibus in Aula, cuique Curie propria: & præter has, sacratum commune quoddam omnibus Curijs cœnaculum. Aule quoque ipsæ nominabantur Curie, quod nomen etiam bodiè retinent.* Harum sacerdotes Curiones vel Curiales Flamines dicebantur, teste Festo Pompeio. Indicebantur autem Fornacalia, cum conceptiva & non stata essent à Curione Maximo verbis quibusdam legitimis more Maiorum, suspensis tabulis in foro, ut unusquisque iret in Curiam suam in rem divinam, certis notis, ut Curia dignosci possent. Macro. 1. *Saturnal.* cap. 16. Unde & Quirinalia, *Feria stultorum* dicebantur, cum quisque in sua Curia Fornacalibus ferieretur, & rem divinam Quirinalibus faceret, quæ ius erat in Fornacalibus perfici. Succinit Ovid. d. à v. 525.

Facta Dea est Fornax. Latè Fornace coloni Orant, ut fruges temperet illa suas. Curio legitimis tunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec sacra stata facit. Inque foro multa circum pendente tabellâ, Signatur Curia certâ que que notâ. Stultaq; pars populi, que sit sua Curia, nescit, Sed facit extremâ sacra relicta die.

12 Idem Alexand. Neapolitan. 3. cap. 12. & Plutarch. *Rom.* qq. 89. In hac enim

die celebrata *Fornacalia* instituta à Numa, ut in illa ait Plutarch. refertque Plin. 18. cap. 2. *Numa instituit (ait) fruge Deos colere, & molâ salsa supplicare, atque far torrere; quoniam tostum cibo salubrius esset. Id uno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem divinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, Farris torrendi Ferias & æquè religiosas Terminis agrorum.* De his agemus d. 21. à n. 5. Unde *Fornax Dea* facta est, quoniam ante triticum & eius usum farræ fornacibus torrebantur. Gyrald. *Syn-tagm.* 1. num. 62. & 17. num. 35. *Far dicitur* (inquit Isidor. 17. *Origin.* cap. 3.) *ed quòd initio frangeretur. Apud Antiquos frumentum in pila frangebatur: Ador quondam appellatum ab edendo, quia primò eo usi sunt homines; sive quia in sacrificio, ipsius generis panis ad aras offerebatur: unde Adorea sacrificia dicuntur.* Cum maximè offerrentur pro parta victoria; adorea sumpta pro victoriæ gloria, & in sacrificium victimâ. Gyrald. d. n. 64.

13 Principium & nomen immolationis à mola, seu farre præfato devenit. Numa Popilius Deos fruge coli, & molâ salsa supplicari instituit, ut vidimus ex Plinio; quapropter instituta Fornacalia. Græci verò non far, sed hordei primitias, libumque & placentas ex hordeo Dijs offerri, hordæumque sale inspersum, in primis aræ infundi satius duxere; sine quo salvis cæremonijs, nullum sacrum fieri poterat: atque omnibus ferè Dijs suæ victimæ (quas videmus apud Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 38. & Natal. Comit. in fin. *Mytholog.*) & sua sacra constituta fuerunt; quæ præterire & transgredi, fas non erat: namque alienâ hostiâ Dij non præebantur. Alexand. Neapol. 3. cap. 12. At nullum sacrificium sine mola salsa: *Ferre pio placant & saliente sale.* Tibull. 3. *Eleg.* 4. v. 10. Ovidiusque 1. *Fastor.* v. 337.

Ante Deos homini quòd conciliare valeret, Far erat, & puri lucida mica salis.

Constat etiam ex cunctis imaginibus ad religionem pertinentibus, uti observat Hemel. in *Numismat. aur.* Tabul. 9. 10. 17. 27. 37. & 55. Quoniam cuncta in cunctorum Numinum sacrificium à fornace veniebant; Fornax Dea facta est, comesque Vestæ (per quam ignis flamma viva signata) tuncque non Fornax dicebatur, sed *Fornacal.* Ovid. 6. *Fastor.* v. 305.

Sola prius furnis torrebant farræ coloni: Sed Fornacali sunt sua sacra Dea.

14 Eius imago, matrona cum cornucopia, dextrâ spicas gerens, iuxta quam congium seu modius spicis plenus, & ad si-

Fornacalia

Fornax Dea.

Quid in sacris mola salsa

Ovid.

Fornacal Dea.

Idem.

Curie Urbis.

Feria stultorum.

Ovid.

Salmoneus

Thronus Chosrois

Tages Deus

Quam ca- lida inter Ethnicos A- ruspices

Imagines. sinistra navis prora. Hemelar. d. *Tabul.* 11. & 15. Aptius habitu Veneris, sine qua friget, dextra innitens columnæ, sinistra gerens spicas & malogranata, seu papavera: ad pedes apum alvear, in cuius fastigio fasciculus florum, & fructuum, spicis erectis. Boyssard. Tom. 2. *Antiquitat. Roman.* pag. 130. Ceres etiam eandem habebat figuram, sed fasciculum spicarum florum & fructuum non erectum, ut Fornacal; sed alveari inclinatum. Idem ibid. Tom. 4. pag. 60. Utrumque arbitror propter placentas, ex melle confectas; quas potissimè offerebant Deabus. Plin. 7. cap. 53. Parer in sacris, *Ierem.* 7. 18. & 44. 19. Adi Kircher. in *Panttheon. Hebræor.* cap. 18. Placentæ ergo, ut gratiores in sacrificium fierent, sigillabantur figurâ habituque Dearum; uti dicemus, 14. *Octobr.* à n. 6. Secus sacrificium Mintha in sacris. Panis ibi sine melle. *Levitic.* 2. 11. Quod quidem observavit in Hebræis etiam Plutarchus, *Convival.* qq. lib. 4. cap. 5. in- quiens: *Non adhibent sacrificijs suis mel.* Virgil. 4. *Georgic.* v. 57.

Imago Ce- ceris.

In placen- tis imaginis Numinum.

Virgil

Coliseum.

In ea imago Phœbi.

ribera.

Et mella tenacia fingunt.

15 Pridie Quirinalia dedicatum Romæ *Coliseum.* Salas in *Parerg.* Fateor cogitationis sollicitè diebus aliquot urgentem anxietatem; cum apud AA. de Coliseo neque verbum invenissem. Fors fortunâ legens per otium, in *Roman. Republ.* inveni & nomen & articulum, & unde in Hispania scena (ubi variæ rerum transmutationes, oculorum ludibria) dicatur *Coliseum.* Ibi ergo in *Appendic. ad Roman. antiq.* §. 6. titul. *Mirabilia Urbis,* pag. 569. legitur: *Coliseum fuit templum Solis miræ magnitudinis & pulchritudinis, diversis cavernis adaptatum, & coopertum erat cælo aræo & deaurato; ubi tonitrua, fulgura & coruscationes fiebant, & pluvie mittebantur per fistulas plumbeas. Erant ibi signa super cœlestia, & Planetae; cum Sole & Luna quadrigis vehi videbantur. In medio sedebat dominus Phœbus, Deus Solis, qui pedes ad dextram vertebat, & caput eius cœlam tangebatur, qui palmam in manu tenebat, designans quod Roma totum mundum regebat* (Unde Scriberius in fronte Reipub. Rom. sculpsit: *Montibus his olim totus promittitur orbis, Iuraque ab hac terra cætera terra petit.*) Post multum verò temporis spatium B. Silvester iussit templum destrui, & alia quam plurimæ; ne peregrini venirent Romam propter ædificia antiqua & Deorum famam. Caput verò & manus prædicti idoli cum pommo, ad Palatium in Laterano fecit poni in memoriam. Ecce Colisei historia, cuius ve- *Tom. I. Ephem.*

ritatem Auctor astruit; dicens: *Naga.* Videtur huiusmodi fabellâ confirmari quod olim de Salmoneo prædicatum; in quo Iovem æmulando, throno magnifico extracto, imitabatur tonitrua & fulmina, mittens è quadriga in populum ignes, & strepitu pel- lium tonitruum excitans quasi è fulmine fragorem: quibus ausis à Iove vero trifulco fulmine afflatus. Hyginus, *fabul.* 51. & 150. simulque Apollodor. 1. *Biblioth.* n. 19. Huiusmodi insaniam pro commendabiliore throni maiestate, etiam æmulatus Chosroes Persarum Rex, ut refert Cedren. ad ann. 13. *Heraclij Imperat.* ex quo Causin. 1. *Sym- bol.* 5. inquit: *Chosroes Rex Persarum ma- chinam finxit, in qua cœli effigies, Astrorum- que conversiones cum sceptriferis Angelis adstantibus admirabili spectaculo cernebantur: tum imbres fluere, præmicare fulgura, tonitrua mugire: ipse eminens in medio, quasi Deus humanus spectabat omnia.*

16 Eodem die statua erecta Tageti, qui postea Deus Etruscorum. Idem ibid. Nil mali ac improbi cogitarunt Ethnici vel in nequitia pravarum superstitionum, quod non deaurarent auctoramine Numinum. Quapropter in auguria stultè prolapsi, quasi futurorum cognitio proveniret à Iove: *Auguria & auspicia* (ait Ammian. Marcellin. lib. 21.) *non volucrum arbitrio, futura nescentium, colliguntur: sed volatus avium dirigit Deus, ut rostrum sonans, aut prætervolans pinna, turbido meatu vel levi, futura præmonstret. Amat enim benignitas Numinis, seu quod merentur homines, seu quod tangitur eorum affectione, his quoque artibus prodere: cuius disciplinæ Tages nomine quidam monstrator Etruria partibus emeruisse subito visus è terra. Tanti habitus eiusmodi abominabilis ars, ut vel nobilissimi peritiæ ariolandi stunderent. Q. Fabius Maximus sexaginta tribus annis Augur fuit. Plin. 7. cap. 48. & Valer. Maxim. 1. cap. 1. n. 1. Tantum studium antiquis (ait) non solum observanda, sed etiam amplificanda religionis fuit; ut florentissimâ tum & opulentissimâ civitate decem Principum filij S.C. singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum discipline gratiâ traderentur. Ira 2. de Legib. Cicero inquit: *Prodigia, portenta ad Etruscos & aruspices, si Senatus iusserit, deferunt. Etruria Principes disciplinam docento. Quibus Divis crederint, procurantes iidemque fulgurs pianto.* Commendatur ab ipso sæpe huiusmodi fatuitas, in impertendis consulendisque rebus, in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina: addit, 1. de Divinat.*

17 Ut valerent & prævalerent religio-
nis titulo superstitiones execrandæ; in Etru-
ria ubi magis floruit huiusmodi obsequium,
finxerunt Tagetem, mirè natum. *Tages* (in-
quit Festus) *Genij filius, nepos Iovis, puer*
dedisse dicitur, aruspicij disciplinam duode-
cim Etruria populis. Idem Martian. Capell.
2. de Nuptijs. Philolog. Columell. de *Re*
rustic. 10. Capitolin. in *Diocletian.* fusèque
Iul. Cæsar Bulenger, toto lib. de *Augurijs*
& *auspicijs*; quem Dempster. sequitur in 3.
Rofin. cap. 8. Modus apparitionis huius de-
monis in figura hominis, promitur à Gy-
raldo, Syntagm. 1. n. 119. *Tages Deus babi-*
tus apud Etruscos, aruspicina inventor. In
agro, cum terra paulùm araretur; *Tages*
quidam repenti extitit, qui aratorem ipsum
afflatus, dicitur. Is autem Tages puerili for-
mâ apparuit, etsi prudentiâ senill: verùm
cum ad eius aspectum bubulcus obstupesceret;
voce territâ inclamavit. Quo evenit, ut bre-
vi tempore magno quidam concursu permul-
ti convenerint. Tunc Tages multis audienti-
bus, complura locutus est; quæ diligenti cu-
râ excepta sunt, ac literis commendata. Non
aliud Tagetis verba continebant, quàm aru-
spicinq; disciplinam: quæ multis subinde ob-
servationibus aucta, amplior facta est; sic ut
in ea fulminum fulgurumque & ostentorum
scientia traderetur. Eadem Isidorus, 8. *Orti-*
gin. cap. 9. Totum articulum graphicè de-
scribit Ovidius, 15. *Metamorph.* fab. 47.

Amazone natus

Haud aliter stupuit, quàm cum Tyrrhenus
arator

Fatalem glebam medijs aspexit in arvis;
Sponte suâ primùm nulloque agitate moveri;
Sumere mox hominis, terræque amittere for-
mam,

Oraque venturis aperire recentia fati.
Indigena dixere Tagem, qui primus Etruscâ
Edocuit gentem, casus aperire futuros.

18 Hic stupor gentis, cognosciturque
quis fuerit, dicente Isidoro; d. *Aruspicinam*
dictavit, & postea non apparuit. Quâ die è
gleba natus, mortuus est. Plenissimè scripsit
Labeo de huiusmodi stultitia, Tagetis ex-
ponendo oracula. Accipe duo in curiosita-
tem Tagetis Themata. *Visum leonem, exi-*
stialem pugnaturis, puta. Capitolin. quò du-
dùm. *In libris Tagis est observatum, tan-*
gendos mox fulmine, adeo hebetari; ut nec
tonitru, nec profundos fragores queant per-
sensiscere. Rhodigin. 3. cap. 29. Unde scivit?
Poterat dici à dæmone, quâ tactus fulmine.
Semper malè apud prudentes audiunt, æqui-
vocèque aruspices respondent, ne menda-
cès inveniantur. Nil enim profectò sentiunt,

& fatuis sentire fingunt. Ad unguem Lucã-
nus, consultis auguribus, 1. de *Bell. Poar-*
sal. à v. 634.

Inferni venere Dei: non fanda timemus:
Non venient maiora metu. Dij visa secun-
dent,

Et fibris sit nulla fides: sed conditor artis
Finxerit ista Tages: flexu sic omnia Tuscus
Involvens, multaque regens ambage canebat.

19 In Arcadia sacra Iovi Philio, idest
amicitiarum Præsidi & Conciliatori. Ar-
temidor. 4. cap. 83. Causa dissidij fuit Iunonis
zelotypia: equidem videns Paphum Iovis
ex Ione filium, per patrem Ægypti Regem,
necem eius molitur, Titanasque hortatur,
Iovem ut regno pellant, atque Saturno res-
tituant. Hi cum conarentur in cælum
ascendere; eos Iupiter cum Minerva & Ap-
polline & Diana in Tartara præcipientes de-
iecit. Atlanti autem qui dux eorum fuit,
cœli fornitem super humeros imposuit, ut
pondere pœnas lueret. His ergo retentis in
barathro (videtis Hygin. *fabul.* 150.) persua-
sus à Themide ut cum Dijs amicicias face-
ret, cunctos in gratiam restituit; ac Arca-
des in rei memoriam, *erexerunt templum*
iuxta curiam Iovi Servatori & Philio, sus-
fultum circumquaque columnis, & exornatû.
A dextra parte Iupiter in solio sedens; à la-
va Diana Sospite simulacrum. Extremâ
porticus latus alterum Magnarum Dearum
circumseptam aream continet. Sunt enim
Magna Dea Ceres & Proserpina. Pro areâ

aditu signa erecta spectantur, quæ Diana,
Æsculapius & Salus. Præstant puella duæ
talaribus amictæ tunicis, calathos utraque
capite floribus refertos ferens. Sed qui ad
cœlites signa illa referunt, Minervam & Dia-
nam floribus collectis in Proserpina comita-
tu, dicunt. Ad Cereris pedes Hercules colloca-
tus est: Horæ præterea duæ, & Pan fistulâ,
Apollo citharâ canens. In mensa Nymphæ
eminent: Nais inter eas, infantulum Iovem
in gremio ferens: alla facem præfert, altera
hydriam, phialam altera. Intra circumseptâ
ambitum cella est Iovis, amicitiarum Præsi-
dis, Philium appellant. Hactenus Pausan.
cap. 263. Ad Gyraldum, Syntagm. 2. n. 21.
Antiochiz sub eodem titulo Iovis Philij fuit
etiam templum & oraculum, in quo non
voce statua, sed motu gestuque capitis &
oculorum, ac totius vultus, vel arridente
hilaritate, vel corrugatâ ac refugiente tor-
vitate, annuere requisitis, vel petita abnue-
re, signabat. Maiol. *Tom. 2. D. C. colloq.* 1.
pag. 360. Vide diem 30. n. 24.

20 Eodem die fuga Mithridatis ab ob-
sidione Cizyci, & Luculli de eo victoria ad
Gra-

Tages ap-
pariit, &
dispositio.

Ovid.

Fatuitas ar-
uspicina.

Lucan.

Sacra Iovis
Philio.

Atlas mal-
tatus.

Templum
Philij Iovis.

Magna Dea

Granicum. Plutarch. in *Lucull.* Vid. diem 14. n. 16. Cizycum triumphans ingreditur Romanorum Imperator, & à civibus usque cœlum extollitur, honoribusque dignis persunctus, vestigia Regis Ponti persequitur, adiuvante Minervâ: equidem prospero faustoque Marte certamine inito ad flumen Granicum (quò prima Magni Alexandri victoria de Persis) viginti millia hostium obtuncavit, vel ingruente copiosa nive. *Dicitur* (inquit Plutarchus, & Briet. ann. V. C. 681.) *ex tota militum & eorum qui castra secuti fuerant, multitudine; haud multò pauciores trecentis millibus perijisse. Cùm in Troadem Lucullus pervenisset, in templo Minervæ tentorium fixit. Noctū autem in somnijs, Deam sibi visus est videre adstantem atque dicentem:*

Quid dormis leor? Haud procul absunt hinnuli. Inde noctū surgens aggressus classem, Praefectos debellavit, ita ut Mithridates in regni interiora fugeret. Cur is adversam, imò in eum præliantem, ut vidimus loc. cit. expertus est bellatricem Minervam; dicit idem ibid. Nam Diana Priapina irâ fertur; Mithridatem tempestatem evasisse, ulciscens templum saum à Ponticis direptum, & simulacrum ablatum. Tunc enim in signum triumphi Luculli, laurus in platano nata est. Theophrast. 2. cap. 23. & 5. cap. 4. Apuleius in Apolog. de Magia ex Varrone refert, Trallibus de eventu Mithridatici belli magicâ perconzatione consulentibus, puerum in aqua simulacrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant, 160. versibus cecinisse. Idem apud Vives, in 7. Civ. Augustin. cap. 35.

21. Imago hæc vel Troiâ dirutâ dicebatur Palladium. *Dardanus è Samothracia sacra attulit, quæ in Urbem à se conditam reportaverat: eaque captâ Aneas Troiâ profugus secum attulit in Italiam. Minervæ Ilienensis effigiem esse veram, & notam Aneæ perito rerum talium; cùm alteram ad huius similitudinem formatam Aebivi furto sustulerint: ait Rosin. 2. cap. 12. Utramque imaginem Aneas induxit in Lavinium, quousque cum Penatibus igneque sacro facta translatio in Urbem ad templum Vestæ (quam sustulerat Diomedes cum Ulysse, restitutam signavimus, 24. Ianuar. n. 10.) Ideo ut distingueretur, Vestales in duobus dolijs habebant; de quo agendum, cùm de Palladio ex professo loquamur. Aliquod prælibatum 31. Ianuar. n. 10. In Ilio sive prima imago staret, sive ei similis, erat templum Minervæ Ilienensis magnificentum, donarijsque plenum, maximè armis virorum il-*

lustrium, quæ ibi suspendebantur, ut vidimus 12. Ianuar. n. 7.

22. Etiam exteri simulacrum magnopere venerabantur, & sub eius titulo alibi fana erigebant, ut patet ex templo in Daulia, ubi imago Minervæ Ilienensis, uti asserit Ælian. *Animal. histor. 11. cap. 5. canibus templi custodibus, qui Græcis advenientibus blandiri, Barbaros allatrare prædicant. Fufius, 11. April. n. 6. In illa celebri Persarum Regis in Græciam expeditione, ait Herodot. 7. n. 17. de Troia loquens: Eò Xerxes postquam pervenit Priami Pergamum ascendit, loci visendi cupidus: quod ubi contempletus est, & singula quæque eorum audivit, Minervæ Iliadi mille hoves immolavit (idem Cefar Balenger. Eclog. 6. ad Arnob. de Persis) quarum libamine Magi Heroibus parentaverunt. His actis terror per noctem exercitum invasit; illincque moverunt, simulatque illuxit. Mira in hoc templo visa & audita astu dæmonis, ut glisceret simulacri veneratio, & cresceret in rudibus superstitio. Unde Plinius, 2. cap. 96. In Nea (inquit) oppido Troadis non impluit circa simulacrum. In eodem & relicta sacrificia non putrescunt. Lucus ibi erat Minervæ sacer: Ælianusque 12. de Histor. Animal. cap. 39. inquit: Halia Sybaridis filia quum in Phrygia lucum ingressa esset; draco quidam sacer, prægrandis apparuit, & cum ea coivit; unde Ophiogena dicti, primam sui generis originem trahunt. In Africa vocantur Pphyllij. Varro, 1. Rer. humanar. Muret. Variar. cap. 22. Plin. 7. cap. 2. Ophiogenes serpentum ictus contactu levare solitos, & manū impositâ venena extrahere corpori. Eadem lib. 28. cap. 3.*

23. Alexander Magnus anno ætatis 29. & regni 9. conatur Oceanum videre, & experiri. *Diar. Callisthen.* Insania fuit, sicut alia multa, in quibus fortuna celsit, educens illum sine discrimine in maiori discrimine. Latè refert Curtius, lib. 9. cap. 9. & Plutarch. in eo. Expectavit vernum tempus ut possit reverti in Persidem per Carmaniam, uti dicemus, 3. Mart. n. 27. *Divisit exercitum: pars data Nearcho, quæ classe littus legeret: per Gedrosiam & Carmaniam (inquit Turfelin. ann. V. C. 437.) terrestri itinere alteram ipse suscepit deducendam. Quid autem passus est hic terrâ marique exercitus; credibile non esset, nisi ab Alexandro eiusque militibus toleratum esse, diceretur.* Percitus vanissima delirus gloria, parvipendebat pericula. Ambiguum profectò, an ille vel eius fortuna insanior. *Videsis Marc. Senecam, Suasor. 1.*

Victoria Luculli ad Granicum.

Illi apparet Minerva Ilienensis.

Diana Priapina.

Prodigium in Luculli victoriam.

Minerva Ilienensis Palladium priajscum.

Eius templum.

Xerxes summè veneratur.

Ibi nec pluit, nec vicinæ putrescunt.

Unde Pphyllij

Alex. Magnus peruenit in Oceanum.

24 Ut periculum elusit, quicquid per-
 pessus reflexit in gloriae luxum ac risibilem
 fastum. *Arms ad pristinum refecta sunt cul-*
tum, quippe haud procul à Perside aberant,
non pacatà modò, sed etiam opulentà: igitur
amulatus Patris Liberi non gloriam so-
lùm, quam ex illis gentibus deportaverat,
sed etiam famam (sive ille triumphus fuit,
ab eo primùm institutus, sive bacchantium
lusus) statuit imitari, animo super huma-
nam fastigium elato. Vicos per quos iter erat,
floribus coronisque sterni iubet: liminibus
adiam crateras vino repletos, & alia insi-
gnis magnitudinis vasa disponi. Vehicula
deinde constrata, ut plures capere milites
possent; in tabernaculorum modum ornari,
alia candidis velis, alia veste pretiosà. Pri-
mi ibant amici & cohors regia, varijs redi-
mita floribus coronisque: alibi tibicinum can-
tus, alibi lyra sonus audiebatur. Item in ve-
hiculis pro copia cuiusque adornatis, come-
sfabundus exercitus, armisque maximè de-
cora erant circumpendentibus. Ipsum convi-
vasque currus vehebat, crateris aureis, eius-
demque materia ingentibus poculis pragra-
vis. Hoc modo per dies septem bacchabun-
dum agmen incessit: parta prada; si quid
victis saltem adversus comessantes animi
fuisse. Mille herculè, viri modò & sobrij,
septem dierum crapulà graves in suo trium-
pho capere potuerunt. Sed Fortuna, qua-
rebus famam pretiumque constituit; hic
quoque militiae probrum vertit in gloriam.
 Hucusque Curtius, d. cap. 10.

25 Haud quievit crapula, sed quò sunt
 pota, plus striuntur vina: equidem ut ad
 Gedrosiam pervenit; comneatum à proximi-
 mis Satrapis & Regibus affatim paratum
 invenit. Ibi refecto exercitu, quasi anteacta
 orgia non satis in ingluviem & Bacchi obse-
 quium; septem diebus comessando Alexander
 archibacchus, amphoras perficcando
 gaudibundus pertransivit. In Regiam Ge-
 drosiæ cum pervenisset, iterum festos agens
 dies; exercitum recreavit, ac ingressus in
 Persidem aurum fœminis distribuit. Mos
 Regibus Persiæ fuit, ut quoties in eam re-
 gionem venissent; aurum singulis Persarum
 mulieribus dividerent: ideoque ferunt, quos-
 dam Reges rarò, Ochum nec semel qui-
 dem in Persidem venisse; sed ob tenacita-
 tem, voluntarium sibi à patria exilium in-
 dixisse. Ita Plutarch. in *Alexandr.* simulque
 refert quomodò ex Indiæ finibus iter pede-
 stre agentem, in Persidem haud induxisse
 bellicarum copiarum quadrantem; cum se-
 cum in India habuisset centum viginti pedi-
 tum, & quindecim equitum millia. Graves

Triumphus,
 seu Baccha-
 nalis Alex-
 andri ex
 India.

Ingressus
 Alexandri ex
 India in
 Persidem.

Aurum fœ-
 minis distri-
 butum.

enim morbi, victus Iniqua ratio, æstus in-
 summa siccitate, multos, plures fames, in-
 cultam peragrantes regionem, sustulerat.

26 Labores, profectò; sed non ut ipse
 Alexander refert in *Epist. ad Aristotel.* In-
 colæ, scribit, specie obsequij ducentes exer-
 citum, deduxerunt, ut perirent universi in
 loca serpentibus scatentia, cum quibus pu-
 gnaturi; potissimèque cum siti & fame. Co-
 acti qui ducebant, ostendere dulcem aquam,
 quippe priùs ostenderant amarissimam; uti-
 que demonstrarunt, sed in quolibet haustu
 vitæ periculum: cum igitur circuncircà alia
 non esset aqua, belluæ cum leonibus, tigri-
 dibus, pardis, ac reliquis feris descende-
 bant à spelæis in potum; cum quibus tota
 nocte initum prælium, in quo plures fato
 functi: quin vel in aqua tuti possent esse, eò
 quòd è gurgite emergentes hippopotami, in
 milites irruentes, trucidabant. Recedentes
 ab aquis iuxta nemora castra collocarunt:
 verùm nec expertes periculi, quanvis illud
 caventes morabantur circumsepti: ex im-
 proviso igitur radiante Luna, arrectis cau-
 darum aculeis innumeri scorpiones confu-
 xere; cum quibus acre certamen. Non enim
 pugnant pro victoria, sed pro vita. Pu-
 gnabat orbis terrarum contra insensatos;
 etenim pericula fugiebant; & quotidie oc-
 currebant maiora; uti dum inciderunt in
 agmen aspidum; regidorum, dipfadum,
 cerastarum, aliorumque incognitorum ser-
 pentium, exerentium trifurcas linguas; su-
 pervenientibus alijs monstris, quæ ex *Epist.*
 præfata refert Munsterus, 5. *Cosmograph.* à
 cap. 120. qui addit: *Alexander locorum de-*
monstratores, qui eum semper in insidias de-
ducebant, pessimè meritos crurifragio pu-
niri iussit.

Pericula to-
 tius exerci-
 tus ex In-
 dia in Per-
 sidem.

DIES XVIII. FEBRUAR.

1 **G** Rad. 28. Solis in *Aquario*, in XII. R.
 quo *malus Argos navis cum*
Virgine vesperè incipit occidere, spirante Fa-
vonio. Ptolom. cuius influxus in occasu de-
 scribit Pontan. 3. *Uran.*
At ubi se oceano immersat, si frigida zani
Stella senis radios impigit fortè nocentes; Pontan.
Illos Euboica cautes, dirusque Caphareus.
Expectant, illos nigrantibus acta procellis Navis Ar-
Haurit byems, latus aut scopulo diffringit gus occasus.
acuto.

De Argo latè *Isagog. Septembr.* à n. 7. Cicer.
 in *Phœnom.* & Hygin. fab. 14. succinit:
Sic conversa vetus super athera labitur Argo:
Inde gubernaculum tendens à puppe volante
 Cla-

Cicet.

*Clari posteriora cantis vestigia tangit,
Conversam prae se portans cū lumine puppim.
Sinister humerus Booti vespere oritur.* Iun-
tin. K. A. *Vir ex vasculo bibens.* Sph. Arab.
Eodem anno & mense quo fato functus Sem,
ut dicemus die 28. n. 1. obit Sale, pater He-
ber. Torniiell. ann. 2156. n. 3. sed in hac die,
decem ante mortem Sem, dicit Eurych. *Annal.* Alexandrin.

Sale obit.

2. Hac in die solemnitas nuptiarum fi-
liae Pharaonis cum Salomone (ita Anton.
Honkala in *Parapbr.*) interventu David, ut
placet Sanctio, num. 15. in 3. Reg. 3. 1. sed
aptius Brietio, postquam in regno firmatus
fuit Salomon; & in Gabaon accepit sapien-
tiam coelitus. Unde verius ait: *Nuptia fi-
liae Pharaonis cum Salomone, à Davide vivo
longè antea conciliata.* Ex contextu liquet:
*Accepit namque filiam eius, & adduxit in
civitatem David (Maluend. domum) donec
compleret adificans domum suam: v. 1. Re-
fragor iurè, quippe 2. Paralip. 8. 11. dicitur:
Filiam Pharaonis transtulit de civitate Da-
vid, in domum quam adificaverat ei: dixit*

*Nuptia fi-
liae Pharao-
nis cum Sa-
lomone.*

*enim Rex: Non habitabit uxor mea in do-
mo David, Regis Israel; eò quod sanctifica-
ta sit, quia ingressa est in eam Arca Domini.
Tunc pater Aegyptiae, Vapres nomine, Pha-
rao dignitate, & ultimus Pharaonum, iuxta
sententiam Ioseph. 8. Antiq. cap. 2. confide-
rans gratum genero, extirpare penitus Cha-
naanum de terra promissa; adoritur, qui
habitabat in Gazer, civitate munitissima in
forte Ephraim (de qua Adrichom. n. 46. &
Hieron. in *Loc. Hebraic.*) quam occisis ha-
bitatoribus diruit. 3. Reg. 9. 16. *Pharao Rex
Aegypti, ascendit & cepit Gazer, succendit-
que eam igni, & Chananeam, qui habitabat
in civitate, interfecit & dedit eam dotem fi-
liae suae, uxori Salomonis.* Statim restauravit
Salomon, deditque tribui, & sub manu Ie-
roboam, aspidem fovens. Petrus Alexan-
drin. in *Chronic.* pag. 215. asserit sive pro
dote filiae, sive pro templi fabrica, Vaphren
mississe Salomoni octoginta millia aureorū.*

Antilogia.

3. An licitæ eiusmodi nuptiæ, sub lite
trahitur à D. D. Claret inhibito, *Exod.* 34.
15. & *Deuterom.* 7. 3. Nonnulli dicunt, pro-
hiberi tantum connubia cum Chananiide:
verum cum univèrsis idololatriæ vitium esse;
patet ex sacris auctoritatibus genuinè
intellectis: haudquaquam si religioni super-
stitiosè renunciaverit, & adhæserit vero Deo,
ut de filia Pharaonis dicitur *Psal.* 44. 11.
*Obliviscere populum tuum & domum patris
tui.* Ritus abrenunciationis signantur, *Deu-
teron.* 21. à 11. Clarent exempla in Raab,
Ruth, Maacha uxore David, & alijs: nec

alio proposito in bello Madianitico ad cam-
pestria Moab, dicitur occisis maribus, etiam
parvulis: *Mulieres qua noverunt viros in
coccu, tugulate: puellas autem & omnes fo-
minas virgines servate vobis.* Numer. 31.
17. Ita ergo licita coniugia.

4. Sed surgit nodus difficilis. Inter con-
nubia lege prohibita, signatur Salomonis
& Aegyptiæ. *Rex Salomon* (dicitur, cap. 11.
à 1.) *adamavit mulieres alienigenas multas;
filiam quoque Pharaonis & Moabitidas &
Ammonitidas, Idumeas & Sidonias & He-
tbeas; de gentibus, super quibus dixit Do-
minus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas,
&c.* Non legitimum videtur Aegyptiæ con-
iugium, dum numeratur cum expressè pro-
hibitis. Abulensis *quaest.* 5. astruit præcipuas
partes tenuisse, ut everteret Salomonem:
etenim cum se videret præ cunctis diligi, &
idola uxorum superinductarum ab illo ado-
rari, sculptrilibusque templa extrui; compu-
lit Salomonem, ut Aegyptiaca sacra intro-
duceret in Israël: ideoque eius inter matri-
monia illicita computari. Sanctius hic n. 3.
cogitat nec sine fulcro, Aegyptiam ample-
xam, detestatis simulacris, veram Religio-
nem saltem quoad speciem; ne maritum
offenderet, & animum Regis à se idolis ab-
alienaret: verum cum videret cuilibet Re-
gis uxori indultum, vivere religione patriæ;
voluit etiam ipsa, ut magis dilecta, depo-
nens simulationem, & religionis larvam, ex-
teriùs religionem demonstrare, quam pri-
mis unguiculis arcè fovebat in pectore.
Unde Hebr. *Adamavit maximè filiam Pha-
raonis.* Maluend. magis genuino sententiæ
sensui adhæret; igitur haud intelligit rela-
tivum de illegitimis connubijs, sed de fo-
minis alienigenis: q. d. præter filiam Pha-
raonis, quam legitime duxit, superinduxit
alias in uxores, fœminas, quæ illum demen-
tarunt, & de quibus, ne facerent filij Israël,
præceperat Dominus, propter periculum
idololatriæ. *Filia Pharaonis certè Catholica
fuit.*

Antilogia.

5. Eius amore in celebratione nuptia-
rum, Salomonem non confecisse *Cantica
Canticorum*; asserit Alapid. sed Hebræi ad-
versantur, & ferè PP. astruentes iurè epitha-
lanium illud, sive drama parabolicum ex
amoribus caducis elevatum mysticè in amo-
res coelestes, de intima filij Dei cum Spon-
sa Ecclesia coniunctione ac charitate, repul-
sà Synagogæ, electione Ecclesiæ, ex illa quæ
usque illi coniuncta, vixerat in Gentilitate,
ut admissa in sponsam non haberet rugam,
neque maculam. Ad rem Monæius in *Sal-
omonis. bistor.* accipit:

*Quinam in-
tuitus dra-
matis Can-
ticorum?*

Ipsè

*Ipse suos quovis Salomon, si verba notaris,
Et celebrare sua videatur conjugis ignes,
Nil Salomonis in hoc nudum nisi nomen &
umbra*

Monacius.

*Carminis; nil Phariſi niſi nomen & umbra
puella.*

*Vox hominem ſonat ipſa: meros ſonat omnis
amores,*

*Affectusque hominum, contextus at almus
in illis*

Nucleus, & caeſte latet ſub cortice germen.

*Vide Pineda de Rebus Salomon. lib. 4. cap. 2.
n. 3. & lib. 7. cap. 4.*

6 Hoc in tempore Adad de ſemine regio Idumæorum, qui fugerat puerulus in Ægyptum, dum David per Ioab illos ſubiugavit, ut dicemus, 3. *Auguſt.* n. 3. reverſus eſt ſpe regni in Idumæam: at pro illotunc præ Salomonis potentia ac fama, nihil tentatus; maxime, quippe fautoris filia ducta erat à Salomone: ſicque ambitum & ſpiritus continuit, quouſque Salomon à vera in falſam religionem decidit. Tornieſ. *Ann.* 3020. n. 18. ex 3. *Reg.* 11. à 17. Illicò atque celebratæ ſunt nuptiæ, antequàm adorirerur templi fabricam; ædificare conatur muros Hieruſalem. *Ibid.* cap. 3. à 1. & Ioseph. d. ſubdit: *Rex cum videret mœnia Hieroſoly-*

Adad reverſus in Idumæam.

Antilogia.

Ædificat Salomon muros Ieruſalem.

morum turribus & propugnaculis egere, nec ea dignitati urbi ſatis reſpondere; & muros inſtauravit, & turres magnas in eis erexit. Nec obſtat, quod David non feciſſet. 2. *Reg.* 5. 9. & nos, 7. *April.* à n. 6. legitur ut dicit Ioseph: *Inſtauravit*, vel in firmiorem & pulchriorem formam rededit. Rab. Kimhi, in 1. *Paralip.* 9. 1. Ita ædificat Salomon, ut poſterioribus temporibus diruerentur à Pompeio Magno; de quo die 22. n. 7.

7 Poſtquàm Chriſtus poſt ieiunium de monte deſcendit in Nazareth, per Galilæam inchoavit prædicationem, ann. 31. ætatis. Marian. n. 3. Anno ſeq. aſtruit Calixtus Placentin. *Tempor. ſuppulat.* protuliſſe parabolam ficulneæ infructuoſæ, de qua *Luc.* 13. à 6. Mirum, quòd omitteret erectionem femine curvæ, in illa die perfectam, & alia plura, quæ ibid. referuntur. Arbitror huiusmodi parabolam dictam à Salvatore non fuiſſe, niſi in anno ultimo prædicationis: non enim tranſierant tres anni, ex quo veniens fructum ex ficulnea quærens, nullum invenit. Legebatur à Iudæis hoc die in Synagoga cap. 38. *Exod.* à v. 21. uſque in libri fin. & 1. *Reg.* 7. 50. ad 8. 21. Bernard. Lamy.

Chriſti geſta.

8 Rome, *Quirinalla* Romulo, & apotheoſis. Ovid. 2. *Faſtor.* à v. 491. Illuſtratus fuit titulo Quirini, ædeſque erecta in mon-

te Quirinali, & ipſe pro Deo cultus à Romanis eſt; cuius ſimulacrum lanceam habebat dextrâ, quæ à Sabinis dicebatur *Curis*; & poſt, equites nominati Quirites. Idem, v. 475.

— *Lux tertia dicta Quirino:*

Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit. Ovid.

Sive quòd haſta Curis priſcis eſt dicta Sabinis;

Sive ſuo Regi nomen poſuere Quirites.

Vel quia Mars cuius dicebatur filius propter prodigia in eius conceptione viſa (quæ de cauſa, ut de multis alijs Incubi gnaturæ ſignat Maluend. 2. de *Anti-Chriſt.* cap. 4. & videbimus, 3. *Iul.*) antonomatiæ plaudebatur *Quirinus*, hoc eſt haſtatus. Unde Romulus Martius cum eſſet & bellicoſus; etiam cognomen Patris obtinuit. Ampliorem factum Marte Romuli ſimulacrum in templo habebat: quandoquidem in quadriga alborum equitum ſedebat, amictus purpurâ, redimitus coronâ, haſtamque tenens dextrâ. Halicarnaff. 2. n. 31. aſſerit hoc factum in triumpho de Camerinis. *De hoc boſte* (ſubdit) *triumphum egit, & ex manubijs Vulcano dedicavit quadrigas æreas, ſimulque ſuam effigiem, Græco cum rerum à ſe geſtarum elogio.* Ad Roſin. 2. cap. 17. De eius ſtatue fictum, quod de templo Pacis: nimirum quod Romulo conſulenti de duratione ſtatue, dictum oraculo; duraturam, quouſque virgo pareret: & illa cecidit corruens in nocte nativitat. Servatoris N. Ludicr. prorſum, quod refert Benjamin in *Itiner.* pag. 22. ſcilicet: *Eſt via ſub montibus, opus à Romulo; Romanorum primo Rege factum propter metum Davidis, Regis Iſrael, & Ioab Davidis exercitus Ducis ſummi. Idem etiam ſtruxit opus ſub montibus & ſub montibus; ubi nunc Neapolis eſt.* Nugæ: à Davidis regno uſque in Romulum tranſierunt 320. anni, ut obſervant Briet. & Salian.

Mars Quirinus.

Imago Romuli.

Fabula de eius ſtatua.

9 Solus Princeps Romæ fuit & Rex (licet inſtituto ſenatu) torquens regimen in diram tyrannidem: quapropter irati Senatores, & Patricij illum interemerunt; de quo latè 7. *Iul.* ex Halicarnaff. Livio & alijs. Plutarch. in eo ait: *Romuli verò vitâ ſuncti, neque corporis pars viſa eſt, neque veſtimenti particula ulla ſuper fuit: verum opinantur, in ade Vulcani impetum à Senatoribus in eum factum, occiſique corpus in partes diſcerptum, earumque à ſingulis unam in ſinu egeſtam. Alij neque eo in loco, neque ſolis Senatoribus præſentibus, conſpectui hominum ademptum exiſtimant: ſed cum ad Capræ paludem extra urbem, fortè concionem haberet; ſubiò in aère mirabilem, ac*

Diſcerptus à Senatoribus.

ver-

verbis superiorem tempestatem, mutationesque incredibiles extitisse: Solis enim lumine obscurato, noctem ingruisse nequaquam quietam, aut placidam, sed horrendis tonitribus ventorumque undequaque grandinem incutientium statibus frementem. Tum multitudine ad fugam dispersa; potentiores in unum globum coisse; post tumultu sedato, cum dies emicisset, collectoque rursus in unum populo, Rex quaeretur ac desideraretur; non permissum à primoribus plebi, ut inquirerent: sed mandatum omnibus, ut Romulum ad Superos raptum, Deumque ipsi propitium ex bono Rege factum, veneratione ac honore prosequerentur. Hæc plerisque credidisse, eosque cum gaudio & bona spe, adorato Romulo discessisse. Fuisse tamen nonnullos, qui rem acerbo infestoque animo perpendentes, patricijs convitiarentur; quod cum Regem suis ipsis manibus trucidassent, inepta populo persuadendo, deciperent. Eadem apud Halicarnass. & Rosin. d.

10 Cum agerentur cuncta meditatis imposturis, ne homicidium cognosceretur; fucce honoris & religionis flagitium latuit. Fuerunt aliqui (refert Livius, 1. sect. 50) qui tum discerptum Regem Patrum manibus taciti arguerent: manavit enim hæc quoque, sed per obscura fama. Illam alteram admiratio viri & pavor præsens nobilitavit. Proculus Iulius sollicita civitate desiderio Regis & insensa Patribus, gravis ut traditur, quanvis magna rei auctor in concionem prodit. Romulus, inquit, Quirites, parens urbis huius, primâ hodiernâ luce cælo repente delapsus, se mihi obvium dedit. Cum per fusus horrore venerabundusque adstitissem, petens precibus, ut contra intueri fas esset; Abi, nuncia, inquit, Romanis, Cælestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: & ita posteris tradant, nullas opes humanas armis Romanorum resistere posse. Hæc, inquit, locutus, sublimis abiit. Mirum, quantum illi viro nuncianti hæc fides fuerit; quàmque desiderium Romuli apud plebem exercitumque, factâ fide immortalitatis, lenitum sit. His dictis, quasi afflatu divino motus Proculus, quia finxerat, Romulum dixisse: Ego vobis Deus propitius ero Quirinus; quodam Numine perculsi cives, quin ullus contra diceret; universi vota Quirino nuncuparunt, eumque uti Deum invocaverunt. Plutarch. d. Hocine embolium dignum Ovidij fabularum argumentum. Ita quò supr. à v. 494. succinit:

Hinc tonat, hinc missis obrumpitur ignibus æther:

Fit fuga, Rex patrijs astra petebat equis.

Tom. I. Ephem.

Lucretus erat, falsaque patres in crimine cadis;

Hæssissetque animis forsitan illa fides.

Nec procul è Longa veniebat Iullus Albâ:

Lunaque fulgebat, nec facis usus erat.

Pulcher & humano maior, trabeaque decoras

Romulus in media visus adesse via;

Et dixisse simul: Prohibe lugere Quirites,

Ne violent lacrymis Numina nostra suis. Ovidi

Thura ferant, placentque novum pia turba

Quirinum,

Et patrias artes, militiamque colant.

Iussit & in tenues oculis evanuit auras:

Convocat hic populum, iussuque verba refert:

Templa Deo faciunt, collis quoque dictus ab illo est;

Et referunt certi sacra paterna dies.

Eadem exponentes illustrent Paul. Marf. hic & Antonius Constantius.

11 Templum ergo erectum sub Quirini nomine & Numine; verum semper erat clausum, quasi aperire non licebat, arcanum signantes, humi ne iaceret, an in Deorum numerum relatus esset. Marlian. cap. 95.

Alex. Neapol. 1. cap. 14. Iurè ambigitur,

cum inter antiquissima Urbis monumenta sepulchrum Romuli annumeretur. Idem

ibid. & diximus, 19. Januar. n. 11. Plura

ibi insignia referuntur, maxime Myrtus illa,

quæ ad pacem Romanis & Sabinis ob raptas

puellas. Ideo tunc electa (inquit Plinius, 15.

cap. 29.) quoniam coniunctioni, & huic ar-

bori. Venus præst. Haud scio, an prima et-

iam omnium in locis publicis Roma facta sit,

fatidico quidem & memorabili augurio. In-

ter antiquissima namque delabra habetur

Quirini, hoc est, ipse Romuli. In eo sacre

fuerunt myrti duæ ante adem ipsam per lon-

gum tempus: altera Patritia appellata; altera

Plebeia. Patritia multis annis prævaluit, stac-

cescente Plebeia exuberans ac leta. Quandâ

Senatus quoque floruit, illa vigens: Plebeia

retorrida & squalida: que posteaquam eva-

luit, staccescente Patritia bello Marfico, lan-

guida auctoritas patrum facta est, ac paulatim

in sterilitatem emarcuit maiestas. Idem

apud Bulenger. de Prodig. cap. 21. & Struck.

de Sacrif. Gentil. cap. 261.

12 Ibi etiam erat conditum Palladium,

advenientibus in Urbem Gallis. Tum Vestales

pleraque sacra in duo dolia coniecta, terra

obruerunt sub templum Quirini; cui loco

etiannunc à Dolijs est nomen. Plutarch. in

Camill. & Rosin. 2. cap. 12. Erat quoque ibi

Romuli lituus, de quo 5. Januar. n. 7. Por-

ticus in templo speciosa eiusdem nominis,

quo sponsalia fiebant. Unde Martialis, 11.

Epigram. 1. v. 9. Vicini pete porticum Qui-

rini. & Iuvenal. Satyr. 2. v. 134. accinit:

MM Pri-

Eius apo-
theosis ficta.

Romulus
dictus Qui-
rimus.

Templum
cuius cur
per clauis

Myrti ibi is
augurium.

Ibi etiam
Palladium.

Lituus eius.

Iuvenci

Primo Sole mihi peragendum in valle Quirini.

Quæ causa officij? Quid quaris? Nubit amicus.

Quirini Per
sicui.

Adi Grangæum hic & Matliam, in *Epitom.* 5. cap. 22. qui ait: *Ex templi ornamentis effusis, structi sunt gradus in Capitolio, ad Aræ-Cæli Ecclesiam.* Ibi etiam Romuli statua sine annulis; *Plin.* 33. cap. 1. Sine tunica: *ibid.* 34. cap. 6. In æde Quirini etiam refertur in *Republ. Roman.* inter mirabilia, pag. 567. fuisse duos equos marmoreos calcantes terram, quod altis extensis brachijs, & replicatis digitis narrabant quæ futura erant. Tam hocine ridiculum, quam fabula de equo æneo ad Lateranum. In negotium ociofiratis *ibid.* pag. seq. narratur.

Statua &
equi mar-
morei.

13 *Ad Lateranum (dicitur) est equus aeneus & deauratus. Consulum & Senatorum tempore, Rex potentissimus ex Orientis partibus Romam venit, multâ strage Roman. pop. affligens. Tunc quidam Rusticus, armiger magna fortitudinis, virtutis & prudentiæ, dixit Coss. & Senatoribus: Nunquid si esset aliquis liberans vos de tribulatione hac; quid à Senatu recipere mereretur? Responderunt: Quicquid peteret, obtineret. Date, inquit, mihi XXX. talenta auri, & insuper memoriam fieri sempiternam; simulque equum æreum & staturam meam desuper facietis, & ab illis vos in brevi liberabo.*

Fabula Ru-
fici.

Dixerunt, se omnia facturos. Ille tunc ait: Mediâ nocte surgetis: & omnes state armati benè infra muros in spelunca; & quicquid vobis dixero, facietis. Rusticus ascendit equum suum maximum sine sella, tollensque falcem exiit foràs, tanquam vellet colligere herbas; viditque Regem venientem ad arborem, super quam Cucumagia sedebat, dulciterque canebat. Hoc audiens, Rusticus accessit propius, & Regem parva stature citò arripuit, & eum sublevans posuit coram se super equum; & fugit ad Urbem volociter, clamans voce magnâ his qui in cavernis latitabant: Exite foràs in exercitum, quoniam ipsum Regem coram me nunc teneo captum. Tunc exeuntes, multos occiderunt, & alij in fugam versi sunt. Romani habito triumpho, solverunt ei aurum pactum, ac fecerunt memoriam eius in presentatione stature suæ: nam posuerunt coram Palatio Lateranensi unum equum æreum & deauratum, & statuam ipsius desuper deauratam sedentem, extensâ manu dextrâ, qua Regem ceperat, & super caput equi Cucumagiam, & retrò statuam Regis ligatis manibus. O quantum est in rebus inane! Arbitror fabulam desumptam fuisse

ex occurfu Augusti; cum antè certamen Actiacum descendit in aciem. *Apud Actium, descendenti in aciem (ait Sueton. in eo, cap. 96.) asellus cum asinario occurrit. Eutyclus homini (idest, felix, faustus) bestia Nicom (hoc est, victoriâ) erat nomen. Utriusque simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.* Idem *Buleng. de Ominib. cap. 16.*

14 Vocatus ergo occifus Romulus Deus *Quirinus*, factâ celebri apothecosi. *Ridet ut par est Arnob. lib. 1. Advers. Gentes,* ubi ait: *Romulus laceratus & discerptus, tamen pulvinaribus honoratur, & sacris adibus adoratur; ac demùm iuratur ascendisse in cælum.* Pulvinaria erant in demonstrationem honoris maximi, signumque precum in extrema tegula, de quibus usquequaque *Livius: Facta procuratio ad omnia pulvinaria, & lectisternia; de quibus in Prolog. §. 7. n. 3. & 12. April. Halicarnass. 2. Antiq. n. 12. Certè spectavi (inquit) in sacris adibus adhuc cœnas Dijs appositas in mensis ligneis antiqui operis, pulstemque in canistris, & quadrulis sicilibus, far item & liba, fructuumque quorundam primitias, & huiusmodi exilia, paratæque facilia, omni morosa curiositate carentia; præut iusserat ad frugalitatem Romulus. Libare vidi non argenteis aureisque poculis, sed ampuleis testaceis; multum delectatus hominum in ritu patrio constantiâ, nihil ex antiquis sacris in hunc nostrum luxum demandantium.* Tribuit Romulo instantibus vastè Patricijs seductus populus, quod nunquam indulserat Indigetibus. Illis accidit quod Antonino Caracalla, interfecto fratre, quem in album Deorum assumere decreverat Senatus: cui ille, adhuc bile commotâ, respondit: *Modò non vivus, quid si sit Divus?* *Spartian. in eo, & Erasim. Apophtegm. 6. n. 9. Senatores consentiente plebe adorarunt mortuum, quem averfabantur vivum. Tunc etiam fictum Romuli lanceam fronduisse; de quo, die 3. n. 9. & ne esset in cælo sine coniuge Dea, assumpta in Numen eius uxor Hersilia; ita ut sicut ille fulmine ascendit in Olympum, non secus illa igne cœlesti amisit mortalem halitum. Ovid. 14. Metamorph. fab. 20. succinit:*

Romulus
summæ cul-
turi.Pulvinari-
bus digna-
tur.Hersilia fa-
cta Dea.

— Ibi sidus ab æthere lapsum

*Decidit in terras, à cuius lumine flagrans
Hersiliae crinis cum sidere cessit in auras.*

Diximus pridie n. 1. Quirinalia Ferias stultorum dici. Sanè stultus populus, qui credidit fucum, in æternum adorationis monumentum: patritijque plus stulti, exponentes in adorationem, cui intulerunt & insidio-

Feriae stul-
torum.

Quos necem, ut esset cunctis Divus & sibi non vivus. Unde ex fulminis fuligine, Quirini, consortis Martis, insperato honore (ut præmittit Vates, *fabul. anteced.*) gaudet.

Pulchra subit facies, & pulvinaribus altis Dignior est, quàm trabeati formà Quiritis.

15 Famosi triumphi hac in die Urbem repleverunt gaudio. Ann. 403. refert Reusn. in *Diar. & Goltz. in Fastis*, pag. 52. M. Popillius Lænas de Gallis triumphavit in Quirinalibus; qui quidem è plebe Consul (ægro-tante collegâ) in Gallos qui in agro Latino castra posuerant, profectus; eisdem gemino prælio devicit: virtuteque tutos asperitate locorum, in planitiem deductos acer-rimè superavit: quare decretus ei triumphus. Liv. 7. à *sect. 61.* subdens: Gallos fugavit consul, non ultra castra insecutus, quia & vulnus degravabat, & subijcere exerci-tum, pugna fessum, novo labori nolebat. A persequendo hoste continuit, tumulis à Gal-lis occupatis. Præda omnis castrorum mili-ti data: victorem exercitum opulentumque Gallicis spolijs Romam reduxit. Moram triumpho vulnus Consulis attulit. At prius-quàm novi Cofs. inirent magistratum, triu-mpus à Popillio de Gallis actus, magno fa-vore plebis: inter se rogitantes num quem plebeij Consulis pœniteret? Summa & in-flexibilis constantiæ fuit, ut non in pacem admittere voluerit Antiochum Epiphanen, nisi statim (facto cum virga circulo in terra) responderet, quid Senatui de legatione di-cturus. Liv. 45. *sect. 28.* & alij, ex quibus ar-ticulum narrabimus, 30. *Septembr.* num. 4. Alij dicunt, filium eius nomine Caium.

16 Ab hinc ann. 28. V. C. 431. trium-pho de Samnitibus & Apuleis lætificavit Romam Q. Fabius Maximus Rullianus: Goltz. d. pag. 62. Quis fuisset, & quantus brevi refert Cornel. Nepos, de *Viris illustr.* n. 32. *Primus (ait) ex ea familia ob virtutem Ma-ximus. Magister Equitum à Papirio Curso-re, securi penè percussus (diximus die 13. n. 22.) primùm de Apulis & Lucerinis, iterùm de Samnitibus, tertio de Gallis, Umbris, Mar-sis, atque Thuscis triumphavit. Censor liber-tinos tribu amovit (Liv. 9. sect. 51. & Valer. Maxim. 2. cap. 2. n. 9. dicunt, A senatu) ite-rùm Censor fieri noluit, dicens: Non esse ex usu Reipublicæ, eosdem Censores sæpius fieri. Hic primus instituit, uti Equites Romani Idibus Quintilibus, ab ade Honoris equis in-sidentes, in Capitolium transirent. Mortuo huic tantum aris populi liberalitate conge-stum; ut inde filius viscerationem, & epulas publicè daret. Astruit etiam Valerius, quò supr. *Trabeatos equites Idib. Iulij Q. Fa-**

bias transvehi instituit. Idem Censor cum P. Decio, seditionis finiendæ gratiâ, cum comi-tia in humillimi cuiusque potestatem redacta accenderant; omnem forenses turbam in quatuor tantummodò tribus descripsit, eas-que Urbanas appellavit: quo tam salubri fa-cto, vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus est.

17 Post ann. 46. V. C. 477. triumphavit in Quirinalibus de Samnitibus, Lucanis & Brutijs, Q. Fabius Maximus, Gurges. Reusn. d. & Goltz. in *Fastis*, pag. 79. Gur-ges dictus, quia adolescens ligurivit quæ possederat. Hic factus Consul cum Iun. Bru-to Scæva, seu Bubulco (de cuius triumpho actum, 5. *Januar.* n. 9.) malè pugnavit cum Samnitibus. Exercitu quidem dissipato & disperfo clam in Urbem refugit, amissis tri-bus Romanorum millibus: quo maxime grassante lue, à Senatu decretum ex Epidau-ro Romam Æsculapium arcessendum. Anno seq. cum Senatus deliberaret de amovendo Gurgite, Rullianus eius pater, pro filij de-lenda ignominia; modò Gurgiti commen-daretur expeditio nova, sese obtulit filij le-gatum. In Samnites pudore ductus direxit exercitum. Pugnatum acerrimè & ita Gur-ges in hostes irruit, ut procederet usque in internum validius inimicorum agmen, quo circumventus, & tantum non oppressus, à patre fortiter liberatus est. Cæsa sunt ho-stium viginti millia, agri depopulati, præ-daque dives & militem ditavit & ærarium. Gurges operâ patris triumphavit: qui se-nex filij currum secutus eques, omnium in se oculos plausumque convertit; eò trium-pho dignior, quòd hunc filio, abolito eius patriæque dedecore, virtute inelytè pepe-rerat. Briet. ann. 463. estò Goltz. & Reusn. longiùs prorrahant. Totum factum ad glo-riam Gurgitis in Quirinalibus. Ibid.

18 Eodem festivo die iuxta Goltz. pag. 133. ann. V. C. 586. & 109. à triumpho Gurgitis; triumphavit L. Anicius Gallus de Gentio Rege Illyrici. Tit. Liv. 45. *sect. 93.* Anicius primo impetu Gentium Regem fu-dit; unde Illyrici urbes passim Romanis dedit. Ad Scodram metropolim atque Re-giam, quâ se Gentius incluserat, ventum, ab ipso petitz induciæ: at frustra per tri-duum expectato auxilio; se cum uxore, fi-lijs, fratreque ac regni Principibus Anicio dedit, futurus spectaculum triumphi tan-ti. *Belli Macedonici ac victoria Romanis accessio fuit Illyricorum Rex Gentius, qui à suis in triu-mpo Perseo per fraudem inductus in periculi so-cietatem L. Anicio Pratori Illyrici triumphib. materiam dedit; quem eodem anno reporta-*

Triumph. Q. F. M. Gurgis.

Rullianus virtus.

Triumph. Anicij Gal-li.

Gentius da-phi.

Triumphus Popilli Læ-natis.

Q. Fab. Ma-ximi Rullia-ni.

Inter Fabios primus di-citus Maxi-mus.

vit, quo de Perseo & Macedonibus Amilius; utroque Rege victoris sui antecedente currum: Macedonia & Illyrico redactis in provinciam. Petav. 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 8. Romam primum Reges captivi, Perseus & Gentius in custodiam cum liberis abducti subdit Livius: qui lib. 44. sect. 76. Anicius bello Illyrico intra triginta dies peracto, nuncium victoria Romam misit. Hoc enim bellum prius perpetratum, quam ceptum Romae auditum est. Idem proclamat L. Florus; lib. 2. cap. 13. Anicius fuit Progenitor Probæ Falconiæ (sicut illa Solis Occidentis Benedicti P.N.) de qua 3. p. Antiquit. Roman: pag. 75. in monumentum legitur. Anticæ Falconiæ Probæ, fidei nobilitatis antiqua ornamento, Aniciana familia servanda ac docenda castitatis exemplo, Consulum proli, Consulum matri, Anicius Hermogenianus Olucrius dedicavit. Ad Claudianum, Pænegyric. 1.

19 Inter Bæotos Thebis, memoria pugnae Deorum ac victoriae Hercule Duce. Diar. Græc. In pugna hac adversus Gigantes dicitur Virtus Deorum, uti dicemus Isagog. Octobr. n. 36. Unde post triumphum clavam dicitur Mercurio Polygio. Quam dicunt fuisse ex oleastro, & repullulasse actisque radicibus, insignem arborem factam fuisse; quod forte posset non mirabile videri, dicente Virgil. 2. Georgic. 2. v. 31.

Virgil. Truditur e sicco radice oleagina ligno, Quin & caudicibus sectis. Mirabile dictum! Pausanias nec credit. Sapit. Est ibi (inquit, cap. 74.) Mercurij signum, qui cognomento Poligtus dicitur. Et clavam ab Hercule dedicatam perhibent, factam ex oleastro. Adijciunt miraculum (bæud scio cuiquam fide dignum videri posset, eam clavam radicibus actis regerminasse) Oleaster certe ille hæc etiam ætate monstratur: clavam verò ab Oleastro quem Hercules ad paludem invenit, abscissam ferunt. Quid dicendum, dum Gyrard. in Hercul. n. 3. asserit clavam fuisse æream, & quam Mercurio obtulit, auream? Dicemus fabulam esse; sicut Nymphæam herbam ex clava ortam. Impossibile prorsum ex metallo germinare. Sat, si ex ligno, ut observat Dalecamp. in illud Plin. 17. cap. 25. Sant & miracula fortuita: nam & oliva in totum ambusta, revixit. Ægyptij quod signarunt uti arcanum hieroglyphicum; qui bardi cogitarunt signum prædicum. Solèm collocarunt inter duplicem clavam Herculis, quam imaginem plenè exhibebimus, 21. Mart. n. 5. præsentemque exponit Kircher. in Obelisc. Pampbil. lib. 4. Hierogrammatism, 3. Herculis clava (in-

quit) Mercurio consecrata, regerminavit. Id ad rem. Herculeæ clava arbores denotat bi-berno tempore frondibus exutas; quas Mercurij Numen, hoc est verni temporis virtus convellit. Thebani, uti indigenæ & civis duntaxat hac die Herculis virtutis recordabantur in auxilium Deorum ex pugna gigantum prodigiosa clavâ: quapropter ut in orbe universos hostes vinceret, à singulis Dijs donis singularibus dignatus. Pæplo à Minerva, thorace à Vulcano, equis (inter quos Arion) à Neptuno, ense à Mercurio, sagittis & arcu à Phœbo: mysteriaque ad cædium expiationem à Cerere accepit, Gyrard. d. n. 5. Sublatum in cælum Numenque factum Dijs gratulantibus, sibi que congaudentibus, asserit Phædr. lib. 4. fab. 11. sed aversum habuisse Plutum.

Cælo receptus propter virtutem Hercules, Cum salutantes persalutasset Deos, Veniente Pluto, qui Fortuna filius, Avertit oculos. Causam quaesivit Pater: Odi, inquit, illum, quia malis amicus est, Simulque obiecto cuncta corrumpit lucro.

20 Eodem die Athenis mors Xenocratis. K. Græc. Macedonum Regum dominationi Athenarum inhiantium, declaratus hostis; quin pectus flectere possent nec blanditiæ, nec minaces à potentibus superbis. Discipulus fuit Platonis, Academiamque rexit quinque annis super viginti. Fuit ingenio tardus, sed solidus: ita ut Plato diceret, illum calcaribus indigere, sicut freno Aristoteles summè perspicax. Senectute obiit, cæspitans, ann. V.C. 440. Amans eximie Athenarum; ita ut diceretur, Philippum Amyntæ duntaxat invenisse eum testem libertatis. Nonnunquam delicias respuit: siquidem hic est, quem sui sæculi pulcherrima Phryne, in eius lectulum à juvenibus procacibus immissa, non hominem sed statuam aut saxum nominavit. Munera sibi ab Alexandro Magno honorificè missa, respuit; dicens: Regibus auro, non philosophis opus esse. Alia videtis apud Diogen. Laërt. 4. de Vit. & morib. Philosoph. Suidam, & Erasmi. 7. Apophthegm. in eo, à n. 1. Statua ei erecta Romæ. Boyssard. Tom. 4. Antiq. Rom. pag. 49. Tantæ fuit probitatis, ut daretur tanta fides eius testimonio, quanta aliorum iuramento. Cicero. pro Balbo. Quo constat, ut ait Valer. Maxim. 2. cap. 10. Quantum honoris Athenis Xenocrati, sapientia insignis, pariter ac sanctitate claro, tributum est.

21 Ann. ætatis ferè 31. & 11. regni; Alexander Magnus necdum Babylonem ingressus, quippe minitabatur portentis funestis.

Hercules à singulis Dijs signatè honoratus propter victoriam de gigantibus.

Plutum sagittis.

Phædr.

Xenocrates.

Gesta præclara.

Alex. Magnus præter Rhox. men. alias dicitur.

Proba Falconiæ.

Herculis Virtus Deorum.

Virgil.

Clava Herculis, germinans.

Nymphæa herba.

DIES XIX. FEBRUAR.

stissimis : unde Sufas ire decrevit , ubi duas uxores duxit : Barfinen , Darij natu maximam ; & Parifatim Darij Ochi minimam (de quo 6. *Maij.*) deditque simul Hephæstioni uxorem interfecti Darij filliam , nomine Drypeticum ; ut ait Arrianus , *lib. 7. cap. 1.* Unde regni rebus urgentibus processit in Ecbarana , quo Ephæstion moritur , uti dicemus 21. *Iunij.* Ibi mansit , quo usque cum Hephæstionis cadavere profectus est Babylonem , quin iusta faceret ; quoniam legatos ad Ammonem miserat , ut consulerent , quid de Hephæstione sentiendum , & an recensendus inter aras Indigetum ? Venerunt , cum iam ille Babylonem ingressus , legatos ex diversis terrarum orbis partibus in plausum susceperat . Plutarch. in eo . Hac in die ut signat *Diar. Alexandr.* iusta magna decrevit Hephæstioni facere , ut cum eo constaret amicitia , & quod devenit potentis infania . *Alexander Hephæstioni , tanquam Heroi , sacrificari iussit.* Curt. 10. cap. 4. Iustin. *Histor. 12. Iussit , post mortem ut Deum coli.* Tunc etiam cadaver efferri iussit in templum Ammon , ut simul cum Numine collocaretur , & coleretur . Freinsh. in *Curt.* loc. cit.

22 Lepidè copiosèque *Dialog. 126.* ridet & refert phantasticam apotheosim Lucianus . *Apud Alexandrum (ait) gravissimi criminis reus fiebat ; qui colere & adorare Hephæstiona nollet : nam posteaquam is vivis excessit , amore victus Alexander effuso animo , ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit ; ut mortuus inter Deos Hephæstion haberetur . Continuo ei templa civitates pleraque dicarunt , delubra condiderunt , aras , sacra , ferias novo Deo sanxerunt . Iusiurandum omnium religiosissimum Hephæstionis nomine fuit . Hic eviratus affectus , hæc vasania fuit assentatoribus occasionem accendendi inflammandique Regis . Narrabantur insomnia , visa Hephæstionis umbra , predicabantur illius responsa : denique ara & sacra dicantur sunt familiari & malorum vindici Deo . Deinde cum Alexander initio bis mirè oblectaretur ; tandem ita captus est , ut fidem quoque adhiberet , gloriarereturque , quod non modò Dijs genitus esset ; sed Deos quoque ipse faceret : quo tempore quantum putamus amicorum Alexandri afflixit Hephæstionis divinitas ! Plura alia insignia furoris , nugacitatis , vel infatuationis , dicemus , 21. *Iunij* , quo Hephæstion facto functus . Ut oblivisceretur Alexander altissimæ mœstitudinis , mentem sepelire studuit comestationibus & ebrietatibus ; quæ secutus ante annum compotatorem amicissimum .*

Iusta ab illo Hephæstioni facta.

Eum exponit Numen in adorationem.

1 **G** Radus 29. *Aquarij. Dies nubilus & pluit cum hyeme.* K.R.P.

Cauda *Leonis* vespere oritur. Alsted. d. *Septentrio & Auster stant. Malus Argus occultatur.* Ptol. iuxta Hygin. de *Signis Cœlest.* n. 36. Occidit cum Sagittario & Capricorno. *Cæsar. German. in Arat. Phœnom.* accinit:

Hæc micat in cœlo lateri non amplior, actus Quæ surgit malus, qua debet reddere proavi. Intercepta perit, nulla sub imagine forma: Puppis demisso tantum stat lucida clavo. Vir equo insidens gladium strictum tenens. Sphær. Arab. Hac in parte Solis in Aquario , qui nati , ut astruit Iul. Firmic. præsentate Marte , vel eis qualibet radiatione coniuncto , de alto proiecti claudicabunt . Si verò Saturnus respexerit , ex infortunio infelicissimè morientur .

XI. K.

German. Cæf.

2 Moritur Lamech , pater Noë , sex annis ante diluvium hoc in die , unaque ante patrem Mathusalem , qui ante inundationem 7. dieb. fato functus . *Annal. Alexandrin.* fol. 32. Moriens , cum prius invisset filium in Arcæ fabrica , iussit Noëmum , se præparare in collectionem ossium Adami , & munerâ , quæ cum ipso sepulta ; ut in Arcam inferrentur : post servaret , moriensque traderet filio ; qui efferret collocanda in medio terræ , quò operanda humani generis salus . Quare ibi offerendum Deo in sacrificium duntaxat panem & vinum . *Ibid. & Tolerus lib. 2. Histor. Eccles. cap. 26.* Credit profectò Eutyechius Sem , cui Noë præfata credidit , fuisse Melchisedech . *Vid. 5. April. n. 3.* Lamech antequàm Noëmo Dominus committeret Arcæ fabricam , prædixit diluvium , & ipsum superstitem . *Genebr. ann. 874*

Obit Lamech.

Eius testamentum.

3 In *Chronic. Arabum* ex Abbenephio legitur : *Mathusab genuit ex Mensagha uxore filium nomine Lamech : fueruntque ei tanta vires , tam prodigiosum robur ; ut percussione manu , etiam ingentes arbores caderet , & radicibus extirparet : genuit educavitque filium , quem vocavit Noë.* *Vid. Kircher. 2. Oedip. Copt. 1. p. class. 2. cap. 2. Disquis. 1. §. 5.* Sub Lamech accidisse secundam orbis famem , dicunt Hebræi in *Tbargum super Ruth* , 1. 1. & *Genebr. d.* Sub hoc , etiam Adam , mortui sunt omnes Patriarchæ . *Vid. Tornieil. ann. 1651.* Filij Iacob denuò descendunt in Ægyptum pro alimonijis cum Benjamin . *Vide diem 17. n. 3.* Anno 1. exiit Israel de Ægypto prope finem absolvitur

Robur.

Sub illo 2. orbis famas.

Filij Iacob denuò in Ægyptum descendunt.

tur

tur totum opus Sanctuarij, ac eius ministro-
rum; quod probavit Moyfes & benedixit
artificibus. Leon. Mar. ex Exod. 39. 43.
Tunc, Hebraeis nonnullis placet, præceptam
à Domino Tabernaculi erectionem: fallun-
tur, uti dicemus, die 2. 3. n. 2. Quid oblatum
& expensum, dicitur ibid. cap. 38. à 24. &
Hiflor. Scholaft. cap. 78. ex quibus Adri-
chom. 2453.

4 De Regina Saba adventu, ut videret
Salomonem, dicemus, 9. O. à n. 2. Magna
ac pretiosa dona illius, sed hac die iuxta
Rab. Abrah. in Myrrh. fascicul. tradidit Sa-
lomonem plantam Balsami. Viginti enim auri
talenta Salomoni donavit, & aromatum
vim magna estimationis, lapillorumque pre-
tiosissimorum. Aiunt enim quod balsami plan-
tam, cuius hodie quoque ferax est nostra re-
gio, illius Reginae munificentia ferri acce-
ptam oporteat. 8. Antiq. cap. 2. refert Io-
seph. contra sacrum textum, afferentem
cum aromatibus dedisse Regi centum vigin-
ti auri talenta. 3. Reg. 10. 10. & 2. Paralip.
9. 9. Dedisse Regi radicem balsami (ait Co-
mest. hic, cap. 26.) unde propagata in En-
gaddi vites balsamitæ. Aliquibus placuit in
Iudæa fuisse usque in Reginae adventum
plantam Balsami ignotam, illamque Salo-
moni demonstrasse, & ex illa tot commoda.
Unde ipse plantavit vineam tanti pretij, ut
dicitur, Cantic. 8. 11. In agro Hiericuntis
Salomonem ex radice balsami vineam plan-
tasse; asserit Genebr. Chronolog. Ann. 3150.
sed liquet ex sacra pagina sitam fuisse in val-
le Achor, in loco Engaddi, ubi hortus bal-
sami, uti asserit Adrichom. in Iuda, n. 116.
Hæc vinea non ex vitibus, sed ex cypris, ex
quibus balsama, uti diximus, Tom. 4. T. 1.
D. 1. n. 12. ex Hieronym. in 27. Ezech. &
Epitaph. Paulæ. Quapropter Sponsa loc. cit.
1. 14. Botrus Cyprî dilectus meus mihi.

5 In cogitationem suffragatur Plinius
12. cap. 25. Vinceta ut vitis, & implet colles
vinearum. & Iustin. cap. 36. In vinearum
morem excoluntur. Ad dicta Tom. 6. T. 1.
n. 9. Plantam postea sola Iudæa aluit: hodie
sola Ægyptus, ubi etiam fertur sterile scere:
subdit Genebrard. Extensius Adrichom. ubi
dudum. Engaddi (infit) ager olim egregius,
gratissimum spirans adorem multitudine ar-
bustorum, & aliarum odoriferarum herba-
rum, maximè balsami, quæ eo loci ubertim
nascuntur. Sunt autem balsama arbuscula,
uni omnium terrarum Iudæa, quondam con-
cessa, quas vineas Engaddi Solomon nomi-
nat, quarum frutices, si acuto vitro, lapide,
offensivè cultellis incidantur; stillant succum
pretiosissimum eximia suavitatis, quem Opô-

balsamum vocant, præferuntque omnibus
odoribus. Hunc hortum seu vineas balsami
tempore Herodis Magni, Cleopatra Ægypti
Regina, concedente Antonio, invidens tan-
tam felicitatem Herodi, transtulit in Ægy-
ptum; ubi irrigatur à fonte parvo, uberrimè
tamen fluente, in quo fama est, saepe lo-
tum à Beata Virgine puerum Iesum, adeoque
ex eo potum sibi & Sponsæ suæ S. Ioseph. pa-
ravisse (præmissimus etiam die 3. n. 5.) cum
in Ægypto esset. Est autem hortus hic inter
Heliopolim & Babylonem situs in longitudi-
nem duos iactus arcus, in latitudinem unum
terra ferè alba. Fonticulus autem Iesu (ait Sa-
ligniacus Tom. 10. cap. 6. in Itinerar.) par-
vus est, non sufficiens irrigationi totius hor-
ti: quare Saraceni alium foderunt, ex quo
quatuor boves aquam protrahunt per rotam;
sperantes de vicinitate fontis Iesu, aquam fo-
re salubrem: at longè aliter evenit, donec
missis canalibus, aquam patci ducerent in fon-
tem Iesu: quo factò largiter & salubriter ex
aquis mistis rigatur balsami hortus. Mirum
dictu. A meridie Sabbati usque ad auroram
feriæ secundæ, nullo verberè impelli possunt
boves, ut in protrahenda aqua laborent. Sa-
raceni hinc se & pueros suos lavant, ut corporum
suorum foetorem naturalem evadant.

6 Si in Ægypto huiusmodi hortus bal-
sami, videtur Iosephi intentio fallendi, dum
dicit de Iudæa & sua ætate: Cuius hodie quo-
que ferax est nostra regio. Floruit sub Vespas-
iano, & tempore M. Antonij Cleopatra;
quæ hortum transtulit, annorum ad minùs
ferè octoginta intervallo. Respondet Adri-
chom. d. Sunt tamen adhuc furculi quidam
balsamorum in monte Engaddi; sed nullus
cultus nullus proventus. Hoc videlicet est
iustitie Dei iustissimum iudicium: ut quo-
niam Herodes, olim balsami possessor, pue-
rum Iesum persequebatur; Iesus fugiens in
Ægyptum, post se traxit balsami hortum.
Similiter Cardinal Vitriac. de Terra Sanct.
cap. 85. Brocard. Itiner. 6. Bernard. Brei-
denbach. Anton. Castill. in Devoto Pere-
grin. lib. 2. cap. 3. Saligniacus, ubi dudum:
Mensis balsami (ait) talis est. Decerpitur fo-
lium ex stipite contra Solem: moxque gutta
lucida & mirè fragrans scaturit ex ruptura:
& hic balsami pretiosissimus liquor vitreis
vasis colligitur; minimè fluxurus, nisi ad
ortum Solis fiat ruptura. Describit Plin. lib.
12. cap. 25-16. cap. 32. Granuyse 17. de
Propriet. rer. cap. 18. & Berchor. 12. Re-
ductor cap. 17. Certo anni tempore balsa-
mum fodant (ait Iustin. quò dudum) sed
non minor loci eius opacitatis, quam uber-
tatis admiratio est: quippe cum toto orbe re-
gio-

Perficitur
opus San-
ctuarij.

Planta bal-
sami dono
dona, vel a-
stensa Salo-
moni à Re-
gina Saba.

Hortus bal-
sami in En-
gaddi.

Hortus bal-
sami quan-
do in Ægy-
ptum depor-
tatur

Fonte Iesu
irrigatur.

Mira huius
aque &
horti.

Quomodo
balsami col-
lectior

gionis eius ardentissimus Sol sit; sibi tepidi aëris naturalis quaedam ac perpetua opacitas inest.

7 Plin. ubi supr. Omnibus odoribus profertur balsamum; uni terrarum Iudææ concessum: quondam in duobus tantum hortis, utroque regio (nescio an unus, qui dictus

Hortus balsami, ne extirparetur à Iudæis, defenditur à Romanis.

Hortus balsami; & alter, Vineæ Engaddi: nec intelligi potest, in hortis Salomonis & Cleopatrae; quoniam huius, non erat in Iudæa. Videat lector) *Servit nunc hæc, & tributa pendit cum sua gente. Ostendere arbusculam hæc Urbi (Romæ) Imperatores Vespasiani. Scivere in eandem Iudæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani, & dimicatum pro frutice est.* Ex quo patet hortum balsami sub Herode, in Ægyptum non translatum ex Iudæa; cum hic pro illo dimicatum tempore Vespasiani & Titi, Romanorum Imperatorum. De messe balsami, dicemus, 28. Jul. n. 4. Egesipp. 1. Excidij, cap. 15. subdit: *Prope urbem Iericho balsamum gignitur, virgultisque innaescitur, quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolarum, perque eas incisiones distillat humor, lacrymis pulchrè rorantibus.* Idem Ioseph. 1. de Bell. cap. 5. In Arabia collocant etiam Pausanias, cap. 303. & Rhodigin. 18. cap. 26. Diodor. Sicul. 2. num. 93. Palæstinam vocat Arabiam, ubi balsamum, quo felix, eò quòd nusquam alibi in orbe terrarum hæc stirps invenitur. Inter balsama degunt greges viperarum, quæ sonitu ac crepitu complatarum tabellarum fugiunt, ut indigenæ messem pretiosam lætanter colligant; quanvis balsami pastu sine veneno venenata degant. Vide Auctores præcit. & quæ nos diximus, Tom. 5. Tautolog. 4. n. 15.

Collectio balsami.

Viperæ inter balsama.

8 Hic Pompeius Magnus, cum sequeretur Aristobulum, manens per triduum, scivit morte Mithridatis, finitum bellum Ponticum, igitur filius coegit in interitum, & corpus muriâ conditum, misit ad Pompeium, & præmium parricidij fuit Romanorum amicitia. Sallian. & Briet. Ann. 3991. Vide 29. Maij. Inde (ait Egesippus, 1. Excidij, cap. 15.) *compositis ordinibus ad vesperum castra movit, & primo diluculo Ierosolymitanis mœnibus astitit; atque improvisus (aptius, improvisis) armatas acies infudit.* Vide die 22. n. 7.

Mithridates occiditur à filio.

9 Hac etiam die à Reufner. præfigitur mors Malachiæ Prophetæ; de qua, 14. Iannaar. n. 2. & à Castell. ann. Christi, 33. curatio mulieris curvæ in templo, quòd proposuit parabolam de grano synapis; & exivit versus Ierosolymam è Galilæa: at in itinere monitus à Phariseis, in necem quæri ab

Mors Malachiæ Prophetæ.

Christi gressu.

Herode; dicere ei mandavit, non ab illo; nec in eius ditione moriturum, sed in Ierusalem, quò ad tempus reverfurum. Addit etiam: *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidit Prophetas, &c. Non me videbitis, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Castell. ex Luc. 13. 34.

10 Festum à Rhodigino signatur. *Vinalia priora* (ait, 28. cap. 25.) *de gustandis Vinalia priora vinis celebrari Romanis solita, XI. Kalend. Mart. altera verò ad XIII. Kalend. Septembr. Videbimus.* Signat etiam Varro, 5. Ling. Latin. quia Vinalia hodie Iovi, & quæ in Augusto, Veneri. *Vinalia erant duplicita: altera vinis degustandis, quæ vina pura sunt (infit Alex. Neapol. 6. cap. 8.) quo die Iovi novum vinum libare mos est, quod ex dolio haustum eximebant. Altera, quibus Flamen Dialis, vindemiam auspicatus, maturis visis, vinum legere, & vindemiam fieri iubet; quibus diebus agnam Iovi immolant: quo tempore ex fano Veneris vinum affatim effundebant. Hæc dicebantur Vinalia rustica, uti videndum, 20. August. 1. Septembr. & 11. Octobr.*

11 Dignum scitu quare in huiusmodi sacris oblata *Vina pura*; etenim ad hoc sacrum speciale Iovis privilegium. *Aurora, Soli, Lunæ & Urania, non vino, sed aqua melle diluta, sacrificant: vina verò in sacris libare Dijs necessum erat; sed ex Græca & imputata vite, seu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, vel immanditie polluta fuerat, aut iuxta quam homo laqueo pependerit, quæque circumcisis vinaceis proflexerat. Vina libare Dijs aliter, infastum erat.* Alex. Neapolit. 3. cap. 12. Excerptit ad verbum ex Plinio, lib. 14. cap. 19. *Spurca hæc vina Pontifices appellabant.* Dalecamp. hic. Dignum itaque suis Numinibus libamen. Aliter Servius, in illud Virgil. Eclog. 2. v. 69.

Quæ vina pura & spurca.

— *Quæ te dementia cepit?*

Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est. Virgil. *Non mirum (ait) esse dementem, qui hæbeo vites semiputatas: nam in sacris dicitur, quòd corripitur furor, qui sacrificaverit de vino, quòd est de vitibus imputatis.* Illustrat La-Zerd. in Virgil. loc. cit. Alia exponitur, die 21. n. 9. & 23. April.

Virgil.

12 Solemnior dies Romanis effulfit, dum Galli post occupatam Romam per septem menses inde exière, quin expugnare valerent Capitolium, Pactione iam facta ex mille pondo auri, dum tradebatur Gallis (impellentibus dolo in adversam partem libæz momentis, Romanis dicente Brenno: *Hoc victis dolor.*) advenit Dictator qui fuerat

Galli Romam deserunt.

rat

rat (& Romanorum pertaxus ingratitude-
nem, voluntarie exulabat in Ardea) incly-
tus Camillus, qui tot victorias de pop. Rom.
hostibus, civibus dederat; & armis, sine au-
ro Brennum ab urbe expulit, qui noctu ad
sexaginta stadia progressus via Gabinâ ca-
stra posuit; quæ die sequenti direpta, & bar-
bari cæsi, quo Roma iam libera (ut ait Plu-
tarch. in *Camill.*) & illi progressi in Græ-
ciam, prius Iovi Capitolino oblata aurea
corona, quæ servabatur in Sacello Iovis, uti
diximus, 10. *Januar.* num. 12. Tunc institui

*Brennus cū
suis videt.*

*Ludi Capi-
tolini.*

Ludi Capitolini pro servato Capitolio ab
hostibus Gallis. Rosin. 5. *cap.* 18. *Capitolini
Ludi* (ait Alex. Neapolit. 6. *cap.* 19.) eò quòd
*Iupiter Opt. Max. suam sedem servasset: qui
alijs solemnibus additis, collegiumque novum,
auctore Senatu, institutum fuit.* Eadem hic
Tiraquell.

13 Tunc cives decreverunt incensâ ur-
be Veios migrare, sed insigni oratione Ca-
milli à proposito revocati, & voce signiferi,
qui fortè dixit: *Mancamus hic.* Liv. 5. *sect.*
146. Retulit articulum, *sect.* 134. *Omnium
primium, ut Camillus erat diligentissimus
religionis cultor, quæ ad Deos immortales
pertinebant, retulit; & senatusconsultum faci-
cit, fana omnia, quòd ea hostes possedissent,
restituere, expiarenturque; expiatioque
eorum in libris per decem viros quæreretur.*

*Roma ex-
piatio.*

*Ædes Locu-
tij.*

Ludi Capitolini fierent, expianda enim vo-
cis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum
Gallicum audita (egimus die 12.) neglecta-
que: iussuraque templum in Nova via Locu-
tio fieri. Aurum quod Gallis ereptum erat,
cùm in quem referri oporteret, confusa me-
moria esset; sacrum omne iudicatum, & sub
Iovis cella poni iussum. Tunc triumphus eius
de Gallis, plausus titulis Novi Romuli, &
Conditoris urbis. Ibid. *sect.* 133. & Turfell.
V.C. *ann.* 364. In his ludis senex fatuus in
theatrum exhibit, cum bulla aurea, togâ &
prætexta in derisum; quasi puer. Plutarch.
Rom. 99. 53. A vicaniis prætextatis ludos
fieri; ait Rosin. d. Diversi fuere hi ludi ab
illis, qui dicti *Agones Capitolini*, & quotan-
nis minimè celebrabantur, sed post tran-
actum quinquennium: at cùm oblivioni
(quoniam alij ludi noviter in plausum po-
puli, & honorem Numinum instituti) tra-
diti essent; à Domitiano restaurati sunt; de
quo 13. *Octobr.* n. 7.

*Senex deri-
culus in lu-
dis Capita-
linis.*

14 Insigne veræ amicitia præ se tuler-
unt in Romæ captæ ac liberæ à Senonibus,
articulis Masiilienses. Illo tempore, quo ad
Alliam victi à Gallis, eam postriduum Bren-
nus sine obice ingrederetur Urbem; *Rever-
tentes à Delphis Masiiliensium legati* (refert

*Masiilien-
sū fides er-
go Romanos,
& eorū pri-
vilegia.*

Inlin. *lib.* 43. *Histor.*) quòd missi mûnera A-
pollini tulerant; audierunt Urbem Romanam
à Gallis captam, incensamque: quam rem do-
mi nunciatam publico lûctu Masiilienses pro-
secuti sunt: aurumque & argentum publi-
cum privatumque contulerunt, ad explendum
pondus Gallis, à quibus redemptam pacem
cognoverant: ob quòd meritum, & immuni-
tas illis decreta, & locus spectaculorum in
Senatu datus, & fœdus equo iure percussum.
Alij honores exponuntur à Valer. Maxim. 2.
cap. 6. n. 7.

15 Sacra prisca Romæ hac in die erant
Feralia, quæ ab aliquibus signantur die 17.
ab alijs, 18. hodie à Varrone, 5. de *Ling.
Latin.* Constant. & Mars. in 2. *Festor.* Ovid.
à v. 533.

*Feralis sa-
cra.*

*Est honor & tumulis animas placare pa-
ternas.*

Ovid.

Numa instituit. *Nec cœlestes modò cœremo-
nias, sed iusta quoque funebria, placandosque
Manes.* Liv. 1. *sect.* 62. Ritus, sacrificia &
hostias cum alijs superstitionibus, videlicet
apud Natal. Comit. 1. *Mytholog.* à *cap.* 12.
Ravif. *Text.* 1. *Officin.* à *cap.* 4. Gruther. de
Iure Manium, 1. *cap.* 16. Rosin. 4. *cap.* 6.
Servium & La-Zerd. in Virgil. 6. *Æneid.* à
v. 571. Hi dies dicebantur infauti & atri,
impuri & detestabiles, in quibus nihil egre-
gium fieri fas, nec foeminas nubere. Alex.
Neapolit. 2. *cap.* 6. Ovid. altè commendat,
à v. 557. Quid magis ludicrum? In Kalen-
darijs monent etiam N. Astrologi. Defun-
ctis cœnas ferebant, quas dicebant *Ferales*:
quæ à ferendis ferculis, vel feriendis pecudi-
bus dicebantur iuxta Festum; quod non
placet. Idem Alexand. 3. *cap.* 12. *Fuerunt
apud Romanos defunctorum piamina* (ait
Gyrald. *Syntagm.* 17. n. 73.) *his diebus pro
impetranda defunctorum animabus quiete,
omnis populus piaculis sacrificijsque circa se-
pulchra, accensis factibus, intentus erat. Fuit
& Antiquis Silicernium, quo cœna Dijs Ma-
nibus inferebatur: vel quòd eam cernant si-
lentes Umbra; vel quòd qui inferunt, cer-
nant, sed non degustent: nam de his quæ li-
bantur Inferis, quisquis ediderit, vel biberit,
funestabatur.* Futile quidem: Silicernium
dicebatur, quia dona Feralia ad defunctorum
sepulchra super nudum filicem appo-
nebant. Varia cogitabant in huiusmodi su-
perstitionibus: & quia de sepulchris surge-
rent ad escam mortui, ut refocillari possent
è labore itineris cœlum versus; de quo die
15. num. 24. Vel quia nullos arbitrabantur
Deos præter fato functos. Mela, 1. de *Situ
Orb.* *cap.* 8.

*Cœna Fe-
ralis.*

*Quorsum
instituitur*

16 Parvi momenti res visa, quia sub

velamine pietatis, sed fuisse fomitem totius Idololatrię, arbitratur Selden. de *Dijis Syris*, cap. 3. Unde *Feralia* ut aboleret, suadavit Ambrosius (uti ait Smet. in *Fast.*) cum Christiani in mores Gentiles degenerarent. Ibi pars libabatur mortuis, cetera cedebant in epulum, felicesque inibi dicebantur mortui, per huiusmodi convivia, quę dicebantur *Mattæa*, idest, stulta. Intelligitur modò Tertullian. de *Testimon. animę*, cap. 4. dicens: *Securos vocas defunctos: profiteris & vitę incommođum & mortis beneficium. Vocas porro securos, si quando extra portam cum obsonijs & mattæis tibi potius parentans, ad busta recedis, aut à bustis dilator redis.* Sibi enim epulas præparabant, dum defunctis disponebant. Causam exponit stultitię, de *Resurrect. Carn.* cap. 1. *Defunctis parentant (infit) & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum (Hispan. Platos del tiempo) ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant. At ego magis ridebo vulgus: tunc quoque quàm ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodum gulossimè nutrit.* Idem Epiphani. in *Ancorat.* Hinc Pamelius per *Mattæa* intelligit *Edulia* omnia. *Perniciosus error* (inquit Augustin. *serm.* 15. de *Sanctis*, Conc. 1. in *Psal.* 48. & *Epi.* 64.) ut super tumulos defunctorum cibos & vina conferant; quasi egressa de corporibus animę carnales cibos requirant. Prohibuisse Ambrosium, ipse etiam asserit, 6. *Confess.* cap. 2. n. 1. haud quod oblatio pro defunctis esset acceptatione indigna; sed quia in offerentibus superstitione grassabatur Ethnica; quapropter acriter in morem Ambrosius invehitur, in *Luc.* 9. 60. His temporibus admittitur sanctè in suffragium defunctorum, in sacerdotum subsidium & agapen pauperum.

17 Plus veneni in parentalibus, seu *Feralibus* latebat. Describit conatus Solinus, cap. 44. in exteris, sed non inter Romanos; quasi illi cunctarum nationum haussissent errores, ut patet erga Manes & *Feralia*, tot. lib. 6. Virgilij. *Nulla alia Numina existimant præter defunctorum Manes. Ab illis, ubi tumulis incubuere accipere responsa opinati:* subdit ex Homer. *Odyss.* 11. Alex. Neapolit. 5. cap. 26. *Ibi maxima Manium evocatio apud Avernum traditur fuisse; in quo casis victimis & carmine effuso, Manes defunctorum ab inferis per divas execrationes eliciant. Mox tenuissimã effigie, & hominis simulacro, sub noctem apparente, responso excepto, super quo consulturi venerant, è conspectu in auras puncto tem-*
Tom. I. *Ephe.*

poris dilabitur. In *Deorum Manium sacrjs & Feralibus cœnis aptum apponebatur, quo qui sacrjs intererant vescerentur. Romani verd floribus ornare sepulebram, & sacrificio atque epulo defunctis parentare solent: nonnunquam thure & mero supplicare: sine tibi-cine quibus in acie castis, fuit tam ara, quàm annua parentatio constituta.*

18 Hęc & alia ludicra, sed à demone intenta propter flagitia ferè in usu: quę quidem si prætermissa, mœlitudinis atque indignationis Inferi Dij signa præbebant, apparebantque specie defunctorum ululantiu & gementium, quasi arctiis premerentur diritate Manium. Ovid. d. à v. 547.

At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis

Bella, parentales deseruere dies. Vix equidem credo: bustis exisse feruntur, Et tacitè quæsti tempore noctis avi.

Perque vias urbis latoque ululasse per agro

Deformes animas vulgus inane ferunt. Postè præteriti tumulis redduntur honores, Prodigijsque venit funeribusque modus.

Eadem iterant usquequaque Poetę. Petron. *Carm.* 19. v. 138. Claudian. in *Rafin.* 1. v. 125. Senec. in *Oedip.* v. 174. Lucan. 1. v. 11. & Virgil. 1. *Georg.* v. 477. & 7. *Aneid.* v. 89. In cunctos exercebatur parentationis honor, sed cum discrimine in oblatione, si defuncti fuissent pravi. Unde de Tereo scelersto, ait Pausan. cap. 40. *Sibi manum consecovit: quo in loco ei statim tumulum struxerunt, ad quem annum faciunt sacrum, & in eo calculis pro farre utuntur: atque eo quidem primam in loco upupam avem visam memorant.*

19 De funeribus fusè egi Tom. 2. *Tautolog.* 7. à n. 2. Quid apud Ethnicos Manes; Tom. 4. *Tautolog.* 5. à n. 66. Hieroglyphicis illorum potestatem indicabant Romani in monumentis; et si præter zugaror, plus signaretur quo statu & atate qui iacebat, factus functus. Aliqua insignia, quasi imagines, libabo, ex Boyssard. in *Antiq. Rom.* Tomo enim 1. pag. 144. super lemniscum, fasciculum florum & fructuum sedet aquila extensis alis, ad latera super alabastrum alites, infra duo Centauri citharas pulsantes, super quos duo Cupidines, equites: titulus: *Dij Manibus.* Idem, Tom. 2. pag. 70. & 78. exhibetur lamia super gallum, sive basiliscum, ad latera duę foeminae alatę, tenentes lemniscum, super quem foemina tracta à serpente, abiecto alabastro, fugientibus cæteris: quod regerit, pag. 81. sed 88. obijcitur cum eisdem ornamentis puer equitans super phocam. Puer verd offam canibus offerens,

Quid in illis Mattæa?

Quare inibi olim oblationes super tumulos?

Cur Manibus cœnę Feralis ab Ethnicis?

A demonijs felicitate.

Ovid.

Quibus pro cœna lapides?

Tumulus Tereti.

Hieroglyphica Manium.

ostenditur, pag. 90. sicut; 105. pupus cum botro uvas præbens alicui. *Tom. 3.* pag. 20. monstratur larva, seu Medusæ caput inter scutulam & scutum. *Tom. denique 4.* pag. 51. puer, quem hinc & hinc fascibus comitabantur Cupidines, cum duabus iconibus Stultitiæ. Similiter pag. 101. præ se fertur puella coronata à Cupidine & Anterote, inter corvum & molossium, dextrâ gerens botrum, ac in sinistra columbam. Etiam videtur, pag. 105. puer nudus cum palliolo brevi, inter simiam & canem, inter palmam & vitem, cui alligata fax accensa; habens dextrâ florem, sinistra columbam, aliâ supervolante. Patet ætatem ac statum emortui interdum signari; ubi *Tom. 3.* pag. 20. cum inscriptione, *Dijs Manibus*, obijcitur oculis imago infantis in fascijs, sub arcu florum. Sat hæccine in propositum nostrum.

20 Cum sacra Feralia Manibus fierent; dedecus videretur, ni fierent similiter matri Manium: unde hac in die etiam sacra *Muta* Deæ, quæ *Mania*, *Tacita* atque *Lara* dicta. Ovid. d. à v. 583. *K. V. R. Rosin. 4. cap. 4. & 6. Tacita* dicebatur, haud quia sine lingua, ut videbimus, sed quia eius sacra tacenda. Lambin. in *Horat. 3. Od. 30. v. 9.* Nil mirum: erant magica & fortilega, ut constat ex personis, rebus, ritibus signatis ibid. ab Ovidio, & observatis (omittere fas esset, & fatius) à Marfio, d. equidem eo utebantur artificio, quasi illo arcano linguas possent compescere detrahentium. Chartario videtur hanc Deam non *Tacitam* dici ob maleficia, sed duntaxat ob religionis arcana, quæ sub silentio veneratione digniora. Unde *Aegyptij* (ait pag. 250.) *Silentij Deum inter præcipua Numina sua venerati sunt.* De Numa, in eo refert Plutarchus; docuit Romanos unam Deam summo cultu venerari, *Tacita* nomine.

21 Etiam dicta *Tacita*, quia cum secreta sciret Iovis, quæ ille studiosè celabat, ne uxor sciret; lunoni garrula, ac rumigerula aperuit. Agre igitur Iupiter tulit, linguam illi abstulit, Mercurioque præcepit, ut abduceret ad inferos, in loca Silentium; ut loqui non posset, quæ tacere non didicit: ex tuncque dicta nympha *Muta Dea*. Ovid. d. à v. 583. & hic Paul. Marf. Anton. Constant. & Carol. Neapolit. Iussa Iovis Mercurius implet, ad inferna minavit; sed illa nimis placuit ducenti, quæ ex illo peperit Lares. *Fitque gravis, geminosque parit, qui completa servant,*

Et vigilant nostrâ semper in urbe Lares. Ovid. quò supra, v. 615.

22 Plura de his diximus, 1. *Ianuar. n.*

17. & 31. à num. 1. & ulterius tam de illis, quàm de matre, eorumque sacris agemus; 1. & 2. *Maij.* ex pluribus alijs AA. Hanc *Laram*, sive ut alij dixerunt *Larundam*, nonnulli *Maniam* etiam appellaverunt; cui unâ cum *Laribus Compitalia* ex Oraculi responso sacra fiebant: atque pueri apud Romanos pro familiarum salute immolabantur: nam credita est *Mania* (inquit Natal. Comes, 4. *Mytholog. cap. 4.*) si qua pericula familijs imminerent, ea depellere, cum fuisset expiata. Sequentibus postea temporibus apud eosdem Romanos alliorum & papaverum capitibus pro pueris immutato ritu sacrificatum fuit. Credebantur ab Antiquis hi demones curam habere compitorum & civitatum. Erant his demonibus canes præterea, vulut etiam *Diana*, dicati; quia communes familiarum custodes putabantur, quibus etiam focus erat consecratus, existimabanturque, tanquam *Penates*, domorum curam habere. Referunt idem Gyrald. Syntagm. 1. n. 9. & 15. à n. 4. Alex. Neapol. 2. cap. 22. Macrobr. 1. *Saturnal. cap. 7.* & Stuck. de *Sacrific. Gentil. cap. 76.* Unde qui Lares domi, *Mania* mater Manium vocabatur; quippe cum hominibus intra domos manebant. Inter Græcos *Faria* dicebantur *Maniæ* & *Erinnyes*, Alæque *Deæ*. Unde Pausan. cap. 264. *Ad levam vig militaris* (ait) *Dearum Fanum*, quas *Manias* vocant. Vide 5. *Ianuar. n. 12.*

23 Apud Phocenses sacra Minervæ *Cra-neæ*, seu *Dianæ Hyampole*. *K. Græc.* Sacerdos est puer: providentque religione summa (refert Pausan. cap. 353.) ut ex eo munere se abdicet, priusquam pubescere incipiat: annis ferè quinque perpetuis sacerdotium terminatur; quo toto sanè tempore vivit apud Deâ. Simulacrum eo sanè habitu, ut *Dea* in pugnam vadere videatur. Clypei eadem est forma, qua clypeus *Minervæ*, qua apud Athenienses *Virgo* dicitur. Frideric. Sylburg. hic num. 3. In clypeo expressa eadem sunt per imitationem, qua Athenis in clypeo *Minervæ*, cognomento *Virginis*. Meminit Gyrald. Syntagm. 1. 1. num. 29. & nos, 15. *Iun.* Platonici (uti observat Cæl. Rhodigin. 14. cap. 18.) per eius imaginem signabant divinitatem potenter simul atque sapienter tum cælestia exornantem, tum quæ sub cælo fiunt, ædificantem; inter astra, præcipuè *Arietis* præidentem, æquinoctialis circuli ducem, ubi potissimum vigere putant motricem Universi virtutem. Ideo vocant *Ophthalmitidem*, q. d. totam, oculos.

24 Causam templi erecti, sacerdotij, sacrificij atque festivitatis in *Hyampoli*, narrat Plutarchus, libell. de *Virtut. Mulier. n.*

Dea Muta,
Tacita, La-
ra, Mania.

Cur Tacita?

Quare Mu-
ta?

Ovid.

Cur Lara?

Et Mania?

Minerva
Cra-neæ.

Imago.

Diana Hy-
polis.

3. Phocidum factum; quo non aliud à mulieribus gestum memorabilius: ceterum magnis sacris, quæ nostræ etiam memoria ad Hyampolim celebrant Phocenses; contestatum est. Bellum inter illos & Thessalos atrox erat. Phocenses magistratus eorum & tyrannos in civitatibus suis universos uno die interfecerant. Thessali flagris ad necem usque verberaverunt quinquaginta illorum obfides. Daipbantus, qui in summo magistratu erat, auctor fuit Phocensibus; ut Thessalis occurrerent; uxores ac liberos ex tota gente certum in locum cogere, rogumque circa extruerent: adiuncto presidio, cui præciperent, si cernerent rem inclinatum; ut illic materia subderent flammam, corporaque concremarent. Consenserunt femina. His paratis Phocenses ad Cleomas Hyampolidis victoriam retulerunt. Mense autem elaphobolione omnium summum festum Hyampoli Dianæ, huius vi-
 Etoria causa etiam nunc celebrant. In hoc templo est erecta columna Mnesibulo, victori Olympionidæ; qui palmas stadij tulit, & duplicati cum clypeo curriculi. Pausan. quò suprâ.

25 Ara Iovis Olympij singularis (de qua sicut de eius angusto templo, 16. Iunij) igitur congesta illa erat ex cinere victimarum. *Februarij mensis nono supra decimum* (inquit Pausan. cap. 161. & ex illo etiam Natal. Comes, 8. *Mytholog.* 22.) *Araspices cinerem ex Prytaneo* (qui locus Athenis destinatus ad alendos de Republica benemeritos, & ad iudicium caufarum, ut ait Ubb. Emmius) *deportant: eoque & aqua ex Alpheo amne diluto, aram Iovis oblinunt. Religione sanctum est, cinerem solâ Alpei aquâ dilui; atque ex eo tantum luto; ara tectivium superinduci. Eam ob rem Alpheus fluviorum omnium Iovi maximè amicus creditur.* Hac etiam de causa imago Alpei collocata ad statuam Iovis; ait Goltz in *Olymp.* observatque Nonnius in eius *Græcia*, Tabul. 9. Quasi hoccine magni momenti, extollit Porphyrius, lib. 1. de *Sacrificijs*.

26 Hac etiam die in Sparta cursus Leucippidum ex Oraculo Delphico. *Diar. Græc.* Originem certaminis refert Pausanias. *Ibi Bacchi ades* (ait, cap. 95.) *iuxta eam lucus est, illi Heroi sacer, quem via duce[m] Libero-Patri, Spartam contendenti, fuisse perhibent. Heroi huic priusquam Deo ipsi sacra faciunt ea, quæ Dionysiades, quæque Leucippides nuncupantur. Fæminis verò alijs undecim, quæ & ipsa nominantur Dionysiades, cursus certamen proponunt; quod ex Delphico quodam responso facere iussi sunt.*

27. Puteoli ædificantur. Salas in Pa-

verg. De huiusmodi urbè ait Beniam. Tudeles. in *Itiner.* fol. 22. *Magna urbs, quam Adar-Gezer condidit, Davidis Regis metu fugatus, in eumque decessit locum. Inundatione verò maris populus illius, duabus urbis partibus obrutus demersusque est. Hodie visuntur turres & foras in aquis demersa, quæ media urbè quondam fuerant. Eodem autem loco fons scaturit, in quo bitumen invenitur, quod ex aquis quibus innatat collectum, ad medicina usum reponitur.* Uti Rabbinus erga sacram scripturam mentitur, dicens quod placuit, & historiam veritatem corrumpens. Contrarium astruit Sacra pagina, 3. Reg. 1 L. à 14. Vid. pridie, n. 6.

Adar-Gezer, quæ

DIES XX. FEBRUAR.

1. **G** Rad. ultim. Solis in *Aquario*, in quo *Leo occidere desinit. Ornithia, qui & Septentriones. Colum. Aquilo pluviosus spirat. Leo occidit. Aquilones Chelidonij incipiunt, & per quatrimum stant. Hirundines apparent. Ptolom. Rostum Cygni vesperè occidit. Alsted. Uranom. De Leonis occasu suo loc. Itag. Jul. à n. 1. Vid. Hygin. de Sign. caelest. n. 23. Cæsar German. in Arat. n. 10.*
Ne mihi tunc remis pulset vaga cœrula puppis,
Dem potius ventis excluso vela rudente,
Exsipientq; sinâ zephyris spirantibus, auras.
Rex coronatus sedens. Sphæ. Arab. Qui gradum hunc Solis in Aquario habuerit, Saturno cum Luna apposito, nobilis exhibit & longævus, & processu temporis omnia felicitatis insignia conferentur. Jul. Firmic.

X. Ka

Germ. Cæf.

2. Afflicta Rebecca ex conceptu, eò quòd gemini in utero eius inimicitias videbantur inchoare: igitur inter se pugnant, & ita collidebantur tanto prægnantis angore, ut iam concepisse peniteret; perrexit ad oraculum (Hebræi dicunt, quod erat in domo Melchisedech, uti dicemus 22. *Jul.* n. 5.) quæ idololatra venerat ex Haran, uti R. Salomon observat in *Iosue* 24. 2. ut Deum verum, quem iam cognoverat, confuleret: illique responsum discrimen futurum inter geminos quæ in lucem editura tam in moribus, quam in principatu, equidem minor futurus maior maiore; qua de causa illa semper propendit in Iacobum. *Genes.* 25. à 22. & 28. Creditur in hoc motu sanctificatus Iacob, eò quòd extunc signaret non esse consensum Christi ad Belial. Petr. Comest. hic cap. 66. additque: *Fortè ad montem Moria*

Rebecca celsit Dominum de progenationis molestia.

Iacobus in utero sanctificatur.

Statua Mnesibulo.

Ara Iovis Olympici.

Alpheus.

Leucippides.

Dionysiades.

consaluit, ubi Abraham altare fecerat Domino, & immolatis hostijs, substratis pellibus earum incubens, per somnium accepit oraculum. Fortè morè Gentium, quem videat in parentibus, speciem lauri, quam tripodem dicunt, capiti supposuit, & ramis arboris, qua Agnuscæ dicitur, incubuit; ubi visiones capitis phantasticas dormiens non sensiret. Indignum prorsum. Quid amplius faceret, si Delphos pergeret? Vid. 1. Ianuar. n. 12. Eodem die prope finem anni primi exitus Israël ex Ægypto, consumatur totum opus Tabernaculi foederis, ita ut erigi possit, & interior supellex collocari. Leonard. Mar. in Kal. Iudaicæ.

Perficitur
Tabernacu-
lum.

Prope Esthe-
ris concedi-
tur Mardo-
cheo, cum
Palatij in-
terioribus ha-
bitare.

Cui voluit
adorare A-
manum?

3 Anno Artaxerxis octavo, post nuptias Estheris, hæc ab illo impetravit, ut nutritium honoraret Assuerus aliquo munere intra aulam; quoniam in atrio palatij frequenter sollicitus de nepte versabatur, per ianitores nuncia mittens ad Estherem, quin interius ingredi posset. Unde ut morem uxoris gereret concessit, quòd cum ianitoribus palatij moraretur. *Esth.* 2. 21. Ibi ergo sedebat, & cum egrederetur aut ingrederetur Aman, minimè ad illum genua flectebat, sicut reliqui custodes, qui in foribus versabantur palatij, adorabant. Haud civilem venerationem ministro Regis denegavit Mardocheus, sed Laticam; quam ut conciliaret Amanus induebatur veste Deorum imaginibus picta acu, & lapillis pretiosis insertata. Ita Talmudistæ, Paraphras. Chald. Alij divinum honorem ab Amano quaesitum, asserunt. Lyran. in *Esth.* 3. & D. Thom. 2. 2. *quest.* 84. art. 1. ad 1. Unde ut sibi facilius posset nancisci imaginem Solis, quod Numen Persis, vel imaginem Amun, in pectore gestabat. Vide Sanctium hic, n. 12; & Serar. *questiunc.* 3. Paraphr. cit. etiam addit, Amanum Mardochei prius fuisse servum, cuius insolentiam ferre non valuit; cum uti Numen adorari voluit, ad instar Persarum Regum, quibus innatum huiusmodi delirium, ut constat *Daniel.* 3. à 1. & *Iudith.* 3. à 12. passim Curtius in *Alexand. histor.* Plutarch. in *Themistocl.* Senec. 3. de *Ira*, cap. 17. & 3. de *Benef.* cap. 12. quod quidem sibi etiam conciliare appetijt Domitianus, quem post mortem despexit Martialis, 10. *Epigram.* 70. inquiring adoratoribus:

Marcial.

*Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate Regum.*

4 Ægræ invidia mentes honorem collatum Mardocheo tulerunt ægrè, maximè bini ex custodibus, per quos frequenter man-

data Esther & Mardochei mutuo deferébantur. Septuagintæ & Thargum Ierosolym. sequiturque Fevardent. hic. Durè tulisse repudium Vasthi, & ignotam Estherem subrogatam, acrius; Serar. in p. 7. *questiunc.* 3. A Gorione cogitatur, suggerente Amano, gratiam Assueri nece, voluisse inire Regis Macedonia; quod auferretur ex his quæ dicuntur; cap. 16. 14. ut regnum Persarum transferret in Macedoniam. Hi qui dicuntur Eunuchi, erant vasorum ac supellectilis regis custodes, apud Chald. custodes palatij: apud Rabb. Salom. *Ministri à poculis.* Unde decreverunt, Assuero venenum propinare. Idem ex *Thargum Chald.* & iuxta Gorionem, caput auferre. Vide Serar. loc. cit. & Sanctium, n. 36.

5 Huiusmodi insidias præcalluit, vel præsentit Mardocheus, qui cum illis versabatur, licet illum caverent, eò quòd dilectum à Regina cognoscerent, in quam etiam indignatio illorum, & illi venenum, sicut Assuero gladius parabatur. Chald. præcit. ubi etiam dicitur, quòd, licet lingua peregrinà de utriusque nece loquerentur, cognoverit Mardocheus, callens septuaginta linguas. Rabb. Salom. quia cum idiomate Tharsensu de insidijs agerent, à Mardocheo deprehensu fuere, qui linguam non iguorabat: Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6. infit: *Barnabazus alterius Eunuchi serous genere Iudeus, deprehensas insidias patruo Regina indicat. Mardocheus per ipsam Regi insidiatores prodidit.* Ex verbis interruptis, & quasi arcanis, & extra conversationis propositum, sed micantibus in animorum indicem, Mardocheus concepit suspicionem. Proinde Gorion *lib.* 2. cap. 1. infit: *Cognovit musitationem duorum Eunuchorum.* Assipulatur textus facer, cap. 12. 2. *Cum intellexisset cogitationes eorum & curas diligentius pervidisset; didicit, quòd conarentur in Regem Artaxerxem manus mittere, & nunciavit super eo Regi: qui de utroque habità questione, confessos duci insit ad mortem.*

Qui Eunuchi, & quare ab illis insidie in Assuero?

Mardocheus quo pacto calluit cogitationes illorum?

6 Videtur in hoc crimine coniuirasse Aman, & aliquid maius servo moliri, ut vel ille in regno conciliaris Persarum animis succederet; vel ut traderet Macedonia, unde ille. Quapropter frustrato illius & Eunuchorum conatu, notitià datà Regi à fidei Mardocheo, voluit huic ac eius populo in exterminium nocere, pro duobus Eunuchis Regis, qui fuerant interfecti. Ibid. v. 6. Seder-Olam, cap. 29. dicitur: *Totis quinque annis complectebatur animo Aman spolia Mardochei* (unde duodecimo anno Assueri decrevit noctà occasione tunc toru cladem.

Aman facinus in illorum coniuiracione.

Ibid.

Ibid. cap. 3. 7.) *cūtas cede cogitabat, voto frui.* Astruit etiam cogitationem Sanctius in cap. 2. n. 39. ex Gortione cit. Mardochæi facinus & fidelitatem obsequio tanto iussit Assuernus in Annalium diarijs notari; datis pro delatione muneribus: inter quæ, morari in aula: quare cap. 11. 3. dicitur: *Vir magnus & inter primos aula regia.* Cur si data munera, quia coniurationem aperuit (ut cap. 12. 4. dicitur: *Præcepit Rex ut in aula palatii moraretur, datis pro delatione muneribus*) dum Assuernus in memoriam illius studij & fidei per lectionem cecidit, dictum est illi interroganti de præmio; *Nihil omnino mercedis accepit?* cap. 6. 3. Intelligitur *Nihil*, pro exigua mercede: igitur etsi aliquod munus datum, tanto officio non condignū, quousque exaltatus, ut dicemus, 17. Mart. num. 5.

Anilogia.

Interpretes perficiunt veritatem manifeste.

Prodigium singulare.

7 Cū opus insigne, bibliorum sacrorum translationem scilicet cepissent, 8. Decembr. (uti dicemus à num. 6.) intra 72. dies iuxta numerum illorum, hac die consummarunt Interpretes; singulari miraculo & in temporis breuitate, & verborum conformatione, Spiritus Sancti affatu (ut asserunt plerique SS. PP. & DD.) illis conferentis interpretationis sermonum gratiam: etenim summum prodigium, uti cæleste donum; quod tot doctrinæ & eruditione florentes viri, ita dialectis Græcæ responderent dialectis linguæ Hebræicæ, ut non solum in unam sententiam, sed in ordinem verborum, atque modum convenirent. *Evenit autem ut duobus & septuaginta diebus, quasi id è composito inter se factum fuisset; perficeretur huiusmodi scriptura interpretatio:* inquit Aristæas in *Interpret. histor.* Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 2. Comestor, in *Esther*, cap. 7. Augustin. 18. *Civit.* cap. 42--2. de *Doct. Christ.* cap. 15. Ambros. lib. 3. in *Hexæmer.* cap. 5. Hilar. in *Psalm.* 2. Philostr. *Heres.* 139. & Rabbini apud Morinum in *Exercitat. Philadelphus sacras literas ex Hebræo in Græcum transferri idioma in Pharo, insula Prothei, curavit per septuaginta sapientes inter Hebræos, eosque in 72. distincta domicilia disiunctos conclusit* (quod minimè Hieronymo aridet, de quo 8. Decembr. à n. 7.) *librosque Alexandriæ in comparata à se bibliotheca reposuit cum alijs innumeris ex omnibus civitatibus, pretio collatis & emptis. Cū autem sacram Scripturam Ierosolymis allatam videret aureis literis exaratam; obstupuit, transcriptamque cum muneribus remisit. Sunt autem sacra volumina in insula Phara, spatio 72. dierum versa. Res autem admirationi fuit, quod 72. Interpret. inter*

se distincti, ad Ptolomeum simul post translationem ingressi, contulerint Hebræa cum Græcis, & interpretationem ad amussim convenire deprehenderint. Sacra, porrò litera vel hinc pro divinis haberi cepta, &c. Chron. Alexandr. pag. 405. reliqua loc. cit.

8 Postquam in unum, qui seorsim sederant, convenerunt, & scripta collata sunt, in quibus summa singulorum concordantia, plausuque accepta & approbata à Iudæis sapientibus, qui Alexandria degebant, ita ut nihil ex dictis murari liceret; Philadelphus in bibliothecam cum autographo reponi iussit, & summâ curâ asservari; cū laudasset Legislatoris Sapientiam, & libros veneratus esset. Quapropter quiete per aliquot dies Interpretibus concessa; dimittere ad suos, salvos Ptolomeus decrevit, donatos ternis vestibus optimis, binis auri talentis, singulisque unius talenti calicibus, & thoris discubitorijs, idest, diversorij ornatu. Præterea Eleazaro Pontifici, qui miserat eos, per illos dono dedit decem lectos cum argenteis pedibus, & concedenti decoroso apparatu, calicem talentorum triginta, decem vestes purpureas, telas byssinas centū, coronam insignem, & pretiosa donaria, templo Numini dicanda. Aristæas & Ioseph. quod dudum. Hic mensam illam singularem auream (ad cuius imitationem, quia singularis, aliam similem fabricandam ab Anti-Christo; aurum Maluenda, lib. 11. cap. 10.) ut Pontificem alliceret in missionem Interpretum per legatos oblatam, asserit: sed Petr. Comest. d. donatam astruit, dum Interpretes remisit. Descriptionem Iosephi lectu dignissimam arbitror. Videtis. Facta ergo huiusmodi in Græcum bibliorum versio, volente nolente Iudaismo, altissimâ Numinis providentiâ propter Gentes, quas paulò post per filium in Ecclesiam suam collecturus Pater cælestis; ut cogitat Augustin. loc. cit. cap. 43. & Genebrard. *Ann.* 3829.

Donis honoratos remisit Philadelphus in patriam.

Mensa aurea Ptolomei.

9 Iesus filius Sirach senior, Auctor Ecclesiastici, fuit unus è Septuaginta Interpretibus, iuxta Ioseph. lib. 2. *Contra Appion.* & inter illos nominat Aristæas, signatque Genebrardus, d. *Ann.* 3830. (Vide Alapide in *Eccli.* Prolegom. cap. 2.) *Ben-Syra Hebræis dicitur, & etiam Propbeta Ieremie nepos:* subdit ibid. Etiam inter eos numerat Eusebius lib. 7. cap. ult. Aristobulum, haud illum magistrum Ptolomei, de quo 2. *Machab.* 1. 10. qui sub Phiscone vel Lathuro floruit; sed Aristobulam Agathobuli discipulum. Vide Genebrard. d. Etiam inter 70. Seniores signatur Philo Iudæus senior, de quo plures asserunt librum Sapientiæ Salomonis con-

Unus Interpretum Iesus Sirachi.

Aristobulus.

Et Philo Priscus.

concinnaſſe (Adi Lorin. Aponte & Alapid. *Prolegom. in Sapient.* Genebrard. d. odora- tur, fuiſſe, qui vocatur Byblius, auctōr hi- ſtorix Sanchumathonis, & Antiquitatum Bi- blicarum; eſſi nonnulli in Iuniorē retor- queant. Joſeph. 1. *Contra Appion.* & Ioan- ſ. Annius Viterbienſ. in lib. 2. *Philonis de Tem- porib.*

10 De integritate verſionis 70. Inter- pretum varia eſt inter AA. diſputatio, ma- ximè ſuppoſita Spiritus-Sancti aſſiſtentiā. Haud loquimur de corrupta ſic vel ſic; ſed tantum de illa prout perfecta à Senioribus. *Miſcuerunt enim cum illa reliquas interpre- tationes Græcas* (inſit Genebrard. d.) *ut iam Græca, que habetur, non ſit pura illa à Se- ptuaginta viris illis primū facta.* Hiero- ſym. *Præfat. 2. in Paradip.* notatis mendis, ſubdit: *Nec hoc Septuaginta Interpretibus, qui Spiritu-Sancto pleni, ea que vera fue- rant, tranſulerant; ſed ſcriptorum culpa adſcribendum.* De illa eorum quaſi Hebræo textui non reſpondente, agitur: qua de cau- ſa Adrichom. in *Chronic.* Ann. 3685. *Inter- pretati ſunt* (dicit) *cautè potiùs, quàm ſyn- cerè.* Cur non ſyncerè? Hieronym. *Epist.* 103. *Iudæi prudenti factum dicunt conſilio, ne Ptolomæus unius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem divinitatem deprehende- ret; quod maximè iccirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicunque ſacratum aliquid Scriptura teſta- tur de Patre & Filio & Spiritu-Sancto; aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tace- runt, ut & Regi ſatisſacerent, & arcanum fidei non vulgarent.*

11 Eam cogitationem fovit Petr. Co- meſtor, d. ut aliquo modo deviant à fon- te Hebræo, in quo etiam Spiritus Sancti du- ctus reſplendit: igitur elegerunt unanimi- ter ſenſum, quem pro ratione temporis tunc exprimi Deus volebat; non alium conten- tum etiam in verbis Hebræicis, quorum ſen- tentiam unicā voce Græca nequibant pro- mere. *Inde eſt* (ait) *quod ubicunque occurre- ret eis de Trinitate; vel ſub ſilentio tranſ- ierunt, vel in enigmate tranſulerunt; ne tres Deos colendos tradidiſſe viderentur. Si- militer & de Incarnatione Verbi facientes, ut in Iſaia: qui cum dixiſſet puerum, nobis na- ſciturum, & addiſſet ſex eius nomina, quo- rum unum eſt Deus, pro illis ſex nominibus tranſulerunt: Magni conſilij Angelus; ne viderentur tradidiſſe hominem Deiſcratum.* Vide Ruam *Controverſ.* 2. dub. 8. & Sixtum Senenſem, *Biblioth. Sanct.* lib. 8. *Her. af.* 13. Etiam quæ obſcura in Hebræo, perſpicuè revelata à Septuaginta, ut patet *Pſalm.* 95.

10. ubi: *Dicite in Gentibus; quia Dominus regnavit.* De hoc ambigi niſi ab Athæo, ne- quibat: at neſciebatur à Gentibus regnum Dei hominis, & unde accipiendum; qua de cauſa tranſulerunt: *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit à ligno.* Teſtatur Paulus *Philipp.* 2. à 5. & *Apocal.* 5. à 9. Appoſitè Auguſtin. d. toto *cap.* 43. & inter alia: *Ea que non habent Hebræi, habent Septuaginta. Quicquid eſt in Hebræis codicibus, & non eſt apud Interpretes ſeptuaginta; noluit hoc per iſtos, ſed per Prophetas Dei Spiritus dicere. Quicquid verò eſt apud Septuaginta, in He- bræis autem codicibus non eſt; per iſtos ma- luit, quàm per illos Spiritus dicere.*

12 Nonnulli dixerunt, quia lex dicitur tantum translata in Græcum; duntaxat ab Interpretibus verſum Pentateuchum. Ita Talmudiſtæ & Rabbini plures in 5. *Ezech.* Nomine legis intelliguntur cuncta ſacra vo- lumina. *Pſalmi à Chriſto dicuntur Lex.* Ioan. 10. 34. & 15. 25. *Totam Scripturam Phi- ladelphi inſu* (ſubdit Genebr. d.) *fuiſſe con- verſam: atque ideo ante Alexandrum, Perſa- rumque imperium, quinque libri Moysi in Græcum converſi duntaxat extarent, incerto interprete. Vel inſu Philadelphi legem dun- taxat Seniores convertiſſe: reliqua verò per ſe & ſua ſponte, antequàm diſcederent. Nam & cætera tranſuliſſe; ex eo conſtat; quod Apoſtoli & Apoſtolici, Prophetas, *Pſalmos.* & alios *Scriptura* libros citant, tanquam à Gra- ca verſione. Libri Iudith & Tobix iam in Canoniem recepti. erant ſub Eſdra in 6. *Sy- nagogæ Synodo,* de qua egimus 19. *Januar.* n. 4. Haud aliter Eufeb. 8. de *Præpar. Evang.* cap. 1. Chryſoſt. *Hômil.* 4. in *Genef.* & Ire- næus *lib.* 3. *cap.* 25. Ad Anton. à Matre Dei, *Iſagog.* Prælu. 1. num. 144. & *Prælu.* 2. num. 83.*

13 Hoc in anno iuxta Genebrard. d. Antiochus Theus condidit Antiochiam, tra- dita à Philadelpho filiā (nomine Berenice, ſeu Beronice: Daniel, 11. 6.) in uxorem; quod quidem male ceſſit. Prius dicta *Anti- gonis* ab Antigono I. ſeu Evergete: poſt à Seleuco fuit ædificata; in laudem Antiochi Thæi patris. Ita contra Genebrard. cogitat Briet. *ann.* 3753. eſſi factum totum ſub Phi- ladelpho. Longè aliter Iuſtin. *lib.* 15. igitur à Seleuco Nicanore, Rege Afix I. filio An- tiochi (cuiusdam inter Philippi Ducis cla- riſſimi) Urbs condita eſt, & ab illo ex patris nomine *Antiochia* appellata. Plures arbi- trantur eſſe antiquam Emath, ſeu Rebla- than. Adrichom. in *Neptalim,* num. 8. Poſt verſionem 70. Interpretum (Deus profectò voluit illuſtrare locum.) Pharus in inſula

Cur illo- rum verſio in multis ab Hebræo re- cedit fonte?

Tota Scri- ptura ab In- terpretibus in Græcum translata.

Et aſſa- tu Dei ordo iſtuſcemodi tranſlatio- nis.

Coditur An- tiochia.

Pharus ex- citata à Phi- ladelpho.

Ale-

Alexandriæ vicinâ (quò convenerant) Philadelphus , artifice Sostrato Gnidio excitavit altissimam turrin , in cuius summitate Pharus ad directionem navium nocturno cursu , quam Dijs Servatoribus Ptolomeorum Philadelphus dicavit. Fuit enim extunc tantæ celebritatis , ut inter septem orbis miracula numeraretur , & reliquis turribus in huiusmodi usum , nomen indiderit.

14 In hac insula , quæ à continente distabat navigatione diei unius , & modò ponte coniuncta est , ut ait Plin. lib. 2. cap. 85. & lib. 5. cap. 31. Alexander Magnus novam urbem condere statuit , & primam suo insignitam nomine ; sed cum videret sedis magnæ non capacem , destitit à proposito , & ex adverso ei obiectam erexit Alexandriam , priùs quàm ille illustraret , dictam No ; cuius mentio Hebraicè fit apud Nabum , 3. 8.

Sub Ptolomeis pons appositus tractui aquarum : & à Philadelpho extructa in ea turris insignis in petra solida , albo lapide quadrato formata , dicta Pharon , idest , lucidum ; quia nocturno tempore ibi in cupula accèsi ignes propter vitandos navigantium errores. Plin. d. Petr. Comestor , in Esth. cap. 7. Hoc fuit unum de Mirabilibus mundi (inhit) Pharus enim erat turris altissima , in littore maris sita ; non in terra fundata , sed super caneros quatuor vitreos posita , tantæ magnitudinis ; quod ignis in summo , nocte totum ferè littus irradiabat. Plin. verò lib. 36. cap. 12. Alta turris (ait) facta in insula Pharo , portum obtinente Alexandria ; quam constitisse octingentis talentis , tradunt : magno animo , nequid omitteret , Ptolomei Regis ; quod in ea permiserit Sostrati Gnidii Architecti structura ipsius nomen inscribi. Usus eius nocturno navium cursui ignes ostendere , ad prænuncianda vada , portusque introitum. Periculum sanè in corrivatione ignium , ne sidus existimetur ; quoniam è longinquo similis flammaram aspectus est. Hic idem Architectus primus omnium pensilem ambulationem Gnidii fecisse , traditur. Lucan. 9. v. 117.

Lucan. Ostendit Pharijs Egyptia littora flammis. 15 De Architecto turris , & magnanimitate Ptolomæi , illi de structura cedentis famam ; longè aliter refert Ioann. Hemclar. de Numismatib. aureis Roman. in fin. operis. Olim nobilis ille Architectus (inquit) qui cum Pharon Alexandrinam (inter septem orbis miracula clarum opus) absolvisset ; nomenque suum adscribere (Ptolomeo Philadelpho , octingentorum talentorum impenso sumptu , famam operis sibi vindicante) prohiberetur ; nomen idem osculto marmori in-

sculptum , hoc elogio : Sostratus Gnidius Dijs Soteribus dedicavit , splendido tectorio incrustavit , in eoque Regis titulos foris inscripsit : quæ quidem incrustatio cum non ita multò post obitum Regis collapsa esset ; apparuit ingeniosi Architecti nomen : eumque dignâ artis tantæ memoriâ posteritati feliciter commendavit. Describit graphicè Benjamin , in Itiner. à fol. 106. Alexandria (ait) Pharon , in cuius turris fastigio speculum quoddam ab Alexandro constitutum dicitur vitreum ; in quo naves omnes bellicæ , quæ vel ex Græcia ,

Speculû in turri Pharo. 16 Hoc etiam anno , quo perfectæ est vestio 70. Interpretum (Torniel. Ann. 3798. n. 1. signat , dum Philadelphus misit legatos ad Eleazarum , ut illos eligeret doctiores inter Scribas , in Codicum sacrorum translationem in Græcum) natus est Eleazarus , insignis ille vir , qui nonagenarius passus est sub Anthiocho Epiphane ; qui etiam dicitur pater septem Machabæorum , virque heroinæ , quæ illos peperit , nomine Solomona. Joseph. de Imper. Ration. Vide 15. Novembr. n. 4.

Speculû in turri Pharo.

Sepulchrum Trismegisti.

Eleazarus pater Machabæorum nascitur.

Eius ibi turris , miraculum orbis.

Artifex eius

Lucan.

Ingenium pro gloria structura.

Charistia.

17 Romæ hac die celebrata Charistia, quæ Ovidius signat, 2. *Fastor.* à v. 617. post *Feralia*, & *Deam Tacitam*. Erant olim festa conceptiva, sed decreto Pontificum iam statuta. Sacra erant cognatorum & affinium, mutua invicem in signum vinculi munuscula charè mittentium. *K. R. Rustic.* Gyrald. de *Ann. & mensib. & Syntagm.* 17. n. 41. ubi dicit, nonnullos legere *Eucharistia*. Rosin. 4. *cap.* 6. & Anguilbert. *Mens. Philosop. Tract.* 2. *cap.* 20. Erat solemne convivium; cui non admittebantur nisi sanguine aliquomodò iuncti, & in familias dispersi; ut si qua inter illos esset domestica acerbitas, communi mensâ sopiretur. *Charistia* enim idem ac *Gratia*, sed ad mensam nemo admittebatur, ni bonus, ut fusè exponit Ovid. d. à v. 623. *Innocui veniant*, &c. Describit Valer. Maximus. *Convivium etiam solemne* (inquit, 2. *cap.* 1. n. 8.) *Maiores instituerunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur; ut si qua inter necessarios querela esset orta (ideo Charistia appellarunt) apud sacra mensæ & hilaritatem animorum fautoribus concordie adhibitis, tolleretur.* Hæc festa à nonnullis vocantur *Saturnalia*, de quibus, 17. *Decembr.* sed arbitrò ira dicta propter similitudinem in concordiam. *Unde in symposijs, quæ Chara vocantur* (ait in *Chronic.* pag. 269. Petrus Alexandr.) *singuli convivæ suas ad epulum symbolas, suamque sportulam & lagenam secum latam, in commune conferebant. Itaque hodie retentâ maiorum consuetudine convivantur.* Hinc Achill. Bocch. *Symbol.* 60. in signum amoris, concordieque animorum, veræ charistie, objicit speculum concavum, quod reflexu Solis, coram igne altaris, corda adstantium infiammabat, ut unum essent distincta.

Achill. Bocch.

Unde alij atque alij divino prorsus amore succenssi ignescant, templaq; summa petât.

Imagines Concordie.

18 Erunt profectò sacra ac solida Charistia, modò inter cognatos intervenerit amnestia. Hac de causa Concordia collocata cum Iustitia. *Ea sine Iustitia nullo pacto esse potest.* Augustin. 2. *Civ.* *cap.* 21. Hæc sane pax, quam mundus non potest dare. *Indi Pedalij* (inquit Rhodigin. 23. *cap.* 19.) *nihil in sacrificijs aliud à Dijs immortalibus exposcebant, quàm Iustitiam: quæ si animo inseritur, sapientie nomen vendicat: si in corporibus sese promat, prosperior dicitur valetudo: si in domibus caput proferat, concordiam vocant: si in civitate celebretur, pacis tranquillo excolitur nomine: si enitefeat in mundo, providentia nuncupatur.* Plin. 28. *cap.* 8. *Totius domus concordia.* & Sil. Ital. 2. *Bell. Punic.* illam cum Fide coniungit, quam

Quanti in civibus Iustitie presentia

ita alloquitur Hercules, à v. 482.

Ante Iovem generata, decus Divumque bo-

Sil. Ital.

minumque,

Qua sine non tellus pacte, non æquora norunt;

Iustitia consors, tacitumq; in pectore Numen.

Hoc ergo intuitu Concordia etiam collocata cum Saturno. Macrob. 1. *Saturnal.* *cap.* 8. & Alexand. ab Alex. 2. *cap.* 18. Illud verè tempus, quod fuerit pacis. Inter Elienses, ut observat Pausan. *cap.* 162. *Simul aræ Concordia, Minerva, Matrisque Deum.* E

cælo alliciuntur Numina, ubi mutua cognatorum gratia. Martial. 9. *Epigram.* 55. & 56. promit Romæ, quàm festiva Charistia.

Chara daret solemne tibi cognatio manus:

Martial.

Nec frater vobis, nec prior esset avus.

19 Hac die Roma nobilitata triplici triumpho. Ann. 564. De Antiocho L. Æmilii Regillus navalem fecit. Goltz. in *Fast.* pag. 22. Antiochus Colophoniorum urbem oppugnat. Accurrunt Æmilii, & Eudamus Rhodiorum Præfectus: sed dum in portu Ducem classis Antiochi vivum capere conantur; nil propius, quàm ut ipsi caperentur. Audaciâ ac dexteritate utriusque periculum discussum: & hostis fugit Ephesum amissis quadraginta quinque navibus: quo relictam ab Antiocho Lyfimachiam, omnium copiâ circumfluentem, occupavit Regillus. Turfell. ann. cit. & Reufn. in *Diar.*

Triumph. Æmilij Regilli.

Post biennium triumphavit M. Fulvius Nobilior de Ætholis. Goltz. *Fastor.* pag. 123. Egimus 20. *Ianuar.* n. 14. Videtis. Idem pag. 133. & Reufner. d. de Liguribus signant triumphum C. Sulpicij Galli, post ann. 21. & V. C. 587. cui Liguria contigit: Cùm perierint, quæ de hoc tempore scripsit Livius; iurè dicit Brietius: *Consules facti M. Claudius Marcellus, & C. Sulpicius Gallus. Utrumque rem bene gefisse, tantum eorum triumphis intelligimus.*

M. Fulvii Nobilioris, & C. Sulpicij Galli.

20 Hac in die, cùm iam ægra esset valetudine Augustus, Capreas venit, quò sumam levatus. Prad. in *Parerg.* Causam exponit Bulenger. de *Prodigijs*, *cap.* 21. *Apud insulam Capreas* (ait) *veterrima licis demissos iam ad terram, languescentesque ramos convalescisse adventu suo adeo letatus; ut Neapolitanis Anariis dederit, Capreas ipse retineret.* Eadem in eo refert Sueton. *cap.* 92. Invenit post hilarior expositionem prodigij: *Proximis insulis circuitis* (inquit *cap.* 98.) *Caprearum quoque secessu quatrividuum impendit. Fortè vectores nautæque de navibus Alexandrina, candidati coronatique & thura libantes, fausta omina & eximias laudes congesserant. Per illum se vivere, per illum navigare, libertate atque fortunis per illum*

Adventus Augusti in Capreas.

fruis

frui; dicentes. Quā re admodū exhibaratus quadragenos aureos comitibus divisit. Non mirum: eius auspicijs maria ignota navigata; refert Plin. 2. cap. 67.

Statua Aristæ.

21 Athenis erecta statua Aristæ, Magistro Homeri. *Diar. Græc.* Merita in huiusmodi honorem fuerunt magicæ præstigiæ: unde iurè in veteratorum album refertur à Maluenda, 7. de *Anti-Christ.* cap. 6. Arhenienses ducti fuerunt opinione Metapontinorum, quibus ipse post multos annos apparuit, ac iussit statuam Apollini extrui, & iuxta illam aliam cognomine Aristæ Proconnesij; asserendo Apollinem eos solos ex Italiois honorare, & in terram eorum venire: tuacque ab eis fugisse specie corvi. Ne fortè seducerentur consuluerunt Oraculum Delphicum, & respondit, quòd Aristæ parerent: qua de causa duas illas statuas perfecerunt, & in foro collocarunt, circumstantibus utrinque lauris. Gyrald. *Dialog.* 2. *Histor. Poetar.* pag. 63. *Aristæi etiam animam visam evolantem ex ore, corvi effigie.* Plin. 7. cap. 52. *Eius animam, tradunt, cum vellet, exiisse & remeasse. Vixit Græci & Cyri temporibus.* Suid.

Eius magica præstigiæ.

22 Cùm esset in Proconneso recessit in quandam officinam, & mortuus est. Mors evulgatur, sed cùm corpus efferre cognati vellent, non invenerunt. Stupuerunt, potissimè dum venit Cycici civis asserens, cum illo convenisse dudum in civitate. Herodot. 4. n. 5. Tunc inventum fuisse Crotonem tendentem, astruit Strabo, lib. 13. n. 13. Idem Plutarch. in *Numa.* & Apollonius de *Mirabil. historijs*, cap. 2. qui ad huiusmodi fucum addit: *Eadem die atque hora qua in Proconneso mortuus, à multis in Sicilia visus est, literas docens. Quod cùm sapius evenisset, & per multos annos innotuisset, ac crebrius in Sicilia se eius imago offerret; Siculi aram ipsi posuerunt, atque ut Heroi sacrificarent.* Quid non diceret Celsus stupefactus ad eiusmodi prodigia? Ita loquitur, ut inquit *Contra eum* Origenes, lib. 3. *Ergo Aristæum Proconnesium, qui tam divinè rebus humanis exemptus est, rursusque manifestè conspiciendum se præbuit; & post multum temporis, aliò atque alio loco orbis peragrato, miracula quædam renuntiavit etiam post interminationem Apollinis, qui eum pro Deo soli à Metapontinis iussit; nemo iam Deum existimat?* Vide Aul. Gel. 9. cap. 4.

Cultus ut Numen.

23 Plus cunctis desipit Maximus Tyrius. Proconnesus *Philosophum* (refert *Serm.* 22.) *habuit Aristæam nomine. Hic cum ab initio nullam apud cives sapientia opinionem haberet, iccirco quòd in ea comparanda nul-*
Tom. I. Ephe.

lis magistris usus videretur; ad incredulitatem illorum submovendam, huiusmodi sermonem invenit. Animum videlicet suum aiebat; relicto corpore, sublato confestim à terra; universam tam Græciam, quàm Barbaram terram peragrassè: insulas præterea cunctas, amnes, montes: neque alicubi pergrinationem ante cobibitam, quàm Hyperboreos fines adijisset. Interea ubique gentium leges & politicos mores inspexisse, naturas itidem cunctas regionum, mutationes aëris, alluviones maris, fluminum emissiones: quin etiam in cælum suspexisse, cuius spectaculum propter sublimitatem volatus, clarius longè quàm qui spectant à terra, consequi potuit. Libetne Aristæam dimittere? Non iudicandum, philosophos, qui vel Licæum vel elegantem Academiæ frequentarunt fuisse fabulosos, neque enigmaticos, neque portentosos delectatos. Hic & alij eiusdem figlinæ, apud Ethnicos stultos in summa habiti veneratione.

Per illum, & in illo insignia diaboli embellia.

24 Aliam, sed veram historiam hac etiam die contigisse, narrat Theodorus Gaza ex Polybio; cùm Claud. Marcellus expugnatis Syracusis Engyium minaretur. Huius oppidi civis primarius, ne ruinis cæterorum involveretur, callidum consilium iniit. Refert tricum Plutarch. in *Marcell.* Oppidum erat perantiquum, & ob Deos (quas *Matres* vocabant) ibi visos celebre. Eius cives impensè rebus Carthaginensium favebant. Nicias quidam primi ibi ordinis cives suasit, quòd traderentur Romanis, male loquens de Dijs Matribus, respuens quæ de illorum præsentia atque maiestate ferebantur. Cùm illam propter Numinum respectum vocarent morti obnoxium, in iudicium; subito ad terram quasi attonitus corpus demisit. Inde levato capite ac circumactò, tremulà voce ac gravi primùm, deinde eam exacuens, projectà togà ac dilaceratà tunicà, seminudus exiliens, ad theatrum proripuit, clamans, *Se à Matribus agitari.* Eum cùm attingere aut occurrere causa religionis nemo auderet; ad portas urbis pervenit. Uxor rei conscia, maritique artibus subserviens, primùm supplicem se ad Dearum ædem devolvit: deinde errantem maritum querere se simulans, liberis secum acceptis, nemine obstante, tutò urbe excessit; & salvi Syracusas pervenerunt ad Marcellum: qui in cives surrexit, fienteque Nicià, precibus fractus, omnes absque ullo damno dimisit, & Niciam agro multo donisque splendidis honoravit. Hæc Plutarch. ubi suprà.

Industria Niciæ Engyini.

Dij Matres,

25 Inter Ægyptios facta solemnissima *Sacra Ammon.*
Oe

Ammum, R. Egypt. Plura festa huic dicata Numini, qui *Vulcanus* apud Græcos; ut scribit Trimegistus in *Pimandro*. Dicebatur ab illis *Porta Deorum*, quoniam per Amnum ad omnium bonorum copiam porta pervia, cumulusque gratiarum, tanquam à fonte liberalitatis & munificentiae: qua de causa ut hieroglyphicum favoris tribus stellis, vocatis *Delta*, in cælo signarunt; cuius stationem posterius summo cultu ac veneratione prosecuti sunt: estque primus Iconismus in Zodiaco Australi Ægyptiorum, ut dicemus *Isag. Mart.* n. 11. alibi. Ex voce *Amun* excellentia, ac sublimitas maiestatis innuitur. *Amun nomen est Iovis*: ait Plutarch. de *Iside & Osirid.* & Iamblic. de *Ægyptiorum myster.* addit: *Amun in Ægyptiaca lingua nihil aliud significat nisi rationem quandam arcanam: qua ratione Deum illum summum rerum Conditorum, atque Deum invocantium, abditum, incognitum, voce Amun appellarunt.* Hinc apud Georgium Hervart. in *Theatr. Hieroglyphic.* Figur. 38. videtur in imagine caput humanum arietiforme, cum teristro seu velo; quasi incognitum Numen, sed rutilè quasi cornibus binis flammis coruscum, in signum communicationis gratiarum; de quo Kircher. in *Prodrom. Copto*, cap. 8. & *Obelisc. Pampbil.* lib. 4. *Hierogram.* 2. Idem 1. *Tom. Oedip. Ægypt.* Syntagm. 3. cap. 6. Amnum exhibet imaginem in figura hominis cum exuvijs arietis, extendentis manum ad dandum aliquid.

26 Colebatur quasi philanthropus, hominumque hyperaspistes. *Agathodæmon Amun, Solare, beneficium Numen, arcana latentium rationum vires in lucem agens.* Trimegist. in *Asclep.* Indicat imago Telestematica; quam in amuletum portabant Ægyptij, Amnum arbitantes depulsorem malorum. Imò huiusmodi figuram collocabant in confinjs regni, in mœnibus urbium, in templis, locisque publicis regionum, ut hostiles arceret insultus: singulique ut incolu- mes à cacogenijs viverent, appendebant collo. Figura erat criomorphos, sive arietina, velata cervice, sine pedibus, inferius desinens in conum pyramidalem, dexterà tenebat lituum, virgam auguralem, sinistra scuticam, flagrum, vel flagellum. Interpretatur Kircher. d. p. 2. *Tom. 2. class. 11. cap. 4.* Hæc magicà arte hieromantia cogitarunt ut imaginibus, quasi prodigiosè mala viderentur remota, quæ à dæmone immissa. *Insinuant se corporibus hominum dæmones, & occultè in visceribus operi valetudinem vitiant: morbos cient, somnjs animos terrent,*

furoribus quatiant; ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. Lactant. Firm. 1. cap. 14. Idem Tertullian. *Contra Gent.* cap. 22. Alia die 30. à n. 17.

27 Inter Indos plausibilis dies propter saxum, quò convenere Bacchus & Hercules in monte Sapientium, ubi hac die frequens concursus finitimarum urbium ad nova videnda. Callisthen. in *Alexandr. histor.* Ridenda sunt, quippe fabulæ. Originem observavi in Philostrat. lib. 3. de *Vit. Apollon.* cap. 3. ubi de incolis asserit belluarum voces intelligere, ibique in colle sedere, qui sapientes dicuntur, quin expelli inde possint vel à Numinibus. *Quem autem sapientes cumulum incolunt (infit) ea est altitudine qua Atheniensem arx, ex media surgens planicie. Hunc munit nativum quoddam saxum, quod tanquam opus manu & artificio factum, circumquaque collis ambit; cuiusque in plerisque partibus quasi bisulca vestigia cernuntur, & barbararum ac vultuum formæ alibi, & hominum terga dicuntur conspici, labentibus similia.* Cùm enim Bacchus, Herculi coniunctus regionem illam invasere, Panas Deos, quos in exercitu habebant, ut expugnare tumulum aggredierentur, hortati sunt; quod arbitrarentur, eos adversus terræ motus, aliasque offensiones posse sufficere: sed à Sapientibus diversimodè fulminati ipsi in petris erratorum suorum reliquerunt insignia. Circa tumulum verò nebula circumspicitur, in qua Indi habitant: ibique nunc visibiles, nunc invisibiles, ut libet, se faciunt. Utrum verò porta tumulum claudant, nequaquam se novisse, dicunt; quòd prospectum nebula eripiat tam extrà exstantibus, quàm intrà clausis. Profectò nugæ, sive Magorum præstigiæ. Alia die 26. n. 23.

Saxum & collis sapientium inter Indos.

Dictus Porta Deorum.

Deus incognitus.

Imaginet.

Eius imago in amuleto.

Figura illius.

DIES XXI. FEBRUAR.

1 Primus Decanus *Piscium*, & 1. IX. R. gradus Solis in Signo; cuius facies *Saturnus*, prognosticon instabilitatis, incuriæ & conditionis vagabundæ: imago vir simiam sinu fovens, sub tutela *Rephan.* Abenragel. Orientium *Piscium* influxus signat Pontan. *Uran.* lib. 3. *Ille igitur, quem cæruleo de gurgite Pisces Nascentem aspiciunt, cæloque tuentur Eoo; Multum urbes petet ignotas, longumque vagatus* Pontan. *Notescet peregrè externis novus advenateris:* *Quin etià ingenioq; valens, & pectore plenus Munera tractabit solers: quibus inde peractis* Ad

*Ad maiora gradu properabit munia certo,
Certus amicitijs, cognato & sanguine certus,
Ulciscensque hostem facile, atque ex ordine
felix.*

Sphæra.

Sphæra emblemata varia sunt pro nationibus varijs. Caput dimidiati Equi, habentis alas duas: initium Fluminis: cauda piscis, qui vocatur Crocodilus. Sphæra. Persic. Qui Crocodilus, & cur ab Ægyptijs collocatus in regno Typhonis; videtur Kirch. 2. Oedip. p. 2. class. 7. cap. 7. Iconism. 31: Crocodilum alij (ait Albumasar) Amnem, alij Viam perustam vocant. Inter Græcos, addit, postremum Ursæ Minoris cum brachio sinistro Cephei. Venter Equi secundum principio piscis primi, & parte Urnæ. Iuxta Indos, vir ornate vestitus, domum tendens, igne tenaci ferrea componens, manu tres pisces apud se ponendo. Ferè eadem in Sphæra. hoc est: Homo indutus vestibus pretiosis, in manu habens vas ferreum (gladium) pergens domum suam. Sphæra. Indic. Cauda Ursæ Minoris, manus Castiopeia, venter Equi alterius, initium Piscis prioris. Mulier velo conspicua sedens, ubera turgida habens, unâ manu latomorphum sceptrum, alterâ crucem ansatam gestans, & femur crucis multis characteribus ornatum. Tabul. Bembin. & Hervvart. Tbesaur. Hierogl. Kircher. d. Iconism. 20. Dicitur Domus Ichthonis, seu Porta vitæ. Idem est Ichthon, iuxta Iamblic. de Mysterijs Ægyptiorum, ac primum exemplar, expressio, aut effigies, in qua est primum intelligens & intelligibile primum, quod solo silentio colitur: sed hoc aliàs. Duo viri unum caput habentes. Sphæra. Arabic. Arcturus & Sagitta vesperè oriuntur. Columell. Favonius spirat, nox nubila: Arcturus circa primam vigiliam occidere incipit. Ptolom. Non est discordia, propter ortus & occasus Cosmicos & Achronicos, de quibus in Prolog. §. 4. n. 11. Albumasar quo supr. subdit: Caput Cervitauri: in manu eius gemini Colubri; quod Ptolomeo visum est caput Scorpionis, cum geminis in ore colubris.

Quid Ichthon?

Jonas redit in patriam?

An gigas?

2 Jonas propheta post conversionem Ninives, & puerorum catechesim, revertitur in patriam, quò zelo ducitur, ut Hebræi ab idolis converterentur ad Deum vivum & verum. Rab. Salom. Dimissus à Ninivitis cum mæstitudine, quia sibi timebant absentiam prophetæ, quem admirati sunt & propter animi dotes commendabiles, & propter proceritatem corporis: erat enim de genere giganteo. Ita delirat Uvenus in Ion. 2. lect. 11. n. 5. & meminit Salin. quæst. 36. n. 3. qui quæst. 8. n. 12. abitum excogitat in ætate. Comestor in 4. Reg. cap. 21. Post reditum à Tom. I. Ephemer.

Ninive (inquit) tempore famis, assumptâ matre Gentium incola factus est: nam & erasbescebat esse in terra sua, dicens: Sic aufertur opprobrium meum, eò quoddam prophetans contra Niniven, mendax repertus sum. Fautitas imò audacia est Rabbiorum. Transactâ fame iuxta præfat. A. redijt in terram Iuda, & defuncta est mater eius, & sepelivit eam iuxta balneum Deboræ, idest palmam (de qua Adrichom. in Ephraim, n. 35.) postque mortuus & sepultus in spelunca cuiusdam Iudicis Israël. Vide 21. Septembr. n. 2. Procop. & Vatabl. asserunt, fugam Ionæ à terra sanctâ post reditum, ortam, ex eò quòd tædium visâ Ninives conversione, Israëlitis persistentibus in idololatria, tot miraculis & prophetis. Hinc ieiunium Iudzorum propter conversionem Ninivitarum; de quo 11. Septembr. n. 22. Hac quoque die Iosias feliciter cœpit purificare templum ex tot quot in illud intulerunt abominationes Achaz & Manasses, relatas, 4. Reg. 23. à 4. & 2. Paralip. 34. à 3. Ioseph. 10. Antiq. cap. 5. Adrichom. Ann. 3337. ut posset in templo collocare extractam fœderis Arcam, & Pascha mens. seq. celebrare, de quo suo loco. Caderent aptè cuncta, modò pro die Reucl. aliquod testimonium asserret. Magis ad amussim quòd hac die data est libertas à Dario ædificandi templum Ierosolymitanum. Darius Hytaspis, cum esset privatus, Deo Israel, si regnum adipisceretur, voverat, quicquid vasorum sacrorum apud Babylonem esset, remissurum se in templum Hierosolyma: ait Ioseph. 11. Antiq. 4. ex quo nos Tom. 6. T. 8. num. 5. Primo anno regni (aptius, secundo, ut dicitur 3. Esdr. 5. 6.) Darius instruxit regale convivium Satrapis Medorum atque Persarum; quod quidem prævenerat adventu Zorobabel, amicus primum Darij, qui missus fuerat ab Hierosolymis pro Hebræis (malè acceptis Cambysij) ad novum Regem, quem illic ut vidit, cubicularium suum pro corporis custodia signavit. In die convivij, cum Rex redormiscere nequiret, propositum fuit problema de potentia vini, Regis, feminz ac veritatis. Vicit Zorobabel, placuit Regi; qui dona promittenti respondit admonens voti, quo se obligaverat (si adipisceretur potestatem regiam) denuò condendi Hierosolyma, instaurandi templum, & deinde sacra vasa, olim per Nabuchodonosorum inde sublata, & in Babylonem perlata, fideliter restituendi. Ioseph. d. Cuncta Darius concessit, scribens insuper Præfectis Syriæ, ut Iudæis datur libertas à tributo, & de tributis Regijs expense necessaria in sacrificia, fabricam

Iosias purificat templum.

Zorobabel impetrat ædificare templum & vasa.

templi & Urbis. Idem ibid. Philo in *Diar.* Adrichom. *Ann.* 3488. & Briet. 3534. ex 4. *Esdr.* à cap. 3. Siccine claret, quomodo Mense septimo, postquam Babylonem exiverant, Iesus Pontifex & Zorobabel Princeps convocarunt Hierosolymis populum in erectionem altaris: de quo 1. *Septembr.* n.6. Hæc narratio confundit reditum duplicem Zorobabelis è Babylone in urbem Sanctam, involucro diversorum temporum. Hac in die processit disponens iter iussu Cyri, per cuius honorem duntaxat potuit ædificare altare, obstantibus Cuthæis in templi fabricam imponere manus. Facultas ergo in templi structuram, licet à Cyro concessa, suspensa fuit, & denuò à Dario Hytaspis indulta, ut videbimus 25. *Octobr.* n.6. quo tempore contigerunt, quæ supra in primo reditu dicuntur.

3 Salome & septem filiorum Machabæorum martyrium, sub Antiocho Epiphane. Reufner. Videbimus, 1. *August.* num. 5. Anno 31. Christi, asserit Alva, eius consummatum quadragesimale ieiunium, & celebratam ab Angelis de serpente antiquo cum triumpho, Salvatoris victoriam. Anno verò 34. à Lamy signantur nuncij missi à Christo in Samariam, ut pararent ei cum discipulis ascendenti Ierosolymam, hospitium; sed cives noluerunt recipere: quod ægrè ferentes filij Zebedæi, igni cœlesti punire voluerunt. *Luc.* 9. à 52.

4 Romæ Terminalia Deo Termino à Numa instituta, contra Romuli propositum, qui Romæ nullum signare voluit, nisi quò lanceà pertingere posset, quippe illi dextra Numen & ensis. Plutarch. *Problem.* 15. Imperium ambitio sine fine dedit, concipiens animo idem spatium Urbis ac orbis. Rosinus, 4. *cap.* 6. ex Varron. 4. de *Ling. Latin.* asserit dici Terminalia, quia festum in anni termino, scilicet, Februario. Verùm pro distinctione pagorum fuisse instituta, inconcussum apud Mythologos: igitur in Termini tutela fines agrorum esse putabant. In colle Tarpeio primò Termini collocatum est signum, in eo loco, quo post S. Sebastianus est passus. Marlian. *Topograph.* cap. 133. & 7. *Epitom.* cap. 17. *Cum enim* (ait Halicarnass. *lib.* 2. *cap.* 43.) *numquamque iussisset Numa, agrum suum circumscribere, ac in finibus statuere lapides: hos sacros fieri voluit Iovi Terminali, iussitque ut quotannis stato die res divina eo loco in pagorum cœtus fieret, sacra cum primis nobili festo in honorem Deorum, qui terminis tutelares præsentent. Id Romani vocant Terminalia, sicut lapides ipsos Terminos, quos si quis transfer-*

re ausus fuisset, aut tollere; lege Terminali caput eius bis Dijs devovit, interfectori ipsius tanquam sacrilegi impenitate promissa & paritate à scelere. Imò qui Terminus exarasset ipsi ipsum & boves sacros esse. Gyrald. *Syntagm.* 1. n.70. Unde Ovid. 2. *Fast.* *Flor.* v.673.

Terminè, post illud levitas tibi libera non est. Ovid.

Qua positus fueris in statione manes.

5 Unde lapides pro signis Terminorù, variant AA. fabulantes. A lapide, quem pro Iove, involutum fascijs voravit Saturnus, collocatum Delphis post vomitum, dictumque Iovis lapidem; huiusmodi cultum Iovi Terminali provenire, autumat Pausanias. Delphis (inquit, cap. 341.) *videas lapidem modicè magnum. Hunc singulis diebus & festis maximè, oleo perfundunt, & succidà lana velant. De eo lapide percrebuit opinio, illum ipsum esse, quem pro puero appositum ac devoratum Saturnus per vomitum eiecerit.* Hesiodus in *Theogon.* lapidem, quousque regnavit Iupiter, sine cultu ut cæteri, fuisse dicit: verùm cum iam esset in throno, saxum iussit statui pro Termino in monte Parnasso. Vives etiam in 4. *Civ.* cap. 23. Hinc apud Romanos non absimilis Termini cultus. Prudent. in *Symmach.* à v. 1814.

————— *Lapis illic*

Si stetit antiquus, quem cingere suserat error

Fasceolis, vel galline pulmone rogare;

Frægitur & nullis violatur Terminus extis.

Quapropter quotannis à dominis pagorum utrinque statua coronabatur, structa ara Termino, & imposita congerie sarmentorum foco, fruges canistro exportatæ spargebantur igni; ab alijs vino, sed tantùm à puella favis ministratis mellis. Gyrald. *Syntagm.* 17. n.92. & Ovid. d. à v.643.

Te duo diversa domini de parte coronant:

Binaque ferta tibi, binaque dona ferunt.

Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,

Porrigit incisos filia parva favos.

Pridem nihil animatù sacrabant. Plutarch. *Problem.* 15. & in Numa. & Gyrald. n. 70. Cum enim hos lapides cruentare fas non esset; pultes, liba & frugum primitias offerebant. Halicarnass. & Rosin. quò supr. sed precedente tempore, agnam aut suem intermisso more prisco, in sacris Terminalibus cædi servatum est. Alex. Neapolit. 2. *cap.* 22. Ovid. subdit, v.655.

Spargitur & caso communis terminus agno:

Nec queritur, lætens dum sibi porca datur.

Horat. *Epod.* Od. 2. v. 59. *Agna festis casa Terminalibus.* Sed non Termino casa videtur, verùm in Terminalibus seorsum à vicinis,

Martyrium
Machabæorum.

Christi gesta.

Terminalia.

Deo Termini.

Quis, & quo cultus

Prudent.

Coronabatur.

Ovid.

Vitium & hostia.

Ovid.

nis, ut unâ epularentur: Termino igitur totum incruentum. Iuvenal. *Satyr.* 18. v. 39. Stuck. *Antiq. Conviv.* lib. 1. cap. 33. & Carol. Neapolit. in 2. *Faſtor.* n. 258. aſtipulante Dalecamp. in Plin. *lib.* 18. *cap.* 2.

Unde ſuperſtitioſi

6 Tota in orbe hæccine ſuperſtitionis machina orta ab Ægyptijs. Cùm ex inundatione Nili, quotannis factâ, tota Ægyptus limo obduceretur, ac proinde in diſtribuen- diſ agris præ confuſione contentiones ori- rentur; ferunt Mercurium inveniffe ſigna limitum, quæ nihil aliud erant, quàm lapi- des oblongi & quadrati in diſcrimen unius ab alterius prædio, ſeu pago. Hinc tanto beneficio affecti Ægyptij, in memoriam Hermetis illos lapides agrorum limites, for- mâ Mercurij elaborarunt, vocantes Her- mas, ſummitatem lapidis in capitis ſpeciem adaptantes, cæterâ ſine forma, modò trigo- nâ figurâ, modò quadratâ, modò rotundâ; quatenùs nonnunquàm pyramidale ſaxum (vel ſurſum, vel deorſum) in caput ad mi- nus, & aliquando in humeros abiret, ut illud oſtenderet eſſe terminorum præſidem, & Nu- men averruncanum; cui alij focij participes imperij dati: apud varias nationes, tribus lapidibus ex quibus grandior ſub ſtatua, binæ iuxta. Inter Romanos præſides cum Ter- mino erant Priapus, Silvanus, ſeu Pan. Stuck de *Sacrific.* cap. 25. & Horat. *Epod.* d. v. 21. *Priape & te pater Silvane, tutor, finium.* Aliquando (unde hæccine forma Mercurium conſtituebat *Vialem*) erat facies Hermetis duntaxât in ſtatua, & inferiora plana, inſcriptiones viarum præferentia. Gy- rald. *Syntagm.* 9. n. 41. & Alciat. *Emblem.* 8. ex Suida. Hinc lapides in acervum Mercurij (quippe in acervo lapidum erat ad viam demonſtrandam caput duntaxât) interdum cum pileo, interdum cum pennato galero; ſed ſine manibus, aut pedibus: quo quidem hieroglyphico ſumma poteſtas ſignatur.

Figura Ter- mini.

Quid Her- mæ?

Cur Termi- ni dicati Mercurio?

Mercurius Vialis.

Quid, cum capite tan- tum ſtatua?

Empedocl.

Mercurium conſtituebat *Vialem*) erat facies Hermetis duntaxât in ſtatua, & inferiora plana, inſcriptiones viarum præferentia. Gy- rald. *Syntagm.* 9. n. 41. & Alciat. *Emblem.* 8. ex Suida. Hinc lapides in acervum Mercurij (quippe in acervo lapidum erat ad viam demonſtrandam caput duntaxât) interdum cum pileo, interdum cum pennato galero; ſed ſine manibus, aut pedibus: quo quidem hieroglyphico ſumma poteſtas ſignatur. *Quod manibus pedibusque careat, vim divi- nam oſtendit:* ait Pier. Valer. *lib.* 32. *cap.* 22. *Non enim mortali capiti membra adiuncta ſunt:*

Non quidem ab humeris duo rami emicant, Non pedes, non cita genua, non cætera nuda; Sed mens ſacrâ, atque immenſa eſt ſolum. Ita Empedocles apud Tzet. *Chiliad.* 13. *bi- ſtor.* 464.

7 Cur autem lapides in cumulum ad Mercurij honorem, & non in alterius Numinis; fabulâ explicat Didymus in *Odyſſ.* 16. *Cum in concilio Superum Mercurius eſſet, illorum calculum ſubiturus, accuſatur à Iu- none ob patrata Argi cædem; ob gratiam Iovis Deorum turba Mercurium quidem*

Quare lapi- des ad Mer- curium?

abſolvit; ſed omnes calculos ad pedes eius ia- Et coacervarunt, tanquàm qui dignus obrui lapidibus: hoc ritu iudicum placata Iuno: quandoquidem ſiccine exécrando oſtendeba- tur patrata cædes. Hinc deinceps homines in Mercurij honorem ad eius ſigna mittebant lapides. Ita ritus ex Ægypto in omnes gen- tes, etiam Hebræam, ut ait Elias Levita in *Thisbi.* Kircher. in *Panth. Hebr.* cap. 16. & 22. Primò haud magni duxerunt perfectio- nem imaginum Terminorum; mutilas in ſig- na, atque rudia ſaxa figentes. *Memorant, Romanos lapidem informem atque rudem coluiſſe, Terminum appellantes; cuius tem- plum à Tatío Rege dedicatum fuiſſe. Varro eſt teſtis: Plutarchus verò à Numa condi- tum tradit.* Marlian. in *Topog.* cap. 12. in Epitom. *lib.* 2. *cap.* 12. Lucan. *lib.* 3. *Pharf.* v. 412.

Fontibus unda cadit, ſimulacraque moeſta Deorum Lucan.

Arte carent, caſſique extant informia truncis.

Creſcente ergo arte ſuperſtitione, ſculpſe- runt plenâ & perfectâ hominis effigie; colo- ribus, coronis, ſceptris, aliſque inſignibus adornantes, ut quid venerabile viderentur adorare. Coronis Terminum decorari, con- ſtat ex num. 5. Alciatusque d. ſubdit: *Su- ſpende viator ſerta Deo.* Inter Ægyptios Termini ornabantur tribus circulis, tribus pennis, tribus urnis, tribus ſecuribus, tri- busque flagellis; ſignantés uti Numina apo- tropæa, ſimulque per Terminos leges cœle- ſtes. Kircher. 3. *Oedip.* Syntagm. 2. cap. 3.

Ornatus Terminorū.

8 Templum, quò Termini imago ex- tra pagos collocata; tectum non habebat, vel ſi apponeretur, religio erat ſine forami- ne fieri. Ovid. d. v. 671.

Nunc quoque ſe ſupra ne quid niſi ſidera Ovid. cernat,

Exiguum templi tecta foraman habent. Quàm aptè tropologicè! Quid felicitatis homo habeat, ni in termino vitæ ſidera cer- nat? Diximus & allegoricè, *Tom.* 3. *T.* 9. *D.* 2. n. 2. Cauſa refertur à multis ex Halicar- naſſ. *lib.* 4. *cap.* 57. Tarquinius Prifcus Iovi ex voto templum maximum erecturus, de quo 13. *Septembr.* conſuluit de loco augu- res. Cùmque indicaffent imminentem foro tumulum (infit) qui tunc Tarpeius dictus, nunc Capitolinus vocatur; iterum queſivit, qua tumuli parte debere fundamenta iacere: non id erat admodum facile, multis Deorum, Geniorumque ſacellis, penè inter ſe conti- guis locū occupantibus; que oportebat trans- moveri aliò, & aream liberam futuro tem- plo relinquere. *Placuit auguribus, de ſingulis*

Terminus & Iovis Iovi non eſſe.

lis aris ibi stis, aves consulere: & si Numina ipsa vellent cedere, transferre ea in locum alium. Omnium sacellorum exaugurationes admiserunt aves: Terminas tantum & Iuventus (ab aliquibus additur Mars) nullis augurum precibus flecti potuerunt, ut sustinerent locis suis sedere: quo factum est, ut eorum ara contineantur templi ambitu: altera sita in vestibulo Minerva, altera in ipsa aede prope delubrum. Hinc coniciebant augures, nec movendos unquam Urbis terminos, nec iuvenilem vigorem urbi desere. AA. turba narrationem sequitur: Tit. Liv. lib. 1. sect. 189. & lib. 5. sect. 146. Stuck. de Sacrif. cap. 25. Marlian. d. Vives, 4. Civit. cap. 23. Alex. Neapol. lib. 2. cap. 22. Rosin. 2. cap. 20. & 4. cap. 6. Chartar. in Saturn. fol. 24. Alciat. Emblem. 157. Gyrald. d. Pomey, 2. p. Panth. Augustin. loc. cit. ubi Martem etiam permanentem introducit; & lib. 7. cap. 7. Beda de Natur. rer. Clem. Alex. 7. Strom. cap. 6. Arnob. Advers. Gent. lib. 8. Minut. Felix in Octav. Poëtræ identidem. Servius discutit in Alud Virgil. 9. Encid. v. 448. Capitoliij immobile saxi. Unde Ovid. d. v. 669.

Ovid. Terminus, ut memorant veteres, inventus in aede

Resistit, & magno cum love templa tenet.

Amor Christi.

9 Hinc gloria Cupidinis, de quo Orho Vanius Embl. Amor. 10. Cedere nolo Iovi, sed cedere cogor Amori. Quadrat verè in eius amorem, qui dilexit ultra finem.

Orb. Vzn.

Disce Cupidineis concedere Termine dextris; Cedere, quem dicunt, non voluisse Iovi.

Terminus cedit Amoris potentis.

Cur iuventa non celsit, nescio. An quia femina; semper propositi tenax? De Termine ait Lactantius, quòd supr. noluisse cedere Iovi, eò quòd cum de patris faucibus liberavit. Enigma de Termine est apud Aul. Gel. 12. cap. 6. Rosin. 2. cap. 20. & Gyrald. Syntagm. 1. n. 70. quod exponit Varro de Ling. Latina lib. 2. Angel. Politian. Miscellan. cap. 35. Enigma ita: Semel minusve, an bis minus sit, non sat scio: An utrumque horum, ut quondam audivisti dicitur.

Iovi ipsi regi nolui concedere.

Enigma Termini.

Facilis expositio, modò Terminus accipiat ex æquivoco, ut fiat Terminus: ex semel & bis, ter resultat. Non semel minus, nec bis minus, sed Terminus fuit, qui Iovi non celsit. Gyrald. de Enigmat. lib. n. 24. Cum Termine in Capitolio statuam etiam fuisse Fidei, dicatam à Numa, ait Plutarch. in eo; & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 6. cap. 11. Astruit etiam Cicero, 3. Offic. Plin. lib. 35. cap. 10. Spectata est (inquit) in aede Fidei

Fidei imago cum Termino.

in Capitolio, imago senis cum lyra, puerum docentis. Agemus 5. Jun. A Beyerlinck, & K. R. V. ex Reufner. hac die signantur Vinalia priora, cum vina pura fiunt, in honorem Iovis; cui novum libare, mos fuit. Faluntur. Vidimus, 19. die, n. 10. & videbimus, 23. April. Eodem die Delphis statua dedicata Gorgiæ à tota Græcia. K. Græc. Meminit Plin. 33. cap. 4. licet mentiatur, sibi posuisse, ut hic observat Dalecamp. Meminit Cicer. 3. de Orator. & 2. de Finib. Rhodigin. 11. cap. 25. Gorgias (ait Valer. Maxim. 8. cap. 15. n. 2.) studiis literarum atatis sua cunctis præstabat: ei universa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; cum cæterorum ad id tempus auratas collocasset. Pausan. cap. 334. Celebrat Plato, in eo, Victorius, 5. cap. 9. Plura eiusdem apophthegmata, Rhodigin. 19. cap. 20. & 30. cap. 9.

Vinalia priora.

Statua Gorgiæ.

10 Delphis Neoptolemae. Meurs. Græc. Fer. Nemesis iudicia quibant dici, quia Neoptolemus (idest, miles novus) nomine Pyrrhus, Achillis filius ex Deidamia corruit Delphis, à sacerdote cæsus iussu Orestis coram Apolline; quia Troiæ ad aram Iovis Hercei iugulavit Priamum, & Polixenam devovit Manibus patris, aliaque dita truculentaque patravit, quæ videns Laodice, etiam filia Priami, petijt à love, ut sibi terra dehisceret, ne in Neoptolemi potestatem veniret; & ita factum. Latè refert Quint. Calaber, Paralip. Homer. à lib. 13. Alij factam vnam è Pleiadibus asserunt, quæ raro videtur; uti diversis fabulis videris, Isagog. April. à n. 10. Pœna Neoptolemae, ex eo, quòd cum ad Hercei Iovis aram Neoptolemus Priamum iugulasset, & ipsi postea accidit, ut ad Apollinis Delphici aram interimeretur. Extant & Parcarum duarum simulacra. Ostitur ibidem focus ille, in quo Achilles filium Neoptolemum Apollinis sacerdos occidit. E templo egressis, circumscripta quadam est aerea, in qua Neoptolemi sepulchrum, cui parentant quotannis Delphi. Pausan. cap. 127. & 341. licet cap. 344. non in ara Hercei, sed extrà obtruncatum Priamum à Pyrrho, dicat. Herceus; Græcè, idem est, ac Patrius. Siccine appellabantur imagines, quas sub dio habebant domi Principes. Gyrald. Syntagm. 2. n. 44. Imago palatij Priami tribus gaudebat oculis. Natal. Com. 2. Mytholog. cap. 1. Expressè Pausan. cap. 66. Signum Iovis ligneum, oculos habens duos, qua in parte hominis eos natura collocavit, tertium verò in fronte: hunc illum esse Iovem Patrium tradunt, qui in Priami Laomedontis filij regia, sub divo positus fuit; ad cuius aram

Neoptolemae.

Laodice.

Neoptolemi mors & sepulchrum.

Iupiter Herceus.

Imago triocula.

aram

Aram dicitur Priamias, capto Ilio confugisse. Obtigisse verò imaginem in divisione pradae Stenelo Capanei filio, banque Corinthi ab eo in rei memoriam dicatam. Nonnulli dicunt effigiem amictu fuisse lupi pelle: ideoque Lycæum dictum, de cuius cultu diximus die 15. à n. 13. additque Pausan. cap. 269. in arcam eius homini non esse accessum: igitur si religione contempta introierit, intra annum mori: ibi nec ara nec homines, nec bestiarum umbram habent, nec venator feras ibi infecutas, consequitur. Ante aram duæ eminent pilæ, ad Solis exortum; quibus insunt aquilæ inauratæ pervetusti operis. Insignia oculorum Hercæ in symbola assumptis quidam politicus, addens tres alios oculos. Intuitum videris apud Octav. Strad. Tom. 2. fol. 23. Symbol. aliqua diximus, Tom. 4. T. 10. D. 1. n. 17. & 5. T. 9. D. 5. num. 17. Vide ampliora de Iove Hercæo, apud Arnob. lib. 7. Rhodigin. 2. 1. cap. 1. & Dempster. in 2. Rosin. cap. 5.

II Apud Ægyptios sacra Iustitiæ. K. Ægypt. Plura de huiusmodi virtute, & quare in cælum elata; dicemus *Isag. Septembr.* à n. 3. ubi etiam eius imagines, & insignia. *In Ægypto* (ait Diodor. Sicul. lib. 1. n. 61.) *ubi Veritatis porta erant, Iustitiæ statuam extitisse, quæ capite careret.* Vide *Isag. August.* num. 6. & Cæli Gregor. ad *Hieroglyph.* Pierij Valer. lib. 1. cap. 52. Ubi Iustitiæ virgo incorrupta per sinistram signatur, quæ nulla dexteritate in corruptionem instituitur. Hinc Diodor. d. lib. 1. cap. 48. inquit: *In medio iudicium est Prætor iudicij Veritatem clausis oculis collo appensam, plurimosque sibi libros adiacentes habens.* Elian. 14. de *Var. histor.* cap. 34. *Circa collum imaginem ex sapphiro gemmâ confectam gestabat, quæ vocabatur Veritas.* Adi Maluend. de *Anti-Christ.* lib. 11. cap. 11. & 21. *Septembr.* num. 7. Huiusmodi imago collocata fuit in Thebanorum tribunalibus. Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 5. Plutarch. de *Isid.* & *Ostrid.* Pier. Valer. lib. 35. cap. 27. de quo illustre emblemata apud Alciat. n. 144. *Mulier corona insignis* (insit Pier. lib. 1. cap. 30.) *longâ induta palla sedet, manum ad ensis inversi capulum extendens; litera circumscripta: Iustitia.* Ab altera facie eadem mulieris effigies penè nuda, amictu quidem toto in exporrectam retrò dextram appenso, leva supra leonis caput iniecta: *litera adsculpta: Leonis humilitas.* Iustitiam cum Veritate coli ab Ægyptijs; idem lib. 41. cap. 4. portarumque Veritatis ad Iustitiam meminit Vincent. Chartar. in *Fortun.* fol. 310. De sacris Veritatis, eiusque imaginibus, 15.

Septembr. Cornel. Schirevel. in *Torent.* Veritatem coruscante facie, cuius in sinistra palma, in dextra gladius fulmineus iungit Prudentiæ, in cuius manu stellatum speculum, & simulationi, in cuius facie larva. Achil. Bocch. *symbol.* 1. 1. & Petra-Sancta, lib. 6. cap. 15.

DIES XXII. FEBRUAR.

I Gradus secundus Solis in *Piscibus*, & felix. Dario. Sub hoc qui nati, iuxta Firmicum, suspiciosi & stridentis animi. *Occasus Sagittæ.* Plin. 17. cap. 18. sed hic Dalecamp. inquit: *Sagittæ ortur VIII. K. Martij.* Hirundinum adventum signat Columell. *Halcyonei appellati dies.* Ptolom. Fabula Halcyonum floridè describitur ab Ovidio, 11. *Metamorphos.* fab. 10. & à Natal. Comit. tam hic, quàm 8. *Mytholog.* 16. Quia Ceyx Princeps Trachiniæ & uxor eius Halcyone gloriabantur tanquam *Dij*; Iunonemque hæc ille Iovem vocari gaudebant, facto naufragio in aves Halcyones, à Iove, & ut alijs placet, à Thetide & Lucifero mutati fuere. Qui quidem mare timentes, ne periclitetur proles, nidum mirabili structurâ conficiunt ex spinis acicularis piscium in formam cymbæ, ac in mare demittunt, prius explorantes, aliquâ an ex parte fatiscat; ut ait Plutarch. de *Industr. animal.* & etiam de *Amor. parent. erga filios.* Dum incubant, quod frequenter per 14. aut 15. dies, mare quiescit, omninòque silet. Unde hi dies, estò in bruma, tutò eliguntur ad navigationem. *Dies carum partus* (ait Plin. lib. 10. cap. 32.) *maria quique navigant, novere. Fætificant brumâ: qui dies Halcyonides vocantur, placido mari per eos & navigabili, Siculo maximè.* Idem Rhodigin. lib. 14. cap. 11. *Alite mutantur fatis obnoxias ipsdem.* *Perque dies placidos hiberno tempore septem. Incubat Halcyone pendentibus aquore nidis:* Ovid. *Tum via tuta maris: ventos custodit & arcet Æolus egressu, præstatque nepotibus aquor.* *Sagittæ* Constellatio ab Hebræis vocatur *Satan.* Kircher. Tom. 2. *Oedip.* p. 2. class. 7. cap. 6. Sphær. Arab. signat diei astrologici hieroglyphicum, *Virum humi sedentem.*

2 Inter Hebræos dies summæ gaudij, qui dictus *Evangelium*, seu bonum nunciû, audito à Zorobabele decreto regio libertatis in patriam, cum facultate ædificandi templum & Urbem. Zorobabel simulatque obtinuit à Dario præfatam gratiam, profectus Babylonem, lætum popularibus suis nunciâ

Iovis Lycæi ara, arca, lucus sine ara.

Iustitiæ sacra.

Imaginat.

Veritas cum Iustitia.

Eius porta.

Simulationis & Prudentiæ.

Halcyonidæ dies, conditio & metamorphosis.

Ovid.

Natalis pp. trig.

cium attulit: Quo audito (inquit Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 4.) *primum gratias egerunt Deo pro reddita sibi patria: deinde ad epulas & comotationes versi, per huiusmodi hilaritates continuos septem dies exegerunt, & ob receptam patriam eorum natalitiam festivitatem denud celebrantes.* Idem 3. *Esd.* 4. à 62. Post mortem Timothei, eiusque fratrum, facinora Iudæ æregia pupugerunt intimè Lysiam, Antiochi Epiphaniis procuratorem, idest, illis in partibus visoregem: hic tumidè decrevit convertere templum in lupanar, sacerdotiumque venale constituere; congregatis octoginta millibus peditum, cum universo equitatu & octoginta elephantis: omnia prostravit Machabæus, præcedente equite cœlesti, veste candida, armis auteis hastam vibrans; fugiente è prælio Lysia, & dextram Iudæ exoptante post biduum. 2. *Machab.* 11. à v. 1.

Victoria se-
cunda Iudæ
de Iysia.

Fœdus Ma-
chabæi cum
Romanis.

3 Eodem die post quinque annos, & mortem blasphemi Nicanoris (de qua 13. die) audita à Iuda Romanorum potentia murò cum eis fœdus pepigit, cuius tenorem tabulis æneis Romani miserunt Hierosolymam. R. ex 1. *Machab.* 8. Adrichom. *Ann.* 3805. dicit, *Statim post mortem Nicanoris.* Petav. 1. p. *Ration.* lib. 4. cap. 10. *Sub hac* (inquit) *misit Romam legatis, fœdus cum Romanis ac societate init Iudas, mense Adar.* Fœdera, mutæque conventiones referuntur loc. cit. *Machab.* ubi v. 31. dicitur Romanos scripsisse Demetrio, ne deinceps auderet vexare Iudæos, quippe iam socij. Idem Ioseph. 12. *Antiquit.* cap. 17. Petr. Comest. in *Machab.* 7. Serar. Sanctius, Alapid. Lyran. Carthusian. cum D. Thoma, hic, & Torriell. *Ann.* 3893. n. 9. Salian. & Briet. signant anno seq. quod non placet, ni intelligatur de proximo mense Nisan, anni Sacri principio, in cuius die 21. Iudas certamine cecidit, ut videbimus *num.* 7. Iustinus *lib.* 36. *Histor.* crism de huiusmodi articulo sic efformat: *Iudæi à Demetrio cum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt: facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

4 Ab hoc rerum tractu anno 14. iuxta Brietium, victo Alexandro Bala, Ptolomeus Philometor hac die constituitur etiam Rex Syriæ. Rauclîn. ex 1. *Machab.* 11. à 1. Expulsus ergo à suis Alexander, recurrit ad Socerum, cuius arte expulsus fuerat, ut ait Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 8. & Iustin. *lib.* 35. In illa rerum turbulentia frater Philometoris Physcon, genio nonnunquam embolico, ac suapte dyscolo, obtinuit dolo Cyprum à Romanis: equidem Romam querulus ve-

Phil. Phys-
con mendaci-
sissimus.

niens coram Senatū ostendit. cœatrices vulgnerum in insidijs fratris acceptas, à quibus Philometor; quoniam à civibus Cyrenes impacta, dum illinc propter tyrannidem & truculentiam expulsus. Iustin. d. *lib.* 38. & Brietius, *Ann.* 3900. Ægrè tulit Philometor iudicum sententiam; apud quos nec auditus, sed tacuit, timens Romanos, rerum dominos; & pro Cypro cogitavit Syriæ regnum, quod fallaciâ ac vafritie, doloque facili valebat obtinere. Cum bellum ferveret inter Nicanorem, & generum eius Alexandrum, specie huic auxiliandi, copiosissimum coëgit exercitum, & venit in Syriam, uti regionis Princeps acceptus (quippe non aliter iusserat gener eius Alexander) abutens illius honore: igitur in propositum molitum, suorum præsidia relinquebat, urbes pertransiens. Penes illum ius erat regni, penes Alexandrum nomen. Meminerat enim sceug quam construxerat in Alexandri fictitium honorem (de quo 17. *Ianuar.* n. 4.) ut non minore impetu fortunæ pateret destructus, quam elatus.

Philometor
insidiatur
genero.

5 Ingredienti ergo Azotum, cives qui pietate Ionathæ remanserant in civitate, ruinam eius, & templum Dagon incensum Philometori ostenderunt; ut in Ducein Hebræorum provocarent stomachum. Graviter tulit, sed tacuit, ne eius perfida cogitatio vel levem haberet obicem. Venit in Ioppen Ionathas ad Philometoris obsequium, & invicem se salutaverunt, & dormierunt illic, hoc comitante Regem usque in Eleuterium flumen, ad radices Libani (ut notat Adrichom. in *Aser*, n. 37.) quin Philometor indicasset aliquod signum offensi vel exulcerati animi. Aliquid doli suboluit Alexander, & iuxta Appian. de *Bell. Syriac.* & Ioseph. d. Ptolemaide per amicum curavit tollere. Verum totum falsum; quoniam à Philometore fictum, ut deauraret Syriæ invasionem.

Respuit e-
tra Ionathæ
obicem.

6 Ioseph. quò dudum, ait, sed non verè: *Ptolomeus affinitatis Alexandri penitens, & lati adversus Demetrium auxilij abstracta à marito filia, confestim ad Demetrium mittit legatos de societate & amicitia, his conditionibus; ut data sibi in matrimonium filia, in paternum regnum eum restitueret.* Contra Scriptura, ubi suprâ à v. 8. Ut ergo pervenit Seleuciam, quæ erat in Coelelyria, non quæ ad Tygrin, fœdus præfatis conditionibus cum Nicanore pepigit: ipseque Antiochiam ingrediens, imposuit sibi duplex diadema; Ægypti, scilicet, & Asiæ. Surrexit in eum protinùs Alexander, è Cilicia cum exercitu regrediens; sed copijs Philometoris fugatus; in Arabiam fugit

Fit Rex Sy-
riæ.

Alex. Balz
ingulatur.

git ad amicos, quibus filium suum crediderat. (ut dicitur v. 39.) at victorem mulcens Arabiæ Rex Zabdiel, eius abscindi caput, perfidè iussit; quod pro summo obsequio Philometori obtulit. Ibid. à v. 16. Comellor hic cap. 11. Adrichom. in *Chronic. Ann.* 3805. Salian. Briet. *Turfellin. ann.* 3807. & Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 10. Exitum tanti moliminis videbimus, die 25. n. 8.

Pompeius
obsidet Iero-
solyamam.

7 Ab Alexandri Balz assumptione in Regem Syriæ, ann. 88. calculatione Brietij; Pompeius Magnus commotus in Aristobulum (nil minus cogitantem, etenim Ierosolymam fugerat, vel confugerat) cum toto Romano exercitu & auxiliari obsedit. Expavit Aristobulus videns è muris ordinatas æies, robur militum, ac animi alacritatem ad quælibet difficilia. Tunc demùm pœnitentia ductus, supplex occurrit, pecunias offerens, etiamque semetipsum cum civitate; quo quidem Pompeius, quantumvis iratus, quievit: at cum misisset Gabinum cum militum manu in urbem, ad pecuniam recipiendam (interim retento in vinculis Aristobulo) haud receptus intra mœnia, negantibus pecuniam civibus. Cautiùs illo in articulo custoditur Aristobulus, correcto furore Pompeio: qui statim ad muros accedens, explorabat qua facilior pateret accessus ad urbis expugnationem. Verùm illi difficile undique visum, propter firmitatem mœnium, ac validas munitiones. Diù hæsit, movitque castra in Septentrionem (quæ quondam Chaldæi ingressi fuerant urbem) in locum, qui dictus post, *Castra Pompeij*; ut observavit Adrichom. in *Ierusalem*, n. 264. Ioseph. 6. de *Bell.* cap. 13. qui lib. 1. cap. 1. articulum refert, & 14. *Antiquit.* cap. 7. quem Egesip. sequitur, 1. de *Excid.* cap. 16. Genebrard. *Ann.* 4020. Salian. 3991. Toraniell. 3990. & Comellor, in 2. *Machab.* cap. 9.

Aristobulus
retinetur in
vinculis.

Christi ge-
sta.

8 Anno 31. Christi à Polo refertur electio discipulorum: incongruè sanè, dum necdùm descenderat in Iordanem, interimque prædicabat in Synagogis Galileæ; & iuxta Epiphaniam, quem sequitur adhuc manebat in Nazareth. Ann. seq. signatur à Calixt. Placent. quàm malè auditus à Iudæis sermo Salvatoris de Eucharistia. Unde etiam multi ex affectis abierunt retrò, dedignantibus eius convictum: tuncque Servator N. ad duodecim dixit: *Nunquid & vos vultis abire? sed percussus interrogatione Petrus, promptè respondit: Domine, ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes: & nos credimus & cognovimus, quia tu es Christus*

Tom. I. Epbemer.

filius Dei. Ioann. 6. à 67. Haud suffragor tempori, quia 22. Adar, nequibat esse proximum Pascha Iudæorum; ut dicitur, v. 4. Ex prodigio multiplicationis panis, quo grati audientium animi; sumpta occasio in declarationem, & expositionem panis vitalis, supercelestis; de quò 14. *April.* n. 13. ante plenilunium Lunæ Nisan, in quo Pascha, ad cuius celebritatem Christus hoc anno non ascendit Ierosolymam. Ioann. 7. 1. & Alapid. hic & in *Chronotax.* n. 31.

9 Romæ sacra *Minerva capta*, in monte Cælio celebrata astruit Uvolfang. Lazius 10. de *Rep. Rom.* cap. 10. Fallitur, videbimus 19. *Mart.* n. 15. quo die ab Ovidio fixa, 3. *Fastor.* à v. 829. In *K. Rom.* & à nonnullis ex *K. V.* signatur *Regifugium*. Exponitur die 24. n. 11. & 28. n. 13. Hoc diè erant *Kalendæ Intercalares*, si aliqui aliquando addendi in anni regimen & temporis ordinem. Hospinian. de *Fest.* cap. 10. Tunc enim ab hoc die Februarius secundus incipiebat, Idusque habebat, ut vidimus die 13. n. 23. ex triumphis, *Idibus Intercalar.* notatque Goltz. in *Fastis*, pag. 93. & 133. imò triumphum C. Duilij Nepotis idem pag. 87. signat *Kalendis Intercalaribus*: quo quidem elucet ordo secundi Februarij, ut tempora aptarentur ad cursum Solis. At fufius agendum die 29. à n. 12. A Macrobr. 1. *Saturnal.* cap. 13. diem 23. signat in embolismum.

Minerva
capta.

Kalendæ
Intercalares.

10 Hic enim semel triumphans vanissimus quotidie triumphabat, retentà quandiu vixit quadam triumphali pompà, paratà tibicine, quæ cantu triumphi acti excitaret memoriam, illo à cœnâ surgente. *Cn. Duilius Consul adversus classem Pœnorum* (ait Tit. Liv. lib. 17.) *prosperè pugnavit, primusque omnium Romanorum Ducum navalis victoriæ duxit triumphum; ob quam causam ei perpetuus bonus habitus est, ut revertenti à cœnâ tibicines canerent, & finale præferretur.* Anno V. C. 494. primo bello Punico electi fuere Coss. C. Cornel. Scipio Asina (ita dictus, quia cum ab illo vas in promissa peteretur, onustam auro & argento, asinam in forum protulit) & Cn. Duilius Nepos. Ille Messanam appulit, unde ad Liparam proditoriè invitatus, simulato colloquio, operà legati Prioris Annibalis, oppressus est, vivusque captus, cum tribunis aliquot Carthaginem missus, necatus in vinculis, Punicam fidem quanti habendam capturà atque nece pronuntiavit. Duilius verò contra velocitatem navium Pœnorum suas triremes armavit harpaginibus, quos *Corvor* nominavit; ut statariam quasi p-

Triumphus
Duilij Ne-
potis.

Unde Corn-
Scipio di-
Eus Asina

Necatur.

Pp

gnam

ignam in fluctibus finire cogentur. Quas corvos vocavere (inquit Cornel. Nepos, de Vir. Illustrib. n. 38.) manus ferreas cum irrisu hostium instituit, quibus inter pugnandum, hostium naves apprehendit; qui & victi & capti sunt. Elapsus Senior Annibal ex Prætoria navi in scapham, Carthaginem fugit (Valer. Maxim. 7. cap. 3. n. 4. amicum dicit misisse) & altu (interrogando quid faciendum Senatus censeret, & approbante illo pugnam; dixit: Feci, & victus sum.) pœnam crucis effugit: nam apud Pœnos, Dux malè re gesta, cruce puniebatur; sicut post idem ab eisdem subivit, amissâ classe apud Sardiniam. Liv. d. & Polyb. lib. 1. Duilius postquàm magnam Siciliæ partem, invitis Pœnis, subiugavit; Romam reductus triumphavit: Cui concessum est (subdit Cornel. Nepos) ut precedente funali, & præcinente tibicine, à cœna rediret. Idem invenitur in Orozio, 4. cap. 7. & in Ciceron. de Senectut. cap. 13.

11 Luculenter L. Annæus Florus. Intra sexagesimum diem, quàm casa silva fuerat, centum sexaginta navium classis (inquit lib. 2. cap. 2.) in ancoris stetit; ut non arte facta, sed quodam munere Deorum conversæ in naves, atque mutata arbores viderentur. Prælij verò forma mirabilis, cum illas celeres volucresque hostium naves, grapes tardæque comprehenderent. Longè illis nautica artes: detorquere scilicet remos, & ludificari fugâ rostra. Iniecta enim ferrea manus (de his instrumentis, Curtius in Histor. Alexandr. 4. cap. 2. & Livius, 30. sect. 10.) machineque aliæ ante certamen multum ab hoste derise: coactique hostes quasi in solido decertare. Victor ergo apud Liparas, mersâ & fugatâ hostium classè, primum illam maritimum egit triumphum: cuius quod gaudium fuit, quàm Duilium Imperator, non contentus unius diei triumpho; per vitam omnem, ubi à cœna rediret, præluere funalia, præcinere sibi tibias iussit, quasi quotidie triumpharet? Simili honore postea dignatus Publ. Cornificius: de quo Dio, 49. n. 4. Tantum sibi observatos à se milites tribuit; ut Romæ, quoties foris deinde cœnaret, elephantò domum reductus sit. Honoravit etiam Roma Duilium statuâ in foro; ut videbimus ex Plinio, 19. Maij. Ipse quoque erexit fanum, quod post longum tempus dedicavit Augustus. Iano templum (refert Tacitus, 2. Annal. cap. 49.) quod apud forum Olitorium C. Duilius extruxerat; qui primus rem Romanam prosperè mari gessit, triumphumque navalem de Pœnis meruit. Vide Senec. de Brevit. vit. cap.

13. & Petav. 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 1. Anno V. C. 312. ludi sive spectacula publica à decemviris vota propter collectionem legum duodecim tabularum, magnificè celebrata sunt. Plutarch. de Dieb. Per novem annorum cursum oblivioni tradita, modò lætanter exhibita; ne impij ac scelerati homines in vivendo, quàm boni cives in exequendo paratioris viderentur: ait Briet. ann. præcit. Lætanter ergo ab Ædilibus exhibiti ludi, tum quia decemviratus extinctus (causa exposita, die 4. à n. 8.) tum, quia Senatus metuebat secessum plebis, quæ ludis in concordiam cum Patricijs lactabatur. Tunc erecta statua Hermodoro, qui fuit forma, qua animata leges, Romam ex Artica allata. Ante Curiam Ælij Navij statua. Fuit & Hermodori Ephesij in Comitio, legibus, quas decemviri scribebant, interpretis, publicè dicata. Vide Dalecamp. hic, Princeps Ephesi erat singularis modestiæ ac frugalitatis, ut ait Cicer. 5. Tuscul. qq. quem cum ita cives viderent, decreto publico exulem eiecere, dicentes: Nemo apud nos frugi sit. Si excelluerit, hinc abeat. Strabo lib. 14. n. 30. Illi contigit quod Aristidi, ut in eo refert Plutarch. Ostracismum ergo passus, quoniam iustus. Abijt itaque Hermodorus in exilium, quia civium vitijs inquinatus non erat; pœnæque causâ eius virtutis fuit gloria; sicut civibus servitus ignominix, omnimodâ vivere corruptela ac libertate. Rhodigin. 4. cap. 25. Alex. Neapolit. 5. cap. 18. & hic Tiraquell. Unde Heraclitus dicebat, cum vidisset amicum suum in exilium actum; Merentur Ephesij omnes adulti mori, urbemque impuberibus derelinquere; quoniam Hermodorum sui præstantissimum expulerunt, dicentes: Nostrum nemo inæqualis sit: siquis erit talis, alibique & cum alijs. Diogen. Laert. in Heracl. lib. 9. Tunc enim exulans iuxta Strabonem, quò dudum, cum decemviris aliquas leges duodecim tabularum instruit. Nonnulli interpretem, uti Plinius, & expositorem solummodò faciunt. Alex. Neapolit. 6. cap. 10. ideo accidisse dicit; quia ex illarum legum iure ad verbum, nulla vetustatis monumenta sint: & quæ referantur solum esse ex interprete Hermodoro.

13 Hac in die ann. V. C. 554. obiit M. Accius Plautus. Frider. Taubmann. in eius Vit. Prindò mercaturam fecit, sed pessimè rem gessit, & decoquere coactus, Romæ se versandis molis addixit. Euseb. in Chronic. Olymp. 145. Tunc fabulas aliquot scripsit, quas illiberalibus & scurrilibus iocis aspersas nemo miretur, qui putaverit eas in pi-

Duiliij
Goria &
honor.

Ludi ob col-
lectione Lc-
gum.

Statua Her-
modoro.

Aristidis
probitas.

Hermodo-
rus instruit
leges duode-
cim Tabu-
larum.

P. Cornif-
cius.

Statua Duil-
lij.

Plauti obi-
tus.

Primo scriptas esse. Brit. ann. præcit. Indignè prorsum, ferè eruditorum invitâ Minervâ. Sat in contrariam sententiam D. Hieronym. qui Plautum summè extollit, *Epist. 22. 26. 101.* & pluribus alijs in loc. sicut Cicero 1. *Tuscul. qq. 3. de Orator. & 1. de Officijs*, ubi: *Duplex omninò est iocandi genus. Unum il- liberale, petulans, flagitiosum, obscenum. Alterum elegans, urbanum, ingeniosum, fa- cietum: quo genere non modò Plautus, & At- ticorum antiqua Comœdia; sed etiam Philo- sophorum Socraticorum libri sunt referti.* De illo M. Varro, & Luc. Ælius Stilo apud Quintilian. *Instit. Orat. 10. cap. 1. Musas Plantino sermone locuturas fuisse; si Latine loqui vellent.* Ex Varrone, Aul. Gell. 3. lib. 3. ait: *Plautus quàm pecunia omnis quam in operis artificum scenariorum pepererat, in mercationibus perditâ, inops Romam redi- set, & ob querendum victum ad circumagen- das molas, quæ trusatiles appellantur, ope- ram piscatori locasset; in piscino eum scripsis- se.* Vide etiam ipsum in laudem Plauti, lib. 1. cap. 24. Denique M. Varro, 1. de Poetis, succinit:

Postquàm est morte captus Plautus, Comœdia luget, scena est deserta: Deinde risus, ludusque, iocusque & numeris Innumeri, simul omnes collachrymaverunt.

14 Inter Eleates translatio ossium Pe- lopis in Elidem, quò fato functus. *K. Græc.* De historia plures efformatæ fabulæ. Hunc, cum Phrygiæ aut Lyciæ Tantalus pater eius regnaret, quò Dij in convivium solebant accedere; discerptum apposuit in epulum, cogniturus, an hospites essent Numina. Cuncti abstinerunt, præter Cererem; quæ famelica dextrum pueri avidè voravit hu- merum, pro quo aliam eburneum suffecit. Iupiter, cum revocasset in vitam. Ovid. 6. *Metamorph. fab. 6.* Hygin. *fab. 83.* & Apol- lodor. 2. *Biblioth. n. 15.* Figmentorum invo- lucra historice exponit Natal. Comes in Ovid. loc. cit. *Pelopem arbitror insigni at- que atroci iniuriâ afflictum & laceratum.*

Multis verò beneficijs Deam levasse iniuriam innocenti factam, videlicet magnitudine opû, celebritate nominis ac potentia. Eundem mag- ni nominis & præpotentem fuisse, testatur Peloponnesus ab eo subacta, & cognominata; ubi ipse aurifodinas reperijt, quibus ditatus. Transivit enim ex Phrygia in Græciam, du- ctâque Hippodamiâ, eiusque patre mortuo (qui Rex fuerat Pisæ & Elidis) successit in principatu, ædificatis Mycenis; obtinuit etiam Olympiam finitimam, sanumque ere- xit Mercurio, qui ei tradidit pretiosum sce- ptrum. Pausan. *cap. 148.* qui 315. in Pelo- Tom. I. *Ephem.*

pis subdit commendationem. *Deorû omnium maximè colunt Cheronenses sceptrum illud, quod Iovi fabricasse Vulcanum, cecinit Ho- merus. A Iove acceptum, Mercurium dedisse Pelopi.* A Cheroneso armis Ilij, Phrygiæ Re- gis, eiectus est (idem, *cap. 64.*) sed fortiter restauravit gladius eius in antiquitate fa- mosus (ut dicemus *Isagog. Mart. n. 8.*) sicut eius solium, translatum in Sypli montis verticem. Ibid. *cap. 160.* Unde è vivis exce- dens, habitus inter Heroas summo loco, ut Iupiter præ cunctis Dijs: erectumque est Pelopion, idest; Area ei sacra, arboribus convestita, & signis passim conspicua. Idem ibid. In eodem enim monte cum folio (*cap. 200.* inquit ipse) *adesset, & arca aræa, in eaque Pelopis ossa conservantur.*

15 Vallata ab Achivis Troia, maximè extincto Achille, expugnari nequibat. Intet Proceres inito consilio, decretum est (cum Æacida generi servata esset Ilij expugnatio) quòd vocaretur in castra Pyrrhus, seu no- vus miles, Neoptolemus: cui ex vate com- mendatum, ne veniret, quin sagittas Hercu- lis, & aliquod ex Pelopis ossibus afferret, sine quibus capi Troia non poterat. Natal. Comes, 7. *Mytholog. cap. 17.* Ita paratum & expugnata Troia. At quid in hoc sine ar- ticulo, & ex illo ad Eleorum præfens festum refert ex ordine Pausanias, quò dudum. *Memoria proditam est (subdit) cum Troia- num bellum duceretur, monuisse Vates, non antè expugnari Ilium posse, quàm Græci Herculis sagittas, & Pelopis ossibus unum comportari curassent. Quare & Philoctetes tunc in castra accersitam, & Pisa scopulum operam Pelopis deportatum. Redyuntibus verò Græcis ad Eubœam, navim illam in qua Pelopis illud os fuerat impositum; nau- fragio periisse. Multis enim annis post Ilium excisum, piscatorem iacto everriculo, è mari os extraxisse: miratus magnitudinem; in arenis, adnotato loco, abdidisse, ac venisse eundem Delphos, sciscitatam, cuiusnam esset os, & ad quem usum illud à se conservari oporteret? Tunc etiam fato quodam aderant, quos Elei consultum miserant, quæ foret de- pellenda pestilentia ratio: atque his quidem responsum est, ut Pelopis ossa requirerent: piscatori verò, ut qua reperivit, Eleis resti- tueret. Hoc ille cum fecisset, & alia accepit ab Eleis munera, & eî eiusque posteris custo- dia ossis demandata est.* Idem Natal. à Co- mitib. ubi supr. Hinc inter Elides festivus dies, eò quòd ossis inventionem & transla- tione, qui in peninsula restituti saluti. Ibi Pelopis statua in quadriga, cuius equi pinnati & volantes. Pausan. *cap. 165.*

Hinc gla- dius, & ibre- nus.

Pelopion.

Septalbris.

Unum ex eius ossibus necessarium in Troia ex- pugnacione.

Perii, sed invocantur.

In Elidem transferuntur.

Pelopis sta- tua & qua- driga.

A Mercurio sceptrum Iovi accipit.

16. Apud Æginetas summo plausu dicata statua Taurostheni. *K. Grec.* Hic à Chione (de quo die 11. n. 7.) in Olympio certamine prostratus, pudore suffusus propter dedecus patrie; studuit vincere gymnasij exercitio continuo cum athletis cæteris ac pugilibus, sequentique Olympiade omnes deiecit, qui in lucta certamen descenderant; sed prodigio singulari, ubi palmam tulit; etenim, ut ait Dalecamp. in 7. *Plin.* cap. 20, quod sumpsit ex Pausania, cap. 186. *Eodem quo coronatus est die, spectrum Taurostheni per simile, Ægine victoriam eius nunciasse, dicitur.*

17. Inter Nasamonos sacra Marti. Theodor. Gaza. Festum celebratum primis floribus, ingruente Vere. Alludit Martis imago, nam *Mars supra florem stat, hastâ scutoque manitus, flore radice sua in cymbæ medio firmante*: Kircher. in *Magia hieroglyph.* figur. 16. Summe sunt huiusmodi superstitionibus dediti. *Divinant, ad suorum accedentes monumenta, & illie ubi preces peregerunt in dormiant; ubi quodcumque per quietem in somnium viderint, eo utuntur. Morsuos sedentes sepeliunt; observantes, ut dum quis cepit agere animam, cum sedentem constituant, ne supinus expiret. In fidem dandam, uterque de manu alterius mutuo sumpto poculo, bibit. Si non est, quod bibi valeat; è terra cinerem lingunt.* Herodot. 4. à n. 42. & Ravi. Text. 7. *Officin.* cap. 48.

DIES XXIII. FEBRUAR.

VII. K. 1. **G**Rad. 3. *Piscium*, in quo uberrima piscium captura; ostentatione potentie sideris. Anton. Constant. in 2. *Fasor.* v. 458. *Etiã Arcturus oritur vespertind.* Columell. *Arcturus dicitur Minerva sidus à Virgilio, 11. Æneid.* v. 259. Explicat Solinus cap. 19. *Post Ilij excidium (inquit) Argivam classem vel Minerva ira, vel quod certior prodit memoria, sidus Arcturi gravibus afficit casibus.* Getman. *Cæl.* in *Arat.* n. 6. canit: *Non illi obscurum caput est, non tristia membra, Sed proprio tamen una micat sub nomine flamma: Arcturum dixere sinus, quæ vincula nodant.* Dicunt Poetz hunc esse Arcadem filium Iovis, quem membratim disceptum edendum Numini apposuit Lycaon; sed Iupiter impactis membris in vitam reductum transformavit in stellam Arctophylacis; quæ Arcturus dicitur de qua *Isag. Iul.* n. 16. Hoc

in gradu *Corus & Aquilo simul stant.* Prol. *Corus ventus, idest, ex occidentali latere Septentrionis.* *Plin. lib.* 18. cap. 34. *Cervix Leonis mane occidit.* Junctin. *K. A. Vir cuneum edens.* Sphær. Arab.

2. Post septem dies à plaga prima in Ægyptios, infligitur secunda Ranarum. Peireira in 7. *Exod.* disput. 12. n. 69. Plagam describit Ioseph, 2. *Antiq.* cap. 5. & ex illo *Histor. Schol.* hic cap. 16. ex *Exod.* 8. à v. 3. Anno sequenti præcipitur Moysi erectio Tabernaculi, ordoque in eius & Aaronis consecratione. Leonard. Mar. ex *Exod.* 39. & 40. à 1. Iuxta Genebrard. *ann.* 2670. & Seder-Olam, cap. 7. coeperunt hodie septem consecrationum dies, impletique sunt die 1. Nisan, in quo Tabernaculum erectum. Errant, ut dicemus ibi n. 2. Semper cum fictione aliqua ingenia Rabbinnica. Ibidem dicitur: *Septem consecrationum diebus continuis, erigebat Moyses Tabernaculum mane quolibet, & ad illud offerebat oblationes, posteaque dissolvebat, atque distungebat: at die octavo erigebat quidem, sed non distungebat.* R. Iosue in alia est sententia: nam inquit, *etiam die octavo erigebat, & deponebat. Comedeant autem Aaron & filij eius carnes arietum & panes qui in canistro erant positi.* Evanuerunt in cogitationibus suis.

3. Hoc pretiosum Tabernaculum, dictum Tabernaculum fœderis, quia in illo Arca legis Tabulas continens, fœdere facto inter Deum & populum. Ita quidem distinguitur ab alijs Tabernaculis sacris, quæ pridem habuerant Patriarchæ & Israëlites, vel cum essent in Ægypto. Elucet sacre pagine pluribus testimonijs. Moysi dicitur post primo datum Manna, *Exod.* 16. à v. 32. *Imple gomor ex eo: Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas unum & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor, & pone coram Domino ad servandum in futuras retrò generationes: posuitque illud Aaron in Tabernaculo reservandum.* Necdum erat ædificatum; quod Fœderis, à Beseleel & Oliab, quò servari in memoriam possit; licet ab Alapid, hic intelligatur *In Tabernaculo & Arca cum illa ædificata fuerint.* Ita ergo, non diceretur, *Pone*; sed *Pones*: factumque refertur, dum dicitur: *Posuitque illud Aaron in Tabernaculo reservandum.* In Tabernaculo, priusquam extrueretur quod Dominus Moysen facerè iussit, iuxta exemplar quod illi in monte monstratum; Ietro postquam obtulit holocausta & hostias pacificas, cum cognatis & senioribus Israël comedit in Tabernaculo; quod signatur per *to. Corã Deo.* *Ibid.* cap. 18. 12. In illo Tabernaculo ante novi splendij

Secunda Ægyptii plaga

Præcipitur Moysi Tabernaculi erectio.

Ante Tabernaculum fœderis aia sacra tabernacula.

1803 203

1803 203

dioris fabricam & erectionem, Moyses præcepta Domini populo nota faciebat, & explanavit legem, operamque navabat regi-
mini multitudinis, & eius petitiones dirigebat ad Dominum: insuperque super illud videbatur gloria Domini, idest, columna nubis & ignis. Perspicuiusque elucet *ibid. cap. 33. à v. 7.* ubi describuntur ad quæ munia observiebat. Unde quia filij Israël adoratione Vituli fregerant pactum; ut impudentiam obijceret eis, etiam illud extunc vocavit Moyses *Tabernaculum fœderis*; quod cum esset intra castra, ob peccatum extra castra eduxit, ubi absente Moysse remanebat in custodiam Iosue. *Ibid.* Etiam ibi servatæ Tabulæ legis, quas post primas fractas attulit de monte Moyses, quousque fabricata Arca fœderis, & in quo à facie tollebat velamen. *Ibid. cap. 34. à 30.*

Imò Arca. 4. Addit alia & singularia Iacob. Boulduc, 1. de Ecclesia ante legem, cap. 12. Notandum (ait) quod cum populus Israël esset adhuc in Ægypto, erat iam Arca Testamenti; coram qua populus Deum adorabat, & ex qua Deus sua reddebat oracula cum Propitiatorio & Cherubinibus aureis, sicut in illa alia magnifica, quam postea in deserto iussit fieri. Imò cum populus Israël transivisset mare Rubrum, antequam tribus Levi ingrederetur in ministerium Arca & Tabernaculi, tribus Iuda detulisse videtur; per quam Deus tunc viam fecit populo, sicut postea temporibus Iosue in transitu Iordanis Levitæ portantes Arcam, viam populo fecerunt. Ita ergo Psalm. 113. à 1. dicitur: *In exitu Israël de Ægypto, mare vidit & fugit: Iordanis conversus est retrorsum.* Primum per Arcam primam: posterius per secundam. His ergo lubitò suffragor: at minimè sententiæ, qua ibi ab illo profertur, duos scilicet Cherubinos, qui erant in Arca priore representasse Iacobum & Iudam in fabricata à Moysse, Iacobum & Iosephum; iuxta illud Psalm. 80. 6. *Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti* (in quo Auctor inconsequentia laborat, cum præmittit, in exitu de Ægypto testimonium non in Ioseph, sed in Iuda positum à Numine) Ariolatur, maxime cum subdit: *Ex Dei præcepto à Moysse statutum est, ut Patriarcha Iacob & Ioseph in suis Cherubim super Arcam positi essent in thronum ac sedem, ex qua Deus sua iudicia & testimonia redderet: & maxime quando sic Ioseph in testem Dei super Arcam primò positus est in ea ferè forma & gloria quæ per urbem triumphum egit, quando cepit dominari super Ægyptum & in publicis acclamationibus audivit: Fle-*

De genua. Vasta profectò cogitatio: ipse *ibid.* taxat dicens: *Audacter dixerim.* Sacra testimonia in suam cogitationem retorquet, Hoc non est exponere, sed somnare, uti sæpe in opere videbimus.

5. Adhuc in proposito non quiescit, sed voluntaria roborare satagit, *ibid.* astruens: *Per totum moram in Ægypto tempus, apud Israëlitas ad minus unam fuisse Arcam Testamenti, in qua erant Cherubim Iacobi & Iudæ: credibile est, aliam adhuc priorem extitisse, in qua ante mortem Iacobi, Abrahæ & Isaac erant Cherubim. Mortuo Iacob à succedente in Ecclesia regimine Iosepho alteram Arcam fuisse constructam; in qua post cepit Cherub Iacobi cum Isaac Cherubo.* Hoc ut impleatur numerus quatuor Cherubinarum, quos Ezechiel per analogiam ad quadam phænomena, sub quibusdam animalium figuris symbolicè representavit: nimirum Isaac in figura hominis; Iacob, quia vidit Deum facie ad faciem, in aquila Solis contemplatrice. Iudas iuxta benedictionem in leone: Ioseph in vitulo. Præclarum profectò ratiocinium; sed duntaxat in sensu accommodatitio ingeniosum, at à veritate alienum. Repetit cogitamen exangue & elumbe etiam in *Oggio Christian.* sæpe. De Tabernaculo veteri & novo consule Calmet, in *Dictionar.*

6. Anno 3436. elapsis iuxta Briet. ab huiusmodi Sanctuarij dedicatione, 891. capta est denuò à Nabuchodonosor Ierusalem, cum Rege Iechonia filio Ioacim; quin causa indignationis exponatur, licet ab AA. divinentur: quandoquidem illum de folio deposuit, ad quod tribus retrò mensibus placidè assumpsit, ut dicemus 12. *Novembr. n. 12.* Nec caspitandum in eo quod 4. Reg. 24. 8. dicitur: *Tribus mensibus regnavit in Ierusalem;* & 2. Paralip. 36. 9. adduntur *decem dies.* Sæpe dixi, in Scriptura numerum imperfectum tam annorum quàm mensium & dierum prætermitti. Recesserat Nabuchus, ex quo interfecit Ioacim & expilavit urbem, missis captivis in Babylonem (de quo, loc. cit. *Novembr. n. 11.*) in Tyrum, quam obsessam habebat, uti dicemus, 24. *August. n. 3.* Inde inopinatò, missio exercitu, Hierosolymas etiam obsedit; quod quidem Iechoniam perculit & cunctos urbis cives, ignorantés obsidionis causam, & Babylonij Regis, amici propositum, quanvis altè sedebat in animo vaticinium Ieremiz, qui initio Regni Ioacim prædixerat, Iechoniam & matrem eius ducendos exules in Babylonem. *Ierem. 22. 26.*

7. Comestor in 4. Reg. cap. 39. *Cum recess-*

Iechonias deponitur à folio.

Autologia.

desisset Nabuchodonosor (ait) timuit in
Ioachim (Iechonias) memor necis paterna,
adhereret Aegyptijs, & pugnaret adversus
eum; & idcirco rediit, & obsedit Ierusalem.
Eadem apud Iosephum, 10. Antiq. cap. 9.
& Torniiell. Ann. 3436. n. 1. Consultitur Ie-
remias, & ne cremaretur civitas, monuit
Iechoniam se cum civitate Babylonio dede-
re. *Cum esset natura bonus & iustus* (fallit
Ioseph. d.) *non sustinuit periclitantem
propter se urbem despiciere, sed matrem &
cognatos tradidit Ducibus à Rege missis, ob-
sides; ideo hoc cum eis federe, quod nec ur-
bi mali aliquid inferrent, nec civibus.* Unde
egressus de Ierusalem (arbitror in Rebla-
tha, quò motus Tyriorum observabat in
obsidione) ipse, & mater & aulici & Prin-
cipes; urbem, agros aras & focos seque de-
derunt Nabucho. Ubi supr. v. 12.

8. Iosepho, d. videtur, non statim ful-
men transmigrationsis Iechoniam percussisse.
Nac per integrum quidem annum (infit) *fi-
des servata est; Babylonio Rege violante eam,
& mandante per literas suis Ducibus, ut
omnem iuventutem captivam, ex urbe ab-
ducerent, & in his Ioachim cum amicis ac
matre, qui à Rege in custodia sunt habiti.*
Ducti sunt in Babylonem iuxta eundem,
10832. viti. Mentitur Iosephus, ut solet,
& in rebus maioris momenti ex Reg. loc.
cit. constant decem millia diversigenetis
militum septem millia; Artificum, mille; &
bis mille ex populo & sacerdotibus; qui ad-
ducti in captivitatem etiam dicuntur, *Ierem.*
29. à 1. Conciliare conatur numerum Iose-
phi cum sacro, Canus, II. de Loc. Theolog.
cap. 5. sed tantum subtiliter, minimè vere.
Occurrit etiam diversitas numeri captivo-
rum in Ierem. 52. 28. ubi dicitur: *Iste est
populus quem transtulit Nabuchodonosor. In
anno septimo Iudaæ tria millia & viginti
tres.* Uti vidimus, fuisse decem Iudæorum
millia. Certum utrumque; verum non in eo-
dem tractu; quod constat; quia dicitur; *In
anno septimo.* Annus septimus Nabuchi, fuit
captivitate facta in morte Ioachim. Præsens
translatio fuit anno octavo, regnante Ie-
choniam. Nihil mirum; quod in diversa ca-
ptivitate sit diversus numerus captivorum.
Vide 12. Novembr. n. II.

9. Illa prima Iudæorum translatio iuxta
Comestor. d. dicta est Captivitas; hæc ve-
rò propriè *Transmigratio*; quia spontè se
tradiderant. Nabuchus protulit inde the-
sauros templi; & aulam; & concecit supelle-
ctilem sacram, quam Sanctuario Salomon
confecerat & cum civibus; præfatis transtulit
Babylonem; inter quos etiam numeran-

tur Ezechiel, Iosedech Pontifex, & Mardo-
chæus. *Est. 2. à 5.* Comestor, loc. cit. Tor-
nielli Ann. 3436. n. 5. Adrichom. 3363. &
plures Rabbisorum; at ridendi qui in Seder-
Olam; cap. 25. audacter dicunt: *In medio
Iubilæi migravit Iechonias, asportatis simul
pretiosissè vasis domus Domini, idest, Arca.*
Ab hoc anno & die cæpit captivitas Baby-
lonica; iuxta Caietan. Genebrard. Scaliger.
& plurimos Expositores; etsi Torniiell. loc.
cit. Anno, 3429. n. 12; & 3447. à n. 2. in-
ficietur; numerando septuaginta annos; à
captivitate Sedecix. Superfedeo, quoniam
fuit de argumento. *égi. Tom. 7. T. 9. à n. 21.*
Vide 12. Jul. à n. 7.

10. Iechonias iuxta Adrichom. d. Ba-
bylone. carceri mancipatur, & constat ex
eius exaltatione, de qua perendie; à n. 5.
runcque pro eo in Ierusalem constituitur
Rex Iuda; patruius eius Sedecis à Nabu-
chusque federe renovato; fecit enim per
Deum Israël iurare; quod fideliter sub tri-
buto Chaldæis serviret, remotus à societa-
te Aegyptiorum. Idem ibid. ex 2. Paralip.
36. 10. & 4. Reg. 24. 17. Ioseph. 10. An-
tiq. cap. 10. Comestor, in 4. Reg. cap. 40.
Genebrard. Ann. 3558. & Hebr. in Seder-
Olam; cap. 25. In Sedeciam propensus erat
Nabuchodonosor, iuxta sententiam Rama-
bam in *Ierem.* 27. quia in diebus Ioachim;
fratris eius præfecerat quinque Regibus; qui
ibid. nominantur, v. 3. Unde cum ille pro-
ximior sanguine esset antecessoribus regia-
bus; elegit in thronum Iuda; quæ electio-
ne; cum sub eius natu essent, legatos misere-
runt in specimen gratulationis de regno; ut
ibid. dicitur: quod quidem fufius dicemus,
& Decembr. n. 37.

11. In vastitate urbis capto Iechonia;
etiam vasa sacra è Sanctuario eduxit (4. Reg.
24. 13.) quasi esset non veri Dei; sed Idoli.
Unde Seder-Olam; cap. 28. ait: *Quo die Na-
buchodonosor intravit in templum; & in-
vasit, diebus Iechonia ei natus est hostis, sci-
licet; Darius Medus. Ideo apud Danielem
dicitur; expugnata Baby. me.: Darius Me-
dus suscepit regnum; ann. natus sexaginta
duos.* Tot enim anni fluxerunt à depositio-
ne Iechonia; usque in mortem Balthazaris.
Ibid. & Briet. & Genebrard. Ann. 3560.
Qui asserunt natum in expugnatione Jeru-
salem sub Sedecia; falluntur; tunc enim
dum eversum regnum Babylonis; non ha-
beret; 62. annos, ut asseritur, *Daniel.* 5. 31.
Quare Torniiell. Ann. 3454. n. 1. natam
asserit anno octavo à captivitate Babylo-
nica sub Iechonia; ut respondeat compari-
annorum 62. septuagesimo; in quo solus

Captivitas
Ezechiel,
Iosedech, &
Mardo-
chæus.

Quando cas-
pitivitas Ba-
bylonica?

Sedecis eli-
gitur in Ro-
gen Iuda.

Frascitur
à Nabucho
quinque Re-
gibus.

Darius Me-
dus nati-
tus.

Et aditur
et urbe Na-
bueho.

Antilogia.

Antilogia.

Antilogia.

Antilogia.

Antilogia.

ta, ingrediente Cyro in Babylonem.

12 Hic Darius dicitur filius Assueri; *Daniel. 9. 1.* quem multi dicunt maritum Estheris. Alij Assuerum esse nomen dignitatis, quia sonat Magnum & supremum Principem. Alij fuisse Cyaxarem (filium adoptivum Astyagis Regis Persarum atque Medorum) cuius regnum divisum inter illum & Cyrum, ita ut hic esset Persarum Rex, & ille Medorum, quorum iunctis copijs exercitus expugnavit Babylonem. Denique nihil è regio sanguine habuisse, sed esse civem Babylonis, origine Medum, & nomine Nabodinum, unum è coniuratis in Balthasarem, ultimum Regem Babylonis; cuius morte consensu Procerum obtinuit imperium, quod habuit annis 17. in quo appetitus à Cyro Rege Persarum, & inclusus intra Dorsippenam arcem, deditione facta, in Carmaniam adductum fuisse. Scaliger. ad *Euseb.* ann. 1417. alijque, ut videbimus in expugnatione Babylonis, 20. *April.* n. 12.

Quisna fuerit?

An Nabodinus?

Cyrus solvit Babylonicam captivitatem.

Ieiunium.

Zerobabel cum captivitate egrreditur e Babylonia.

13 Hac in die data à Cyro Iudæis facultas redeundi in patriam completo anno septuagesimo captivitatis Babylonicæ: de quo vide 28. *Decembr.* à n. 4. Iter incceptum 1. *Mart.* ut dicemus, n. 4. *Torniell. Ann.* 3517. putat reversos exeunte primo, vel inchoante secundo anni sacri mense; & quatuor saltem menses in itinere insumpsisse, & probat ex secundo habitu è Babylonia cum Esdra, ut dicitur *lib. 1. cap. 7.* à 9. Comest. in *Daniel. cap. 17.* inquit: *Tam in exhortatione, quam in apparatu, tres annos complerunt; & in tertio anno Cyri regressi sunt sub Zerobabel Duce, & Iesu Magno Sacerdote, adhortantibus eos Zacharia Propetâ, & Aggeio iuvene, necdum Propetâ.* Propter hanc libertatem, quotannis institutum ieiunium. Munsterus.

14 Haud arbitror tantam temporis consumptum in itineris apparatus ab avidis regressione in terram sanctam, viventibus peregrinis in Babylonia. Cyrus ergo suavis Danielis, admiratus etiam quæ legerat ex Isaia, convocatis clarioribus Iudæorum in Babylonia Regia, iussit cunctos proficisci in patriam: nolentes, iuvare fratres; reddere vasa sacra quæ abstulerat Nabuchus, suam præfectum ararij cum Zerobabele caducere & templo perfecto Sacerdotibus tradere, sumptus ad sacrificia de quo fieri ex vestigalibus solitis solvi, commendans per epistolam Satrapis Syriæ in populum reducem omnimodam gratiam, & templum sacrum erigi in eodem loco, quo prius fuerat. Ioseph. 11. *Antiquit.* cap. 1. ex 1. Esdr. 1. Nec cæspites, ex eo quod templum extrui

iubetur à Cyro; & loco Esdra cit. v. 4. legitur: *Excepto, quod volunt arie offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem.* Idem, v. 68. Facilis antithesis expositio, vel sumpto *Est*, pro *Erit*: vel quia in Ierusalem vel templo everto erat altare; ut constat ex his qui illo incenso venerunt moerentes cum muneribus & thure, ut offerrent in domo Domini. *Jerem. 41. 5.* & dicemus 4. *Septembr.* n. 4.

Antilogia.

15 Ergo illi Duce Barachia (ibid. dicto *Sassabasar*, & ex munere Zerobabel, quod nomen ex Deo imposuit Zacharias Propeta, cum Salathiel in circuncisione Barachia vocaret: igitur Salathielem benedicens, filium appellavit Zerobabel: q. d. *hic erit magister captivitatis Babylonicæ.* Comestor. d.) exierunt gaudibundi cum suis Principibus ex Iuda & Benjamin, Sacerdotibus, Levitis & Nathinæis, Nehemia & Mardocheo, multaque substantia auri & argenti, quorum numerus quinquaginta millia virorum, exceptis parvulis & mulieribus. *Esdr.* loc. cit. & *cap. 2.* à 1. Quomodo autem 50000. dum ibid. v. 64. dicatur: *Omnis multitudo 42000?* exposuimus, *Tom. 6. T. 4. n. 10.* Reliqua 1. *Iun.* à n. 7. Ita cum Imperium Babylonicum, rapinam Nabuchodonosoris elevarum esset, & Israëliticam deformatum; hoc reformatum per Cyrum Regem Persarum, & hunc sublimavit Deus super univversum Nabuchodonosoris imperium.

Numerus redeundium.

Antilogia.

16 Eodem in die post 18. annos, alij dicunt 20. sub Dario Hystaspis, cum intra septennium absolutum esset templum Ierosolymitanum, quoad interna, quod soli sacerdotes ingredi quibant (Vide 25. *Octobr.* n. 7.) perfectum penitus est quoad externa, laicis pervia. *Magnis studijs proficiebat templi adificatio iuxta mandata Cyri & Darij, propbetantibus interim Aggeio & Zacharia: absolutumque est intra septennium. Anno autem regni Darij nono vigesima tertia die mensis Adar, nobis duodecimi, adificaverant Iudæi porticus quoque, quibus templum circumquaquæ includebatur, &c.* Ioseph. 11. *Antiquit.* cap. 4. Statim atque omni ex parte templum perfectum Zerobabel cum Nehemia redijt Babylonem ad Darium, ut nunciaret illius decreta executioni mandata, gratulaturus de tot populo suo beneficijs collatis. Zerobabel ergo ibidem diem clausit. Rabbini in *Seder-Olam Zuta*, *Decur. 6.* qui non post templi dedicationem, sed anno 7. Artaxerxis redijisse autumant, quando Esdras venit Ierosolymam; quod quidem omnino falsum, quippe iuxta *Briet. Ann.* 3568. tam ille, quam Iesus mortuus est, eodem anno quo Darius Hystaspis, avus

Templi sacrum absolutum.

Zerobabel tertio redijt Babyloneum, ubi obit.

*Nehemias
comes ei in-
dividuum.*

Longimani Artaxerxis; quo tempore venit Esdras in urbem. Zorobabelis individuus comes fuit Nehemias. De utroque Isidor. in *Ortu & Obitu SS.* cap. 61. *Sub Dario Rege templum Domini aedificant, muros Ierusalem extruunt, atque Israel ad pristinum statum redducunt, cultum quoque religionis iusque Sacerdotum & Levitarum restituant. Item & ipsi in Ierusalem sepulti quiescunt.*

17. Cum summis curis propter mœnium firmitatem, à se exploratam, dormisset Magnus Pompeius; ut in deditionem provocaret Ierosolymitas, qui pecuniam negaverant (ut relatum pridie n. 7.) cinxit urbem toto exercitu, sed animo desponsio, mœstoque ex eo quod unica civitas eius præpediret fortunam, cuius auspicijs, seu potius amplexu, cesserat torus Oriens. Verum minime in extremis (ut ex hinc semper abiret, nec amplius illam videret) absuit læto vultu. Ortâ repente intra Urbem seditione inter contrarias factiones; quæ Hyrcani, Pompeio tradi urbem decrevit, contra nitente, quæ Aristobuli, ne Regem Romani eriperent, quem vincum habebant. Denique victa pars Aristobuli, recessit in templum, abscisso ponte, quo civitati iungebatur; & apertæ sunt eius portæ toti exercitui Romano, nemine eorum, qui in templum recesserant, volente admittere pacem. Rauclin. ex Egesipp. 1. *Excid.* cap. 16. Ioseph. 1. de *Bell.* cap. 5. ac 14. *Antiquitat.* cap. 8. & Genebr. *Ann.* 4020.

18. Licet civitas occupata à Pompeio, distributis in loca commodiora cum legionibus exercitus Ducibus; quasi nihil factum propter firmitatem murorum templi, & maxime propter hiatum, seu potius vallem, quam replere opus erat; sed opus impediabant, qui desuper erant, ita ut nihil fieret rot laboribus. Verum Pompeius cum videret Sabbatis, opus ab illis non impediri; iussit, inhibitis à prælio militibus, illis in diebus aggerem cumulare, coactis etiam Iudæis Hyrcanicæ factionis, ad opus concurrere. Unde iam valle repletâ, impositis aggeri turribus, admotisque machinis è Tyro allatis, florido milite Pompeius per Duces tentabat mœnia. Obstabant obsessi, mirante Imperatore & illorum constantiam, & quasi nullus instaret, continuationem sacrificiorum in templo. Propugnatio extensa fuit usque in tres menses, uti videbimus 23. *Maij*, à n. 10.

19. Quia proximus morti, haud in Herode deferbuit sævitia, ut vidimus, die 8. n. 8, Premebatur varijs languoribus, quos referunt Ioseph. 1. de *Bell.* cap. 21-17. *Anti-*

quitat. cap. 8. & Egesipp. 1. *Excid.* cap. 45; inter quos maximus, scaterere vermibus. Nil mirum: inolitum erat malum, putrida viscera. Illotunc in vinculis habebat filium Antipatrum; dignissimum multiplici morte fratricidam, imò parricidam animo, quia operibus deficiebat usus; & dum ita langueret, literas acceperat ab Augusto, queis permittebat filium in exilium mittere, vel de medio tollere. Aliquantisper recreatus, redeuntibus doloribus, se Herodes voluit occidere; ex quo statim ululatus maximus in Regia, quasi iam ageret animam. Audivit Antipater, & egredi contendens à custode arcetur, qui statim impetum filij nunciavit Herodi, quo hic furore percitus, Antipatrum iugulari iussit, quinque diebus antequam moreretur; cuius cadaver obscure sepultum est in Herodio Castello (de quo Adrichom. in *Iuda*, n. 148.) Idem qui supr. & ibid. & Petr. Comest. *Histor. Evangelic.* cap. 17.

*Antipater
occiditur à
patre Hero-
de.*

20. Anno Salvatoris N. 33. signatur à *Christi* 50. Placentino parabola *Filij Prodigij*, ex Luca, *cap.* 15. & ann. seq. à Bernard. Lamy, alia de debitorum decem millium talentorum, quo Magister cœlestis docuit, iniurias condonandas esse. Ibid. cap. 17. & *Matth.* 18. Sit ergo, verum nescio, quo fulcro hoc in tempore, atque die præfigantur. Ab Alapide in *Chronotax.* n. 37. & alijs, memorantur in Augusto, post Domini transfigurationem.

21. Romæ, ab aliquibus Regifugium in Urbis libertatem recolitur: sed ut diximus huiusmodi festum celebrabatur, die 24. & 28. Eodem die templum dicatum Romulo & Remo, sive Remo & Quirino. Arbitror fratris titulum adiunctum hac in die, quippe soli Romulo aut Quirino iam erectum, die 18. ut vidimus à n. 10. Marlian. *cap.* 35. & in *Epitom.* 3. cap. 11. *Antiquissimum templum, & eius porticus due columna, nunc Divis Cosma & Damiano. P. Victor Remi fuisse significat: alij, Romuli, sive Quirini & Remi: idque à Corvilio Consule, victis Samnitibus dedicatum est, atque spolijs innumeris hostium exornatum: quorum tanta fuit copia; ut non modò templum hoc & forum, sed cæteris templis divideretur. At de eo intellexisse arbitror, cui ad radices Palatini montis locum dedimus. Hoc autem habet primam partem circularem cum testudine & foramine, sicut Pantheon, aeneas quoque valvas, que prius signis, arceisque ornamentis erant conspicua: sed que olim ad ornatum, nunc tantum ad claudendum, facta esse videntur. Origo alia signatur à Petro Alexandrin. in *Chronic.* pag. 259. Romulus fra-*

*Templi Ro-
mulo & Re-
mo.*

*Forma &
ornatus.*

*Traditur Ie-
rusalem Pô-
pulo.*

*Qui templi
obsidet.*

tre interfecto, male apud cives audit, & populus in illum commovebatur, quin ullà arte placare valeret. Unde de seditionum causa interrogatum Oraculum, respondit: Quòd nisi frater, quem occiderat, assideret solio regio, nullum disfidiorum finem fore. Ergo fratris statuam, quæ referret eius vultum & formam ex auro fieri curavit, & illam in sella Curuli, qua ipse sedebat, posuit; sicque deinceps assidente illi fratre, terræ etiam tremor conquievit. Sic intestinæ seditiones sedatæ, & si quid ediceret, tanquam suo & fratris nomine id faceret, hac formulà utebatur. *Iubemus, Sancimus.* Huc alludere videtur Virgilius, canens, 1. *Aneid.* v. 296.

— Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.

Cogitatio est etiam Ludov. La-Zerda, quem videtis hic num. 3.

22 Templum hoc igne de cælo tactum. *Ignis ab occasu ad ortum traiecit, & inter alia templum Quirini incendit, Solque totus defecit.* Dio, lib. 41. In adventu Gallorum etiam templum igni traditum. Plutarch. in *Camill.* & Cicer. 1. de *Divinat.* Valerius verò Maxim. 1. cap. 8. n. 11. oggannit: *Possunt miraculorum loco poni, quòd deusto sacrario Saliorum; nihil in eo præter lituum Romuli integrum repertum est.* Adi 5. *Ianuar.* n. 7.

Incenditur, & restauratur.

Romuli lituus.

Mars Necys, & Neton.

Imago Necys.

Quid Thyrsus?

Restauravit post Augustus, & acrium septuaginta columnis ornavit. Dio lib. 54. Alij, haudquaquam per Quirini templum, Romuli intelligunt, sed Martis, cognomento *Quirini*; cuius in hac die sacra fiebant sub nomine *Necys*, seu *Netonis*, cuius imago radijs ornata erat, uti Hispani maxima religione celebrabant. Macrobius. 1. *Saturnal.* cap. 19. & Lacedæmones pro hasta thyrsium ei tanquam insigne apponebant. Ibid. Siccine haud amandata dicitas, sed dissimulata, aut occulta crudelitas. *Thyrsus* (ait idem ibid.) quid aliud quàm latens telum; cuius mucro beder à lambente protegatur?

23 Hac de causa, Albricus in *Deorum imagin.* n. 3. inquit: *Eius figura tanquam hominis farrubundi, in curru sedens, armatus lorica & cæteris armis offensivis & defensivis: qui & galeam habebat in capite & flagellum in manu portans, accinctusque mucrone. Currus verò eius ab equis rabidis trahi videbatur. Ante illum lupo ovem portans, videbatur. Iste enim Mavors est, id est, mares vorans; eò quod bellorum Deus dicitur: & quia Romani fratres geminos, primos Urbis fundatores, Romulum & Remum, Martis filios esse sinxerunt; ideo sub eius curru, ipse Romulus pictus est, qui fratrem Remum occidit.*

Alia imaginæ.

Tom. I. EpheMER.

videbat. Videtis die 12. num. 13. & Kircher. Tom. 1. *Oedip. Copt.* Syntagm. 5. cap. 2. qui inter templa Chinenfium enumerat Martis radiantis: unde patet dicatum Planetæ, cuius imago serpens, capite nimbo vallato radiorum: apud eundem, Tom. 2. p. 2. *Class.* 11. cap. 6. Ex sacrificio inter Thulæ insulæ acolas liquet truculentia. *Victimarum potissimam fuisse* (ait Gyrald. Syntagm. 17. n. 97.) *virum quempiam, quem primum in pralio cepissent, Marti sacrificare; ut quem Deorum maximum ducerent. Ea est apud eos immolandi consuetudo; ut non solum boviam macerent, sed in arbore vivam banc prius suspendant, indeque inter senticeta & vepres proiecctam, sic varis ac miseris modis excrucians conficiunt.* Ferè idem vidimus die 1. n. 9. & 10. à n. 18.

Sacrificium truculentum.

24 In Sparta rex Pausaniæ Regis, filij Cleombroti. *Diar. Græc.* Hic protectò vir insignis, sed varius ad virtutes & vitia. Per illum illustrissima victoria de Persis apud Platæas, qua liberata Græcia, interfecto Mardonio cum trecentis millibus Persarum, uti dicitur, 3. *August.* Hac victoria elatus cuncta miscere cepit, & maiora animo ambitiosè concipere. Ipse tunc tripodem aureum ex præda cum arrogantia, & invidia Ducum Atheniensium, Delphico dicavit Apollini. Byzantio feliciter expugnato, Persas Regis propinquos, quasi effugissent, clam remisit Susas Xerxi, cum epistola huiusce tenoris: *Psusaniæ Dux Sparta, quos Byzantij ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri mittit, seque tecum affinitate coniungi cupit: quare si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptam. Id si feceris, & Spartam & cæteram Græciam sub tuam potestatem se adiuvante redacturum pollicetur.* Gavissus est voto: & desponsatà sibi filià Regis Persarum, insolescebat fastu. Præfensit Sparta, & à castris revocatus, accusatus capitis, absolvitur, & ad classem denudò remissus est. Ut redijt, iam non callidè, sed dementer non solum mores patrios, sed etiam cultum mutavit: apparatu regio utebatur, & veste Medicà, quem satellites sequebantur. Epulabatur more Persarum, abdicatà Spartæ frugalitate, superbè respondens, & crudeliter imperans. Proditio cognita interceptis eius literis ad Artabazum, Persarum Satrapam: ille ut comprehenderetur, insidias intelligens; in ædem Minervæ Chalcidicæ confugit, ubi obstructis muro foribus, demolitoque tecto, quo faciliùs interiret sub dio; fame perijt. Ut mater cognovit, prima laterem in ostio templi posuit, atque calce agglutinavit; ne educi ex asylo

Gesta Pausaniæ, Spartæ Regis.

Eius in Græciam proditione.

Fastus & insolentia.

Preditor cognoscitur & occiditur, incipiente morte.

filius possit, atque simul patriæ proditor, ut par erat, necaretur. *Æmil. Probus, de Grecis Imperator, in eo, Diodor. Sicul. 11. num. 265. Thucyd. lib. 1. n. 109. & Herodot. 9. à n. 4. Cùm moreretur Pausanias, lapis de cœlo cecidit, magno naturæ miraculo. David. Origan. Ephemer. Briet. V. C. ann. 287. signat duntaxat annum. & Plin. 7. cap. 58. Olympiadem respondentem. Quid & quomodo lapsum lapidis divinaverit Anaxagoras, dicendum, 28. Ofohr. Vide 3. Mart. num. 35.*

25 De eius sepulchro diximus, die 13. n. 25. Templum quod inclusus & reclusus, erat sacratissimum (Minervæ Chalcidicæ, cuius sacra post Romam evecta, uti dicemus, 19. Septembr.) inviolabile. Unde quia semianimis Pausanias è sacrario extractus, ut alibi moreretur; Minerva in Spartanos exarsit: ab illisque consulto Delphico Apolline, respondit; Deæ restitutum iri supplicem. At illi cùm nullo possent pacto perficere, quippe in pulverem redactus; duas ex ære statuas Pausaniæ extractas, in templo Minervæ dedicarunt. *Diodor. Sicul. d. n. 266. & Pausanias, cap. 99. Hic observat ibid. nonnquam supplicibus profuisse Minervæ Chalcidicæ asylum, præter Pausaniam, qui impunitatem obtinere nunquam meruit puellæ occisæ, estò in Arcadiam profectus ad lustratores in templo Iovis. Accidit, quod virginis Byzantiæ amore ductus, ambiret. Perducta est ad eum somno iam capto, lucernâ extinctâ. Ille repente strepitu excitatus (cùm perpetua animi turbatione & pavore ageretur, sibi de prodenda Græcia consiliorum conscius) insidias suspicatus, virginem acinace disecuit. Hoc profectò crimen, quo expulsus ab asylo, & nece necis virginis pœnas luit. Videtis Rhodigin. 30. cap. 35. Cornel. Nep. in Pausan. Polyan. de Strateg. lib. 8. Petav. 1. p. Ration. lib. 3. cap. 6. Briet. V. C. ann. 287. denique Plutarch. de Tarda Dei vindiç. qui articulum puellæ occisæ referens, ait: *Eam frequenter videbat in somnis, sibi dicentem: Tu cole iustitiam: teque atque alios manet ultor.**

26 Athenis extinctus penitus ostracismus Plutarch. in Alcibiad. Excogitavit eiusmodi exilium Clifthenes in civitate potens, primusque ad bovem servandum civium damnatus suffragijs. Rhodigin. 21. cap. 44. In Nicia Plutarch. ait, primum fuisse Hipparchum, quod mihi suspiciosum, quoniam qui illo prior, Theseus in Scyrum ex Athenis à civibus relegatus. Plutarch. in eo, & Alexand. Neapolit. 3. cap. 20. Hocine dedecus

pœnaque haudquaquam infligebatur flagitiosis, sed viris præpotentibus, quos excellentiâ aut potentiâ nimîa graves, ne vergerent in tyrannidem, ad æqualitatem popularem non satis sibi compositos cives arbitrabantur. Aristotel. 3. Politic. Vigente maximè inter Niciam & Alcibiadem discordiâ, proposito ostracismo, seu exilio decenniali, quo in tempore sine dubio alteruter eam calamitatem subiturus videbatur; tunc (infit Plutarch. in Nicia) erat inter fraudulentissimos, perfriçtissimæque frontis cives Hyperbolus Perithœdes, nullâ ad audaciam à potentia, sed ad hanc ab illa progressus, & qui ob gloriam, qua in urbe erat, urbis esset infamia. Is eo tunc tempore tutissimum sese ab ostracismo ratus (quippe qui carcere se & compeditibus digniorem sciret) sperans alterutro horum eieçto, sibi alterum adversarium fore; haud obscuram letitiam, quam ex eorum dissensione ceperat, ferebat, & contra utrumque populum instigabat. Itaque Nicias & Alcibiades eius malitiâ cognitâ, clam inter se collocuti, factiones inter se conciliatas in unum corpus redegerunt: eoque effecerunt, ut neuter ipsorum, sed Hyperbolus ostracismo pelleretur: quod ut initio risum populo, iocosque movit; ita postea pessimè eos habuit, contumeliam arbitantes, quod dignitatem supplicij tam impuro homini irrogari, imminuissent. Itaque Hyperbolus ultimus eapœnâ, neque post eum quisquam alius affectus est. Ad rem Plato Comicus, de Hyperbolo:

Passus quidem est suis bene digna moribus: Sed se, suis indignaque stigmatibus tulit.

27 Eodem in die auctore Gaza, statua erecta Æglæ Samio, inclyto Athletæ in Olympia victori, de quo refertur ab Aulo Gellio, quod mutus loqueretur, ut Cræsi filius. Sarnius quispiam Athleta, nomen illi fuit Ægles, cùm antea non loquens fuisset; ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam quàm in sacro certamine sortitio inter ipsos & adversarios non bonâ fide fieret, & sortem nominis falsam subijci animadvertisset; repente in eum qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnùm inclamavit: atque is oris vinculo solutus, per omne inde vita tempus non turbide, neque adbasè locutus

est: lib. 5. cap. 9. & Valer. Maxim. 1. cap. 8. in Exter. num. 4.

Quis Hyperbolus?

Extinctus ostracismus.

Plato.

Statua Æglæ athletæ.

Mutus loquitur.

Minerva Chalcidica.

Pausaniæ statua cur in eius sacra?

Ei appareret in somnis, quam occideras virgo.

Plutarch.

Ostracismus Atheniensis.

DIES XXIV. FEBRUAR.

YL. K.

Statio 27. Lunæ.

Seth obit.

Adoni-Bezec.

Abner in-
vitavit David,
cui Micho-
lem tradi-
dit.

G Rad. 4. Solis in *Piscibus*, qui putcalis. Dario. & in quo statio 27. Lunæ, dicta *Prima germinatio*, est que statio siccitatum. Kirch. 2. *Oedip. Copt.* class. 7. cap. 10. finitur grad. 17. *Cauda Ceti versperè occidit.* Iunctin. K. A. *Hyemat matutino.* Ptol. *Unicornis humi iacens supinus.* Sphær. Arab. Obit Seth, iuxta Torniell. in *Tabul.* ann. 1042. Adi 15. *Iul.* n. 1. Anno secundo exitus Israël de Ægypto, cum esset in Sina, Moyfi intimatur dispositio erectionis Tabernaculi. Exod. 40. à v. 1. iuxta Genebr. & Scaliger. in K. Ridendus Reufnerus, qui astitit hodie à Noè factam extremam explorationem siccitatis terræ post diluvium, per columbam non reversam. Vid. 25. *Ianuar.* 1.

2 Anno ab hinc 1044. iuxta Briet. & Turselin. post mortem Iosue primo, Duce Salmone, Calebo, vel Othoniele (de quo præclariore Expositores & Chronici ambigunt) qui tantum Principes quoad res bellicas (ut observat Torniellus in *Annal.* 2594. n. 2.) bellum detonuit in Chanaanos & Pherezeos, adiuvante factione tribu Simeon, ac supremam in interregno habente potestatem concilio Sanhedrim, cuius Princeps Phinees. Interfectis ex prævio exercitu decem millibus, sequebatur Adoni-bezec, quem reliquis superioribus copijs invenerunt iuxta Regiam Bezec, in tribu Iuda, uti notat Adrich. n. 65. & comprehensum detruncarunt, eius abscisis summitatibus manuum & pedum, iustissimo iudicio; quia idem exercuerat cum septuaginta Principibus, quos subegerat, compellens illos licine reliquias ciborum sumere de mensa regia. Ioseph. Gorionid. in *Judaic. histor.* Ad ductus ita mutilatus in Ierusalem, ut eius deformitate filijs Iuda dederetur civitas; mortuus est ibi. *Iudic.* 7. vid. diem 27. n. 2.

3 Haud brevi tempore conciliatio filiorum Israël ex undecim tribubus fieri poterat, ut optabat David & Abner; ut relicto Isbofeth, qui iam sex menses supra septennium ferè attigerat, ex quibus super Israël habenas regiminis moderabatur; transirent in partes Davidis, qui regnabat super Iuda. Abner promiserat, & cunctos, incilio Isbofeth, conciliaverat; desiderans David videre, qui à fratre, quam secum habebat, petierat Michol. Hinc nactà occasione deauravit abitum sine fratris suspitione, ad David, spondens se Micholem ad Regem

Tom. I. Ephera.

Iuda adducturum; hoccinèque obsequioso velamine, sibi coram Davide consulere. Assumptà igitur secum Michole, quam sequebatur, cui tradiderat pater, Phalciel plorans; iuxta Ierusalem in Bathurim; hunc Abner regredi insit, & introivit Hebron, quem perhumanè cum abalienatà conjugè suscepit David, ac regio convivio. Briet. Ann. 2985. ex 2. *Reg.* 3. à 15. & Ioseph. 7. *Antiq.* cap. 1. quem sequitur Comestor, hic, cap. 5. Vide diem 28. n. 2.

4 Ab hinc ann. 75. mortuo Salomone; post iusta, & super domum Iuda & Benjamin, quæ adhæsit ei spontè, Rege constituto Roboamo in Ierusalem; decrevit cum Regia, magnificoque apparatu transire in Sichem, quò expectabat universus Israël (evocato ex Ægypto iam Ieroboamo, cui Ahias post Salomonem prædixerat regnum, uti dictum 18. *Ianuar.* à n. 3.) ut illum constitueret cunctorum Regem. Rabbini in *Biblia*, apud Bartholoc. 3. *Reg.* 12. 1. Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 3. *Quidam ex proceribus in Ægyptum miserunt, qui Ieroboamum revocarent: qui cum ad eos in urbem Sichem venisset, etiam Roboamus eodè pervenit.* Haud aliò ibi ductus, nisi in odium domus David, ut ansam ex stulto Principe in sublevationem quaereret; & uti promissum, in Solium per fas vel per nefas perveniret. De gravamine tributorum quæstus est Israël, & ut consuleretur de postulatis, dilata sunt comitia usque in diem tertium, uti videbimus.

5 Die sequenti à transmigratione Iechoniz vidit Ieremias in templo duos calathos plenos ficis optimis & pessimis, incipiente regnare Sedecia. Adrich. *Ann.* 3363. In malis, signato Sedecia cum eius Principibus, à Nabucho invitè capto, atque in Babylonem ducto. In bonis, Iechonia cum Principibus eius, spontè dedito Babylonio, iuxta iussa Ieremiæ: qua de causa Deus per Evilmerodach, filium Nabuchi fuit exaltatus, & semen eius redijt in terram Israël. Ita Hieronym. & Lyran. in *Ierem.* 24. à 1. & Adrichom. in *Chronic.* ex ipso, & Seder-Olam Zuta.

6 Elapsis post huiusmodi visionem 35. annis, & post restitutionem in thronum iuxta dicenda, 26. *Octobr.* n. 8. quatuor mensibus, in fine anni moritur Nabuchodonosor Magnus. Torniell. in *Tabul.* Hac in die signant Rabbini in *Seder-Olam*, cap. 28. & postera fuisse sepultum. Torniello placet, Anno, 3470. n. 2. mandasse Evilmerodach filio, imperij hæredi, & in dignitate successoris, educere è carcere Iechoniam. Cùm publi-

Roboam
constituitur
Rex Iudæ.

Viso Ieremias
de ficibus bonis & malis.

Moritur
Nabuchod-
onosor Magnus.

An testam-
to eius Iechoniam
educeret à carcere

blicum edidisset monumentum sublata sibi à Deo, atque reddita rationis; non diù postea Nabuchus superstes fuit: sed paulò antequàm moreretur, vaticinatus est de Cyro, Babylonis everfore, quem semiasinum appellavit. Ita Briet. *Ann.* 3471. ex Megasthene, & Eusebio.

7 Eusebius ergo ex Alpheo, lib. 9. de *Preparat. Evangel.* cap. ult. inquit, Nabuchodonosorem, maximè cum floreret eius imperium, subitò furore divinitus correctum, magna voce exclamasse, ac prædixisse Babylonicæ regni exterminium, per mulum (scilicet Cyrum ex Persa & Medo) hisque dictis, repentè ex eorum oculis evanuisse. Idem refert ex ipso Perer. *Præfat. in Daniel.* 4. Modò hæc vera, falsum profectò cadaver eius eductum fuisse de sepulchro, ac discerptum minutim, ne resurgeret, ut iterum regnaret, uti dicunt Rabbini in *Seder Olam* cit. & videbimus, postridiè, n. 7. Iuxta Genebrard, *Ann.* 3628. & Kimhi, in *Ierem.* 34. Sedecias statim post Nabuchi obitum, mortuus est. *Statim* intellige post triduum, quo die Iechonias eius nepos exaltatus fuit ab Evilmerodach, ut dicitur *Seder-Olam*, d. Adi, 17. *Decembr.* n. 4.

8 Eius successor dicitur ab aliquibus Evilmerodach, qui Balthasar. Comestor fingit alium Nabuchodonosorem, distribuens inter utrumque gesta à solo Magno, prænt refert Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 11. nimirum, Iudæos captivos in colonias sparsisse, summè Babylonem ornasse, porissimè Beli fanum ex hostium manubijs, munitum Euphratis alveum, quin illo uti possent oppugnantes urbem in hostilitatem, quam tribus muris munivit, & etiam paternæ contiguam aliam regiam construxit, visis in eadem urbe duobus orbis miraculis, nempe muris è latere cocto & vitumine, & simul pensilibus hortis in lenocinium uxoris, quæ nata in Media, cupiebat videre in urbe similitudinem patriæ. Cuncta insignia, sed cunctis maius, quòd amplissimum ac superbum palatij ædificium intra quindecim dies absolutum fuit: ait Ioseph. d. Digladiatur vanisone, verùm fidem non meretur; sicut nec Comestor in designatione alterius Nabuchi. Inquirunt permulti de salute æterna Nabuchi. Ignorant, ideo disputant, & disputantes astruunt, quod singulis placet, quasi ab opinione cuiusvis penderet certitudo salutis vel damnationis.

9 Hac etiam in die eductum è carcere Iechoniam ab Evilmerodach, refert Marius in *Kal. Judaic.* sed fallitur, ut videbimus die seq. à n. 5. A Iechoniæ exaltatione, decur-

su annorum 440. calculo Turfellini, Brietique; milites ingenti congiario, magnisque pollicitationibus aureorum montium & amicorum interventione, sollicitavit Tryphon toties perfidus Regem Syriæ constitui, quod obtinuit, imposito sibi diademate, interfectò prius Ionatha, & etiam puero Rege. Torriell. *ann.* 3912. n. 3. *Cum iter faceret cum Antiocho Rege adolescente, dolo occidit eum, & regnavit loco eius, & imposuit sibi diadema Asia.* 1. Machab. 13. à 31. Ioseph. 13. *Antiq.* 12. inquit: *Sparsa rumore, quòd inter exercendum se, esset extinctus: idest, dum à Chirurgis curaretur, mortuus esset.* Sallianus & Briet. *Ann.* 3913. *Pupillum suum vix decennem (inquiunt) calculo laborantem finxit apud populum: itaque medicis corruptis, eum secundum obtulit; à quibus puer infelix dirè tortus interiit.* Totum ex Livio, *Epitom.* lib. 75. Tunc truculentia rex, quod perfidia doloque nactus: unde Cleopatram cum filijs ex Demetrio secessit in Seleuciam, civitatem munitam, & Antiochus Sidetes fugit in Græciam. Expositores Serarius, Sanctius, Alapid. Lyran. & Carthusian. cum D. Thoma loc. cit. Genebrard. *Ann.* 3969. Adrichom. 3824. Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 10. & Petr. Comest. in *Machab.* cap. 13. Ex Ethnicis Iustinus, lib. 36. *Histor.* ait: *Trypho què se tutorem Antiocho substitui à populo laboraverat; occiso pupillo, regnum Syria invadit.* In Synagoga legebatur hac die à cap. 1. *Levit.* usque ad 6. exclusivè, & *Isai.* 43. 21. ad 44. 24. Bernard. Lamy.

10 Romæ præfigitur *Regifugium*. Goltz in *Fastis*, pag. 9. & Ovid. 2. *Fastor.* à v. 861. ubi: *Tarquinius cum prole fugit, &c.* Rex ultimus Romanorum (suffectis atque institutis Coss. L. Iunio Bruto, & Tarquinio Calatino) ob Lucretiæ stuprum: quo crimine deiciendis ex Urbe tyrannis, cogitatur & decernitur. Rex superbus Senatus consultum præsentens, Romam venit, ut impediret consilium; sed invenit portas murorum clausas: imò dum ad castra Ardeæ posita, revertitur; à cunctis Ducibus ac militibus cum prole, consanguineis & sequacibus fugatur. Tit. Liv. 2. à *sect.* 1. Briet. V. C. ann. 242. Rosin. 4. cap. 4. & 6. Anton. Constant. & Paulus Marfus, in loc. cit. Ovid. atque Aufon. *Etyl.* 26. v. 13. ubi:

Nec Regifugium, pulsus ex urbe tyrannis, Latum Romanis, fas reticere diem.

In præsagium expulsionis, illo die latravit serpens. Plin. 8. cap. 45. Canem locutum, Alex. ab Alexandr. 3. cap. 15. *Anguis ex columna lignea clapsus, cum terrorem fugam-*

Tryphon regnum in Syria, interfecto dolore Rege puero.

Antiochus Sidetes fugit in Græciam.

Regifugium

Ovid.

Portentum in expulsionem Tarquini-um.

Prædicitur vaticinatio Babylonicæ, & evanuit.

Cyru cur dicitur mulum.

Gesta insignia Nabuchi Magni.

In Babylone duo miracula Orbis.

Iechonias ductus è carcere.

que in Regiam fuisset; ipsius Regis Tarquinij non tam subito pavore perculit pectus, quam anxius implevit curis. Bulenger. de Prodigijs, cap. 5. Alia apud Dempster. in Rosin. 3. cap. 8. Smetium in Fast. & Plutarch. in Poplicol.

11. Addit Dionys. Halicarnass. 4. Antiquit. Roman. à n. 51. Vultureis magno agmine advolantes, pullos trucidarunt implumes: ipsasque aquilas à pasta redeuntes, qua nidos habebant non longè à Regia, in procerè palme cacumine, discerpserunt. Flavius compilator Factor. Roman. Regifugium nectit cum sacris Deæ Fugiaz & Pelloniz, quæ quidem ita dictæ à fugandis & pellendis hostibus, in alacritatè populi (in articulo præsentis haudquaquam extra propositum, quàm Tarquinij expulsi & fugati) quæ sacra Fugalia dictæ; in quibus, ut videbimus, 17. Martij, n. 13. populus non oblectabatur, sed furebat tanta lætitiæ debacchatione, ut August. 2. Civit. cap. 6. dixerit hæc fugalia, Fugalia pudoris. Vives hic Smet. d. & Rosin. 2. cap. 19. & 21. Ex Tarquiniorum expulsionè tota Urbis lætitia: ex tuncque Regis nomen Romanis odiosum: ita, ut quia sacrorum primas, Rex dicebatur (ut dicitur 24. Martij, n. 6.) post sacrum peractum in Comitij, quàm concitatissimè ab æde fugiebat, populo vitulante. In hunc modum instituta Republica (dixit cunctis post exagitatos Tarquinius, L. Iun. Brutus) fruimini bonis gubernationis regie absque agnatis illi incommodis: & ut nomen regium auspiciò in hanc civitatem receptum servetur religionis causâ, ut sacrum; creetur semper Rex, cui honor hic sit perpetuus, & immutabilitas à militia: nec aliud negotium habeat quàm curam sacrorum; quæ per Reges factitabatur antea. Halicarnass. d. n. 58.

12. Hoc in die ann. V.C. 331. templum dicatum Telluri; & post ann. 113. ædes etiam dicata Salutì. Marlian. cap. 36. Templum Telluri post bellum Picenum, de quo Florus, lib. 1. cap. 19. Daniti ergo Picentes, & caput gentis Asculam Sempronio Duce; qui tremente inter prælium campo, Tellurem Deam promissâ ade placavit. Hoc opus non fuit Sempronij Atratini, qui ann. præfat. fuit Consul; sed Sempronij Sophi, qui de Picentibus triumphavit, ut constat ex Goltz. in Fastis, pag. 82. & Freinshem. in loc. Flori. Unde prius videtur erecta Ædes Salutis (quod ann. 444.) quàm Telluris, quod factum ann. 485. Marlian. in Epitom. 3. cap. 12. Vovit hoc Sempronius (inquit) qui datus ad Asculam, Picentium caput, cum hoste pugnâ, terra tremuit. Ut igitur Danae Tele-

phorem, quam iratam putabat, placaret; templum hoc illi vovit, ubi nunc Ecclesia S. Salvatoris in Tellure, è regione Divi Petri in viculis. Templum edificatum in area, ubi domus Spuriij Castij, regnum affectantis, eversa est. Tit. Liv. videbis, lib. 2. à sect. 125. diximus; 7. Januar. n. 21. In solo autem edem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosa severitatis monumentum est. Valer. Maxim. 6. cap. 3. n. 1. Plin. 34. cap. 6. & Cicero. pro Domitia sua, qui etiam asserit, ibi esse Armamentarium. De Dea Tellure, plura Augustin. 4. Civit. cap. 10. ubi: Terram etiam Matrem Deorum vocant. Hic aliquas differentias voluit esse, atque in ipsa terra aliud terram, aliud Tellurem, aliud Tellumonem putant. Terram scilicet pro elemento, Tellurem pro Dea, Tellumonem pro Pluto, divitiarum Numine. Lactant. 1. cap. 22. & 3. cap. 7. ait: Terra partem uberem feracemque à Porphyrio, in Theologia mystica, Cererem vocari: Lapidosam verò, montosam & parvam fertilem, Rheam, sive Opem.

13. In hoc die propositum est Telluris imago, quam exhibuimus 26. Januar. n. 11. ex Boccatio; quam, uti M. Varronis, ponit & exponit Augustin. d. lib. 7. cap. 24. irridens & Numen, & in unico Numine plura Numina. Ad elementum iuxta prædictas acceptiones Telluris, prisce diriguntur hieroglyphicæ imagines. Ita apud Ægyptios obijcitur bovis figura, ut intelligatur terra, sicut pro cælo Argos, bovem custodiens, quia species quædam præ se fertur stellarum celestium in splendore oculorum. Macrobi. 1. Saturnal. cap. 19. Imago, apud Hemelar. Aureor. numisma. Tabul. 31. est habitu Deæ scemina, sedens in curru, capite turribus coronato, dextro brachio sedi innixa, sinistra clypeum sustinens (quem alij dicunt tympanum) super genu collocatum; & ab utroque latere singulæ leonæ, quatuorque leones. Ferè eadem apud Chartar. de Imagin. pag. 146. & Albricum, ubi signabimus, 28. Mart. n. 21. Similiter describit Lucretius, de Rerum natur. lib. 2. à v. 601. Muralique caput summum cinxere coronâ, Eximij munia locis, quod sustinet urbes. Sædibus in curru biuvos agitare leones: Aeris in spatio magnam pendere docentes Tellurem, neque posse in terra sistere terram.

14. Multoties imago eius erat, nullam habere; ut inter Germanos sub nomine Numinis Herthi. Factus de Morib. German. cap. 40. Herthum; (ait) id est, Terram. Matrem colant: eaque intervenire rebus bonis, inveni populis arbitrantur. Est in

Fugia & Pellonia.

Fugalia.

Rex Sacrorum.

Sacra Telluri.

Triumph. Sempronij Sophi.

Templum Telluris.

Ibi armamentarium.

Tellure Deus.

Imagines Telluris.

Herthi Teles.

Satura

Insula Oceani Castum nemus, dicaturque in ea vehiculum, veste contactum: attingere, uti sacerdoti concessum. Is adesse generali Deam intelligit, rictamque bubus foeminis multa cum veneratione prosequitur. Lati tunc dies, festa loca, quaeunque adventu hospitioque dignatur. Non bella incunt, non arma sumunt, clausum omne ferrum: pax & quies tunc tantissimi notata; donec idem Sacerdos satiatam conversationi mortalium, Deam templo reddat. Mox vehiculum & vestes, & (si credere velis) Nomen ipsum secreto lacu abluunt: serui ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hic error, sanctaque ignorantia quid sit illud, quod tantum perituri videntur. Falsus exponit Chartar. quo dudum, pag. 245. addens: Ab alijs quoque Germania populis tolebatur, nullum eius simulacrum habentibus.

Saluti sa-
crata

15. Saluti etiam, uti praemisimus, fiebant sacra; quia hac in die ei templum dicatum à C. Iun. Bubulco, cum esset Cenfor vorum ex bello Samnitico. Tit. Liv. 9. sect. 138. Rebellarunt Aequi, Romanosque non solum vexabant, sed plures interficiebant; sagittas; venabula lapidesque eiuculantes è loco obscuro ignota spelunca, quò illi confugebant; donec altero specus ore invento, utraque fauces congestis lignis accensa. Ita intris fumo & vapore ad duo milia armatorum, ruentia novissimè in ipsas flammam, dum evadere tendunt, absumpta sunt. Roma terrorem fecere, ut tumultus eius causa, Dictator diceretur C. Iun. Bubulcus (subdit Liv. lib. 10. à sect. 2.) Is cum Magistro equitum profectus, primo congressu Aequos subegit, ac die octavo triumphans in Urbem cum redisset; eadem Salutis, quam Consul vorerat, Cenfor locaverat, Dictator dedicavit. De Salute ac eius imaginibus sepe egi. De illa, sumpto nomine pro Sanitate, die 1. n. 12. & 1. Ianuar. à n. 15. ubi ei dixi, comam agrorum fuisse dicatam; quod sumptum ex Graecis. In Steyona Sanitatis simulacrum fuit, cui virgines crines refecere, & capillos dicare solebant. Stuck. de Gentil. sacrific. cap. 61. Etiam Pausanias cap. 231. de Acheis inquit: *Ibi Salutis fanum, in quo signum carere fas nemini, praeter eos qui sacerdotio funguntur. Nec mirum, si signum haud facile conspiceret, velatum tamen.* Chartar. pag. 62.

Sanitatis si-
mulacrum.Ipsa
Athena
lustrata.

16 Athenis dicitur extincta in arce Minervae lucerna, in portentum expugnationis Urbis per L. Cornel. Syllam, qui Athenas cepit die 1. Marti. Urbis dicitur, n. 76. Ita Plutarch. in Sylla. Arbitror hanc lucernam non fuisse lucernam perpetuam, de qua

Cardan. 1. de Subtilit. & Fortun. Licet. de Lucerna. antiquor. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 9. & 26. sed lychnum Callimachi, de quo idem ibid. cap. 4. & Pausan. cap. 24. ubi: *Lucernam ex auro Dea Callimachus fecit; in quam oleum infusum non consumitur, nisi exacto demum anno, cum tamen lucerna dies noctesque ardeat. Id adeo evenit, quòd lucerna inest è lino carpasio funiculus: quod sanè limum unum ex omnibus igne non consumitur.* Signat quoque lychnum & artem Natal. Comes, 7. Mytholog. cap. 16. Plutarch. in Numa, intelligit de igne sacro in Minervae templo. In Gracia (ait) ut Delphis & Athenis ignis perennis conservatur: qui si casu aliquo extingatur (veluti Athenis sacram lucernam aiunt Aristione tyrannidem tenente, extinctam fuisse, & Delphis incenso à Medis templo) accendere eum ab alio igne non licere, inquitunt; sed renovandum esse, flammamque eliciendam à Solis radijs puram & synceram. Unde Phaedrus, 4. fab. 10. ait: *Ita bodie nec lucernam de flamma Deum, Nec de lucerna fas est, accendi sacrum.*

Quomodo
ignis fiebat
renovatur.

Phedr.

17 In Epyro facta Iovi Dodoneo, seu Molosso, ubi eius inclytum templum, sacraque fagus; ut dicit Pausan. cap. 15. Inter cuncta celebrius in antiquitate oraculum; ubi vel terra vocalis, maximè quercus. Ovid. 13. Metamorphos. fab. 7. & Orpheus, in Argonautic. quem secutus Apollon. Rhod. 4. à v. 300. & Aeschyl. in Prometh. v. 805. dicens: *Circa Dodonam altè sitam, ubi oraculum, sedesque est Iovis & monstrum fide maius, quercus loquaces. Famae datum Chaonias quercus locutas non modò in ipso nemore; sed & in Argo nave.*

Iupiter Do-
doneus,In templo
quos presti-
git?

— Rursumque locuta,
In te Chaonias moverunt carmina quercus.
Arbore praesaga tabulas animasse loquaces.
Accinit Claudian. 3. Consul. Honor. v. 117. Pausan. cap. 254. & Sophocles in Trachyn. v. 919. *Qui. antiquam fagum olim locutam esse per duas columbas, Herodot. 2. cap. 17. unam duntaxat signat; alij duas, ut Sil. Italic. 3. de Bell. Punic. à v. 679.*

Claudian.

In gremio Thebes geminas sedisse columbas,
Quarum Chaonias pennis quae contigit oras,
Implet fatidico Dodonida munere quercum.
Et Pausan. cap. 227. inquit: *Dodona oraculum consulendum consueverunt: erat enim apud incolas, quae à quercu responsa dabant, valde inclytè fama. Idem Symmach. 4. Epist. 33. Homerique Odyss. 19. v. 296.*
In Dodonem dicebat ire, ut Dei
Et quercu alta Iovis consilium audiret.
Ruse exponit Ianus Parrasius in Claudian. 1. de Rapa. Proserp. v. 30.

Sil. Italic.

Homer.

De-

Ibi arbores loquaces.

18 Dodona ampla in Epiro civitas: templum verò iuxta nemus Iovi sacrum, in quo arbores responsa dare, dicebantur, omnibus circa populis sanctuarium à Pelasgis constructum, & paludibus circumfusum: quercusque vocales illic fuisse fama vulgavit, ad quas ut responsa acciperent capti superstitione religiosè accedebant. Fuit proditum memoria, quercui Dodonea famulantes, divinandi facultatem accipere: primamque fagum & Columbam Dodone vaticinatam: quotiesque oraculum edebatur, lebetes areos ad numerum sive casu, sive consultò, tinnitus edere canoros. Illuc Deucalion & Pyrrha, desinentibus aquis, post diluvium descendisse, & Numen consuluisse perhibetur. Alex. Neapolit. 6. cap. 2. Halicarnass. lib. 1. n. 70. & Strab. 7. n. 14. Philostrat. lib. 2. Imagin. inquit: Aurea Columba adhuc est in quercu, oraculis sapiens, quæ à Iove dat. Cœl. Planiad. in illud Statij, Thebaid. v. 106. Nemorum Dodona parens, subdit: In Chaonia regione, quæ pars est Epiri, Dodonei Iovis templum esse dicitur, notum Numinis reverentiâ; ubi duæ Columbae fuisse dicuntur, sedentes super duas quercus, & responsa dantes, exprimentes in mutis animantibus, quid homo adorare vellet: & postea una earum transvolavit Delphos; ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem paravit: altera, Ammonis Iovis templum in Africa tenuit.

Columba vocalis.

Ab eis Delphicum & Ammonici oraculum.

Unde colubæ?

Cur illæ nomine colubæ dicitur?

19 Rem totam ab ovo, & originem fabulæ refert Herodot. lib. 2. à n. 16. De oraculis, quæ in Græcia, & de illo quod in Libya est; talia Egyptij commemorant: Sacerdotes Iovis Thebani duas feminas, Thebis à Phœnicibus esse abductas; & harum in Libya unam fuisse venundatam, alteram in Græcia: atque has feminas esse, quæ primæ apud dictas gentes oracula constituisent. Antistites autem Dodoneorum aiunt, geminas Thebis Egyptijs columnas nigras advolvisse: unam quidem in Libyam, alteram ad ipsos: quæ fago insidens, humanâ voce elocuta sit; eò loci Iovis oraculum condi debere: eam verò, quæ ad Libyam abiisset, columbam; iussisse illis, ut Ammonis oraculum conderent, quod & ipsum Iovis est. Quæ in Græcia, ea Pelasgia vocatur, quæ condidit sub fago fanum Iovis, quemadmodum mos erat Thebis ministrare in Iovis templo. Postea quàm illa linguam Græcam accepit, alia soror ab eisdem Phœnicibus in Africa venundata est. Quod autem mulieres à Dodoneis columbae vocatae sunt, eò quia barbara essent. Interdicto deinde tempore; columbam humanâ voce locutam, aiunt; postquam quæ ipsi intelligere possent, locuta est: tandè

volucris modo sonare visa, quandiu barbarè loquebatur: nam columba quoniam modo humanam vocem sonaret? Aprius Pausanias, cap. 328. Quia Pelæ dictæ, & Pelle eorum idiomate sonat columnas; columnæ vocatæ sunt fœminæ ex Thebis abductæ. Pelæ apud Dodoneos, quas columnas fuisse, fabulati sunt. Alex. Neapolit. regerit 3. cap. 16.

Nymphæ Dodonides.

20 Columnæ hæc etiam dictæ Iovis Dodonei Nymphæ, quæ illius in antro Dyctæo nutrices fuerunt. Senes iam erant, Iupiterque (ò Numen!) Medeam rogaverat, quòd deposità senectute, in iuvenes mutarentur: quo factò cum iam essent consecratæ, inter sidera posuit, Hyadesque vocavit. Hygin. Fab. 182. Imago Iovis Dodonei (apud Goltz in Epiro, & Nonnium in eius Græc. Tabul. 4.) erat cum fulmine & aquila, cuius caput redimitum coronâ quernâ. Hoc cœne antiquum execrabile Satanae fanum scholam Epirotarum fuisse; asserit Bapt. Pius, p. 2. cap. 154. ubi primùm magistri quercus, deinde duæ fœminæ sacerdotes (dictæ Græcè Peristeræ, idest, Columnæ) demùm ipsa columba loquaces in fagis. Maiol. Tom. 2. Colloq. 2. Ut diabolus præstigijs altiùs seduceret infatuatos adorantes, invexit, quæ ut nova, illis viderentur prodigia. In Epiro Dodonei Iovis templum (inquit Mela de Situ orbis, 2. cap. 3.) & fons ideo sacer, quòd cum sit frigidus, & immersas faces, sicut ceteri extinguat; ubi sine igne procul admoventur, accendit. Dicit etiam Plin. 2. cap. 103. Solin. cap. 13. Alex. ab Alex. d. Lucret. 6. de Rer. natur. à v. 879. & Caussin. 1. Symbol. 41. Alia mira canit Sil. Italic. d. lib. 3. à v. 666. De huiusmodi prodigijs operibus, consule Augustin. 21. Civ. à cap. 7.

Hyades.

Imago Dodonei Iovis & schola.

Fons.

21 Aliud embolium ibi à Sacerdotibus in stuporem fatuorum excogitatum. Dodonei oraculum (ait Suidas) lebetibus areis undique septum fuisse, ita coniunctim collocatis, ut invicem sese contingerent. Unde uno percusso, omnes resonabant, sonitu mutuo contactu ex alijs in alios succedente, impulsu aëris, ac durante per longum tempus tinnitu, in orbem reflexo sono. Idem apud Bulenger. de Oracul. cap. 3. Philostrat. d. In ipso echo colitur, quando abenium Iovi Dodoni dictum est, ad multum diei resonans, & donec quid apprehenderit, quispiam minime silens. Accinit Aufon. Epist. 25. v. 23.

Pelæ in Aepitum.

Aufon.

Nec Dodonei cessat tinnitus abeni, In numerum quoties radijs ferientibus istæ Respondent dociles moderato verberare pelves. Sic in balatrones dicitur, Dodoneum cymbalum & crepitaculum. Rhodig. 19. cap. 11. quippe dum loquitur, seu potius blaterat;

Tot

Iuvenal.

Tot pariter pelvos, tot tintinnabula dicas,
Pulsari.

Iuvenal. 6. Satyr. v. 439. Aliter ex priscis
Græcis artificium designat Erasmus. *In Do-*
dona (infit *Obiliad.* 1. Centur. 1. n. 7.) duas
fuisse sublimes columnas: in altera positam
pelvum æream: in altera pensile pueri simu-
lacrum, flagellum æreum in manu tollentis.
Quoties ventus vehementius flaverit, fieri
ut scutica impulsæ crebrius lebetem feriat;
isque percussus tinnitum reddat ad multum
etiam temporis resonantem.

22 In hocine Iovis templum accessis-
se dicitur Liber-Pater, dum furore agitato
à Iunone, quæ ne transfret, ciformavit pa-
ludem intranabilem; sed beneficio duorum
aseilorum (quos postea gratus elevavit in
cælum, & supra Cancrum constituit, cum
prius dedisset vocem humanam, ut dice-
mus, *Isagog. Iun.* n. 7.) pervenit in Dodo-
nem, & prillinx menti restitutus est, ut in-
gressus est in templum. Hygin. *lib. 2. n. 24.*
In hoc fano ad furorem vaticinationis con-
ciliandum, sicut Delphis, fuit telluris spi-
raculum, unde aura fatidica in vatem sub-
ibat. Euseb. 2. de *Præpar. Evangel.* cap. 3.
cuius sacerdotes semper erant pedibus illo-
tis. Philostrat. d. & Alexandr. Neapolit. 2.
cap. 8. Ac huiusmodi superstitiones cum tem-
plo diruit (ut refert idem, 6. cap. 2.) Phi-
lippus Amyntæ. Quod quidem (ait) velut
immanis prædo, sicut pleraque omni rapina-
rum genere vastavit & incendit: vasaque
& quæ pretiosa, immisso exercitu, diripuit.
Idem Briet. ann. V. G. 535. Polybius *lib. 5.*
fusè narrat, & inter reliqua inquit: *Everte-*
runt statuas numero ultra duo millia: quam-
plurimas etiam fregerunt, ab his duntaxat
abstinentes, quæ vel figuras, vel inscriptio-
nes Deorum habebant. Alij dicunt, à Do-
rimacho Duce Ætolorum, dirutum & in-
censum. Nonnius ubi supr. *Tabul.* 21. Gy-
tald. *Syntagm.* 2. n. 48. Si plura desideran-
tur, videndi Eustach. & Spondan. in *Homer.*
Odyss. 14. & 19. à v. 296. Scholiastes Lycophron, in *Cassandr.* German. Casar, in *Ara-*
ti Phæn. n. 12. Natal. Comes, 2. *Mytholog.*
cap. 1. Delr. in *Senec. Medea*, n. 349. Iustin.
lib. 17. Balenger. d. *Thessalus* (inquit Hy-
gin. *fab.* 225.) *Templum quod est in Macedo-*
nia Iovis Dodonei, in terra Molossorum con-
struxit. Situs fuit mons Tomarus. *Molossi*
(ait Plin. præfat. in *lib. 4.*) apud quos Do-
donei Iovis templum, oraculo illustre in To-
maro monte, celebrato centum fontibus circa
radices.

Templum
spoliatum
& incensum.Mons To-
marus.

Særa Hori.

23 Inter Ægyptios sacra Hori. *Diar.*
Ægypt. Hæc sacra à Romanis vocabantur

Hilaria, bis à Urbe celebrata, eò quod Sol
iam accendisse in Zodiaco, patebat. Uvol-
fang. *Lazius*, 11. de *Republ. Rom.* cap. 2.
tuncque à fœminis plus iusto festa Veneris
celebrabantur. Unde non Hori, sed ipsa-
rum hilaritas. Hinc Hilaritas ab ipsis pro
Dea habita, lætitiæ Præside. Hemelar. in
Aur. numismat. *Tabul.* 27. *Cornucopiam*
& *ramum palma videtur tenere* (inquit)
gloriosè. *Palma in altum assurgens, gloria*
symbolum est; cornucopia opulentia: ex glo-
ria ac divitijs, accedente iuventutis flore,
stabilimentum Hilaritati. Aliter 25. *Mart.*
ut videbitur, n. 17. propter victoriam So-
lis, relicta Proserpina sub terris, & modò
per sex menses comite Venere. Hac de cau-
sa Horus, quia Sol, hoc nomen ab Ægyptijs,
accepit, ait Macrobr. 1. *Saturnal.* 21. in cu-
ius sensum efformarunt imaginem, cuius
facies semirasa, dextrâ parte crine reman-
ente, de quo latè agemus, *Isagog. Decembr.*
à n. 3. quasi radij Solis, qui eius sunt crines,
creverint, illo emergente ad æstivum hæ-
misphærium. Idem ibidem. Ita ad huius
imaginis conformationem, idem æmulaban-
tur cultores in capite & barba. *Maxies in-*
ter Libyes, dextram capitis partem coma-
tam gestant, sinistram radunt, corpus ni-
nio tingunt; asserentes, se à Trojanis esse
oriundos. Herodot. 4. n. 47. Tunc Ægy-
ptij Hori offerebant placentas, sigillatas
illius imagine, & consecrabantur. Kircher
in *Rota Chronica Ægyptior.* p. 2. Tom. 2.
Oedip. Copt. class. 7. cap. 2. Hoc etiam in-
tuitu pingebatur puer iuxta portam, quam
profectò signabant in Capricorno. Idem in
Obelisci præfati interpretatione, ut videbi-
mus n. 25.

*Hilaria;**Hilaritatis*
*Dea imago.**Simulacrū*
*Hori.**Eius sacra*
*ficiunt.**Imaginet.**Umbra SS.*
*Trinitatis.**Emepht.**Mundi sym-*
bolum.

dan-

24 Sæpe regerit aliam Hori imaginem
hieroglyphicam, inventam à hieromantis
peritioribus Ægypti; nimirum pueri cum
baculo, in cuius extremo sedebat caput upu-
pæ cum lituo & gnomone, atque à tergore
pendente triangulo, & in manu cornuco-
pia, Hori etiam in cubo sedente. Oedipus
huius Sphingis est celebris antiquarius A-
thanastus Kircher. *Ex his apparet, per trian-*
gulum, sacrosantam & ter benedictam Tri-
adem, fidei Christiane mysterium, uti maxi-
imum, sic sublimissimum, nullo non tempo-
re etiam sub obscuris fæcularum figmentis
adumbratum esse; & mundum per divinam
Sapientiam productum. Ægyptij vocant
Emepht, sedentem in throno variegato. Ho-
rus pingitur puer, ut ostenderetur, mundum
in tempore veluti infantulum à Dei Sapien-
tia productum. Cum cornu copia verò ex-
primitur, ut indicaretur varietas & abun-

dantia, ac plenitudo rerum in mundo creatarum: in cubo stat; ad indicandam stabilitatem, soliditatemque: trigonus cum globo cubo inscriptus, significat Horum è trigono Archetypo profuixisse: baculus upupa capite, indicat rerum varietate fulciri & sustentari: lituus in harmoniam Universi: gnomon ordinem admirabilemque rerum dispositionem designat. Sic ubi supr. §. 1.

25 Præter Horus Universi imago, præ se fertur in Ægyptiorum abditis hieroglyphicis. Intra illorum verum adyta (ut elucet in *Tabula Bembinæ* per Georg. Heruvart in *Theatr. Hieroglyphic.*) invenitur alia effigies præstantissima, præter Horus symbolum Solis. Eius imago, ut superius descripta collocatur ad portam Orientalem, comitibus figurâ fœmineo habitu, velato vertice, cui accipiter insidet: aliâ quoque, quæ Hori dicitur *Potentia*, baculo lotifero instructa, cuius flori hæret aspis turgido pectore, & stella in capite, ac cidari in forma calathi flexa, quam capite portat, fœminea veste, atque turgente mammâ. Sic Horus his affeclis stipatus est ad Orientis portam; quæ vitæ, motus, lucis & caloris. Ænigmata imaginis ita interpretatur Kircherus. *Porta magna Orientis dicitur, quia per ipsam omnis lucis, vitæ & motus ratio, quæ per globum alatum notantur, in quatuor mundi partes & stellas, indicatur. Simulacrum sub pueri forma Horum refert, id est, Solem; qui per Orientem, veluti portam propriam ingressus, omnes mundi partes vitæ & lucis radijs recreat. Sub pueri forma vitâ spectabili pingitur; quia Sol in dies mundo per ianuam vitæ restitutus, quasi reiuvenescit, atque unâ secum mundum reiuvenescere facit. Reticulatâ veste Horus involvitur; quia ratio inter fluxus & virtutes, quas mundo confert, imperioia prorsum humano ingenio. Baculus quem portat, primò cruce signatum, indicat, quas Sol quatuor elementis virtutes communicat; quarum diversitas innuitur coloribus cruce capitis upupa, cum summo ordine, symmetria & proportionibus, per gnomonem expressis: denique cum mirabili harmonia, quæ per lituam pulchrè indicatur. Prima figura habitu fœminea, est Hori, seu Solis Mens, cum accipitre, signante calorem vivificativum, acceptum à Sole. Aliâ (quæ Hori Potentia) per aspidem, vitæ motum, quem Sol quotidie oriens mundo confert, vigilantè exprimit. Lotifero scepro indicatur, quòd iuxta præscriptam sibi ab Archetypo Sole rationem in motibus operetur. Cidarim quoque in modum calathi capite gestat; quo præsidium & dominium in*

Imago Solis sub Hori titulo.

Mens & Potentia Solis.

sublunaribus pingitur, quibus Sol fœcunditatem & ubertatem (uti habitus fœmineus & mamma tumida ostendunt) abundè largitur. Hactenus Kircher. in *Mensa Isiac.* Syntagm. 1. cap. 5. Alia alibi.

26 Inter Chineses sacra Dei pluviae. Petr. Iarricus 5. *Hist. Indic.* cap. 5. Aræ eius meminit quoque præfatus Kircher. in *Si-mia Ægyptiac.* cap. 2. cui templum magnificentum diversis imaginibus; quæ magis præ fœda monstrositate videntur dæmonum, quàm cœlestium Numinum. Quæ cacogenius non excogitavit, ut à cæcis videretur pluviae clavem habere? Huiusmodi stoliditas per Ægyptios everta, & investa ad Persas, in quorum Magis potissima cura vanarum cogitationum, pluviam dari ad illorum arbitrium. Hoc intuitu, ut refert Philostrat. lib. 3. de *Vit. Apollon.* pag. 11. *Philosophi Indi, & Magi in Perside, duo dolia in templo habebant; quorum alterum pluvias, alterum serenitatem dispensabat.* Dioscor. Sicul. lib. 5. *Biblioth.* n. 226. *Præstigiatores (inquit) perhibentur: qui quando vellent, nubes & pluvias, grandines & nives (quod Magos alioqui factitare prædicant) inducant, formasque immutant, & doctrinam artium invident alijs.* Apud plures nationes solemne fuit vendere pluvias, serenitatem & ventos prosperos & adversos. Ætate Xerxis à Magis ventos sedatos, asserit Herodot. lib. 7. n. 45. Videtis Olavum Magn. de *Gentib. Septentrional.* lib. 3. à cap. 13. Iul. Cæsar. *Buleng.* 2. *Adversus Magos,* cap. 17. Plin. 28. cap. 2. & Augustin. 8. *Civ.* cap. 19. Senec. 4. *Natural.* qq. cap. 7. *Alij (inquit) negant posse fieri, ut cum grandine aliquis pasciscatur, & tempestates munusculis redimat; quantois munera etiam Deos vincant. Alteri suspicari, esse in sanguine vim quandam, potentem avertende nubis, ac repellende. Ad Cleontis iudicia reddent, quibus denegata erat cura providende tempestatis; quòd negligentia eorum vineæ vapulasissent, & segetes procidissent. Rudis antiquitas credebatur, & attrahi imbres cantibus & repelli. Apud nos in 12. Tabulis, cavetur, ne quis alienos fructus excantasset. Ibi ergo fulminatur: Puberis si secanto, Cereri eos suspendento.* Dalecamp. in loc. Plin. cit. *Revard.* cap. 23. in præf. leges. & Rosin. 8. cap. 6. Non fecus accidit Sopatro Philosopho, ultimo supplicio affecto, eò quòd carmine magico ventos vincit; ne annona Byzantium inveberetur. Eunopius, de *Vita Philosophor.* & Bulenger. quòd dudum.

Deus pluviae.

Dolia Pluviae & Serenitatis.

Hæc venalia.

Sopatrus.

DIES XXV. FEBRUAR.

V. R.

1 **G** Radus 5. Piscium, in quo iuxta Ptol. Arcturus emergit & pluit. Vid. dicta d. 23. Ab hoc die (proh pudor!) incipiunt Bacchanalia, frequentantur epulae, & personati promiscue vagantur. K. R. P. Duae virgines invicem obversa. Sphær. Arab. Sub hoc gradu nati, Venere & Mercurio aliqua radiatione coniunctis, divites, nobiles & longævi erunt, Regibus insinuabuntur, à quibus magnifice honores. Iul. Firmic. lib. 8. cap. 30.

Nascitur Abel.

2 Nascitur Abel. Rab. Abraham. Torniel. ann. 2. dicit circa postremos menses, quod intelligendum de annis orbis, qui à Martio. Haud placet, quod astruit Brietius, Abelem scilicet natum, ann. 129. ab orbe condito; quasi per totum illud tempus, quod fingunt Rabbini, protoparentes abstinentissent ab usu coniugij, lugentes prævaricationem & lapsum. Perr. Comest. in Genes. 25. qui etiam signat planctus speluncam in Hebron, qua de causa locus ille dicitur *Vallis lacrymarum*. Alij Rabbini, & Calvino suffragante, fabulantur, Evam eodem partu edidisse Cain & Abel; quoniam ad partum Abelis de matre non dicitur, quod conceperit. Insignis expositio! Sine conceptu non est partus, & v. 2. dicitur: *Rursum peperit*. Ioseph. 1. *Antiq.* cap. 3. ambigue scribit: *Nati sunt autem eis & filij mares duorum horum prior appellatus est Cain, Abel autem secundus*. De spelunca luctus Adami & Evæ pro Abel, vide 25. *Mart.* n. 6. & 5. *April.* n. 2. De spelunca luctus propter primam transgressionem, dicit Perr. Aviti in *Asia description*. in Ceylan esse locum, qui dicitur *Scopulus Adami* in montis fastigio, quod saxo durissimo hominis gigantis impressum vestigium videtur. Cives insulæ dicunt Adami esse: in ipsoque monte ostenditur spelunca, in qua traditur pœnitentiam pro prima culpa multo tempore egisse, ibique sepultum. Traditio est, nil amplius querat. Quod profecto inconcussum, sit ubi fuerit, illum mille annorum diuturno luctu gratiam promeruisse remissionis. Genebr. ann.

Spelunca Adami, in planctum pro peccato.

1. De eius salute & cum Christo resurrectione, dicitur 25. *Mart.* n. 6. Propugnat Irenæus 3. *Advers. Hæres.* cap. 39. ubi Fevardent. n. 1. subdit: *Dominum Iesum, cum secundum animam descendisset ad inferos, manum Adami tenuisse & dixisse: Pax tibi cum omnibus filiis tuis, iustis meis. Ipsum autem Adam, Christi genibus advolutum la-*

ebrymabiliter deprecatum eum voce magnis verbis: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delecasti inimicos meos super me. Domine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me: eduxisti ab inferis animam meam: salvasti me à descendantibus in lacum. Vid. 27. *Mart.* n. 2.

Verba Adami in limbo.

3 Mors Abrahami in fine anni signatur à Torniello in *Tabul.* Vid. 9. *Octobr.* n. 1. & 15. *Decembr.* n. 1. Ab hoc articulo, ann. 330. iuxta Briet. infligitur Ægypto tertia plaga cyniphum. Perer. in 7. *Exod.* disput. 12. n. 69. Plaga gravissima, eò quod nemo videret, & omnes sentirent. *Exod.* 8. à 17. & Petr. Comest. hic cap. 17. Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 5. dicit fuisse pediculos, quibus Ægyptiorum scatebat caro. Hæc tria signa facta fuere per Aaronem: reliqua per Moysem, aut Numen. Comest. d.

Tertia Ægypti plaga.

4 Soluta obsidione Samariæ, fugà Syrorum percitorum Panico terrore, emissio de cælo, copiæque rerum investa in Samariam cum divite præda, uti referendum 23. & 24. *Decembris*, n. 5. venit Elifeus in Damascum, quò invenit Benadad languentem, tabescentem, ac summo mœrore affectum ex infelici expeditione adversus Samariam; maximè dum cognovit, è cælo factam pugnam, à Numine meditatam. Unde despondit animum, corpusque elanguit præ animi gravi premente ægitudine. Resciscit statim adventum Elisei, & celeriter iubet Hazaëlem, copiarum supremum Ducem, maximis, ac pretiosis muneribus accedere ad Prophetam, & consulere de exitu ægitudinis contractæ. Legatum hunc ut Elifeus vidit, flevit ubertim, intuitus damna, ab illo, facto Rege, perpetranda Hebræis, propter idololatriam illorum: nihilominus Hazaëlem in Regem Syriæ unxit, ad quod missus à Numine venerat. Occurrit Antilogia, cuius expositionem videfis, 20. *August.* n. 4. Erga consultum de vita Benadad, respondit: *Recreandum sanè, & revalescere posse; sed cæli decreto prope diem moriturum.* Non imperantis erat vox, sed denunciantis, quæ ambitiosè & perfidè, facturus erat Hazaël, à Rege tot muneribus & honoribus dignatus. Gorionid. in *Histor. Iudaicæ*, & Reuchlin. ex 4. *Reg.* 8. à 7. Comest. hic, cap. 12. & Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 2. Adi postridiè, à n. 8.

Elifeus vadit Damascum, quò invenit languentem Benadad.

Unxit Hazaëlem in Regem Syriæ.

5 Elapsis ab Hazaëlis unctione, ann. 323. postridiè mortis Nabuchi educitur Iechonias è carcere, vel mortui mandato, vel intima Iechoniæ familiaritate cum Evilmerodach, qui pro patre Nabucho habenas regiminis in Babylone sumpsit. *Ierem.* 52.

Iechonias solvitur à vinculis.

Evilmerodach 31. Amicitia inter utrumque contracta, quia Evilmerodach in eandem custodiam reclusus est à patre Nabucho, qua detinebatur ab ipso Iechonias; eò quòd cum Nabuchus vagaretur in silvis ut bestia; suffectus in throno pro patre, minimè sese gessit iuste, imò tyrannicè, ut diximus, 15. *Januar.* n. 1. Comestor in *Daniel.* cap. 5. facit Evilmerodach filium minorem Nabuchi, & quòd in diebus eiectionis patris, multa egit impiè in terra, accusatusque esset apud Nabuchum, restitutum in priscam claritatem, patris iussu detrusus est in carcerem, quo erat Iechonias, usque ad mortem fratris sui Balthazaris, ex qua libertas eius, quoniam patri successurus: & cum in solium ascendisset, recordatus est Iechonias, ut è tantis eriperet ærumnis.

6 Alij asserunt primogenitum, sed gaudentem & plaudentem fatuitatem patris, imò ludibrium, summamque mœsitudinem, dum menti patrem restitutum agnovit. Abulens. in 4. *Reg.* 25. *quæst.* 37. & Lyran. in loc. cit. *Ierem.* Aliter Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 12. asserens, semper sibi displicuisse Nabuchi perfidiam, retinentis in custodia & vinculis, qui sese voluntariè cum uxoribus & liberis, totaque cognatione tradiderat: quapropter dum potuit, miserum libertati restituit. Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 2. cap. 9.

7 Oritur Antilogia: equidem hac in die educatum è vinculis Iechoniam dicit Ieremias loc. cit. Perendie, 4. *Reg.* 25. 27. Sanctius hic num. 19. sequitur Seder-Olam Hebræor. cum illisque dicit, Nabuchum obiisse die 25. & quia ab eius interitu pendebat Iechonias libertas & honor; ab inimici excessu numeratur elevatio; quoniam obex in libertatem sublatus fuit. Aliter die 27. à n. 4. igitur hac in die etiam educatus est de carcere Evilmerodach; & Iechonias per illum in exitu liber à vinculis, quod sufficit ad veritatem elevationis. Hebræi loc. cit. dicunt: *Si velis conciliare* (opposita testimonia) *& inde aliquid certi discere; scito, 25. die mensis duodecimi Nabuchodonosorem eius hostem excessisse è vivis; & sepulchrum. Die 26. eum extraxit Evilmerodach de sepulchro & raptavit; quo ipsius decreta aboleret; ut impleretur quod de illo scriptum reliquerat Isaias: Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis; pollatus, & obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderant ad fundamenta laci, quasi cadaver putridum. Die autem 27. eduxit ipsum Iechoniam.* Vatabl. & Maluend. conciliant, astruentes, die 25. initum consilium, & decretum de honorando Iechonia,

tertioque post die perfectum est. Quid sit illud *Cadaver patris raptavit*, videbimus postriedie n. 9. & 10. Serar. in 4. *Reg.* 25. cogitat Iechoniam è carcere in thronum assumptum haud alia de causa, nisi quia in deditionem obediit Ieremias.

8 Post tres dies à victoria Ptolomei Philometoris de genero Alexandro Balzo, ut diximus die 22. num. 6. divino iudicio Philometor vità privatus est. 1. *Machab.* 11. 18. Arbitror non à die victorie, sed ab ablato Alexandri generis capite, inopinato fato functum fuisse. Sanctius hic, num. 7. Mors eius variè describitur ab AA. Duplici decoratus diademate præ gaudio in victoria expiravit. Genebr. *Ann.* 3942. Arabs Alexandri caput misit Ptolomeo tunc fortè graviter ægotanti: quo viso valdè lætus iusto Dei iudicio mortuus est. Torniel. *Ann.* 3908. n. 1. & Salius cum Briet. qui addit: Graviter in capite laucius, paulò post obiit. *Ptolomeus in caput graviter vulneratus, inter curationem dum ossa Medici terebrare contendunt, expiravit.* Tit. Livius, *Epitom.* lib. 52. Alia fingit Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 8. postquam, naturà iustum vocat, & nimia potentia haud cupidum. Fortè accidit in eo pralio (infit) ut equus Ptolomei consternatus barritu elephantis, eum exciuteret, prostratumque aggressi hostes, vulneribus in caput inflictis, in periculum extremum adducerent, ni ereptus esset interventu satellitum: attamen per integram quadriduum sopitis sensibus, nec loqui potuit, nec loquentes intelligere. *Alexandri vero caput Zabelus Arabum Dynasta recisum misit ad Ptolomeum: qui die quinta demum respirans à vulneribus, & ad se reversus, iucundissimo sibi rumore, simul & spectaculo capitis ac mortis Alexandri, pacit animum & oculos. Nec ita multò post exsatiatus, gaudia percepto ex inimici interitu, & ipse vitam finijt.* Mortuo Philometore, in regnum Syriæ ingressus est Nicanor, seu Nicator, & in Ægypti successit Phylcon, pravi ingenij, qui quidem à Cyrene profectus, è regno expellere contendit filios Philometoris & eorum matrem; in cuius protectionem surrexit Onias summus Sacerdos templi Heliopolitani, ut diximus 24. *Januar.* n. 8. qua de causa Alexandriæ Iudæos obiecit elephantis; sed liberati divinitus. Ibid. die 18. n. 6.

9 Romæ, à nonnullis signantur dies intercalares: at cum intercalatio fieret post *Terminalia*; die 22. n. 9. apposita: modumque exponemus die 29. n. 12. Hac in die duobus annis præcedentibus expansionem *Latquiniotum* (Brietius signat novem an-

Moritur
Ptol. Philo-
metor.

Dominus
Nicator Sy-
rig Rex.

Phylcon
Ægypti.

nos) Gabij perfidè traditi Tarquinio Superbo à filio, Marcius in 2. *Fastor.* Ovid. v. 689. Quæ vi non valebat, expugnabat astu & dolo. Ei cesserat ad votum impostura in Turnum Herdonium Latinorum Principem Argolicâ calamnia, de qua Liv. 1. à *sect.* 172. & cum esset bellum inter Gabios & Romanos ex quorum excursionibus nata in urbe valida fames; cuius urgentiâ clamabat populus, opus esse pacem cum Gabinis componere, & quibuscunque conditionibus bellum finire. Anxius Tarquinius multa commentus, ut victor evaderet, propendit in dolos. Molitur, Sextum filium suum, eiusdem perversitatis, publicè virgis cædi, quasi in eum sacensus, quippe bello adversabatur. Unde uti patri iratus, supplex in Gabios, magnam manum amicorum & clientum transfuratum secum trahens, ostendit plagas, quas propter amorem & fidem in Gabios pertulerat. Illi albis visceribus stropham crediderunt, & imperatorem exercitus constituerunt, illum arbitantes à Numine missum, quia in velitationibus nunquam Gabini superiores, prædâ liberaliter ac munificè concessâ; quo paulatim ostendebat verè à patre defecisse. Tunc nuncium ad patrem misit, quidnam se facere vellet: etenim ut unus ipse omnia in Gabijs posset, Dij concesserant. Tarquinius coram nuncio, summa papaverum capita decussis baculo, nihil respondens. Intellexit Sextus, oportere eminentes Gabinorum tollere: perfidè fictis criminibus fecit, & collocatis ad portas fidsimimis amicorum, Gabios patri proditor tradidit. Tit. Liv. d. à *sect.* 181. Halicarnass. 4. à n. 4. & Turfessin. *Ann. V.C.* 236. Ovid. d. v. 709. accinit:

— Principibus cæsis ex urbe Gabina,
Traduntur Ducibus moenia nuda suis.

10 Ipse sabinde in prognosticum expulsiōnis Tarquiniōrum ex urbe ob petfidiam, ac in sceleris pœnam, refert:

Ecce (nefas visu) medijs altaribus anguls.
Exit, & extinctis ignibus, exta rapit.

Apollinem Delphicum consulere placuit de portento, quod secuta lues, quæ per regionem grassabatur, potissimè in pueros & virgines; ut inquit Halicarnass. 4. *Antiq.* à n. 54. Responsum Oraculi filij Tarquinij non intellexerunt (uti diximus, 17. *Januar.* n. 10.) sed intellexit Iun. Brutus, cogitans promitti ab Apolline dominium ac exilium tyrannidis per osculum matri libatum: unde ille ut appulit exiliens de navi, iacens pronus, quasi offendisset pede, matri dedit oscula terræ; quo potitus voto: & propter tubpem in Gabios perfidiam, Tarquinij divi-

tem, ampliorem amiserunt Romam. Idem v. 821. succinit:

Quid victor gaudes? Hæc te victoria perdet.

11 Hac die iurè celebrata sacra Minervæ Victrici, quippe Brutus erat stulti sapiens imitator, ut dicemus *Isagog. Jun.* n. 17. Sacra, sicut imago è Græcia sumpta. *Huius Dea simulacrum sine alis erat* (inquit ex Heliodoro, Gyrald. *Syntagm.* 11. n. 18.) *in dextra malum habens granatum, sinistra verò galeam, & ita culta in Athenarum arce.* Idem in Megarensum, ait Pausan. *cap.* 40. *Delubrum Minervæ, cui Victoria cognomentum.* Extat in Hispania sanum marmoreum cum inscriptione: *Palladii Victrici sacrum: hic hostium reliquias prostrigavit Cato; ubi sacellum miro artificio conditum & æream Palladis effigiem reliquit.* Plutarch. in eo, & Gyrald. d. Vincere Minervam cum alis, erat triumphus Sapientiæ, armis perspicacis intellectiōnis. Sine pennis victoria, procul Palladis armis: maius, gloriosiusque trophæum sapientis Minervæ; sine alis partum armis stultitiæ. Albricus in *Deor. imaginib.* n. 8. inquit: *Minerva Dea sapientia ex cerebro Iovis nata, quæ alio nomine Pallas dicta: Pingebatur armata galeâ & gladio, ac casside cum crista desuper: ipsa lanceam tenebat in dextra, in sinistra scutum crystallinum; in quo caput Gorgonis serpentibus pendulis. Oculos habebat splendidos triplici colore: pallium distinctum aureo, purpureo & cælesti iuxta se viridem olivam, & volitantem noctuam.* Idem inquit Chartar. in *Minervæ imagin.* pag. 239. Per noctuam desipientia signatur à Pier. Valer. 20. *cap.* 15. & Ambrosij 5. *Hexæmer.* *cap.* 24. Fruitur Minervæ sapientia viridi victoria, signata in oliva, comite noctuâ: non utilis sola sapientia, sine prudentia comite: illaque prudenter sæpe obtinet triumphum, stultitiæ sumens velum. *Minerva tunc Victrix dicitur ab Hemelario, Aureor. numism.* Tabul. 36. Unde cum Minervæ prudentia victoriam partam adscribat; imaginem eius exponit *basatam, cum victoriola in dextra, ad pedes scuto, ponè adstante trophæo.*

12 Non secus qui Brutus, victor evasit; igitur ut tragediam Lucretiæ audivit, uti refert quod dudum Halicarnass. num. 55. *Protensis ad cælum manibus, Iupiter exclamat, Dijque omnes, quibus cordi sunt res mortalium; hoccine tempus illud nunc advenit, expectatum mihi sub hoc scitatio habitur? Hoccine fatale est, Romam meis auspicijs liberari ab infanda tyrannide? Ex huiusmodi fausto articalo inventus est ab Ethnicis Deus Opportunus.* Unde Horat. 1. *Epist.* 11. v. 20.

Idem.
Sacra Minervæ Victrici.

Imagines.

Ingenium Iun. Bruti.

Alie imagines Victrici.

Iun. Brutus Tarquinius expellit.

Turnus Meropeus.

Astus Tarquinij Superbi.

Sextus eius filius perfidus.

Gabij dolo capti.

Ovid.

Idem.

Pyrognosticū in Tarquiniorum expulsiōnem.

- Orat.** *Dū licet, & vultum seruat fortuna benignū,
Tu, quantuncunq; Deus tibi fortunaverit
horam
Gratā sume manu.*
- Opportunus
Deus, &
Cærus.** Totum à Græcis, qui commenti sunt Deum
Opportunum, seu *Carum Saturni* (nimium
temporis) *natu minimum, in filijs, cuius
ara celebris in Elide.* Pausan. cap. 162. Cæ-
rus ergo ab Erasino, *Gbiliad.* 1. *Centur.* 7.
n. 70. pingitur volubili rotā, pennatis in-
sistens pedibus, vertigine quamcittissimā se-
met in orbem circumagit: priore capitis
parte capillis hirsutā, posteriore glabrā. Et-
iam describit similiter Angel. Politian. 1.
Miscellan. cap. 49. qui Cærum facit puerum
elegantis formæ, florulentæ pubertatis, cri-
nibus sparsis Zephyro; cæteraque corporis
specie similem Phœbo. Astipulatur insigni-
bus simulacri, Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 53.
Aptius pingitur, dum fit unum cum Fortu-
na, quæ duplicem vultum habuit, album ni-
mirum & nigrum: equidem ni opportunè
res geratur in mœrorem facies festiva con-
vertitur.
- Hæfod.** *— Nam rebus in omnibus illud
Optimum erit, si quis tempus expectaverit
aptum.*
Ait Hæfiodus, de *Dieb. & operib.* v. 87. nos-
que fuscè *Tom.* 7. *Tantolog.* 10. à n. 6.
13 Quem Cærum Græci vocant, Auso-
nij dixerunt *Opportunum* Numen, seu *Occa-
sionem*: quæ cum sit temporis punctum, in
quo congruit aliquid gerendum vel non ge-
rendum; planè error, ubi omisā occasio-
ne punctum elabitur. Achill. Bocch. *Symbol.*
71. Hinc *Occasio* ab ipso in rota collocatur
largo crine, formam æmulans volitantis va-
gabundæ Fortunæ: *Hoc Veteres Occasionis
imagine innuerunt: quam nonnulli eandem
Fortuna voluerunt. Simillime certè inter se
sunt, ut ex imaginibus intelligi potest. Eius
imago, mulier nuda, pedibus rotæ aut pile
insistebat, longos capillos è fronte dependen-
tes habens; cæterum occipitis recalvastra,
pedibus alata, perpetuam comitem habens
penitentiam: nam ea nobis per impruden-
tiam manibus elapsa; nihil nobis præter pœ-
nitentiam relinquit. Citò avolat: eam postea
comprehendere non datur; cum pedes ad fu-
giendum paratos, alatos habeat.* Chartar. ubi
supr. pag. 317. Cæca exponitur, cum Spe,
talaribus ornata & cum novacula in dextra,
clavo navali & copiæ cornu. Did. Ausonius
Epigram. 12. Elias Vinet. hic, n. 13. Claud.
Minos, in *Alciat. Emblem.* 121. Otho Væ-
nius, *Emblem.* 43. & 88. Stuck. de *Sacrific.*
Gentil. cap. 44. Sophocl. in *Philoctet.* v. 833.
Posidipp. 4. *Antholog.* cap. 12. & Menan-
- der, in *Cyclop.* v. 14. Apta prorsum insignia;
ut cognoscantur opportunitatis momenta,
quæ clavus navis regiminis, cornucopiæ
abundantia in rebus gerendis, in quibus ut
fœtus *Eventus bonus* (de quo, 7. *Januar.* n.
13. & 16. *Maij*), aliàs quæ felicitas mica-
bat, sine occasione novaculam habet, spem
qua iugulat. Currendum lentè, ut sit oppor-
tunè: nam ut ait Pindar. in *Olympijs*, Od. 4.
v. 509.
Occasio apud homines breve spatium habet. Pindar.
Hac de causa Phædrus, *lib. 6. Fabul.* 7. in-
geniosè canit de Tempore:
*Cursu volucris pendens in novacula
Calvus, comosà fronte, nudo corpore:
Quem si occuparis, teneas: elapsum semel
Non ipse possit Iupiter reprehendere.* Phædr.
*Occasionem rerum significat brevem;
Effectus, ni impediret segnis mora.
Finxere Antiqui talem effigiem Temporis.*
Totum exponitur à Philostrate Iuniore, in
Statuis, cum Mythologia & politica pro
temporis opportunitate. Ex elementis, qui-
bus vox *Occasio* coalescit, exprimit Achill.
Bocch. *Symbol.* 71. quantum noceat vel pro-
fit intempestivum & opportunum.
*Oni est. CC. bis centum nunciat, A. nil est.
S. Quintum: Primum, I. Rursus & O
nihil est*
*Principium nihil est: bis centum, plurima: Achill. Bocch.
quinque*
*Non satis est, unus sat: venit inde nihil.
Et licet obscura hæc videantur carmina, pos-
sunt*
Si benè perspicies singula, clara loqui.
- 14 Inter Græcos *Sacra Endymioni*, ad *Sacra Endy-
mioni.*
eius tumulum in Olympia, cum Deo Tara-
xippo. Meurf. *Græc. fer.* & Rhian. Cretenf.
in lib. 13. *Heraclea.* Inter specie pulchros
numeratur ab Hygino, *Fabul.* 271. Quapro-
pter cum ille quia pastor inter oves sub dio
dormiret, Luna descendebat de cælo ad
oscula. Furius Fulgent. 2. *Mytholog.* n. 10.
Cæsar Germanic. in *Arat. Phæmen.* n. 39.
ita ut illi montes Afeleni dicerentur, quia
sine lumine, Luna absente. Nicander in *E-
tolis.* Ibi ostenditur antrum, quò dormivit
per triginta annos consopitus à Luna: ex
qua quinquaginta filias habuit. Rhodigin.
20. cap. 7. & Pausan. cap. 147. Iam non mi-
rum Caligulæ delirium, de quo in eo Sueton;
cap. 23. *Endymionem ob eximiam cor-
poris pulchritudinem, Luna flagrantissimè
deperivit: cui data à Iove, quæcunq; vellet
deligendi potestate; cum somno perpetuo im-
mortalem sibi iuventutem concedi postula-
vit.* Apollodor. 1. *Biblioth.* n. 12. & Ravif.
Text. in *Epithet.* v. *Endymion.* Unde Cicer.
I.
- Imago.**
- Duplici fa-
cie.**
- Enigma
Occasionis.**
- Taræ ima-
gine.**
- Quis fuerit
& eius ge-
sta.**
- Cum Fortu-
na & Spæ.**

1. *Tuscul. qq.* nūquā exspectatum, dicit. Hesiodus d. asserit, à Iove obrinuisse, ut vitæ mortisque sibi esset arbiter: at cum elegisset immortalitatem, ab illo est elatus in cœlum (an ne lassaretur tot itineribus Luna?) verum cum hac pulchrior illi videretur Iuno; postquam Iupiter uxoris ei obiecit idolum; fulmine detrussit in barathrum. Nicander, d. lib. 2.

15. Hæc ludicra Ethnici commentisunt, ait Plinius, 2. cap. 9. Quia singula in ea deprehendit hominum primus Endymion: & ob id amore Luna captus famâ traditur. Aliam amoris causam arbitratur Natalis Comes. Pastorem (inquit, 4. Mytholog. cap. 8.) Endymionem fuisse, qui nocturnis pascuis delectaretur; cum alij pastores clausos greges in stabulis haberent: atque cum huius greges magnopere pinguescerent; fabula datus est locus, quod Luna eius amore capta, illud Endymionis gregibus donaret, illo dormiente. Planè fabula, vel interveniente favore Luna: Gregem pinguescere, prorsum impossibile, dormiente pastore. Endymion ergo fato functus, etiam pro Deo habitus, in Olympia sepultus. Ei ab Eleis honores habentur (subdit Pausanias, cap. 198.) in extremo stadio, ubi sunt cursorum carceres; Endymionis Elii sepulchrum monstrant: qui quidem ut honor ibi fiti, ampliore celebraretur famâ, singularia in ludis cogitaverunt emblemata. In principio prodromi erat Delphinij figura: Ara ad mediam scilicet curricula equorum partem erecta est. Super aram area Aquila, latè passis alis extrat; quæ ingeniosè machinula mota, statim se in spectatorum conspectum, quasi subvolatura attollit: Delphinus verò ad imam soli aream alia machina demittitur. Tunc equi statim in pedes se dant, quasi impatientes retinaculorum ad cursum; & ne terreantur immolatur Numini Taraxippo. Idem ibid. & Gyrald. Syntagm. 1. n. 107.

16. Priusquam classicum canatur incertamen quadrigarum; Taraxippo sacrum fit (sic enim vocatur inane quoddam equorum terriculum; quasi viderent spectram; quod frequenter dicitur *Terror Panicus*: unde curant, ibi nec apparere camelum, cuius scditas equis formidinem incutit; uti refert Herodotus, 1. n. 23.) ut agiles equi perveniant in metas, victoresque signentur, quorum validior pernicitas. Ad aggeris exitum (subdit Pausan. cap. seq.) ars est figurâ rotundâ. Ad eam Deus colitur, quem Taraxippum, ab incutiendo equis pavore, nuncupant. Solent enim iniecto terrore circa aram hanc, equi tam vehementer conserrari;

ut incertum unde coortâ trepidatione, sese illis curribus affligantur aurigæ. Quod igitur equo & propitio utantur Taraxippo, ad eam aram aurigæ vota nuncupant: Aegyptius quidam, dum fracti, currus Oenomaï, Pelopem aiebat, acceptum nescio quid ab Amphione Thebano, eo in loco defodisse; cuius arcanâ vi conterriti fuerint equi, & omnes deinde equi eodem afficiantur modo. Censebat ille Amphionem & Orpheum Aegyptios fuisse: propterea verò alteri feras allicere, alteri saxa ad muros extruendos, movere attributum; quod uterque Magorum scientiâ excelleret. Patet Magia arte catogenij, ubi hi velociter currunt, & alij hærent etiam stimulari: siquidem sine huiusmodi pacto, ad equorum consternationem vis naturalis ob antipathiam insita intestino lupi.

17. Non solùm in circo, ubi Olympici ludi Taraxippus, seu terror ingeritur; sed in alijs arvis, queis exercebantur celebriores in antiquitate ludi. Est etiam in Isthmo Taraxippus, qui Glauus Sisyphi filius ab equabus discriptus ludis funeribus. Circus illic est, ubi equestres Pythiorum ludi fiunt. In hoc circo Apollini dedicato est Taraxippus. Gravis aurigis noxa aliquando est incussa; ut modò inferior, modò equior fortuna. In Argivorum Nemea, nullus omnino est Herois genius, qui equis pavorem immittat; saxum tantùm eminet supra curricula flexum: calore rustilo; cuius fulgore concitantur equi, haud aliter multò, quam si immisis ignibus, iniecta esset trepidatio: sed qui ab Olympico existit Taraxippo, longè est acerrimus terror. Idem ibid. & cap. 35. Gyrald. d. & Natal. Comes, 6. Mytholog. cap. 17. Quis fuerit hic, cuius ara à certatoribus reverenter ita frequentabatur, ignotum. Pausaniz placet, eius fuisse, qui apud Romanos dicitur Neptunus Equestris; unde quo latè agendum 13. Jul. Eius imago: apud Eleos, ait Chartar. d. pag. 173. Erat adolescentis imberbis; qui pedem pede premebat, ambabat verò manibus hastâ innitebatur. Pausan. cap. 2. Non longè à templo Neptunus est; ex quo gigantem hastâ petens: & cap. 162. Intra ipsos hippodromi carceres, sub divo, medio fere loco ara Equestris Neptuni. Apud Heme-lar. d. Tabul. 12. describitur Neptunus dextro pede globo insistens, tridentem sinistra, dextrâ acrostolium tenens. Acrostolia sunt ornamenta navium. Alia alibi.

18. Hac etiam in die fiebat memoria Hippodamie, quam ex victoria perniciose cursu in uxorem extorsit à patre; ut diximus; die 22. à n. 14. Unde in prefato curricula Olympici circo, ad metarum unam, enè

amO

venit ad
Olympi
statuaAmphio
&
Orpheus
Magi.Taraxippus
etiam in Ne-
meis, Py-
thijs, &
Isthmij.amO
cap. 35Neptunus
Equestris.

Imagines,

amO
cap. 2
cap. 162Sacra Hip-
podamie.

Statua.

Hip-

Pro Deo ha-
bitus.In Olympia
immolatio-
nem.Delphinus
& Aquila
in Hippodro-
mo Olympi-
co.Taraxippus
Deus.In ludis O-
lympijs.

Hippodamia statua est, tanquam praese ferens, iam propè victori Pelopi coronam impostura. Pausan. cap. 199. Ibi ab eodem tumulata indicatur, cum cap. antecedenti pramittat: Ades est, quod Hippodamium appellant. Area iuggeri spatio macerida circumscripta: patet huc feminis aditus stato quotannis die. Hæ faciunt Hippodamiam rem divinam, & alij eam honoribus prosequuntur. Hippodamiam tradunt in oppidum Argivorum confugisse; cum Pelops ob Chryssippi filij cadem (à Theseo in ludis, ut inquit Hygin. fab. 271.) ab ea in primis pœnas ex peteret: ipsum postea Pelopem eius ossa ex oraculo Olympiam deportanda curasse.

Culta ut Dea.

Osium eius translatio.

Philopœmè.

In armis clarissimus.

Insignis virus & robur

Statua Delphis.

19 Apud Achæos pompa Philopœmenis post mortem. *Diar. Græc.* Vir fuit insignis, prætor, dux & Achæorum imperator, vel florente armis in Græcia, T. Quintio Flaminio, Consule & Imperatore Romano; qui eius gesta palam celebrabat, quavis ex illis tantus honor atque plausus offendebat, cum desideraret esse solum celeberrimum, summisque honoribus dignum. Nihilominus cum videret Romanis amicū, factisque egregiè præclarum; *Ultimum Græcorum appellavit, quasi post hunc neminem Græcia magnum, seque dignum ea virum protulisset.* Plutarch. in utroque. Formâ fuit eleganti, ut constat eius statuâ, quæ visebatur Delphis; cui conformis animus, industria ac corporis robur. Eluxit in pugna ad Sellasiâ adversum Cleomenem Spartanorum Regem: igitur utroque femore telo hamato transfixo, cum extrahi nequisset, & iam propè esset certamen; ferveretque admodum pugna, animo iam ardens, præliique cupiditate gliscens, motu pedum atque agitatione alternâ fracto telo, atque per medium hætili, utrumque frustum seorsim exemit: ita impedimento solutus, stricto gladio per primos ordines ad hostem accessit; magna inter suos alacritate, imitandæque virtutis ardore excitato. Partâ victoriâ per juvenem dixit Antigonus: *Ita ergo adolescentulus magni munus Ducis obiit: quod quidem Philopœmeni summè gloriosum.* Post tyrannum Lacedæmoniorum interfecit; quapropter ei erecta insignis ac singularis statuâ apud Delphos ab Achæis (de quo, 19. *Maij.*) Idem & Briet. *Urb. Condit.* ann. 548.

20 Tandem deficientibus Messenijs ab Achæis, & conantibus pagum Colonidem occupare; cum suis (etsi febre correptus) Philopœmen hostibus se obiecit, qui in conflictu derelictus est à suis, secedensque per fragosâ ex equo lapsus, caûu ita caput læ-

sum, ut mutus humi iaceret. Itaque hostes etiam mortuum rati, dum spoliare conantur, capite elevato oculos sustulit. Plaudabant manibus, in eumque irruentes, manibus retrò actis, multis convicijs insectantes, adduxerunt Messenem, & detruferunt in carcerem tetrum, quem vocabant *Thesaurum*: qui erat locus seu specus subterraneus; in quem extrinsecus neque spiritus lumenve ullum penetrabat. Non foribus, sed obiectu grandis saxi claudebatur: foveamque armato milite custodiebant, etiam involuto saxo. Ægrè multi è Messenijs collachrymantes huiusmodi ignominias tulere, videntes ita trahi & haberi virum gloriam Græciæ, protritit tot trophæis rebusque gestis, maximè à tyrannide Nabidis illis datâ libertate. Unde decreverunt tollere, datoque veneno, voto potiti. Plutarch. d. Tit. Liv. 39. *sect.* 107. Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 4. cap. 8. & Florus, 2. cap. 9.

Capitur à Messenijs

Carcer Thesaurus.

Necatur Philopœmè.

21 Illi ergo mortuo successit Prætor, Achæorumque Dux Lycorta, haud minoris virtutis ac peritiæ militaris: qui cum nobilissimis in Messenios irruens, ad deditiorem compulit. Corpus Philopœmenis magnâ pompâ combustum: cineres repositi in urna pretiosa relati sunt in patriam; adeo ut non pampa funebri, sed triumphus videretur. Tot in eum honores congesti sunt; ut ne divinis quidem parceretur, quibus mortis eius deleteretur infamia. Ita Briet. quò supr. *Ann.* 572. Floridâ hypothiposi pompam, in eo describit Plutarchus. *Coronati & lacrymantes (ait) ibant, simulque & vinetos hostes ducebant, & urnam præ fascijs & fertis vix conspicuam inferebant. Eam prætoris Achæorum filius Polybius gestabat, & cum eo Achæorum primi. Milites armati, ornatis etiam equis sequebantur; neque tantum luctum tristitia, neque victoriam exultatione æquantes. Ex urbibus & pagis in itinere eo positis multitudo occurrebat, tanquam à militia redeuntem excipientium, & urnam tangentium, ac Megalopolim usque prosequentium. Ut ergo pervenire, eiulatus seniores, mulieres cum pueris, totumque exercitum pervasit. Sepultus est, quo par erat, honore. Messenij captivi ad eius sepulchrum lapidibus sunt obruti. Idem Ubbo Emmius p. 2. *Rerum public. Græc.* §. 12. *Pater Græciæ plausus à cunctis, obiectâ Messenijs ingratitude, quibus auxilia sæpe generosè contulit; ut refert Pausanias, à cap. 139. & 279.**

Cum triumpho translatur in patriam.

Gloriosè sepelitur.

22 Socius ac amicus nonnunquam fuit Romanorum, verum aliquando averfatus & coram illorum ambitionem & rapacitatem. Quæ de causa ut subdit Plutarchus: *Multe*

Eius statuâ in clade Corinthi immantia.

fuit

fuerunt eius statua; magnique ei à civitatibus decreti honores: quæ omnia Romanus quidam, eo tempore quo captus Corintho Græcia in calamitate fuit; abrogare & evertere est conatus; perinde atque vivam adhuc, Romanorum hostem eum, & malevolum Romanis accusans. Quæ de re cum essent sermones habiti, & contra calumniatorem istum Polybius, filius Lycortæ verba fecisset; neque Mummius, neque Legati passi sunt inclyti viri gloriam deleri: tametsi is non paucis in rebus T. Quintio, & M. Acilio restitisset. De clade Corinthi, videbis Florum, lib. 2. cap. 16.

23 Eodem die in Diar. Græc. inveniuntur anniversaria sacra Tanagræ Heroi Eunoïstō, qui antonomasticè dictus Heros Tanagræ in Bœotia, intra cuius lucum sceminam nefas ingredi. Lucus est iuxta Orionis monumentum, & cunabula Mercurij, specumque Atlantis; ut videbimus, Isagog. lun. n. 13. & die 16. n. 10. Ibi ædes celeberrima Liberi-Patris, & simulacrum visu dignum ex Pario marmore; sed admirationem maiorem intuentibus Triton offert, de quo dicitur: Tanagraorum primarias matronas, Liberi-Patris sacris initiatas, ad mare, quod expiationis causâ lavarent, descendisse: in eas natantes Tritonem impetum fecisse: Implorantibus Numinis opem, Baccham præstid fuisse, & ab eo pugna Tritonem superatum. Ita Pausan. cap. 297. Aptiorem causam fabulæ subdit: nimirum, Tritonem è mari emergere, & in pecora invehit, quo cives vexabantur: qui quidem ut caperetur, vini craterem apponunt: vinum hausit; obdormivit; at de litoris tumultu lapsus præcipientem & casu atronitum, ab exploratore bipenni ei abscissum à cervice caput (qua de causa sine capite cernitur) & quia inventus temulentus; crediderunt, quod à Baccho fuerit occisus.

24 Causa inhibitionis ingressus sceminarum in lucum Herois, refertur à Plutarcho, Græc. 99. 40. Eunoïsti amore capta eius consobrina, nomine Ochne. Ille pulcher, iustus, continens & austerus, repulit: quæ probris concissa abijte criminatura apud fratres; qui facillè credentes accusationem, Eunoïstum interfecerunt. Illa facti pœnitens imposturam revelavit, totamque stropham exposuit, in arborum corticibus crimen inscripsit, & se statim è rupe præcipientem dedit. Hac de causa nulla scemina ingreditur lucum. Eunoïstus vigili curâ custodit ita inaccessum; ut subinde si terra motibus aliquando quatitur, aut siccitate laborat, acciduntque alia prodigia; accuratè Tanagræi

inquirunt, & anxie excutiunt, ecquæ scemina ausa in lucum clam accessisset. Ille, cum quædam spontè vel casu illuc fuisset ingressa; à nonnullis visus est, qui lorum ibat ad mare. Idem narrat Diocles, in Commentar. de Heroib. Hinc Eunoïstus signatus Heros Tanagræ.

DIES XXVI. FEBRUAR.

I **G** Rad. 6. Solis in Piscibus. Sub IV. K. eo qui nati, crudeliter à beatijs lacerabuntur, infeliciterque morientur. Iul. Firmicus. *Lucida Eridani manè occidit. Iunctin, K. A. Arcturus oritur matutinò. Ptol. Mulier nuda. Sphær. Arab. Pro Abel occiso à fratre hac die in solamen protoparentum ortus est Seth, in quo Abelis pietas, vitæ candor, ac innocentia resloruit. Rab. Abrah. In Martio signat Tornieil. ann. 131. De illo dicitur Genes. 5. 3. Ad imaginem & similitudinem Adam genitum. Nonnulli asserunt ex Adami filijs nullum similiorem patri, quoad lineamenta vultus & corporis formam. Genebrard. ann. 235. reducit ad mores. Ad similitudinem Ada. Id est, bonus ut Adam, pius, pacificus, quietus; non ut Cain turbulentus & improbus, qui fratricidio ius primogenitura amiserat. Confirmat utriusque probitatem Ioseph. 1. Antiq. cap. 3. Hic (ait) à patre educatus, virtutum studijs se totum dedit: & cum ipse vir optimus evassisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit: qui quoniam erant omnes bonæ indole pradi, patriam absque seditione incolabant, in perpetua felicitate vitam exegerunt, & sideralem scientiam, ac cælestium rerum cognitionem excogitaverunt. Commendabilius encomium, Eccli. 39. 19. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.*

2 Invenisse Alphabeti Hebraici characteres, asserit Suidas & Genebr. Ann. 235. Formam illorum ab illo usque ad nostra tempora, vid. apud Kircher. Tom. 2. Oedip. Copt. p. 1. class. 2. cap. 2. Nomina item Planetarum indidisse dicitur. Verùm utrumque arbitror, didicisse ab Adamo, qui fuit omniscius & theodidactus. Quomodo orbis sine usu figurarum quibat esse in expressionem cogitationum hominum; maxime dum Adamo libri plures tribuuntur? Unde inventorem literarum iurè constituunt Adamum, Bartoloc. Biblioth. Rabbini. 1. p. à fol. 79. & Sgambat. Archiv. divin. lib. 1. cap. 7. Idem dicendum de Astronomia, Planetarumque nominum impositione, quam Setho tri-

Eunoïstus.

Eius lucus.

Triton Liberi-Patris.

In lucum sceminarum non ingreditur scemina.

Dignus Heros Tanagræi

Ortus Scib.

Encomia Scib.

Characteres Hebraici ab illo.

Indè ab Adamo, omniscio.

tribuit Cedren. *Annal.* 1. p. 1. in princip. Ita in astrorum cognitione Adami peritia, ut illi Hebræi tribuant doctrinam de futura intercalatione temporum, quam scriptam reliquit, & simul librum, dictum *Generaciones Adam*, in quo prædictiones rerum futurarum usque ad Henoch: aliumque dictum, *Primum Adamum*, quo ab Henoch usque in finem mundi. Alium illi arrogant Arabes titulo *Testamentum lucis*, de quo 14. *Mart.* n. 1. Dum exponuntur tam à Seth, quam à Moyse Hebraicæ literæ inventæ; intelligendum de formarum elegantiore figura, characterum claritate, sicut respectu horum dicitur de Esdra. *Invenies post hanc scripturam* (ait R. Abrah. Balmis) *quod Scriptores ad ornatum, suas formas secundum populos, & secundum idiomata sua mutaverunt.* Vide pulchra apud Kircher. d. *Disquisit.* 2. §. 2.

Libri Adæ.

Litera Hebraicæ non à Moyse, nec ab Esdra.

Raptus, & revelationes Seth.

Sepulchrum

Vultus splendor.

Libri.

Columnæ Seth.

Et Adam.

3 Quam dignatus à coelo refert Georg. Syncelus. *Cum esset 40. annorum* (infit in *Chronograph.* fol. 10.) *raptus est spiritu ad Angelorum consortia, in quo illi patefacta sua sobolis delicta, diluvio luenda; sed patris Adami crimen per Christum, ex se venturum: totumque quod per 40. dies divinitus cognovit, in se reversus parentibus retulit.* Afruitur ex eo, quod in sepulchro eius fit titulus insignis, de quo 15. *Iul.* In *Chron.* Alexandr. fol. 18. & in *Notis Marth.* Raderi in illud; refertur, vultum Seth ex confortio Angelorum in præfato raptu, semper extitisse luminosum splendore cœlesti. Historiam eius, legati à patre in paradysum, & quorsum; videris *Tom. 6. T. 1. à n. 48.* In ostensionem eius sapientiæ, illi tribuuntur à varijs nationibus 57. volumina. Adi Epiphan. *Hæres.* 39.

4 De Columnis Seth, variè loquuntur AA. Ioseph. d. postquam eius scientiam ac filiorum protulit; *Ne inventa sua* (infit) *ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent, quam pernoscerentur, scientes Adamam universalem rerum interitum præcivisse, unum incendio, diluvio alterum; excitationis duabus columnis, utriusque sua inventa inscripserunt; ut si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus, discendi copiam faceret, & que scripta continebat, spectanda exhiberet.* Vid. *Tom. 6.* loc. cit. à n. 15. ubi multa de Adamo, & delirijs Rabbitorum. Genebrard. *Ann.* 325. aliter historię meminit. *Hoc tempore* (inquit) *ab Adam, Seth & huius stirpis nepotibus duæ tabulæ, vel columnæ factæ: una abænea (iuxta alios lapidea, sive Marmorea) contra aquæ eluviones; altera lateritia contra* *Tom. 1. Ephem.*

Ignis conflagrationes; in quibus liberales artes, præsertim doctrina de Deo & Mathematica. In eorum altera, promissionem de semine, id est, de Christo, Adæ factam, calatam scribunt. Elucet, cum hæc omnia non hieroglyphicis, sed characteribus scripta; minime à Moyse primas Alphabethi formas effigiatas, aut inventas. Ante illum dicit Iobus: *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, vel cæte sculphantur in silice?* cap. 19. à 23. Hieroglyphicis columnas sculptas fingit Manethon in *Agypt. Antiquitatib.* De 14. Columnis æreis & lateritijs à Cham ante diluvium erectis, canones scientiarum; vid. Epiphan. in *Panar.*

5 Berofus, 1. de *Temporib.* in proposito ait: *Tum multi prædicabant, & vaticinabantur, & lapidibus excidebant, de ea quæ ventura erat orbis perditione; sed illi corridebant omnia: dicemus 17. April. n. 3. Meminit Briet. Ann. 1001. Torriell. Ann. 131. A Matre-Dei, Præhud. 1. dub. 5. §. 2. n. 74. Mille annis ante inundationem erectas columnas, sed sub Henoch, asserit Annius Viterbient. in Berof. quò dudum. Ita sub Cainam Ioseph Gorionides; uti videbimus 13. *Maij.* In *Ægypto* servatas, dicit Manethon in *Supplement.* ad Berof. At Paul. Lucas *Itiner. Ægypt.* priusque Ammian. Marcellin. *Histor.* lib. 22. non signant in *Ægypto* columnas, aut obeliscos cum hieroglyphicis scientiarum; sed cavernas, in quibus plura symbola liberalium artium, quæ traduntur sculpta ante diluvium. Dixi supra, non signis, sed characteribus præscarum literarum scripta columnis, scientiarum principia. Ita nervosè propugnat Kircher. in *Obelisc. Pamph.* lib. 1. cap. 1. De laminis æreis magici Cham servatis è diluvio; egimus *Tom. 4. T. 3. num. 6.**

6 Totum Rabbini arrogant Adamo. Super illud Genes. 5. 1. *Hic est liber generationis Adam* (quod accipere ius erat pro notitia filiorum Adam) literam ad literam accipientes in *Rabbob*, dicunt hunc esse librum à Deo dictatum Adamo. R. Tanakus ibid. librum fuisse, inquit, in quo omnia à principio mundi usque ad consummationem eius, explicarentur: & in virtute eius filios Adam, Seth & Henoch prædixisse diluvium. In *Seder-Olam*, cap. 30. ferè omnes huius fursuris, affirmant: *Hic est liber generationis Adam: nam bis Scriptura docet, Deum Optim. Maximum monstrasse primo homini singulas artes, rectores singularum atatum, suos per singulas atates Prophetas, suos pios, suos sapientes, suos pastores, suos*

Columnæ Cham.

Quando columnæ scientiarum erectæ?

Quis liber generationis Adam?

iudices, iustos cunctarum generationum, hominum eorum numerum, dierum illorum computationem, horarum ipsorum calculum, gressuumque eorum summam, & nomina. R. Ben-Ioachim in Zoar addit: *Non venturus est Rex Messias, donec creata fuerint omnes animae, quae ascenderunt in cogitatione Dei, ut crearet eas: haec sunt animae in libris Adam, insinuata bis verbis: Hic est liber generationum Adam.* Ut hoc sit verum, intelligere debet de Adventu Christi secundo: quomodo de secundo scribet, qui primum non credidit? Thargum Chaldaicum Uzielidis exponit: *Hic est liber memoriae gestorum à filiis hominum.* Ex Arabibus diximus quae continebat hic liber *Tom. 6. T. 1. n. 15.* quem iuxta Eugubini. 1. de *Perenn. Philosoph.* cap. 1. sedulo Noëmus servavit in Arca. *Tradidit deinde Adamo Deus* (subditur) *21. paginas suis exaratas & incisas literis: & cum Adamus vidisset, quae filiis suis debebant accidere; flevit planctu magno. Tunc praecepit illi Deus, ut scriberet ea calamo: & accepit pelles ex pecoribus, & preparavit ipsas, usque dum ferebantur albae, & scripsit in eis viginti novem literis omnia.* Alius liber tribuitur Adamo, qui dicitur *Revelatio*, de quo Epiphani. d. Thom. Torquemada in suo *Hexaëmero*, citans Angel. Magistr. de *Ente & essentia*, affirmat, protoplastum praesagium mundi per diluvium perituri, ne artes & scientiae una cum humano genere perirent, laminis faxeis incisas cistae lateritiae contra aquarum vim inclusisse. Hunc librum, quem ibi vocat *Abelis*, Mercurium Trismegistum invenisse, asserit: de quo 1. *Octobr.* Iudicium Kircheri magnopere placet, de his & alijs antiquitatis libris, in *Obelise. Pampbil.* lib. 1. cap. 1. *Hosce primos patres suarum inventionum monumenta* (inquit) *qualicunque in materia exarata, posteris reliquisse verisimile est: quae quidem successu temporum perditae, praeter famam & traditionem posteris nihil reliquerint: loco autem eorum postea à curiosis Scriptoribus, rebus suis ex tam vetusta scriptura auctoritatem conciliare cupientibus, fictè hosce quos habemus, substitutos esse.* Adamum fuisse omniscium & ab Angelo edoctum, asserunt R. Gerson, in *Genes.* 2. 7. & R. Abrah. in *Iezira.* Illi iure appropriatur, quod dicitur *Sapient.* 7. à 17. *Deus dedit mihi horum quae sunt, scientiam veram, &c.* Vid. Kircher. 2. *Oedip.* p. 1. class. 2. cap. 1. De libris Seth praeter dicta n. 3. dicemus 15. *Iul.* n. 3.

Servatur à Noë.

Libri Adam

Libri Abelis

Adori Sara.

7 Sara hac die moritur in fine anni 2175. Torniiell. & Briet. Sepulta est à filio & coniuge multis lachrymis, quod notatur

in Tautologia *planctus & fletus*, uti diximus, *Tom. 2. Tautolog. 7.* in spelunca duplici Hebron, quam Abraham quingentis argenti siclis emerat ab Ephron Hethæo; ne terra illa profana diceretur, emptore Abrahamo. Rabbini nugantes, uti solent, asserunt, Saram fuisse mortuam, ut audivit à nuncio filium à patre fuisse immolatum. *Hinc dicitur ab Hebraeis, Abrahamum ab immolatione venisse, & in reditu invenisse Saram mortuam, exanimatam nuncio immolationis.* Apud Abulens. *Genes.* 14. 2. Bolduc astruit 3. de *Eccles.* ante legem cap. 5. è domo in Hebron venisse in agrum, ubi sepulchrum, ut plangeret & fleret mortuam, vel quod cum Sara esset in Hebron, & Abraham viveret in Tabernaculis, uti Cinei, venisse in speluncam duplicem ad uxoris iusta. Ludicrum.

8 Decursis à morte Saræ annis 974. in aulam rediens Hazaël, consulto Eliseo de salute Benadad (ut pridè praemisimus, n. 4.) lactavit spe valetudinis ex oraculo Prophetæ, tacens de eius in Regem unctione: quare specie obsequij, quasi in refrigerium febricitantis, eodem linteo, cuius frigiditate calorem temperare simulabat, obstructis faucibus spiritum Regis praclusit. 4. *Reg.* 8. 15. Comest. hic cap. 12. cogitat super os Benadad effudisse aquam ita abundè, ut refrigerio suffocaret. Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 2. *Sequenti die* (infit) *reti vuido* (idest, laqueo) *in eum iniecto, praefocati à se Regiam occupat: vir alioquin strenuus & graciosus apud Syrorum & Damascenorum multitudinem.* Quo factum est, ut usque in praesens tempus, tam Adadus, quam Azael divinis apud Syros colantur honoribus: Eorum enim effigies quotidianis pompis honorant. Inter Numina fuisse relatos, indicatur *Amos*, 1. 4. ubi in illorum ruinam dicitur: *Mittam ego ignem in domum Hazael & devorabit domos Benadad. Damasi* (refert Beniam. in *Itinerar.* pag. 53.) *est palatium Benadad. Simile nusquam terrarum conspicitur. Estque ibi Murus vitreus, Magorum opere constructus, foraminibus distinctus, dierum Solis numero paribus; ita ut singulis diebus Sol singula foramina subiens, gradus 12. horis diei aptatos perambulet; atque ita tempus indicet annuum ac diurnum.*

Suffocatur Benadad ab Hazael.

Deos inter utrumque revaluerunt Syri.

Murus vitreus.

Sepelitur Nabuchus.

9 Rab. David in *Ierem.* 52. asserit, die posteriore Nabuchum Magnum fuisse mortuum, hodie sepultum, & ut possit iustis assistere patris, eductum de carcere fuisse Evilmerodach, quo tenebatur, quippe regnum affectabat: tuncque solvit è vinculis, in illo detentum Iechoniam usque in diem

27. Alij eiusdem fursuris aiunt, non ausum extrahere è custodia Iechoniam, quousque sepeliret patrem, licet vincula solveret; quia timebat ne mors fuisset ficta & rediret in thronum, sicut redijt è forma bestiali in humanam. Unde usque in tertium diem parentationem distulit, qua facta elevavit Iechoniam, quin formidaret posse revocari decretum, post mortem tribus diebus transfactis; extra quorum periculum adire poterat in thronum patris securus; nec accusari, quod vivo funera intrepidus, vel potestatis cupidus, instituisset.

Car Evilmerodach à vinculis liberis Iechoniam, sed non educit à carceret

10 Ex Eusebio diximus die 24. num. 7. Nabuchum post mortem non apparuisse; unde ad exequias, eius monumentum cenotaphium. Causam indicant, vel somniant Hebræi (ut refert Hieronym. in *Isai.* 14. 19. & Rabbinì in *Seder-Olam*, cap. 281) Nabuchum scilicet die 25. mortuum ac sepultum fuisse, sed ab Evilmerodach fuisse exhumatum, & raptatum cadaver consilio Iechoniae, graviter offensus; simulque in minutis portiones conscisum datas trecentis, carnis avidis vulturibus; dicente Iechonia, educto de carcere successori Nabuchi, & timenti, patre reviviscente, illuc reduci: *Ne timeas, non resurget, nisi redeant vultures in unum.* Abulens. *quæst.* 37. in 4. *Reg.* 25. Comestor, in *Daniel.* cap. 5. Adrichom. in *Chronic.* & Rambam apud Lyrantum.

Cadaver Nabuchi exhumatur & vulturibus exponitur.

11 Ann. Christ. 1. à Reufner. in *Diarrio*, designatur cædes SS. puerorum Innocentium, de qua die 5. à n. 6. & alijs in diebus, quibus à DD. figitur. Abulens. in *Matth.* 2. *quæst.* 84. cogitat, Herodem prius conscripisse infantes nomine & ætate: & cum congregasset diversis in locis, trucidari iussit. Ab Augusto obtinuisse occisionis tantorum Innocetium facultatem; astruit Rupert. 1. de *Victor. Verb. Dei*, cap. 2. Ex Iosepho tantum constat, illam à Cæsare habuisse ad internecionem Alexandri, Aristobuli & Antipatri. 1. de *Bell.* cap. 17. & 20. *Antiquit.* lib. 16. cap. 17. & 18. cap. 7. Egesippusque, 1. de *Excid.* cap. 42. & 45. Male cuncta coherant, si verum; quod dicit Comestor, Alexandrum Amasium fuisse Augusti. Anno 33. cum Iesus observaretur à Pharisæis, invitatus in prandium à Principe illorum; coram paralytico quem levare à languore volebat, illos interrogavit, an licitè posset in sabbato? Ut confunderet illorum hypocrisim, cum spiritali animæ salute, peccatorum remissiones dedit & corporis. Castell.

Cædes Innocentium,

An Augusti consensu

Christi gesta.

Genetama.

tulo Plutarchus, in *Rom.* qq. 52. plura cogitat. Rosin. ex illo *lib.* 2. *cap.* 19. *Fuit* (ait) *Geneta* à Romanis culta, quam Plutarchus à manando dictam fuisse, & ortui atque partui præesse putat; non aliter atque apud Græcos Hecate. Huius canem immolari, votoque ab ea peti dicit; Nequis domitorum bonus fiat. Optima sacra, quibus nemini fas nec digno precari bona. Hæc dicebatur *Bona Dea Genesia*: proprius, *Facta*, uti videbimus, 1. *Maij*, à n. 9. At proprie valdè à Plutarcho, d. *Damon est Geneta*, que factus atque partus procuret: idest, expiet, quod fiebat sacrificio, Romanis Græcos imitantibus in sacris Illithyæ, quibus partus gratiâ victima canis. Cibus hic quia delicatulus & suavis, Dijs studiosè offerebatur. *Plura de hoc animali dici cogunt prisorum mores* (inquit Plin. 29. *cap.* 4.) *catulos lactentes adeo pueros existimabant ad cibum; ut etiam placandis Numinibus hostiarum vice uterentur his. Genito* (Iust. Lips. 2. *Elector.* cap. 8. pro *Genito*, reddidit *Genita*, Ieu *Geneta Mana*) *manè catulo res divina fit: & in cænis Deum etiamnum ponitur catulina.* Romanos catulinam carnem esitavisse; asserit Plant. in *Saturione*; quod signat Frider. Taubmann. & Festus Pomp. in voce *Catularia*. Unde in ampliores delicias ex dapibus, catulos (maximè Genetæ, vel Gynæciæ, ut placet Tiraquello) offerebant Numinibus. *Offerebatur lactens catulus, cuius exta thure & myrrhâ conspergebantur.* Dalecampius in loc. cit. *Plin.*

Canis et via Bona.

Dicit Bona Dea, & Facta.

Illithyia.

Car immolatur catulus.

13 Haud eiusmodi festum erat *Manalis lapidis*, qui inferni ostium; aut illius qui colebatur in æde Martis Romæ extra portam Capenam; de quibus, 28. *Decembr.* sed *Dex*, ita vocatæ propter bonum generationis, unde dicitur genus, quod à prædecessoribus manat, traditâ naturæ conditione per traducem: ab uno enim homine omne genus humanum. Iccircò eius simulacrum *Genius* & *Iuno*, masculus & fœmina. Plin. 2. *cap.* 7. & Turneb. 3. *Adversar.* cap. 20. Siccine per *Genetam-Manam* intelligitur quicquid ad fationem conducit, *Dij etiam Geniales*, *Aqua*, *Terra*, *Ignis* & *Aër*, elementa & femina vocata rerum. Bulenger. de *Magia*, lib. 1. *cap.* 25. *Festus*, lib. 7. Rhodigin. latè, 28. *cap.* 24. & Alex. Neapolit. 6. *cap.* 4. Hi *Dij Geniales* generationis dicuntur *Præfides*, maximè *Illithyia* (quæ *Luna* & *Diana*) de qua *Pausan.* *cap.* 16. ab *Hyperboreis*, refert, venisse *Delum* ut parturienti *Latonz* ferret opem. Ad dicta die, 8. n. 10. Cuncta à Romanis reducta in *Manam-Genetam*. *Gynæcia Romani* (infit *Alexander*, 3. *cap.* 12.) *pro*

Lapis Manalis.

Imago Genetæ.

Dij Geniales.

Illithyia immolatur Latonz in partu.

his qui domi nascuntur, canem immolant, sicut Græci Proserpina, Diane Sabai. Est autem Gynæcis, quam Bonam Deam vocant: quæ ex corruptibilibus generationem facit: cui cum res divina sit, optant, nemini bonum evenire, qui domi nascatur. Id est, canibus qui nascuntur domi. Si vita salusque hominum à catulorum victima pendet; pereant canes, qui domi nascuntur. Quantum ad votum (subdit Plutarch. d.) verum id, non adversus homines domi natos, sed adversus carnes est, ne quis existat bonus. Bonus dicitur qui moritur: optabantque ne qui nati domi boni dicerentur, id est, viverent. Laus illa odiosa: mactentur, dicanturque boni catuli, ne præ morte interveniente, homines plaudantur boni. Vota Genetæ Manæ exprimit Horatius in Carmin. Secular. a v. 13.

*Diva producas sobolem, patrumque
Prosperes decreta.*

Ritè maturos aperire partus

Lenis Ilthyia tuere matres:

Sive tu Lucina probas vocari,

Seu Genitalis.

Illustrat floridè Levin. Torrent. ad illud, lib. 3. Od. 22, v. 1.

Montium custos, nemorumque virgo,

Quæ laborantes utero puellas

Ter vocata audis, adimisque letho

Diva triformis.

Mana Genetæ haud alia dicta quam Venus propter præfata, à Paganis in India dicta Deus Manar; ut dicitur Tom. 9. Liter. edificant. à Patre Bouchet, in templo Manarcovil, in regno Madure. Sacrificulorum embolium, ut Regem Tanjour deciperent; dicemus in Zeli idolo, 5. August. à n. 4. & 14. Septembr. à n. 6. Arbitror Adonidem, de quo loc. cit. & 16. Ianuar. n. 16.

14 Eodem die Segetiæ vel Segeſti sacra, cuius simulacrum in Circo videretur: ut ait Plin. 18. cap. 2. Cereri festum erat, cui etiam sub hoc titulo templum, ubi Dea statua, femineæ stantis, manibus elevatis, & in eius vertice Lunæ crescentis cornua. Hemclær. Aur. numismat. 44. Lunæ insignia apponuntur imagini, eò quòd eius observato tempore in fruges seges ordinanda: hocque in tempore Segetiæ ordinabantur sacra, ut novo Sole segetes alerentur in fruges. Horat. 4. Carm. Od. 6. à v. 37.

Ritè Latone puerum canentes,

Ritè crescentem face noctilucam,

Prosperam frugum, celeramque pronos

Volvere menses.

À Numa ara Segetiæ erecta, ait Gyrard. Synagm. 1. n. 62. Ipsa duntaxat habebat Nu-

minis dignitatem; dum semina super terram vigeant in segetem. Cum vero iam super terram essent, & segetem facerent; Deam Segetiam voluerunt habere præpositam. Augustin. 4. Civ. cap. 8. quem sequuntur Rhodigin 21. cap. 29. & 34. Stuck, de Sacrific. Gentil. cap. 36. & Rosin. 2. Antiq. cap. 20. Addit Macrobi. 1. Saturnal. cap. 16. quod si quis Segetiam nominasset, feriari debebat: & ideo per præconem denūciabant, ne feriis opus fieret. Si aliquid ageretur, præcepti negligens multabatur: Umbro negat. (subdit) eum pollui, qui opus vel ad Deum pertinens, sacrorumve causa fecisset; vel aliquid ad urgentem vitæ necessitatem, aut utilitatem respiciens, actisset. Scævola consultus, quid feriis agi liceret? Respondit: Quod prætermisum noceret. Quapropter si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset; non est visus, ferias polluisse: neque ille qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminente vindicavit ruinam. Ad Prolog. Galeat. §. 3. n. 6.

15 Apud Brasidas in Laconia, Ara & ædes Iovis parturientis, simulque natalis Dionysij Dythirambi. Diar. Græc. Inter Atticos natalis Bacchi celebrabatur die 4. Bædromionis, ut videbimus. Hinc in obsequium, articulum indignè sine pudore plaudentium, Ctesilochus Apellis discipulus petulanti picturâ innotuit; Iove Liberum parturiente depictò, mitrato & muliebriter ingemiscente inter obstetricia Dearum: ait Plin. lib. 35. cap. 11. Mater ergo, qui pater, dicitur Dionysij; eò quòd cum dolo Junonis genitrix Semele arsisset, ex igne raptus, femori Iovis in maturum partum affusus fuit, munere matris summo Numine fungente. Fusè tragœdiam describit Ovidius, 3. Metamorph. fab. 3.

*Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
Eripitur patrioque tener (si credere dignum est)*

Insuitur femori, maternaque tempora complet.

Nescio, an hoc intuitu in Hymn. 1. Orpheus vocat Iovem Matrem-Marem. Ubi Iovis maiestas, & aquila & fulmen? Impulit eiusmodi malacia Neronem, ut Imperator Iovem imitaretur prænantem. Ita imago exhibetur Iovis (quàm bene in articulum ara constructa!) apud Chartar. de Imaginib. Deor. pag. 112.

16 Aliter à Pausania, quasi historia promitur fabula. Incole Brasie (ait, cap. 107.) ea sermonibus vulgarent, que neutiquam alijs Græcorum consentunt: Semelen quidem Iovi Liberum-Patrem peperisse: à Cadmo

Feriebatur
qui nomi-
nabat.

Rebus sac-
ris & ne-
cessarijs nō
polluantur
festa.

Iupiter par-
turicus.

Natalis
Dionysij.

Semele ar-
sit.

Ovid.

Iupiter ma-
tripater.

Semele in
arcam in-
clusa, mari
exposita.

verò deprehensam, cum puero recens nato in arcam coniectam, & in mari depositam: eam arcam aestu iactatam, in sinus suos eiecit. Ibi Semelen, quæ iam mortem obierat, à se magnificè sepultam; superstitem puerum educatum. Ideo urbs dicta Brasia ab arca in eam oram electione. Addunt & alia huiusmodi Brasata: Inò profugam in agrum suum venisse, ibi Liberum-Patrem alendum suscepisse: antrum monstrant ubi illa infantem enutrierit; & campum appellant Bacchi hortum. Idem Ovidius, d.

Inò Bacchi nutrix.

Ovid.

Furtim illum primis illam matertera cunis Educat.
Eadem inveniuntur apud Natal. Comit. tam hic, quam 5. *Mytholog.* cap. 13. asserentem & Iovis partum, & Inò nutricem; cuius vocabulum idem ac Fortuna Latinis. Hygin. *fab.* 179. ostendit ludicram scenam; sed plus ludicram ex modo conceptionis Dionysij, ut Semele conciperet, & pater pareret. Dionysius antequàm ex Semele conceptus, iam exciterat Iovis & Proserpinæ filius; sed discriptus fuit à Titanis in pugna Deorum, ut videbitur, *Isagog.* Octobr. n. 18. Unde ut iterùm eius Numen esset, tantaque maiestas non periret; insignem ac singularem modum Iupiter omniscius excogitavit. *Liber Iovis & Proserpina filius à Titanis est disstructus: cuius cor contritum Iupiter Semele dedit in potionem; & ex eo prægnans facta est.* Hygin. *fab.* 167.

Huius conceptio singularis in Semale per Iovem.

Cur dictus Dionysius?

17. Dionysius dictus qui Liber-Pater, seu Bacchus, quia natus taurina forma (unde Sabazius, de quo, 21. *Ianaar.* num. 5.) & cornibus pupugit femur Iovis parturientis. Quid mirum, quòd ingemisceret? Ex huiusmodi articulo etiam dictus *Dythirambus*; quia sæpe Iupiter cum parturire facilè non posset, exclamabat: *Dythiramma*: hoc est, rumpe, solve futuram. Euripid. in *Bacchis* voces Iovis refert:

Euripid.

Cum femori igne ex immortal
Iupiter immortalis arripuit eum:
Ipsa ita locutus est:
Veni à Ditthyrambe, mecum
Masculum hanc uterum veni.

Imago Iovis parturientis.

Thibareni.

Unde bonus Iupiter uti puerpera molliter collocabatur in lectulo, delicatè cibatus, ut levaretur à labore partus. Hoccine embolium ad risum imitabantur Thibareni, de quibus Rhodigin. 18. *cap.* 30. *Si quando pepererint inibi mulieres, viri in lectulis decumbunt, ut puerpera apud nos; illis curiose axoribus præministrantibus.* Ravil. *Textor.* 7. *Officin.* cap. 48. & Mela, 1. *cap.* 19. Hinc Valer. Flaccus, 5. *Argonaut.* à vers. 146.

Ubi deside mitra
Facta ligas, partuque viri foet ipsa soluto.
Adi Tom. 7. *Tantolog.* 6. n. 3. & Herodot. 3. *cap.* 32. & 7. *cap.* 22.

Val. Flacc.

18. In memoriam tanti doloris, ac Dionysij natalis apud Arcades diamastrigosis puellarum instituta: hoc est dira flagellatio. *Dionysij templum in Arcadia fuit, in quo puella ad aram difflagellabantur ad necem; sicut Sparte in ara Orthie Diane, pueri.* Gyrald. *Syntagm.* 17. n. 97. De pueris fuse agendum, 4. *April.* Ut diritatem titulo religionis deaurarent, finxerunt ab Oraculo decretum. *In Arcadia non longè à Stympalo (inquit Rhodigin. 18. cap. 1.) Dionysij fuit templum, cuius festum Scieriam vocant: in quo ex Delphici Apollinis responso, difflagellentur muliere. Quod in pueris, Spartiata etiam in feminas transfulere.* Decerpit è Pausania, qui *cap.* 2. 54. *infit: Ibi extat Liberi-Patris delubrum cum simulacro. Huic anniversarios dies festos agitant in quibus, quo more apud Spartanos ad Orthie aram ephebi, femina flagris caduntur.* Eadem ibi n. 4. *Frideric. Sylburg. Meurf. in Grac. fer. titulo Umbraculi Bacchi (quo etiam utitur Jul. Pollux, 7. cap. 33. n. 4.) festum signat in Posideone, nobis Decembri. Sanè verum, tunc ad Bacchi honorem Epheborum diamastrigosis: modò puellarum: quapropter Pausanias, ut vidimus, meditanter inquit: Anniversarios dies festos. Ibi agemus indicantes flagellationis ordinem & sacerdotis calliditatem; sicut in Sparta, 13. August. Imago eius erat pueri, adolescentis, viri & senis, quod totum ad simulacrum ex symbolis Ægyptiorum.*

Flagellatio puellarum.

Diane Ora thia.

Scieria.

Hic in anno celebrata.

Umbraculi Bacchi.

Huius imago.

19. Innuat Macrobius (quem secutus est Gyrald. *Syntagm.* 8. n. 39.) *In sacris enim hæc religiosi arcani (inquit, 1. Saturnal. cap. 18.) observatio tenetur; ut cum Sol in supero, idest, in diurno hemispherio est, Apollo vocitetur: cum in infero, idest, nocturno; Dionysius, qui est Liber-Pater, habeatur. Ideo Liberi-Patris simulacra partim puerili ætate, partim iuvenili fingunt: præterea barbata specie, senili quoque: uti eius Græci, quem Brissea appellant. Hæc autem ætatum diversitates ad Solem referuntur; ut parvulus videatur byemali solstitio, qualem Ægyptij proferunt ex adyto die certà (quo etiam intuitu & Perse in antro venerabatur. Char. in *Apollin. imagin.* pag. 46. & Lucatius ad illud Seatij, 1. *Thebaid.* v. 719. *Persei sub rupibus antri) quod tunc brevissimo die, veluti parvus & infans videatur. Exinde autem procedentibus augmentis, æquinoctio vermali similiter atque adolescentis adipiscitur**

Solis & Bacchi singularis imago.

Sol in antro.

Hic festus.

vires; figuræque iuvenis ornatur. Postea eius ætas statuitur plenissima effigie barbæ, solstitio æstivo, quo tempore summum sui consequitur augmentum. Exinde per diminutiones veluti senescenti quarta formâ figuratur. Plura de huiusmodi stationibus dicemus, 21. Martij, à n. 2.

20 Offa Orphei detecta, atque translata in Dion montem Macedoniæ, singulari prodigio. Nicander Colophon. in *Thracia*, 2. Interfectus fuit in Bacchijs à feminis, & caput eius proiectum in mare, cum lyra æstu pervenit in Lesbum: membra verò eius, ut à canibus vorarentur iuxta flumen Hebrum sparsa per agros: sed tamen à Musis dicuntur fuisse collecta, & honorificè sepulta. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 14. & Ovid. 11. *Metamorphos.* fab. 1. Prodigia modò effutiantur in honorem huius celeberrimi Magi. *Iuxta Dion columna est; superimposita columnæ (ait Pausan. cap. 302.) lapidea urna: in ea Orphei ossa condita esse incolæ dicunt. Diversum sermonem Larissæ audiui: scilicet, urbem olim in Olympo celebrem, Libethram nomine, fuisse, quâ mons in Macedoniam se immittit. Ab ea urbe non longè Orphei monumentum abesse. Libethrijs olim è Thracia, à Liberi-Patris oraculo responsum allatum; à sui urbem deletum iri, cum primum Orphei ossa Sol aspexisset: de hoc illos oraculo sollicitos esse oportere, se nihil putasse; quod nullam omninò feram, vel tantam, vel tantis præditam viribus existere posse crederent, quæ urbem eiusmodi posset excindere. Atqui ubi Dijs visum est, hæc acciderunt. Pastor quidam meridie recubuit fessus ad Orphei tumulum. Is cum fortè somno se dedisset, in somnijs cepit Orphei versus magna & suavi voce decantare. Ea voce qui proximis locis vel pascebant, vel fortè arabant, commoti; intermisso opere, ad illam dormientis pastoris cantinellam accurrerunt. Ibi cum alter alterum trudentes, dum proximè quisque ad pastorem certant accedere; columnam everterunt: ea ruente, fracta est urna: quo factum ut Orphei ossa Sol aspiceret. Ea deinde qua insecta est nocte, ingenti aqua vi de celo effusa, Sus amnis (unus hic est de Olympi torrentibus) Libethriorum. muros deiecit; sacras & profanas ædes evertit, homines & animalia cuncta, qua intra mœnia, extinxit. Deletis ergo Libethrijs, Macedones, qui Dion tenebant, Orphei ossa translata sibi vindicarunt. Refert eadem Maiolus, 2. *Dier. Cænic.* Colloq. 2. Eo in loco erecta Orphei statua, quæ in expeditione Alexandri adversus Persas, sudavit. *Pier. Valer. lib. 52. cap. 9.* Diximus, 11. *Januar. n. 5.* Habitus sta-*

tux Græcus est: nam nequè vestimentum, neque capitis integumentum, aut quicquam Thracium præ se fert. Ipse arboris trunco acclinis est, lævâ citharam contingit, alterâ salicis frondes. Pausan. cap. 347.

21 Inter Ægyptios recolitur *Ingressus Osfridis in Lunam*. Athanas. Kircher. in *Rota Chronica*, ad Ægyptior. festa die 2. Mensis illis septimi, *Phamenoth* (qui nobis Februarius) incipientis die 25. Idem Plutarch. de *Iside & Osfrid.* Quid sit, diximus die 1. n. 22. Indicabatur per Lunæ illustrationem (quam dicebant Isidem) proximam ex vere telluris fecunditatem. *Ubi verò sacrificatum conveniunt* (inquit Herodotus, 2. num. 18.) *noctu sub dio universi circum domos frequentes lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo lychno, quod tota ardet nocte. Festo nomen impositum est, Accensio lucernarum. Ad hunc conventum, quicumque Ægyptiorum non ierint, observantes sacrificij noctem, & ipsi universi lucernas accendunt: & ita accenduntur lucerna, ut non solum in Sai modò, ubi cætus; sed etiam per universam Ægyptum.*

22 Die 26. Februarij, inter Mexicanos est finis anni. Acosta 6. *Histor.* cap. 2. & Kircher. in *Theatr. Hieroglyph.* cap. 4. Tunc enim sollicitè operabantur, quæ præmissimus, die 1. *Januar. n. 25.* & dicemus die 31. *Decembr.* Etiam apud Amonitas circa annæ finem celebritas Deo nationis proprio, iuxta montem Gebal. Reuclin. Quale numen non signat, sed 3. *Reg. 11. 5.* constat fuisse Moloch, apud Gentes Saturnum; de quo fuscè, 19. *Decembr. à n. 2.* de Idolo, ait Beniamin in *Itinerar.* pag. 35. *Hinc uno itinere Gebal distat, altera illa, qua filiorum Amon terminus fuit. Repertus est illic locus templi antiqui filiorum Amon, in eoque idolum illorum; sella qua solium dicitur, insidens. Simulacrum autem ex lapide est, auro obductum: utrinque verò duo scæmnea simulacra etiã sedentia: ante ipsum verò ara, in qua Amonitarum tempore sacrificia & suffitus fiebant. An ab Amonis filijs, inter Ægyptios dictus Iupiter Ammon, nescio: de illo die 30. à n. 17. & 21. *Mart. à n. 1.**

23 Eodem die, uti refert Callisthen. in *Alexandr. histor.* venerantur Indi in Colle sapientium Minervam Poliadem, Apollinem Delium, & Bacchum; in quorum templi ambitu sunt gemina dolia: unum imbrium, alterum ventorum. Is quidem quid dicitur esse imbrium, ubi nimia siccitate India premitur, si fuerit apertus; nebulas emittit, quæ universam terram humectant: si verò nimia fuerit pluvia; idem oclusus im-

Osfridus
gressus in
Lunam.

Forma ur-
na in colu-
mnæ collocata.

Oraculo Lib-
eri-Patris
de Urbe Li-
bethra.

Stropha de
Orphei ossi-
bus.

Statua ei in
monumento
erecta.

Eius imago

Osfridis
gressus in
Lunam.

Accensio lu-
cernarum, &
Ægypti il-
luminatio.

Finis anni
apud Mexi-
canos.

Idoli Amon-
itarum imago

Dolia vent-
& pluviae.

imbres cohibet. Alterum autem qui ventorum esse dicitur, idem facit quod utres Æoli facere perhibentur. Adaperto enim dolio, ventus regionem perflat; unde & salubritas in terra gignitur. Eadem in *Indiis*, apud Ctesiam, & Philostrat. 3. de *Vita Apollon.* cap. 3. qui addit: *Magos Indorum in colle Sapientium creditur medium Indiæ colere; eorumque tumulum, quasi umbilicum esse. Unde ab eodem sacrum ignem capiunt, quem sese à Solis radijs accepisse gloriantur; atque ob eius rei memoriam, hymnum iugiter ad meridiem usque decantant.* Qua de causa ipse Apollonius, apud eundem, cap. 4. dixit: *Vidi Indios Brachmanes in terra habitantes & non in terra.* Vah! Causam signat ibidem, sophericè.

Sacer ignis.

Flaminis ostus in luxuriam.

24 Embolium cuiusdam Flaminis Saturnalis hac die patuit in eius mortem. *Rufin. Histor. Eccles. lib. 2.* Hic Alexandria in templo Saturni, quasi ex ore Dei poscebat uxores civium speciosiores: & ne fucus cognosceretur, in vacuum penetrabile consentientibus viris, inducebat fœminas, & clavem, cum in omnium conspectu conclave obferasset, tradebat coniugibus. Post nocte concubiâ per cuniculos intra simulacrum Saturni concavum, & parieti intimè annexum, cum electa è simulacro loquebatur. Deinde artificio quodam lucernis extinctis ad illam quasi Numen descendebat. Idem contigisse in templo Isis Romæ imperante Tiberio, diximus, 7. *Januar.* n. 19.

Victima Israhelitarum cur dicuntur abominaciones Ægyptiorum?

Antilogia duplex.

Expugnatur Ierusalem, qua in parte plana.

DIES XXVII. FEBRUAR.

III. K.

1 **G** Rad. 7. Solis in *Piscibus*, in quo iuxta Ptol. *Malus Argos totus occidit vesperè.* Egimus d. 18. Sub hoc nati terrâ vel mari lacerabuntur à bestijs. *Firmic. Extremum ala sinistra Virginis vesperè aritur.* *Iunet. K. A. Vir manu nolam habens.* *Sphar. Arab. Mors Seth in fine anni præfinitur à Torniello in Tabul. Ann. 1042.* Vide 15. *Iul.* n. 1. Plaga quarta ob proterviam Pharaonis Ægypto immittitur, muscarum scilicèt, quæ alis striderent, proboscide pungerent, & contactu cuncta conspurcarent. *Perer. in 7. Exod. disput. 12. n. 69.* Muscam caninam, quæ dicitur *Gynomia*, aut *Gynomija*, emissam dicitur *Psal. 77. 45. & 104. 31. & Histor. Scholast. cap. 18.* Varias & multiformes bestiolarum species, quarum veneno infecti, plurimi extinguebantur; dicit Ioseph. 2. *Antiq. cap. 5.* à sacro textu *Musca gravissima.* *Exod. 8. à 24.* Hac plagâ concessit Pharao Hebræis, sacrificium,

Scababit.

Quarta Ægypto plaga.

sed in Ægypto: cui Moyse respondit: *Abominaciones Ægyptiorum immolabimus Domino:* Idest, idola, quorum sacrificium abominabile Ægyptijs est; qua de causa, si viderint, lapidibus obruent nos expeditionis huiuscemodi duces. Pro Numinibus enim Ægyptij habebant quicquid gratum Domino in sacrificia: taurum colebant nomine Apis, vaccam pro Iside, arietem pro Amnone, hircum pro Pane, columbam pro Venere; & sic alia, de quibus nos usquequaque.

2 Postquam tanquam à subditis intus receptus mutilus Adoni-Bezec, quod intenderunt filij Iudâ, ut facilius Ierusalem cederent cives, furiosè resisterunt. Verùm tenaciores hostes illam expugnarunt, igni tradiderunt, cunctosque cives percusserunt in ore gladij. Eodem tempore, quia ad tribum pertinebat pars civitatis; idem fecerunt Beniaminitæ. *Iudic. 1. 21.* ex quo oritur Antilogia duplex. Prima, quare Ierusalem dicitur fortis Iudæ, & simul sortis Beniamin? Quam quidem diluimus in nostris Tautologijs, asserentes civitatem sanctam esse in confinio utriusque tribus: Iudæ ex latere meridiano. *Iosue 15. 8.* Benjamin, ex Aquilonari; ut patet *ibid. 18. 28.* Aliter exponit non incongruè *Torniell. An. 1594. n. 9.* Beniaminitas non ausos delere Iebusæum de Ierusalem, vocasseque socios ex tribu Iuda, qui simul opugnauerunt civitatem, sed inferiorem; minimè superiorem, scilicèt arcem in monte Sion, quæ inaccessibilis, ac inexpugnabilis, usque ad Davidis tempora; ut dicemus 25. *Maij.* n. 2. Refert Ioseph. lib. 5. *Antiq. cap. 2. Hierosolyma sunt adorti, & captâ inferiore eius parte, omnes habitatores contrucidarunt: at superior, naturâ loci & munitionibus est defensâ.* Per hoc constat expositio secundæ Antilogiæ: scilicèt quomodo filijs Iuda vastantibus urbem; de illis dicitur Iosue, 15. 63. *Iebusæum habitatorem Ierusalem, non potuerunt filij Iuda delere: habitavitque Iebusæus cum filijs Iuda in Ierusalem usque in presentem diem.* Videlicèt, in Monte Sion, quia pars plana civitatis iam expugnata, & extra ditionem Iebusæi.

3 Ab huiusmodi expugnatione decursis annis 73. cum post triduum comitorum consilium Roboam expectaretur ab universo Israhel (uti diximus die 24. n. 4.) nec ad placitum, nec ad iustum Rex responderet, uti stultus, & insolentiâ Solij motus, & consilio adolescentium sine iudicio nec experientia tractus; maximè instantia cuiusdam Adura, præpositi fisci, ut dicunt hîc Hebræi

Roboam imprudens amittit decem tribus Israhel in regem.

in

in *Tradition. Paralip.* Irata decem tribus recesserunt à familia David, conantes eligere sibi Regem: ad spiritusque prævaricantium compescendos missus regià potestate præfatus Adura, à cunctis astantibus lapidatus, præmium consilij male concocti nece recepit. Audita huius morte, ut in gremium præfatum milite valido reducere posset fugitivum Israël, fugit præceps in Ierusalem facti impenitens Roboamus, cupiens motus sopire militia, quos expediret prudentia. Unde filij Israël, simulato recessu in propria, die crastino in ipsa Sichem super decem tribus Regem constituerunt Ieroboam, à quo & ex quo regnum Israël, usque in Babylonicam captivitatem. 3. Reg. 12. à 19. Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 3. *Iudæ quidem* (ait) *ac Benjamin tribus communibus suffragijs Regem Roboam eligunt: reliqua verò multitudo ex illo die alienata à progenie Davidis, Ieroboamo imperium detulit.*

4 Ab hacine Roboami stultitia transfactis, 413. annis, qui ab anno 18. ætatis usque in 55. rot digna & indigna sub Nabucho Magno passus Iechonias, sine libertate, & multis annis in vinculis; hac die ingrediente in regnum Babylonicum Evilmerodach (qui die 25. concessit fractis vinculis libertatem) contulit exaltationem. 4. Reg. 25. 27. Amicè illum allocutus est Rex, exutumque vestes fordidas induit decoris veste, thronum indulfit, & super alios Reges, nimirum Tyri, Ammon, Moab, Seir, Cedar & Elam, de quibus *Ierem.* 49. quos quidem vel secum habuit pompæ fastusque ostentatione Nabuchus; vel ut cogitat Sanctius hic n. 22. in carcere sicut habuit Iechoniam: verum Evilmerodach cunctos è vinculis eduxit conferens libertatem, auctoritatemque regiam, ita ut Babylone in ampliorem Imperij Principis maiestatis expressionem, thronos haberent, idest, sedem in palatio; sed Iechoniam ita extulit, quod sedem præstantiorem in aula constituisset. hoc est, quod v. 32. dicitur: *Posuit thronum eius super thronos Regum, qui erant post se in Babylone.* Q. d. Erat primus à Rege. A Benjamin in *Itinerar.* pag. 72. dicitur, Iechoniam recessisse in Cobar, ubi floruerat Ezechiel, eiusque sepulchrum & erexisse & ornasse. Adj. 10. *Mart.* n. 10.

5 Ut magis præstaret ex contracta familiaritate gratia, Regis amici fit individuus convivæ, quin oblivisceretur Evilmerodach providere familiaritatis atque amici domus: igitur signavit unde quotidianus victus universis abundè ministraretur. *Hierosolymorum Regem* (infit Ioseph. 10. *Antiq.*

cap. 12.) *Abilamarodachus è vinculis dimisit, & inter necessarios amicos habuit multis muneribus donatum, & apud Babylonem Regiæ suæ præfectum.* Huiusmodi exaltatio nimis celebrata fuit ab Hebræis captivis, quapropter extunc ab illis vocatus fuit Neri. *Evilmerodach eductum Iochim de carcere in honore habuit, eumque populus Neri cognominavit; quod lucerna David, que timebatur extincta, illuxerit; & mizmor* (idest, psalmus) 88. *editus est ad gratiarum actionem, atque consolationem gentis, & celerem missionem Messia. Mox liberato Neri, datus est à Deo filius Mesezebel, cognomento Salathiel, qui anno 17. ante solutionem captivitatis genuit Barachiam, qui anno 17. soluta captivitatis, Dux fuit populi, & ab eo ductu dictus est Zorobabel.* Ita Philo in *Breviar. de Temporib.* lib. 2. & Adrichom. in *Chronic. Ann.* 3400. Sicut modò dictus Psalmus, *Misericordias Domini, &c.* ita ubi Iechonias vincus anno 31. transfmigrationis (dum egressus contra Ægyptum, Nabuchus, uti diximus, 27. *Ianuar.* n. 4.) usque in 37. quo à filio honoratus, totis illis sex annis, quibus iniuste in carceribus; decantatus est Psalm. 87. *Domine Deus salutis meæ, &c.* Annius Viterb. in loc. cit. *Philon.* Illicò ac exaltatus fuit Iechonias, reliquique Reges ab Evilmerodach libertate, præfcoque honore donati; quia ille relictus in latumijs ac in vinculis geminà cæcitate, Sedecias præmœre obiit. *Ab eo temporis articulo interiit: Seder-Olam, cap. 8. Vide 17. Decembr.* n. 7.

6 Alcimus, qui nisi morte Machabæi vivere nequibat, videns (ut relatum die 5. n. 5.) extra Ierusalem exire tutò non valere, quippe viribus impar; decrevit post stragem in suos à Iuda factam, confugere ad auxilia, & protectionem Regis Demetrii, qui illum pridem Summum Pontificem constituerat; ut in collato munere persistere posset. Profectus igitur secretò Antiochiam, inflammabat Regis pectus adversus Machabæum, exponens plurimas ab eo passas iniurias & ludibria: pluraque passurum, nisi maturè illuc misso exercitu, vir audax & facinorosus pœnas debitas lueret. *Nam quandiu superest Iudæa (ait) impossibile est, pacem esse negotijs.* Rauclm. ex 1. *Mach.* 7. à 25. & lib. 2. cap. 14. à 10. & Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 16.

7 Quò non perveniet malignitas, & in iram provocata maiestas? Demetrius statim Nicanorem, Præfectum elephantorum misit in Iudæam, qui unus erat ex Principibus suis nobilioribus, sociusque è Roma fugæ ad

Extunc vocatus ab Hebræis Neri, & quare?

Mors Sedecias.

Alcimus denudò vadit ad Regem.

Nicanor venit in Iudæam.

Iechonias exaltatur ab Evilmerodach, & quibus bonoribus?

Reges dincti à Nabucho solvit Evilmerodach.

Iechonias sic præfectus Ale Regis Babyloniæ.

ad regnum, ut alibi diximus ex Iosepho, d. cap. 17. cui præcepit Demetrius, ut Machabzum caperet, focios dispergeret, & Alcimum maximi templi summum Sacerdotem constitueret. Quare cum magno exercitu, comite Alcimo venit Nicanor in Ierusalem, ut iussa Demetrii opere compleret; cuius copijs in Iudæa ex impijs & factiosis aggregata est valida manus. Machabæus cum suis, audito Nicanoris adventu confugit ad Dominum, pulvere conspersus caput: interimque misit in Castrum Deslau, fratrem suum Simonem, ut exploraret, quid ab hoste ita potente ageretur. Ibid. quo supra. Vide 29. diem, n. 5.

Christi ge-
næ

8 Christi ann. 33. cum iret in Ierusalem, multa differuit ad eius sequelam & mundi fugam: & ad eum multi publicani & peccatores accesserunt; de quorum convictu Iudæi scandalizati sunt: tuncque Christus exposuit eis parabolam dracmæ & ovis perditæ: etiam discipulis parabolam villicis Pharisæis, non esse licitum repudium excepta fornicatione femine, quia non licet separare, quos Deos coniunxit. Turbis parabolam vel historiam epulonis & Lazari, Castell. Plura alia signantur ab Alva & Calixt. Placentin. sed lubenter.

Sacra Mar-
tiæ

9 Romæ dies festivus propter Equiria. K. Rom. Gyrard. Reufnerus, & Rosin. De his Fest. Pomp. lib. 6. n. 35. Equiria, Iudi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum; qui in Campo Martio exercebantur. Nonnulli arbitrati sunt, Equiria dicta à pugna equitum Aruntis Tarquinij, & Iunij Bruti, qui mutuis vulneribus victi ac victores ibi occubuerunt; de quo postridie, n. 13. & Plutarch. in Poplicol. Sed falluntur: eiusmodi festa fuerunt instituta à Romulo. Equiria (ait M. Varto, 4. de Lingua Latin.) ab equorum cursu, eo enim die currunt in Campo Martio. Romuli propositum certaminis fuit exercitium; ut Romani in articulis, prælijque conflictu discerent ex ludicris, ad fugam & adorsum modos, instructis equis, exquisita peritia utilissimæ artis; quod pluribus nationibus dabatur gloriæ, eò quod ibi sedebat virtus volitantis fortunæ: siccinne inter Græcos, Indos & Persas, maximi ducebatur honoris. Homer. 8. Odyss. à v. 104. Athen. 14. n. 12. & Lucian. de Saltation. Cum exercere præludia artis castrensis cogeretur; ut Princeps artem concinentibus disceret tubis: & histrionicis gestibus delectabatur. Ammian. Marcellin. lib. 16. & 18. & Fest. lib. 2. n. 4. Bellicrepsam (inquit) saltationem dicebant, quando cum armis saltabant: quod à Romulo institutum est; ne si-

Tom. I. Ephemer,

mile paterentur, quod fecerat ipse, quum à ludis, Sabinorum virgines rapuit. Hæc dicebantur Equiria priora. Videtis dicta 29. Equiria Ianuar. à n. 10. Alia in Equirijs posterioribus, 14. Martij, n. 18.

10 Ne sine aliqua superstitione inter Ethnicos vel Iudicra fierent; à Romulo Equiria instituta dicuntur in honorem Martis, in prælij equitis, quia mensis ei dicatus, nimirum, Martius, in proximo erat: cui ita certamen placebat uti truci, bellicoso; quòd ad solemne spectaculum avidè descenderet è cælo. Canit Ovid. 2. Fastor. à v. 867.

Mars in ca-
descendebat
è cælo.

Iamque duæ restant noctes de mense secundo;
Marsque citos iunctis curribus arget equos.
Ex vero positum permanfit Equiria nomen,
Quæ Deus in Campo perspicit ipse suo.
Iurè venis Grædiæ: locum tua tempora pos-
sunt,

Ovid.

Signatusque tuo nomine mensis adest.
Constantius hic exponit: Iurè ad Equiria descendis è cælo, & ades ludis, qui tibi à Romanis celebrantur; cum & adesse te oporteat mensi, qui à te nomen accepit, & nunc est Februario successurus. In Campo Martio Equiria celebrabantur, in quo post aula Tarquinij Superbi; quæ à populo oppresso in eius expulsionem, solo æquata, totusque situs ritè à Pontificibus in honorem Romuli Marti dicatus; ut in Poplicol. refert Plutarch.

Aula Tar-
quinij dirna
ta.

11 Etiam hic dies Romanis fastus, quia ann. V.C. 434. per L. Papyrium deletum dedecus quod Romani anno antecedenti contraxerant. Ad Furcas Caudinas per Samnites gravem cladem acceperant, cum turpissima ignominia coniunctam. Hos itaque cum duobus Cofs. T. Veturio, & Spurio Posthumio, Samnitium imperator Pontius traxit in fatalem insidiarum angiportum, ubi nullum effugium prope vicum Caudinum. Illo in articulo Herennium patrem suum consuluit Pontius, quid facto opus esset? Cui respondit: Aut omnes uti hostes neci tradendos; aut incolumes dimittendos, uti amicos. Neutrum fecit filius, sed omnes exarmatos & seminudos in probrum sub iugum misit, confectum tribus lanceis, seu hastis, quarum una duobus superposita instar portæ; per quam transire Romani coacti. Hanc conditionem estò iniquam, ac insolentià decretam, legatus exercitus L. Lentulus admittendam putavit; ut servaret exercitum qui possit armis ab hostibus evertere in præsens concessum triūphum. Pleni dedecore redierunt Romani illæsi, primò Capuam, deinde Urbem, sed la-

Dedecus Ro-
manorum in
fureis Cau-
dinis.

Quid fur-
ca militaris,
seu iugum?

tebras quærentes præ pudore. Tunc à Senatu iussu Cofs. Dictatorem eligere, qui comitijs præset, quandiu Roma cogitabat, qua arte possit contracta aboleri propudiosa sensibilis ignominia. Inter sententias Senatorum valuit Spurius Posthumij, qui interrogatus, respondit; pacem cum Samnitibus servandam esse, cum Cofs. traditione, qui pacem sicine pepigerant. Placuit sententia Senatui. Unde ille, eiusque collega, auctores pacis Caudinæ & Sponsores, victi Samnitibus traditi per Feciales: qui tamen generose eos solutos remiserunt in Romana castra. Latè refert Tit. Liv. lib. 9. à sect. 21.

12 Electi ergo tunc proximis comitijs in Cofs. Q. Publius Philo, & L. Papyrius Cursor, omni exceptione dignissimi propter egregia facta, in quibus Romanæ spes; & ipsi præclare responderunt expectationi. Philo Samnites primò vicit, qui præcipiti fugâ recesserunt in Luceriam; quam Papyrius continuò obsedit, in qua servabantur equites sexcenti foederis ad Caudium obsides. Ibi acriter pugnatum est, denuòque Samnites victi, captisque castris in omnes fatis scivitum. Verùm Papyrius inhibuit cædem captâ urbe, ne desperatione perciti cives, obsides Romanos iugularent. Hostes ergo se dederunt, remittentes equites. Post deditiōnem nullus Samnitium percussus; sed ex eis, ut cognoscerent ignominiam factam Romanis ad Furcas Caudinas, iussu Papyrii hostium septem milliâ sub iugum missa sunt: primusque Pontius, qui exercuerat dedecus. Romani Papyrium denuò Consullem crearunt, quo in munere vires fregit Samnitium, ad quos defecerant sacrificani, illorum admittentes præsidium. Sacrificanos Cursor solo aspectu terruit, vix ad muros exercitu admoto; à quæis scivit, qua noctis horâ Samnitium præsidium ab urbe excederet, quod penitus delevit, insidijs instructis: Sacrificanis ademit arma, urbiq; imponens præsidium, finito Consulatus tempore, positus est triumpho; ut diximus, die 13. num. 22. Reusner. signat, 23. August. at fuit triumphus duplex de Sacrificanis & Samnitibus. De his signatur dies à Goltz. in *Fastis*, fol. 64. de illis sine die duntaxat signatur triumphus. Ibid. pag. 81. Ante pugnam Iovi Victori promisit, si hostium legiones fudebat, pocillum mulsi, antequam temetum biberet. Plin. lib. 14. cap. 13. Ille gestis præclaris semper floruit gloriose, quapropter dictus Alexander Magnus. Tit. Liv. d.

13 Hac etiam die in Rom. V. K. signatur Reusner. simul cum Equirijs Ludos Apollinæres (sicut in *Kalend. Pontific. Rom. Tau-*

riilia in multis locis, & diem ultimum bubalorum, respiciens ad carnis-privium; unde addit: *Personati vagantur: & die seq. Ebrietas sampanis & cornibus triumphas*) at melatet causa assignationis, quippe inter Romanos celebrati 7. April. & 6. Iulij, ut videbimus. Idem iudicium congruit his ludis Apollini, ac fecimus 30. *Januarij*, n. 5.

14 Ann. V. C. 624. accidit nex P. Licinij Crassi. Salas in *Parerg.* Refert tragediam Livius in *Epitom.* lib. 59. *Aristonicus Regis Eumenis filius* (inquit) *Asiam occupavit, cum testamento Attali Regis legata populo Romano, libera esse deberent. Adversus eum P. Licinius Crassus Consul, cum idem Pontifex Maximus esset, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, victus & interemptus est.* Causam promittit Salian. & Briet. anno præfato. *Andronicus, sibi subiunctis multis Romanorum Urbibus socijs, se Regem Pergami dixit. Adversus eum missus est P. Licinius Crassus Consul, qui sollicitior prædæ, quam militia, dum inordinatè pugnat, victus est, & prope captus. Virgam qua regebat equum, in oculum Thracis, cum comprehendere volentis, impegit: Barbarus dolorem suum ulciscens Crassi latus gladio hausit. Sic obiit vir, sui temporis ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iuriconsultissimus, ac Pontifex Maximus; & vitam illustrem avaritiâ perdidit; captusque, oraculum gentis Romanæ, Barbarus ad ludibrium secuit.* De huius instrumentis præclaris, Plin. 13. cap. 3-17. 1- & 30. I. Etiam 3. Kalend. Mart. à L. Corn. Scipione Augure in honorem Magnæ-Marris & Athys, qui sub pino erat, sicut illa in pilento factum *Taurobolium*, seu *Creobolium*; ut asserit Georg. Hervart. in *Hieroglyph. Theaur.* figur. 47. 48. & 49. diversis imaginibus. Etiam Iacob. Boyssard. in p. 5. *Topograph. Romæ*, pag. 33. & Ianus Gruter. in *Inscriptionib.* p. 28. n. 3. Illustrabatur titulo *Idææ Palatine*, & in signum, quasi historiz aut fabule index, vel hieroglyphicum, pinus exhibita suspensis in eâ fistulis, tympanis, infraque iacebat leo hominis facie, lituus in cuius extremitate pileus. Totum significabat Sacra Tauroborum, seu arietum victimis, quæ dicta *Taurilia*, *Taurobolia*, seu *Creobolia*. Alia imago 31. Mart. n. 3.

15 Die 7. Munychionis inter Atticos (nobis Februarij 27.) à Thebis profugit obcreatus à se Oedipus; quia cognovit quinquanam & qualis esset. Phanodemus, *Rerum Attic.* lib. 5. Fuit filius Laij, qui Thebarum. Bœotiz Rex post Zethum & Amphionem. Ductâ Iocasta, Creontis filia, consuluit Delphi-

Romani sub iugum miserunt eos, qui illos pridem miserant.

Triumphus Papyrii Cursoris.

Dicitur Alexander Magnus.

Ludi Apollinæres.

P. Licinius Crassus traditur.

Idææ Palatine.

phicum oraculum, à quo illi dictum, ne uxori accederet, quippe futurum, quod à prole trucidaretur, & tota domus, quanvis regia, periret; ut accidit. Natus est Oedipus: paterque oraculi memor exponi iussit, transfixis ferro pedibus; unde post Oedipus dictus. Hunc Peribœa Polybi Regis Corinthi uxor, cum reperisset; expositum sustulit, & pro suo educavit, quippe filijs carebat. Ille cum ad puberem aetatem pervenisset, etsi ægris pedibus fortissimus evasit: cui Ephebi per invidiam solebant dicere, non esse filium Regis Polybi, sed supposititium arte Peribœæ; à qua nunquam verum scire potuit. Profectus autem Delphos est, ut de veris parentibus Apollinem sciscitaretur (sed eodem tempore, quo Laius illuc etiam tendit, ut sciret de prodigio mortis illi inferendæ de nati manu, cum nullum haberet) Apollo Oedipo edixit, ne Thebas ireret, quippe suo patri eadem profectò illaturus, ac ducturus matrem. Tunc à via devians per Phocidem iter agens, invenit Laium curru euntem angustâ viâ, à qua declinare iussus, noluit. Laius uti Rex Oedipi inurbanitate percitus, equos in eum simulans, rotâ pedem eius oppressit. Tunc ergo iratus Oedipus, inscius patrem suum de curru detrahit, simulque obruncans occidit: cuius cadavere sepulto, Creon Thebis regnavit, quod Oedipus absque ulla formidine parricidij processit. Hygin. à *Fabul.* 66. Natal. Comes, 9. *Mytholog.* cap. 18. Diodor. Sicul. 4. n. 185. Palephat. de *Non credendis fabul.* n. 7. & Pausan. cap. 301. Rhodiginus verò, 21. cap. 21. asserit Thebis iuxta monumentum Herculis (de quo 22. *Iulij*) fuisse fontem, nomine Oedipodiam, quo purificatus Oedipus à cræde.

16 Ut Creon in regnum ingressus, quoddam monstrum grassabatur in Thebanos, nomine *Sphinx*, Echidnæ & Typhonis filia, illuc emissâ à Iunone. Solinus, cap. 30. *Inter Simias (ait) habentur & Spingēs, villosa comis, mammis prominulis ac profundis, dociles ad feritatis oblivionem. Sunt & quas vocant Satyros, facie admodum gratâ gesticulatis motibus inquietæ.* Idem Plin. 8. cap. 21. & 10. cap. 72. *Sphinxes* (subdit Diodor. Sicul. d. n. 117.) *emissunt, formâ non absimiles bis, quæ arte pictorum exhibentur, nisi quod hirsutie tantummodò differunt. Placidi illis sunt animi & versuti; artisque quæ compendio tradi potest admodum capaces.* Pier. Valerian. lib. 6. cap. 11. etiam sententij superioribus astipulatur, subdens: *Albertus quoque inter Simiarum genera Spingem agnoscit, insignem duabus in ma-*
Tom. I. Ephebi,

cella maculis nigricantibus; caudâ coloris itidem subnigri & longâ. Harum ego unam Verona cum essem, vidî: mammis illis & glabris & candidis, à pectore propendentibus. Circumducebat illam circulator quidam, ex ignotis antea insulis recens advectam. Ipsa verò Sphinx toto erat pectore glabello, facie & auribus, humanis propioribus, dorso bispidio supramodum fusco, & oblongo admodum pilo, eoque densissimo. Rector levum brachium, quo catenam, cui erat alligata, regebat; ferrea machinâ obarmatum habebat: dextrâ baculum gerebat; quem in faciem animalis identidem pratendens, bipedem secum ambulare, & loco etiam saltare, interdum & ogganire faciebat: multamque hinc pecuniam à spectatoribus aucupabatur. Plura congerit Georg. Draud. in *Solin.* loc. cit. & Claud. Minos in *Alciat.* Embl. 187.

17 Altior sensus in fictione horum animalium apud Ægyptios tam anagogicè, quam mythologicè. Ideo Ægyptij quoque in sacris ponunt *Sphingas*; utpotè quod de Deo oratio sit enigmatica & obscura. Fera enim simul & hominis imaginem *Sphinx* significat. Fortè quod Deum oporteat amare & timere, amare quidem, ut sanctis benignum & propitium: timere autem, ut qui sit impijs iustus inexorabiliter. Clemens Alexandr. 5. *Stromat.* cap. 3. ibique Gentianus subdit: *Sphinx erat monstrum facie muliebri, habens pedes & caudam leonis, pennas volucris. Hoc monstrum transcuntibus proponebat enigmata, è monte precipitandos, ni solvissent. Quoniam hoc monstrum proponebat enigmata; id ab Ægyptijs adhibebatur in sacris. Significabant autem obscurum esse & enigmaticum, quod de Deo dicitur.* Has enim imagines polymorphas, multarum variarumque, scilicet, formarum, in crepidine aut coronide delubrorum collocabant Ægyptij, veluti ideales conceptus (iuxta placitum Aristotelis in *Theologia mystic.* 14. cap. 14. sequentis Platonem) ut sapientes in adytis sacris non iam humani discursus, sed mentium, ab omni materia abstractarum, suprema mundi contemplantur. Ita enim videntur in *Bembina Tabul.* *Sphinxes* faciebus pulchris, humeris ornatis alis. *Facies quidem* (inquit Clemens, d.) *symbolum est animæ intellectualis: ala autem sunt ministeria & operationes sublimes dextrarum simul & sinistrarum potestatum.* Idem Plato in *Phedro*, Plutarch. in *Platom.* 99. Plotin. lib. 8. cap. 5. Iamblic. de *Myster. Ægyptior.* imò Zoroaster in *Oraculis.* Intellectum divinum sub caligine latentem, inventu difficilem, virtute ineffa-

Quorum figura Sphinxes apud Ægyptios?

Expositum Oedipus.

Patrem occidit.

Bius fons.

Sphinx Thebana.

Canditio Sphinxis forma.

bilem, innuit lib. 4. de *Astin.* Porphyrius. *Penna vero natura in capite consistentis* (infit) *notat Deum difficilem inuentu esse, & occultum.* Non secus imago Mentis iuxta Hervvart. in fronte *Theaur. Hieroglyphic.* & Kircher. in *Obelisc. Pampbil.* lib. 4. *Idear. Hierogramm.* 11. de quo dicemus, 28. *August.* in imagine Harpocratis. *Enigmata Sphingum* ita exponuntur à Proclo. *Per hæc declaraverunt veteres Mystra* (ait in *Parmenidem*, *Commentar.* 3.) *ubi sit Idearum bypostasis, & quis sit Deus; qui fontem ipsarum unum illum contineat, & quomodo ex hoc fonte prodijt multitudo: & simul quomodo mundus factus est secundum eas, & quod omnium motrices sunt, & intellectuales per essentiam & quod per proprietates sint omnifariam.* De Symbolis, Ægyptij fecerunt Numina, vel arte astuque sacerdotum fuerunt credita; uti visum in Sphinge Memphitica, de qua Plin. 36. *cap.* 12. & nos 9. *August.* qua de causa expositioni parco.

18. Sphinx quoad mythologiam delicatur à Palephato & Natal. Comit. ubi supra: & eruditè à Kirchero, *Tom.* 3. *Oedip. Copti*, tot Syntagmat. 15. ubi fuse de Niloticis Sphingibus. *Ægyptiorum, qui animantes etiam earumque partes ad mundum & naturam referunt* (inquit Ælian. 12. de *Animal. histor.* *cap.* 7.) *rationem estimatione dignandam ducimus. Sphingem quoque Ægyptij qui sculpturam exercent, & Thebæne fabule, duplici natura conformantes; biformentem nobis conantur representare, ipsam ex corpore Virginis & Leonis cum gravitate compositam architectantes.* Hoc non aliud signat, nisi inundationem Nili, quæ incipit in Signo Leonis, quousque Sol Virginis pertranseat Signum; uti dicemus, 1. *Iulij*, n. 9. Unde Ægyptij ex Virgine & Leone formarunt monstra Sphingum, quæ erant propriæ statuz Nilo consecratæ, ventre incumbentes; quibus stationem inundantis Nili repræsentabant. Singulari formâ exhibit Sphingem inter plures alias, Kircher, d. *cap.* 1. Exponitur Sphinx aligera, mammis turgida, super duos leones taurum dilacerantes. *Certè per Sphingem* (infit) *nihil aliud nisi Genius, Nili inundationis præses, designatur. Per Leones, Astrum illud, quod cum subit Sol, Nili incrementum incipit. Per taurum terra, quæ à Leone Mophtæo veluti absorbetur.* Hac de causa quasi famulæ ad pedes datæ sunt Sphingum imagines Magnæ-Matri (quæ Terra) aquarum fluore in feracitatem fecundata. Claret ex Georg. Hervvart, in *Hieroglyph. Theatr.* figur. 58.

& 59. & *Typograph. Rom.* 5. p. pag. 33.

19. Alia forma Sphingis Thebæne. Hæc virginis facie & pectore fuisse proditur: pedes & caudam habuisse leonis, pennas autem volucris. Apollodor. 3. *Biblioth.* n. 9. sed Clearchus addit cum Natal. Comit. d. *Caput & manus puella, corpus canis, vocem hominis, caudam draconis, leonis ungues, alas avis illam habuisse scribit. Hæc Sphinx singulis hominibus prætereuntibus obscura sanè enigmata proponebat, quæ capiebat à Musis: atque quicumque illa solvere nequiffisset; is unguibus Sphingis laniabatur. At illi fato erat statutum, tunc moriendum, cum quis propositum enigma solviffisset.* Suffragatur opinioni Luctatius Planiad. in Statij 1. *Thebaid.* v. 66. *Sphinx* (inquit) *monstrum erat, alas & ungues habens instar Harpyiarum: quod insidens in scopulo viae imminenti, insolubilia enigmata transeuntibus proponebat: quæ cum solvere non possent; ex improvviso veniens, alis & unguibus ad se in rupem traherat.* Hoc monstrum hinc inde in arvis Thebarum vagabatur, hominum obviorem pestis & luës, regnante Creonte: qui ut cives liberaret; per totam Græciam edixit, quod si quis carmen Sphingæ solviffisset, regnum se & locastam forem; quæ Laij fuerat uxor, in coniugium daturum. Tunc Oedipus venit, & ope ac ductu Minervæ, ænigma de animali bipede tripede & quadrupede, diluit: quo exposito Sphinx è rupe se præcipitem dedit. Tunc Oedipus & regnum suscepit, & matrem inscius duxit uxorem. Hygin. *Fabul.* 67.

20. Inde orta pestilentia; quasi tot horribilia ferre nequiret humus. Alij dicunt famem urentem & summam frugum sterilitatem: interrogatusque Tiresias, *Quid ita Thebæ vexarentur?* respondit: *Si quis ex Draconteo genere superesset, & pro patria interiffisset; pestilentia liberaturus: tuncque Menceceus (non filius Creontis, de quo, 9. *Januar.* n. 13. sed pater Locastæ) ut liberaret cives, sese præcipitavit è muris. Dum hæc Thebis aguntur, Oedipus Corinthum peragravit, audita Polibi morte, in cuius regnum uti filius succedere conabatur; sed Peribœa illum de expositione docuit, teste qui exposuit, sene. Apollodor. d. Aliter refert Pausanias, *cap.* 301. omnia scilicet Oedipum cognoviffisse à Sphinge (in fabulis minime consequentiæ filium servatur; potissimè modò diversus sit artifex) ad quam quodam somnio deductus. Ea fingitur fuisse Laij filia notha, sed prudens & perspicax; cui pater dono dedit Oraculum, quod Delphis Cadmus acceperat. Unde cum de regno esset*

Sphinx Mæphtica.

Cur facie virginis, & corpore leonis.

Cum Magnæ-Matri.

Forma Sphingis Thebæne.

Quale eius enigma.

Oedipus ducit matrem.

Menceceus de notha.

Sphinx Laij filia.

*Oedipus se
excacat
exulat.*

esset controversia, ad Sphingem consulendi causa etiam finitimi ventitabant. Alia cogitat. Seneca Tragicus in *Oedipo*. Ut quae antea latuerant in lucem sunt prodita; Oedipus ex veste matris fibulas detrahens, se luminibus privavit, pavens ad scelera quae fecerat (Iocasta laqueo sibi collum fregit) execratusque filios, Thebas reliquit, ac profugit Atticam terram vicum, nomine Colonus cum Antigone filia; ubi lucus Enmenidum, ibique sedit, uti accipit Sophocles duabus *Tragediis*. Pausan. cap. 30. dicit pervenisse in Equestrem collem, quo *Timonis* eminet turris: illius nempe qui solus novit, felicitatis compotem esse; qui hominum aliorum consuetudinem non defugisset (asserunt Diogen. Laert. in eo, & Lucian. Dialog. *Timon*) Ibi Equestris Neptuni & Equestris Minervae aras; ac *Pirithoi*, *Thesai*, *Oedipi*, *Adrasti* videas heroica monumenta. Locus hic vocabatur *Heroum*. Rhodigin. 21. cap. 21. Vid. 22. *Ianuar.* n. 5. Si plura in argumentum desiderantur; leges Strabon. lib. 9. n. 36. Gyrard. de *Enigmatib.* Erasmi. *Chiliad.* 1. centur. 3. n. 36. Adrian. lun. *Centur.* 5. n. 73. & *Aulon. Edyl.* 4.

*Timonis
turris.*

*Monumen-
tum Oedipi.*

*Festum la-
crymarum.*

*Pandariae
Pandariae
quae
Pandariae*

*Pandari-
des.*

*Ab Harpyiis
raptae & tra-
ditae Furijs.*

21 Inter Phocides festum lachrymarum, quod dicebant *Pandaria*. K. Graec. Quotannis consuebat civium coetus, ut plorarent filias *Pandari*, quae traditae *Orcos*, pridem dotibus dignae caelo. Suid. v. *Pandarus*. Pater earum sagittandi peritissimus, vulneraverat graviter in *Ilio* plures duces Argivorum, ut testatur *Homer.* 4. *Iliad.* a v. 95. & v. 175. teloque *Diomedis* ibidem corruit, cuius linguam extremam abscidit ferrum indomitum: v. 299. Huius fuere tres filiae, de quibus *Pausan.* cap. 346. *Cum adhuc virgines essent; ereptos illis ira Deorum parentes, orbe a Venere fuerunt educatae. Tribuerunt eis & alia Dea certa munera. Iuno prudentiam & formositatem: Diana proceritatem corporis: a Minerva edocta lanificio, discentes quicquid laudi mulieribus datur. Postremo Venus in caelum ascendit, ut a Iove puellis faustas nuptias conficeret. At illa absente, ab Harpyijs abrepta, Diris traditae fuerunt. Totum decerpit ex *Homero*, *Odyss.* 20. a v. 66. ubi *Didymus* enucleatius historiam promit. *Pandarus* (alij legunt, *Pandareus*) *Milesius* uxorem duxit *Armatoben*, ex qua tres filias suscepit: quas etiam Dea educarunt, *Venus*, *Minerva* & *Iuno*. Cum autem pater ad *Cretam* venisset *Iovis* suffragatus est canem, quem apud *Tantalum* in *Phrygia* deposuit, & *Tantalus* custodivit, eiurans, dum canis a Iove conquireretur, nihil se de illo conscire, conscia *Pandaro*, *Ve-**

rum cognitum periturum; a *Mercurio* canem invento in *Tantalus* domo. *Pandarus* cum uxore & filiabus *Siciliam* confugit: eum cum observasset *Iupiter*; cum uxore interemit, filiasque inuuptis *Harpyias* immisit, quae eas raptas *Furijs* tradiderunt, ut seroierent. Eadem apud *Eustachium* & *Spondanum*, in *Homer.* loc. praecit.

22 Inter *Achaeos* statua *Athletae Olympionici Oibotae*, qui primus ex *Achaeis* victor in *Elide*. *Ibid.* quod supra. In nullo alio huius *Pantratiastae* notitiam inveni, nisi in *Pausania*: qui cap. 223. inquit: In *Dymaeorum* finibus *Oibotae* cursoris victoriae monumentum extat: qui cum primus ex *Achaeis* *Olympiae* coronam meruisset, neque ullum apud cives suos eo nomine praecipuum honorem esset adeptus; imprecatum *Achaeis* aiunt, nequis ipsorum unquam palmam *Olympicam* ferret. Extitit omnino *Deorum* aliquis, cui fuit curae ratam facere eam *Oibotae* execrationem. Id tum demum resciverunt *Achaei*, cum se mirantes *Olympicarum* palmarum compotes fieri nunquam amplius potuisse; *Delphos* ad *Oraculum* miserunt: & tunc quidem cum & alia in *Oibotae* honorem instituisent, virique statuam in *Olympiam* misissent; mox *Pelle-neus* in stadio paeros puer vicit: & hac etiam nunc aetate *Achaeis* *Athletis* solemne, ut priusquam in *Olympicum* certamen descendant, *Oibotae* parentent, eiusque statuae victores coronam imponant.

Statua Oibotae.

23 Hac in die illusus ab *Aruspice* fuit *Amilcar*, *Poenorum* Dux in obsidione *Syracusarum*, absente *Agathocle*, & urbis pro illo praefecto *Dinocrate*. *Laurent.* *Rhodomani.* in *Notis* ad *Diodor. Sicul.* lib. 20. a n. 747. *Amilcari* *Carthaginensium* Duci (refert *Maiol. Tom. 2. Colloq. 2.*) contra *Agathoclem* *Syracusas* obsidenti, aruspex inspectis extis, eum postridie *Syraculis* cenaturum, affirmavit. Ille dum *Syraculis* se potiturum sperat, eruptione civium captum, eo die invitus *Syraculis* cenavit, & diris vexatas tormentis interijt. *Perficius* *Diodor. Sicul.* d. *Primo* (inquit) statim incursu muris copias admovere constituerat; quod *Vates* dum exta inspiciit, eidem postridie *Syraculis* cenaturum praedixisset. *Oppidani* autem intentione hostis animadvertsa, nocte intempesta progrediuntur. *Amilcarem* variarum gentium coluvies praedae causa extra ordinem sectabatur. *Syracusani* desertum a suis, *Pratorem* *Amilcarem*, inter cives suos clarissimum, in manus suas vioum acceperunt: qui quampluribus manubijs in urbem reversi, illis *Amilcarem* tradiderunt, qui sumendi de nomine supplicij cupidi erant. *Aruspiciis* etiam

Amilcar illusus ab aruspice verbis ambiguis.

offatum memoria repetiverant; qui postero die Syracusis illum cœnaturum prædixerat: cuius veritatem Numen eventu iam comprobasset. Amilcarem itaque vincens castrorum propinqui per urbem circumducunt, dirisque excruciatum tormentis cum extrema contumelia trucidant. Urbis exinde Principes quosdam miserunt, qui præcisum illius caput ad Agathoclem perferrent. Hos semper exitus habent diaboli vaticinia: veritate sanè fallit. Fabulam reputat Briet. V. C. ann. 444. in expeditione Agathoclis in Africam; quia Amilcar tunc revocatus Carthaginem, ut illam ab hoste defenderet; maximè cum frustra Syracusas oppugnaverit: illoque in anno contigit eclipsis horribilis Solis, de qua, 15. Augusti.

DIES XXVIII. FEBRUAR.

Prid. K.

I **G** Rad.8. *Piscium*: in quo vernus dies & favonius latè spirat.

Prot. Qui sub hac parte gradus nati, præsentè Venere, aut Mercurio, religiosi, literas tractantes, & Regibus noti. Firmicus. *Extremitas ale sinistra Virginis manè occidit.* Iunctin. K. A. Præcedens in femore *Herculis* vesperè occidit. Alsted. *Encyclop. Vir in stna sedens cum perizomate in manu.* Sphær. Arab. Inter Romanos dies ultimus mensis, ni annus bissextilis, de quo postridie. Moritur Cainam. Tornicell. in *Tabul.* ann. 1235. Vid. 13. *Maij*, n. 1. Eutyech. *Annal. Alex.* signat hodie mortem Sem, filij Noe. Tornicell. ann. 2156. tantùm signat sub finem anni. Vide 5. *April.* n. 3. Fuit homo insignis inter homines, sicut Seth post Adamum, ita Sem celebratus ut inclytus post Noe. *Seth* & *Sem* apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam. Eccli. 49. 19. Longo vixit tempore, ita ut iuxta Tornicell. d. n. 2. perveniret usque in annum 18. Isaac. Hoccine die ab Alva, *Tabul.* 5. supponitur planctus pro filia Iephte; de quo, 14. *Iul.* n. 7.

Obit Cainã.

Et Sem.

2 Postquam *allquot dies* (Rab. Salom.) *Quatriuò*) Abner à Davide splendidè ac sumptuosè epulis adhibitus (expressis quæ fecerat in eum, allicito Israël, & satellitio Isboseth, quod totum ex Beniaminitis, facto fœdere, & traditè fide) tandem petijt, ut dimitteretur, traducturus ad eum exercitū, & quod promiserat, re exhibiturus, & quasi in manum imperium gentis ei traditurus. Ioseph. 7. *Antiq.* cap. 1. Illo in articulo venit Ioab in Hebron cum exercitu salvo, & prædà magnà ex grassatoribus alienigenis

ausis ingredi confinìa Israël, occasione captatà ex bello mutuo inter domum David, & Saul: qui quidem ut scivit præfatum fœdus, vel timens privari exercitus præfectura, ut cogitant Ioseph. d. & Comestor, cap. 5. vel in ultionem necis Asaëlis, ut verè dicit Scriptura, 2. *Reg.* 3. 27. in primis coram Davide proditionis notà inurit Abnerem, cui à Davide fides minimè data. Unde insidias captans, cogitat revocare, inscio Davide, sed in nomine eius, Abnerem (qui iam pervenerat in cisternam *Sira*, distantem à Hierosolymis stadijs viginti, ut notat Adrichom. in *Iuda*, n. 224. ex Hieronym. in *Loc. Hebraic.*) quasi aliquod à Rege fuerit omisum, quod maximè opus esset constituto ac facto. Abner nihil eorum, quæ ventura erant, suspicatus, in Hebron revertitur: cui obviam factus Ioab, humanissimè exceptū, ac benevolentiam præ se ferens, ut mos est proditorum, seorsum à viginti comitibus, cum quibus venerat, seducens, stricto ferro per Ilia trajicit, uno tantum Abisai fratre, præsentè.

Abner
Ioseph.
Ioseph.

3 Rabbini in quolibet articulo Scripturæ nugantur. Quia in Abner prævalere nequibat patenter, est fortis Ioab, super illud 3. *Reg.* 2. 5. *Posuit cruorem prælij in baltheo suo, quod erat circa lumbos eius, & in calcamento suo, quod erat in pedibus eius; fingunt, petijisse Ioab ab Abner, quomodo discalceabatur sotular, in eo qui volebat accipere uxorem fratris sui mortui: & cum se inclinaret Abner, ut discalcearet se; percussit eum Ioab.* Insulsissimum profectò. David audità Abneris nece, vehementissimè indoluit, sublevataque ad cœlum dexterà (quod iuramenti signum) coram omnibus protestatus est eadem Abneris factam sine suo consensu, nec consilio, execratus simul peremptorem ac socios necis. Sepelivit magnificè Abnerem in Hebron, Ioab & fratrem sequens feretrum compellens scissis vestibus ante cadaver plangere. Rex flevit & usque ad Solis occasum ieiunavit. 2. *Reg.* 3. à 21. & Ioseph. loc. cit. & latè Abulenf. ac Lyranus. In hoc Abneris monumento paucis post diebus, ut videbimus, 4. *Mart.* num. 5. David caput Isboseth à sicarijs præcisum, omni honore funerans condidit. Ioseph. d. cap. 2.

David sum-
mopere de
morte do-
luit, & ma-
gnificè sepe-
livit.

In illius se-
pulchro ca-
put Isboseth
conditur.

4 Hac in die ut pridie diximus *nam.* 3. eligitur in Regem Israël (segregari iam à domo David nutu Dei) pessimus Ieroboam: Rex profectò dignus illorum subditorum, & illi illo. Magnis copijs collectis in Ierusalem ex duabus tribubus, scilicet, delectu centum & octoginta millium Roboam, vi
alias

Ieroboam
eligitur in
Regem Is-
rael.

alias decem in officium intendit retrahere: at iussu Dei Vates facer admonuit, fas non esse civile bellum; potissimè cum divisio esset facta nutu Numinis, propter apostasiam Salomonis. 3. Reg. 12. à 24-2. Paralip. 11. à 2. & Ioseph. 8. Antiq. cap. 3. Interim Roboam cum suis subditis observabat legem, sed duntaxat per triennium. Paralip. loc. cit. v. 17. quorum per duos annos Dominus expectavit pœnitentiam; votumque frustratum usque ad adventum Sefac, Regis Ægypti (apud Herodotum, & Diodor. Siculum dicitur *Sebacus*, apud Kircher. *Carcura*.) de quo, 6. Mart. à n. 2. & 25. Maij, n. 2. Ieroboanus verò fovebat pectore altas cogitationes, ne amitteret in regno splendorem dignitatis, quantumvis cum dispendio atque ruina Religionis; ut opere implevit, uti videbimus 15. Octobr. à n. 4.

5 Scitâ morte Syriæ Regis Benadad (de qua nudiùstertius, num. 8.) à Ioram Rege Israël; nactâque occasione interregni (ut illi videbatur, sed falsò) recuperandi Ramoth-Galaad, in cuius expugnatione, sagittâ perijt Ahab pater eius; decrevit cum auxilio Ochoziæ, Regis Iuda, magno prius disposito belli apparatu, milite electo circumdare urbem, ut debili propugnatione existente, in priscam regni Israël redigeret potestatem. Gorionid. in *Histor. Judaic.* Plerique Historiographi focium huius expeditionis signant Ochoziam, sed levi fulcro, ac sine Scripturæ fundamento: etenim 2. Paralip. 22. 7. *Voluntatis quippe Dei fuit* (dicitur) *adversus Ochoziam, ut veniret ad Ioram, & grotantem in Iezraël ex vulneribus acceptis à Syris, in expugnatione Ramoth-Galaad.* Si enim simul fuissent ad urbis expugnationem; ibi sanè vulneratum viseret, quin opus esset è Ierusalem in huiusmodi obsequium ascendere in Iezraël. Nec obstat, quod ibid. v. 5. & 4. Reg. 8. 28. dicitur de Ochozia: *Abijt quoque cum Ioram filio Ahab, ad praliandum contra Hazael, Regem Syria in Ramoth-Galaad.* Intelligendum utique est de exercitu auxiliante, sed minimè de ipso Rege. Reliqua, 4. Mart. n. 8.

6 Post suspensum duorum Eunuchorum astâ & conscio coniurationis Aman, qui tunc erat unus è septem Artaxerxis consiliarijs, sub *Mamuchan* nomine, quia coram illo aulicè, ne cognosceretur insidiarum consors, summè extolleret fidem ac fidelitatem Mardochei, quem ex corde averlabatur (de quo die 20. à n. 3.) *Rex Assuerus exaltavit Aman, qui erat de stirpe Agag, & posuit solum eius super omnes principes.* Esth. 3. à 1. Aben-Ezra hic. Fuisse generè

Amalecitam, patriâ Macedonem, altruit Sanctius loc. cit. n. 2. Serar. *quæstionc.* 1. inquit: *Dici potest & Persa & Amalecites* *Quisnam fuerit* *& Macedo.* Macedo ex patre, Amalecites ex genere, & Persa quia Susis natus ex servo patre, & ille simul servus emptitius, ita pessimus, ut vili pretio è domini domo expulsi *una placentula*, ut dicit Chald. Nostrates: *Por un pedazo de pan.* Ibi etiam additur, mancipium fuisse Mardochei, ut diximus loc. cit. & dicemus 16. Mart. n. 8. Hunc vile mancipium exaltavit Assuerus, & ita ut penes eum cuncta Persarum atque Medorum negotia, quoniam eius consilia gerebantur. Hispanicè: *Primer ministro*, aut *Privado*, cuius regiminis ita studiosa prudentia, quòd *Pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post Regem secundus:* ait Assuerus, *Esth.* 16. 11. Ita sese gessit astutè ab anno septimo Artaxerxis usque in annum regni duodecimum: cap. 3. à 7. & Seder-Olam, cap. 29. His honoribus inflatus, ut rana tumuit & crepuit, Susas pedibus, qui venerat albis: at turpius nihil est humili, qui surgit in altum.

7 Arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestatus est Mardocheus: intus & in cute noverat. Ex indicio coniuratorum, ut inquit Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6. *Assuerus iussit Mardocheum versari in Regia, receptâ inter amicos Regis necessarios.* Verùm cum reliqui coram Amanò genua flecterent, & adorarent; nonnunquam Mardocheus abnuvit & reuivit, propter dicta loc. cit. die 20. Intimè Amanum despectus pupugit, & sciens Iudzum esse & ex tribu Benjamin, cuius Rex Saul exterminaverat stirpem, dedignatus de illo solo ultionem sumere, totam nationem suffocare decrevit, ad cuius facinus inconsulto cælo, seu potius dæmone accedere noluit: unde prima die mensis sequentis,

— *Placuit cæleste precari Numen, & auxiliâ per sacras querere sortes.*

8 Distortè nimis exponunt permulti contextum *Estheris*, cap. 3. à 7. nescientes è regula Hieronymi, sæpe à nobis iteratâ, quoties in Scriptura non signatur dies, intelligi debere eiusdem numeri cum mense signato, ut patet, 2. Paralip. 29. 3. Sic ergo conceptâ irâ de despectu Mardochei impius Amanus, quàmprimùm potuit sortes misit (quas Deus temperavit) hac die fatuè sequens fortuitum: equidem intra anni spatium varijs successibus tela malignitatis fuccidi quibat. Quapropter histerologia patet: ita ut post exaltationem ab Assuero, & indignationem adversum Mardocheum (qui eius fugiebat

Obsidetur à Ioram Ramoth-Galaad.

Antilogia.

Aman exaltatur ab Assuero.

Mardochei honoratur à Rege, & despicitur Amanus.

Ovid.

Imperat Aman ab Assuero pernicium Iudeorum.

adorationem, quo magis Assuerus in eum congregerebat maiestatem) accesserit ad Regem & falsis imposturis illum impelleret in permissionem exterminij gentis (quin eam nominaret) reiecta summâ argenti magnâ, quam Amanus regio fisco promiserat, & ab Assuero tradito annulo (cuius insigne vel Regis imago, vel Cyri, Persarum primi Regis, vel equi, cuius hinnitu Darius Hystaspis in solium elevarus; ut indicat Briffon. de Persar. Regib. lib. 2.) ut Amanus suo modo & genio de illa gente rebeli faceret ad lubitum. Hoc concessio, Amanus prima die Martij misit sortes (ut dicemus, n. 4.) allata urnâ in qua schedulæ missæ, in quibus scripti singuli anni menses, & mensium dies: exijtque dies 13. mensis Februarij venturi. *Esther*, 3. 7. & 13. Alij signant die 12. *Mart.* Die 13. literæ ad provincias scriptæ; & die 14. sigillo regio obsignatæ. Ita Sanctius in *Esther*. 3. n. 19.

9 Ab huiusmodi ambitu, ira & superstitione Amani, supputatione Brietij, annis 311. nota fuit in Iudæa exaltatio Tryphonis in Regem Syriæ. Perculit Simonis animum post Ionathæ mortem, interfectoris in solium inauguratio & perfidiæ auctoritas; ex qua totius regni ac regionum calamitas. *Fecit* (in fidem cogitationis Simonis) *plagam magnam in terra*. 1. Mach. 13. 32. Graphicè Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 12. *Tryphon dum adeptus (infit) concupitam potestatem, non amplius dissimulare prævum ingenium valuit, quod privatus tegere conatus est; quo magis animos hominum conciliaret sibi: quamprimum Rex declaratus est, absq; persona Tryphonem agere cœpit.* Quasi navis oppositis fluctibus cor quassabatur Simonis. Unde ex malis licet Iudaica Respublica male habita à Demetrio Nicatore (ut dicitur, 22. *1. 1. n. 5.*) decrevit cum illo societatem inire contra Tryphonem servum insolentem, missis ad illum velociter legatis; de quo 2. *Mart.* à n. 8. Interea *adificavit Simon presidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis & seris, & posuit alimenta in munitionibus.* Ibid. v. 33. *Petr. Comest. hic cap. 13.* Serarius & alij Expositores Sacri.

10 Hac in die à præfato articulo, elapsis annis, 140. Herodës Ascalonita, morte, cui vixit, animam tradidit Orco, quinto die postquam filium Antipatrum occidit, ut ex Ioseph, 17. *Antiq.* cap. 10. diximus die, 23. n. 19. Ita signat Tornicell. *Ann.* 405 1. n. 43. & 44. *Christus natus (ait) die 25. Decembr. ipse autem Herodës defunctus est cir- ca initia Martij, proximè tum insequentis,*

propè enim erat Pascha Iudeorum; ut manifestè colligitur ex Iosepho, 17. Antiquit. cap. 11. Mortuus est sub finem anni, Anno Christi primo, per duos saltem menses inchoato. Idem Baron. 8. *Ann. Christi.* n. 10. Tunc licentia accepta loquendi vera de eo, qua palàm vulgi iudicia; quæ licet in cunctis reformatur à Iosepho, quàm tyrannus, impius, crudelis, improbusque; exprimit Egesipp. lib. 2. *Excid.* cap. 1. Mortuus, qui nunquam debuit vivere, post detrusum regno Antigonum, ann. 34. ex quo autem à Romanis Rex declaratus est, 37. *vir in omnes ex aquo sævus, iræferens, iuris dominus: fortuna autem propitia usus, si quis alius.* Imperio tyrannico regnavit, annis 31. sex verò legitimè; quoniam ne plus Iudæi ab illo opprimerentur, iurarunt Regem. Philo, *Breviar. de Tempor.* 2. p. in fin. Plures noluerunt assentiri, ut ait Ioseph. d. *cap. 3.* maximè ex Pharisæis, quos studuit de medio tollere. *Requisivit* (inquit idem lib. 15. d. *cap. 13.*) *etiam ius-iurandum à Polionis Pharisæi, Sameaque sectatoribus plerisque: quod cum non impetrasset, non tamen in eos, ut in ceteros fecit.* Illi pepercit propter summam in populo auctoritatem: ibid. Huic, quia prædixerat ei futurum Regem; de quo, 9. *Maij*, n. 11.

11 Illo ergo aulicæ turbulentie tempore, soror Herodis Salomé, & vir eius Alexas, quia iam sine tyranni patrocinio, noluerunt exequi mandatum tyranni; interficiendo nobiliores Iudæorum, ut præceperat, & enixè commendaverat (de quo die 8. n. 8.) imò ne ut pridem, fato functus audiret male; priusquam mors Regis innotesceret: in Circo clausos, domum suam quenque dimiserunt; dicentes, *Regem ita tubere, ut in agros digressi curarent suamet ipsorum negotia: atque hoc factò, magno beneficio universam gentem sibi devinxerunt.* Ioseph. d. 17. *cap. 10-1.* de *Bell.* cap. 21. & Egesipp. 1. *Excid.* cap. 45. Hoc gratis dictum, arbitratur Baronius ex Eusebio, *Ann. Christi.* 8. n. 10. nec sine fulcro: etenim iam ab Herode occisa fuerat Salomé soror, cum viro, ut ait Philo in *Breviar. de Temporib.* in fin. Crastinâ die propter factorem intolerabilem sepultum cadaver; indicans cunctis, ubi iacebat anima. Vide postredie, à n. 6.

12 Anno 31. Christi, cum ipse staret secus stagnum Genezareth, & post sedisset in navi Petri docens turbas, hunc iussit in capturam mittere rete, qua traxit multitudinem magnam; quo expavit Petrus, & Andræas cum filijs Zebedæi: quos extunc vocavit, & illum promptè secutos, hominum

Mortuus Herodes Amanus.

Salomé soror eius nobilis ex omni à morte.

Christi gestis.

Tryphon in solefite truce captus.

Simon perficitur cum Nicatore.

num piscatores constituit: ex illaque die, licet pridem discipuli essent, illi inseparabiliter adhererunt. Alapid. *Chronot.* n. 16. A Polo ex Lamy *Chronic.* illuminatio cæci iuxta Iericunthem, & hospitium Christi in Zachæi domo.

Superantur Tarquinij.

13 Apud Romanos dies faustissimus, quia Tarquinij superati, etiam adiuvantibus Etruscis. Gyrald. K. Rosin. 4. cap. 6. & Plutarch. in *Poplicol.* ubi: *Pugnatum pridie K. Martias*: suffecto in consulem P. Valerio pro Collatino, qui cum Bruti filijs, & cognatis noctu decreverat Tarquinius intra urbis moenia recipere. Tit. Liv. 2. à *sect.* 10.

Regifugij.

Halicarn. 5. à n. 10. Victoria celebrata in fastis titulo *Regifugij*: sed iam cum suis Rex expulsus: præliumque ex quo triumphus, *Regifugium* dictum, quia iugulata spes Tarquiniorum Romam redeundi, unde fugerunt Clusium ad Porfenam. Sine prodigio non refertur quicquam: unde finxerunt è luco proximo vocem Silvani excidisse (qua Etrulci fugerunt) uno minus ex Romanis cæcos ruisse, quam ex Etruscis: quod ita inventum est postridie. Valer. Max. 1. cap. 8. n. 5. Plutarch. d. & Liv. *sect.* 19. qui subdit:

Mors Iun. Bruti.

Arunti Tarquinio, dicenti, Dij Regum ultores adeste; occurrit: itaque se certamini offerunt (neuter dum hostem vulneraret, sui protegendam corporis memor) ut contrario ictu per parvam uterque transfixus, duabus hærentes hastis, moribundi ex equis lapsi sint. Idem Turfell. V. C. ann. 245. Ex huius victoria Valerius spolia legit, triumphansque inde Romam redijt (de quo, 1. *Mart.* n. 13.) & collegæ funus quanto tum potuit apparatu, fecit. *Multò maius morti decus, publica mæstitia, eò ante omnia insignis, quia matronæ annum, ut parentem eam luxerant, quod tam acer ultor pudicitia fuisset.* Liv. *sect.* 20. & Plutarch. d. Ei etiam statua erecta cum pileo & pugione. Goltz. Pileus cum pugione insigne fuit libertatis. Pier. Valer. 40. cap. 3. Aul. Gell. 7. cap. 4. & Claud. Minos in *Aleiat. Embl.* 150. Pro Iun. Bruto Consul electus Horatius Pulvillus. Briet. ann. V. C. 245. & Halicarn. 5. à n. 15. Addit

Funus.

Bulenger. de *Prodigijs*, cap. 18. Duos viros speciosos & proceres à Romanis Tarquinius & Latinos victos fuisse Romæ nunciasse. Idem Plutarch. in *Paul. Emilio.*

Portentum.

Lucretia funus.

14 Tunc elatum Lucretiz uxoris Collatini, cadaver. Halicarn. d. & ille elegit exilium: statimque bona Tarquiniorum divisa, imò diripienda populo concessa, & domum regiam solo æquarunt, aulamque amœnissimam in campo, qui post *Martius di-*

Tom. I. Epbem.

Etus, Numini dicarunt (qui situs postea illustratus statuâ Socratis, ut ait Marlian. *Topograph. Rom.* cap. 127.) segetis demessa manipulos, concursu facto, alios super alios, in profluentem Tiberis, cum arboribus excisis, abiecerunt, ex quorum materia compacta efformata est insula Tiberina, media inter duos pontes. Plutarch. in *Poplicol.* qui addit ex tora cognatione, Romæ propter fidem tantum remansisse Tarquiniam Vestalem, cui Senatus populusque concessere, illam solam ex mulieribus testimonium ferre, & in illo statu posse nubere; quam tamen licentiam ipsa repudiavit.

Statua Socrati.

Insula Tiberina.

Tarquinia Vestalis.

15 De insula Tiberina, diximus, 1. *Januar.* à n. 10. Boissard. p. 2. de *Urbe*, inquit: *Fuerunt in ea tria insignia templa, unum Iovis, alterum Iani, tertium Æsculapij, unà cum alijs edificijs, & domo hospitali pro his qui infirmâ essent valetudine.* Idem Marlian. cap. 110. & 123. Halicarn. 5. n. 13. In ea fiebant Ludi Apollinares. Beyerl. Ovid. templa signat à v. 291. lib. 1. *Fastor.* & 15. *Metamorph.* fab. 51. de Æsculapio Romam ex Epidaurò adveniente, succinit:

Templa insula Tiberina.

— *Sedesque sibi circumspicit aptas: Scinditur in geminas partes circûfluus amnis (Insula nomen habet) lateramque à parte duorum*

Ovid.

Porrigit æquales mediâ tellure lacertos. Hoc etiam die à P. Polo signantur *Ludi Voltivi*, concepti auctoritate collegij Pontificum, ex K. Rom. Nescio quo fulcro: dicemus à 19. *Iul.*

Ludi Voltivi.

16 Verum, Romam tribus triumphis insignium virtute civium, diversis temporibus hac die festivam fuisse. Primò triumpho M. Curij Dentati (ita dicti à perpetuo ei osse pro dentibus) de Samnitibus & Pyrrho, Epirotarum rege. Goltz in *Fast.* pag. 80. ann. V. C. 478. de Samnitibus & Lucanis sæpe triumphum egit, ut dicemus suis diebus, à quibus aurum respuit, ut observant Corn. Nepos, de *Vir. Illustrib.* n. 33. hic Andr. Schottus, & Machaneus. De Pyrrho celebris cecit ei victoria apud Tarentum, vel propter elephantos territis Romanis, quos triumphus in pompa duxit, ut essent eis lætitiæ, qui pridem fuerant terrori. Briet. V. C. ann. 439. quo ab Italia discessit Pyrrhus, etiam reliquerit Milonem Tarenti, cui dedit in regimen civitatis sellam, pelle stratarum proditoris Niciæ in terriculum. At Curius prædam urbi tradidit, qua Romam ditavit, *iurans* (ut inquit Plin. 16. cap. 38.) *ex præda nihil attigisse præter guttum, quo sacrificaret.* Idem Corn. Nepos, d. Valerius Maxim. 4. cap. 3. n. 5. Illius celebre apoph-

Triumphus Curij Dentati.

Apophibe-
gma

thegma: Non aurum habere, præclarum sibi
videri: sed eis imperare qui haberent aurum.
Erasm. 6. Apophth. n. 41. Plutarch. in Pa-
rall. n. 6. non Curio, sed Paulo Æmilio tri-
buit victoriam & cum portento. *Motis* (ait)
inter Romanos & Pyrrhum Epyrotam ar-
mis; Paulo Æmilio data die est, victorem
fore, si quo loco terræ labe reconditum vi-
disset virum illustrem cum curru; arma cre-
xisset. Triduo post Valerius Torquatus, cum
secundum quietem capere se sacerdotis orna-
tum vidisset, atque in conflictu multos tru-
cidasset; terrâ absorptus est. Æmilius verò
arâ erectâ, hostes superavit, centumque se-
xaginta elephantos turrigeros Romam misit.
Hac ex ara oracula redduntur eo articulo,
quo Pyrrhus victus est. Hæc ille, sed nescio
quomodo, cum plus quàm 150. annorum
distantia inter utrumque intercesserit, ut n.
seq. constabit.

Portentum
in visorid.

Triumphus
Pauli Æmi-
lij.

17 Secundò illustrata Roma Pauli Æ-
milij de Perseo rege Macedoniæ, triumpho.
Modius de *Triumph.* & in *Fest.* Goltz. pag.
132. signant pridie Kal. Decembr. ut vide-
bimus. Hic triumphus malignitate socio-
rum dilatus est. Turfelin. *V. C.* ann. 587. Mi-
lites haud satiati spolijs Macedoniæ, regijs
thesauris inhiantes, quos secum Æmilij
advexerat, occultè ei irascebantur, idèdque
parùm studiosè triumphum eius expedie-
bant, tribuno plebis, Æmilij hoste, apud
quem calumnijs Imperatorem commilito-
nes traducebant; quousque M. Servilius
embolium aperuit, & à Senatus cordatis in-
ventus est dignus triumpho. Plutarch. in eo,
qui pompam triumphi subdit per tres dies
continuos, qua maior nulla Romæ visa. Un-
de dies Urbis latus, sibi infaustus; nam die-
bus quinque ante triumphum, filium duo-
dennem amisit, & triduo post, alium anno-
rum quatuordecim. Turfelin. d. Unde Senec.
ad *Martiam*, cap. 13. *Non sine motu* (ait)
vacuum Pauli currum pop. Rom. aspexit.
Illeque infortunio magnanimus, coram cun-
ctis gratias fortunæ egit, dicens: *Quòd si*
quid adversi Reipublicæ imminerebat, iam sua
calamitate decisum. Præclariùs in illo, quod
solus egens ex locupletissima provincia ve-
nerit: Cum Macedonicis opibus veterem at-
que hereditariam urbis nostræ paupertatem
eò usque satiasset, ut illo tempore primùm
pop. Rom. tributù præstandi onere se libera-
ret, Penates suos nulla ex parte locupletio-
res fecit: præclare secum actum astimans,
quòd ex illa victoria alij pecuniam, ipse glo-
riam occupasset. Val. Max. 4. cap. 3. n. 8. &
cap. 4. n. 9. Adeo inops decepsit, ut nisi fun-
dus, quem unum reliquerat, venisset; usor

aliud.

eius dotem unde reciperet, non extitisset.
Plutarch. d. Tit. Liv. lib. 46. Mortuus est,
imò cecidit apud Cannas. Ita nonnulli
astruunt, sed falluntur, quoniam non ille,
sed eius pater; ut asserit Cornel. Nepos, d.
Primus Paulus Æmilij Perseo victo in
Urbem librorum copiam advexit. Rocha
in *Bibliothec. Vatican.* pag. 48. Tuncque Mi-
nervam in æde Fortunæ dedicavit. Plin. 34-
cap. 8.

18 Denique tertio Roma hoc in die
claruit triumpho P. Scipionis Asiatici, de
Antiocho Magno. Reufner. Goltz *Fest.* fol.
122. *V. C.* ann. 564. Cum Prusiam Bithy-
niæ regem Antiochus à Romanis conaretur
avertere, incidit in Romanorum invidiam;
sed se validè munivit, selecto exercitu, quan-
vis pacem petere simulabat, factò Scipioni
obsequio ex remissione nepotis capti, filij
fratris sui Scipionis Africani: at inità pu-
gnâ, quia urgebant Romani, vincitur igno-
miniosè ad Magnesium, captis permultis,
cum quindecim elephantis. Briet. *ann.* cit.
Corn. Nepos victum refert, quia arcus sa-
gittariorum pluvia hebetati sunt, & sine usu
in pugna. Tit. Liv. lib. 38. *sect.* 136. Hunc
norâ peculatus reum, ne in carcerem duce-
retur Tiberius Gracchus liberavit. Corn.
Nep. de *Viris illustr.* n. 53. dicens, *alienum*
à Reipublica dignitate videri, Imperatorem
P. R. triumphatorem, in carcerem duci; in
quem Duces victos coniecisset. Liv. *ibid.* Au-
lus Gell. 7. cap. 19. & Schott. in loc. *Nepot.*
cit. Post cum Romæ degeret, M. Porcius
Cato Censor ei equum publicum ademittit,
dum equites recognosceret; sed malignè ex
sententia plus dedecoris index, quàm da-
mnatus contraxit. Briet. *V. C.* ann. 570. ex
Tit. Liv. 39. *sect.* 98.

Triumphus
Scipionis A-
siatici.

19 Olim dies hic ultimus anni inter
Romanos, quoniam incipiebant à Martio
tempore Romuli, annusque constabat decem
mensibus. Numa addidit duos menses alios
(de quo videtis Macrobi. 1. *Saturnal.* cap. 12.
Rosin. *Antiq. Roman.* 4. à cap. 2.) Ianua-
rium scilicet & Februarium: cunctisque men-
sibus imparem numerum dedit, Februario
excepto, quasi Inferis & diminutio & par-
numerus conveniret. Numa ordinationem
finitimi mox secuti, totidem diebus totidem-
que mensibus, ut Popilio placuit, annum
suum computare cœperunt: hoc solo discre-
pabant, quòd menses undetricenum trice-
numque in numero alternaverunt. Paulò
post Numa in honorem disparis numeri, se-
cretum hoc, & antè Pythagoram parturiente
naturâ; unum adiecit diem, quem Ianua-
rio dedit; ut tam in anno, quàm in mensi-
bus

Dies ul-
timus anni
Romani.

Cur dies Fe-
bruarij non
dispari nu-
mero

bus singulis, præter unum Februarium, impar numerus fervaretur. Macrobd. d. cap. 13. Deus numero impari gaudet, iuxta superstitionem Virgilij, 8. *Eclog.* v. 75. & Plutarch. 9. *Sympos.* cap. 3. quod totum ludicrum & phantasticum, quasi in alijs numeris non esset principium, medium & finis. Unde ex Pythagoricorum sententia, Aristoteles, 1. de *Cælo*, cap. 1. inquit: *Omne & omnia ternario terminantur. Utimur hoc numero ad cultum Deorum.* Hoc intuitu Julius Cæsar, & Augustus, quia Dijs Manibus facer mensis (quibus incongruus numerus plenus) etfi annum reformaverint, & aliquot diebus compleverint; in utraque ordinatione, Februario nullum diem addiderunt. Aliter, Dijs Inferis mutaretur religio; quod in superstitionibus grande nefas.

20 Eodem anno (imò eodem mense & die, inquit Salas in *Parerg.*) quo exacti & superati Tarquinij, statuz erectæ Harmodio, & Aristogitoni, Hipparchi tyranni peremptoribus: de quibus 23. *Ian. fusè. Atheniensis*, nescio an primi omnium, Harmodio & Aristogitoni, tyrannicidis, publicè posuerunt statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & Reges Romæ pulsi. *Plin.* 34. *cap.* 4. Astipulatur *Iul. Cæsar Bulenger.* lib. 1. de *Pictura & Statuar.* cap. 19. *Perav.* 1. part. *Rationar.* lib. 3. cap. 2. & p. 2. *lib.* 3. *cap.* 9. Totum articulum prolixè videtis apud Thucydidem, *lib.* 6. Varia fortuna harum statuarum fuit, ut idem *ibid.* refert. *Harmodij & Aristogitonis* (ait *Valer. Maxim.* 2. *cap.* 10. in *Extern.* n. 1.) qui *Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies aeneas Xerxes ab urbe devicta in regnum suum transtulit. Longo deinde interiecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curavit. Rhodij quoque eas urbi suæ appulsa, cum in hospitium publicè invitassent; sacris etiam pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoriâ felicius, quæ tantum venerationis in tam parvulo ære possedit.* Postquam Seleucus Athenis statuas utriusque restituit, æmuli eas in æquora è basi avulsas, proiecerunt, sed æs natavit: & Rhodum appulsa, quasi Numinum imagines receperunt cives, præfatis honoribus prosequentes. *Bulenger.* d. *cap.* 23. Nomina eorum libertatis fuere signa ac insignia. Unde, ut ait *Anl. Gell.* *lib.* 9. *cap.* 2. *Atheniensis nomina iuvenum fortissimorum Harmodij & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratiâ Hippam tyrannum interficere adorti sunt; ne unquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina libertati patriæ devota, servili contagio pollui.* Idem *Alex. Neapolit.* 3. *cap.* 20.

Statua Harmodij & Aristogitonis.

Xerxes abstrulit, Seleucus restituit.

Proiecta in mare, & Rhodum appulsa, à civibus maxime venerat.

21 Hac quoque die patebat ad sacrâ Magnæ-Matris aditus, in eius antrum Corisium inter Phocides. *Diar. Græc.* Sacrorum originem narrat Pausanias, oculatus antri testis. *Omniū quæ unquam viderim antrorum* (infit *cap.* 349.) *quod spectetur, dignissimum hoc mihi visum est. Patet ostium orbiculato ambitu: descenditur molli & amœno clivo: intus Magnæ-Matris fanum cum simulacro suo.* Cum Gallorum exercitus (de quo *Iustin.* *Histor.* lib. 24.) Ioniam & finitimas oras, cuncta ferens & agens vexaret; *Herculem, Apollinem & Mercurium Themisonenses narrant, ad ferendum auxilium præstitisse. Eorum monitu Numinum per somnium iussos, qui reipublica præerant, popularibus suis imperare; ac in antrum, quod eisdem Dijs ostenderant, & ipsi descenderent, & in eo uxores & liberos occultarent. In huius rei memoriâ, signa non sanè magna pro spelunca faucibus Herculi, Apollini & Mercurio erecta: & ea sigilla, Spelaitæ appellati. Intra speluncam sunt perennis aquæ fontes. Mysticè speluncam accipit Rhodigin.* 7. *cap.* 1. quia in veteri Theologia hic mundus dicitur spelunca, idest obscura, uti sunt antea: hocque sensu exponit illud Virgilij, 6. *Æneid.* v. 268.

Spelunca sacra.

Antrum Corisium Magnæ-Matris

Statue quæ ibi & quibus erectæ

Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras, Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

Virgil.

22 Trœzene inter Achæos celebrata Saturnalia servorum per dies aliquot. *Hospinian.* de *Festis*, cap. 9. Nonnulla exercebantur hilaritatis signa, ex quibus Saturnalia constituta Romanorum: igitur in his diebus non solum cum civibus ludebant servi, sed paratis convivij ad mensam invitati sedebant, ac in domibus eorum quibus erant mancipati, heri servis serviebant: in signumque benevolentie munusculis honorabantur, ut lætiores in servitiâ redirent. De huiusmodi usu apud varias nationes sæpe dicemus proprijs in diebus. Ablatum hoc festum, dum Trœzenij Argivis subditi, qui nonnunquam sine humanitate servos haud habebant ut servos, sed ut mancipia in propria commoda. Trœzen dicitur civitas Hori, quia in illa natus. De loci tutela disceptarunt Minerva ac Neptunus. Lis ad Iovem delata, qui pro arbitrio alrè ac pragmaticè, ut index supremus, sanxit; utriusque Numini concedere urbis protectionis honorem: quapropter prisca populi numisma (erectis templis sub titulo *Minervæ Poliædis & Neptuni Regis*) tridentis notâ, & Minervæ capite signatum fuit. *Pausan.* *cap.* 73. Idem *Goltz.* in *Græcia*, *Tabul.* 10. ubi *Nonnius* refert quæ Trœzenem olim nobi-

Saturnalia servorum.

Horti Trœzenæ natus.

Minerva Poliædis, & Neptunus Rex.

Hac in urbe litarunt. Ibi natus est Theseus zmulus virtutis Herculeæ. Ibi etiam fuit lucus celebris filio Thesei Hippolyto sacer; de quo, 26.

Ibi Hippolyti lucus. *Novembr.* Templum aliud extra muros etiam erexerunt Neptuno, cui primitias frugum offerebant; eò quòd abstulisset sanguinem (ab eo inamissam ob sacra prætermissa) corruptentem semina & plantas: Plutarch. in *Theseo*. Pompon. Mela, 2. de *Sisæ Orbis*, cap. 3. de illis ait: *Troæzenij fide societatis Atisæ illustres*. Ingruente enim bello Medico, Athenienses huc uxores & liberos, tanquam extra belli aleam miserunt; cum illi decrevisset relicti Athenis ac regionibus, navali bello Barbaris occurrere. Troæzeni illos perhumaniter exceperunt: decretumque ut publicè alerentur; puerisque data potestas, ut undecunque liberet, poma exciperent, & pro eis dominis merces perfoluta. *Herodot.* 7. à num. 30. Fanum Eleuterio Iovi etiam extructum apud Troæzenos, & imago eius perpulchra cum fulmine, eo tempore, quo Græci debellato Mardonio, Perfarum servitutem effugerunt. *Hesych.* & *Nonn.* d.

Huc confugerunt parvuli & uxores Atisæ. *23* In Cypro sacra Onesilo insulæ Regi. Ioan. Baptist. Gabia, in *Trachin.* Sophoc. Occisus est ab hostibus, & propter prodigium in cultum mutatum est odium. *Onesili Regis Cypri caput* (inquit Pier. Valerian. 26. cap. 3.) in ludibrium *Amathusij supra portam Urbis suspenderant*. In id examen apum mella congestit, favisque referst. Hinc loci incolæ oraculo moniti, caput honorificè sepelierunt: *Onesiloque quotannis, ut Herot, sacra instituerunt*. Meminit etiam prodigij *Nicol. Causin. lib. 3. symbol. 48.*

Jupiter Eleuterius. *24* Inter Ægyptios sacra ad Oraculum Latonæ in urbe Buti. *Nymphodor. lib. 13. Rer. barbaric. cap. 30.* Signat etiam *Maïolus, Tom. 2. Colloq. 1. subdens: Fuit insuper in urbe Buti Latonæ Oraculum, divitijs inclytum. Templum verò media in urbe situm, omnibus popalis sanctum & ceremonijs sacrum, porticum habens decem pedibus altam. Hic insula tantæ sanctitatis habita est; ut ad eam quotannis Athenienses, tacti religione, varijs mercibus onustam navim mitterent, quo tempore, quemquam vinciri, aut supplicio affici, religioni fuit; donec rediret navis. Hac navis vocabatur Salutis, quæ ex Athenarum portu, 24. Sciophorionis, ut videbitur, mense Maij, in eodem die, mittebatur instituto Thesei, haudquaquam in insulam Ægypti ad Latonæ oraculum, sed in Delum. Navis apud Athenienses (ait Pier. Valer. 45. cap. 4.) erat Salutis indicium. In Thesei memoriam coli consuevit, singulisque*

annis Delon mittebatur, Apollini cultam alatura: suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvus reversus esset. Eoque interim tempore, quo Sacerdos Apollinis navis eius puppim coronaverat, Delon profecta esset, pelagoque remenso, in patriam redisset; cautum erat Atheniensium lege, ne quemquam publicè interficerent: eaque de causa scribit Plato in Phædone, longum temporis intervallum interiectum esse inter iudicium Socratis & mortem eius; quòd sententia quàm pridie spectaculi auspiciis fieret, lata est. In fabulis, stultum est expectare concordiam. Idem refert *Suidas, & Gyrald. de Re nautic. cap. 8.* Non novum, Salutem & felicitatem per navem signari, ut exprimit imagine, & exponit *Hemelar. in Numismat. aur. Tabul. 20.*

25 Historia Latonæ oraculi & templi textitur ab *Herodoto, lib. 2. n. 51.* Est enim (ait) oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna urbe, Buto, ad ostium Nilii *Sebennyiticum*. In hac urbe templa sunt *Apollinis Dianæque: & illud Latonæ, in quo redduntur oracula; grande est, & porticum habet decem passibus sublimem. Est in hoc*

Onesilo sacra, ut Herot. *23* In Cypro sacra Onesilo insulæ Regi. Ioan. Baptist. Gabia, in *Trachin.* Sophoc. Occisus est ab hostibus, & propter prodigium in cultum mutatum est odium. *Onesili Regis Cypri caput* (inquit Pier. Valerian. 26. cap. 3.) in ludibrium *Amathusij supra portam Urbis suspenderant*. In id examen apum mella congestit, favisque referst. Hinc loci incolæ oraculo moniti, caput honorificè sepelierunt: *Onesiloque quotannis, ut Herot, sacra instituerunt*. Meminit etiam prodigij *Nicol. Causin. lib. 3. symbol. 48.*

24 Inter Ægyptios sacra ad Oraculum Latonæ in urbe Buti. *Nymphodor. lib. 13. Rer. barbaric. cap. 30.* Signat etiam *Maïolus, Tom. 2. Colloq. 1. subdens: Fuit insuper in urbe Buti Latonæ Oraculum, divitijs inclytum. Templum verò media in urbe situm, omnibus popalis sanctum & ceremonijs sacrum, porticum habens decem pedibus altam. Hic insula tantæ sanctitatis habita est; ut ad eam quotannis Athenienses, tacti religione, varijs mercibus onustam navim mitterent, quo tempore, quemquam vinciri, aut supplicio affici, religioni fuit; donec rediret navis. Hac navis vocabatur Salutis, quæ ex Athenarum portu, 24. Sciophorionis, ut videbitur, mense Maij, in eodem die, mittebatur instituto Thesei, haudquaquam in insulam Ægypti ad Latonæ oraculum, sed in Delum. Navis apud Athenienses (ait Pier. Valer. 45. cap. 4.) erat Salutis indicium. In Thesei memoriam coli consuevit, singulisque*

annis Delon mittebatur, Apollini cultam alatura: suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvus reversus esset. Eoque interim tempore, quo Sacerdos Apollinis navis eius puppim coronaverat, Delon profecta esset, pelagoque remenso, in patriam redisset; cautum erat Atheniensium lege, ne quemquam publicè interficerent: eaque de causa scribit Plato in Phædone, longum temporis intervallum interiectum esse inter iudicium Socratis & mortem eius; quòd sententia quàm pridie spectaculi auspiciis fieret, lata est. In fabulis, stultum est expectare concordiam. Idem refert *Suidas, & Gyrald. de Re nautic. cap. 8.* Non novum, Salutem & felicitatem per navem signari, ut exprimit imagine, & exponit *Hemelar. in Numismat. aur. Tabul. 20.*

25 Historia Latonæ oraculi & templi textitur ab *Herodoto, lib. 2. n. 51.* Est enim (ait) oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna urbe, Buto, ad ostium Nilii *Sebennyiticum*. In hac urbe templa sunt *Apollinis Dianæque: & illud Latonæ, in quo redduntur oracula; grande est, & porticum habet decem passibus sublimem. Est in hoc*

Onesilo sacra, ut Herot. *23* In Cypro sacra Onesilo insulæ Regi. Ioan. Baptist. Gabia, in *Trachin.* Sophoc. Occisus est ab hostibus, & propter prodigium in cultum mutatum est odium. *Onesili Regis Cypri caput* (inquit Pier. Valerian. 26. cap. 3.) in ludibrium *Amathusij supra portam Urbis suspenderant*. In id examen apum mella congestit, favisque referst. Hinc loci incolæ oraculo moniti, caput honorificè sepelierunt: *Onesiloque quotannis, ut Herot, sacra instituerunt*. Meminit etiam prodigij *Nicol. Causin. lib. 3. symbol. 48.*

24 Inter Ægyptios sacra ad Oraculum Latonæ in urbe Buti. *Nymphodor. lib. 13. Rer. barbaric. cap. 30.* Signat etiam *Maïolus, Tom. 2. Colloq. 1. subdens: Fuit insuper in urbe Buti Latonæ Oraculum, divitijs inclytum. Templum verò media in urbe situm, omnibus popalis sanctum & ceremonijs sacrum, porticum habens decem pedibus altam. Hic insula tantæ sanctitatis habita est; ut ad eam quotannis Athenienses, tacti religione, varijs mercibus onustam navim mitterent, quo tempore, quemquam vinciri, aut supplicio affici, religioni fuit; donec rediret navis. Hac navis vocabatur Salutis, quæ ex Athenarum portu, 24. Sciophorionis, ut videbitur, mense Maij, in eodem die, mittebatur instituto Thesei, haudquaquam in insulam Ægypti ad Latonæ oraculum, sed in Delum. Navis apud Athenienses (ait Pier. Valer. 45. cap. 4.) erat Salutis indicium. In Thesei memoriam coli consuevit, singulisque*

annis Delon mittebatur, Apollini cultam alatura: suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvus reversus esset. Eoque interim tempore, quo Sacerdos Apollinis navis eius puppim coronaverat, Delon profecta esset, pelagoque remenso, in patriam redisset; cautum erat Atheniensium lege, ne quemquam publicè interficerent: eaque de causa scribit Plato in Phædone, longum temporis intervallum interiectum esse inter iudicium Socratis & mortem eius; quòd sententia quàm pridie spectaculi auspiciis fieret, lata est. In fabulis, stultum est expectare concordiam. Idem refert *Suidas, & Gyrald. de Re nautic. cap. 8.* Non novum, Salutem & felicitatem per navem signari, ut exprimit imagine, & exponit *Hemelar. in Numismat. aur. Tabul. 20.*

25 Historia Latonæ oraculi & templi textitur ab *Herodoto, lib. 2. n. 51.* Est enim (ait) oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna urbe, Buto, ad ostium Nilii *Sebennyiticum*. In hac urbe templa sunt *Apollinis Dianæque: & illud Latonæ, in quo redduntur oracula; grande est, & porticum habet decem passibus sublimem. Est in hoc*

Onesilo sacra, ut Herot. *23* In Cypro sacra Onesilo insulæ Regi. Ioan. Baptist. Gabia, in *Trachin.* Sophoc. Occisus est ab hostibus, & propter prodigium in cultum mutatum est odium. *Onesili Regis Cypri caput* (inquit Pier. Valerian. 26. cap. 3.) in ludibrium *Amathusij supra portam Urbis suspenderant*. In id examen apum mella congestit, favisque referst. Hinc loci incolæ oraculo moniti, caput honorificè sepelierunt: *Onesiloque quotannis, ut Herot, sacra instituerunt*. Meminit etiam prodigij *Nicol. Causin. lib. 3. symbol. 48.*

24 Inter Ægyptios sacra ad Oraculum Latonæ in urbe Buti. *Nymphodor. lib. 13. Rer. barbaric. cap. 30.* Signat etiam *Maïolus, Tom. 2. Colloq. 1. subdens: Fuit insuper in urbe Buti Latonæ Oraculum, divitijs inclytum. Templum verò media in urbe situm, omnibus popalis sanctum & ceremonijs sacrum, porticum habens decem pedibus altam. Hic insula tantæ sanctitatis habita est; ut ad eam quotannis Athenienses, tacti religione, varijs mercibus onustam navim mitterent, quo tempore, quemquam vinciri, aut supplicio affici, religioni fuit; donec rediret navis. Hac navis vocabatur Salutis, quæ ex Athenarum portu, 24. Sciophorionis, ut videbitur, mense Maij, in eodem die, mittebatur instituto Thesei, haudquaquam in insulam Ægypti ad Latonæ oraculum, sed in Delum. Navis apud Athenienses (ait Pier. Valer. 45. cap. 4.) erat Salutis indicium. In Thesei memoriam coli consuevit, singulisque*

annis Delon mittebatur, Apollini cultam alatura: suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvus reversus esset. Eoque interim tempore, quo Sacerdos Apollinis navis eius puppim coronaverat, Delon profecta esset, pelagoque remenso, in patriam redisset; cautum erat Atheniensium lege, ne quemquam publicè interficerent: eaque de causa scribit Plato in Phædone, longum temporis intervallum interiectum esse inter iudicium Socratis & mortem eius; quòd sententia quàm pridie spectaculi auspiciis fieret, lata est. In fabulis, stultum est expectare concordiam. Idem refert *Suidas, & Gyrald. de Re nautic. cap. 8.* Non novum, Salutem & felicitatem per navem signari, ut exprimit imagine, & exponit *Hemelar. in Numismat. aur. Tabul. 20.*

Quare dilata Socratis nax?

Navis symbolam felicitatis.

Latona Oraculum.

Fanum singulare.

Insula Latona.

In ea templum Apollini.

Horus dicitur Apollo.

Latona non mater, sed nutritrix Apollinis & Dianæ.

cre.

Simul imago.

crediderunt Apollinis & Dianæ non fuisse matrem, sed tantum nutricem: propterea imago eius in Lupæ figuram, instar nutricis Romuli & Remi; uti dicemus, *Isagog. Decembr.* n. 28. Hinc inter Ægyptios irrepfit Lupi adoratio, ut ait Kircher, Tom. 1. *Oedip. Copt. Syntagm.* 1. Nom. 6. & 10. Aliquid prælibatum 29. *Ianuar.* n. 18. Aiunt, Latonam prægnantem per dies duodecim in lupam fuisse conversam, ut lunonem falleret; itaque in Delo clanculum peperisse, ob eamque causam lupis indultum, ut intra totidem dierum spatium alvum deponant. Cuius rei gratia dicuntur Athenienses lupum coluisse, & lege latè sanxisse, ut qui lupum fortè interfecisset, ea parare, quæ ei funerando necessaria forent, ut lupinis exquijs ritè peractis, religione publicà solveretur. Bonifac. 1. *Hist. ludicr.* cap. 59. & Pier. Valerian. 11. à cap. 1.

rant ab ingressu Solis in Signum, quod 30 gradus habet; hic dies & posterior numeratur. Gradus præsens est putealis iuxta Dario. *Vir peregrè proficiscens.* Sphær. Arab. *Vir pistillo tundens in mortario.* R. Avenar. Filij Iacob (vide diem 17. n. 3.) descendentes pro eis tantæ familiæ, de novo cum Benjamin in Ægyptum; hac die Memphim manè pervenerunt. R. Abraham in *Myrrh. fascicul.* Exeunti Iosepho è domo in aulam obviarunt: quos ut vidit, simulque uterinum fratrem, præcepit œconomio convivium instrui. Ille introrsum duxit attonitos ex his quæ vident, in varia ac opposita divisâ cogitatione. Vide *Genes.* 43. à 17. Interim educit ad fratres, quem victum reliquerant, Simeonem, & apposita aquâ iussu dispensatoris laverunt pedes, ex quo intellexerunt invitatos ad mensam: audientes ergo Iosephum ingredi domum paraverunt munera, & regredienti adorantes obtulerunt; quos benignè resalutatos interrogavit de patre; viso Beniamino, flevit; & cunctos in cœnaculum introduxit, ac seorsim ab Ægyptijs federe fecit, unumquenque iuxta maioris ætatis ordinem; quod omnino mirabantur.

Filij Iacob ingreditur Memphim.

Horridè fignra.

26 Nonnunquam imago Latonæ vel ridicula vel monstruosa. Pierique ut donum vaticinandi nanciscerentur olim in antrum Trophonij descendebant (de quo, 6. *Novembr.*) etenim eiusmodi merces ab Apolline concessa. Descendit Parmeniscus Metapontinus, primarius tum genere, tum opibus: indeque rediens, ex tot horridis, quæ vidit, nunquam ridere potuit. Ea de re Delphicum sciscitanti oraculum, per Pythiam respondit: *Mater mea tibi risum concitabit; quam eximie honora.* Credidit, sperans post reditum se risurum, mediatrice Latonæ: verum cum sic permaneret, ut pridem; deceptum se ab oraculo ratus, fortè Delon appulit, ubi cum admiraretur quicquid erat in insula, ingressus Latonæ sanum, confidens se spectaturum matris Apollinis insignem imaginem, ligneam ac deformissimam, turpemque ita aspexit; ut præter opinionem achriogelus totius corporis concussionibus, evaderet. Athen. 14. n. 29. Senius, lib. 5. *Deliadis.* Bulenger de *Oracul.* cap. 127. & Causin. lib. 2. *Symbol.* 51.

Invitantur à Iosepho.

Parmenisci risus eius imaginis videt.

2 S. Ephrem Edessen. Homil. de *Iosepho*, infit, industriâ, ne cognosceretur à fratribus, finxisse per ludum, tactu scyphi sui scire, quis quem ætate præcederet: quis primus & quis secundus, primogenitus vel minimus. Calix enim erat eius instrumentum augurationis. Unde de scypho eius *Genes.* 44. 5. *Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet.* Erat ergo in huiusmodi præ gaudio stropha, artificiosa compositio, quam post scituri, in fratrum allucinationem: haud verè augurium, ut delirat R. Kimhi, legens: *In quo augures consulit.* Usus est Iosephus v. 2. & œconomus verbo ambiguo: igitur *Augurari* sonat Magiam divinatione diabolicâ (qua utebantur Ægyptij, pelvibus aquis repletis, à dæmone datis responsis; vel experimente in aqua species ac imagines, de quo quærebatur) & divinatione subtili naturali sagacitate, quod dicitur *Præfagire*. Per iocum locuti sunt: unde Ioseph ipse: *An ignoratis (dicit illis, in terra pronis) quod non sit similis mei in augurandi scientia?* v. 15. Ita Augustin. hic *quæst.* 145. De scypho in mensa appposito pro auctoritate accumbentium, & in augurium, dicemus ex Herodoto 18. *Aprilis*; ac de Augurio Salutis in potu, 30. *Mart.* à n. 11.

Per iocum augurari se iactat.

Ieiunium Luna.

27 Inter Sabæos Arabes ieiunium Luna. *Die 28. Mensis Adar* (ait Thomas Stanleus, lib. 3. de *Philosophia Sabæorum*) *ieiunant Luna; quo sacrorum Præses unicuique dat hordaceum panem in honorem Martis, & Princeps duas drachmas, arario inferendas ab unoquoque pofcebat.*

Quædam augurij species.

DIES XXIX. FEBRUAR.

1 **G** Rad. 9. Solis in *Piscibus*. Inter Atticos & alios, ut vidimus in *Prolog. Galeat.* §. 2. quia mensam nume-

3 Non se quibat continere Iosephus in maiorem amoris expressionem erga Benjamin.

min. Unde in convivio duplicem partem edapibus illi misit Ioseph, quod erat privilegium primogeniti: quare cum ferula mentis essent apposta quinque, quinque partibus excessit ceteros; ut dicitur, v. 34. Post cenam illis iam cubantibus, ut observat Ioseph. 2. *Antiq. cap. 3.* qui illos ita honorabat, ut theatrum tragœdiæ ad speciem in excessivam iucunditatem protraheretur, & simul cognosceret Ioseph animum illorum erga Benjamin; pecuniam iterum singulis imperat restitui, sed præterea scyphum suum condidit in sarcinula Benjamin, & ita lætos manè remittit ad propria. Brevis tamen illorum alacritas: paucis stadiis emensis, cunctos equites circumfistunt, & ut fures ingratisimos excipiunt convicijs, quia honoratissime à protege generoso ac optimo habiti, ab eius scypho propter auguria magni pretij æstimationisque, manus rapaces non abstinent. Illi freti innocentia sub pœnâ capitis furis, excutiendas satellitibus obijciunt sarcinas: at omnes consternati, & scissis pro mœtore vestibus, ubi inventus in mantica Benjamin: qui adductus est uti grassator in urbem & publicam custodiam, secuti que sunt, an illum possent liberare fratres prece vel pretio. Tunc gaudibundo corde, sed severissimâ facie expectabat Ioseph, quo coram in terram corruerunt; sed ille visceribus moris ex fratribus afflictione, iucundissimè auditur Iudam orantem (vide elegantissimam orationem, nervosam, sententijsque gravidam apud Ioseph loc. cit.) ac cuncta ab ovo recolentem de patre, fratre, seque pro illo in servitutem dedente, igitur in suam à patre puerum receperat fidem. Non se ultra poterat cohibere Ioseph, agrè personam irati diù sustinens, & famulis ablegatis, ne viderent Proregem flere, elevata voce, teste lachrymâ (reis fulmen ab ore venit) eis dixit: Ego sum Ioseph: ego sum Ioseph frater vester: nolite pavere. Vox illis faucibus hæsit, attonitique extra se erant: quos accedentes complectitur & osculatur, iteraturque convivium, cætorum exuperante uberi gaudio. *Ibid. cap. 45. à 1. & Ioseph. d. ex quo. Histor. Scholast. cap. 95. & 96.*

4. In aulam velocius volavit fama, pervenitque ad aures Pharaonis adventus fratrum Ioseph; qui summè gavissus & cum illo Regia, opereque exhibuit conceptum gaudium: quandoquidem iussit, senem in Ægyptum adducere (ut quiescat vivatque cum filio dilecto) ac disponere plaustra ad subvectionem parvulorum & feminarum. Juxta eius imperium fecit Ioseph, in quo-

rum præparationem, conviviaque frequentata consumpti sunt 9. dies à cognitione fratris, sine quinque, quibus duravit embolium risus Iosephi, & afflictionis fratrum; exeuntiū lætante ex Ægypto die 14. *Mart.* Dum eis Iosephus valedixit, summè commendavit in via pacem habere: cogitabat ex præfatis conversationem: & monet cavere inter se de maiori vel minori culpa in sui venditione, à singulis commissâ: datisque singulis duabus stolis, Benjaminò quinque, & trecentis siclis, totidemque ut traderet patri, cum muneribus Regis, & comætu copioso; remisit, flens super singulos, in terram Chanaan, quò pervenerunt die 24. *Mart.* ut videbimus, n. 2. Priusquam abirent, seorsim secretò Ioseph Iudam sevocavit, commendans cuncta, maximè patris commoda in itinere, nolens quid, neque currus credere Ægyptijs, idololatriâ contaminatis, nihil boni convictu allaturis: simulque ut adveniente patre, præcederet nuncius in Memphim, ut inde patri exiret obviam & amplecteretur in terra Gessen, quam medietabatur petere in ipsorum habitationem; ut

Terra Gessen.

Nascitur Ioseph.

5. Erectio arcis Sion hac in die à Reudlin. Illi videtur Davidem expugnasse iugamontis Sion, quò post Arcem erexit David. Fallitur, equidem 2. *Reg. 5. 9. & 1. Paralip. 11. 5.* dicitur. *David cepit arcem Sion.* Videbimus, 7. *April. n. 6.* Unde iure Adrichomius, in *Ierusalem*, n. 3. inquit: *Arcis Sion antiqua & munita in vertice montis condita & inftar coronæ cum cingens, tutum erat præsidium, & quasi tanta urbis capitolum. Verticem primò Iehusai validâ arce, ambitum verò eius firmis altisque muris, portis & turribus munitur: quos cum David Rex expulisset; arcem & circumquaque muros, portas ac turres multò munitiores reddidit montisque planitiem intrinsecus in plateas & vicos distinxit, atque inibi sibi & suis Heroibus fortibus domos edificavit; vocavitque Civitatem David.* Hanc in arcem David transtulit Arcem fœderis, ut videbimus, 21. *Novembr. n. 2.* ubi mansit celebratio-

Arcis Sion.

re

Emblem
festiva Ioseph.

A fratribus
agnoscitur.

Latius
Pharao de
advocato
eruditus.

re cultu, quousque magnificentiore, introducta in Salomonis templum. Unde illud Davidis, Psalm. 86. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.*

6 Hæc arx iuxta Rupert. in *Cantic. 4.* dicitur *Turris David*, quasi ipsa esset quod excelsus in monte Sion, 2. Esdr. 3. 25. *Turris qua eminet de domo Regis excelsa.* Adrichom. d. n. 170. seorsim ab arce describit, dicens: *Turris David munita & excelsa valde in duarum voraginum angulo, in prærupta rupis colle ex quadris lapidibus, ferro & plumbo indissolubiliter compapinatis, à Davide Rege edificata.* Eius pulchritudo ac ornatus indicatur loc. præfat. *Cantic. ubi: Turris David, que edificata cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Solemne erat inter Orientales (antequam Græci erigerent trophæa) arma hostium quæ ex victorijs congregata, suspendere muris: vel ad ornatum præsidij, ut qui viderent, recederent, certaminis formidine, promptis & dispositis armis. *Persæ & Lydij & Libyci erant in exercitu tuo, viri bellatores tui. Clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu suo. Filij Aradi cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed Pygmei qui erant in turribus tuis pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum; ipsi compleverunt pulchritudinem tuam.* Ezechiel. 27. à 10. Ad Sanctium hic. inter Ethnicos Virgil. 7. *Aneid. v. 183.* Plutarch. in *Timoleon.* Ctesiam. in *Persic. n. 2.* & Marlian. *Topograph. Romæ, cap. 10.*

7 Ædificata est iuxta arcem Sion duplici fronte, nobilior iuxta sepulchrum David, Salomonis & Regum Iuda. Brocard. *cap. 7. n. 43.* & Uvilhelm. Tyrius, 9. de *Bell. sacr. cap. 3.* *Sunt Iudæi habitantes in angulo civitatis sub turre David* (inquit Beniam. Tudelens. in *Itiner. à pag. 41.*) *in qua turri supersunt adhuc ex antiquo edificio muri à maioribus nostris constructi ad altitudinem cubitorum decem ferè ab ipso fundamento: his verò quod superest, Ismaëlitari est edificatio.* Nullum ibi in tota urbe edificium turri Davidis firmitudine par. *Ibidem in domo que fuit Salomonis, visuntur præsepia equorum, edificium firmissimum, lapidibusque constans maximis; cuiusmodi fabrica nullum in tota terra visitur exemplum. Exstat etiam adhuc piscina illa in qua Antiqui victimas mactabant. Iudæi singuli suum nomen illic in muro scribunt.* De Piscina egimus, die 3. à n. 2.

8 *Sunt verò in monte Sion Davidicæ familia sepulchra, & Regum eorum qui post*

David surrexerant; sed locus ipse ignotus vulgò est: subdit idem, & longissimam historiam, vel fabulam: scilicet, sacerdotem in templi restorationem locatis operarijs nonnullos vocasse, ut ex antiquis montis Sion muris saxa eruerent. Duo ex illis cum ferò venissent, increpanti operis præposito, responderunt; Se compensaturos operam, dum alij iissent in prandium. Cum promissa præstarent, lapide quodam sublato, antri ostium inveniendes; ingressi, palatium viderunt marmoreis columnis innixum, auro & argento obductum, ante quod mensa erat, in eaque sceptrum & corona aurea; atque hoc erat sepulchrum David Regis Israël, ad cuius sinistram Salomonis simili ornati sepulchrum & alia multa aliorum ex Davidis familia regum Iuda, qui ibidem conditi fuerant: erantque illic arcæ clausæ: quid verò continerent, adhuc hominibus ignotum est. Cum verò operarij illi in palatium penetrare constituissent; turbinis spiritu percussi ex antri ostio in terram exanimati ceciderunt, iacentes eodem in loco usque ad vesperam, audientes vocem: Surgite, exite ex hoc loco. Illi verò impulsi, atque pavore correpti nunciarunt visa, & Pharisæus qui adstabat ad depositionem, respondit; ibi esse sepulchrum David. Unde iussu sacerdotis locus occlusus est, & opere ab oculis hominum celatus ad hodiernum usque diem. De hoccine sepulchro & in eodivitijs reconditis dicemus, 26. Decembr. n. 10. & 29. ex diversis AA.

9 Chronicon Alexandrin. pag. 365. refert, *Salomonem fecisse ad orientem Sion conditoria David, qua à Gabaone longiusculè, viginti nempe stadiorum aditum habent obliquam, sinuosam & perplexam; quique nihil videretur suspitionis, movere fecit: estque hodie aditus multis tum sacerdotibus, cum populo universo ignotus. Ibi Salomon aurum ex Æthiopia & aromata custodiebat: sed ubi Ezechiæ Thesaurum Davidis & Salomonis artem Gentibus aperuit, locumque patrum & cineres Maiorum polluit; Deus stirpem illius hostibus in servitutem addixit, ipsumque sterilem & infecundum reddidit ab illo die.* Hæc præut aucupor, ex Rabbini nugatoribus sumpta. Vide diem 21. Decembr. num. 4. Duravit Ars Sion usque in Simeonis Machabæi tempus, qui illam diruit, ut possent tutò Iudæi ingredi & egredi è templo. Agendum 16. Decembr. n. 5.

10 Hic cum exploratum iret exercitum Nicanoris, iam ingentem aggregatione impiorum, Alcimum, Pseudosacerdotem sequentium; perveniens cum copijs nonnullis

Turris David.

Arma hostilia muris suspensa.

Muri Sion.

Præsepia Salomonis.

Piscina.

Ornatus sepulchri David.

Unde occultum & quomodo?

lis in castellum iuxta Iordanem; retrocessit, videns quàm exiguas secum adduxerat vires, & Nicanoris ingentes. 2. *Maabab.* 14. 17. Nonnullis placet, nec sine fulcro ex sacro textu, Simonem contritum fuisse, cum occurreret hostibus, illorum repentino adventu. *Torniiell.* Ann. 3893. n. 4. Hoc tamen primo cum hoste congressu minimè elatus Nicanor, nec metum exculsit; igitur magna de Machabæo conceperat tot varijs egregijsque victorijs, haud de meticulosis inermibusque partis; si alius à priore Nicanore: vel si idem, qui sub Epiphane, suo capite didicit formidare; uti dicemus 28. *Mart.* n. 6. & 9. *April.* n. 7. Quare maluit negotia non sanguine dirimere, sed sociali fœdere; uti videbimus 12. *Mart.* n. 5.

11 Prædic, ut vidimus, à *num.* 10. fato functus est Herodes Magnus, alienigena Rex Iudæorum; in quem infernus sua ad hominum exterminium deposuerat arma, & mille nocendi artes. De sepultura continuò curatum, ne interficeret mortuus, quos nolens prætermiserat vivus. Apparatus ita describitur cum pompa funetis à Iosepho, 17. *Antiquit.* cap. 10. — 1. de *Bell.* cap. 21. quem secutus Egeþipp. 1. de *Excid.* cap. 46. Nihil enim magnificentia in funus prætermisit Archelaus, successor in regno declaratus ab illo. *Omnem ornatum* (inquit) *extulit regium in funeris pompa incendum. Lectus* quippe totus erat gemmis auroque distinctus: *thorus autem purpurâ variatus, corpusque super eum velatum itidem purpurâ: capiti autem diadema erat impositum, corona verò desuper aurea, sceptrumque in dextra; & circa lectum satellites, agmenque thractum, Germanici, & Galli, velut ad bellum instructi omnes antecedeabant. Cætera verò militum manus armata, Ducesque suos, ordinumque Principes sequebantur decenter. Quingenti autem servi ac liberi odores ferebant: corpus autem per ducenta stadia portatum est in Castellum Herodium; ibique secundum ipsius Regis mandata, sepultum est.* Ita pompa eius in mundo, qui sepultus fuerat in inferno. Post funus iusta, de quibus, 7. *Mart.* à n. 7.

12 Hunc pessimum bipedum, uti Messiam celebrarunt, qui post ab illo dicti sunt *Herodiani*: quare plausu, ludis, choreisque eius extulerunt mortem, quasi in coelestia natalem. Hieronym. *Contra Lucifer.* Epiph. 1. *Hæres.* 20. Tertullian. de *Prescript.* cap. 45. & Baronius in *Annal. apparat.* n. 15. In hoc cœne delirium devenere, cò quòd extra tribum Iuda, viderent sceptrum Israël, iuxta Iacobi oraculum, *Genes.* 49. 10. Haud rectè calculus: equidem non illotunc, sed

retrò 37. annis à Romanis constitutus fuerat Rex, ut dicitur, 25. *April.* num. 9. Hos adultores fovisse Herodem, refert Alapid. in *Matth.* 22. 16. quia illum Christum à Prophetis promissum buccis crepantibus dictitabant; illorumque instantiâ infantes occidisse, & simul vanitate ductum, tanquàm Messiam erexisse, sive amplificasse magnificè templum; de quo 17. *Mart.* n. 11.

13 Varia somniarunt de hac secta & Sectatoribus, potissimè fidei heterodoxæ. Drusius in *Commentar. de Vocib. Hebr. Nov. Testament.* cap. 23. somniat, Herodianos fuisse quosdam Græcos, quos de deserto traduxit in Ierusalem, qui singulari doctrina instituerunt sectam, & vocati sunt de nomine eius *Herodiani*. Iò! Ridet Ioan. Buxtorfius in *Lexic. Talmud.* pag. 631. igitur pro Græcos, legit *Columbas*: signansque errorem Drusi, subdit: *Herodes Rex adduxit secum columbas de deserto; factaque sunt mansuetæ, vocataque secundum nomen eius Herodiana.* In verba Drusi iuravit Causabonus, *Exercit.* 1. *contr. Baron.* n. 5. in quem insurgit Iul. Cæsar Bulenger. Herodianos, servos vel libertos Herodis & Archelai, tributis exigendis Præfectos; arbitratur Samuel Petitus, 2. *Var. Lect.* cap. 1. Alapid. loc. cit. *Herodis fautores, familiares & domesticæ, dicti Herodiani.* Sumpsit ex Syriacæ Versione, ubi pro *Cum Herodianis*, legitur: *Cum his qui erant de domo Herodis.* Denique Heinſius, *Exercit. sacr.* in loc. cit. *Matth.* infit: *Milites aula Herodiana.*

14 Nisi me fallit coniectura; Herodianos non alios fuisse rerer, nisi qui Herodis regnum statuebant ut legitimum. Rabb. Abraham Zacuth in *Iuchasim*, pag. 19. loquens de quodam Manahemo, infit: *Unde cum Hillele præfecturam Synedrj magni gessit; postea recessit in famulitium Herodis, unâ cum 70. viris, splendide vestitis. Cum enim ingenti lite apud magnam partem Iudaicæ gentis solum esset creperum; plures dominatui resistebant: erant, qui forsiter suffragarentur. His datum est nomen Herodianorum; quippe qui summis viribus regnum stabilirent & approbarent.* Hæc ille, sed cave, ne cogites cum Ioann. Sauberto, de *Sacrific. & Sacerdot. Hebraor.* p. 1. cap. 25. hunc Manahemum fuisse Doctorem illum Orthodoxum, & spectabilem, cuius memoria, *Aetor. Apostol.* 13. 1. tum, quia ibi dicitur, *Herodis Tetrarchæ collactaneus*: & non à Tetrarcha Antippa, fed ab Scalonia, dicti sunt *Herodiani*. Tum etiam, quia *Martyrolog. Rom.* 24. *Maïj*, dicitur: *Antiochie, natalis S. Manaben, Herodis Tetrarchæ col-*

Nicanor est Machabæo sollicitat pater.

Pompa funeris Herodis.

Varia somnia.

Manahem Auctor sectæ Herodiane.

Robitus Messias ab adulatoribus.

Qui Herodiani

Istane, Doctoris & Propheta, sub gratia novi testamenti. Nec cogitatio reduci quit ad Manahemum Essenum, qui Herodi scholari vaticinatus est regnum; ut patebit ex dicendis, 9. Maij, n. 10.

Herodiani ex Sadducis.

15 *Herodiani* ergo dicti sane Herodis Magni fautores, addicti sectæ Sadduczorū: igitur auctor eorum Manahemus contra Hillelis sententiam, cum præfat. viris insignioris notæ inter Sadduczos, novam Herodianorum sectam inchoavit, Sadduczorū doctrinam profitentem, & Herodis imperium propugnantem. Quod Herodiani fuerint ex Sadducis; patet, *Matth. loc. cit. & cap. 16. 6.* etenim ibi dicitur: *Cavete à fermento Pharisaorum, & Sadducorum.* Marci verò *cap. 8. 15. Cavete à fermento Pharisaorum, & fermento Herodis.* Ab hoc enim ita dicti, quoniam eius imperium, quasi decreto Dei (cū à Romanis) persuadebant populo, addentes esse Messiam, ut vidimus. Hæc vera, quantum auguror.

Mensis Beadar inter Hebræos.

16 Mensis hic inter Hebræos cavus fuit, idest, 29. dierum. Leonard. Marius, in *Kalendar. Hebr.* in quo intercalatio statis temporibus; ita ut tunc esset mensis tertiusdecimus, sive *Beadar*, hoc est, *Februarius* secundus. Hoc fiebat per filios Isachar, de quibus, 1. Paralip. 12. 32. dicitur: *Viri eruditi, qui noverant singula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Israel.* Idest, *Mathematici, qui scirent intercalare annos, fastos constituere, siderum conversiones & cursus supputare:* ait Genebrard. *Chronolog. Ann. 3106. ex Rabb. David & alijs.* Tunc secundus Adar habebat dies 30. & Neomenia celebrabatur die 1. ac ieiunium Esther die 11. Idem in *Kalendar. Hebræor.* Argumentum exposuimus ex professo, *Tom. 3. Tautolog. 3. à n. 31. ex varijs AA. quos videtis, n. 33.*

Annus intercalatio.

17 Romani prisca cū ad bella periti, sed Matheseos ignari, haud in calculatione ordinabant tempora, sed pervertebant embolismis ad embolismos; quippe tot factis, nec diebus insertis, aptabant tempora ad cursum Solis; sæpe in hyeme æstuant, & in æstate frigeant. Eorum calculationis & intercalationis errores, mutationesque mensium & dierum numerum, solus correxit Cesar; ut ait Sueton. in eo, *cap. 40.* Modos varios tam inter Romanos, quàm inter Barbaros & Græcos, si desiderantur (quoniam ne in fastidium, prætermittimus) invenies apud Alex. Neapolit. 3. *cap. 24.* & Tiraquell. hic, *Rosin. Antiquit. Rom. 4. cap. 1. & 8. cap. 1. & Salmasium cum Schildio in Sueton. loc. cit. Omni autem intercalationi mensis Fe-*
Tom. I. Ephemer.

Annus ordinatus à Cesar.

bruarius deputatus est (inquit Macrobr. 1. *Saturnal. cap. 13.*) quoniam is ultimus anni erat. Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant: nam & illi ultimo anni sui mensi superfluos interferebant dies; verum una re à Græcis differabant: nam illi confecto ultimo mense, Romani non confecto Febuario, sed post vigesimum tertium diem intercalabant, Terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarij mensis dies, qui erant quinque post intercalationem subiungebant. Credo veteres religionis suæ more, ut *Februarium omninò Martius sequeretur.* Cognoscebant etenim æquinoctiū Sole percuriente Arietem. Quarto quoque anno desinente, non incipiente, unus dies intercalabatur (ait in Sueton. cit. Beroald.) placuit Cesari, ut peracto quadriennij circuitu, dies unus post Terminalia intercalaretur, propter quadrantem illam, idest, senas horas, quæ singulis annis exuberantes diei noctisque mensuram colligunt. Diesque dicitur *Bissex-tus*, quia diebus duobus continuis enunciatur. Sexto Kal. Mart. Unde Celsus: *Nihil refert, utrum priore, an posteriore die natus sit; cū illud biduum pro uno tantum die habeatur.* Quid dicent Astrologi?

Cur in embolismo annus quartus dicitur bissex-tus

18 Inter Ægyptios insertio huiusmodi celebrior: nam si primis temporibus erraverint, annos conficiendo per æquinoctia & solstitia; post aptarunt ad cyclum Solis intercalatione, ac embolismo perfecto. Ita Horus Apollo, *lib. 1. Hieroglyph. 5.* ubi Causin. ex Cenforino de *Die natali*, subdit: *Duplicem Ægyptiorum annum fuisse: unum quidem Minorem, trecentorum sexaginta quinque dierum. Alterū Canicularem à Stella, qui quatuor Solis annos complectebatur, uno insuper die intercalari addito; ut Horus definit: si non ex civili ratione, saltem ex arcana Sacerdotum observatione. Hunc annum ex ortu Canicula quater repetito designabant; atque ut 365. diebus absolutis sæpe præterea hora ad cursum, qui ex motu Solis definitur, singulis annis adduntur: illa vero post quatuor annorum conversionem diem solidum efficiunt. Ægyptij quarto demum ortu Sothidis, sive Canicula intercalabant, & solidum annum tunc absolutum patabant, quod erat re verà quadriennium, civili quadriennio uno die maius, propter intercalationem. Non hic annus, sed Sothidis ex 366. diebus, dicebatur Annus Dei; ut subdit Horus. Ludovicus Carrion, *Emendation. lib. 2.* asserit, ita signari propter cursum Solis, qui ab illis Deus dicebatur.*

Inter Ægyptios annus Minor, & Sothicus.

Annus Dei

19 Ctesias de *Ægyptiac. legib. & institut. pag. 806. Thebani (iustit) maxime sa-*

cerdotes Astronomiam, philosophiamque exercere dicuntur. Hi non Luna, sed Solis cursu annos numerant triginta dierum duodecim mensibus, quorum quisque triginta constet diebus; quinque dies quotannis adijcunt. Ad totius verò anni complementum, cum quadam diei particula excurrentes, circulationem quandam componunt ex totis diebus totisque annis, quos particula excurrentes & coeuntes, diem consiciant. Huiusmodi sapientiam Mercurio in primis tribuunt. Sumpta hæcine sunt à Diodor. Sicul. qui eadem de Thebæis refert, lib. 1. n. 32. Vel in eiusmodi embolismi ordinem arcanâ doctrinâ cogitarunt hieroglyphicum. Hyemem, Saturnum; Æstatem, Venerem; Ver verò Proserpinam appellabant; quia in anno duntaxat signabant tres stationes. A Trismegisto annus divisus in quatuor; ut videbitur, 21.

Ordo Mæris
in Bissexto.

Dies inter-
calares.

Hieroglyphi-
con, valisur.

Mart. à n. 5. Insuperque quinque apponebant dies, quos dicebant Intercalares. Vulturem verò ad huiusmodi cogitationem pingebant. In prolem educendam, ait Pier. Valerian. lib. 18. cap. 2. quinque continuò dies sine cibo & potu consumit. Mox centum & viginti dies prægnans manet; totidemque diebus pullos educit: reliquos centum & viginti dies immunis est, suarumque tantum rerum satagit. Fusè argumentum illustrat Kircher. Tom. 2. Oedip. Copt. p. 2. in Gymnas. hieroglyphicor. p. 2. class. 7. à cap. 1.

20 Quilibet ex his quinque diebus genethliacus fuit quinque Ægyptiorum Numinibus, cuius articuli etiam conficta fabula, de qua Macrob. & Pier. ubi supr. Plutarch. de Isid. & Osirid. refert. Concubentem fur-
tim, aiunt Ægyptij cum Saturno Rheam, ut percepit Sol; ei imprecatus, ut neque mense, neque anno eniteretur: cupidum autem huius Deæ Mercurium cum ea congressum esse. Inde taxillis cum Luna lussisse, victoremque ablata ex unoquoque eius lumine parte septuagesimâ; ex omnibus dies quinos fecisse; quos sexaginta & trecentis intercalasset, in quibus natales Deorum agunt. Primò editum Osiridem; vocemque unâ cum nato excidisse, qua proclamare ei præcepisset: Magnum Regem beneficam natum esse Osirim. Altero die Aruerim, quem Apollinem & Maiorem Horum appellant. Tertio, Thyphonem, non tempestive; nec recto loco; verum erumpentem impetu per latus exilisse. Quarto, Isim impraviguis natam. Quinto, Nephtben, que mortem & Venerem, nonnulli etiam Victoriariam dicunt. Ortum Osirim & Aruerim ex Sole, ex Mercurio Isim, Thyphonem & Nephtben ex Saturno. Cultam autem à Thypho-

Cur quinque
dies additi,
dicitur Na-
talia Deorum?

Deorum?

ne Nephtben fuisse: Isim & Osirim inter se amantes antequàm ederentur in ventre sub tenebris concubuisse. In die tertio intercalari, Thyphoni dicato, quia cum habebant nefastum, non vacabant Reges actui rerum, nec corpus usque ad noctem curabant. Eadem apud Kircher. in Obelisc. Pampbil. lib. 3. cap. 5. & in Prodrom. Copt. cap. 5. Tradunt præterea (subdit Diodor. Sicul. d.) quinque illos Deos totum orbem peragrare, nunc sacrorum animalium formis indutos, nunc in hominum speciem conversos, mortalium se oculis exhibere. Idque minimè fabulosum, sed facultati ipsorum conveniens esse; siquidem re verà ij sunt, qui omnem generationem efficiunt. Quod & Homerus in Ægyptum profectus (addit Kircher. 3. Oedip. Copt. Syntagm. 13. cap. 1.) uti à Sacerdotibus accepit, sic in hunc modum fieri in opere suo Postico, affirmat.

Hospitibusque Dei similes aliunde profectis Introeant urbes varia sub imagine formæ, Ut videant qua prava viris, qua iusta gerantur.

21 Per natalitia Deorum hi quinque dies inter Ægyptios cogniti & nominati, de quibus suis in locis agendum. Romani hos quinque dies sub Cæsare & Octaviano, tribuerunt quinque mensibus, Maio, Julio, Augusto, Octobri, & Decembri, & duos subtractos à Febuario, Ianuario & Martio: equidem apud Ægyptios (mensibus efformatis ex triginta diebus) conficiebatur annus ex 360. Unde ut ad Solis cursum, anni formaretur cursus, additi sunt hi quinque dies, sub tutela nomineque horum nativitatibus Numinum. Hinc ampliore Planetarum (revolutionibus attentius inspectis) potissimè Lunæ Solisque cursus cognitione; relinquentes anni divisionem in quatuor menses, ut vidimus supra, amplexi sunt stationes per æquinoctia & solstitia, dedicata & insignita nominibus Isidis, Hori, Serapidis & Osiridis, quorû imagines apud Georg. Herwart. in Hieroglyph. Theatr. figur. 36. ubi Osiridis effigies erat caninâ facie, sedentis in sella affabrè variegatâ, & insidentis crocodilo, cum spherula in dextra. Isidis, erat femina maiestate sedentis in throno cum sceptro & duabus stellis. Hori, cum litno & guomone, veste reticulatâ. Serapidis demum, cum modio in capite, & simul stellâ. Aliter Kircher. efformat rotam in Mathematica Hieroglyph. cap. 2. Stationem solstitij hyemalis vocat Aruerim, in qua ingressus Osiridis in Lunam, de quo diximus die 1. num. 22. Equinoctium vernale, Horum; in quo consecratio placentarum cum eius

Hori concep-
tio.

Homér.

Ægyptios
numina

Æquinoctia
& solstitia
ab Ægyptijs
signata per
Numinum
nomina.

Imago Osiridis.

Isidis, Hori
& Serapidis.

Que in omni
stationibus
apud
Ægyptios
mysteria

eius imagine: de quo die 24. n. 23. Solstitium ætatis dicit *Hermetem*, in quo eius sacra & Nili solemnia; ut fiebant sæpe, sed pompa in mense Iulio, uti videbitur in illius *Isagog.* n. 13: 86 23. Denique utumale æquinoctium appellat *Osfridis interitum*, in quo eius ingressus in arcam, uti agemus, 17. *Octobr.* Plura alia in præfens argumentum 21. *Martij*, à n. 2.

21. Dies quinque signatos quos sacros Numinibus celebrabant Ægyptij, Sinæ nihili ducebant, quoniam dedicabant voluptati & otio, desinentibus in mœstitudinem & mortis formidinem; eò quòd scirent mundum aliquando dissolvendum post dies quinque illos, finitâ annorum, quam efformaverant, rotâ. *Annus illi octodecim mensibus comprehendebant* (inquit *Acofta*, lib. 6. *Hiflor.* cap. 2.) *qui menses singuli viginti sunt dierum; à quibus numerus 360. existit.* Cum autem supersint quinque dies ad Solis cursum implendum, eos non numerant; sed *Dies nibili vocant, per quos licebat, nihil agere, & esse nauci.* Initium anni à Martio faciebant, prodeunte primo fronde. *Menses sine nominibus, sed hebdomodas 13. dierum habebant; quos dies punctis numerabant.* Annos autem quibusdam imaginibus domi figurabant cuniculo, arundine, vel saxo. *In medio rotæ versabatur Sol, ex quo quatuor linee prodeuntes totam rotam secabant, distinctæ singula suis coloribus, viridi, cœruleo, croceo, rubro.* Confectâ à rotâ, faciebant omnes (quod aiunt) *Proterviam.* Vasa, supellectilemque omnem defringebant, ignem extinguiebant; rati, in perendinum se perituros; ita præcipientibus fati, periturum mundum sub finem unius rotæ. *Sic quod semel in fine unius rotæ eventuram putabant; singulis suspicabantur evenire posse.* Sic vasis defraetis, discedebant, silentio & timore ingenti eventum rei expectantes; institutis vigilibus, qui explorarent, an reverteretur Sol: quo inalhescente, magno tympanorum tubarumque fragore, vitam sibi redditam arbitrabantur. *Regerimus dicta, Tom. 3. Tautolog. 8. n. 16.* Elucet, in fine Februarij hæc fieri, cum annum inciperent à Martio.

23. In Laconia sacra *Hilaira* & *Phœbe.* *Kal. Græc.* Hæc Dæz fuerit filia Apollinis, quæ Castorum uxores, ut ait *Paufan.* cap. 65. qua de causa earum simulacra in templo Castoris & Pollucis, quæ etiam collocata Messene, quòd *Epaminondæ* statua ex ferro, uti idem subdit cap. 142. *Templi, quod habent in Laconia, Sacerdotes, Virgines sunt.* Cum *Leucippidam* una, quæ *Deabus* ad sacra ministrabat, alterum è simulacris ex-
Tom. I. *Epheum.*

ornandum suscepisset; pro veteri facie repod fuit aliam, eo artificio factam, quo nunc simulacra fieri solent. *Amot à enim veteri, novam reposuit.* Idem enim factura in alterò signo, per visum in quiete deterrita est. *E templi tacunari pendet ovum tanijs neligatum; & illud esse memorant, quod Leda peperit.* Idem cap. 97.

24. Varia apud AA. de Ledæ ovo, quòd etiam tribuatur *Nemesi*, tanquam veræ *Helena* matri. *Invenio Auctores* (ait *Apollo-dor.* 3. *Bibliothec.* n. 18.) *qui Helenam Nemesi & Iovis filiam fuisse, dicant.* Nam cum ea Iovis concubitus fugeret, in anserem mutatam fuisse, Iovem autem in cygnum versum commemoratur. *Nemesim verò ovum ex eo peperisse.* Id. *iv. nemore opilionem quandam invenisse, & latum secum Leda dedisse:* hanc autem conditum in arca reposuisse; & suo demùm tempore ortam fuisse *Helenam;* eamque perinde ac si de se fuisset nata, educasse: qua cum formæ præstantiâ polleret, tunc *Theseus* rapuit, & *Athenas* abduxit. *Deinde Pollux & Castor, comparato in Atheniensis exercitu, cum ad Plutonem esset Theseus; urbem capiunt, atque Helenam reciperant: necnon Ethram Thesei matrem captivam abducunt.* Videbitur fabula extensè, *Isagog.* *August.* n. 20. Poëta modò effuriant cogitamina; flocci ducunt si discordia. *Ovum ergo suspensum tanijs in templo uxorum Castorum, modò ex illo nata Helena; erunt ovitecta, vel putamina, ut apparerent incunabula scandali Europæ & Asia.*

25. Probatio indolis Thefei apud *Trozenios* coram *Hercule.* *K. Græc.* Nescio quanam fuerit in spem præclaram, ni sit excusio pavoris, dum timerent alij pueri. *Facem ministrat Pansanias, cap. 25.* ubi: *Cives commemorant, Herculem Trozenem ad Pittheum venisse: cumque accumbere vellet, Leonis pellem deposuisse: accessisse & alios Trozeniorum pueros & Theseum annum agentem ferme septimum.* *Ceteri at leonis pellem viderunt, perterritos aufugisse: Theseum nihil magnopere metuentem, propius venisse, arreptaque de fervarum manibus bipenni, quòd viventem leonem esse putaret; invadere illum voluisse, & hæc quidem de Theseo prima historia vulgata est.* *Alteram adijciunt: crepidas Ageum sub saxo & enses deposuisse; quòd ea sibi signa in filio agnoscendo forent, at deinde Athenas reversum. Theseum, cum iam sextum decimum ætatis annum attigisset; amoto saxo, depositum sustulisset. Res tota ex ere præter saxum in arce expressa est.* Idem *Plutarch.* in *Theseo,* &

Quæ in illorum templis erat?

Nemesi Helena mater.

Leda ovum

Helena rapitur à Theseo.

Gesta Thesei.

Mos Sinæ quin in 5. diebus additur.

Illorum protervia.

Sacra Hilaira & Phæbe.

Statua Epaminondæ ferrea.

Ovid. 7. *Metamorph.* fab. 23.

Sacra dæ-
monum.

26 Inter Tartaros convivium solemnè Spiritibus inferni. Paul. Marc. Venet. *Histor. Tartar.* Placabant ridiculè, maximè qui læsam habebant conscientiam, formidantes Nemesis quæ ob crimen ultrix noxios sequebatur à tergo. Illo in die fumentes cibos è mensa currebant quasi furij agitati, & stimulatì ab hostibus, quos timebant: sed ut tutò effugere ex fuga possent; ab utroque latere fragmina, ex his quæ ex mensa sumpserant post tergum projiciebant, ut illo cibo hostes lactati, cessarent persequi, & illi continuarent sine molestia cursum, quin respicerent retrò. Idem invenitur apud Bleum. Ritus alium hoc in convivio habebant, & crudele, quasi pro hilaritate, cum iam ebrij essent. Laudabant iunum agilitatem & industriam, qui laqueum collo iniectum gladio secarent, postquam scabello remoto manebant in aère penduli: & qui convivio adstabant, ætate juvenes, perciti vanitate, in spectaculum sedentium, laqueum lubricè confectum, sumpto gladio, accommodabat gulæ. Verùm cum ex periculo corporis pondere stringerentur fauces, amisso tactu haud gladij acie atrectabat funem; quo pendeat suffocatus, ridentibus convivijs ad vina sedentibus. Mors sociorum illis festiva, ut paterent convivia diabolica. Ibid.

Ritus.

Tartarorum
ferale con-
vivium.

27 Aliter dæmonibus sacra cœnà funestà fiebant, cunctis tinctis in horrorem atro colore. *Sacrificia quæ Dijs Inferis fiebant, non solo tempore, sed etiam colore vitæmarum & ritu singulari celebrabantur.* Natal. Comes, 1. *Mytholog.* à cap. 12. Unde in convivarum pavorem instituta à Domitiano ridicula cœna. Parari iusserat convivium nocte in ædibus nigerrimis; in quo mensæ, sedes, loca, famuli, fercula & mantilia, cum silentio summo mortem tantum spirabant. At vanus convivis conceptus timor: equidem omnes vas pretiosus donati, quibus cœna fuerat instructa, imò & famulis, qui eis sub dæmonum specie ministrarant; quos probè lotos, atramentoque deterfo, speciosissimos agnovere. *Domitianus* (inquit in eo Xiphilinus) *primoribus Senatorum & equestris ordinis convivium in hunc modum fecit. Apparuit ædes omni ex parte nigerrimas: erant enim atra laquearia, parietes & pavementum. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet absque comitibus, ac primum omnium iuxta unumquemque columnam collocat, factam instar sepulchri, in qua nomen eius inscriptum erat, pendeatque de ea lycobuculus parvus,*

Cœna fer-
alis: Domi-
tiani.

ut affolet in monumentis. Tum nudi pueri & atramento obliti, tanquam spectra quadam ingrediuntur, eosque terribili saltatione circumcunt, eoque factò, ante ipsorum pedes consistunt. Ad extremum omnia quæ in exequijs mortuorum inhiberi solent: in vasis eodem modo eis apposta fuerunt. Cœna igitur peragebatur magno eorum silentio, ut qui timore pœne quasi exanimati essent. Quid ex huiusmodi scena ludicra? Ritus. Ita ludebat infans Imperator, qui magnis sumptibus specie Deorum infernalium, cupiebat formidari. Refertur etiam historia à Caussino lib. 3. *symbol.* 31. & Briet. ann. V. C. 844.

28 Hoc in fine mensis, nimirum *Adar* (ait Benjamin in *Itiner.* pag. 103.) in *Egypto hordea metuntur: triticum autem proximo post mense, hoc est, in Nisam: eodemque mense cerasa matura sunt & amygdala, & cucumeres & cucurbita, &c.* Die 7. Dystrinex dira contigit Anaxarchi Philosophi, Alexandri Magni supra modum adulatoris. Freinshem. in Curtium, lib. 8. cap. 10. Rex illum rogavit, quid de externa cœna sentiret? Respondit: *Cuncta magnificè & splendide, si caput Nicocreonis fuisset appositam.* Post Alexandri obitum Cypri Nicocreon Satrapa, crudelissimè torfit, cui dixit: *Tunde, tunde Anaxarchi follem, animum, minime valebis.* Tunc tyranno minitanti linguæ abscisionem, dentibus amputatam proiecit. Laertius de *Vit. Philosophor.* lib. 9. Ovid. in *Ibim.* Cicer. 2. *Tuscul.* qq. Siccine Anaxarchus vitam non modò non deseruit, sed morte reddidit clariorem. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 3. n. 4. Lingua eius minutim iacuit, quæ matorum aures, & in primis Alexandri admiratione sui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, siderum motus, totiusque denique mundi naturam prudentissimè & facundissimè exprompsit. Plutarch. in *Alexandr.* Coel. Rhodigin. 8. cap. 1. & Bonifac. 1. *Histor. Iudic.* cap. 22.

Mensis in
Egypto.

Anaxarchi
mors.

DIES XXX. FEBRUAR.

1 Ultimus inter nationes, in quò gradus 10. Solis in *Piscibus*, ut primus sit Decanus completus. De natis sub huius Signi parte, ait Iul. Firmic. Marten. *Erunt potentes, omnibus noti, Regum amici, quibus navale committetur imperium, & erunt ex pugna victores: etiam iusti & religiosi, magna præstantes & impetrantes, sed Regum dolo & irâ biobhanati morientur.*

In

Virginis spi-
ca.

In hoc gradu oritur *Virgo* iuxta Albumasar & Grannuyl. lib. 8. cap. 21. De occasu diximus d. 18. *Virgo habet spicam igneam in manibus, & ad genua Urnam.* Germ. Cæl. in Præf. Phænomen. Arat. & n. 7.

Germ. Cæl.

Fulget Spica manuum, maturisque ardet aristis.

Mathusale
oritur.

Bos in pascua. Sphær. Arab. Ann. O. C. 688. natus est Mathusalem, filius Henoch. Eutyche. Annal. Alexandr.

Obit Salma-
nasar & re-
gnat pro eo
Sennacherib

2. Incepto anno 14. regni Ezechie repente è vivis sublatuſ Salmanasar, urgente divinam ultionem plurium iustorum iniusta calamitate, quos cum impijs tyrannicè extorres fecerat. Aben-Melech in 4. Reg. 18. 10. Briet. Ann. V. C. 18. cœlitus fulminatam suspicatur. *De cuius mortis genere (infit) Scriptura tacet: suspicari tamen licet ex eius verbis, eum miserè perijſſe, & totius Orientis terrorem & fulgur ita subito dissipatum esse; ut eo sublato, plerique populi metu solverentur.* Octo tantum annis potitur regno. Verum metum expulſum obitu patris, iterum in corda subditorum introduxit vefanus dignitate tyrannicè filius Sennacherib, aliter dictus *Sargon*, Iſai. 20. 1. superbissimi patris arrogantissimus hæres, blasphemusque ponens in cœlum os suum. Magna moliebatur tumens, ut plus parente victorij illustraret Afsyriam: quapropter ut ansam in bellum adversus Ezechiam & regnũ Iuda haberet, petijt vectigal quod olim solvebatur Regibus Afsyriorum, potissimè à tempore Achaz; uti videbitur, 5. Septembr. n. 3. sed Ezechias renuit accipere huiusmodi iugum; quo ille in Iudæam expeditionem disponit, & Ezechias in auxilium sibi fœderavit Regem Ægypti. Conſtabit ex dicendis à 9. April. n. 4.

Cui negat
tributa Eze-
chias.

3. Post triennium à morte senioris, moritur Anna mater iunioris Tobie, quæ ab illo iuxta virum sepulta fuit, ut ordinaverat senex: iustisque ex more peractis, exijt cum omni familia ac facultatibus è Ninive in Ecbatana ad foceros, ubi vixit, curam illorum agens, quos quidem etiam sepelijt; quo cunctam domus Raguelis hæreditatem percepit, ut illi dixerat Raphaël. Tob. 6. 11. Serar. in cap. 14. quæſtiunc. 6. Vid. 18. Mart. num. 3.

Tobias re-
versus cum
familia in
Ecbatana.

4. Anno secundo Assueri Regis Persarum, antequam illud celebre convivium intrueret, de quo num. seq. cum casu è Babylone accessisset Susam Mardocheus, unus ex Iudæorum Primatibus, ut dicit Ioseph. 11. Antiquit. cap. 6. hac in die cum noctu quiesceret (ut placet Serario in *Esther* post Prolegom. 1. p. quæſt. 12. dicenti: *Nox erat,*

Somnia
Mardochei.

quæ primum, primi mensis Nisan diem ante tecebat) vidit somnium, in quo duo dracones sibilantes, à quorum pugna concitatae sunt gentes, die in tenebras converso, quo etiam fons parvus crevit in flumen, in lucemque Solis conversus est, cuius ortu iusti de improbis triumpharunt: *Esther* 11. à 2. A Domino missum fuisse somnium, constat ibid. 10. à 5. & alruit Serar. d. quæſtiunc. 3. Hoc vidit, sed pro illotunc viſa non intellexit, ut saepe in Biblijs dicitur: *Genes.* 37. 5. & 41. 1. *Daniel.* 2. à 1. & 4. à 1. Vid. D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 6. Rupert. lib. 9. de *Victor. Verbi Dei*, cap. 1. & Petr. Ven. rabil. lib. 6. *Epist.* 16. Mardocheus ergo significationis somni fatagebat: & licet haud intelligeret; ab animo expellere non potuit, quem post decennium eventus declaravit.

5. Hac in die anno sequenti, nimirum, tertio regni, Assuerus fecit convivium illustre, de quo *Esther*, 1. à 1. & hic Chald. Paraphr. & Aben-Ezra cum Rabb. Salomone. Locus fuit Susa, in qua sedem primum regni collocavit, sic dicta quasi lilium, aut viola, propter illius amœnitatem ad Choaspem fluvium. Situs, atria, cœnacula, & perample aule, exedrae ac triclinia, in quibus Principes; quousque invitati populares Susarum, qui accubuerunt septem diebus ultimis convivij, in vestibulo horti regis & nemoris. Ibid. v. 5. Unde in delicias Regum & civium structæ fuerant huiusmodi amœnitates, ut ait Benjamin, *Itinerar.* fol. 78. Hodie etſi ex magna parte diruta, dicitur *Tauris*. Invitati fuere Principes, Duces & Præsides 127. Provinciarum Persidis & Mediae. Ibid. v. 3. Placet Caietano hic, nobisque (tametsi alij inficientur) per vices fuisse invitatos, ut alij post alios in convivium venirent; quoniam minimè prudens, toto semestri tempore tot Provincias Præfectis carere; quod necessarium, si simul affuissent. Tempus regalis epuli dimidiatum annum, 180. scilicet per dies. Ibid. v. 4.

Convivium
Assueri.

Locus & fru-
tus.

Convivium.

Tempus.

6. Causa & convivij propositum, quia ibid. tantum dicitur, *Ut ostenderet divitias gloriae regni sui, ac magnitudinem atque instantiam potentiae suae*; non ut primaria accipitur, sed aliud altius propter quod convivium fecerit in potentiae, magnitudinis atque divitiarum ostensionem. Quia fedit in Susis & in ea Regiam collocavit, quam studiosè exornaverat, palatia crexerat, & hortos instruxerat, imò arbores plantaverat in nemore; arridet nonnullis. Vide Sanctium hic num. 11. & Serar. quæſtiunc. 9. qua de causa, quò supra v. 2. dicitur: *Susan civitas*

Causa.

*Assuerus se-
deret soluit
in Salomo-
nis folio: &
quod non
valuit.*

regni eius concordiam fuit. Ita exponit Ma-
luend: tam hic, quam in 2. Esdr. 1. 1. ex
Aristotele de Mundo, cap. 6. & alijs. Hebraei
in Paraphr. Chald. mirè narrantur: aiunt
enim Assuerum sedere voluisse, dum regnū
inijt, in Salomonis folio, quod secum attu-
lerat Nabuchodonosor, & tandem à Baby-
lone per Cyrum translatum ad Persas; sed
non potuisse quādā non cognita vi. Placue-
rat throni fabrica: quapropter cū similem
appeteret, ex Alexandria artifices advoca-
vit; verū thronum ad Salomonici mensu-
ram laborare haudquaquam valere; quip-
pe sedes modò per ampla, modo fessuro vi-
debatur stricta. Cū autem duos annos in
illo breviori throno artifices absumpissent;
tertio regni Assueri anno perfectus est, & in
Susan collocatus; propter quod illud splen-
didum apparavit convivium.

*Aliud simi-
le fecit.*

*Secundum nata-
le celebrat,
quod apud
Reges Per-
sarum festi-
vum non
nunquam.*

7 Propter suum natale primò Susis ce-
lebratum autumant alij. Serar. d. *questiunc.*
5. Sanctius, num. 7. & Alapid. in v. 3. Vo-
luit Rex diem suum natalitium opiparo
convivio, atque per temporis spatium sin-
gulari, celebrare; ut moris erat apud Per-
sas; quibus nihil æquè festivum eo die, quo
in lucem editi. Plato in Alcibiade de huius-
modi diebus ait: *Omnes, qui sub regno sunt,
celebrant; atque ita in posterum quotannis
natalem eius diem sacris ac festis omnis Asia
colit.* Idem Athenæus lib. 4. num. 6. latèque
Brisson. de Regib. Persar. lib. 2. Herodot.
lib. 1. n. 39. Tanto gaudio ac exultatione
apud illos celebrabatur natale, ut in cœna
nihil cuiquam petenti, quantumvis magnū,
à Regibus negari posset. Idem, lib. 9. n. 3.
Vide Tom. 8. T. 7. à n. 20. Alia cogito, ne-
scio an ad rem. Ut Artaxerxes assumeretur,
ad regnum, mortuo Xerxe patre, plurimum
laborarunt amici; quoniam in Cyrum fra-
trem propendebat mater, partes suas invan-
tibus plurimis, de illa egregiè meritis. Exal-
tationem ægerrimè tulit præfatus Cyrus, &
cum amicis, auspiciatrice matre, denuò bel-
lum movit, in quo vel ab illo Artaxerxe
vulnerato, cecidit. Plutarch. in Artaxerxe.

*Nihil in cœ-
na illius ne-
gari quæritur.*

*Assuerus vi-
cit Cyrum
fratrem.*

Tertio anno regni fratrem atque fautores
prostravit, ac sine rivale sedit in folio. Un-
de propter huiusmodi victoriam & cuncta-
rum provinciarum quietem, recedens in
Susas, quas constituit Regiam, cunctis Sa-
trapas, ac Principibus convivium exhibuit
memoratum. Reliqua die 25. August. n. 3.
Nonnulli asserunt, propendetque Serar. d.
9. 10. convivium factum in æquinoctij verni
principio: sed Enthronismum Assueri cele-
brat, *questiunc.* 9. Hac etiam die adsigna-
tur, quia signis anni, à Marc. Lombard. de

Ritib. Hebr. Bibliotheca constructa à Iudæ
Machabæo. Adi 30. Decembr. n. 2.

8 Nonnullis placuit hac die ab Alexan-
dro Magno captam fuisse Tyrum, post sep-
timum obsidionis mensem: tūm quia Plu-
tarch. in eo, asserit, vehementi frigore in
tenebris pernoctasse; & ad proximum ignem
hostium accurrisse: tūm quia inspectis extis
victimæ, cū aruspex Aristander dixisset, ut
illo mense urbs capienda (cū ille esset
mensis novissimus dies, ideoque areolatio
cum risu exciperetur & cavillis) insit eum
diem non tricesimum Mensis, sed vigesimū
nonum (alij ut Freinshem. legunt, *Osta-
vum*) appellari. *Simulque tuba signum dans,
maiore quàm initio statuerat, muros comatu
oppugnare cepit. Facto vehementi impetu,
tūm neque ij qui erant in castris sese conti-
nerent, sed & ipsi ad auxilia accederent;
animos desponderunt Tyrii, urbsque eadem
die capta est.* Plutarch. d. At leve prorsūm
fulcrum ex præfatis, quia ut ipse ait, frigus
& pernoctatio fuit in Antilibano, *durante
Tyrii obsidione.* Arbitror Tyrum hac in die
non expugnatam, imò nec obsessam; sed ad
illam Alexandrum misisse legatos, deditā
Phoeniciā totā, ut eum in pace & ad pacem
reciperent. Verū cū Tyrii contra ius
Gentium caduceatores interfectos proiecissent
in pelagus; hac Alexandrum iniuriā
percitum, urbis obsidionem decrevisse: quā
quidem inchoavit, 6. Martij. 15. Elapho-
bolionis) & post septimum circumvallatio-
nis mensem, nimirum 30. Septembr. expu-
gnavit; ut colligitur ex Plutarch. d. & Briet.
Ann. 3722.

*Tyris capta
ab Alexan-
dro Magno.*

9 Haud facillè conciliari valent AA.
opiniones; unde necessarium suppositis sep-
timum obsidionis mensibus, alio in tempore
vallatam fuisse à Macedonico exercitu. Qua-
propter Petavius, *Rationar.* 1. p. lib. 3. cap.
14. alosim Tyri signat mense Hecatombaona
(qui nobis Iunius) circa Solstitium: quod
quidem sumptum videtur ex Diodor. Sicul.
lib. 17. à n. 583. & Arrian. lib. 2. n. 90. Alij
in alijs diebus describunt, sed ferè omnes
assentiunt, cū Alexander Tyrum novam,
quæ insula, inexpugnabilem animadvertet;
ex ruderibus antiquæ peninsulam fecisse,
ut capi posset. Diodor. Sicul. quò du-
dum, subdit: *Rex ergo, tūm propter rerum
ad murorum defensionem preparatarum co-
piam; tūm propter classem inibi instructam;
oppugnationem difficillimam fore conside-
rans, & à terra quòd urbs quatuor stadio-
rum intervallo à continente abesset, nihil ef-
fici posse; quidvis tamen periculi atque la-
boris sustineri, quàm ab una; nec adeo qui-
dem*

*Tyris insula
& peninsu-
la.*

*Bibliotheca
Iude Ma-
chabæi.*

dem magnificienda urbe Macedonum potentiam despici, prestabilis esse iudicabat. Antiquam ergo Tyrum, ut tunc vocitabant, confestim demolitur: totque myriadam lapides congerentium opera fiebat; ut ad ducentorum pedum moles iaceretur: & cum universos urbium vicinarum incolas acciverat; non multum intercedebat temporis, cum operarum multitudine opus absolveretur. Tyrij interim navigijs ad molem advecti; per risum & ludibria Regem interrogare, num superiorem Neptuno se fore, autumaret? Siccine Tyrus, quæ insula, peninsula facta est. Suffragantur opinioni Adrichom. in Afer, n. 84. & Torniiell. ann. 1931. n. 32. Superstitiosis, ut sibi quisquis in bonum omen torqueret prodigium; apparuit marina bellua, quæ ad aggerem provec̃ta, ibi diu hæsit, rursusque sine machinarum incommodo in mare se misit. Obsessores & obsessi simul in bellua, quæ incredibilis magnitudinis auspicati sunt patrocina Neptuni. Diodor. Sicul. ibid. addens, inter alia portenta, quod apud Macedonas cum in escam frangerentur panes; colorem sanguinis retulisse. Alia videbimus exhibita signa ante expugnationem.

Prodigia ante expugnationem.

10 Athenis dedicatio templi Herculi Indici. Theodor. Gaza. Causam huius tituli refert ex Varrone Iul. Cæsar Balenger. de Ration. divination. cap. 4. Cum quiesceret in lectulo Sophocles, somniavit videre se Herculem sibi prodentem, quinam gravem auream pateram ex eade surripuisset: unde & nomen & templum Indicis Herculis Athenis constructum. Quod hic per somnium, in Achaia ostendebat per sortes. In Spelunca (refert Pausan. cap. 233.) non utique magnum Herculis signum. Oraculi sortes capiuntur ex tabula per talos. Qui consultum venere, precatione ad signum peracta, votisque nuncupatis, talos ex ea, qua in promptu est copia, faciunt quatuor super mensam. Inscripti sunt certis notis tali singuli. Earum notarum consulentes interpretationem in tabula, similitudinem secuti requirunt, & inveniunt, de quo consulunt. Indicem per somnium etiam celebrarunt Romani, ex quo in quiete thesaurum amico demonstravit absconditum; de quo Horat. Satyr. 6. lib. 2. à 10.

Hercules Indici.

O si urnam argenti fors qua mihi monstret, ut illi

Thesauro invento, qui mercenarius agrum illum ipsum mercatus aravit, dives amico Hercule. Si quid adest, gratum iuvat, hæc prece te oro.

Horat.

11 Cur his in rebus propitius optetur,

non aliud Numen sed Hercules; ratio est, quia Thesauris Herculem præferunt Ethnicis, ut hic observat Levin. Torrent. Ipse enim Hercules dixit: Eos qui sibi postquam ad Deos translatus fuisset, decimam bonorum dicarent; vitam felicem victuros. Diodor. Sicul. 5. n. 170. Hac de causa decimam illi ex voto consecravunt ditissimi Romanorum Sylla, Lucullus & Crassus; ut in eorum vitis refert Plutarch. Varro verò 5. de Lingua Latin. & Macrob. 3. Saturnal. cap. 12. Maiores solitos (aiunt) decimam Herculi vouere, nec decem dies intermitterent populam ad symbolum (ad cenam nempe opiparam) cum corona laures dimitterent cubitum. Polluctum apud antiquos idem est, ac votum vel dedicatum: sumiturque aliquando pro epulo, quod in decimatione dabatur plebi. Frideric. Taubmann. in Plaut. Mostellar. Act. 1. scen. 1. in Rudent. 5. 3. & in Stich. 2. 1. v. 80. In decimarum oblationem signatum à Romanis duntaxat templum ad Tiberim situm, & Herculi sacrum, quo fideliter fortunarum cum Hercule fiebat divisio. Plaut. in Bacchid. Act. 2. scen. 3. v. 85. de iuvene haud quaquam parco, accinit:

Frangi est, Herculem fecit ex patre: Decumã partem ei dedit, sibi novem abstulit. Plures causas huiusmodi largitatis affert Plutarch. Roman. qq. 18. quem videris, subdentem: Arbitrabantur potissimum colere Herculem & capi huiusmodi profusionibus; & comessabundo splendide & largiter sacrificabant. Non rem acu tetigit. Hercules iudicabatur ab illis ut præses lucrorum atque divitiarum occultarum, sicut Mercurius apertarum negotiationum: ait Theodor. Marcillus, in Persij Satyr. 2. v. 11. Herculi que titulo religionis illorum avaritia petebat opes, arbitantes ab illo facilius & promptius posse dari; quia munerabatur in donis; cum propter decimam esset beneficij particeps: quapropter ille alius, apud Persicum; d. inhians thesauris dicebat:

Cur decimas ei dicant?

Plaut.

O si
Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule!

12 Inter Hispanos Gaditano Herculi sacra. Prado in Parerg. & Salas. Templum ei ibi antiquissimum, ad quod orbis nationes confluebant; quoniam inde recessit victis Geryonibus, opimis spolijs, cum ultra transire non possit in peregrinationem; quia non plus ultra, uti finis terræ. Quia per fretum illud transivit ut mala Hesperidum raperet, & attulisset (quanvis Apollodorus, 2. Biblioth. n. 21. non in Libya, sed in Hy-

Hercules Gaditanus.

Mala ante res Hesperidum dec. Inanis.

per.

per boreorum Atlante collocet aurea illa poma, dotem Iunonis) quod impossibile ratum; à Gaditanis ei templum, vel cum viveret, extractum. Numen enim, non hominem arbitrati sunt, ex modo navigationis, & nave. In Erythream insulam (Plato dicit *Atlantidem*; Pherecydes, *Gades*) transivit crater aureo, seu poculo, quod à Sole accepit (ut refert Pherecyd. de *Nuntijs Iunonis*, lib. 10. & Natal. Comes, d. lib. 4. cap. 6. & 7. cap. 1.) cum ille quia fatigatum acrius urebat, in eum telum misisset, & secundum formidaret. Gyrald. in *Hercul.* n. 7. ubi etiam subdit: *Pervenit aratà nave, usus pro velo, leonis pelle; pro malo, clava; pro rudentibus, loris pharetra; & arcu pro remo.* Alij, apud Scholiastem Hesiodi, cogitant Herculem gigantem fuisse, peditemque profunda calcasse Oceani.

13. Ut pervenit in littus, ne voto potiorum potiretur; occurrit ei Cycnus, filius Martis, quem in singulari certamine pater tuebatur: & ne ab Hercule occideretur; pugnam fulmen à Iove de caelo demissum inter utrumque diremit. Apollodor. d. Timarchides in *Hercul. laborib.* eum occidisse dicit. Ignorabat Hercules quo loco in insula esset Hesperidum hortus, quod quidem sciebat Protheus, quem apprehendere non valebat in figuras multifariam mutatum: at cum Nymphæ signarent dormientem, apprehendit, & à vinculis constricto, quæ cupiebat didicit. Arari interpret in *Phænom.* n. 3. Alij asserunt per Oceanum ad Prometheum navigasse, quem in Caucaſo solvit, & aquilam interemit, à quo edoctus est, ne ad mala aurea ipse accederet, sed Atlantem mitteret ad ea accipienda; ipse Atlantis tantisper vices subiret, dum rediret ab horro. Quod ubi factum, ne Atlas onus coeli iterum subire cogereetur, se tria mala ad Euryſtheum allaturum recepit. Verum à Prometheo præmonitus Hercules, Atlantem hac arte fefellit. *Sustine*, inquit, *donec per am capiti componam, ut facilius bumperis onus incumbat.* Ille poma deponens, coeli onus subivit. Hercules poma sumens valedixit Atlanti, ac ad Euryſtheum ea ipse detulit. Eustachius in 10. Homer. *Iliad.*

14. Haud alio intuitu Bœoti Thebis in Herculis sacris offerēbant poma. Pausan. cap. 300. & Suidas: ni usus sit ambiguitatis vocis, qua (nimirum *Melos*) Græci & pomum & pecus significant. Erasim. *Chiliad.* 2. Centur. 10. n. 30. *Unde Herculis simulacra nonnulla ab antiquis fingebantur, tria mala sinistra gestantis. Est autem videre in Capitolio (inquit Gyrald. d.) Herculis colofus*

abeneus, malum manu porrigentis; quem superioribus annis effossum audivi, ubi olim fuerat ipsius Herculis Ara maxima ad forum Boarium. Ita exhibetur ab Hemetar. in *Aureis numismatib.* Tabul. 15. ubi ait: *Statua est Herculis imberbis, spolio leonis tecti, pomum & clavam tenentis.* Nostri imaginem demonstrat ibid. Tabul. 20. cui titulus: *Hercules Gaditanus. Effigies dextrà clavam tenet, sinistra tria mala ex Hesperidum hortis lecta ostentat. Infra eum prora est navis & simulacrum fluminis, seu freti Gaditani. Significare videtur Herculem navigatione per fretum Gaditanum primum institutà, ad Hesperidum insulas pervasisse, & aurea illa decantata mala inde abstulisse.* Idem ibidem, Tabul. 49.

15. Cum huiusmodi Iunonis dote & Geryonum ovibus, simulque cum cane Ortho, quia Gargitionem fratrem Cerberi in pugna Geryonum clavà interfecerat, Gades redijt; tuncque Soli cratera restituit. Erexit ibi Dijs duodecim aras; & sibi, tanquam consummatà peregrinatione, triumphator duas columnas, quæ de eius nomine Hercules dictæ sunt; & quibus mare mediterraneum obstruxit; ne cetaceum genus, alixque Oceani immaniſsimæ belluæ in ipsam influerent. Alij contra Calpen & Abylen unum fuisse dicunt montem, quem Hercules pervium fecit, ut Oceanus descendens totam terram ablueret. Totum fabula; sed certum, duos præfatos montes à longè spectantibus geminas columnas videri. Strabo fusè disputat, alijque astruunt alia Hercules præclara gesta: at dicta sumpsimus ex Apollodoro, Natal. Comit. Gyrald. loc. cit. Hygino, lib. 2. n. 15. *Palæfat Fabul.* 32. Phornut. de *Natur. Deor.* n. 31. Fur. Fulgent. 2. *Mytholog.* à n. 6. & Albric. de *Imagin.* n. 22. ex quibus plura decerpit Charitar. à pag. 227. In finibus ergo Libyæ & Europæ posuit columnas Hercules, tanquam laborum metas, ut ferè cuncti assentiuntur; canit Dionysius, de *Situ orbis*, à v. 9.

— *Mibi dicite Musa,*

Oceani Hesperij à gentibus incipientes, Ad fines ubi erecta fortè columna Herculeos (mirum) iuxta suprema Gadiræ.

16. Cum tot egregia vidissent Gaditani, Herculem ut Heroem primò venerati sunt, satagentes sub eius protectione constitui: audientesque Athenis aras habere, gymnasium Thebis, sacraque ei fieri in tota Græcia (ut refert Pausan. cap. 14. 17. 53. & 290. atque in Bœotia insigne delubrum, Ex quo (subdit idem, cap. 300.) morborum remedia expectantur) decreverunt

Navis Her-
lis

Ruis gigas.

Cycnus ab
ro occidi-
tur.

Protheum
vincit.

Colofus su-
stinuit, &
Atlantē fe-
felicit.

Imagines.

Canis Ortho.

Herculeas
columnas.

Gesta Her-
culis.

Dionys.

Templum e-
ius in Ga-
diræ.

tutelare sibi Nomen assumere, in cuius obsequium illi templum erexerunt augustissimum, donarijs illustre, fama celebre, ad illud cunctarum nationum vota peregrinatione. Nonnumquam illis invocatus affuit, sed presentius & prestantius illius auxilium in expeditione meditata adversus eius templum & cives. *Theron Rex Hispania citerioris* (inquit Macrobius, 1. Saturnal. cap. 20.) cum ad expugnandum Herculis templum ageretur furore; instructo exercitu navium, Gaditani ex adverso venerunt, procecti navibus longis: commissoque praelio, adhuc equo Marte consistente pugna; subito in fugam versa sunt regia navis; simulque improviso igne correpta conflagrarunt. Paucissimi, qui superfuerant hostium, capti, indicaverunt, apparuisse sibi leones, proripiente classem superstantes; ac subito suas naves, immixtis radijs, quales in Solis capite pinguntur, exustas. Eadem refert Gyrard. in *Hercul.* n. 16. qui addit, ibi esse fontem, cuius aqua crescit decrescente mari, & e contra. Tribuitur etiam ei inventio margaritarum, quia primus unionem pretiosissimam prodidit; & secutu afferens, filiae Regis Indorum dono dedit. Hæc cuncta & alia profecto commentitia, vel arte diaboli facta, ut his prestigijs crederentur Numina. Meminit fontis & templi Plin. 2. cap. 97. & Strab. lib. 3. n. ult. Eius simulacra iuxta affectum dedicantis, & expressionem Herculeæ virtutis erant ex ære, ferro, marmore & luto, de quo Plin. 34. 7. & 14. 35. 12. 36. cap. 5. Frequenter iuxta eum statuebatur imago Hispaniæ, ut observat Hemelar. d. *Tabul.* 10. & 20. Imago femine, ramum olivæ dextra præferentis, ad cuius pedes cuniculus, ponè duo iacula cū brevi scuto, seu parmula. *Arma & insignia* (inquit) *Hispanorum propria, quæ indicant bellicosam gentem, expedita militia & levis armatura artibus, agilitate corporum instructam.* Ibi Herculis fuisse Oraculum, & Annibalem consuluisse; asserit Sil. Italic. 3. de *Bell. Punic.* à v. 13. subdens: *Ante diem bellique vicis novisse petebat. Exinde clavigeri veneratus Numinis aras, Captivis onerat donis.* Clavigeri (ait hic Daufq.) Herculis Gaditani. Non à civibus templum ibi erectum, dicit Mela 3. cap. 6. *Ibi templum Herculis, venditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. Tyrij condidere. Cur sanctum sit, officium ibi sita efficiant. Annoram queis manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt. Opes tempus aluit.* Alia de templo & Hispanis dicemus, 10. *Mart.* à n. 22.

17 Hæc etiam dies toto orbe famigera-Sacra Iovi ta ex Egypti superstitionibus & solemnitatibus; quibus astu illorum imbutus ac seductus totus orbis: equidem celebrata sacra Iovi Ammoni, post ingressum Osiridis in Lunam, incipiente Ammonis statione. Kircher. in *Rota Chronie.* Depingit Lucan. 9. *Pbarsal.* à v. 511. *Ventum erat ad templura, Libycis quod gentibus unum.* Inculti Garatantes habent. Stat. *Corniferus illic* Iupiter, ut memorant; sed non ut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Tempia, nec Bois splendent donaria gemmis. Quavis Ethiopum populis Arabumque beatissimis Gentibus, atq; Indis unus sit Iupiter. Ammon; Adhuc pauper Deus est, nullis violata per ævum Divitijs delabra tenens: morumque priorum Numen Romano templum defendit ab auro. De quo iterum 21. *Mart.* à n. 12. Post ædes à Iarba Getulorum Rege, Iovi Ammoni erecta, centum aris conspicua, perpetuæque Vestis ignis æmula; de quo Virgilius, 4. *Æneid.* v. 199. *Templa Iovi centum latis immania regnis Centum aras posuit, vigilemque sacra verat ignem* Excubias Divum æternas, pecudumque; cruore Pingue solæ, & varijs florentia limina fertis. 18 Iupiter dictus Ammonius ab arena, quæ Græcè vocatur *Ammos.* Plin. 12. cap. 23. *Æthiopia* (ait) *subiecta Africa, ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis: inde etiam nomine Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor.* Festus Pompeius, lib. 8. n. 10. *Ita cognominatus, quia in arena putatur inventus, quæ Græcè hoc nomine Ammos appellatur; cui cornua affiguntur arietis, à genere pecoris inter quod inventus est.* Bulenger. de *Oracul.* cap. 5. Gyrard. *Syn-tagm.* 2. n. 67. Natal. Comes, 2. *Mytholog.* cap. 1. & Freinshem. in *Curtium* 4. *Histor. Alexandr.* cap. 7. *Adire Iovis Ammonis oraculum statuit. Iter expeditis quoque & paucis vix tolerabile, ingrediendum erat. Terræ cœloque aquarum penuria est. Steriles arena iacent; quas ubi vapor Solis accendit, fervido solo exurent vestigia, intolerabilis æstus existit: lactandamque est non tantum cum ardore & siccitate regionis; sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod præaltum, & vestigio cedens, agrè molliuntur pedes.* Illuc accessit Alexander Magnus.

Gaditanor. Tutelaris singulari prodigio.

Imago Hispania cum Herculis figura.

Oraculum Gaditanum.

Sil. Ital.

Herculis officium in templo Gaditano.

Lucan.

Virgil.

Sicut templum Ammonis.

Illuc accessit Alexander Magnus.

adiit Alexander, quia Perseus & Hercules prius illud oraculum consuluerant; ex quibus ipse gloriabatur genus ducere. Arrian. lib. 3. cap. 1. Imò Dionysius per quem hoc sine templum, in quo postea Deastri deridiculi oraculum; ut refert Hyginus.

19 *Bo tempore quo Liber Africam oppugnauit (ait lib. 2. n. 21.) deuenit cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulveris, Ammodos est appellatus. Itaque cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessariò facere videbatur; accessit ad, quò maxima aquæ penuria erat; quo factò exercitus ad defectionem ingentem cogebatur venire. Cùm quid ageret, cogitat; aries fortuitò ad milites errans pervenit; quos cùm vidisset, fugà sibi præsidium paravit. Milites autem qui eum fuerant conspicati, et se pulvere & aestu pressi vix progrediebantur: tamen ut prædam ex flamma peterent; arietem sequi ceperunt, usque ad eum locum qui Iovis Ammonis postea templo constituto, est appellatus. Quò cùm pervenissent, arietem qui consecuti fuerant, nusquam invenire potuerunt, sed quòd magis hic fuerat optadum; aqua magnam copiam in eo loco nacti sunt: corporibusque recuperatis, Libero statim nunciaverunt, qui gavisus ad eos fines exercitum deduxit, & Iovis Ammonis templum cum cornibus arietinis simulacro factò constituit. De fonte apud AA. frequens sermo. Mela 1. de Situ orbis, cap. 8. In Cyrenaica provincia Ammonis Oraculum (inquit) fidei inclyta, & fons quem Solis appellant; & rupes quedam Austro sacra. Hac cùm hominum manu attingitur, immodicus exurgit aer, arenasque quasi maria agens siccis fluitibus sævit. Fons medià nocte fervet, sit luce frigidus. Ut Sol surgit, frigidior subinde per meridiem maxime riget. Sumit deinde tepores iterum, & primà nocte calidus: atque ut illa procedit, ita calidior: rursus cum est medià, perferuet. Plura hic congerit Isaacius Vossius; sicut Dalecamp. in 2. cap. 103. Plinij, de eodem fonte loquentis: illum è terra exilisse tactà pede arietis apparentis, sub cuius figura Iupiter; ait Munster. lib. 6. Cosmograph. cap. 15. Templo fons proximat (inquit Solin. cap. 30.) Soli sacer, qui humoris nexibus humum stringit, favillam etiam in cespitem solidat; in qua gleba non sine miraculo lucus viret, undique secus agris arentibus. Unde Lucan. d. v. 525.*

Ignorat frondes, solus nemus extulit Amon: Silvarum fons causa ludo, qui putria terre Alligat, & domitas unda connectit arenas.

20 Meminit etiam fontis, atque saltus Herodotus, lib. 4. n. 45. Pliniusque 37. cap.

2. electrum ibi gigni iuxta Phaëthontis sepulchrum: quam ob causam delubrum ibi esse atque oraculum. Diximus hoc sine Oraculum institutum ab una foeminarum, quæ ex Ægypto advenerant, columbæque vocabantur, die 24. à n. 18. astruitque Cæsar Bulenger. de Oracul. cap. 5. quapropter simulacrum Ammonis habebat alas nigras, (iuxta Herodot. 2. n. 16.) albas seu niveas iuxta Silium Italic. 3. de Bell. Punie. ut imago diceret, quibus Auctoribus extractum Delphicum & Ammonicum Oraculum. Ipse ibid. à v. 682. succinit:

At quæ Carpathium super æquor vecta per auras

In Libyen niveis tranavit concolor alis.

Hanc sedem primo Cythereia condidit ales,

Hic ubi nunc aras, lucosque videtis opacos

Ductore electo gregis (admirabile dictu!)

Lanigeri capitis media inter cornua perstans

Marmaricis ales populis responsa canebat.

21 Oraculum certissimum dicebatur

Ammonis. Iuvenal. Satyr. 6. v. 553. *Credent*

à fronte relatum Ammonis: licet ille dixerit

A fonte, non simulacro tribuens vaticinia;

sed aquæ Solis. Sil. Italic. 3. à v. 8. accinit:

Prisca fides adytis longo servatur ab ævo,

Qua sublime sedens Cyrrbeis amulus antris,

Inter anhelantes Garamantas corniger Ammon

Fatidico pandit venientia secula ludo.

Idem asserit Luctatius in *Statium* 3. *The-*

baid. v. 471. Unde Bulenger. quòd supra,

ait: Ammona, Hebraeum vocabulum esse vo-

lunt, quòd significet Veracem, qua de cau-

sa Sacerdotes atque Ægypti indices in pe-

ctore portabant laminam, qua scriptum Ve-

ritas. Præmisimus, die 21. n. 11. Plutarch.

de Isid. & Osrid. subdit: Libycà linguà Am-

mon significat: Quis es tu? quasi ignoretur,

quid sit Deus: de quo locuti sumus, die 20.

n. 25. Boissard. de Divination. Ammonis

Oraculum dicit Cham. etiam astruit Gero-

pius Becan. in Originib. Antuerpian. lib. 4.

quam sententiam amplexatus est Sherlog. 1.

Antiq. Hebraic. disert. 4. sect. 14. n. 104.

Cham sibi Iovis (ait) nomen sumpsit, cui tem-

plum fabricatum, & Iovis Ammonij data

appellatio. Ægypti conditor fuit Misraim:

forsitan ille patri Cham divinos procuravit

honores, & Numen haberi iussit. Id si con-

tigit, facile est divinare à Cham Iovem Am-

monium nuncupatum: certè ex Ægypto in

Libyam & Africam delatum oraculum Iovis

Ammonij scribit Herodotus lib. 2. à n. 17.

22 Cogitationem astruit Genebrardus;

ex quo arbitror desumpsisse Sherlogum; quòd

in *Chronolog. ann. 2670. in Externis Moyses*

seculo, inquit: Uti Deus parturibat has tem-

Phaëthontis sepulchrum.

Image Ammonis.

Sil. Italic.

Oraculum in Solis fonte.

Idem

Quid significat Ammon?

An sit Cham?

Quare templum ibi cretum.

A Dionysio simulacri forma.

Fons Solis tacta pedis arietis.

Lucus.

An oraculū
hæcine en
similitudi-
ne Hebraici
Thumim?

pestate Ecclesiam in Abrabę familia, ita Sa-
tanus suam Synagogam in gentibus. Nam
circa hos dies monstrata videntur à duabus
columbis, ex Ægypto prævolutibus, duo ora-
cula, Ammonis in Lybia, & Dodonei in Græ-
cia, quæ proinde vetustissima omnium esse,
scribit Herodotus. Unde & Ammonis voca-
bulam factum videtur ab Ham, sive Cham,
Noe filio (idem asserit Hieronym. in Tradi-
tion. Hebr. Genes. 9.) & Dodanum nomen
habetur Genes. 10. 7. Idque ut duobus He-
braicorum Oraculorum generibus responde-
rent; quorum unum Urim & Thumim in
Ephod erat mutum: perinde ac Ammonium
alterum, æquè ac Dodoneum vocale, è viva
vel Dei, vel Vatis voce. Quomodo hæcine
Duce populi Moÿse, dum Cham in princi-
pio dispersionis in varia terrarum clima-
ta; difficile videtur. Verùm dicimus, in
Ægypto ipso regni exordio idololatriam,
Chamo in Numen assumpto, cœpisse; ac
tempore Moÿsis per scæminas, quas voca-
runt Columbas, in Græciam & Lybiam cœ-
pisse extendi: quapropter Genebrardus ibi-
dem in Sacris, ait: *A Deo Moÿsi data lex
adversus idololatriam, omnia tunc occupan-
tem, & peccatum ubique regnans.*

Urim & Thu-
mim oracu-
la Hebrae-
orum.

23 Urim & Thumim (lapillos pretio-
sos in pectorali Pontificis, in quibus vel li-
teris cœlitus formatis, vel nimio splendore
responsa consulentibus reddebantur) esse
talis conditionis, ut Urim oraculum voca-
le esset, & Thumim mutum (quorsum dice-
tur Oraculum?) in nullo alio legi, præter
Genebrandum; qui eadem regerit, an. 3638.
Videsis dicta de Urim & Thumim, Tom. 8.
Tautolog. 10. à n. 34. Ar. Montan. in Appa-
rat. libell. Aaron. Galatin. lib. 4. cap. 9. Vi-
llalpand. 2. in Ezech. p. 2. lib. 5. cap. 70. Sa-
lian. Arn. 2544. num. 549. Leonard. Mar. in
Exod. 28. 15. num. 30. Bonfrer. ibid. quæst.
5. & Serar. lib. 1. in Iosus, cap. 9. quæst. 28.
Nos denud agemus, 12. April. 4. & 17. No-
vembr. n. 1. Dicere ergo in vaticinia unum
ex his lapillis esse vocalem, & alium articu-
lare voces, quia ad illorum similitudinem
voce respondebat oraculum Dodoneum, &
nutibus Ammonium; futilis profectò cogi-
tatio & coniectura.

24 Ita respondere Ammonem, dixe-
runt Prisci, ex quibus decerpserunt Bulen-
ger. Vossius, & Freinshem. d. Maluend. 11.
de Anti-Christ. cap. 11. & Maiol. Tom. 2.
Colloq. 1. Strabo, lib. 17. num. 9. Ad Ammo-
nem (ait) non dari responsa verbis, ut apud
Delphos & Branchidas; sed nutibus & si-
gnis. Quomodo huius oraculi nutus vel si-
gna, ut possint exponi, quæ vellet; non di-

Tom. I. Ephemer.

cuntur. De nutibus Iovis Philiij diximus, *Jupiter Phi-
lii.* die 17. num. 19. sed poterant arte efforma-
ri artificiosis machinulis in idoli cavitare;
ut oculi & caput moveri valerent, ut in te-
chis videmus plurium horologiorum. An-
tiquissimum Ammonis idolum (subdit Ma-
iolus, d.) pelle amictum hircinā, & hircino
capite. Huius sacerdotes responsa petaturi;
idolum aurato navigio impositum circumve-
ctabant, accinebantque carmen patrium. His
delinitum ritibus, non voce, sed solo nutu si-
gnisque subobscuris, quæ vellet, proferebat.
Signa antistites ijs qui consultum accedebant,
referebant, ac declarabant diaboli monitu &
iudicio. Sanè quæ prædicta, omninò ex nu-
tibus ad placitum consulentium exposita
(ut contigit accedenti ad oraculum Alexan-
dro Magno, & videbimus in Ammonis pō-
pa, 27. Mart.) vel à dæmone dictata.

Ammonis
oraculū nu-
tibus, non
vocibas.

25 Strabo, quò dudum, totam fabu-
lam texit. Fuit quoque (infit) ultra Cyrenem
in extimo sinu apud Garamantes Iovis Am-
monis augustissimum & antiquissimum ora-
culum in vastis solitudinibus, & campis tor-
ridis siccitate, sterili & nudo solo: ad quod
Sole exurente, aestu stragantissimo per im-
mensas arenarum moles, vastamque plani-
tiem, calore & siti infestam, vix iter cui-
quam tolerabile fuit: siquidem ventus eas,
sicut fluctus nunc huc, nunc illuc agitare, &
campos veluti maria infestare solet: nubes
enim pulveris orbit, & tempestate vexat:
post quæ nemus frequenti silvā olivæque &
proceris arboribus, fontibusque passim man-
nantibus amœnum. In medijs arenis & sita
arido haud plus quadraginta stadiorum, Ora-
culi septa claudebat: ultra verò latè deserta
regio, vestigio humano inaccessa: circa verò
Ammonis loca, incolunt passim. Ipse verò
Ammon hircino capite & pelle amictus, mul-
tis ceremonijs colebatur. Hunc sacerdotes
cum responsa petunt; aurato navigio vecta-
re, & patrium carmen cantare, eoque propi-
tatio petentibus responsa dare solent: quæ
non verbis, sed nutu signisque subobscuris
ab Ammone edebantur. Quod quidem ad tan-
ta maiestatis fastigium; ut illuc post Cam-
bysem, Alexandrum Macedonem per ingen-
tes aestus penetrasse, miraculo fuerit. Cur au-
tem in navigio Ammon vectus, dicemus
loc. cit. 27. Mart. n. 25.

Situs regio-
nis.

26 Non solum præcipui templi audie-
batur oraculum; sed circumcirca ab incolis
alia celebrabantur: quare Diodor. Sicul.
lib. 17. num. 589. Haud procal ab arce (ait)
alterum Ammonis sanum iacet, quod multa
arbores proceræ inumbrant: & fons proxi-
mus est, quem Solis, ab eo quod accidit, nuti-

In fonte
aliud Am-
monis ora-
culum.

cupans. Unde alij oracula tribuunt simulacro, alij fonti; ut diximus, num. 21. Si vaticinia procedebant è fonte, nutibus nequibant fieri. Quinam & quomodo è fonte nutus? Boissardus de *Divination.* nonnulla Ammonis oracula refert, tanquam voce red-

dita. Suffragatur Freinshem. in *Curtium*, d. num. 23. De Ammone apud Ægyptios sub nomine *Amum* superiori sensus significatione, præut denotat Mentem dicemus, 21. *Mart.* à num. 1. & 8. *Iun.*

M A R T I U S.

ISAGOGE MENSIS.

I



DRIMUS Mensis Hebræorum (sicut sub Romulo etiam Romanis) & initium anni sacri. *Exod.* 12. 2. Tertius apud Roman. & sub auxilio Minervæ, sicut eius in Zodiaco Signum. Macrobius. 1. *Saturnal.* cap. 12. & alij in superior. cit. Sol die 21. ingreditur *Arietem* (domum minus principalem *Martis*, cuius detrimentum in *Libra*) & est in *Piscibus*, quo exaltatio *Veneris*, & casus *Mercurij*. Clav. Pingitur Signum *Arietis* formâ, quasi iacentis vel quiescentis. Gallus. Orientale est Signum, initium vernantis anni, à cuius stella in cornu dextro mensuratur longi-

tudo Asterismorum cæterorum; sicut latitudo ab Ecliptica. Copernic. & Clavius. ex *Sacro-Bosc.* Signum est igneum, masculinum, diurnum & mobile. Manil. *lib.* 2. *cap.* 1. & 4. Dominus in die *Sol*, nocte *Iupiter*, *Saturnus* coadiuvat. De triplicitate primâ est. Granuyl. Prima facies eius est *Martis*, secunda *Solis*, tertia *Veneris*. Domicilium est *Martis*. Clav. Dicitur domus vitæ & nativitatis, & omnium rerum electionum, quia domus prima, horoscopus & angulus orientis, gaudiumque *Mercurij*. Dario. *cap.* 13. *Albumal.* & *Anglic.* *cap.* 10. Fines *Arietis*, seu ditiones Planetarum extenduntur concessis sex partibus *Iovi*: octo *Veneri*, septem *Mercurio*, quinque *Marti*, quatuor denique *Saturno*. Pontan. de *Reb. cœlest.* *lib.* 5. *cap.* 1. In *Iovis* dictione modestia, probitas, rectitudoque: in amicitijs, civilique consuetudine integritas magna & mira. In *Veneris* finibus, hilaritas, splendor, munditia, elegantia, studium cultus atque nitoris. In termino *Mercurij*, ingenij bonitas, acumen & solertia; sed in deliberando, qui tunc nati, erunt ancipites, & in consilijs hinc inde dubij. In iurisdictione *Martis* instabilitas, inconstantia, petulantia, protervitas, stimulus ad malefaciendum, uti corruptio animorum. Partes *Saturni* invidiam, ac nocendi studia notant. Horoscopante *Ariete*, cœli medium tenet *Cancer*, occasum *Libra*, iocum inum *Capricornus*. Quid ex huiusmodi figura, videris apud eundem, *ibid.* Quapropter editi in lucem, oriente *Ariete*, evadent parthenij, ore libero, consilio forti, mente elata, proposito inconstanti, fortunâ variâ, imperiosi, populo chari, Reip. studiosi, flagitiorum insectatores, benefici, sed propter *Martis* perniciosam vim, pro susceptis, exantlatisque laboribus & beneficijs collatis, ingratitude, sed nullam invenient gratiam. Si *Ariete* medio in cœlo collocato; honores assequentur, aulas frequentabunt, cum fortunâ volubili & inconstante; etiamque vitæ tenor non unus, sed inæqualis propter Signi mobilitatem. Amittent parta, sed iterum colligentur amissa. Iusti & honesti cupidi propter situm æquinoctiale, ac potentibus ac magnatibus familiaritate coniuncti, propter summum cardinem & cœli culmen. Qui *Arietem* in occasu sortiti fuerint; lucrosi, maxime aquaticis rebus; sed in pericula frequenter incident: at *Iovis* benignitate quiescent à laboribus immisis à *Marte*. In imo cœlo grayabit magis infelicitas: igitur modò cadent, modò surgent, eminebunt, deprimentur, & in miserijs non subsistent, maxime infirmitatibus filiorum. Hæcine & alia somnia, atque cogitationes sine intellectu invenes apud eundem *ibid.* Manil. *lib.* 4. *cap.* 1. à v. 124. & *cap.* 2. à v. 4. succinit:

Namque ubi se summis Arias extollit ab undis
Et ceruice prior flexis quoque cornibus ibit,

Non

Ariet.

Iunio.

Qualitas
triplicitas
& domi-
natus
Facies
Dignus, Vi-
ra.

Fines.

Influxu.

Configura-
tio horoscopi
Arietis.

*Non contenta suo generabit pectora censu,
Et dabit in prædas animos, solvetque pudorem:
Et ruit & mutat non ullis sedibus idem
Sed luvat ignotum semper transire per orbem.
Exutusque, novis rursus, spem semper habebit,
Naufragiumque inter subitum, censusque beatos,
Crescendo cadet, & votis in damna feretur, &c.*

Manil.

2 Aries fulget stellis 13. tert. magnit. 2. quart. 4. quint. 6. sext. 1. Clav. *Constellat.* 22. & Galluc. *cap.* 25. Albumasar, quem sequitur Iunctinus, asserit detrimentum divitum ac magnatum, modò in Signo Arietis fuerit aliqua ex stellis comatis. Nobilium dejectionem, ignobilium exaltationem. Malum natis in hoc horoscopo spectandum, vel suscipiendum. In cœlum elatum *Arietem* fatentur AA. alibi citati, sed quis hic fuerit Aries, apud eosdem digladiatum. Anselm. de *Imag. mund.* lib. 1. cap. 26. sequitur Mythologiam Macrobij, 1. *Saturnal.* cap. 21. asserentis, Arietem totâ ætate dextro latere cubare, & totâ hyeme sinistro: unde concordia inter Arietem & Solem; quia is ab æquinoctio verno super dextrum hemisphærium per sex menses gyrat, & per alios sex menses ab æquinoctio autumnali super sinistrum. Sequitur etiam fabula multorum astruentium fuisse arietem illum aureo vellere, qui Phryxum & Hellen trans mare ad Colchos vexit. Phryxus postquam pervenit ad Oetam Regem, arietem Marti immolavit, eique pellem auream etiam obtulit, quam Oeta custodijs septam vigilanter habebat, maximè cum accepisset ex oraculo, sibi tunc esse pereandum, cum advena illam surripuisset: quod quidem totum factum antequam in cœlo collocaretur. Progrediuntur ulterius Prisci fabulatores. Odio novercæ Phryxus & Helles filij Athamantis destinati fuere ad aram Cereris jugulandi. Cum iam ligatis oculis colla securi subijcerent; mater Nephele apparens ab æthere, subductos filios transtulit in Thebas, & ut fugam securius possent capere, tradidit illis arietem formâ insignem, diviti vellere, qui per freta utrumque vehebat; quousque in pelagus, seu pontum lapsa Helles, suffocata fuit, unde nomen Hellesponti. Cum Phryxo tamen (quem humana voce monuit periculi Barbarorum in promontorio Brixaba) appulit Colchos: sicque (uti canit Ovid. 3. *Fastor.* à v. 845.)

*Stella Arietis.
Cometes.*

Fabulæ.

Phryxus & Helles.

Nephele.

*Littoribus tactis aries fit sidus, at huius
Pervenit in Colchas aurea lana domus.*

Ovid.

Anton. Constant. hic asserit, tunc arietem sibi pellem auream detraxisse, ac dedisse Phryxo causâ memoriæ, eumque ad sidera pervenisse. Manil. 4. *cap.* 2. v. 13. & Sophocl. in *Athamant.* Aliter idem fingit Pontanus, lib. 2. *Uran.* Phocam scilicet perterrituisse arietem, cum feliciter pridem fratres vexisset: qui quidem pavidus à tergo Hellen excussit, quæ elapsa, estò mater è cœlo iuaret, absorpta est ab aquis; & Phryxus salvus pervenit in Colchos, ubi in luco Martis suspendit vellus: quod quidem totum iussu Martis (qui in *Ariete* habet regiam) expressum in Zodiaco.

Vellus aureum.

*— Aurato ditatum vellere Colchos,
Quadrupedemque suum cœlo Mars intulit alto.*

Pontan.

Apollonius, 2. *Argonaut.* v. 371. non auream dicit pellem arietis, sed auream factam à Mercurio; quia Phryxus sacravit patri Iovi, suspendens illam in luco et sacro.

3 Didymus refert, minimè Phryxum & sororem addictos fuisse in victimam; sed ne adducerentur, monitos fuisse ab ariete, misso à Iove, qui illis aperuit novercæ insidias. Unde tergori illius insidentes per aëra verterunt solum: ariesque immolatus fuit Marti, illicò ut superstes Phryxus pervenit ad fluvium Phasim in terra Colchorum. Eadem Nonn. lib. 10. *Dionys.* à v. 98. Alij, Inonem nutricem Bacchi ab hoc impetrasse insaniam in privignos; qua furore agitati, hinc inde vagabantur; & ut in mentem venirent, à matre Nephele exhibitum arietem, vellere aureo decorum, qui in pelagus detulit, & quo pontum tranarunt; sed raptâ à Neptuno Helle, fratrem salvum pervenisse in Scythiam (quâ labitur Phasis) arietemque evolasse in cœlum. Cæsar German. in *Arati Phœnom.* n. 16. Palzphat. *fabul.* 31. Hygin. *lib.* 2. n. 21. & Constant. Vide etiam Ovid. 7. *Metam.* fab. 1. Natal. Com. hic & *Epist.* 17. à v. 138. & Galluc. *Sider.* 22. Nigidius affirmat arietem in cœlum assumptum, quia exercitui Liberi Patris, sitibundo per exusta Libyz, apparuit, quem secutus usque in lucum, quò post templum Iovis Ammonij; & ostenso fonte, inventaque aquarum copiâ, ex oculis aries evanuit: quo factum, ut simulacrum Iovis ornaretur cornibus arietinis. Meminit Constant. & Isidor. *lib.* 3. *cap.* 71. Illustrat insigni eruditione Kircher. in *Obelise. Pampbil.* lib. 4. *Idea.* 2. Diximus fusè 30. *Februar.* à n. 19. At si huiusmodi

Ino.

Jupiter Ammon.

Typhoea

Fuga &
transforma-
tio Diorum.

Ovid.

Theophane.
Aries Chry-
sovellus.Aries cur
anni princi-
piusMundi na-
tali.

Macrob.

Danae.

Gorgones.

di materia argumentum Græcorum; alia in fabulas Ægyptiorum, qui commenti sunt Iovem fugisse Typhœum (fugantem Deos usque in Ægyptum) sub forma Arietis: unde illi simulacrum effinxere cum cornibus arietinis, templumque erexere in loco (distante ab Alexandria novem dierum itinere) arenoso omnino, & referto serpentium copia: de quo Ioan. Freinshemius, & Nicol. Blancardus, in *Q. Curt. histor. lib. 4. cap. 7.* Fabulam refert Ovid. lib. 5. *Metam. fab. 5.*

*Emissumque ima de sede Typhoea terra
Cœlitibus fecisse metum, cunctosque dedisse
Terga fuga, donec fessos Ægyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.
Huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat
Et se mentitis Superos celasse figuris:
Duxque gregis, dixit, sit Iupiter; unde recurvis
Nunc quoque formatus Libys cum cornibus Ammon.*

Ideo, quia illi placuit arietis imago impressit Iupiter Zodiaco. Kircher. quò dudum. Unde emanavit apud Ægyptios uti nefas occidere arietem aut ovem. Uti indignam Græci æstimarunt huiusmodi fabellam, & aliam haud decentiorem, imò contumeliorem cogitavere: nimirum, Deos, cum adhuc numero pauci essent, impietate hominum territos, confugisse in Ægyptum, ibique similes quibusdam animalibus se finxisse, quo ab iniuria tutiores essent. Natal. Comes hic. & Diodor. Sicul. lib. 2. n. 7.

4 Hunc arietem divinum fuisse astruebant, genitum ex Neptuno & Theophane, quam ille in ovem convertit, & ex qua suscepit filium Arietem Chrysovellum. Gallus, quem igne coruscum finxere Ægyptij, ut notat Masius ad *Iosue*, cap. 5, ex Rabb. Levi Hardarfan, & Kircher. d. Hyginus, *Fabul. 188.* ab ovo fabulam refert. *Theophane fuit* (inquit) *formosissima virgo: hanc cum plures proci peterent à patre Neptuno, sublatam transtulit Cromisiam, quod cum proci eam scissent ibi morari; nave comparatà eò contendere ceperunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanen in ovem formosissimam commutavit, ipse autem in arietem; cives autem Cromisenses in pecora: quò cum proci venissent, neque ullum hominem invenerent; pecora mactare ceperunt, atque ea victu consumere. Hoc Neptunus cum vidit in pecora commutatos consumi, procos in lupos convertit: ipse autem ut erat aries cum Theophane concubuit, ex quo natus est Aries Chrysovellus, qui Colchos Phryxum vexit; cuius pellem Æta in loco Martis habuit positam, quam Iason abstulit. Signi huius in cœlo demonstratio, quia ab illo ver, contulit Thyestæ regnum Argivorum: etenim cum pactum intercessisset, quòd sapientior inter fratres regnaret; relicto Atreo, Thyestes præpositus est: eò quòd Signum Arietis in cœlo monstravit. Bolduc in *Oggio Christian. lib. 2. cap. 18.* quod etiam Lucian. astruit *Dialog. de Astrologia. Natal. Com. 6. Mytholog. cap. 9.* rem acutangit cogitans, navim quæ veñt Phryxus & soror, fuisse insigne arietis: Hellenque incumbentem proræ, in mare cecidisse; unde fabula orta. Principium Ægyptij *Arietem* constituerunt anni, quia in ipso Sol vires calore suo potentissimo movet, & promovet, & tandem per fecunda semina in lucem producit; ut ait Pherecides. Aliter cogitat Macrob. 1. in *Somn. Scipion. cap. 2. 1.* etiam deviet à vero; quia in principio mundi *Aries* non habebat culmen cœli, sed orientem; ut fuse diximus, *Tom. 3. Tautolog. 8. à n. 36.* Cum in *Sphæra* (inquit) *nihil primum, nihilque postremum sit, cur primum diei maluerunt, prodiderunt Græci. Aiunt, incipiente die illo, qui primus omnium luxit: id est, quo in hunc fulgorem cœli & elementa purgata sunt, qui ideo Mundi natalis iurè vocitatur; Arietem in medio cœlo fuisse: & quia medium cœlum, quasi mundi vertex est; Arietem propterea primum inter omnes habitum, qui ut mundi caput exordio lucis apparuit. Aiunt enim in hac ipsa genitura mundi, Ariete medium cœlum tenente, horam fuisse mundi nascentis, Cancro gestante tunc Lunam: post hunc Sol cum Leone oriebatur, cum Mercurio Virgo, Libra cum Venere: Mars erat in Scorpio: Sagittarium Iupiter obtinebat: in Capricorno Saturnus meabat. Sic factum est, ut singuli eorum Signorum Domini esse dicantur; in quibus, cum mundus nasceretur, fuisse creduntur. Nugæ prorsus, uti ibid. vidimus.**

5 Orto Ariete, iuxta Aratum & Hyginum; oritur tota *Andromeda*, *Persei* caput, & *Deltoton*, occiditque *Ara*. De *Andromeda* diximus in *Februar. 4.* *Perseus* itaque Danae & Iovis filius, quem, hoc in gremium eius, instar aureæ pluviz descendente, peperit (*Horat. 3. Carm. Od. 16.*) & cum matre in arcula fluctibus faventibus estò inclusus, faulste pervenit in insulam Seriphum; cum adolevisset, ei creditam debellationem monstri humani, totius generis pestis (scilicet *Medusa*, unius & pulchrioris *Gorgonum*, quatum dux canz

patz

nate sunt, unum oculum, unumque dentem communem habebant) ait Æschylus in *Pro-meth.* à v. 766. & Zetz. *Cbil.* 5. hist. 22. Fur. Fulgent. 1. *Mytholog.* n. 26. Palaphat. *Fabal.* 32. Albric. de *Imagin.* n. 21. Cæsar Germanic. in Arati *Pbænom.* n. 17. Apollodor. 2. *Biblioth.* n. 9. Gyrald. *Syntagm.* 5. n. 41. & Natal. Com. 7. *Mytholog.* cap. 12. Acceptis igitur talari-bus à Mercurio, alis Nympharum, speculo Palladis, adamantina falce Vulcani, & galea Plutonis, qua invisibilis fiebat; surrepto oculo volitante hinc inde ad Medusæ sorores, si-mulque pallatij custodes (opposito Minervæ speculo, ne visâ Medusâ verteretur in lapi-dem) uno ictu eius amputavit caput, quod obtulit Palladi; eiusque imaginem, quæ post sculpsit scuto, seu ægidi, ex guttis sanguinis ingulata, iam orto Pegaso. Hesiod. in *Scuto Hercul.* Ovid. 4. *Metamorph.* à fab. 16. & Natal. Com. d. cap. 11. & 18. Condiciones san-guinis Medusæ dicemus, 10. *August.* n. 1. Hanc victoriam in cælo sculptam voluit esse Iu-piter, ideoque ibi decorè fixit simul cum Medusæ capite, & Vulcani secure; quam ornavit 26. stellis, secund. magn. 2. tert. 5. quart. 16. quint. 2. nebulos. 1. ita Galluc. cap. 14. & Clav. *Constell.* 11. Prognosticum exhibet Pontan. 4. *Uran.* ex Ptolom. *Centiloq.* sentent. 73. de quo 1. *April.*

— *Crudelia Perseus*

*Funera: sunt enses illi, sunt vulnera cura,
Gorgonei capitis, semperque insignia præfert.
Quo surgente aliquis veniens in luminis auras,
Si Phæbus quoque Gorgonio se extulit ortu,
Si Mavors telo infelix rutilante laceffit;
Huic caput avulsam collo violentia bipennis
Auferet, ut mediâ truncus spectetur arend.*

Aliter historiam concinnam fabulis refertur in *Chronic. Alexandr.* cum varijs circumstan-tijs, quam in epitomen reducemus, ibi longè protractam. Ex Danae à Iove habitus Per-seus, quam auro castello inclusam non corruptit, nec à patre positam in arca ut aquis suf-focaretur, ut dicunt Græci apud AA. præfatos; sed tantum à Iove persuasam, ut è turre, qua inclusa sese præcipitem mitteret, quod factum sine læsione. Ex his natus Perseus, quem magicis artibus imbuat pater, nefandique poculi initiationem docuit, omnia illius arca-na, impia mysteria erroresque abominandos prodidit; ut omnes hostes vinceret, uti con-tigit Libyæ cum regina Gorgone Medusâ (de qua 3. *Januar.* n. 15. & 10. *August.* n. 1.) cu-jus capite inimicos cunctos prostravit; & liberavit Andromedam, victimam addictam Ne-ptuno, cum in fanum esset ingressus. Urbem Persidam condidit, ubi columna spectatur, in qua sculpta forma Medusæ capitis: qua de causa *Iconium* appellavit. Progressus inde in Ciliciam, ex oraculo accepit, victorem fore, modò ex equo descendens vestigium pe-dis impressum in terra maneret. Sic victor evasit, civitatemque condidit *Tarsum* nomine ex oraculo pedis sui, sacrificatâ puellâ Parthenope, in urbis dedicatione. In Assyrios mox profectus, victos ex suo nomine Persas appellavit, ibique sevit arbores dictas Persicas à se; idem agens, quum transivit in Ægyptum: unde ibid. instituit sacra Igni, sibi ortâ tempestate, de cælo dato, cuius cultui destinavit sacerdotes, quos *Magos* appellavit; uti diximus, 4. *Januar.* n. 17. & refert Brissonius de *Principat. Persarum.* Mors Persei à My-thologis dicitur evenisse, eò quòd ipse caput Gorgonis vidisset; sed modum noviter desi-gnat *Chronic.* d. pag. 95. Præ senio eius socer Cephæus erat oculis captus, cum quo pugna-vit secum ferens Medusæ caput, quod ostensum Cepheo non nocuit; quippe non vidit, cum cæcus esset. Ratus ergo Perseus capiti virtutem non amplius inesse, erga se vertit, & expiravit. Tunc victor Cephæus nefariè caput Gorgonis flammis absumpsit. *Argivi ha-bent multa que spectentur digna* (inquit Paulanias, cap. 66.) *inter ea subterraneum adifi-cium, in quo fuit Thalampus ex are, quem fecisse dicitur Acrisius ad filie Danae custodiã.* Causam expeditionis in Medusam, ut eius caput afferret; tradit Natal. Comes, 7. *Mytho-log.* cap. 18. *Polydectes* (ait) *sinxit se velle, uti procum, dotem in nuptias parare Hippoda-miæ Oenomai filie, manusque Perseo imposuit, ut ad se Medusæ caput, quod Hippoda-mia largiretur afferret.*

6 *Deltoton* ita dicitur à figura D. quæ triangulum format apud Græc. in elementari-bus characteribus. Unde Manil. 1. cap. 5. v. 88. succinit: *Perseus*

— *Cui succedit iniquo*

*Divisus spatio, quod ternâ lampade dispar
Conspicitur paribus, Deltoton nomine fidus,
Ec similis dictum.*

Perseus.

Galea Plu-tonis.

Caput Me-dusæ.

Pontan.

Tarsus edi-ficata à Per-seo.

Perseus sa-cra consue-tis igni.

Morsus.

Custodia arca Danae

Deltoton.

Manil.

Lucet 4. stellis, ex quibus una clarissima: tert. magnit. 3. quart. 1. Galluc. cap. 24. & Clav. Constell. 21. supra Arietis caput. Aliqui fingunt figuram esse Ægypti, quia Nilus non procul ab Alexandria derivatur duobus itineribus, formata insulâ nomine Delta, quæ servata à facie Typhonis, & in qua sub diversis animalium formis, uti diximus, illuc Numina fugerunt; cuius iconem, Iove iubente, transtulit in cœlum Mercurius. Anselm. d. cap. 27. Galluc. d. & Arat. in Pœnom. à v. 235. Non fabulam, sed hieroglyphica varia signaverunt Ægyptij per triangulû, quorum significationes videsis apud Kircher. d. lib. 5. Hierogramm. 4. Pier. Valerian. lib. 39. cap. 39. & Picinell. Mund. Symb. lib. 21. cap. 22. De Ara dicemus in ortu, Mens. Octobr. n. 6.

Henochus. 7 Iuxta Manilium orto Ariete, oritur Henochus, Orion, Argo, Hyades, Hædi & Capella. Ab aliquibus Henochus dicitur Auriga, Agitator, Eriethoniusve, filius Mercurij nomine Myrtilus, cuius arte fractæ rotæ currus Oenomai Regis Elidis, cui serviebat equorû agitator: igitur corruptus à Pelope, ambiente Hippodamiam, cum cereos clavos seu fustiles modiolis rotarum infixit, Pelops pervenit illæsus in metam cursus quin Oenomaus posset, à tergo currens velocissimis equis, transigere præcurrentem; quo casu Hippodamiam duxit. Huius certaminis descriptionem voluit Iupiter in cœlo habere, ibique formavit (sicut in templo Anætorum apud Corinthum pendit Pelopis currus, ut refert Pausan. cap. 57. ubi etiam effigies certaminis inter Pelopem & Oenomaum, cap. 157.) ornando 14. stellis, prim. magn. 1. secund. 1. tert. 2. quart. 7. quint. 2. sext. 1. cuius caput ferè iuxta Maiorem Ursam, pedes iuxta Tauri cornua, & genua opposita Geminis. Galluc. cap. 15. & Clav. Constell. 12. Sic fabulam latè refert Natal. Com. 7. Mytholog. cap. 17. Senec. in Thyest. à v. 140. ibique Delrius, & in 3. Comment. Hygin. fab. 155. lib. 1. & fab. 244. Zetz. Chil. 5. hist. 10. Alij eodem iure, quo cæteri, comminiscuntur Henochum fuisse Eriethonium, Athenarum 4. Regem, filium Vulcani sine matre (de quo Ovid. lib. 2. Metamorph. à fab. 7. ibique Natal. Comes, & Mytholog. lib. 2. cap. 6--4. 5. & 9. 11.) qui primus quadrigas invenit, ut refert Virgil. 3. Georg. v. 113. Ælian. Var. histor. 3. cap. 38. Tertull. de Spectacul. cap. 11. Plin. 7. Hist. natur. cap. 56. etsi Cicero 3. de Natur. Deor. tribuat inventum Minervæ. & Petr. Victor. lib. 11. cap. 15. latèque La-Zerd. in loc. cit. Virgil. Hic, uti Cecrops, biformis erat, superius homo, deorsum draco, de quo August. lib. 18. Civ. cap. 8. Iustin. lib. 2. Claud. Minos in Emblem. 5. Alciat. & Ovid. d. v. 32.

Ovid. Infantemque vident, apporrectumque draconem.

Unde finxere Athenienses à serpente educatum Eriethonium, vel Palladem draconem apposuisse in eius custodiam. Ita Euripid. in Ione canit à v. 1427.

*Euripid. Donum Minervæ, qua liberos inter serpentes alii lubet,
Ad imitationem antiqui Eriethonis.*

Ubi Commentator addidit morem Atheniensium, subdens:

*Servans avorum legem & è terra satè
Eriethonij: Iovis puella namque ei
Duos, dracones corporis mox addidit
Custodias: deinde servandum dedit
Atheniensibus puellis: mansit hinc
Mos ille Erechthidis, ut ornent filios
Serpentibus aureis.*

Unde Atheniensibus effigies draconum in crepundijs?

Hoc intuitu Eriethonius in cœlum translatus. Anselm. cap. 27. & Gallucius, d. Manil. 1. cap. 5. vers. 145.

Manil.

*Quam primùm curru volitantem Iupiter alto
Quadrjugis conspexit equis, cœloque sacravit.*

Aliam fabulâ invenies in Mat. n. 17. Influxus designantur à Pontano lib. 3. Uran. fusè: brevè;

— Si fabula cœlum

Pontano

*Ornavit, tamen ipsa usum commenta sequuntur.
Huic currus, huic arma placent, iunctique iugales;
Hæc & deteriora ferox auriga minatur,
Cum malè felici occumbens radiatur ab astro.*

*Capella
Fabula*

*8 Auriga, seu Henochus habet in brachio Hædos filios Capella, quam humero portat. Hæc Capella fuit Iovis nutrix, & filia Solis, in Titanes ferox; quam formidantes, rogarunt Magnam Matrem, ut eam absorberet, & illa in antro clausam Amaltheæ tradidit custodiendam, tuncque Iovem lacte nutritiv. Mortua ergo Capella, inter sidera collocata est, & eius pellis ad perpetuam memoriam suo scuto, quod Græcè *Ægis*, aptata fuit: imò cum*

cum inermis esset; contra Titanes illa sola pro scuto usus, processit & vicit. Virgil. 8. *Aneid.* v. 372. Servius hic, & Natal. Com. 2. *Mytholog.* cap. 1. Hinc dicitur *Hentochus* hostis Titanum, cuius armatura pro Iove fuit & *Capilla* pellis, & pellicranium Gorgonis. Alij dicunt *Capellam* fuisse Amaltheam Nympham, alij Amaltheam fuisse Iovis nutricem, cui pro beneficio, postquam capram in caelum intulit, unum e cornibus concessit, quippe in illo omnium desiderabilium copia, oblati aviditati cibo ac potu. Idem 7. cap. 2. cuius effigies ex ebore elaborata cum Pelopis gladio dicata Iovi Olympico à Milthiade, ut refert Pausan. cap. 196. Rusticas opes signat in influxu, sed etiam animos profanos. Pontan. lib. 3. *Uran.*

Cornu Amaltheae.

Gladius Pelopis.

Religio sed spreta Delim, violataque templa

Pontan.

Infamant, axis pollutaeque dexteræ sacræ.

9 *Agitator*, qui in humero matrem habet, etiam filios *Hædas* sustinet brachio; qui quidem *Hædi* dignati caelo, eò quòd ne deficeret lac Iovi, nutriti à matre, ubera non sugebant. Arat. in *Phænom.* à v. 163.

Hædi.

— *— Illa putatur*

Nutrix esse Iovis, si verè Iupiter infans;

Ubera Creteæ multæ fidiissima Caprea,

Arat.

Sidere, qua claro gratum testatur alumnam, &c.

Ideo *fidiissima ubera*, quia ab *Hædis* intacta. Natal. Com. 7. cap. 11. Hinc *Hædi*, duz scilicet stelle in manu *Aurige*, quorum exortu semper tempestates. Arat. ibid.

Si placet Aurigam, atque Aurigæ sidera & ortus

Observare tibi; fama est, quòd Capra, quòd Hædi

Idem.

Illius immergunt sulcantes cœcula Ponti:

Non ulli tutum est Hædis surgentibus equor.

Idem Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 11. v. 13. de *Art.* lib. 1. v. 416. Virgil. 1. *Georg.* v. 205. Manil. 1. cap. 5. v. 147.

Tunc subeunt Hædi claudentes sidere Pontum

Nubibus, & mundi nutrito Rege Capella,

Manil.

Cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum, &c.

De influxu præter procellas, tempestatesque maris, loquens Pontanus 3. *Uran.* subdit:

Promittunt igitur duros à fronte Catones

Nascentes Hædi: turpi sed inertia mentem

Occupat, & molles languent in pectore cura:

Pontan.

Triste supercilium, molli sed degener umbra

Est animus luxu languens, & deside somno,

Frons fixa &c. Fuso placabit sanguine Divos.

Eandem fabulam refert, sed vario, diversoque modo fingit Ovid. 5. *Pastor.* à v. 111. In caelo constituit cum filijs propter lac Deo datum: quæ mutila quidem, cum fregisset cornu in arbore, & sublatum ab Amalthea, cinctum flore recenti, pulchrisque pomis, ad Iovis ora tulit; qui in caelum regnaturus ascendens,

Amalthea.

Sidera nutricem, nutritis fertile cornu

Ovid.

Fuit, quod Domina nunc quoque nomen habet.

Vide Constant. Marf. hic, & Merulam in loc. cit. de *Art.* Hæc est stella in humero *Aurige*, quæ dicitur *Capella*, primæ magnit. Etiam dicitur *Hircus*, exprimens transformationem Bacchi in Ægypto, ut præteriret incognitum Typhzus. *Proles Semeleia capro.* Ovid. 5. *Metamorph.* fab. 5.

10 Iuxta Plinium lib. 18. cap. 26. etiam oritur *Miloius*, stella locata in Septentrionali parte Sphæraz versus *Helicem*; cuius fabula graphicè describitur ab Ovidio, 3. *Pastor.* à v. 787. scilicet, Terram peperisse horrendum monstrum, anteriore parte taurum, posteriore draconem; quod inclusum oraculo Parcarum & interclusum muro triplici aquis Stygijs. Tunc Iupiter Saturnum expulerat e caelis; contra Iovem pro patre Titanes intulere bellum; sed fatum erat, regno potiturum ex duobus unum, qui extra bellum adolevisset. Monstrum Briareus securi adanantina secuit, separavitque viscera in sacrificium. Rapere, alitibus imperat Iupiter, impotentibus propter Titanem centintanum: ausus est *Miloius*, & extra attulit Iovi, quibus flammis traditis & consumptis, Iupiter factus Deus Deorum, Numinumque Princeps. Hinc *Miloius* meritis venit, in astra suis. Idem ibid. Constant. & Marf. Alijs placuit à Iove elatum in caelo, quia nihil horum quæ illi offeruntur in Olympico templo unquam rapuit, imò nec tetigit. Sumptum profecto ex Plinio, qui lib. 10. cap.

Miloius.

Fabula.

cap. 10. inquit: *Notatum in his, rapacissimam & famelicam semper alitem, nihil esculentis rapere unquam ex funerum ferculis, nec Olympia ex ara.* Dalecamp. hic testem etiam signat Aristotelem. Denique huiusmodi in celum ascensionem, alij referunt in *Miluij* pernicitatem; quia ceteris precipitibus, ille attulit Iovi annulum pretiosum ex eius digito elapsum. Ad I. Ioan. Stofferinum. De alijs stellationibus proprio loco dicemus.

11 Apud Ægyptios Mensis hic dicitur *Porta Solis, Porta Suprema Mentis, & Animæ Mundi*, quam describit graphicè Tabula Bembina. Eius emunctæ naris Interpres subtilissimus Kircher. Tom. 3. *Oedip. Syntagm. l. cap. 5.* cuncta aptat naturæ orbis in mundo cælesti & elementari per varias imagines masculinas & femininas; ita ut accipiendo virtutem à Numine, & motum ab Intelligentijs, sint fœminæ; ac inferioribus conferendo, sint viriles. Hæc enim harmonia antitechnia, sive consono-diffona, exprimitur ad unguem sub *Isidis* imagine, de qua fusè egimus, 7. *Januar. 16.* Haud placet Mythologia, nisi in exaltationem Solis à *Capricorno*, in quo porta Deorum, usque in *Cancerum*, in quo hominum porta, ut observat Macrobius, 1. de *Somnio Scip. cap. 12.* Quinimò ex principijs ipsius Kircherij, docentis d. Tom. 2. p. 2. *Class. 7. cap. 6.* ex mente Ægyptiorum, portam Solis esse in *Ariete*, quod Signum vocat *Regnum Ammonis*, in quo sedet pulcherrima Isis cum flagello & Cruce anata, tanquam amuletum adversitatis in Typhona. Residet enim hæc figura inter sex signa cælestia præ se ferens quid in his felicitatis mortalibus conferat; sicut apud Persas Numen Mythra (qui Sol, ut suo loc. videbimus) uti ipse ait loc. cit. *Divis. 2. Mens. Isac.* sedebat medius inter sex Nomina; quod ab Ægyptijs didicerunt. Iterat in *Obelisc. Pamphil. lib. 2. cap. 10.* Hinc Solem, sub nomine Proserpinæ (ut notat Natal. Com. 3. *Mytholog. cap. 16.* Gyrald. *Syntagm. 6.* & Claudian. de eius *rapt. lib. 3.*) fictum sex mensibus esse cum Cerere super orbem, totidemque cum Plutone sub orbem; quoniam dum nobis accedit, in fructus & commoda vitæ proficit: ideoque in *Ariete* eius collocatur thronus, tanquam in statione; respondetque sex mensibus, quibus Sol mira in terris operatur. Huic aptatur figura Hermanubis ab Ægyptijs, de cuius imagine & festo agemus 21. *Iun. 1.* Verùm Mensis huius apud eosdem imago, quasi stationis Mendesiæ arcana *Mens*, fuit Virgo habitu fœmineo, ubere turgido, sinistra demissa, in cuius extremis Crucis signum, atque in dextra sceptrum cum flore loti, sicut in capite tutulus cum sacro nigro velo. Ita in *Bembin. tabul. Isac. & Georg. Hervvart. in Thesaur. Hieroglyph. Mythologiam* videtis in Kircher. d. Hieroglyphicè igitur signabatur in vase liquore pleno & ariete, igne armato, bifida flammâ erumpente è vertice: quapropter, ut ait Rabb. Iehuda fol. 469. *Ægyptij adorabant Signum Arietis igne armatum.* Idem Rabb. Rambam p. 3. cap. 46. *Morenbuchim*: alijque cit. num. 4.

12 Apud Latinos Martius pingebatur imagine pueri flores decerpentis, & spatgentis super faciem telluris. Dicitur Martius à Marte, patre Romuli, cui filius Mensem sacra- vit, & à quo annum incipere decrevit.

A te principium Romano ducimus anno:

Primus de patrio nomine Mensis erit.

Ovid. 3. *Fastor.* à v. 75: quem sequitur Isidor. 5. *Origin. cap. 31.* Econtra Censorinus de *Die Natal. §. 22.* Martium dictum putat à gente Martia, scilicet bellicosa, quæ Romana dicta à Romulo. Quicquid sit, non magni refert.

Cinctum pelle lupæ promptum est cognoscere mensem:

Mars olli nomen, Mars dedit exuvias.

Tempus ver, hœdus petulans, & garrula birundo

Indicat, & sinus lactis, & herba virens.

Constat 31. diebus, quorum

DIES PRIMUS.

1 **S**ecundus Decanus, & undecimus gradus *Piscium*, cuius Facies *Jupiter*: quæ Facies est æstimationis sui de rebus magnis & altis. Imago, *Vir ambulans super nubes.* Abenragel. Ephorus, apud Æ-

gyptios Numen, *Sourus*: Kircher. Gradu in hoccine fastigium, Signique culmen: cuius influxus ita describit Iovian. Pontan. 3. *Uran.*

Cuique de medio squamosis calmine nante
All-

Pontan. Alludent caudis, illum sua flumina noscent,
Vicinaque urbes pelago, censumque alienis
Qui parat ex opibus, multa & patrimonia
gaza

Dives agri, dives pecoris, neque finibus unis
Qui serat; ut duplici etiam dominetur in aula
Imperitans, geminasque potens dominetur
in urbes.

Sphæra. Sphærarum descriptio varia est. Dimidium
Fluminis, & alterum dimidium Ingeniculi:
Sphær. Persic. Mulier formosa, alba, sedens
in navi in mare, cupiens exire in siccum:

Sphær. Indic. Addit Albumafar: Mulier
vultu venusta, corpore candida, mari navigans,
pectori puppi adstricto, cum ea cognati
eius & noti, ipsa portum desiderans. Cau-
da Ursæ Minoris, Manus Castiopeie, bume-
rus Andromedæ, caput mulieris sociata cum

Equo, posteriora Piscicis. Fœmina cum nor-
ma in dextra, sinistra idolum, habens pro
pedibus caudam piscis: Sphær. Ægypt. Vir
cum baculo incedens: Sphær. Arab. Mulie-
ris caput sociata cum Equo, est caput Me-
dulæ: ab Arabibus & Hebræis dicitur Ca-
put diaboli, de quo diximus Isagog. Mens.

Medusa. n. 5. dicemusque in Novembr. n. 19. & 26.
Ptolm. in Centiloq. sentent. 73. (hicque
Pontan. qui illustrat iudicium) inquit: Sol
ubi repertus fuerit cum capite Gorgonis, si
nec aspiciatur à benefica stella, neque benefi-
ga octavo loco præest, dominusque conditio-
narij luminarij Marti opponitur, aut eum

à quadrangulo percutit; ei qui natus est, ca-
put truncabitur. Sin copulatio à Geminis,
aut à Piscibus fuerit; manus aut pedes eius
amputabuntur: quod si Luna culminaverit,
corpus eius sauciabitur. Idem & Ætius; Au-
ster & Africus flant. Diem Dariotus nume-
rat inter puteales. Vindemiator apparet: Co-
lumel. Crus dextrum Aquarij manè oritur.

Ptolom. Junctin. K. A. In sententia Riccioli in Al-
magest. ante Christ. nativitatem ann. 174.
Lunæ deliquium.

2 Neomenia & initium Anni facti in-
ter Hebræos. Ortus Noë signatur à non-
nullis, apud Tornicell. *Annal.* ætat. 2. ann. 1.
n. 3. Sexcentesimo anno vitæ eius imminu-
tæ sunt aquæ cataclysmi super terram, hu-
jusque siccata superficies: tuncque Noë hac
die aperuit fenestram Arcæ. *Genes.* 8. 13. Or-
tus Abrahæ signatur à Tornicell. in *Tabul.* in-
choante ann. 2039. Vid. 19. *Decembr.* n. 1.

Ortus Noë. Instruit Dominus Moysem & Aäron de ritu
agni sacrificandi, ut die decimo præpare-
tur à multitudine filiorum Israël. Elias Levi-
ta in *Thebæ*: fitque in Ægypto quinta pla-
ga per pestem animalium. Perer. in *Exod.*
9. 6. Anno circiter secundo ab exitu tri-
ginti

Ortus Abrahæ. tur à Moyse sacrum Tabernaculum, iuxta
exemplar, quod illi in monte monstratum,
ad unguem perfectum. *Exod.* 40. 15. Intu-
lit Moyse in illud Arcam cum legis tabu-
lis, mensam, candelabrum, altare thymia-
matis & holocaustorum cum vase æneo in
lavacrum; rotumque consecravit: nubef-
que tunc gloriæ in illud descendit, operiens
Tabernaculi ambitum: quæ quidem deinceps
non defuit interdum ceu nubes, noctu-
que fulgens ignis adinstar, illuminans ca-
stra. Non movebatur, nisi in populi pro-
fectionem; tunc enim nube præcedente,
subsequebantur ordine præfinito Israëlites;
rursusque subsistente, manebant. *Exod.* 40.
à 32. & *Numer.* 9. à 15. *Genebr. Ann.* 2671.
& *Adrichom. Ann.* 2454. Eodem die & an-
no cœpit consecratio Aäronis & filiorum
eius in Tabernaculi ministerium: per se-
ptem continuos dies post Tabernaculi con-
secrationem, intra illud manserunt: *Levit.*
8. 33. Ibi fuerunt vestibibus sacerdotilibus
filij Aäron, hicque in vestitu gloriæ. *Ibid.*
à v. 6. Victimæ ab illo non sunt oblatae, sed
à Moyse, quousque impleteretur consecra-
tionis tempus, indictæ die octavo; tuncque
Aäron cœpit munere fungi. v. 33. & *cap.* 9.
1. Eodem die etiam cœpit oblatio Princi-
pum tribuum filiorum Israël in dedicatione
Altaris & Tabernaculi ministeria. *Numer.*
7. à v. 1. *Prima die obtulit oblationem suam
Nabasson filius Aminadab de tribu Iudæ: fue-
runtque in ea acetabulum argenteum pondo
centum triginta siclorum, phiala argentea
habens septuaginta siclos iuxta pondus San-
ctuarij; utramque plenum simila conspersa
oleo in sacrificium: mortariolum (id est, na-
viculam incensi) ex decem siclis aureis, plu-
num incenso: bovem de armento, arietem
& agnum anniculum in holocaustum, hir-
cumque pro peccato: & in sacrificio pacifi-
corum boves duos, arietes quinque, hircos
quinque, agnos anniculos quinque. *Ibid.* à
v. 12. *Ioseph.* 3. *Antiq.* cap. 5. & *Adrich.*
Ann. 2454. Semper Rab. nugas ingerent;
quasi parva essent hæc, fingit Rab. Salomon
perfectata Tabernaculi erectionem fuisse
die octavo: extunc enim permansit, quippe
quotidie per septem primos dies erigeba-
tur, & demoliebatur Tabernaculum. Inge-
niosè prorsum, si Dijs placet! Refutat hic
Abulenti.*

Terra ex diluio arsa. 3 A Iosepho signatur hodie mors Ma-
riæ sororis Moyse & Aäronis, de qua die
10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

Ortus Noë. 10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

Ortus Noë. 10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

Ortus Noë. 10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

tur à Moyse sacrum Tabernaculum, iuxta
exemplar, quod illi in monte monstratum,
ad unguem perfectum. *Exod.* 40. 15. Intu-
lit Moyse in illud Arcam cum legis tabu-
lis, mensam, candelabrum, altare thymia-
matis & holocaustorum cum vase æneo in
lavacrum; rotumque consecravit: nubef-
que tunc gloriæ in illud descendit, operiens
Tabernaculi ambitum: quæ quidem deinceps
non defuit interdum ceu nubes, noctu-
que fulgens ignis adinstar, illuminans ca-
stra. Non movebatur, nisi in populi pro-
fectionem; tunc enim nube præcedente,
subsequebantur ordine præfinito Israëlites;
rursusque subsistente, manebant. *Exod.* 40.
à 32. & *Numer.* 9. à 15. *Genebr. Ann.* 2671.
& *Adrichom. Ann.* 2454. Eodem die & an-
no cœpit consecratio Aäronis & filiorum
eius in Tabernaculi ministerium: per se-
ptem continuos dies post Tabernaculi con-
secrationem, intra illud manserunt: *Levit.*
8. 33. Ibi fuerunt vestibibus sacerdotilibus
filij Aäron, hicque in vestitu gloriæ. *Ibid.*
à v. 6. Victimæ ab illo non sunt oblatae, sed
à Moyse, quousque impleteretur consecra-
tionis tempus, indictæ die octavo; tuncque
Aäron cœpit munere fungi. v. 33. & *cap.* 9.
1. Eodem die etiam cœpit oblatio Princi-
pum tribuum filiorum Israël in dedicatione
Altaris & Tabernaculi ministeria. *Numer.*
7. à v. 1. *Prima die obtulit oblationem suam
Nabasson filius Aminadab de tribu Iudæ: fue-
runtque in ea acetabulum argenteum pondo
centum triginta siclorum, phiala argentea
habens septuaginta siclos iuxta pondus San-
ctuarij; utramque plenum simila conspersa
oleo in sacrificium: mortariolum (id est, na-
viculam incensi) ex decem siclis aureis, plu-
num incenso: bovem de armento, arietem
& agnum anniculum in holocaustum, hir-
cumque pro peccato: & in sacrificio pacifi-
corum boves duos, arietes quinque, hircos
quinque, agnos anniculos quinque. *Ibid.* à
v. 12. *Ioseph.* 3. *Antiq.* cap. 5. & *Adrich.*
Ann. 2454. Semper Rab. nugas ingerent;
quasi parva essent hæc, fingit Rab. Salomon
perfectata Tabernaculi erectionem fuisse
die octavo: extunc enim permansit, quippe
quotidie per septem primos dies erigeba-
tur, & demoliebatur Tabernaculum. Inge-
niosè prorsum, si Dijs placet! Refutat hic
Abulenti.*

3 A Iosepho signatur hodie mors Ma-
riæ sororis Moyse & Aäronis, de qua die
10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

10. Vide *Prolog.* §. 3. n. 2. Item in exitu
quadagesimi anni ab exitu Ægypti mors
Moyse, Reufner. Vide, 7. *Februar.* 2. Hac
etiam die post 22. à Moyse obitu, misit Io-
ue

Eræctio Tabernaculi, & consecratio.

Columna nubis.

Initiatio Aäronis & filiorum eius in sacerdotibus.

Et oblatio Principum Tribuum.

Mors Mariæ sororis Moyse.

Exploratio res in Ierusalem.

Iosue stare scie Solem.

Iosue exploratores in Iericho. Abulens. in *Iosue* 2. *quæst.* 8. & 9. Malsius signat die 3. vel 7. Abulensem sequitur Adrichom. *Ann.* 1493. eodemque die monuisse populum, astruit, præparatæ cibaria in diem tertium pro Iordanis transitu, ac Rubenitas Gaditas, & Manassitas ex dimidia tribu, præcedere armatos, simulque missos exploratores in Iericho, susceptos fuisse à Raab, &c. *Iosue* 2. à 2. Hos exploratores fuisse Cenez & Seëntamiam, filios Caleb, refert Philo Biblius, in *Antiq.* (Rab. Iose signat hodiè, ex eoque etiam refert Petr. Cunæus 3. de *Republ. Hebraeor.* cap. 4. stationem Solis in cælo ad preces ac imperium Iosue; quod difficile, nisi intelligant in anno sequenti, 41. ab exitu Ægypti: falluntur sanè, uti dicemus, 27. *April.*) Distinctus profectò est ordo gestorum in hoc tempore apud Hebræos, ac apud Expositores libri Iosue. Afferunt illi, mortuum Moysen 7. *Febr.* triginta transactis diebus luctus, promulgationem factam à Iosue de pertranseundo Iordane die 10. Quintà retrò die iam miserat exploratores à Setim in Iericho: octavo die reversi sunt exploratores, nonoque ventum est in Iordanis ripam; ac demùm decimo totus Israël sicco pede transivit Iordanem: die 11. circumcisi sunt omnes masculi, qui per 40. ann. in deserto nati sunt: die 14. celebrarunt pascha: 15. defecit Manna: 21. qui erat septimus Azymorum, everfa est Iericho. Ita Hebræi, nec sine fulcro, rationalique computu. At aptior ordo temporis videtur (sed non Abulensi & quò sup. & in cap. 4. *Iosue*, *quæst.* 2.) Serario lib. 2. in 2. *Iosue*, *quæst.* 5. & Alapid. in cap. 3. v. 1. cogitantibus mortem Moysis sub diem tertiam Februarij: inde post 30. dies Moysis luctum: sub diem 3. Martij, Iosue mississe exploratores in Iericho, reversosque ad vesperam diei sexti: diluculo diei septimi castra movisse ad Iordanem, & præcepisse præparari cibos usque in triduum; ita ut die 10. fieret transitus Iordanis. Unusquisque in suo sensu abundat. Signabimus sensum nostrum suis locis.

4 Cœperunt Sacerdotes & Levitæ mundare vestibulum domus Dei (ludibrio habitæ, pollutæ, ac demùm clausæ per impiissimum Achaz) tempore Ezechie, filij eius. 2. *Paralip.* 29. 17. Eodem die præceptum de expiando Sanctuario, per vitulum immaculatum. *Ezech.* 45. 18. Ritus, v. 19. etiamque prophetia de dominatione Ægypti tradendæ Nabuchodonosori à Domino, eò quòd expugnaverit atque vastaverit Tyram, obediens Deo præcipienti. *Ibid.* cap.

29. 17. Sicut eodem die pridem retrò 16. annis, destructionem prædixerat Tyri. *Ibid.* cap. 26. à 1. Vide 1. *Iun.* n. 3. Hoc etiam die cœperunt ascendere in Ierusalem de Babylone filij captivitatis. 1. *Esdra.* 7. 9. & Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 4. subdens: *Genialiter viam emetiebantur hilares, personantibus omnia tibijs, & cymbalis perstreptentibus, prosequente per lusum ac letitiam & reliqua Iudaorum multitudine.* Sub dubio sanè, an intelligendum de prima remissione sub Cyro, an de secunda sub Dario Histaspis. Adrich. *Ann.* 3444. Arbitror, facultatem concessam Zorobabel hac die, ut dicitur, 3. *Esdra.* 5. 6. sub Dario: regressio- nem verò de qua 1. *Esdra.* 7. 9. sub neutro fuisse; sed sub Artaxerxe anno septimo. *Ibid.* v. 7. Unde diversæ remigrationes fuere. Prima sub Cyro. 1. *Esdra.* 1. 3. Secunda sub Dario Histaspis: *ibid.* 6. à 1. Tertia sub Artaxerxe, anno septimo: loc. cit. Quarta sub eodem, anno regni vigesimo: 2. *Esdra.* 1. à 1. Vide 21. *Febr.* n. 2. & 28. *Decembr.* à n. 4. Tempus in transmigratione ad patriam insumptum, etiam signavimus, 23. *Febr.* à n. 10. & profectiois modum. *Ibid.* Certum, hac in die fuisse remigrationem populi cum Efdra, ut dicitur lib. 1. 7. à v. 9. Post duos annos à reditu è Babylone, eodem die consummata est recensio virorum Israëlitarum, qui duxerant uxores alienigenas, quæ cœperat 1. *Decembr.* 1. *Esdra.* 10. à 16. Hæc prima recensio & expulsio facta per Efdram: secunda verò per Nehemiam. *Vid.* 24. *Septembr.* n. 6. Hoc quoque die contigit visio Mardochei de tribulatione populi captivi, de insidijs ianitorum regiæ Assueri, de prosternendo Amano, ac de exaltatione Esther, cap. 11. à v. 2. & Leonard. Mar. in *K.* *Vide* pridie, n. 4. Post 11. annos consultatio Aman per sortes. 28. *Febr.* à n. 7.

5 Cùm Hebræi perperam primum diem dedicationis Tabernaculi & oblationum principum signent, ut vidimus, 23. *Februarij.* 2. hoc die qui octavus, astruunt mortem duorum filiorum Aáron, Nadab scilicet & Abiu; quos sequuntur Genebr. Leonard. Mar. & Scaliger. extuncque pro eis institutum fuit quotannis ieiunium. *Iidem* in *K.* ex Seder-Ol. cap. 7. licet falsò, uti dicitur die 8. Hinc *ibid.* addunt Rabbini: *Primus dies orbis conditi, primus fuit dies oblationis Principum: primus, quo insedit divina maiestas Israelitico populo: primus, quo prohibita est idolorum ara: primus, quo institutum sacerdotium: primus, quo benedictus populus: primus solemnium sacrorum, primus mensium, primus immolarum ba-*

Hebræorum
reditus in
patriam.

*Ezechias
mandat il-
li cessare
tam.*

*Novus Sa-
maritij
patriam*

*Mors filio-
rum Aaro-
ni.*

ba-

stiarum ad Septentrionem (Bellè quidem!) primus, quo sacra mandata sunt: primus, quo ignis cœlitus descendit. Hoc die iuxta Alapid. in *Chronotax.* n. 11. & Epiphani. *Heres.* 51. legatos miserunt Iudæi ad Ioannem, an ipse esset Messias: quod quidem negavit, asseverans tantum esse vocem clamantis in deserto. *Ioann.* 1. à 19. Anno sequenti intrans Christus in Synagogam Capharnaum, dæmoniâcum liberavit ab hoste, & socrum Petri à febris; multosque alios languentes curavit. Idem ibid. n. 16. Anno 33. Adducuntur ad eum parvuli, ut ab illo benedicerentur, quos blandè mulcebat; simulque docuit divitem semitam perfectioni, elargitione honorum in pauperes; sed recedit tristis dives, audiens documentum. *Castell.* ex *Marc.* 10. 13.

6 Romæ dies Ægyptiacus. Gyrald. Eò quòd olim mensis iste anni principium instituto Romuli; eius Kalendæ percelebres fuere, in quibus præcipuum munus, ignem novum in ara Vestæ accendere & elicere è lauro. *Stuck de Sacrific.* cap. 175. *Huius*

etiam die prima ignem novum Vestæ aris accendebant; ut incipiente anno, cura denuò servati donati ignis inciperet. Hæc cura credita Virginibus Vestalibus. Si enim extingui contigisset, maximum malum Romanis portendebatur: & ea virgo cuius culpa evenisset, à Pontifice acriter verberabatur: tunc ex ligno felici contrito vehementer, donec conciperet ignem, suscepta flamma, ex qua ignis sacer deportatus cribro æreo in ædem Vestæ. *Chartar.* in *Magna-Matre*, fol. 148. *Stuck*, cap. 173. *Iust. Lips.* de *Vestæ & Vestalibus*. cap. 8. *Gyrald.* in *Pythag. Anigm.* 7. *In Martij die prima de aris Vestalibus ignem accendunt.* *Solin.* cap. 3. *Causam* signat, de *Aureo sæcul.* *Fab. Pictor*, dicens de Iano: *Uxor illi fuit Vesta, qua prima sacrorum regina, sempiternum ignem virginibus credit.* *Ovid.* 3. *Fast.* v. 141.

Vesta quoque ut folio niteat velata recenti, Gedit ab Iliacis laurea cana facis.

Ovid. *Laurea flaminibus qua toto perstitit anno, Tollitur, & frondes sunt in honore novæ.* *Siccine* ornabatur Curia & Senatus. *Ita* (ait *Solin.* d.) *ut Senatus & populus Comitia agerent, mutant veteribus virides laureas: matrone servis suis cœnas ponerent, sicut Saturnalibus domini: ille, ut honore promptius obsequium provocarent; bi quasi gratiam repensarent perfecti laboris.* Idem *Macrobi.* d. *Stuck.* 1. *Antiq. Conv.* cap. 32.

7 Hinc ipsi Kal. *Matronalia*, seu *Saturnalia* fœminarum. *Matres non leve munus habent.* *Ovid.* v. 222. *Constant.* & *Mar-*

sus hic. Plures causas signat *Ovidius*: maximam ad illarum honorem, quòd industriâ matronarum sopitum sit bellum propter raprum earum inter Romanos & Sabinos. *Harlicarnat.* lib. 2. cap. 26. Hac de causa matronæ hac die munera accipiebant à viris. *Alex. Neapolit.* lib. 3. cap. 24. ubi fuscè festum describit. *Domit. Calderin.* in *Martial.* lib. 9. *Epigram.* 53. & 10. *Epigram.* 24. *Horat.* 3. *Carm.* Od. 8. v. 1. *Martij celebs quid agam Kalendis.* *Ufus munerum* adultus inter Romanos. *Sueton.* in *Vespasian.* cap. 19. *Dabas apophoreta sicut Saturnalibus viris, ita & per Kalendas Martij fœminis.* *Plaut.* in *Milit.* Act. 2. Scen. 2. v. 3. *Martial.* lib. 5. *Epigram.* 85. *Tibull.* 3. *Eleg.* 1. festivè quidem. *Juvenal.* *Satyr.* 9. v. 53. *Marti matronæ sacrificabant, faculas in manibus tenentes, & deridiculâ gestificatione libantes, quam merito taxat Arnob.* *Advers. Gent.* lib. 7. allusione ad *Silviam*, matrem *Romuli & Remi*, & etiam pompam extruebant, ut ait *Servius* ad illud *Virgil.* 8. *Æneid.* v. 665. *Casse ducebant sacra per Urbem matres in mollibus.* *Auson.* *Edyl.* 26. v. 7.

Matrone que sacra colant pro laude virorū, Anson.

Mavortis primi quum rediere dies.

Dicitur pro *Laude virorum*, supposito fœdere utriusque gentis; unde in *Romul.* *Plutarch.* infit: *Festos quoque dies & sacrificia inter se communicaverunt: ita quidem ne qua utriusque erant gentis tollerent; sed nova quadam adijcerent, ut Matronalia in honorem mulierum, ob bellam ab ipsis pace mutatum.* Ob huiusmodi nobile facinus matronarum, ab ipsis dicta Iuno Matrona. *Liv.* lib. 2. *sect.* 160. & *Alex.* ab *Alex.* lib. 6. cap. 4. *Lævinus Torrent.* in *Horat.* loc. cit. asserit, in *Laudem virorum*, debere sumi pro maritorum precibus, supplicantium *K. Martij* pro matrimonij conservatione; ob memoriam, raptarum *Sabinarum* intercessione, initi fœderis. Vide *Panciro.* 1. p. *Titul.* 64. *Propert.* lib. 4. *Eleg.* 3. v. 53. & *Tibull.* lib. 4. *Eleg.* 2. v. 1. & 21. Hoc cœne officium in obsequium matronarum varijs munificulis, extendebatur etiam ad *Kalendas Aprilis.*

8 Hinc cum iam Romæ essent *Sabinæ*, ob prolem *Iunoni Lucinæ* in *Exquilij* (ubi nunc templum *S. Laurentij* in *Lucina*, ut ait *Marlian.* in *Topograph.* cap. 114.) ædem erexere. *Ovid.* v. 239.

Illic à turibus Iunoni templa Latinis

Hæc sunt (si memini) publica facta die. *Ovide*

Dicite, Tu lucem nobis Lucina dedisti:

Dicite, Tu voto parturientis ades.

Idem *Varro de Ling. Latin.* lib. 4. Sic dicta

Lucina, quia illuminat; & *Iuno*, quia iuvat, *Lucetia.*

ut foetus edantur in lucem. Unde etiam *Lactia*. Gyrald. *Syntagm.* 3. n. 3. Rosin. *lib. 2. cap. 6.* & 4. *cap. 7.* Vota foeminarum gravidarum ad Iunonem; mihi videntur, pro partus facilitate ex Iunonis conceptu: equidem fictum, matrem sine viro fuisse Martis, duntaxat ex taetu floris: optabantque matrone illius in partu facilitatem; dum virum ita fortem in lucem protulit. Porius ad animi foetum, criticè potest retorqueri mendaciu: fingitur enim ex flore genitus Mars; quippequam, maxime inter foeminas, è re parvi momenti (nempe flore) & discordia concipitur & bellum oritur. Aliter Halicarnassus *lib. 4.* A. R. *cap. 14.* Tradit L. Piso in *Annal. Serv.* Tullum voluisse urbana multitudinis scire numerum tum nascentium (inquit) tum morientium, tum eorum qui virilem togam sumerent: statuisseque quanti pretij nummos pro singulis inferre deberent cognati in ararium Iliithyia (Romani Iunonem Lucinam vocant) pro nascentibus: in Veneris, quae in luco sita est (ipsi Libitinam appellant) pro morientibus: in Luventutis, pro togam virilem sumentibus. Hinc constat auspiciam Lucinae pro parturientibus & partibus. Plin. *lib. 16. cap. 44.* & à luce donata recens natis, & à luco, ubi Iunonis aedes, Lucinam dictam asserit, in quo Lotus insignis magnitudinis. Ovid. 2. *Fastor.* v. 449.

Gratia Lucinae dedit haec tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu Dea lucis habes,
Gyrald. d. n. 4. *Natal. Com.* 2. *Mythol.* cap. 4. Pomey, 1. p. *Panth.* Alex. Neapolit. d. & Augustin. 4. *Civit.* cap. 11. Eadem in 5. Regione signat P. Victor & Panvin. Ararium in hoc templo (quod loc. cit. recenset Rosinus) nihil aliud est, quam quod diximus ex Halicarnas.

9 Apud Graecos, quae Romanis Lucina, dicebatur Iliithyia, cuius imago erat foeminae, dextrâ faciem ardentem gestantis, & sinistram porrigentis; cuius corpus à capite usque in pedes imos, rectum erat tenui carbasso. Pausan. *cap. 230.* Nonnius in *Grac. Goltz.* Tabul. 8. additque ille, *cap. 78.* Quotidie Corinthi Lucinam celebrari summa cum religione, hostijs, odoribus, donisque quam plurimis: cuius signum nemini omnino praeterquam ijs, quae rem divinam faciunt, foeminis, conspiciere fas est. Matrem Amoris signat *cap. 302.* excludens Venerem. Imago apud Romanos erat matronae stolatæ, quæ dextrâ pateram, sinistrâ hastam tenebat stans. Gyrald. d. n. 4. Chartar. in *Iunon.* fol. 119. & Hemelar. in *Numism.* Tabul. 30. additque etiam pingi habitu eleganti cum duobus aut quatuor pueris & puellis, & in

finu & ad manum. Videbatur in Capitolio ante cellam Minervæ scena foeminarum flexis genibus ante Lucinae simulacrum, quasi ad partum implorantium. Vives in 4. *Civ.* cap. 11. & Pier. Valerian. *lib. 35. cap. 61.* Hæc imagines dicebantur Nixidia, vectæ in urbem è Corintho à M. Attilio: uti ijdem referunt ibid. & Gyrald. *Syntagm.* 1. num. 80. asserit, earum simulacra allata Romam à M. Attilio, superato in Syria Antiocho Magno. De filio Lucinae Sosipolide, dicemus, 18. *Iul.* & de Lucina, 12. *Decembr.*

10 Hac etiam die erat lustratio Pontificis Summi inter Romanos, cuius munus latè videris apud Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 8.* Cicer. *lib. 2. de Orator.* & 1. de *Legib.* & Rosin. *lib. 3. cap. 22.* Modum depingit affabre Prudent. *Peristeph.* à v. 3203. ex ipsoque Bulenger. 3. *Advers. Magos,* cap. 5. & Anonym. *Observat. ad Natal. Com. Mytholog.* cap. 11.

Summus Sacerdos, nempe sub terram scrobe
Acta in profundū, consecrandus mergitur;
Mirè infulatus, festa vittis tempora
Nectens, coronâ tum replexus aureâ
Cinctus Gabino sericam fultus togam;
Tabulis supernis strata texunt pulpita,
Rimosa rari paginatis compagibus:
Scindunt subindè, vel terebrant arcem;
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens biatibus.
Huc taurus ingens fronte torvâ & bispidâ,
Sertis revinctus, aut per armos florel,
Aut impeditis cornibus deducitur:
Necnon & auro frons coruscat hostia:
Setasque fulgor bractealis insicit.

Hic ut statuta est immolanda bellua;
Pectus sacro dividunt venabulo.
Eruat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & latè astat;
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit.
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput
Et veste, & omni putrefactis corpore,
Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus:
Nec iam palato parcat, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquam cadaver sanguine egesto rigens,
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem;
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum salibus contagijs,
Tabo recentis sordidum piaculi,

Nixidia

Lustratio
Pontificis
Summi

Prudent

Omnes

Mars genitus
ex taetu
floris.

Iudo Iliithyia.

Veneris Libitinam.
Luventutis.

Ovid.

Lucus Lucinae & gratiarum.

Imagines
Lucinae.Iliithyia mater
Amoris.

*Omnes salutant, atque adorant eminus:
Vilis quod illum sanguis & bos mortuus.
Fœdis latentem sub cavernis laverint.*

11 Solemnissimum hac in die festum erant *Mamuralia*, seu sacra *Ancyliæ*, mota à Salijs in Martis honorem. Brevi rem agam, quæ à Mythologis refertur prolixè, & ab Ovidio Musà garrulà, 3. *Fastor.* à v. 251. Anno octavo regni Numæ, peste grassante in Italia, ac Romam luè invadente, scutum breve in auxilium è cœlo cecidit, quo salvaretur à contagione civitas, tonante Iove. *Ibid.* v. 279. & 363. Lucanus ridet, asserens, 9. *Pharsal.* v. 480. *Ancyle* illud vento aliunde delatum. Nihil mirum: Magus erat, & astu diaboli factum, ut de cœlo lapsum plebs crederet scutum; gloria-returque (ut idem lib. 1. v. 603. præmittit.)

Et Salius lato portans ancyliæ collo.

Tunc Numa curavit alia undecim conformia efficere, ut nunquam surripi posset Urbis munimen; cum inter alia multum, internosci nequiret. Creditum opus Mamurio fabro famoso ac industrio: quod cum ille arte exquisitè absolvisset (ita ut neque ipse Numa scutum iam cœlestè dignosceret) scuta duodecim Salijs Sacerdotibus credit custodienda, ab ipso in hocce munus institutis. Artifex pro præmio, gloriam artis ambivit: petijtque pro mercede, ut Salijs inter carmina in pompa Ancyliorum suum nomen canendo exprimerent. *ibid.* v. 381. *Merces mihi gloria detur.* Salijs enim electi sunt in Martis sacerdotium duodecim ex patricijs liberi & cives, qui neutro patre orbat essent (ut ait Alex. Neapolitan. 1. *D. Gen.* cap. 26. & Gyrald. *Syntagm.* n. 14.) ancyliæ ut custodirent, & hoc in tempore triduo, circumferrent; ita dicti, quia cum illis circa aras tripudiantes saliebant, suaviter se moventes, ac conversiones mutationesque celeri & crebro numero robustè leviterque formantes. Varro, 5. de *Ling. Latin.* Plutarch. in *Numa*, inquit: *Salijs dicti ab ipsa chorea, qua saltibus constabat, quam per urbem circumeuntes ducunt, dum mense Martio peltas gestant, puniceas tunicas induti, mitrisque latis arcis cincti, & galeas arcas ferentes, pugionibusque armati pulsantes. Reliqua tripudij pars pedum officio constabat: movebantur enim eleganter, celeriter, atque confertim orbis implicantes, evolventesque, multumque in eo roboris & agilitatis ostendentes. Ipsas peltas Ancyliæ appellant à figura: non enim ea est rotunda, neque adinstar parvæ circuli explet; sed excisa sunt in modum lineæ volute, cuius apices curvitatè habent, formamque cur-*

viam seu uncinatam exprimunt. Brevius Ovid. v. 369.

Atque Ancyle vocat, quod ab omni parte recessum est:

Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.

12 Principes viri inter Romanos functi sunt Saliorum munere, ut Apius Claudius & Scipio Africanus; saltabantque armati & eleganter ad tibix modulos collifis ad scuta gladijs, motu continuo ancyliæ ferentes, ne illa firmo intuitu cerni possent. Constant. hic & Carol. Neapol. n. 134. Virgil. 8. *Aneid.* v. 664. Plin. lib. 21. cap. 3. Alex. Neapol. & Gyrald. d. Liv. lib. 1. à sect. 61. Rosin. lib. 4. cap. 7. Uvolfang. Lazius 10. de *Repub. Rom.* cap. 10. & floridè Halicarn. lib. 2. cap. 41. *Laudatores sunt Deorum belli Præsidum: fustum autem incidit in Pannatbenæ nostræ, mensæque Martium, agiturque publicè per dies aliquot, per quos tota urbe choreas ducunt usque in forum & Capitolium. Tempore Servi Tulli duplicatus est numerus Saliorum ad eius votum bello Sabino; uti dicemus, 19. Decembr. ex ipso lib. 3. cap. 30. Lustrabantur Ancyliæ d. 19. Mart. quæ quidem semel mota, ante trigesimum diem non condebantur. Semper enim ominosum ante reconditionem movere. Casaubon. in *Sueton. Oth.* cap. 8. ubi: *Expeditionem inchoavit nullà ne religionum quidem curâ; sed & motis nec dum conditis Ancylibus.* Sciendum est, ut notat Servius in loc. cit. *Virgil.* Ancyliæ posse moveri à Duce in bellum proficiscente: tuncque ingressus in Martis sacrarium, Ancylijs motis, Martis etiam movebat hastam, dicens: *Mars vigila.* Pompæ erat finis in Capitolio, precibus in cuncta Numina, excepta Venere, effusis, & facta memoriâ Mamurij, qui Ancyliæ tam exactè molitus est. Alex. ab Alex. quò dudum. Dies singularis huic facer etiam inter Romanos: in qua pellem virginis cedebant ad artis similitudinem. Constant. d. additque Marlian. in *Epitom.* lib. 5. cap. 23. *Vicus Mamuri, in quo illi statua erat posita, ad S. Susannæ templum olim extitisse confirmatur.* In his diebus ominosæ erant nuptiæ. Ovid. v. 385. quo tempore uxor Flaminis Dialis, quam Flaminicam dicunt, *Impexas debet habere comas.* v. 390. & Aul. Gell. lib. 10. cap. 15.*

13 Romæ quoque hac die sacra Veneri Cloacinx (de qua, 3. *Octobr.*) strena ferrebat Iovi in Capitolium, & Imperator pro templo, stipem à civibus mendicabat. Subiecta Iudzâ, binz drachmæ solvebantur ab Hebræis in Capitolij expensas. Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 26. & nos 28. *Octobr.* n. 5.

Hoc

Mamuralia & Ancyliæ.

Scutum cœlestè in Romæ auxilium.

Lucan.

Mamurij quis?

Salijs à quo & ad quid?

Quid Ancyliæ?

Musæ Saliorum.

Quid mota Ancyliæ & ominosum, moveri?

Sacrum & statua Mamurij.

Flaminicitas in Mamuralibus.

Veni Claustrina.

Hoc item die nonnunquam Coss. inibant Magistratum. Smet. in Martij *Glossiar.* Merces etiam solvebatur Magistris alicuius artis liberalis; quod quidem munus *Minervae* dicebatur seu *Minervium*, de quo die 19. n. 20. Triumphus varij diversis temporibus hodie solemnes fuere: Valer. Poplicolæ de Veientibus & Tarquinijs. Reufn. & Goltz in *Fest.* fol. 10. Hanc victoriam mestam fecit mors Iunij Bruti, de qua 28. *Februar.* n. 13. Plutarch. in eo, inquit: *Triumphavit Valerius primus omnium Coss. quadrigis invehus in Urbem: fuitque huius triumphus aspectus splendidus atque magnificus.* Alia dicemus in triumpho de Sabinis 1. *Maij*, n. 13. Triumphavit etiam ann. V. C. 424. S. Æmilius Mamerminus de Privernatibus. Panvin. & Goltz. in *Fest.* fol. 59. Nonnulli arbitrantur fuisse Æmilium Mamercum Dictatorem, quem *Mamercinum* vocat etiam Goltz. fol. 27. qui in triumpho de Privernatibus, alijsque confinibus, *Dictator coronam auream libra pondo ex publica pecunia populi iussu, in Capitolio lovi donum posuit.* Tit. Liv. lib. 4. *sect.* 58. In Magistratu insigne monumentum reliquit, contrahens plebiscito Censuræ tempus, cuius diuturnitate Censores inolefcebant, à quinquennio in sesquiannum. Quapropter Censorem functum magistratu, à tribu amoverunt; quod ægrè tulit populus, & seditionem compescuit Æmiliij auctoritas. Briet. Sententia haud mihi arridet propter temporis distantiam ab ann. 320. usque ad 424. De Fidenatum pugna, ait Florus lib. 1. cap. 12. *Fidena, quia parès non erant ferro, ad terrorem movendum, facibus armati & discoloribus serpentum in modum, vittis furiali modo processerant; sed habitus ille feralis eversionis omen fuit.* Veros fuisse serpentes asserit Liv. 4. à *sect.* 50. Item triumphavit L. Cornel. Lentulus de Sannitibus & Lucanis. Idem fol. 80. Vide Flor. d. cap. 16. Alij hanc victoriam attribuunt C. Fabricio. Briet. & Turfelin. qui quidem male audijs, quoniam P. Cornel. Rufinum, grassatorem Consulem fecit: etsi responderit: *Malo compilari, quam venire.* Idem Ann. V. C. 512. hac die de Faliscis triumphavit Q. Lutatius Cerco. Goltz. pag. 96. Causa belli, quod plebis tribunum affecterant contumelià: sed diebus sex omnino confectum, caesis quindecim millibus Faliscorum, cæteris datà pacè. Briet. ann. 513. In monte Albano triumphavit etiam Marc. Claud. Marcellus. Panvin. & Goltz. in *Fest.* fol. 104. ex hisque Reufner. de Gallis Infumbribus & Germanis, & spolia opimà lovi Feretrio retulit, inter-

fecto hostium Duce Viduaro. Plutarch. in eo fusè. *Gallorum Ducem singulari praelio vicit* (ait Cornel. Nepos d. n. 45.) *spolia legit apud Nolam. Annibalem primus locorum angustia adiutus vinci docuit: Syracusas per tres annos expugnavit: & cum per calumniam triumphus ei à Senatu negaretur, de sua sententia in Albano monte triumphavit. Quinquies Consul, insidijs Annibalis deceptus occubuit, & magnificè sepultus est. Ossa Romam remissa, à pradonibus intercepta perierunt.* Cecinit Virgil. 6. *Æneid.* à v. 855.

*Aspice ut insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet
omnes:*

*Hic rem Romanã, magno turbante tumultu,
Sisset eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem,*

Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino. Denique triumphos in hac die clausit L. Anicius Gallus, ob victum Gentium Illyrici. At factis à nonnullis hodie signatur, quàm describitur à Goltzio in *Quirinalibus*, 18. *Febr.* Kalend. Martijs vestigalia locabantur. Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 13. Vide 2. *Maij* & 13. *ian.* Hac etiam die à Raphaël. Volaterran. de *Magistrat. Rom.* In *Republ. Roman.* pag. 198. refertur collocatio statuæ Coelæ Claudie, Maximæ Virginum Vestalium; cuius egregiam sanctitatem, & in Deos infatigabilem operationem Numen quoque Vestæ comprobavit. De illa fusius. 12. *April.*

14. Athenis Munychia sacra in honorem Dianæ. Gyrald. libell. de *Ann. & Mensib.* Ab illa nomen Mensis, qui *Munychion;* quoniam in illo huiusmodi sacra. Etiam erat locus dictus *Munychia*: unde Pausan. cap. 1. inquit: *In Munychia Atheniensibus portus, cum Munychia Dianæ templo.* Erat promontorium in Cherronesi figuram curvatus, ingressum habens ore angusto, à quo murus quadraginta stadiorum longitudine portendebatur, Athenarum urbem cum Piræo, duobusque alijs portibus connectens. Strab. lib. 14. n. 7. Qua de causa Athenienses *Munychios* dicit Ovid. 2. *Metam.* fab. 12. Sicum Munychiz videns Epimenides, diuque contemplan, dixisse fertur: *Quàm cæci sunt homines in providendis futuris! Si Athenienses scirent, quanta hic locus mala est urbi daturus; dentibus profectò suis eum eroderent.* Plutarch. in *Solone.* Quare dicemus, num. 16. Illis ergo diebus propugnaculum erat insigne. Unde Stat. 5. *Silvar.* 3. v. 109.

*Quo non Munychia quicquam præstantius
arces.*

M. Claud.
Marcellus.

Virgil.

L. Anici
Galli.

Vestigalia
locata.

Claudia
statua.

Munychia

Templum
Dianæ.

Serena
Iovis.
Adinorib.

Triumphus
Valerij
Poplicolæ.

Æmiliij
Mamercini.

Censura
Romani.

Habitus
Fidenatum
in
pugna.

Insignis
triumphus
L. Corn. L.
tuli, & C.
Fabricij.

Q. Lutatij
Cerco.

Dea, locus & templum sic dictum fuit à *Munychio*, qui crexit. *Alex. Neapolit. lib. 6. cap. 11.*

15 Origo factorum bifariè refertur. Fames fingitur in Attica orta, ex eò quòd in templo *Munychio* urfa *Dianæ* sacra à civibus Athenarum interficeretur: sed *Delphicum* oraculum cessaturam enunciavit, modò pro urfa quispiam filiam immolaret. Inventus est *Embarus*, seu *Barus*, qui offerret; modò *Munychiæ* sacerdotium ad suam familiam perpetuò derivaret: ornatamque filiam cum annuissent, statim immolavit. Unde delirus vocatus. *Erasm. Cbiliad. 3. Centur. 8. n. 81. Aliter Hadrian. Iunius Centur. 2. Adag. 40. ex Suida. Embarus* conventionem de sacerdotio cum Atheniensibus factà, vasto consilio natam de more comptam, velut victimam mactaturus, in adyto (quò præter sacerdotem accessus nulli patebat) abscondit, & capram filiarum ornamentis indutam, illius loco iugulavit. Hæc est prima de *Munychijs* fabula: secunda haud discolor. Propter urfam puellæ à quinto usque ad decimum annum *Dianæ* in *Munychia* immolabantur; quæ *Urse* dicebantur *Dianæ*. *Puellas enim tradunt* (ait *Gyrard. Syntagm. 12. n. 30.*) *ornatas veste erocotà, immolari solere. Nam cum aliquando urfam cicurem in Attica, qua cum hominibus versabatur, fratres quidam interemissent, quòd sororem suam petulantius colludentem, occidisset; Diana irà pestilentia grassari cepit. Unde Oraculum consultum, respondit: Tunc pestilentiam desituram, si virgines aliquæ mactarentur pro urfa.* Idem *Plutarch. de glor. Atheniens.* & *Thucydides lib. 8.* Visum ferale sacrificium, postque placentas offerebant in urfarum formam. Vocabant *Amphiphones*, quas in *Dianæ Munychias* inferebant, *continuis circumstipatas facibus.* *Iul. Pollux, lib. 6. Onomast. cap. 11. & Athen. lib. 14. n. 107.*

16 His in sacris ac per portum *Munychiam* Athenæ captæ à *Luc. Sylla.* *Plutarch. in eo. Captas Athenas Kalendis Martiis; quo mense Atheniensis multa in memoriam exitiosi istius diluvij agunt.* Crudelissimè ibi sese gessit. *Omnes quos sibi adversatos noverat, intra Ceramicum conclusos, sorte decimum quemque ad supplicium duci imperavit. Cumque nihil de sua in Atheniensis iracundia remitteret, clam fugientes nonnulli Delphos venerunt: quibus consulentibus, nunquid fato deleri Athenas necesse esset; respondit Pythia de utre nescio que. Post hæc in illud morbi genus *Sylla* incidit (idest, pedicularum, ut ait *Ravif. Textor, 2. Officij.**

Tom. I. Ephemeræ

cap. 75.) quo Pherecydem quoque consumptum accepimus. Pausan. cap. 18. qui cap. 287. subdit: Proditum est annalibus, in Attica terra cinere pluisse anno uno, antequam Sylla arma ingens Atheniensibus exitium importassent. *Aristio* Athenis dux erat, qui *Syllam* ridiculis ineptijs ac salibus exagibat, quin religionem attenderet, cum sacram *Minervæ* lampadem penuriâ olei extingui passus esset. Eadem hora atque die qua *Aristio* ex arce profugit in *Minervæ* templum, ex quo extractum interfici iussit *Sylla*; sereno cælo, nubium concursu factò, largus imber decidit. *Ibid. ijdem.* Insigniora Athenarum convasavit *Sylla*, & inter monumenta Antiquitatis bibliothecam. *Ibi sacris initiatus apelliconis Teij, bibliothecam sibi exemit; in qua plerique Aristotelis & Theophrasti habebantur libri, nondum planè vulgò cogniti. Fertur ea bibliotheca Romam perlata: Tyrannionem Grammaticum plerosque libros compilasse, ab eo adeptum exemplaria Andronicum Rhodium; in medio protulisse, &c.* Hæc *Plutarch. in Sylla.* Quis primus Athenis bibliothecam instituit, quomodò aucta, in *Perfidem* deportata, ac postmodum restituta; dicemus ex *Gellio, 25. Iun.*

17 Anno ætatis 29. ac regni 9. *Alexandri Magni*, cum rediret ex India, *Harpalus*, quem Satrapam *Babylonis* prædicumque thesaurorum præfecerat in Græciam fugit. *Diar. Alexandr.* Hic ita se liberè, avidè, ac luxuriosè in Præsentia se gessit, nunquam Regem reversurum ab expeditione credens; ut à cunctis fugillaretur, pessimè audiens. Regrediente *Alexandro*, cum multos Satrapas, ad se delatos, pœnâ capitis damnasse, cognovisset; metu supplicij convasatis quinque millibus talentum argenti, cum militibus stipendio conductis, versus *Atticam* contendit, & ad populum *Atœniensem* supplex contugit, largitionibus corruptis Oratoribus, & quinquaginta talentis inter illos *Demoithene* (quem populus damnavit & mancipavit carceri, unde post profugit) sed *Antipatri* & *Olympiadis* literis estlagitatus, est fugit in *Laconiam*, post in *Cretam*; ubi ab amico perudiosè cæsus, vitam & thesauros proditor infamis amisit. *Diodor. Sicul. Biblioth. 17. n. 620. & Q. Curt. Alexandr. histor. lib. 10. cap. 2.* Cum è carcere evasisset, ut obiecit *Æschines*; Coronam & albam vestem sumens, bovem mactavit.

18 Apud *Ægyptios* pompa pepi *Cereris.* *R. Æ.* Fabulam refert *Herodotus lib. 2. n. 28. Rhampsinutum Regem* (inquit)

Aaa

¶

Embarus an delirus, vel ingenuus?

Urfæ Dianæ quæ?

Amphiphonæ panes.

Athenæ captæ à Sylla.

Prodigium.

Lucerna Minervæ extincta.

Bibliotheca Athenarum Romæ.

Harpalus fugit cum Alexandri thesauris, & occiditur.

Taltris Demosthenem corruptit.

Felam Cæceris.

Rhampsanius ut illi aiunt, descendisse vivum fertur sub terram, eò ubi Græci opinantur, sedes infernas esse, & ibi cum Cerere alea luisse; & aliquando visorem, aliquando victum fuisse: & sursum iterum fuisse reversum; munus ab ea obtinentem, mantile scilicet aureum. Tempus à Rhampsaniti descensu ad reditum, dicebant feriatum esse; idque ego ad memoriam meam scio observatum: & Sacerdotes pallium quoddam, quod intra unum diem detexerunt, uni è suis induere, & oculos mitrà obducere: quem gestantem pallium, ubi in via deduxerunt, qua fert ad Cereris templum; ipsos redire, illo relicto. Hunc autem Sacerdotem, oculos velatos habentem, aiunt à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab Urbe viginti stadia abest, & in eundem locum à lupis reduci. Velum Cereris aliter accipitur apud Latinos: equidem illud reliquit, evanescente corpore, dum raperetur à Neptuno. Natal. Com. lib. 5. *Mytholog.* cap. 14. & Gyrald. *Syntagm.* 14. n. 10. Egimus, *Tom. 2. T. 10. D. 7. n. 3.* ex Petra-Sancta, de *Symb. Heroic.* lib. 9. cap. 5.

Cereris reliquit, fugiit Neptunus.

DIES II. MARTIJ.

VL N.

G Rad. 12. Solis in Piscib. Felix: Darius. At à Firmico e contra, quippe sub illo nati piscatores & phrenetici. *Andromeda* oritur in hoc gradu & iuxta eundem lib. 8. cap. 17. & Iunctin. lib. 5. sub illo nati, crudeles & carnifices obijciendi feris & in crucem tollendi. Idem Pontan. ut vidimus *Isagog. Februar.* n. 4. Etiam *Oriuntur Cbele & Libra.* Albumasar. *Vindemiator* oritur, immutatur aer. Etius, & Grannuyf. *Arcturus* occidit matutino. Ptolom. & Columell. *Transstrum Navis Argus* vespere oritur. Iunctin. *K. A.* Præcedens in femore *Herculis* manè oritur. Alsted. *Uranom.* *Juvenis* benè ornatus retrò respiciens. Sphær. Arab. *Triangulus* manè oritur. *K. R. P.* de *Triangulo*, seu *Delta*, in *Isag.* n. 6. E regione *Arietis*, seu *Numinis Ammonis* collocatur ab Ægyptijs, dicuntque Portam triquetram, per quam Dij in Ægyptum ingressi: ita ut Domum Deorum immortalium, Numinumque cælum existimaverint. Kirch. 2. *Oedip. Copt.* p. 2. class. 7. cap. 7. Manil. 5. v. 723. *Deltotonque* tribus facibus. Vid. Hygin. de *Sign. cœlest.* n. 18. German. Cæsar in *Phœnom.* Arat. n. 17. describit sicine.

Dela.

Est etiam propiore Deum cognoscere signo Deltoton, si quis donum hoc spectabile Nili,

Dicitibus veneratum undis in sede notarit. *Tris illi laterum ductus: aquata duorum.* *Sunt spatia: unius brevior, sed clarior ignis.*
2 Mors Malaleël, filij Cainam sub Noë, ann. 296. ante dilavium. Eutyth. in *Annal. Alexandr.* qui subdit, iamiam moriturum vocasse filium Jared, patrem Henoch, & præcepisse, à monte, in quem recesserant familiarum Seth, nunquam descendere propter periculum filiarum Cain. Unde dictus Jared, idest, descensus, quia in diebus suis, filij Seth, qui dicuntur filij Dei, descendentes de monte prævaricati sunt. Alvarez. de Toled. *Histor. Eccles.* lib. 2. cap. 22. Non fuisse primogenitum, sed propter pietatem ius acquisisse; astruit Genebrard. *Ann.* 460. Inter Hebræos, necdum inchoato anno secundo ab exitu Ægypti, oblatio Nathanaël Principis tribus Isachar, in erectione & consecratione Tabernaculi, eisdem muneribus, quibus Dux Iuda, die 1. n. 2. *Numer.* 7. 18. Hoc etiam die à Seder-Ol. cap. 7. & Leonard. Mario in *K.* signatur aqua lustralis ex vacca rufa in cineres redacta cum cetro hyssopo, coccoque bis tincto, & aspersi pro peccato cuncti Israëlitz. *Numer.* 19. à 1. *Hebr.* 9. à 19. In terra Promissionis, ait Hieronym. *Epi.* 27. *Montis Oliveti*, in quo per annos singulos *Vacca rufa* cremabatur in holocaustum Domino; & cuius cinis expiabat populum. De aqua lustrali Ethnicorum, die 26. n. 4. Ab Adrichom. describitur post prodigium virgæ Aaron in Tabernaculo floridæ. Vid. d. 26. & n. cit. Anno 1. Ducatus Iosue in initio mittuntur exploratores in Iericho. Serar. in *Iosue* lib. 2. cap. 2. & Commentar. in cap. 6. quæst. 31. Abulens. hic à quæst. 9. & in cap. 4. quæst. 2. Vidimus pridie Philonis Biblij sententiam, sed Rabbini sentiunt fuisse Phineën & Caleb, hunc senem, & illum summum sacerdotem, illosque iussisse Iosue simulare stultitiam, amentiam, vel fieri mutos. Ita R. Salomon. Alij asserunt missos fuisse opifices ac magistros rerum mechanicarum, vel fictiles ollas testasque gestasse; cum illisque pervenisse in Iericho. Serar. d. Post annum septimum Principatus Iosue (ut optime computant Theodoretus in *Iosue*, quæst. 16. Abulens. in 11. *Iosue*, quæst. 11. & 90. Ar. Montan. Masius, & Serar. in cap. 12. quæst. 3.) delecta est fors terræ promissæ inter novem & semis tribus Israël; quia Moyses trans Jordanem iam diviserat terram inter Gad, Rubem, ac Manasse dimidiam tribum. *Numer.* 34. 14. Ita Ioseph. Gorionides in *Histor. Iudaic.* ex *Iosue* 14. In huiusmodi consilio decreta prima fors tribui Iuda: 15. 1.

German. Cæsar.

Obitus Malaleel.

Oblatio 2.

Aqua lustralis ex vacca rufa.

Montis Oliveti.

Philonis Biblij.

Theodoretus.

Sors terra promissionis inter tribus decreta.

*Nascitur
Obed.*

Eodem die nascitur è Rhotide Obed avus David. Raschi, & Reuclin. Vide 25. *Jal.* n. 7.

*Finis ma-
ptiarum Es-
ther.*

3. Zorobabel anno secundo Darij Histaspis nunciat Iudæis, qui erant in Babylo-
nia, facultatem obtentam & optatam rede-
re in patriam. 3. *Esdr.* 5. 6. Eodem in
die anno octavo Artaxerxis, finis sumptuo-
si apparatus celebritatis nuptiarum Estheris
cum illo. Vide 2. *Decemb.* n. 3. Imò ut placet
Rabbinis, præ pulchritudine nimia Estheris
acceleratae sunt nuptiæ, ut ibid. dicemus, n. 4.

*Antiochus
Magnus re-
cuperat Iu-
deam.*

4. Anno ab hinc 248. & à victoria
de illo parta, à Ptolomeo Philopatore,
ann. 5. Antiochus Magnus, inertiam, luxu-
riam Ægyptij Regis explorans, quoniam
mancipium erat Veneris & Agathochiæ me-
reticis, maiestatis oblitus (ut ait Instin.
lib. 30.) aggreditur valido exercitu in Iu-
deam subditam Ptolomeo (prius expugna-
tis, quas primo bello amiserat, urbibus
Phœnicæ & Coelefyriæ) Tandem victor An-
tiochus Iudeam suæ ditioni adiecit: inquit
Ioseph. *lib.* 12. *Antiq.* cap. 3. Inhiavit etiam
Ægypto, mortuo Philopatore, & eius filio
Ptolomeo Epiphane, quinquenni relicto,
verum sub tutela Romanorum; qui eum ab
Ægypto removerunt cum tuto exercitu,
uti dicemus, 5. *Octobr.* n. 5. Augustin. 18.
Civ. cap. 45. asserit, Iudæos subtractos ab
Antiocho, rursus sub iugo traxisse Ptolomeum
Epiphanem. Ex similibus articulis &
nomine Antiochi in utroque Syriæ Rege,
orta est diversitas opinionis, signantis tem-
plum sub Magno erectum in Ægypto, à
quodam Onia Hebræorum sacerdote, simi-
le Ierosolymitano, cum illi faveret Ptolomeus
Epiphanes; cui sententiæ adherere
videtur Hieronymus, in *Daniel.* 11. 14. Verum
cum communiore sententia Sacerdos
ille signetur filius Oniæ Sancti, & sub Regi-
bus Ægypti Philometore, atque Syriæ An-
tiocho Epiphane; tempus antevertitur tem-
pli in Ægypto extructi, uti vidimus 24. *Ia-
nuar.* à n. 5.

*Quando et-
plum Na-
vini ere-
ctum in Æ-
gypto?*

*Iason à Pō-
tificam de-
positur.*

5. Anno uno antequam præfatus Onias
è Ierosolymis fugeret in Ægyptum iuxta
Briet. & tertio, postquam pater eius amotus
à Summo Pontificatu per fratrem Iasonem;
hic etiam ab Antiocho Epiphane de-
positus fuit à munere surrepto fratri. *Post
triennij tempus* dicitur, 2. *Machab.* 4. 23.
Idest, post triennale tempus ab initio pri-
mæ Antiochi expeditionis in Ægyptum,
dum redijt triumphans, ut inquit Serar. hic.
Perfidus ambitioso tetendit insidias. Peta-
vio placet, extructas fuisse paulò antequam
Epiphanes denudò Ægyptum peteret; quod
rationalius videtur, ex excursionem Iasonis

in urbem facta, de qua, 15. *April.* n. 5. Ita
ergo instructus est dolus, ut referatur à v. cit.
Menelaus frater Simonis Beniaminitæ (tem-
pli qui fuerat præpositus, & ob seditiones
ab Onia Sancto è templo & urbe fuerat eie-
ctus, uti referendum, 11. *Decembr.* n. 4.)
non frater Oniæ & Iasonis (ut delirat Ioseph.
12. *Antiq.* cap. 6.) Iasoni moribus erat
ac familiaritate coniunctus. Hoc usus pseu-
dopontifex Iason, ad quodlibet facinus ha-
bili (qua de causa eum Epiphani commenda-
bat, uti strenuum, industrium, & cuius
muneri aptum) ut talenta promissa Regi
pro Summo Sacerdotio, cum alijs xenijs
portaret. Abusus ergo amici commenda-
tione ac vulnerata fide, Menelaus tradita
creditaque talenta suo nomine obtulit An-
tiocho, additis alijs trecentis; quibus in se
retorsit emens à Rege summum, quod prius
Iason emerat, sacerdotium. Quo quidem
plenus rubore Iason, sicut Sanctum Oniam
compulerat migrare in Daphnen sine offi-
cio; ita deceptus ab amico à munere usur-
pato amotus, fugit in Ammanitem. Sic er-
go Menelaus acceptis mandatis à Rege, Ie-
rosolymam venit, *Nibil quidem habens di-
gnam sacerdotio: animos verò crudelis ty-
ranni, & fera bellæ iram gerens.* Ibid. à
v. 25. Serar. Redan. & Sanctus hic à n. 15.
Briet. *Ann.* 3833. Toraniell. 3882. Adrich.
3792. Genebr. 3911. Petr. Comest. in *Escher*,
cap. 11. & Petav. 1. p. *Rationar. tempor.*
lib. 4. cap. 9.

*Pro illo Me-
nelaus eligi-
tar.*

*Qui pefi-
mur.*

6. Ex Summi Pontificatus vicissitudine
ne præfata mendacium comminiscitur Ioseph.
lib. 12. cit. *Concitatà per Iasonem* (ait)
*contra novum Pontificem Menelaam sedi-
tione, & populo in partes scisso; Tobie filij
steterunt à Menelai partibus. Maior autem
populi pars factionem Iasonis sequebatur:
quorum vim non sustinentes, Menelaus &
Tobie filij recesserunt ad Antiochum, dicen-
tes, se velle relictis patrijs institutis ac legi-
bus, religionem Regis & Græcicos ritus
assumere: rogaveruntque Regem, ut sibi
permitteret gymnasium Ierosolymis struere;*
&c. Pontificatu Menelai, nec huius occasio-
ne minimè erectum Ierosolymis gymnasi-
um; sed sub Iasone in initio regni Epi-
phanis. Menelaus autem in Pontificem ele-
ctus est postquam triennio Iason munere
functus erat. Liqueat, 2. *Machab.* 4. à v. 7.
& 34. Qui fuerint filij Tobie, videris, 18.
Novembr. n. 6. (Menelaus ergo non diu in
empto Sacerdotio perstitit, quoniam ab ele-
ctore depositus simulatque promissa non
solvit. Videbimus, 2. *Septembr.* n. 12.) De
toto articulo fusc actum, 16. *Iannar.* à n. 2.

*Seditio pro-
pter intru-
sus Pontif-
cas.*

7 Post sex annos calculatione Saliari, sciens suorum vel sub magnis Ducibus cladem (de quibus d. 28. n. 6. & 9. April. n. 6.) Lysias, quem designaverat, Vicarium Antiochus in toto regno (ut relatum, 26. Ianuar. n. 7.) ne incuria tribueret Epiphanes tot adversa, ex quo Machabæus superavit exercitus à se missos; cogitavit, & delere ignominiam, & refarcire damna. Quapropter anno sequenti, ut ait Iosephus, 12. Antiquit. cap. 11. ex 1. Machab. 4. 28. die Nisan, secundà, uti assignat Ranclin. congregatis lectissimorum militum sexaginta milibus, & equitum quinque; Iudzam ingressus, montana ascendit, & castra posuit in Bethoron, quo loco anno præcedenti Seronem, à se missum, vicerat Iudas. Adi 26.

*Machabæi
primo victo-
ria de Lysia*

Ianuar. cit. Lysias haud felicior cæteris ducibus: etenim eadem fortitudine ac in Deo fiducia, tantoque in hostes Iudas impetu invectus est; ut in primo congressu quinque millia fortissimorum straverit: qua clade tantum terroris phalangibus incussit; ut fugam continuò caperent. Lysias ergo videns suorum fugam, & statutum à Iudæis aut mori, aut libertatem asserere; titulo quærendi mercenarios milites ad auxilia in opportunus tempus, sed reverà ut suam & suorum infamiam occuleret; quasi fuisset duntaxat velitatio, in Regiam recessit, ut alijs provideret, & facta Antiocho quamprimùm nunciaret. 1. Machab. 8. à 28. Petr. Comest. cap. 2. Serar. Alapid. Redan. & Sanctius hic. Genebrard. Ann. 3926. Adrichom. 3800. Salian. & Briet. 3889. & Torniell. 3890. n. 1. Machabæus ergo statim decrevit mundare sacra, ut in templo rediret sanctificatio; uti videbimus, Maij, 2. n. 6.

8 Ab illustri haccine victoria anno 24. iuris sui esse cæperunt Iudæi, quoniam ex iactura regni Syriæ cæpit & florescere regnum Iudzorum; ut observat Genebrard. Ann. 3952. igitur Simon cum misisset ad Nicatorum Cilicię degentem aurum coronarium & ratum fœdus inter utrunque adversus Tryphonem, quod indicat vox Babem: idest, *Inter nos* (etsi nonnulli exponant cum corona missum monile aureum, armillam, baltheum, palmam, ramum, aut sceptrum) Demetrius, ut constat ex diplomate, 1. Machab. 13. à 36. Iudæis concessit, ut deinceps in perpetuum non dicerentur Regum Syrię subditi, sed socij; utpotè suas leges & iuxta illas Principem habituri, cuius tempus signetur in actis publicis & privatis, sicut pridem à Nabucho numerabatur: & post à Seleuco Nicanore. Unde ubi supr. à v. 41. dicitur; Anno 170. ablatum est iugum Gen-

*Iucipit re-
gnum Iudæo-
rum, ac li-
bertas sub
Simpone.*

tium ab Israël, & cæpit populus scribere in tabulis & gestis publicis: Anno primo sub Simone, Summo Sacerdote, Magno Duce & Principe Iudzorum. Serar. Sanctius & Lyranus, hic, cum Petro Comestore, cap. 14. Petav. de Doctrina Tempor. lib. 10. cap. 51. & 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 10. Salian. Tursellin. Briet. ann. 3913. Adrichom. 3824. Torniell. 3912. n. 4. & denique Genebrard. 3952. qui addit: *Rex Demetrius Simoni Principatum & Summum Sacerdotium confirmavit in æternum, donec surgeret Propheta fidelis, idest, Christus; de cuius proximo adventu celeberrima erat fama.* Verùm hoc privilegium tunc non concessum, nisi post legationem Simonis ad Romanos; ut dicitur ibid. cap. 14. à 38. quæ facta anno sequenti, & iuxta Salian. & Torniellum, post biennium.

9 Anno Christi 31. cum pridie de illo Ioannes Baptista præbisset testimonium, hac die videns ad se venientem Salvatorem, digito circumstantibus ostendit, dicens: *Eccce Agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi.* Epiphan. Hæres. 51. & Alapid. ex Ioann. 1. 29. Ann. ultimo prædicationis Christi, sub festum Paschæ, ab illo è mortuis suscitatur Lazarus. Idid. n. 57. Alij alibi signant, & factum miraculum, ann. Christi, 32.

*Christi ge-
sta.*

10 Romæ post triumphum Valer. Poplicolæ de Tarquinijs, funus Iunij Bruti. Plutarch. in eo, & Liv. 2. sect. 20. Præmissimus, 28. Februar. n. 13. Sacra etiam Marti Victori. Causa refertur à Valer. Max. *Martis auxilium* (ait, lib. 1. cap. 8. n. 6.) quo victoriam Romanorum adiuvit, nonne memoriâ celebrandam est? Cum Brutij atque Lucanæ odio incitatissimo, maximisque viribus Thurinæ Urbis peterent excidium, ac præcipuo studio incolumitatem eius C. Fabricius Laſcinus Coss. protegeret; resque ancipiti eventui, collatis unum in locum utriusque partis copijs, gereretur; non audentibus Romanis prælio congressi, eximia magnitudinis inventis, primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinem cæpit: deinde ubi tardiores animadvertit, arreptis scalis per mediam hostium aciem, ad contraria castra evasit; & admotis, vallam conscendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoria gradum, & nostros ad aliena castra capienda, Lucanos Brutiosque ad sua defendenda, illuc traxit; ubi conferris dubio certamine terrebantur: sed idem impulsu armorum suorum prostratos hostes, iugulandos capiendosque Romanis tradidit. Viginti millia caesa, quinque millia cum Statio Statilio Duce utriusque gentis & tribus, atque viginti militaribus signis ca-

*Funus Iu-
nij Bruti.*

*Sacra Mar-
ti Victori.*

pta sunt. Postero die cum Coss. inter honorandos, quorum strenuâ operâ fuerat usus, Vallarem coronam ei se servare dixisset, à quo castra erant oppressa, nec iuvenis id praemium qui peteret, inveniretur; cognitum pariter ac creditum est, Martem patrem populo suo adfuisse. Inter cetera huiusce rei manifesta indicia; galea quoque duabus distincta pinnis, qua caeleste caput tectum fuerat, argumentum praebebat. Itaque Fabricij edicto, supplicatio Marti est habita, & à laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblati auxilij testimonij et est redditum.

11 Idem refert Ammian. Marcellin. lib. 24. Martisque Victoris imaginem exhibet Hemelar. *Aur. numism.* Tabul. 11. & 48. *Mars Victor galeato capite, hasta armatus, trophaeum humeris portat. Gradivus hasta & signo militari, velo praecinctus: quod ancillulæ militaris, zona, aut baltei, quo militia honor consistebat, loco & symbolo sit; ambigo.* Discrimen huius in imagine à Iove Victore, erat penes insignia: equidem Iupiter pingebatur stans hasta subnixus & dextrâ victoriolam præferens, adstante infra, Iovis alite aquilâ. Idem ibid.

12 Etiam in hac die sacra Mercurio Legato, cuius symbolum & insigne Caduceus. Salas in *Parerg.* Eius munera alibi dicemus, modò ut *Legati*, de quo sæpe Lucianus, maxime in dialogo *Mercurij & Maia.* Antiqui adinstar Herculis fixerunt aurea catenâ auribus hominum annexâ, mortales quocunque collibuisse, trahere solitum. Natal. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 5. & Chartar. pag. 227. qui ait: *Hercules idem erat cum Mercurij Numine, propter vim eloquentiæ, quam testatur imago apud Gallos.* Tunc Mercurius dictus *Hercules Ogmius*: de quo illustre emblema apud Alciatum, quod eruditione illustrat Cl. Minos. Fabula excerpta ex Luciano. Ratione eloquentiæ, Legatus Pyrrhi Cyneas vocatus Mercurius & Hercules Gal-

lus: cuius energiam cum cognoscerent Romani, nihil de pace cum Pyrrho decernere in Senatu voluerunt, ni prius Orator ab urbe exiret: fœminas muneribus, viros eloquentiâ devicerat. Plutarch. in *Pyrrh.* Galenus in *Suasor.* inquit: *Mercurium alatum, cui gallus assidebat, fixerunt pictores & plastæ: iuvenem formosum sine fuce, ac sine aliquo comitu, vultu bilari, atque acris oculis.*

13 Egyptij modò pingebant facie caninâ bicipitem, duobus Genijs comitatum. Hervvart. *Theatr. Hieroglyph.* figur. 79. Modò facie atrâ partim, partimque clarissimâ; eò quòd legatus interdum ad Superos, in-

terdum ad inferos mitteretur. Natal. Com. d. Etiam pingebatur, ut legatio monstraretur, habens sub pedibus nomen Angeli *Israhel*: idest, *Nuncij Domini* (Aucupor, totum Rabbinicum esse ex ridicula cabala) Egyptij ergo Mercurium cum hocine munere exprimebatur specie atque facie Ibis, divaricatis pedibus, estò serpente implicatis, quin obstaret in volatum; cui adstat Anubis cum fistro. Hervvart. d. figur. 80. quam in *Oedip. Copt.* Tom. 2. part. 2. class. 11. cap. 6. Kircher. interpretans, subdit; *Nibil aliud denotant, nisi vim Mercurialem nocivorum omnium abactivam.* Ipse enim Mercurius studens paci & concordia malorum Geniorum colebatur expulso: qua de causa cum ipse Apollini dedisset lyram, vicissim ab eo accepit virgam illam, *Caduceum* vocatam, in fœdera disidentium; ut facillè pax inter quosvis, virgâ interpositâ conciliaretur. Huius virtutis cum cuperet Mercurius periculum facere; inter duos angues marem & fœminam, acerrimè inter se dimicantes, coniecit: qui repente facti amici, in unum coierunt. Unde virga Mercurij fuit postea geminis anguibus circumvolutis insignita, & index legationis. Nicander in *Alexipharmac.* & Rhodigin. 21. cap. 16.

14 De Caduceo ex pluribus diximus, 30. *Januar.* n. 4. Describit Chartar. quò dudum, pag. 209. *Erat Caduceus (ait) virga erecta, ubi dracones mas & femina parte mediâ voluminis sui invicem nodo obligabantur; primæque partes eorum, reflexæ in circulum, pressis oculis ambitum circuli iungebant, & postmodò caudæ revocabantur ad capulum caducei, ornabanturque alis, ex eadem parte capuli nascentibus.* Nodus dicebatur *Nodus Herculis.* *Caduceus pacis insigne erat; & Legati pro pace missi, illam ferebant, qui & Caduceatores appellabantur.* Nonnulli Caduceo adiungunt cornucopias; ut Martian. Capell. 2. de *Nupt. Philolog.* & *Mercur.* & Alciat. *Emblem.* 118. ut notetur copia ac felicitas rerum ex abundantia pacis. Quapropter Apollo huiusmodi donum Mercurio conferens, apud Homer. *Odyss.* 5. v. 200. dixit:

Hancque tibi virgam, qua felix atque beatus Efficere dabo; placeant si munera nostra.

In Caducei hieroglyphico, ut ait Capella supr. Egyptij constitutionem hominis obumbrabant, signantes in cuiusvis nativitate quatuor Deos præstitos, seu parædros, *Demomonem*, scilicet, *Fortunam*, *Amorem* & *Necessitatem*: quæ omnia suis mythicis notis in Caduceo exprimebant. Videtis etiam Chartar. pag. 226. in huiusmodi Mythologiam,

Aliq. imagi-
nes.

Eius Cadu-
ceus.

Forma:

Nodus Her-
culis.

Caducei
cornucopia.

Homer.

Cuius hiero-
glyphicum.

Imago Mar-
tis Victoris.

Et Iovis Vi-
ctoris.

Sacra Mer-
curio Lega-
to.

Dicitur Her-
cules Ogmius

Cyneas ora-
tor eloquen-
tiâ pulent.

Imago Mer-
curij Lega-
ti.

giam. Erat autem in medio (infic) avis *Aegyptia*, quæ ibi memoratur: *Mercurijque cum petaso vertex, atque os pulcherrimum, quod quidem serpentis gemini lambebat implexo. Subtus quadam prænitis virga, cuius caput auratum: media glauca, finis piuceus exi stebat. Sub dextra testudo, minitansque nepa: à læva caprea; sed dilophon alitem* (adi Plin. 10. cap. 19.) *in certaminis tentamenta pulsabat.* Hinc in imagine Mercurij, de qua num. anteced. additus ab Ægyptijs *Caduceus*, quo colebatur Mercurius, ut *Ofridis* legatus, sub titulo *Anubis*. *Pompam refert Apuleius, Metamorph. 11. Nec mora, ille Superum commemorator & Inferum, nunc atrâ, nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas Anubis, lævâ Caduceum gerens, dextra palmam virentem quatens.* Quem imitabatur tertius minister in pompa *Isidis*, ut idem ibid. ait: *Ibat tertius attollens palmam, auro subtiliter foliatam; necnon Mercurialem etiam Caduceum.* Consule *Philipp. Beroald. hic, & Chartar. d. fol. 227. Quo* (inquit *Rhodigin. 29. cap. 14.*) *elucet sanè argumento, cur Deorum dicatur à mythicis nuncius.*

15 Multa, quippe nugarum magna feges, ut fructus otiositatis, de Mercurio congerunt, sive fingunt Auctores: at cuncta in *Imagin. Deorum*, comprehendit *Albricus, n. 6. Mercurius, sextus in ordine Planetarum* (astruit) *sicut & aliàs ab antiquis gentilibus sextus Deus esse dicebatur.* Huius imaginem in hunc modum pingere voluerunt. Erat enim ipsius signum homo unus, qui in capite & in talis alas habebat: in manu autem læva virgam, quæ virtutem habebat soporiferam, & quæ erat serpentibus circumseptâ. Etiam gladium curvum, quem *Harpen* homo vocabat; fistulamque de calamo factam *Syringa* ad os suum ponebat, dextrâ sonans. *Galerum* quoque seu *umbellam* capite deportabat. Coram ipso autem erat gallus, sibi peculiariter consecratus. Ab altera ergo parte erat *Argus*; cuius caput & facies plena erat oculis, qui coram eo iacebat decollatus. Iste ergo dictus est *Deus Mercatorum*, & *Deus furtorum*: & ideo ab alio eius latere depicti erant *Mercatores cum aliquibus mercibus*; & *latro qui ipsi Mercatori per am abscondebat.* *Eloquentia autem in fistula designatur; qui de viro in feminam, & de femina in virum se mutabat, cum volebat: & ideo pingebatur utriusque sexus.* De *albis* verò *nigra*, & de *nigris* *alba* faciebat; quod ostenditur per eius *pileum semialbam & seminigrum.* Aliqui verò cum capite *canino* pingebant: ideoque & *lançeam pro virili, & colun pro muliebrâ*

sexu tribuerunt. Hactenus *Albricus*: reliqua dicenda, 15. *Maij.*

16 Celeberrimus Romæ quoque fuit dies propter insignem *C. Marij* victoriam ad *Aquas Sextias* de *Theutonibus*. *Goltz. in Cesar. pag. 115.* Vel à iuvene fuit spes altera Romæ: quapropter *Scipio Æmilianus*, seu *Numantinus*, qui dicitur *Africanus Minor*, multis honoribus sibi, eius virtutem intuens, avidè devinxit. Unde interrogatus, quem ipso defuncto, ei similem Ducein populus Romanus esset habiturus? *Marij* humerum leviter blandèque pulsans, respondit: *Hunc fortassis.* Ita factum: equidem ad *Republicam* se conferens à *Cæcilio Merello Calvo*, tunc *Cos.* factus, ad *Tribunatum* promotus fuit; in quo ingratiè ut turbulentus se gessit. Statim legem tulit contra suffragia nobilium in iudicijs; cui resisterunt *Consules Metellus & L. Aurelius Cotta*: quos *Marius* rapi iussit in carcerem pari audaciâ; qua rata, stabilita lex, calcatis à tribuno iustitiâ, *Senatu*, simulque *patrono Merello*: qua de causa post repulsus fuit à præfata ædilitate: at dedecus notamque diluit gessit in *Numidia* primo consulatu adversus *Iugurtham* de quo triumphavit, ut dictum, 1. *Januar. num. 18.* *Plutarch. in eod. fusè.*

17 Ter cum *Theutonibus* & *Cymbris* congressus, semper vicit, ut videbimus, die 16. & 28. *Iul.* Unde propter eius militarem peritiam, virtutem ac felicitatem; electus secundum *Consul*, cui creditum bellum *cymbricam*. Simulatque in hostes procedere decrevit, templum vovit *Iovi*, quod post victorias extruxit, vocatumque ab eo *Marianam*; in quo decreta revocatio *Cicero*; nis ab exilio; uti dictum, 21. *Januar. n. 4.* Illo tum tempore advenerunt in *Italiam* *Cymbri*: qui vastatis omnibus (inquit *Liv. lib. 67.*) qui circa *Rhodanum* & *Pyreneum* ibique multa loca populati, à *Celtiberis* fugati sunt: reversique in *Galliam*, *bellicosissimè* *Theutonibus* coniunxerunt. Addit *Plutarch. d. Ferociam eorum & audaciam sustinere poterat nemo: inque pugnis manuum vi & celeritate equis similes erant; neque quisquam eorum impetum ferre valebat. Romanos autem multos Duces cum magnis exercitibus, Gallia Transalpina præfectos deleverant, quorum turpibus maximè prælijs incitati, cum obvios quosque vicissent, & magnam bonorum vim parassent; statuerunt, non nisi Româ eversa, Italiaque vastatâ, sedes sibi locarent.*

18 Qui & unde venerunt, eorumque & cum

Imago Mercurij inter Ægyptios.

Nuncius Deorum.

Imago apud Romanos.

C. Marius insignis virtute bellicâ.

Tribunus plebis.

Qui Cymbris.

cum quibus fœdera, de Romanisque victorias, refert L. Florus. *Cymbri, Theutoni atque Tigurini, ab extremis Germania profugii* (ait lib. 3. cap. 3.) *cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe querebant: exclusisque Gallia & Hispania, cum Italiam regyrarent, misere legatos in castra Silani, inde ad Senatum, petentes ut Martius populus aliquid sibi terra daret, quasi stipendium: ceterum ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. Repulsi igitur quod nequiverant precibus, armis petere constituunt: sed nec impetum primum Barbarorum Silanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt; omnes fugati exiit castris. Ætium erat de Roma, nisi Marius illi saculo contigisset.*

19 Eligitur ergo & absens, Consul; illicque creditur bellum Theutonicum & Cymbricum, quorum cupidus ob victoriæ gloriæ æmulator Scipionis Æmiliani, respondens illius vaticinio; quo Marij excitati spiritus & ad magna fota spes. Iam enim percruerant fama, ab illo obtinendam insignem victoriæ. Sacrificulus enim Pelsinunte Matris Deorum, Romæ nunciavit e delubro Numen locutum, Romanos magnâ victoriâ potituros. Senatus credidit, tribunus plebis circulatorum fatidicum appellavit; sed Dea statim morte punivit; eò quòd spreta religio, irriso Numinis tantî decreto. Plutarch. in eo. At Marius, ut placaret Deam, & ut prædixerat, consequeretur victoriæ; ex turbulentia incidit in insaniam: etenim pro victoriâ *filiam suam ad aras iugulavit*. Bulenger. 3. *Advers. Magos*, cap. 3. & Plutarch. in *Parall.* n. 22. inquit: *Marius bello Cymbrico fusus in quiete, vidit, si filiam suam prius victimam cecidisset; victorem se fore. Erat filia ei Calpurnia. Hic autem qui postiores habebat cives suos naturâ, sacrum perpetravit, victoriæque obtinuit.*

Sunt autem hac quoque ætate in Germania ara due, que illo tempore tubarum tinnitum reddunt. Hac enim specie decoris Ethnicos seducebat, & illudebat diabolus. Alia, 5. *Iul.* num. 4. de huiusmodi errore furioso, religionis titulo. *Sil. Italic.* 4. *Bell. Punic.* à v. 767.

Mos fuit in populis

Sil. Italic. *Poscere eade Deos veniam, & flagrantibus aris,*

(Insandum dicta) parvos imponere natos.

Videlicet, 1. Februar. à num. 10.

20 Haud cacogenius cessavit à strophis. Marius post filix cædem in castra perrexit, & quanvis urgerent in pugnam Theutoncs; milites in vallo continuit, quorum

adversarij improperabant inertiam. Pugna impatientes Romani à Mario instanter petierunt, quibus gaudens respondit, *Oraculis quibusdam motum, victoria locum & tempus expectare.* Plutarch. d. *Causa erat muliercula Syria fatidica à cuius nutu minime recedebat, secumque in lectica honorifice portabat, ut sacra opportune fierent; quam Senatus vaticinantem de bello præsentis repulerat. Sed ad matronas ingressa, divinationis documenta dedit* (inquit Plutarch.) *& ad pedes uxoris Marij maxime adstans, congressis fortè duobus gladiatoribus, uter victurus esset, ei prædixit. Ab hac ad martium missa in admiratione fuit. Plerunque lectica ferebatur, ad sacrificia descendebat duplici punicea veste induta, bastamque fascijs & fertis redimitam gestans. Multis id spectaculum disputandi ansam prebuit; cum alij fidem Vati Marium verè habere: alij simulantem, fabulamque agentem eam ostentare vulgò putarent.*

21 Expectabat Marius in castris, quòd gloriabunda Theutonum rabies & imperus, quem pro virtute Barbari habebant, confescesceret: quorum tanta erat fiducia Romæ expugnandæ; ut contentis vallo dicerent, *Si quid ad uxores suas mandarent.* Marius illos cum exercitu secutus usque in Aquas Sextias: itaque tanto ardore pugnatum est, eaque cædes hostium fuit; ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberet, quàm sanguinis Barbarorum. Comprehensus est Rex ipse Theutobochus in proximo saltu; qui insigne spectaculum triumphi fuit; quippe vir proceritatis eximix, super trophæa ipsa eminebat. Flor. quòd supr. *Auditâ Romæ victoriâ, tantæque hostium cæde, civitas repleta gaudio, & altaria victimis.* Marius de armis & spolijs Barbaricis pulcherrima quæque & integra legit, quæ ad exornandum triumphum conducebant: reliqua omnia magnum super regum congerens, magnifico apparatu sacrificium adornavit; de cuius ritu dicemus. *Quidam tunc ex urbe venientes* (subdit Plutarch.) *ab equis desilientes Mario dextras iungebant, quintum ei Consulatum decretum nunciabant, literasque ea de re exhibebant. Accessit illic letitiæ de victoriâ conceptæ gaudium; quòd milites plausu armorum percussorum testati sunt.* Quo lætus sublatis funditus Theutonibus in Cymbros arma statim convertit; renuens tunc triumphum, quousque hostes Reipublicæ cunctos omnino dederet. Idem ibid. *Vid. diem 16. à num. 11; & 28. Iul. à n. 10.*

22 Romæ etiam hoc in die sacra Con-

Syria venessca in castris Marij.

Cladis illorum partentum.

Marius sacrificat filiam.

Ara eius.

Sil. Italic.

Theutonum vana fiducia.

Clades.

Victoria Marij.

Sacra Con-
cordiæ & A-
micitiæ.

cordia & Amicitia. Arbitror propter tabulam utriusque imaginis ab Abrone pictam; de qua Plin. 35. cap. 11. Pompon. Lætus, signat *Concordia & Esculapio.* Vitruvius, *Isidi & Serapidi.* Marl. in *Topograph. Rom.* cap. 36. Ego verò (ait) *Solis & Luna crediderim; cum ex duabus testudinibus duorum templorum videamus; alteram ortum, alteram occasum spectare: Varroque tradat, Tatium Regem Solis Lunæque edes dedicavisse, qua invicem propè erant.* Aprius iuxta doctrinam Ægyptiorum, semel in vesta eorum religione in Urbem: Isidem vocant Lunam atque Serapidem Solem. De cunctis iam dictum & suis in diebus dicendum. In hoc templo erat celebris imago Herculis vultu tristi præ infantiæ pœnitentia; de qua Plin. quò dudum. Prado in *Parerg.* Furore misso à Iunone uxorem Megaram, filiosque communes interfecit: ac in deteriora ruisset; ni ita lapidis à Minerva revocaretur in mentem. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 1. *Præ infania ipsum etiam Amphitruonem occisurum fuisse; nisi lapide ictus, somno se dedisset, eumque lapidem Minervam iecisse: eoque Sophonisteram (hoc est, respiscendi auctorem) nominant.* Pausan. cap. 290. Hinc summè tristis, cognoscens flagitia facta, postquam à somno surrexit. Adi Delrium in *Seneca Tragœd. Hercul. furent.*

Templa So-
li & Lunæ.

Herculis po-
nitur.

Icto lapidis
quiriti à
furore.

Dædalis.

Minerva.

23 Apud Græcos hac in die celebrabantur *Dædala.* Meurs. in *Græc. feriat.* Erant *Maiores & Minora.* Rhodigin. 15. cap. 32. in utrisque fiebat pompa solemnitas. In *Maiores* intercedebant anni viginti sex. Idem ibid. sed sexaginta signat Pausanias, cap. 284. Huius solemnitatis origo in *Minoribus Dædalis*, quæ apud *Platæenses* septimo anno duntaxat agebantur, sumpta est à Iunonis cum Iove fastidio; eò quod sæpè uxori fucum faceret: quapropter illa irata recessit in *Eubœam*, ex *Samo* insula, ubi eius templum magnificum & oraculum cum insigni simulacro; de quo, 9. *Novembr.* Iupiter ergo, cum vel missis caduceatoribus, Iunonis amicis atque dilectis eam placare non posset (ò boni Dij!) ad *Cithæronem Platæensium Regem*, astu veteratorem callidissimum, consultum venit. Eius monitu Iupiter simulacrum è ligno fabricavit, illudque pilento regiè ornatum imposuit, prodiditque vulgò, *Platæam* eam esse virginem, *Asopi* (aliter fabulam refert Hygin. n. 52.) celebris Oceani amnis pulcherrimam filiam; quam solemniter ducebat, ut propter nuptias proclamabat pompa. Ut ad aures Iunonis præconis pervenit vox, intinè percussa, statim accurrit, ad plaustrum

Iuno dece-
pta imagine
Platæam
de dicta Iu-
no sponsa.

pervenit, vesteque concisa, ligneam effigiem invenit, quam novam nuptam putavit. Unde cum embolium ludicrumque Iunoni placuisset, libenter in gratiam cum Iove redijt. In articuli memoriam festa instituta dicta *Dædalis*; eò quod olim signa lignea dicebantur *Dædala.* Eusebius, 3. de *Preparat. Evangel.* cap. 3. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 16. Chartar. in *Iunon. imagin.* pag. 130. Hinc dicta Iuno sponsa, cuius apud *Platæenses* erant duo simulacra: unum erectæ atque stantis; alterum sedentis, idest nuptæ. Gyrard. *Syntagm.* 2. n. 74.

24 Ludi, qui septimo anno fiebant (& *Minora Dædala* vocabantur) speciali ritu acti. In memoriam reconciliationis cum Iove, *Dædalum* simulacrum plaustro positum, in delubrum Iunonis vehebatur; ait Phylarchus, lib. 19. *Historiar.* cap. 11. sed ridiculà observatione confectum. In luco proximo, quo veteres quercus, frustra carniū relinquebant *Platæenses*, observantes eam qua alites arripuissent carnem; nam ex ea sola efformabant *Dædalum*. Figurato igitur ligno ad *Asopi* ripas deferunt, ibi exornant. Deinde mulierem in plaustrum positam novæ nuptæ pronubam, pompæ præficiunt, & comitantur, à flumine in summum montis verticem currum agentes. Ara ibi in ipso iugo parata erat, simulque *Dædalum*, mactatis Iovi victimis, super eam collocabant, & victimas imponebant: in qua ex igne concepto *Dædalum* cum ijs omnibus, quæ porrecta erant, exurebatur, vel à longè flammâ visâ. Hæc facta in *Dædalis Minoribus*: nam *Maiores* celebrabantur etiam alijs civitatibus socijs, sexagesimo anno: tandiū enim solemne factum intermissum, cum *Platæenses* domo eieci exularent: & festum restauratum, post restauratas à *Cassandro Thebas*; ut diximus, 2. *Ianuarij.* n. 15. Tunc *Dædala* quaternadena fiebant à cunctis urbibus, & ara ex lignis quadratis, superpositis in fastigium sarmen-tis, ut splendidius tot rerum fulgeret ignis. Pausan. ubi supr. Ibi *Dædalus* speluncam quandam tam miro ordine fabricavit (unde subtilis vapor halabat) ut ex humanis corporibus sudorem cum suavitate eliceret & evocaret: unde ægrotantia corpora facile restituebantur sanitati. Quapropter dicta Iunonis sponsæ cavea, quasi eius Numine valetudo reddita. Natal. Comes, d.

Quid sit
Dædalis

Pompa in
Dædalis

Dædala
Maiores

Spelunca Iu-
nonis Spon-
sa.

Sacra Iovi
Thebas.

25 Inter Ægyptios Thebis facta Iovi in proprio delubro, *K. Ægypt.* Sub huiusmodi titulo, novum quidem mihi atque creperum festum: at simili voce expressit *Herodotus*, ni nomen supremi Numinis inter

Egyptios vertere placuisset voce Græcâ. Loquens ergo de templo Bel, & eius ornâti; quod nos signabimus, 25. Septembr. à n. 8. inquit: *In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectulus est splendide stratus & apposta mensa aurea. Statua tamen nulla est; neque hic noctu cubat aliquis præter mulierem unam, quam ex omnibus Deus elegerit; ut narrant Chaldæi, Dei huius sacerdotes; simulque Deum ipsum ingrediens templum, in hoc cubili conquiescere; perinde ac Thebis Egyptiacis, ut ferunt Egyptij. Ibi enim in Thebanis Iovis sano muller quoque cubat: que utraque mulier, sicut etiam Dei antistita Pataris, Lycia civitate, quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuum: ubi autem id futurum est, Antistita noctu in templo concluditur, &c.* Ita Herodot. 1. à num. 53. In hoc templo sacros serpentes sepeliunt: huic enim Deo illos prædicant Thebis dicatos esse. Idem lib. 2. num. 21.

Mar. (de plage d'annuinatione, dicemus d. 9.) arbitratur aduersione plagas Egypto inflictas per annum integrum. Quid sentiendum, videtur 16. Febr. n. 2. Sexta plaga ulcerum Egypto infligitur. Perer. hic disput. 1. 2. n. 68. & Ioseph. 2. Antiq. cap. 5. ex Exod. 9. 10. Anno seq. oblatio Eliab pro tribu Zabulon, cuius Dux erat. Idem in usum Sanctuarij, & holocausta obtulit, quod ceteri Principes. Numer. 7. à 24. Mors Mariæ (de qua die 10. n. 3.) cum filij Israël venissent de Afiongaber in desertum Zin, desertum Cades, & postius (uti notat Adrichom. in Pharan, n. 22.) in ipsam Cades. Alapid. Hæc in Chronie. sacr. & Seder-Olam, cap. 9. ubi: *Ibi confederant filij Israel lucrum facientes tribus mensibus.* Latebræ exploratorum qui in Iericho missi à Iosue, signantur à Serar. in cap. 6. quest. 31. Creperum, an antequam venirent in Iericho, dum ibi essent, vel dum per murum demissi à Rahab. Si in Iericho, dicitur huius fœminæ stratagemata: cap. 2. à v. 6. Ioseph. 5. Antiq. cap. 1. & Serar. quest. 10. Hoc enim die capelsit Principatum Iosue. Alapid. in cap. 1. v. 11. Anno ab hinc septimo, uti diximus die 1. n. 2. antequam fors exiret tribui Iuda, accessit ad Iosue; socius eius dum in minoribus esset, gestisque præclarus, Caleb; perijtque à Duce Israël terram, quam ei promiserat Dominus. Numer. 14. 24. idest, montem in quo civitas Hebron. Iosue, 14. 12. *Benedixitque et Iosue & tradidit ei Hebron in possessionem;* v. 13. Ita Gorionid. in Iudæ. Histor. Occupata erat civitas à gigantibus, Montem, in quo Enacim sunt. Iosue, d. & cap. 15. 13. quam postea cum civibus ac gigantibus delevit: v. 14. uti dicemus, 14. Octobr. num. 1. iuxta Tornieil. ann. 2720. A concessione Hebron inclyto Caleb, 211. in principio anni, moritur Aod, Iudex Israël; & eligitur Samgar. Vide 14. Jul. à n. 3. & 28. Maij, n. 2. Eutychnus, Annal. Alexandrin. hac die signat obitum Aod; qui antequam moreretur convocavit Israël cum Principibus in commendationem legis. Phil. Bibl.

Plage 6.

Mariæ

Manfio 33. Cades.

Latebræ exploratorum Iericho.

Signatur f. ne forte Caleb, Hebron.

Moritur Aod, & eligitur Samgar.

Oppositio Angeli Perfarum cum Gabriele.

DIES III. MARTIJ.

G Rad. 13. Piscium, qui felix. Dario. Apud Firmicum, sub illo natus negotiator erit, radiante Mercurio. *Aur nimbosus, & pluit. Arcturus emergit elevato Sole, & stat Aquilo.* Ptol. De Arcturo 23. Februar. n. 1. & Isag. Jul. à n. 16. Lucida Eridani manè oritur. Iunçin. K. A. Alter è Piscibus occidit, iuxta Ovid. 3. Pastor. v. 391.

Tertia nox dimensa suos ubi moverit ortus, Conditus è geminis Piscibus alter eris. Nam duo sunt: Ausbris hic est, Aquilonibus ille

Proximus; à vento nomen uterque tenet. Vid. hic Constant. Marsium, & Hygin. de Sign. caelest. n. 29. Latè egimus Isag. Febr. à n. 1. Influxus ex Manil. 5. à v. 656.

Hinc fuga nascenti, dolus insidiæque creatur. Grassatorque venit mediâ metuendus in urbe: Et si forte aliquas animo consarget in artes, In prærupta dabit studiû, vincetque periculo Ingenium, aut tenues ausus sine limite gressus. Certa per exteros ponet vestigia fuses: Et cæli meditatæ iter, fastigia pendet Sublimiora petens, populû suspendet ab ipso. Vtr & mulier equitantes animi causa. Sphæz. Arab.

3 Sub hoc die instituit Dominus sacrificium de Agno Paschali, & moneri populum Hebræum de mutuo accipiendâ Egyptiorum supellestili, demumque Pharaoni denunciari decimam plagam. Leonard. Top. I. Ephemer.

3 Anno 3. Cyri Regis Perfarum hac die incipit oppositio Angeli Perfarum captivitatem Israël tuentis propter Ethnicorum conversionem ad Deum vivum & verum; cum Gabriele in contraria nirente propter Israëlitarum idololatriam, committorum inter Gentes. Duravit 21. dierum per spatium. Daniel. 10. 4. & 21. ex hoc etiam die Danielis ieiunium & oratio usque in 24. Mens. quo die illi apparuit Gabriel, prædicat solvendam captivitatem & quid & sub quibus passuri Israëlitz; reversi in patriam.

3 Anno 3. Cyri Regis Perfarum hac die incipit oppositio Angeli Perfarum captivitatem Israël tuentis propter Ethnicorum conversionem ad Deum vivum & verum; cum Gabriele in contraria nirente propter Israëlitarum idololatriam, committorum inter Gentes. Duravit 21. dierum per spatium. Daniel. 10. 4. & 21. ex hoc etiam die Danielis ieiunium & oratio usque in 24. Mens. quo die illi apparuit Gabriel, prædicat solvendam captivitatem & quid & sub quibus passuri Israëlitz; reversi in patriam.

Non de th.

Ibi sacri serpenti sepeliunt.

v. n.

Ovid.

Piscum.

Dante.

Instituit sacrificium de Agno Paschali.

Ibid. Chrysof. Orat. 1. *Contr. Iudeos*, Tertullian. de *Ieiun.* cap. 9. Hieronym. loc. cit. *Daniel.* & Sanctius hic num. 11. Hoc ieiunium sumpsit Propheta in memoriam ritus Israëli esu panis azymi, idest panis afflictionis insipidi, ut dicitur *Deuter.* 16. 3. ubi: *Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pavore egressus es de Aegypto, ut memineris diei egressionis omnibus diebus vite tuae.* Unde sibi elegit ieiunium pro afflictione præfati panis, quod sumere nequibat in Perfide, cum extra Ierusalem Phasæ celebrare, nefas. Ibid. v. 5. Ita Theodoret. in *Daniel.* 10. & Chrysof. quò dudum. Solymitani templi ædificatio absoluta à Nehemia. Reusner. Vid. 3. *Februar.* à num. 1.

4 Hac in die signatur à Rauclino victoria Iudæorum de Galatis in Babylone, ex 2. *Machab.* 8. 20. Sub diversis Syriæ Regibus cladem factam opinantur AA. Seleucoque Nicanori, videtur tribuere Ioseph. 2. in *Apion.* & 12. *Antiq.* cap. 3. Alij Antiocho Magno, de quo ibid. Verum iuxta Serar. Alapid. & Marian. hic, sub Antiocho Sotere, filio Nicanoris facta est. Vicerunt Galatz in Macedonia, illis irridente Ptolomeo Cerano, ut tradit Iustin. lib. 24. *Sed postremo Galata omnia excursionibus perturbarunt: atque sic in Babyloniæ usque pervadere potuerunt.* Strabo lib. 12. Idem Appian. in *Syriac.* Unde Babylone regnante Antiocho Sotere, in Aegypto Philadelpho, Summo Ierosolymis Sacerdote, Simone Iusto, *Prælio, quod eis (Iudæis) adversus Galatas fuit in Babylonia, ut omnes ubi ad rem ventum est, Macedonibus socijs hæstantibus; ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxillum illis datum de cælo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt.* Machab. loc. cit. Quodnam autem fuerit auxilium de cælo datum, nescitur. Ethnici commenti sunt fuisse signum Salutis in Pentagono, in cuius intervallis infertæ literæ *Hygia*, quæ Salus dicta, uti astruunt Cæli. Gregor. 2. *Hieroglyph.* cap. 18. Kircher. in *Prodrom.* *Copt.* cap. ult. in *Oedip.* *Aegypt.* Tom. 3. Syntagma. 14. cap. 8. & alij plures, qui relati, 1. *Januar.* n. 15. in fin.

5 Adhuc partâ victoriâ à Demetrio Nicatore, auxilio Ionathæ Machabæi (de qua 22. *Iun.* à n. 3.) haud destitit à proposito Tryphon; eum expellendi è throno, sequentibus militibus veteranis, quibus ille præfuerat, filium Alexandri Balæ, quem in suam potestatem adducere studebat, de manu E-malcnelis Arabis educatoris. Tandem, tandem obtinuit, & reversus cum puero in Sy-

riam, concitatis veteranis militibus in Nicatorem, constituit Antiochum Theon Regem imposito diademate. Restitit copijs peregrinis Demetrius, sed à Tryphone victus, in Ciliciam est ignominiosè fugatus, amisit castris, elephantisque simul; cum quibus Antiochus, Duce Tryphone, ingressus est Antiochiam, regni sedem. Tertio *Nisan* signat Rauclin. ex 1. *Machab.* 11. à 54. Tor-niell. *Ann.* 3910. num. 1. dicit: *Anno circiter liveunte.*

6 Tryphon, quoniam potentiam sciebat Ionathæ, ne eius auxilio, sicut pridem, Nicator restitueretur in regnum; ad se & Antiochum allicere studuit. Quapropter continuò nomine Regis scripsit, socium & amicum appellans, confirmando illum in Pontificatu, concessis & quatuor Præfecturis. Ad hæc aurea vasa & pocula, vestemque purpuream, & ius bibendi in auro (quod insigne privilegium, de quo Serarius & Sanctius hic, n. 30.) insuper & habere fibulam auream, sicut etiam eius ei pater concesserat, ut dicitur, 23. *April.* n. 6. Deinde etiam eius fratrem Simonem constituit Ducem à Tyro usque ad terminos Aegypti. *Ionathas verò tot collatis in se per Antiochum beneficijs, atque honoribus letus* (inquit Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 9.) & ipse suos legatos ad eum simul & Tryphonem misit, amicum se & socium professus: *gesturumque una bellum contra communem hostem Demetrium; multa de eius ingratitude questus.*

7 Dictum factum; etenim expugnata per Simonem Bethsuræ præsidij fabrica, quoties negotium facefferat Israëlitis (Ibid. à v. 64.) mirabilem obtinuit victoriam de Ducibus Demetrii in campo Asor Tribus Beniamin, ut signat Adrichom. num. 23. igitur fugientibus socijs, quia suboluerunt insidias à tergo; remanentibus duntaxat cum eo quinquaginta viris (ut ait Ioseph. loc. citat.) prece in cælum missâ, universos adoritur, & fugat. Quam quidem fugam, cum viderent qui fugiebant, reversi interfecerunt tria millia virorum. Totum loc. cit. à v. 57. Petr. Comestor, hic cap. 12. Salian. Turfellin. & Briet. *Ann.* 3909. Tor-niell. 3910. à num. 3. Adrichom. 3805. Expositores, D. Thom. Serarius, Sanctius, Alapid. Lyran. & Petavius, 10. de *Doctrin. Tempor.* cap. 51.

8 Accedit Iesus denuò ad Iordanem, ubi baptizabat eius Præcursor, qui coram aliquot discipulis Salvatorem signavit eisdem verbis, quibus pridem: nimirum: *Ecce Agnus Dei.* Hoc verbo novo ac singulari audito, & ab Agno Dei interne allecti, quin tracti præventionem dulcedinis cognosce-

Ieiunium Da-niel.

Victoria In-dæorum de Galatis.

Pentagonum signum Sa-lutis.

Antiochus puer eligitur à Tryphone in Regem Sy-riæ.

Fugatur in Ciliciam Nicator.

Ionathæ regia privilegia.

Simon frater eius honoratur præfecturâ militum.

Simon expugnat Bethsuram.

Mirabilis Ionathæ victoria.

Christus

rent; cum secuti sunt duo ex Præcursoris discipulis, illaque die manserunt cum illo ab hora decima usque in dubium lumen. Unus ex illis erat Andreas, frater Petri: alter (ut fertur) Ioannes Evangelista. Ex hoc, 1. à 37. Alapid. in *Chronot.* n. 11. Adrich. *Ann. Christ.* 30. & Marian. n. 4. Ann. 32. orandi gratiâ Iesus secessit in desertum, ubi à Petro & turbis mox inventus, ut illas fugeret; iussit discipulos transfretare: & in navi obdormiens, ortâ tempestate, à discipulis excitatus, cuncta imperio sedat. Alapid. d. & Marian. n. 9. Hodierna lætio Iudæorum in Synagoga constabat ex *Levitic.* 6. v. 1. usque in 9. 1. & *Ierem.* 7. 21. usque ad 8. 4. Lamy.

Sacra Potentia & Severitati.

9 Romæ Sacra Potentia (seu Potestati) atque Severitati. Plutarch. de *Diab.* Ita Romani colebant, quippe Numina astruunt & timor & amor & honor. Unde quantum auguror, eadem harum Deastrarum divinitas, ac venerabundæ Maiestatis, de qua 1. *Maij*, n. 12. & *Isagog. Octobr.* n. 21. Imago ergo potentia, erat homo cidasti redimitus, habitu militari, fulmen tenens & hastam, insignia supremæ potestatis, qui à Victoria coronabatur. Hemelar. in *Numism. aureis.* fol. 45. Tabul. 15. Hac de causa Magnus Alexander propter summam potentiam ab Apelle ornatus fulmine, pictus, à Lyssippo hastam in dextera vibrans. Unde de *Iside & Osirid.* Plutarchus ait: *Lyssippus Apellem arguit, quod Alexandrum pinxit fulminantem, quod nec fecerat, nec unquam facturum esset: ipse verò hastam tenentem finxerat, veram, & Alexandri propriam, cuius gloria nunquam esset intermoritura.* Idem apud Causin. 3. *Symbol.* 10. Inter Ægyptios supremæ potentia hieroglyphicum sceptrum oculatum cum fulmine. *Tabul. Bembin.* & *Hervvart.* in *Theatr. figur.* 3. Unde Kircher in *Mensa Isiac.* cap. 5. inquit: *Vitam cælestem divinus arbiter potenti virtutis sue sigillo impressit.*

Imago Potentia.

Alexandri Magni.

10 Sed videor mihi videre, ut quidem tangor, non adorari à Romanis potentiam, Numinis propriam; sed illius ab illis ut dominantur participatam; eò quòd plus honorabiles, quò magis potentes, de quo dictum sub nomine Potentia vel potestatis, 4. *Februar.* n. 13. Hinc apud Hemelar. d. *Tabul.* 28. erat potestatis imago inter insignia militaria, tenens hastam cum paludamento, in apparatus bellicæ expeditionis. Potentiam & Potestatem (*Potentiam*, auguror posse, aut valere: *Potestatem*, usum potentia) Materas Deas designabant Græci. In cuius templo nulla imago, sed arma pro

Discrimen Potentia & Potestatis.

Top. I. Ephew.

Numine colebantur. *Hastam nominantem* (ait Pausan. cap. 315.) *Divinitatis nescio quid inesse declarat splendor qui ex scepro ab hominibus cernitur: agemus ex professo, 8. Decembr.* equidem dicebatur *Sceptrum Iovis.* Pier. Valer. *Hasta, summus honor:* ait lib. 42. cap. 23. Causin. 10. *Symbol.* 18. *Asphodelus dicitur Hasta Regis: id est, Sceptrum regale, nam hasta olim pro sceptris erant. Significat potentia, & imperij duriores etiam animos flecti, & impelli ad ea quæ minimè facerent. Nihil enim ad movendum in rebus humanis hastæ regia potentius.* Scythæ gladium vocant Martem: refert Chartar. pag. 268. Idem Iustin. *Histor. lib.* 43. *Pro Dijs immortalibus Veteres hastas coluere; quod etiam de Romanis asserit Arnob. lib. 5. ex Varrone, & Plutarch. in Mario. Expressius in Romul. ubi: Sunt (ait) qui Hastam antiquitatis, aut Cuspitem Quirini nomine appellatam, tradant. Sic & in Regia dedicatam Hastam, Martem vocatam; lanceaque honorare solitos, qui in bello virtutem suam ostendissent. Ita Romulam, tanquam Martium, Quirinum cognominatum fuisse. Idem asserit Rosin. 2. *Antiq. Rom.* cap. 17. & Alex. ab Alexandr. 6. cap. 26. Sil. Italic. de Flaminio Coll. 5. v. 117. accinit dixisse:*

Sceptrum Iovis.

Hasta Regis.

Arma Etruscis Numina.

— — — Sat magnus in hostem
Augur adest ensis, pulchrumque & milite
dignum.

11 Materas Deas (ait Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 25.) cultas ab Antiquis legi, quibus *hastæ dicarentur affigerenturque.* In Sicilia urbs celebris harum Dearum religione; quarum templum à Grecensibus positum fuisse, ferunt; ubi *hastæ quadam ostendebantur, & ex are cassides: & hæc quidem Merionis, ille verò Ulyssis inscriptiones habebant. Quæ Materas Gallorum tela fuere.* Totum excerptum ex Plutarcho, in Marcello, referente altum Nicia Enguini, de quo 20. *Februar.* n. 24. Hinc blasphemæ Ethnicorum in sua Numina. De Capaneo Staius, 3. *Thebaid.* à v. 307.

Dea Materas.

— — — Virtus mihi Numen & ensis,

— — — Ades ò mihi dextera tantum:

Tu præses bellis, & inevitabile Numen.

Idem Appollon. Rhod. 1. *Argonaut.* à v. 466. & Mezentius apud Virgil. 10. *Æneid.* v. 772.

Staius.

Dextra mihi Deus, & telum quod missile

libro.

Virgil.

12 Imago Severitatis (cui etiam cum Potentia fiebant sacra, & adorabant qui vultum emulabantur Catonis; quasi speciem ingenitæ maiestatis) femina torvo a-

Severitatis sacra, & imago.

spectu, qui quidem non ingratus in ferijs, si vultu legis & honore muneris: alias modo non affabilis erit uti Caligula Reipublicæ pestis; quia magnitudo quam nutrit cordium timor; non magnitudo, sed animi tumor, qui eminet inflexibilitate cervicis, cristis & inflatis & erectis. Unde Seneca de Leone, *Epist.* 41. ait: *Speciosus ex horrido: cuius huic decor est; non sine timore aspici.* Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 13. Simulacrum ergo est, venerabilis fœminæ forma, ramum inversum tenentis. Hemelar. quò sup. *Tabul.* 50. Frequenter in eadem ara *Severitas & Securitas*: spectatius qui vultu severus, ut circumspeditioni, ita legibus addictus. Iccitò Securitas pingebatur Dea sedens, & quasi dormiens, nudum pectus præferens, pro pulvinaribus utens duplici cornucopia, queis sella suffulta; periculi expers, securaque ab incurfu formidinis. Virgil. 2. *Georg.* v. 467. inquit:

Secura quies, & nescia fallere vita.

13 Sicut Severitas cum Securitate, ita Potentia colebatur cum Superbia, cuius semper elata supercilia, maximè accedente fortuna.

Cæca ubi Fortuna sibi quos credere adegit,

Magna ex parte avidos decoris magis, atque capaces

Efficit.

Canit Achill. Bocc. *Symbol.* 66. Tunc enim potestas est in ruinam, & maiestas in insaniam. De arbore Asphodelo (supra cuius meminimus, quanvis ut *hasta Regis* colatur) dicitur, ipsa maiestate perire. *Hasta Regia qua Regum est symbolum, inascitur vermis, qui in aliud animal alatum & floridum mutatur: idque hastam Regiam populatur, donec aliquid retinet vigoris: ubi enim exaruerit, tunc evolat.* Causin. d. Præ se feruntur aulici, Principis dominantis sequentes fortunam; donec viderint exanguem: at aptius ipsum Principem, ex se in se vermen arrogantia gignentem: igitur odiosum efformat nimia severitas, cum ex potestate suavi nasci valebat securitas. Potestas cum maiestate conceditur in exaltationem humilium, atque debellationem superborum. Tunc Severitas cum Securitate, & in exterminium rebellis superbiæ. Bocch. d. *Symbol.* 106. succinit:

Superbus ille habendus est & insolens.

Nil ferendus, Principum qui subditus

Mandata persequi suorum negligit:

Nam legibus standarier nulla urbs valet:

Rectè, unde prorsum abest verecundus timor.

In hos hasta retorquenda; nequaquam in propria viscera: quippe severitate & poten-

tia, tinctis superbiæ pro maiestate colore; non fumitur conto hasta Regia, sed cuspide.

14 Etiam Romæ celebrata collocatio cinerum Gollorum Senonum in loco, qui dicebatur *Doliola*, à doliolis sub terra, ubi non licebat spuerere. Causa huius superstitionis erat Numæ Magia, ob quam ibi condiderat quædam mystica. Marlian. in *Topograph.* cap. 41. Illo in loco alij Gallorum cineres sepultos seu depositos fuisse autumant. Ideo dicta *Busta Gallica*: etenim ut observat Fest. Pompeius, lib. 2. n. 36. *Bustum proprie dicitur locus, quo mortuus est combustus, & sepultus.* Varro, 4. de *Ling. Latin.* dicit *Busta Gallica*; eò quòd Romæ recuperatâ, Gallorum ossa, qui possederant Urbem, ibi coacervata & confecta ad locum qui vocatur *Doliola* (modò *Portogallo*) ad Æquimelium, aream, quæ facta ex domibus Spurij Melij propter conspirationem; de qua, 7. *Februar.* 8. Videndus Marlian. in *Epitom.* lib. 3. cap. 24. Livius, 5. à *sect.* 130. non à congerie cadaverum caesorum à Camillo postquam eiecit ab Urbe; sed ab occisis in obsidione Capitolij & combustis dicta *Busta Gallica*, astruit. *Urgebat Gallos* (inquit) *pestilentia etiam, cum loco iacente inter tumulos castra haberent, æstum ab incendijs torrido, & vaporis pleno cineremque, non pulverem modò ferente, cum quid venti motum esset, quorum intoleratissima gens est, humorique ac frigori assueta. Tum æstu & angore vexati, vulgatis, veluti in pecora morbis, morerentur. Iam pigritiâ singulos sepeliendi, promiscuè acervatos cumulos hominum urebant: Bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere.* Roboratur ex eo quòd iam essent *Busta Gallica*, adveniente Camillo, ut expelleret ab Urbe: de quo idem *lib.* 22. *sect.* 31. subdit: *Cum esset satis altum Ianiculum, ubi sedens prospectaret hostem, descendit in equum atque illo ipsa die mediâ in urbe, qua nunc Busta Gallica sunt, & postero die circa Gabios, cecidit Gallorum legiones.*

15 Hac etiam die specus frequentabatur Sibyllæ Tyburtinæ, quæ vocata *Albunea*. Salas in *Fastor. Rom. Parerg.* De Sibyllis plura Augustin. 18. *Civ.* à cap. 23. Lactant. 1. *Divin. institut.* & Varro de *Reb. divin. ad Cesar.* qui de *Albunea* inquit: *Decima Sibylla Tyburs, quæ Tyburi colitur et Dea iuxta ripas amnis Avienis; cuius in gurgite simulacrum eius inventum esse dicitur, tenens in manu libram.* Imaginem ficcine signat Marlian. in *Topograph. Romæ*, cap. 130. Eadem referuntur à *Vives* loca

Busta Gallica.

Unde sic dicitur.

Albunea, Sibylla Tyburtina.

Imago.

Cum Securitas.

Asphodelus.

Virgil.

Imago Superbia.

Achill. Bocc.

Asphodelus arbor.

Severitas cum Superbia.

Idem.

Augustin. cit. & Gyrard. *Dialog.* 2. de *Histor. Poet.* additque Laëtantius, d. cap. 6. Cuius sacra Senatus in Capitolium transtulerit. Ibi erat lucus & fons signa Ethnici oraculi, in cuius aqua superstitione legebantur sortes. Aniana sacris tyburs per flumina sortes: cecinit Tibull. 2. *Eleg.* 5. v. 69. & Virgil. 7. *Aeneid.* v. 82.

Lucosque sub alta
 Consultit Albunè, nemorum quæ maxima
 sacro
 Fonte sonat.

Acron in *Horat.* 1. *Od.* 7. v. 12. Porphyr. & Levin. Torrent. hic, non Sibyllæ sortes, nec oracula dicunt; sed Nymphæ, quæ dicta fontis præces. *Credibile est* (ait La-Zerd. in loc. Virgil. n. 3.) à *Sibylla*, quæ ibi olim vaticinaretur, relictam hanc nomenclaturam, non solum fonti, sed etiam fluvio: & inde propagatam superstitionem; ut Itali locum illum adirent ad petenda oracula, tanquam Sibyllæ spiritus adhuc reliquus esset in fonte aut fluvio. De illa ergo, inquit Georg. Draud. in *Solin.* cap. 9. vaticinatam de Christo Assertore Nostro: *Nascetur Christus in Betlehem, annuntiabitur in Nazareth, regnante Tauro pacifico, fundatore quietis. O felix mater, cuius ubera ipsum lactabunt!* Ipsam Augusto è cælo Virginis filium ostendisse, quo loco in Capitolio, Cæli ara adhuc erecta; ambigit Gyrard. ubi dudum, opinionionique favet discordia temporum; etsi astruant Tertullian. *Apologet.* cap. 34. Orosius, *lib.* 6. cap. 21. Solorzan. *Tom.* 1. de *Iure Indiar.* *lib.* 2. cap. 2. n. 58. & *Emblemat.* 2. num. 1. quod quidem prodigium celebravit Mantuanus, 3. *Parthen.* *Carm.* 1. Dicemus 25. *Decembr.* n. 12.

16 Hac etiam die, ann. V.C. 676. mors infelix L. Cornel. Syllæ. Plutarch. de *Dieb.* Brevi eius indolem exenteravit Seneca, 1. de *Ira*, cap. 16. inquit: *Vir ingenij magni, magis quam boni.* Vita eius pestis Romani imperij, sua felicitate cives infelices faciens. In anni principio decimam bonorum suorum sacrauit Herculi, ut augetetur felicitas, quæ pervenerat in summum; de quo ritu actum, 30. *Februar.* num. 11. Unde cum plus ascendere non valeret; necesse utique, quod caderet. Vivens enim quasi esset immortalis comestationibus, ebrietatibus & impudicitij in suo theatro felicitatis Cumano, contraxit morbum, quo (ut animi per illum fieret putris, virulenti nota) in mortem exulcerata sunt viscera, copiam pediculorum halantia; quorum stimulis, saniem evomens; morte tanti tyranni dignissima, obiit. Pausan. *cap.* 308. *Minerva*

signum eripuit. Hunc hominem (ait) quæ Græcorum civitates & patrios Deos tam furenter vexarat, morbus omnium teterrimus oppressit; pediculis toto corpore erumpentibus: huc pristina hominis felicitas recidit. Idem Ravif. *Textor.* 2. *Officin.* cap. 74. Apian. 1. *Civil.* Petav. 1. p. *Rationar.* *lib.* 4. cap. 16. Plin. 7. *cap.* 43. Quibus (inquire) felicitatis inductus argumentis? Quod proferre tot millia civium & trucidare potuisset? O prava interpretatio, & futuro tempore infelix! Age, non exitus vita eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente? Iterat, *lib.* 11. *cap.* 33. & Serenus Samonic. de *Medicina*, præcepto, 19. accinit:

Sylla quoque infelix tali languore peresus,
 Corruis; & seculo se vidit ab agmine vinci.

17 Plutarch. in eo iracundiæ ac eius sanguinolentiæ attribuit obitum. Pridiè (ait) quam fato concederet; cum audiret Granium Prætorem grande as alienum, quod arario debebat non persolvere, sed mortem ipsius operiri; vocatum ad se in cubiculum, à famulis suis suffocari iussit. Eo clamore Sylla & agitatione corporis, cum apostema rupisset multum eiecit sanguinis: atque exinde deficientibus viribus, nocte difficulter superata, mortuus est. Qui dignus scalis Gemonijs, dignatus funere. Sylla decessit, honosque à Senatu habitus est, ut in Campo Martio sepeliretur. Liv. *lib.* 90. Quod quidem ipse cavet, ut Plinius inquit, *lib.* 7. *cap.* 54. *Cremari*, apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur: & tamen multæ familia præcos servare ritus, sicut in Cornelia, nemo ante Syllam Dictatorem, traditur crematus: idque voluisse, veritatem talionem; eruto G. Marij cadavere. Cicer. 2. de *Legib.* & Valer. Maxim. 9. *cap.* 2. num. 1. Dum combureretur, cælum pluviam minabat: ea suspensa est, donec consumpto cadavere, eius cineres abluendi fuerint; cui lotioni suâ pluviam cælum quoque favit. Sic etiam Sylla post obitum felix. Briet. *ann. cit.* M. Æmilius Lepidus cum alijs Factionarijs, cum esset Consul, moliebatur, cadaver Syllæ iustis funeribus prohibere. Pompeius tamen si Sylla succenseret, quæd solus ex omnibus amicis eum in testamento præterisset; quibusdam gratiâ & precibus, quibusdam minando permotis, cadaver Romam deduxit, funerique & securitatem & honorem contulit. Ferant, tantam à mulieribus aromatum vim Sylla ingestam; ut præter ea, quæ in decem supra ducenta feretra illata sunt, in-
 ta magnitudinis imago Syllæ efficta sit, at-
 que

Seren. Sa-
 monic.

Famij;

Fides Pom-
 peij erga Syl-
 lam.

Pompa Syl-
 la Funeris,

que

Lucas, fons
 & sortes.

Virgil.

Vaticinium
 de Christo.

L. Corn. Syllæ
 obiit.

Morbus.

que lictoris, ex thure pretioso & cinnamomo. Plutarch. in eo. Monumentum magnificè in campo Martio erectum cum titulo à se meditato; scilicet: *Se neque ab ullo amicorum beneficii, nec ab ullo inimicorum maleficijs superatum fuisse.* Ibid. Hac etiam die retrò ann. 182. triumphus L. Cornel. Scipionis Barbati. Goltz. in *Fastis*, pag. 87. at iuxta Eliam Reufner. in *Diar.* signatur die 11. ibi dicemus, n. 5.

18 Inter Achæos sacra Apollini Thyrcæo. *Diar. Græc.* Gyrald. *Syntagm.* 6. n. 28. signat festivitatem in Lycia, ut Pausan. *cap.* 2. 28. ubi: *In Cyaneis ad Lyciæ fines Apollinis Thyrcæi Oraculum: ubi qui in fontem descenderit, planè omnia, quæcunque velit, præscire posse, dicitur.* Idem affirmat Iul. Cæsar Bulenger, 1. de *Oraculis*, *cap.* 28. Ibi etiam erectæ aræ septem Planetis, ritum quem post æmulati Lacedæmones, de quibus Pausan. *cap.* 103. præmittit: *Spartæ pile septem: præscorum, opinor, ritu erectæ, quæ errantium septem stellarum signa esse, aiunt.* In circuitu fani Apollinis (sicut in petris Cyaneis gemmæ) nascuntur flores singulares finitâ ætate, sed sine odore. Est (ait Plin. 21. *cap.* 8.) *spica purpurea, verius, quàm flos. Honorem antiquissimum in nuptialibus stameis totum fœminis concessum. Mirum in eo, gaudere decerpi & latius renasci. Provenit in Augusto mense: durat in autumnum: mirumque, postquam defecere sunt illi flores, madefactus aquâ reviviscit, & hybernas coronas facit.* Cœl. Rhodig. 27. *cap.* 26. hoccine flore, refert compactam Ariadnes corollam, modo rustico per Theseum: ideoque post flos dictus Theseus. *Cyanum florem, rusticorum coronamentis pergratum, summâ coloris venustate: fakes bebetat inter metendum.* De fonte verò, lib. 17. *cap.* 33. ait: *Cyanen fontem fœminâ circumvestiunt specie.* Hanc fuisse puellam, nomine Cyanen, à patre incognito vi stupratam, refert Plutarch. in *Parallel.* n. 36. ex Dositheo lib. 3. *Rer. Sicular.* quos sequitur Rayn. Textor, 2. *Officin.* *cap.* 98. Ubi auctorem sceleris agnovit, illum prius, deinde se peremit: quæ in fontem mutata est, in cuius aqua videbantur futura, ad sanum Apollinis Thyrcæi. Alius eiusdem nominis fons signatur in Sicilia à Diodor. Siculo. *Proserpina* (inquit lib. 5. num. 200.) *in agro Syracusano fons, qui Cyane vocatur, sac: habetur. Nam Plutonem, fabulantur, postquam raptu perpetrato puellam Syracusas usque in curru deportasset; disruptâ illic terrâ, ipsum quidem cum abreptâ ad Orcum descendisse; sed fontem Cyanes nomine tunc produxisse, ubi*

solemnem quotannis panegyricum celebrant. Syracusani: in qua præcæta minoribus immolatur hostijs, publicè autem submersis in lassæ tauris sacrificatur. Huius sacri morem Hercules invenit. De Cyaneis Taxis memoriam facit Sophocles in *Antigon.* v. 1084. & Hyginus, *Fabul.* 20. & 21.

19 Templum Iasonis diruitur, quod ei erectum & sacratum in Thracia. Theodor. Gaza, in *Macedonic.* Attulit adiutus ab Heroibus Argonautis è Colchide Vellus aureum tot, tantisque exantlatis laboribus; uti referunt Orph. Valer. Flacc. & Apollon. Rhod. in *Argonautic.* Secum in navi attulit lapidem è Colchide pro anchora, qui fugiebat è navi in locum unde avulsus (quem quidem post Cyzici reliquit) quare denuò tractum fixerunt plumbo. *Est Cyzici lapis fugitivus appellatus: Argonautæ eo pro anchora usi, ibi reliquerunt. Hunc saepe profugum fixere plumbo.* Plin. 36. *cap.* 15. & nos meminimus, Tom. 6. T. 7. n. 16. Idem refert de fragmentis nivis Olaus Magn. de *Gentib. Septentrion.* 5. *cap.* 13. Natal. Comes, 6. *Mytholog.* *cap.* 8. *Fuerunt (ait) multis in locis templa Iasoni ob strenuitatem erecta; sed apud Abderam præcipuè eximiâ religione colebatur, cui templum à Parmenione fuit magnifico opere & excisis lapidibus extractum.* Nescio quo fulcro innixus in huiusmodi opinionem, quàm astruat oppositum Iustin. *Histor. lib.* 42. *Itaque Iasoni (inquit) totus ferme Oriens, ut conditori divinos honoris templaque constituit: quæ Parmenion Dux Alexandri Magni post multos annos dirui iussit; ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius, quàm Alexandri esset.* De Heroe Argonautarum Principe, fusè actum in *Isagog.* Mensis, à n. 2. & agendum *Isagog. Septembr.* à num. 7. Modò dicendum, quàm à Dijs honoratus in tot præclara.

20 Argonauta, cum per Cyaneas cautes, quæ dicuntur Petra Symplegades, intrassens mare, quod dicitur Euxinum (refert Hyginus, *Fabul.* 21.) & hinc illuc errarent, voluntate Iunonis delati sunt ad insulam Diom, ubi invenerunt naufragos nudos atque inopes filios Phryxi & Calciopes, sororis Medæ: qui cum casus suos exposuissent Iasoni, receptos auxilio iuvit; & illi Iasonem Colchos perduxerunt per Thermodoontem. Cum iam non longè essent à Colchis, iusserunt navem in occulto collocari; & venerunt ad matrem Calciopen, Medæ sororem, indicantque Iasonis beneficia, & cur venisset. Tunc illa de Medæ indicat, perduxitque eam cum filijs suis ad Iasonem: quæ cum eum vidisset; agnovit quem in somnijs adapererat Iunonis im-

Templum Iasonis diruitur.

Lapis fugitivus.

Eius gesta.

Pharmacæ, ut esset immortalis.

Apollon Thyrcæus.

Fons & Oraculum.

Arx Planetarum.

Flores circa templum singulares.

Corona Ariadnes.

Cyane Nympha.

Oraculum.

Arx Iasonis.

pulsa; omniaque ei pollicetur, & perducunt eum ad templum. Iam enim præventus erat munimine adversus mortem ab Apolline alexipharmaco singulari, cœlesti unguine, amuleto efficaci. Apollon. Rhodius, *Argonautic.* 3. à v. 1004. refert, succinens:

Apollon.
Rhod.

*Tibi divinitus gratia erit ex forma.
Mane unge corpus pharmaco: robur autem
Ioverit immensum, validaque vis: poteris
Dicere, Dijs similis esse immortalibus.*

21 Alij apud Natal. Comit. quò dudum, dicunt: Ætam Colchorum Regem, in cuius ditione erat vellus aureum, custoditum bobus ignivomis & diro dracone, dixisse Iasoni, haud tradere posse vellus, ni prius custodes vicisset, & deinde ex dentibus draconis viros surrecturos cataphractos, vel quos ipse seminaret; quippe à Pallade habebat, sibi dono datos, cum alios in agro Thebano Cadmus olim sevisset. Ovid. 3. *Metamorph.* fab. 1. Omnia ergo Iason superavit pharmaco, ab Apolline præfito: etsi Pherecides asserat, Medeam amore percitam, unguentum dedisse, quo sine discrimine incolumis ab igne & hostibus servaretur. Pindarus in *Pythijs*, Od. 4. à v. 15. cogitat avem Motacillam Iasoni à Venere traditam (cum illam deportavit è cœlo) ut Medeam in amorem alliceret, & contra eius veneficia prævaleret, si modò expeditioni obliaret; quippe reconciliat, seu conciliat amorem; quam fuscè pingit Zetzès, *Cbiliad.* 21. Histor. 380. Habere dicitur virtutem in gratiam redamationis, priscis credentibus huiusmodi præstigias; ut scribit Athen. 13. n. 20. Theocryt. *Bdyl.* 2. v. 11. Æschyl. in *Persis*, v. 209. referuntque in *Adagijs*, Erasmi. *Cbiliad.* 4. Centur. 5. n. 10. Hadrian. *Inn. Centur.* 4. n. 92. & Gilbert. *Cognat.* Centur. 3. n. 286. Oppositum, quasi in ordinem Amoris & illecebrarum, Motacillam objicit Alciatus, *Emblem.* 78. (quo sensu, dixi, *Tom. 6. Tautolog.* 1. n. 54.) illustratque Claud. Minos eruditè, & Natal. Comes, 8. *Mytholog.* cap. 19. Nihil mirum, si avis in formam crucis.

Pharmac.
Medea.

Amuleto
Veneris.

Conditio
Motacilla.

Alciat.

De avis

Vici-Mar-

*Dicitur hoc Veneris signo Pegasus Iason
Phasiacis ladi non potuisse dolis.*

22 Hæc avis dicitur lynx, quæ quidem corpore exigua, pictas varijs coloribus habet alas, collum longum pro corporis magnitudine, linguam exertam, qua ac rostro valido terebrat arborem. Hispanicè, *Peto*: Italicè: *Picus Martius*, de quo 13. *Februar.* n. 14. Ratum felixque omen sumebatur in augurio, si apparebat Picus-Martius: ait Alex. Neapolit. 5. *cap.* 13. *Picus-Martius* & *Ischiu* efficaci auspicio be-

ventur, prosperaque semper & felicia decreverunt. Dixerat Plin. 10. *cap.* 18. *Aves Martio cognomine insignes, & in auspicijs magni. Ipsi principales Latio sunt in augurijs, à Rege cui nomen huic avi dedit.* Ipse sibi ibid. contradicit, dum in fanctum undique omen Pici refert. In capite Prætoris urbani L. Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis, sedit ita placidè, ut manus prebenderetur. Respondere Vates, exitium imperio portendit, si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori. Non de Tuberone, sed de F. lio dicit Valer. Maxim. 5. *cap.* 6. n. 4. & de Cœlio, Frontin. *Stratagemat.* lib. 4. *cap.* 5. Alex. ab Alexand. d. refert Prætozem, sed anonymum; Tiraquell. hæc appellat Cælium. Alio haud intuitu potuit Picus-Martius Iasoni à Venere dari in expeditione Colchica nisi in omen felicitis exitus; quippe avis fausta.

Ex illa qua
nam cum
nat

23 Mirum videtur, quod de illo dicit Plinius, 3. *cap.* 5. *Tuscorum ager templo Iunonis Argivæ ab Iasone condito, insignis.* De illa agendum, 9. *Decembr.* At mirabilius, quod refert Cedrenus de Iasone, cum suis in honorem Matris Deorum Cyzici (Metaphrastes apud Canisium de Deipar. lib. 1. *cap.* 1. dicit, Athenis) quod crexerat, volente templum magnificum dedicare; respondisse Apollinem per Pythiam; *Maria Virgini* dedicandum, *que Deum paritura.* Diximus, *Tom. 5. T. 11. D. 5. n. 5.* & ex pluribus AA. Sherlog. de *Antiq. Hebraic.* lib. 1. *Disert.* 4. *sect.* 18. n. 134. Etiam ex varijs, eruditis AA. retulimus, *Tom. 4. T. 11. D. 1. à n. 12.* quomodò Archangelus Michael direxit Iasonem cum suis Argonautis in Colchos, ad vellus aureum; & quomodò eius simulacrum in Anaplo posuerunt: equidem eis ostensus ut homo armis terrificus, alas habens quasi aquila, virtute mirabili de cœlo delapsus.

Templum
Iasonis di-
catum Vir-
gini-Matri.

Michael ap-
paruit Ape-
gonensis.

Milo Croti-
niata, Olympi-
picus.

Eius in cer-
taminibus greg-
m.

24 Eodem die contigit apud Crotoniatis advenisse famam insaultæ mortis Milonis. K. *Græc.* Atheniensium exercitus imperator erat Miltiades, *Olympiad.* 72. ann. 3. & V. C. 264. *Victor fuerat, & extiterat sexies ad Olympiam* (ait Diodor. Sicul. lib. 12. *Biblioth.* n. 294.) & cum Olympicis redimitus corollis, *Herculisque ritu, leoninâ pelle, ac clavâ pugna certamen adibat.* Plin. 37. *cap.* 10. nonnunquam, ait, introisse in pugnam cum alexoria gemma: quæ *crystallina specie, magnitudine fabæ, qua Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri voluit.* Illa forsitan utebatur superstitiosè in lauream, sicut plures alij literis Ephesinis, de quibus, 20. *Jan.*

Tanti roboris fuit, ut nemo è vestigio educeret, si constitisset: malum tenenti; nemo digitorum corrigebat. Idem, *lib. 7. cap. 20.* Columna in contubernio Philosophorum ruinam minitante in Lyceo; eius in locum subijt; ita ut reliquos servasset omnes, & se ipsum subduxisset. *Strab. lib. 6. n. 37. Pausan. cap. 191. Suam quidem ipsius statuam dicitur Milo intra Altin suis humeris deportasse. Traduntur quæ de Punico malo & disco, hæc memorato digna. Punicum malum ita manu compressa tenebat; ut neque qui conatus esset, extorqueret, neque ipse tamen illud elideret. Peruncto disco cum institisset, omnes ludibrio habebat, qui se detrudere, quæ totius in ietu factæ, conarentur. Magnam etiam illud fuit roboris documentum; caput ergo nervo non aliter quàm redimiculo aut coronâ cingebat: intercluso deinde compressis labijs spiritu, cum vena capitis sanguine plurimo intumuisse, venarum robore nervum rumperebat. Idem ubi porrectâ dextrâ cubitum lateri admovisset, sublatoque pollice, reliquos digitos iunctim intendisset; minimum nemo erat, qui ullo nisu posset à cæteris abiungere.*

25. Hac de causa, ut in *Vit. Apollonij* refert *Philostrat. lib. 4. cap. 9.* Statua Milonis Crotoniata erat vittata, simul compositis pedibus stans, sinistra malum Punicum tenens, dextra manus digiti recti & insertis similes. Etiam refert *Causin. 3. Symbol. 43.* In ostentationem roboris (apud *Rhodigin. 7. cap. 11.*) constitit in globo, gestans in manu pomum, ligatis funibus carpo, quos septem iuvenes trahebant, quin toto robore impedire possent, ne malum quietè ederet. Aliquando scemina extorsit, quod robur iuvenum extorquere non valuit: Ex quo perspicuum & promptum est (inquit *Ælian. 2. Var. histor. cap. 24.*) Milonem corpore plusquàm virum, animo plusquàm feminam extitisse. Hic tantus & talis, suis viribus sine viribus perit. *Laurent. Hechtan. in Microcosm. Emblem. 61. canit:*

Plurima sunt nobis de forti scripta Milone
Quàm validis quondam viribus esse solet.
Arboris iste manus rimis immisit utraq;
In partes cupiens dilaniare duas.
At valido palmas compressit robore truncus,
Omnibus & vincum detinet ecce feris.

26. *Conspicatus* (subdit *Pausan. d.*) *bian-tem* immisis cuneis quercum aridam in Crotoniatarum sinibus, robore suo pristino fretus, truncum illum dicitur manibus re-
scindere conatus. Ibi cum relaxatis cuneis se Milo comprehensus manibus Milo detineretur; a lapis quæ fera frequens est in Crotoniatarum

agro discerptus est. Fuit illi fatalis vitium suarum fiducia. Idem refert *Valer. Maxim. 9. cap. 12. Aul. Gell. 15. cap. 16. Rhodigina 13. cap. 36. Iacob. Boyssard. Emblem. 23. & Dionys. Lebens-Batill. Emblem. 18. Idem accidit Polydamanti, ut vidimus, 17. Fa- nuar. n. 17. Hæc videntur singularis fortitudinis insignia; sed vicus à Titormo; ita ut ipse miraretur. Vid. diem, 9. n. 12. Unde Milo tot vires acquisiverit, dicit *Phere- cides*, asserens in templo *Herculis* dormisse, cum esset inbecillis complexionis; ac disol- mmo surrexisse ita robore validum; ut tau- rum quem humeris sustulit, solus per diem polyphagus devoraverit. Aptius cogitat *Ba- till. d. Embl. 38.* inquiens:*

Gestando vitulum, longâ assuetudine fecit
Ut taurum posset postmodum ferre Milo.

27. Postquàm *Alexander Magnus* ex India reversus in *Persidem* (ut vidimus, 17. *Februar. n. 25.*) acceptus est magnificè à *Satrapis*; sed maximè ab *Orsine* *Perlagadarum* *Magnate*. *Diar. Alexandr. de hoc Principe* inquit *Curtius, lib. 10. cap. 1.* *Or- fines* erat nobilitate ac divitijs inter omnes *Barbaros* eminent. Genus ducebat à *Cyro*, quondam Rege *Persarum*: opes & Maioribus traditas, & ipse longâ imperij possio- ne cumulaverat. Is Regi cum omnis generis donis, non ipsi modò ea, sed etiam ami- cis eius daturus, occurrit. *Equorum* domiti- greges sequebantur, currusque argento & auro adornati; pretiosa supellex, & nobiles gemmae, aurea magni ponderis vasa; vestesque purpurea, & signati argenti talentum quatuor millia. Ceterum tanta benignitas *Barbaro* causa mortis fuit: nam cum omnes amicos Regis donis super ipsorum vota con- lisset; *Bagoa* *spadoni*, qui *Alexandram* ob- sequio corporis devinxerat sibi, nullum ho- norem habuit: dicens nec moris esse *Persis*, mares ducere qui stupro effeminentur. His auditis *spado* potentiam, flagitio & dedeco- re quaesitam, in caput nobilissimi & inson- tis exercuit. Testes malignè in meditata iracundus quaesivit, favore Regis industriè sollicitavit, & data occasione in perniciem *Artinis* satietatem usque invenit; agrè fe- rens quòd à *Persa* ita turpiter despiceretur, qui à *Macedonibus*, quantumvis flagitiosus propensè ac indignè colebatur.

28. *Capillis* ergo occasionem apprehen- dit, nec innocens insidias criminis expers evasit. Fortè sepulchrum *Cyri* visere *Alexandro* placuit. Vidit, aperire insit, quia inferias dare volebat ob famam & hono- rem viri tanti. Auro & argento repletum esse crediderat; quippe ita fama inter *Per- sag*

Quasi re-
bati.Rup. offi-
-699

Tantus tim.

Hechtan.

Mons infan-
fo Milo-
pitisolongA
Unde illi
tanta vige-
tantBatill
Alexander
ex India in
Perside non
veritusOrsine
Sua
trapa diris-
simus inter
PersasAlexander
visit Cyri se-
pulchrum.

Sag

las vulgaverat. Mōs equidem fuit Anti- quis, sepulchra Heroum honorare & onerare thesauris; uti pramissimus, 11. *Januar.* n. 2. Effossum fuerat à Macedone Polyma- cho, ut ait quò supr. Plutarchus. Unde in oculo Alexander præter clypeum eius pu- trem, & arcus duos Scythicos & acinacem, nihil reperit; ut fusè dicemus, 25. *Maij.* Cùm eo tempore præfens esset Bagoà; quo mira- tus Alexander, tanti nominis Regem, tan- tis præditum opibus, non habere pretio- sius sepulchrum, quàm si fuisset è plebe; Alexandro dixit: *Quid mirum est, inania sepulchra esse Regum, quùm Satraparum do- mus aurum inde egestum capere non possunt. Quod ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram; sed à Dario ita accepi, tria millia talentum condita esse cum Cyro. Hinc illa benignitas in te, ut quod impune habere non poterat Orsines, donando etiam gratiam iniret.* Alexander concitatus in iram, am- bas aures concessit Bagoæ; ita ut Orsines in vincula esset, antequàm accusari suspicaretur. Accesserunt in causæ pondus, quos spado subornaverat testes; quibus nobilissimus, & Alexandro obsequiosus & gratus morti addictus: nec supplicio contentus spado, ut ira aliquomodo quiesceret, & invisus dirè obiret; in eum furiosus manum iniecit, au- diens à saucio: *In Asia olim regnasse fami- las, auctori: hoc verò novum est, regnare castratum.*

29 Abhinc ann. 172. contigit Anniba- lis victoria navalis de Eumene Rege Perga- mi. *Diar. Græc.* Annibal inter condiciones ad pacem, per Romanos petebatur Antio- cho Magno, ad quem confugerat. Rex de periculo Pœnum admonuit; qui fugit ad Prusiam Bithyniæ Regem, quanvis fluxæ fidei suspicaretur: sed ad illum profectus, quia bellum gerebat cum Eumene, Romano- rum amico, in quos Annibal continuo fla- grabat odio. Ad Eurymedontem Pamphy- liæ flumen biennio retrò superatus fuerat maritimâ pugna (faventibus Romanis & Rhodijs) ab Eudamo, præfecto classis Eu- menianæ, quod quidem vulnus repetito cer- tamine sanare cupiebat. Potens erat Eume- nes & mari & terra; in quem furor tantum irruerat Annibal, ut tolleret in eo Roma- norum præsidium. Unde multa cogitabat ut in sinum caderet votum. Cum pat non esset armis, imperavit, quamplurimas ve- nenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia contineri. Harum cùm magnam multitudinem confecisset; die ipso navalis quo futurus conflictus, vocatis classarijs, iubet, omnes in navem Eumenis concurre-

re, & serpentes in fictilibus conijcere; ut inuito prælio, dum omnium animos oculos- que occuparet certamen, implicatos hostes & re novâ exterritos, venenis posset necare. Omnes Eumenis navem adoriuntur, quo- rum vim cùm Rex sustinere non valeret, fu- ga salutem quæsit, & vitam servavit. Re- liquæ Pergamenæ naves, cùm classem Anni- balis acrius premendo constringerent; re- pente in eas vasa fictilia reptilibus plena conijciuntur. Iacta, initio risum pugnantibus excitarunt: postquam autem naves ple- nas serpentibus conspexerunt; cùm quid potissimum vitarent, non viderent; irruerunt in vulnera ut vitarent mortem: quo victor Annibal astu vicit Eumenen, sui cunctorum rapiens admirationem. Plutarch. *Æmil.* Prob. Cornel. Nepos, in eo, & Briet. in *Chro- nolog.* ann. V. C. 564. & 568.

30 In Ægypto sacra Herculi Canopi- co. *Diar. Ægypt.* Ita dictum templum, quod eo in littore extructum, ait Herodot. *lib. 2.* à n. 32. In hoc detenta fuit Helena, cùm eius spectrum arte Iunonis à Paride perla- tum in Ilium; & detecta fraus à Paridis man- cipijs, qui illuc confugerunt, unde religio- ne nequibant extrahi. Thonis Nili Præfe- ctus de raptu Helenæ, de Paridis appulsu, at- que fervorum recessu, nunciavit Proteo Re- gi, qui Memphide morabatur. At cùm hic quid ageret, ambigeret; Paridem compre- hendit, dehinc illum, Helenamque cum o- pibus, servisque refugis Memphim perdu- xit. Tunc iudicatum à Proteo; ius esse, Pa- ridem è tota Ægypto intra triduum expel- lere, opes ablatas cum uxore Menelao re- servare; ut factum est, ubi in Ægyptum pervenit post Troiæ excidium. Ex hoc in- articulo efformata ab Euripide tragoedia; cuius argumentum à Xilandro ita exposi- tum. *Ostenditur hac tragoedia, Helenam non fuisse raptam à Paride; sed à Mercurio de- portatam in Ægyptum, ibique custoditam à Proteo. Naves autem simulacrum Helena, abducta à Paride, bello Troiano occasionem dedit. Quo confecto, eam nubem secum Me- nelaus abduxit, diuque vagatus in Ægy- ptum venit. Ibi evanuit simulacrum, & ipse veram Helenam invenit, & in Spartam transtulit.*

31 Aliter fabulam struxit Hyginus, *lib. 1.* ubi n. 118. *In Ægypto Proteus (inquit) senex marinus, divinus dicitur fuisse (eius sacra post Herculem Canopicum, uti postri- diè videbimus, n. 20.) qui in omnes figuras se convertere solitus erat; quem Menelaus Idotheæ eius filia monitu, catenâ alligavit; ut sibi diceret, quando domum repetitionem*

Nec innoct- ita Orsini.

Annibal- is victoria de Eumene.

Abus & in- gravis in pugna.

Hercules Canopicus.

Non Hele- na, sed eius spectus ab- ductum à Paride.

Proteus.

haberet. Quem Proteus edocuit iram Deorum esse; quod Troia esset devicta: ideoque hæc fieri debere: nimirum, becatomben, cum centum armenta occiduntur. Itaque Menelaus fecit: tum demum post octavum, quam ab Illo discesserat, annum, cum Helena in patriam rediit. Ovid. 1. Fastor. v. 373.

Becatomben.

Ovid.

Ille suam faciem transformat, & alterat arte.

Mox domitus vinculis, in sua mæbra rediit.

Helenam tunc à Menelao non fuisse occisam, Veneris auxilio tribuunt Poëtæ. Homerus potioni quam confecerat in oblivionem omnium malorum, quæ apud Ægyptios dicebatur *Pharmacum lætitiæ*, ut videbimus, 3. *Iul. de quo Philostr. 7. de Vit. Apollonij, cap. 11. ex Homer. Allegoricum huiusmodi poculum arbitrantur Plutarch. in Sympof. lib. 1. quæst. 1. & Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 1. sed verè pharmacum confectum ex herba Hēpenthe, à qua hilaritas, diximus, 9. Februar. à n. 27. ex probatis AA. quod etiam astruit Athenæus, 5. n. 9. Harodet. d. & Ioann. Spondan. in Odyss. 4. Unde dictum poculum Græter Helena, quod illa propinavit Lacedæmone ad Telemachi adventum ut Homer. ibid. succinit, à v. 221. Absque dolore inducta sic oblivione malorum. Hæc habuit Iove nata probum præsensque venenum,*

Pharmacum lætitiæ.

Hēpenthe herba.

Græter Helena.

Quod Polydamna, Thoni donaverat uxor. Ægypti quæ terra ferax fert plurima mistim:

Multa quidem proba, multa autem damnosa venena.

Huc etiam Ægypti Dij me tenere, reverti Conantè, quibus haud tulerã solemnia sacra.

32 Hac in die à nonnullis signatur victoria Xerxis ad Thermopylas, causam Græciæ propugnante Leonidâ, Spartanorum Rege, mortuo & victore; sed aptius huiusmodi Xerxis Cadmea victoria in ætate figitur, uti videbimus, 14. *Iul. Licet cuncta gesta à Xerxe celeriter facta, nequibant paritari ita brevi tempore; cum diuturnius vel ad movendum exercitum, necessarium: maximè cum referat Diodorus Sicul. lib. 11. n. 262. Bellum Medicum durasse per biennium. Videtis, 13. Februar. n. 25.*

Homer.

Victoria Xerxis ad Thermopylas.

33 Eadem die post ann. 75. contigit victoria Lyfandri Lacedæmonis de Atheniensibus ad Ægos-Potamos, qua omninò nomen Atheniensium deletum, imò Athenæ post captæ, & pro Archontè civium cervicibus impositi triginta tyranni, ut videbimus, die 16. à n. 23. Iam enim Lyfander legatum Alcibiadis (tunc classis Præfecti, quem Lyfander propter calliditatem, haud per vires formidabat) nomine Antiochum

Victoria Lyfandri de Atheniensibus.

vicerat; quia aberat Alcibiades, qui severè, cum discederet, iussit, nullo modo, estò victoria arrideret, cum Lyfandro configeretur ipse enim sciebat levatam esse oppressionem Lacedæmonum à Cyro, Darij Regis Persarum filio; unde hostilis classis iam per æquor vagabatur, 70. navibus. Verùm Antiochus naturâ præceps, suoque Marte egregium facinus perpetrandum cogitans in conflictu vitam, quindecimque naves longè præstantissimas amisit. Qua utique clade Athenis auditâ, Alcibiades ignominiosè exauctoratus est, & Conon Alcibiadi successisset, classem maximâ industriâ exornat; sed navibus exercitus deerat. Justin. *Histor. lib. 5. & Diodor. Sicul. 13. n. 368.*

Alcibiades exauctoratus, & successitur Conon.

34 Lyfander autem à Cyro degente Sardis, rebus omnibus instructus, monitusque ne configeretur, nisi numero navium longè superior; digressus, ad Ægos-Potamos venit cum classe, quo in loco versabantur Athenienses; sed adeò eum contemnentem, ut à navibus suis longè abirent. Absentiam virorum fortium vacuis navibus, deprehendit Lyfander; & viriliter in classem Cononis irruit: eamque capit, priusquam milites Duceque digressi eas subirent: tantùm Cononis navis cum septem alijs arma corripere: at in tanta rerum perturbatione, de fuga potius, quam prælio cogitant. Quapropter Conon fugit in Cyprum, veritus populi Atheniensis ex dolore furorem. Lyfander incruentâ victoriâ Spartæ dominatum Græciæ dedit & Atheniensibus abstulit: quem illis Conon prius astruxerat inclytâ victoriâ de Lacedæmonibus partâ, classis eorum Duce Pisandro. De illa ergo in Conone Æmil. Probus: *Hos apud Cnidum adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit: quâ victoriâ non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græciæ, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est.* Verùm in sententia Theopompi & Diodor. Sicul. à n. 442. factum posterioribus temporibus.

Qui vitæ cum classe à Lyfandro.

Eius de victoria.

35 Ergo Lyfander scuto æreo in navi elato, quod signum hostes invadendi; tubâ classicum cecinit; & universam Atheniensium classem, exceptis navibus cum Conone abeuntibus, gloriosè cepit: alligatisque ad suas ad tibæ cantum & prænas Lampscum revertitur. *Fuere, qui iuxta eius navem (ait in eo Plutarch.) cum primum è portu contra hostes proceberetur, ab una Lyfandri vi parte Castoris, ab altera Pollucis stellam ad gubernacula affulsisse; dicerent. Quidam lapidis casu eam rem præmonstratam fuisse, esse.*

Portus in Lyfandri vi Castoris & Pollucis stellam ad gubernacula affulsisse; dicerent. Quidam lapidis casu eam rem præmonstratam fuisse, esse.

asserunt. Decidit enim de celo ingens lapis ad Ægos-Potamos: ostenditurque adhuc, & ab ijs qui Cheronesium inhabitant, colitur. Ferunt Anaxagoram pradixisse; quoniam celestia corpora mutuo essent commixa; fore, ut agitatione eorum aliquando labefactatum avulsumque decideret. Neque verò stellas esse in ijs locis, ubi cernuntur, sed quia lapidea sint & graviora corpora lucere ea refracto in ipsis aethere: circummagi autem constricta vertigine, & vehementiâ motus celestis, eumque motum compactorum corporum ita obtinuisse, ne cælum rueret (Præclarum utique ratiocinium! de quo iam actum, Tom. 7. T. 8. à n. 85. & refert Diogen. Laert. in eo, lib. 2. Ita ergo etiam fictum, Atlantem quotidie malleo tundere stellas convulsas, defixas aut refixas, ne continuo motu cadant.) Anaxagora testimonium fert Damachus, in opere de Religione scribens; antequam is lapis decideret, septuaginta quinque continenter diebus visum fuisse in cælo corpus igneum prægrande, & nubis inflammata simile, non otiosum, sed quod varijs neque continentibus, sed veluti fractis motibus ferretur; ita ut eius iactatione avulsa, & dilata in varias partes, fragmenta fulserint stellarum salientium modo.

36 Victoriâ, Agiam vatem divinasse Lylandro, inquit Pautanias, cap. 92. Petav. 1. p. Rationar. lib. 3. cap. 9. refert in April. Sunt statuae è regione que Lacedæmonij Atheniensibus victis dedicarunt Delphis: Castores nempe, Jupiter, Apollo, Diana, cumque his Neptunus & Lysander, à Neptuno coronam accipiens: Abas præterea, quo vate usus est Lysander, & qui fuit prætoris navis gubernator. Pautan. cap. 325. Lysander ex manubijs æream sui statuam Delphis posuit, & uniuscuiusque Præfectorum navibus, & stellas Castorum aureas; quæ ante Leuêtricam pugnam de medio sublatae sunt. Primit enim ei Græcorum ara sunt à civitatibus posita tanquam Deo & sacrificia peracta in eius honorem. Ita in eo Plutarch. Multa in patriam clara fecit, sed plura incommoda: quæ de causâ ambigitur à Pausania, cap. 307. An Lylandri principatus plus detrimenti Spartanis, quam emolumentum attulerit?

simul emergit. Ptol. Ala dextra Pegasi vesperè occidit. K.R.P. De Pegaso fusè, Isag. Ianuar. à n. 4. Ab Hebr. & Arabibus dicitur Equus cornutus. Kirch. d. cap. 6. Ad Hygin. de Poetic. Astronomic. n. 19. & Sign. celest. n. 17. German. Cæl. d. n. 15. Albo fulget Equus, tres armo, sed latera equis

Distingunt spatiji: capiti tristissima forma. Veloces agitat pennas, & sidere gaudet. Geom. Cæl.

Pegasus typus fait Africæ inter Romanos, ut videtur in numismatibus Augusti apud Goltz. in eo Tabul. 35. & Hemelar. in Tiber. Tabul. 4. Vir ligna secans in silva. Sphæ. Arab. Hac die Iosephus se manifestavit fratribus Frater, continuato maiore apparatu convivio, quod à die primo, quo denuò cum Benjamin venerant Memphim, Ægypti præfectus instituerat; exitu felicissimo tragediæ compositæ fratribus, fictæque officiosè, ut iocaretur, qui pridem propter illos & ab illis tot indigna perpeffus. Vid. 29. Februar. à n. 1. Reuclin.

2 Anno 2. à libertate Israëlitis de populo superstitioso, oblatio Elisur pro tribu Ruben in dedicatione Tabernaculi, eisdem muneribus quibus alij Principes. Numer. 7. 30. Anno 13. è Thare venerunt Israëlites usque in Methca, Mansion. 25. ibique degerrunt usque in 18. April. ann. 14. Ab hinc anno 26. placet Adrichomio reversos ad Iosue exploratores Iericho: cui favet Serar. in 6. Iosue, quizit. 31. Hac etiam die posterioribus temporibus patriam reliquit Ruth, sequens socrum Noëmi. Raschi. Serarius in Ruth 1. quæst. 27. cogitat exitum die 10. ita ut in itinere conficiendo tantum consumpti fuerint dies octo: probatque ex Strabone, qui lib. 16. ait: Ubi Iudeam proximè attingit Petra; trium vel quatuor dierum ab ea iter est Ierichuntem usque. Exitum refert Scriptura à v. 7. Noëmi valedixit nuribus, ut discederet salute dictâ cum bona gratia: verum illæ remanere nolentes, abeuntem cum lachrymis felicibusque votis prosecutæ sunt tantisper. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum utraque nuru: & cum pervenisset in viarum divortium, ut carperet quâ in Iudæam; Orpha osculata Noëmi, reversa est ad populum suum & ad Deos suos. Mira sunt, quæ de illa commenti sunt Rabbini, potissimè Philo Biblius in suis Antiq. & Paraphrasis Chaldaica: igitur illa ipsa nocte discessit à socro, fingunt Orpham, nimis salacem, cum centum viris & uno cane concubuisse, ex quorum copula conceptus est gigas Goliath: ideo venienti David adversus eum in funda & lapide; di-

Orpha mater Goliath, ex quibus illam concepit

Lapis Anaxagora.

Asthis vultus in cælo.

Statuae Lylandro, & Astis pugna

Habitus Deus.

Mansio 25. Methca.

Revertitur exploratores Iericho.

Ruth reliquit patriam.

DIES IV. MARTIJ.

IV. N.

Rad. 14. Solis in Piscibus, in quo Favonius, vel Auster flat. Colum. Qui habuerint in horoscopo, maximis gaudebunt dignitatum insignibus; sed à piratis occidentur. Iul. Firmic. Arcturus Tom. 1. Epitome.

xit: Nunquid ego canis sum? O viri lepidi! Meminimus, Tom. 5. T. 2. n. 5. sicut Rupert. in 1. Reg. lib. 1. cap. 2. & Prudent. in *Harmatigen.* à v. 843.

3 Ruth etſi viderat diſceſſum fororis, nunquam vel ſuaſa perſuaderi potuit, ut ſorum relinqueret. Quare cum Noëmi eius videret & præ amore in meditato propoſito animum obſtinatum; aſſenſit, profectæque ſunt ſimul & venerunt in Bethlehem. v. 19. Paraphr. Cald. & Raſchi: *Ille aſcenderunt in Bethlehem in ipſis Paſche aſcenſionibus, cum aſſeſſet Paſchalis dies: & in illo die cœperunt filij Iſrael metere gomer, manipulum ſpicarum, qui elevatum coram Domino offerri ſolebat, & erat ex hordeo.* Levitic. 23. 10. Unde ſi illo in die utriuſque adventus, fuit ſane primo die azymorum, qui non potuit cadere in diem 18. huiuſce menſis, ut ſignatur ibid. num. 3. niſi dies numeretur per Lunam Niſan, qui neceſſariò poſt diem 22. uſque in 25. Aprilis. Quapropter dies Lunę intelligendus, non dies menſis; ſicque protrahendus eſt dies adventus utriuſque in Ephrath; ut reſpondeat Paſchati. Vide Serrar. in *Iofue* 3. part. 2. quaſt. 5. Haud ceſſant Rabbinicę fabulę. Rab. Iſaac in *Baba-bathra*, cap. 5. ſomniat, notatque Raſchi, uxorem Booz illo die utriuſque adventus, fato functam, in cuius iuſtis cum cives eſſent, & venientem Noëmi, in patriam reducem vidiffent; dixerunt vel gaudentes, vel irriſores: *Hæc eſt illa Noëmi?* v. 19. Seſe offert venuſta allegoria in converſionem Gentilitatis ad Deum vivum & verum, comite in terram Iudææ vetulã Noëmi: equidem adinſtar Ruth veteri lege ductrice, quia Hebræis credita ſunt eloquia Dei; Gentilitas pervenit in cognitionem veri Numinis, abiectis idolis, collocata in Iudæa, ubi Deus notus.

4 Poſt annum octavum à principatu Iudicaturæ Iſraël, ut diximus 27. *Ianuar.* n. 2. mors contigit Abdon. Rab. Abrah. in *Iacobſin.* Tornieſl. in *Tabul.* ſignat annum & menſem, non diem. De illo Iofeph. 5. *Antiquit.* cap. 9. *Septuaginta filios & nepotes egregios equites ſuperſtites reliquit, & ſenex magnificè ſepultus.* Aliter, imò oppoſitum referunt alij Rabbinij apud Genebrardum in *Chronolog.* ann. 3006. *Hunc quadraginta filios & triginta nepotes ſepeliſſe, antequam moreretur, ferunt.* Munſter. hic ſententiam ſequitur, dicens: *Alij putant, magnificentiã iſtam, quam hic Scriptura narrat, mortallibus eſſe monitionem; cum iſte nullam ex tot filijs poſt ſe populi reliquerit gubernatorem: nam cum adhuc viveret, mortui*

ſunt omnes filij eius; ſucceſſitque illi paulo poſt Samſon. Illuſtris in munere ſine dubio fuit: de quo Briet. *Ann.* 2879. *Obijt Abdon, quem obſcurare viſus eſt Samſon eius ſucceſſor, ad miraculum fortis, & qui mala verè præſtitit, quàm fabula Herculi ſuis commentis aſſinxerunt.* Eluxit Abdonis virtus & auctoritas: quandoquidem, eo ſuperſtite, nemo ex populo Iſraël auſus eſt ire poſt vana idololatrarum ſimulacra.

5 A morte Abdonis anno, 107. & à cæde Abneris diebus ſeptem, ut ait Rab. Salomon, interfectus eſt Iſboſeth à duobus ſiccarijs, qui in domo Regis Saulis ſub Ionatha ſummis erant honoribus dignati. Ingreſſi enim domum ſeu Regiam Iſboſeth, cui prætorij cohors erat ancilla, purgans tritici grana, ſed in ſomnum ſoluta; ut inquit Iofeph, cum poſt meridiem tantisper quieſcentem, iugularunt, eiſque caput, itinere totã nocte continuato, è Manain ad David commorantem in Hebrone, ſpe gratiæ detulerunt. Expavit David, & perfidiã exprobravit, exquisitiſque tormentis interfici iuſſit: igitur truncatis pedibus & manibus, acti ſunt in crucem ſuper piſcinam Hebron, iuxta ſepulchrum Abner, ut ſignat Adrichom. in *Iuda*, n. 147. In hoc tumultum intulit David caput Iſboſeth. 2. *Reg.* 4. à 1. Iofeph. 7. *Antiquit.* cap. 2. & Comeltor, cap. 6.

6 Aliquid molitos adverſus Iſboſeth, etſi ignotum, autumant Expoſitores ſacri, qua de cauſa hos, qui principes copiarum (dicuntur *Latronum*, id eſt, militum) fugiſſe traditur: v. 3. Quod cogitare nequimus, aſtruunt Rabbinij: ſic enim in illorum *Traditionib.* refert Doctõr Maximus. *Duo viri iſti, principes erant ſuper expeditiones Iſboſeth; mortuoque Abner, conciliati ſunt cum Miphiboſeth, ut unã interficerent Iſboſeth, & eundem Miphiboſeth conſtituerent Regem, & eiſdem conſilij delatorem Miphiboſeth extitiſſe: licet hie introducitur. Videntes verò Baana & Rechab à Miphiboſeth ſuum proditum eſſe conſilium, timore perterriti fugã lapſi ſunt in Gethaim (id eſt, in Geth) fueruntque ibi advena uſque ad tempus illud. Tempus illud intelligendum eſt, quando inde reverſi ſunt domum Iſboſeth, ac fervente die ingreſſi, aſſumentes ſpicas tritici, & percufferunt eum in inguine. Spicas tritici, quaſi cauſã primitiarum tulerant; ut honorem Regi deſerre viderentur, & eorum dolus nequaquam deprehenderetur. R. Salom. apud Lyran. hic effutit mira, ſed cogitationes ſine intellectu. Cum ſpicas ingreſſos aſſerit ſub ſpecie mercatorum, quip-*

Adonius
Noemi &
Ruth in Be-
thlehem.

Uxor Booz
obijt.

Symbolum
converſionis
Gentilitatis.

Abdon in-
duxit Iſraël
diem clam-
ſit.

Elogiũ Sam-
ſonis

Iſboſeth con-
ditur à ſic-
carijs.

pe horrea Regis tritico abundabant: quod etiam astruit text. Chald. Alij apud Serar. hic, ne cognoscerentur spicis texti. Deliriū. Isboseth morte, undecim tribus commotz, videntes se sine Duce, usquequaque profligatas à Philisthæis, victrice nonnunquam tribu Iuda, super quam Princeps David; eum decreverunt ungerere Regem super universum Israël, uti post varia concilia Seniorum & consilia fecerunt post mensem, uti videbimus, 3. April. n. 10.

7 Ab hinc ann. 23. ut numerat Briet. post conceptam prodicionem, Absalom, ut fortiretur optatum effectum, facultatem & benedictionem à patre petijt, ut solveret in Hebron (civitate ubi David constitutus fuerat Rex) vota concepta, modò in eius deveniret gratiam, & habitaret cum illo in Hierusalem. Rab. Abrah. Zacuth. in *Iucasm. Tornieil. Ann. 3005.* signat mensem, sed non diem. Conspiratio facta est antequam patesceret, iuxta Hebrzos, inter Achitophel, consiliarium David, & avum Berhsabeë, filiz Eliam (alio nomine Ammiel) filij Achitophel; & Nabath, patrem Ieroboam, qui licet Ephratuz, ex Benjamin dictus, propter affectionem in domum Saulis: imò addunt in 2. Reg. 16. *Tradition.* ipsum fuisse Semei; de quo, 10. *Iun.* n. 4. Nonnulli addunt Amasam, qua de causa Absalom eum fecit magistrum militiæ. 2. Reg. 17. 25.

8 Ioram Rex Israël, ut vidimus 28. *Februar.* num. 5. cum potenti exercitu vallasset Ramoth-Galaad, validè restitit Hazael, noviter electus in Regem Syriæ, sed à Domino, uti dictum, 25. *Februar.* n. 4. seque dignum principatu acriter pugnando præbuit: nec minùs fortiter Ioram, licet multas plagas accepisset in certamine (à Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 4. dicitur: *In ea oppugnatione sagittà ictus à quodam Syro non lethali.*) qua de causa, ut facilius curaretur, deportari se voluit in Iezraël, ubi mater Iezabel erat, atque turba medicorum, relicto in Ramoth-Galaad toto exercitu sub præfectura Iehu: *Erat autem ei propositum (inquit Ioseph.) percurato vulnere, Syrus bello aggredi.* Ita Comestor in 4. Reg. 13.

9 Ex textu Hebrzo, quia legit: *Ioram erat custos Ramoth-Galaad à facie Hazaelis, Regis Syriæ;* cogitat Caietan. in 4. Reg. 9. 14. Ioram non fuisse urbis expugnatorem, sed propugnatorem; quippe iam civitas in eius potestate; sed incognitum, quando. Non incognitum. *Ioram in Azaram urbem (dest, Iezraëlem) vulnerratus se recepit, curandi vulneris gratià, relicto in obsidione toto*

exercitu, cui Iebum Amasis filiu, præfecerat; qui illam vi expugnatam recepit; subdit Ioseph. Hinc claret, quomodò in hanc urbem, quæ iam Israël, missus fuerit ab Eliseo unus ex filijs Prophetarum, ut ungeret Iebum in Regem Israël; ut dicitur ibid. à v. 2. & videbimus, 11. April. n. 2. Quandiù hæc agebantur descenderat Ochozias Rex Iuda ut valescentem viferet Ioram; sed Dei iudicio, ut uterque cum Iezabele tolleretur è medio per Iebum. Hac in die obitus Mardochei. Eutyech. in *Annal. Alexandr.* Sepultus cum Esthere in Media. *In illa urbe è regione unius ex Synagogis, Mardochei & Esther sepulchra sunt.* Beniam. in *Itiner.* pag. 86.

10 Cùm pridic conversatus Andreas cum Salvatore, quid divinum de illo concepisset; felicitatem Petro fratri participare voluit, & eum ad Iesum adduxit. Ipsemet die Iesus vocavit Philippum, qui Natanaëlem adduxit ad Christum. Alapid. ex *Ioann.* 1. à 40. in *Chronot.* n. 11. Ann. ultim. Concilium à Principibus Sacerdotum habitum de occidendo Christo. Idem n. 57. Tuncque Iesus vadit in Ephrem trans Iordanem. Marian. n. 18.

11 Romæ votum templum Iunoni Monetz, quod dicatum anno sequenti, 1. *Iunij*, tuncque sacra fiebant. Duo templa Iunoni Monetz fuisse in Urbe, constat ex Marliano, *Topograph.* cap. 11. & 52. Unde ut distingui possent, una ex imaginibus collocata est in arce, dictaque *Iuno Regina;* ut vidimus, 16. *Februar.* à n. 10. Altera in Aventino, dictaque *Iuno Castrensis.* Constant. in 6. *Fastor.* Ovid. v. 181. Lucanusque, 1. *Pbarsal.* v. 180.

Numina miscebit Castrensium flamma Moneta. Lucan; Sicut ades Reginz extructa & dicata à Fur. Camillo; ita Castrensis voto concepta, est non dicata. Ann. V. C. 409. iuxta Saliani opinionem, bellum adversus Aruncos tantum terroris Romæ attulit; ut Dictator crearetur Fur. Camillus, qui tunc Iunoni Monetz zdem vovit, ut victoria fungeretur. Progressus ergo in certamen magis ad pugnam quam ad pugnam paratum invenit hostem: quapropter facile sopitum bellum. At cùm ob fastum triumphi invidia Quiritum laboraret, exul spontè vertit solum, cedens furori, cùm victor accusaretur. Ita perficere non valebat, quod verbis conceptis voverat. Senatus autem Decemvros creavit, qui templum locarunt in arce, ubi M. Manlij Capitolini ades dirutz fuerant; ut is locus esset monumentum religionis & pietatis, qui fuerat iustitiæ in supplicium prodicionis. Plutarch. in *Gamill.* Lev. 5. sect. 92. & Rosin. 6. *Antiq.* cap. 2.

Mardochei obitus.

Christi gesta.

Ades Iunonis Monetz.

Iuno Regina & Castrensis.

Decernitur à tribubus exaltatio David. in Regem Israël.

Conspiratio Absalomi in Davidem.

Vulneratus Ioram & recepit in Iezrael.

Ramoth-Galaad expugnatur à Iehu.

12 Variant AA. ut præmissi, & iure; etenim haud facile quæ efformari iudicium. Verùm quantum auguror, iam ædes erant Iunonis Monetæ priusquam Veientes & Aruncos superaret Camillus. Solin. cap. 2. de Tatio, qui cum Romulo in Urbe regnavit, inquit: *In arce ubi ædes Iunonis Monetæ septimâ & vigesimâ Olympiade hominem exiit.* Etiam constat tempore Numæ. Fest. Pompeius penam ex ipso designat pellicæ, Iunonis tangenti aram. *Constituta (ait, lib. 15. n. 25.) à Numa Popilio hac lege: Pellex Aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni erinibus demissis agnum feminam cedito.* Alij dicunt, Iunoni Monetæ, sub titulo Regina, ut erat inter Veientes, ædem votam Camillum sacrasse, dum simulacrum eius in Urbem inexit: Iunonis verò Monetæ sub titulo Castrensis, ædem haud votam in bello Aruncino, sed in Prænestino, quo tempore in castris iacebat æger; at cum collega eius L. Furius temerè pugnavisset, & in castra Romanos fugientes vidisset; *Non se continuit (inquit Plutarch. d.) quin lecto exiliens cum suis comitibus, ad portam castrorum fugientibus obviam rueret, ac per eos ad insequentem usque hostem prorumperet.* Itaque & qui castris iam appropinquabant, pedem statim referentes, *Ducem secuti sunt, & priores firmato gressu antecedentes in orbem coierunt, mutuò sibi fidem dantes, non defecturos sese Imperatori.* Postridiè Camillus eduxit in aciem, hostes prælio fudit, fugientibusque instans, eodem impetu castra cepit; & reversus inde Romam cum ingenti præda. Alia quæ in hacjine dedicatione Iunonis Monetæ templi acciderunt; dicemus, 1. Iunij.

13 Anno abhinc 296. ut observat Briet. accidit procella, quæ ferè mersum totum imperium Romanum; cum esset discriminis causa, nimia felicitas, ut inquit L. Florus lib. 4. cap. 2. qui severo, minimè obliquo iudicio, refert totum articulum. *Iam penè toto orbe pacato; maius erat imperium Romanum, quam ullis viribus extingui posset.* Itaque invidens fortuna Principi Gentium, ipsum illum in exitium suum armavit Casaris furor atque Pompeij, totam denique qua patebat imperium, quodam quasi diluvio & inflammatione corripuit. Sic igitur Casare dignitatem comparare, Pompeio retinere cupientibus, omnibusque pariter potentia cupidis, de invadenda Republica facile convenit. Iam Pompeio suspecta Casaris opes, & Casari Pompeiana dignitas gravis. *Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem.* Hinc civile inter utrumque bellum,

& plusquam bellum; quippe commune. Origo, petitio Consulatus à Casare, cui respondit Senatus, quod veniret. & peteret mori Maiorum, ac remitteret exercitum; quod facere renuit, quo hostis Reipublicæ habitus ægrè tulit, statuitq; præmia armorum armis defendere; ut Consulatum quem per Senatû negabat Pompeius, acquireret gladius.

14 Sic habita consilia 7. Ianuarij, expectante Casare in Ravenna Senatus responsum. Vidit repulsam, de Reipublicæ iniurijs coram exercitu questus, petijt, ut eius dignitatem & auctoritatem ab inimicorum violentia defenderent; iterque direxit noctu in Rubiconem fluvium, dividentera Galliam ab Italia, quem orto Sole transivit hac die, ut observat Goltz. in Casar. pag. 44. Quid antea actum refert Sueton. in eo, à cap. 31. *Ad Rubiconem paullum constitit (ait) ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos, Etiam nunc, inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda sunt. Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximiâ magnitudine & formâ in proximo sedens repente apparuit, arundine canens: ad quem audiendum cum præter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos & anatores (idest, tubicines) raptâ ab uno tubâ, profluit ad flumen; & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Tunc Casar, Eat, inquit, quò Deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat. Iacta est alea: at ita traiecto exercitu, adhibitis tribunis plebis, qui pulsî supervenerant; pro concione fidem militum, flens ac veste à pectore discissâ, invocavit. Hic multa congerit Calaubon. Apian. 1. Civil. dixisse asserit: *Amici, hunc transitum si inhibuero, ve mibi: si transiero; ve universis mortalibus.* Totum articulum & orationem decantavit Petronius in Satyric. Carm. 19. à v. 167.*

— *Mea Roma noverca:*

Ite mei comites, & causam dicite ferro:

Namque omnes unum crimen vocat, omnibus una

Impendet clades. Reddenda est gratia vobis, Non solus vici: quare quia poena trophæis Imminet, & sordes meruit victoria nostra, Iudice fortuna cadat alea. Sumite bellum, Et tentate manus: certè mea causa peracta est.

Inter tot fortes armatus nescio vinci.

15 Duci adversus novercam patriam dicit Casar; eò quòd ad huiusmodi molimen plura invitaverant prodigia. *Palma in basi (statuaz) Casaris Dictatoris nata: circa bel-*

Pellex vestimenta à sacerdotibus Iunonis.

Ingenitum spiritum Fur. Camilli ægro corpore.

Ostenta gentem bellum in omen Casaris sanguina

Transit Rubiconem.

Latitè belli civilis inter Casarem & Pompeium.

Prodigia.

bel-

bella ciuilia eius. Victoriam, triumphosque portendit. Plin. 17. cap. 25. *Ante bella ciuilia inter Caesarem & Pompeium (inquit, Dio, lib. 41.) in ipsa urbe lupi & bubones frequentes extiterant, & terramotus cum mugitibus. Ignis ab occidua caeli parte in orientalem perlatus est. Alius cum alia aedificia, tum Quirini adem exusit. Sol totus deliquitum pertulit. Sceptrum Iouis, & galeaque Martis in Capitolio reposita, itemque in quibus leges extabant aerae columnae, de caelo facta sunt. Idem asserit Caesar Bulenger, de Prodigijs, cap. 35. de quo fusè Iul. Obsequens, cap. 31. 45. 48. & 127. Alijs ostentis praenunciata fuit Caesaris in conamine fortuna; statim ac militibus eloquenti oratione deprompta vota. Petron. d. à v. 177. succinit:*

Petron.

*Hec ubi personuit, de caelo Delphicus ales
Omina leta dedit, pepulitque meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte sinistra
Insolite voces flammâ sonare sequenti.
Ipse nitens Phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato praecinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus movit Masurtia signa
Caesar.*

Alia videtis apud Lucan. à v. 540. lib. 1. Plutarch. in *Pompeio*, Florum, Goltz & Sueton. loc. praecit. Aprè dictum bellum hoc civile plusquam bellum; quoniam eius reliquiae perfluerunt usque ad Augusti victoriam Aethiacam; de qua, 2. *Septembr.*

16 A principio belli Civilis retrò ann. 193. V. C. 512. iuxta Reufner. in *Diar.* & Goltz. in *Fest.* pag. 96. de Faliscis triumphavit A. Manlius Torquatus Atticus, qui cum collega, Q. Lutatius Cercone illos iubeat, excitato bello eò quòd Magistratum Romanum spreverit; ut dictum die 1. n. 13. Anno abhinc 28. prout placet Turfelino fuga Philippi filij Demetrii Gonatz, Regis Macedoniz. Plutarch. de *Dieb.* Poit. ciadem Cannensem misit ad Annibalem legatos pro foderet, quos interceptit Marc. Valer. Lavinus, classis Rom. Praefectus; qui providet consilio communicato Senatui, ne Philippus, imparatis Romanis in Italiam ad Annibalem transiret. Tunc Philippo Macedonum Regè bellum indictum est, qui ad Apolloniam aeterno praelio oppressus fugatusque, in Macedoniam cum propè inermi exercitu perfugit. Ad id bellum gerendum Valerius Prator missus est. Liv. lib. 24. à sect. 30. & Flor. lib. 2. cap. 7.

Philipp. IV.
Regi Macedoniae
indicitur bellum

17 Hoc in tempore praemissa multa prodigia, exitum belli indicantia, de quibus Bulenger. d. cap. 20. Liv. quòd dudum, sect. 31. ut solet, fusè refert. *Prodigia hoc anno*

(ait) multa nunciata sunt: quae quòd magis credebantur simplices ac religiosi homines; sed etiam plura nunciabantur. Lanuvij in aede intus Iunonis Sospite corvos nidum fecisse. In Apulia palmam viridem arfisse. Mantuae stagnum effusum Mincio anni cruentum visum. Calibus Creta, & Roma in foro Boario sanguine pluisse. In vico Istrico fontem sub terra tantà vi aquarum fluxisse, ut serias doliaque provoluta velut impetus torrentis tulerit. Taeta de caelo atrium publicum in Capitolio, eodem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamque viam, murum ac portam Gabijs. Iam alia vulgata miracula erant: hastam Martis Praeneste sua sponte promotam: bovem in Sicilia locutum (an dixit, Mus?) infantem in utero matris Marrucinis, Io triumphae, clamasse: ex muliere Spoleti virum factum: Adria Aram in caelo, speciemque hominum circum eam cum candida veste visas esse. Quin Roma quoque in ipsa urbe apum examen in foro visum; affirmantes quidam legiones armatas se in Ianiculo vidisse, concitaverunt civitatem ad arma. Qui tunc in Ianiculo erant, negarunt, quemquam ibi praeter assuetos collis eius cultores, apparuisse. Hec prodigia hostijs maioribus procurata sunt ex aruspicum responsu, & supplicatio omnibus Dijs, quorum pulvinaria Romae sint, indicta est. Adi Prolog. Galeat. §. 7. Profectò Livius in huiusmodi frivolis turilibus cogitationibus, seu diabolicis tricis, universam prodigiorum materiam designavit; in quorum descriptione ita studiosè laborarunt Obsequens & Bulengerus.

18 Roma in articuli ambiguitate Praetorem Marc. Valerium in Consularem elegit à quo Philippus male acceptus est: ex Urbe Epiri Orico, Macedonas expulit. Legati quoque Apollinates tunc accessere, rogantes auxilium aduersum Philippum, urbem suam obsidentem. Naevius Crispus missus à Valerio, mille viros per occultos impervios tramites in urbem validè induxit: qui die sequenti in Philippum incautum erumpentes, eum tantum non cepere vivum: supervenienteque cura classe Valerio, Philippus est obsessus in portu. Unde Rex inceniis navibus cum egente ac spoliato famelico exercitu, pedestri itinere repetijt Macedoniam; intelligeas ex conflictu necdum Annibalem Romanos obtivisse. Briet. in *Chronolog.* ann. 540. sequens Salian. Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 4. cap. 2. & 6. Flor. ubi supr. *Bis* (ait) *victus, bis fugatus, bis exatus à castris. Romanis introisse, victoria fuit.*

19 Apud Berothos sacra Agronia. Meurs. in *Grac. feriat.* & Castellan. de *Fest.* Erant

Prodigia in
eius exitis,
& victoriam
Romanorum.

Victoria M.
Valerij L.
vini de Phi-
lipp.

Agronia sa-
cra.

Festa rusticorum. *Lexic. Græc.* Dicata Pani, seu Fauno, qui Græcè *Agroteron Theos*: idest, Deus rusticorum. Hygin. *fabul.* 274. Aufon. *Edyl.* 3. v. 174. Simonid. lib. 4. *Antolog.* cap. 12. Epigram. 84. Herodot. lib. 2. num. 14. Cicer. 3. de *Natur. Deor.* & Rosin. lib. 3. cap. 2. ibique Dempster. Agebantur choreis & fistulis per ignemque saltabant agrestes. In hoc festo erat aliud institutione Bacchi, quo simul & hic fugiebat fœminas inquirentes, quasi in Orgijs; & fœminæ fugiebant Bacchi sacerdotem digladiantem, qui die illo interficere impune quibat quamlibet obviam beneferiatam. Origo huiusce festi à quibusdam Bœotis fœminis, quæ flagrantes carniū humanarum cupidine, liberos teneros in sortem quasi porcellos dederunt, quarum ob nefas è templo Bacchi in Agronijs expulsæ. Castellan. d. Refert etiam Plutarch. *Græcar.* qq. 37. Apud Bœotos natas Minyi, Leucippen, Arfinoen & Alcatboen mente commotas, flagrasse dicunt carniū humanarum cupiditate, ac liberos suos in sortem dedisse. Cum evenisset Leucippes fors, sororum viros vocavit, qui scientes flagitium, lugubri veste ex mœore & luctu usi sunt. Et uxores fugientes bacillis interemerunt. Ad hanc usque memoriam alternis annis fit in festo, quod Agronia dicitur, earum fuga & insectatio à Liberi-Patris sacerdote, qui ensē tenet; ac ius est occupatam interficere; interfecitque nostrā atate sacerdos Zoilus: quæ quidem res parū feliciter cessit. Ex levi ulcuscule in agritudinem incidit, marcescensque perdiū, tandem expiravit. Cives publicis iudicij iniuriā & pœnis afflicti, sacerdotium transfulerunt; atque ex omnibus designant optimum. Hæc fuga mulierum. Idem Bacchi fugam describit, in *Sympos.* lib. 8. quæst. 1. Nugari (inquit) nihil est, quàm sermonem usurpare vanum & futilem. Loquacitatis incondita est, quando in vinum incidit. Non insecitè igitur apud nos in festis Agronijs mulieres Bacchum ut fugitivam requirunt. Inde desistunt, dicuntque eum ad Musas refugisse atque delitescere apud illas. Optima & ad mores mythologia.

Vide pridè & 9. *Februarij*. 30. licet eiusmodi hospitium signetur in Protei antecessore, *Tbule*, seu *Tbuore* à Kircher. Tom. 1. *Oedip.* Syntagm. 1. cap. 10. Dynast. 19. de quo dic. 24. n. 25. Hunc Regem in varias figuras semutare finxit Græcia, ut diximus loc. cit. & dicitur *Isagog.* Jun. n. 6. Ovid. 1. *Fastor.* v. 373. Propert. 4. *Eleg.* 2. & Pier. Valer. 4. r. cap. 19. Causa indicatur à Diodor. Sicul. *Aegyptijs enim Principibus* (inquit, 1. *Biblioth.* n. 39.) *leonum, taurorum & draconum factes, ut regie potestatis insignia; & nunc arbores, nunc ignem, quandoque etiam suffimentorum non pauca fragrantium, in vertice gestare, mos erat: simul ut bis decorè se exornarent; simul ut stuporem alijs & superstitionem intjcerent.* Hæc origo ad metamorphosum.

Cur dicitur
mutato
guar?

DIES V. MARTIJ.

G Radus 15. *Piscum*, in quo cæsus Mercurij: Clavius. Sub illo nati, per terrarum deserta vagabuntur, vel per incognita maria; iuxta sententiam Firmici. *Cancer oritur. Vindemiator emergit.* Plin. De *Cancro*, fusè *Isagog.* Jun. à n. 24 & *Iul.* n. 23. Ad Hygin. de *Signis cœlestib.* n. 22. & Germanic. Cæsar in *Arati Phœnom.* n. 9. De *Vindemiatore*, agendum, *Isag.* August. n. 12. Ovid. v. 395.

III. N

Cum croceis rorare genis Tritonia sonus Cæperit, & quinta tempora lucis agat; Sive est *Arctophylax*, sive est piger ille Bootes, Mergetur, visus effugiet te tuos. At non effugiet Vindemiator, &c.

Orion

Multa hic Anton. Constant. & Paul. Marfus; *Arcturus interdū emergit*, Ptolom. *Humerus Equi Pegasi vesperè occidit.* Iunstin. *K. A. Vir evaginato cultero.* Sphær. Arab.

Forfitan in hunc usque diem reditus *Exploratorum ex Iericho.* Serar. in *Iosue*, 6. quæst. 31. plures astruit causas, 1. p. cap. 2. quæst. 5. Ipsa enim Rahab dicit illis, priusquam è muro demittat per funem, ibid. v. 16. *Ad montana conscendite; ne fortè occurrant vobis revertentes: ibique latitate*

Reverso Exploratorum à Iericho.

tribus diebus, donec redeant. Si primo Nilan missi, in cuius nocte demissi, & per tres dies latuerunt; haud ægrè cogitatur in hoc die in castrā Exploratores redijisse. Verum die 4. reversos, communis sententia tenet. Hodie profectò oblatio Samaliëlis (ante quadragesimum annum, secundum ab exitu ex Ægypto) Principis filiorum Simeon in erectione ac dedicatione Tabernaculi, eisdem donis, quibus reliqui tribuum Prin-

Fuga Bacchi à fœminis, & hanc fugam à sacerdote Bacchi.

Sætra Præter

20 Post festum Herculis Canopici in Ægypto facta celebrabantur Protei, ut pridè vidimus, n. 31. Græci dicunt *Proteum*, Ægyptij *Ceten*, de quo Herodot. 2. n. 32. *Cuius apud Memphis (ait) visitur sanum, decorum sanè ac valdè adornatum ad adem Vulcani positum; circumquaque Phœnicibus Tyrijs habitantibus, quj locus Castra Tyrorum appellatur. In hoc fano est ades Veneris Hospitiæ, quæ Heleno; apud illum diversata,*

Septima Ægypto plaga.

Principes. Numer. 7. à 36. Ante egressum ab Ægypto per Moysen regioni septima inflicta plaga; nimirum mirabilis grandinis (ut patet, Sapiens. 16. à 17. & 19. à 19.) qua plus ignis valebat, aqua oblita virtutis. Exod. 9. à 23. Bonfr. & Leonard. Marius, hic, cum Pererio, Dissput. 12. ex Iosepho, 2. Antiq. cap. 5.

Gedeon milites ordinat

3 Post 225. annos iuxta Salian. & Torriell. Gedeon exercitum ordinat in certamen adversus Madianitas & reliquos populos Orientales; suosque iubet congregari ad fontem Arad. Raschi. Vide diem 13. n. 3. Dicitur etiam fuit *Fons terroris & vaporis* à Septuagint. vel quia visis castris Philisthijm (ut dicitur, 1. Reg. 28. 5.) *Saul timuit & expavit cor eius nimis*; vel propter pavorem totum à Madianitis in eodem prius loco, cum illuc adventasset Gedeon. Serar. in *Iudic. 7.* quæst. 1. Nos arbitramur dictum fontem pavoris (à Sepruag. *Charod.*) quia ibi valere iussit Gedeon, quos preoccupaverat ex hostium multitudine in classicum timor.

Fons Arad.

Unde subditur v. 3. *Qui formidolosus & timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reversi sunt de populo viginti duo millia virorum.* Occurrit in periodo nodus implexus. Galaad mons, unde venerat, est ultra Iordanem: fons Arad in Manasse, cis Iordanem. Quomodo ergo in Galaad, inde unde venerant, ibi stantes, recesserunt? Præter exposita Tom. 4. T. 11. n. 6. dico, duos fuisse montes Galaad. Alterum in Eoa, seu Orientali regione versus Euphratem in tribu Gad, de quo sæpe in Biblijs sacr. Alium in tribu Manasse in occidua parte; de illo *Cantic. 4. 1. & 6. 4.* Abulens. hic, *quæst. 6.* inquit: *Mons Galaad hic, mons parvus ad occidentem partem Iordanis circa urbem Iezrael.* Unde textus genuinus sensus; de monte Galaad, qui in tribu Manasse, reversi sunt viginti duo millia virorum, qui in pugnam venerant de monte Galaad, ultra Iordanem in tribu Gad. In divisione montium Gelboe, est mons Galaad, ad cuius radicem Fons Arad.

Mors Ananias Fanaticus.

4 Anno abhinc 1672. calculo Brietij, iuxta sententiam Alapid. in *Ierem. 28. 1. & 16.* assignatur mors Ananij pseudopphetæ, de qua 6. *Septembr. n. 7.* Fallitur, quia illud annum arbitratur Sabbaticum, incipientem à Septembri, & non à Nisan. Beyerlinck hac die signat Bacchanalia Iudæorum. Aberrat crebrò, & ad lubitum somniat vigil. Vide, 1. *Septembr. n. 4.*

5 Haud quiescere valebat Antiochus Epiphanes intra Syriam, surrepto nepoti Demetrio regno; ambiebatque varijs coloribus Ægyptum; quippe illinc primà expeditione reversus, opimis spolijs onustus, ut dicemus 30. *Iun. à n. 2.* & prænuñciavit Daniël, 11. à v. 29. Propositum expeditionum, et si ille vaser simularct, signatur, 1. *Machab. 1. 17. Ut regnaret super duo regna.* Nonnullis placet, restitutionis Ptolomei Philometoris è regno expulsi à civibus, ac fratre, prætextu ductum; igitur apud se habebat Philometorem: de quo loc. cit. Cognita ergo avunculi Antiochi intentione perfida à Ptolomæis; Philometor cum fratre & sorore pacem firmat, & omnes uno animo Romam legatos mittunt, auxilia petunt, fidem societatis implorantes; motusque est Senatus precibus fratrum, quorum tres legati Idibus Martij in Senatu auditi sunt; auxiliumque decretum, & quamprimum, ut Antiochus arceretur. Livius, *lib. 44.* & Iustin. *lib. 34.* Ille rescivit, & ne querimonijs fratrum, moveretur Senatus; misit Romano exercitui haud contemnenda auxilia adversus Persecum, Macedoniæ Regem.

6 Verum à primo proposito non resistit. *Ptolomeorum concordia* (subdit Tit. Livius, *lib. 45.*) adeo est offensus; ut multò acrius infestiusque adversus duos, quàm antè adversus unum, pararet bellum. Briet. *ann. 3883.* refert, ad Antiochum legatos primum pro pace Ptolomeos misisse, qui re infecta Romam brevi pervenerunt: quibus auditis, ad coercionem ambitus Antiochi, cum alijs designatus est legatus C. Popilius Lenas, qui Epiphanen iuberet abstinere ab Ægypto; aut si iam incessisset, illicò excedere. Iustin. *lib. 34.* Popilius ergo tantum ad iter ita subito sese paravit; ut intra triduum cum alijs legatis Romam excesserit: verum legatio bello Macedonico ita detenta; ut non nisi post annum & aliquot menses, fortiretur effectum, & post devictum primo Persecum à Consule Licinio Crasso. Tit. Liv. *lib. 44.* Risit Antiochus legationem, quippe illi visum, antequam Romam pervenirent, Alexandriam sub eius potestate futuram. Quapropter ex varijs nationibus super Syros, Phœnicos, & aliquot Iudæos, exercitum conduxit formidabilem, ac Ægyptum invasit, uti videbimus, 15. *April. à n. 4.*

Dénus Antioch. Epiphanes conatur Ægyptum invadere.

Exercitus conduxit.

7 Antequam Ægyptum secundò invaderet, super Ierusalem visa sunt meteorologica horribilia portenta, futuri mali prænuñcia, ut dicitur 2. *Machab. 5. à 1.* *Eodem tempore Antiochus secundam profectioem paravit in Ægyptum. Contigit autem per universam Ierosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aëra, Equites discurrentes, auratas stolas, & hastas quasi coherentes.*

Tunc apparuerunt Ierosolymis meteoræ formæ dolose.

tes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum iactus, & aurcorum armorum splendorem, omnisque generis loricearum. Quapropter omnes rogabant, in bonum monstra converti. Hoc est, ut à civitate averteret Deus infelicitatis omen, & converteret in Gentes, quæ eum non noverunt: siquidem huiusmodi metæora frequenter alicuius calamitatis erant prognostica (de quibus sæpe agemus in opere, præut occurrerit) ut accinit Tibull. lib. 2. Eleg. 5. à v. 71. Lucan. 1. Pharsal. à v. 525. & 635. Virgil. 3. Aeneid. à v. 36. & Ovid. 15. Metamorph. fab. 51.

Signa tamen iactus dant baud incerta futuri. Arma ferunt, inter nigras crepitantia nubes, Terribilesque tuhas, auditaque cornua celo; Præmonuisse nefas. Solis quoque tristis imago Lurida sollicitis præbebat lumina terris.

Sæpe faces visa medijs ardere sub Astris, &c. Multi ex civibus duri aliquid in meteoro cogitarunt adversus Epiphaneum, bellum apparentem adversus Ægyptios, quasi in illo casurum; ut fecit Iason Simoniacus è Sacerdotio per Antiochum depositus, uti dicitur 15. April. cit. à n. 5. & 2. Septembr. num. 14.

8 Die quinta Martij, sexagesimà à baptisinate, ut observat Epiphani. Hæres. 51. vocatus Iesus ad nuptias in Cana Galilææ; primum patravit miraculum, in vinum aquæ conversione, ante Pascha primum, & mox descendit in Capharnaum. Ex Ioann. 2. à 1. Alapid. in Chronot. n. 12. Adrichom. ann. Christ. 30. Die sextà mensis factum miraculum, asserit Baron. Ann. 30. num. 32. Dicitur, die quintà Iesum ad nuptias vocatum fuisse; & sequenti miraculum patrasse. Vide dicta 6. Ianuar. à n. 16. Reufner. ann. Christi 33. exponit, hodie discipulorum gaudium de subiectione demoniorum in Iesu nomine; ex Luc. 10. à 17. Instante ultimo Paschate, à Domino discipulis prædicatur passio eius & mors crucis, venientibus à civitate Ephrem versus Ierosolymam. Alapid. d. num. 57.

9 Romæ, ann. V. C. 251. obiit P. Valerius Poplicola, collega Iunij Bruti, primi Consulis. Plutarch. de Diebus: sic ergo dictus, propter additionem in populi Romani obsequia, cum expulsis Regibus, libertatem per ipsum recuperasset. Itaque Collatino substitutus Valerius Publicola (inquit L. Florus, 1. cap. 9.) ex summo studio amicus est augendam liberi populi maiestatem: nam & fasces ei pro concione summisit, & ius:

provocationis adversus ipsos dedit: & ne spele arcis offenderet, eminentes ades suas (erant in fummitate Veliæ, editissima parte Palatini montis) in plana summisit. Livius fusc. lib. 2. à sect. 20. Halicarnass. 5. Antiq. à n. 18. & Plutarch. in eo. Res populi pluris duxit, quam suas: laborante enim peste, ut subveniret, fecit pro civibus, quod olim pro filijs ægris, in ara Ditis Parris & Proserpinæ, quæ sub terra ad ripam Tiberis, Valefius vir nobilis & ditissimus perfecerat; de quo die 10. n. 12. Hinc Valer. Maxim. 2. sap. 4. n. 5. ait: Cuius exemplum Valerius Poplicola, qui primus Consul fuit, studio succurrendi civibus, secutus; apud eandem aram publicè nuncupatis votis, casisque atris bubus, Diti maribus, fœminis Proserpinæ, lethifernoque, ac ludis trinoctio factis; aram terrâ, ut antè fuerat, obruit.

10 Copiosè apud AA. de eius modestia narratur, ac æmulabili moderatione usque in mortem. Sufficeret (se respiciens, nequam quam habebat in ampliore, titillan-tem muneris maiestatem) quod civium suspitioni respondit: Adde est fundata leviter fides; ut ubi sim, quam qui sim, magis referat? Liv. d. qui ibid. sect. 50. subdit: P. Valerius, omnium consensu princeps belli pacisque artibus, moritur gloriâ ingenti: copijs familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. De publico est elatus. Luxere Matrona ut Brutum. Insignia quidem nonnunquam perpetravit erga Urbem: at nihil præclarius, quam quòd tot confectis bellis, tot victorijs, tantisque triumphis, non sua sed alienâ pecuniâ tumulatus fuerit, & obierit pauperrimus, qui tam multos locupletaverat. Cicer. 4. Academ. & Ammian. Marcell. lib. 14. Valerius Poplicola morbo periit (subdit Halicarnass. d. à n. 37.) vir suo seculo præstantissimus Romanorum habitus in omnî virtutum genere. Ergo tantus ille vir, qui cum tribus alijs Patricijs Reges expulit, eorûque bona concessit populo, quater Consul, & victor duobus bellis maximis, utroque triumphum meritus, primo de Etruscis, de Sabinis iterùm, cum tot habuisset parandæ pecuniæ occasiones iustas & honestas omnium iudicio; non est captus à domitrice omnium, atque corruptrice avaritiâ: sed contentus parvo patrimonio, temperantem, frugalem, nullisque obnoxiam cupiditatibus vitam exegit, & in tam exigua re familiari liberos educavit, dignos tali genere; satisque declaravit omnibus. Cuius eximia perpetuaque frugalitatis certissimam fidem facit inopia, quæ post eius obitum apparuit; quando ne tantum quidem reliquit, quantum talis viri

Ara Ditis
Parris &
Proserpinæ.

Urbis, non
suis commo-
dis in regi-
mine ductus

Mortuus
non reliquit
quod satis
ad funus.

funeri, & sepultura sufficeret. A cognatis miserè, velut unus è vulgo extra urbem ustulandus, humandusque, nisi Senatus miseratus eius egestatem, in sepulturam decrevisset impensas ex ærario; locumque rogo & sepulchro intra urbem prope forum: qui honor huic soli ex illustribus ad hanc diem contigit. Quasi sacrarium gentis patet ad sepulturam eius posteris, res omnibus opibus & regnis potior, si quis honestate felicitatem metiatur, non voluptatibus. Ita Valerius Poplicola, non aliter quàm aliquis opulentus Rex, magnificè à populo funeratus est. Matrona quoque universa ex composito, eum sicut prius Iunium Brutum, deposito auro & purpura, per integrum annum luxerunt. Idem dicunt Plutarch. in eo, Dion, lib. 5. & Valer. Maxim. 4. cap. 4. n. 1. inquit: Abundè enim patet, quid vivus possederit, cui mortuo lectus funebris & rogas defuit.

11 Astipulatur Cornel. Nepos, de Viris illustr. n. 15. & hic Andr. Schottus. In Velia foro tumulatus est, à quo situ descendit, ut diximus, & in planitie ædes erexit, loco signato ob eius honorem sepulchrorum posterorum, seu Valeriae gentis. Huc enim tantum deferebantur Valeriorum cadavera, quibus admota fax, sed statim retracta, ut possent humari, cum aliorum iuxta Romanas leges comburerentur. Turfell. ann. V. C. cit. Plutarchusque quòd supr. morem designat. Sepultus est ipse (infit) intra Urbem apud Veliam: isque sepulchre honor toti eius genti concessus est. Sed nunc eorum quidem nemo ibi humatur, funus tantum eò ducitur, feretroque deposito ibi, facem aliquis accensam accipiens, ut primum subiecit, mox aufert; ostendens licere quidem hoc in loco eum terra mandare, se tamen eum honorem ultrò dimittere: eoque factò mortuus inde aufertur. Aliter præcis temporibus, necdum efformatis legibus 12. Tabularum.

12 Anno abhinc 178. iuxta supputationem Briet. & V. C. 429. ægrotante Fur. Camillo, in bellum Samniticum Dictator dictus est L. Papyrius Cursor, de quibus sæpe triumphum egit. Goltz in Fast. pag. 61. & Elias Reufner. in Diar. De triumphis actum, 13. Februar. n. 22. & 27. n. 12. agendumque 23. August. Hic dies Romæ factus, quia in illo plurimum Imperatorum nobilissimus triumphus. Abhinc ann. 51. V. C. 470. de Etruscis Gallisque triumphavit C. Fabricius Luscinus. Goltz. d. pag. 77. Causa triumphi, liberasse Thurios ab obsidione Samnitum ac Lucanorum, quos magnis cladibus affecit; semper plaufum eius nomen & propter animi magnitudinem, &

amorem in divitem paupertatem. Paupertas eluxit spretis muneribus auroque Samnitico, ac oblato à Pyrrho Epirotarum Rege: quapropter cum postridiè Rex à tergo misisset maximum elephantum barrierentem; ridens dixit: Nec aurum beri, nec hodie bellua me fecit attonitum. Plutarch. in Apophth. Rom. & Erasmi. lib. 5. n. 12. in eo. In C. Fabricij & Q. Æmilij Papi (ait Valer. Maxim. 4. cap. 4. n. 3.) Principum sæculi sui domibus argentum fuisse confitear, oportet. Uterque enim patellam Deorum, & salinum habuit: sed eo lautior Fabricius; quòd patellam suam corneo pediculo sustentari voluit. Papius quoque satis animosè, qui cum hereditatis nomine accepisset; religionis causà abalienanda non putavit. Eadem Cicer. in Lælio. Plin. 33. cap. 12. Flor. lib. 1. cap. 16. & Augustin. 5. Civ. cap. 18. Vide 28. Februar. n. 16. Hæc & alia comprehendit præfat. Valer. Maxim. d. cap. 3. à n. 5.

13 Magnitudinem autem animi ostendit Fabricius, dum hostem populi Romani voluit vincere armis, & non perfidiis dolis. Cum Pyrrhus Rex in Italia esset (inquit Aul. Gell. 3. cap. 8.) Tunc Ambraciensis quispiam Timochares (Regis medicus dicitur à Cicer. 3. Officior. Floro, d. & Cornel. Nepot. n. 35.) Pyrrhi amicus, ad Caium Fabricium Coss. furtim venit, ac premium petivit: & si de premio conveniret; promissit Regem venenis necare: idque facile esse factu, dixit; quoniam filij sui pocula in convivio Regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum scripsit. Senatus ad Regem legatos misit, mandavitque ut de Timachare nihil proderent; sed monerent uti Rex circumspicius ageret, ac à proximorum insidijs salutem tutaretur. Idem apud Liv. 39. sect. 51. Frontin. 4. Stratag. cap. 4. Unde Claudian. de Bell. Gildonic. à v. 171.

— Conviva perit. Mors nulla refugit

Artificem, varios succos, spumasque requirit Claudian. Serpentum virides, &c.

Aptius de huiusmodi nobilissima actione triumphum meritus Fabricius, quàm propter victorias præfatas, etsi dicat Plin. ubi supr. Fabricius obsidione liberato exercitu à Thurinis statua donatur.

14 Eodem die ab hocine triumpho, ann. 52. V. C. 522. in monte Albano de Corsis primus potitus est Ovatione C. Papyrius Maso. Reufner. in Diar. Anno præcedenti qui Coss. à Sardis opimam prædam abstulerunt, & in Corsicam deportarunt, ubi ab eis crepta; qua de causa tam spoliati Sardi, quàm vindices Corsici à novis Coss. C. Papyrio Masone & Marc. Pomponio

Ex ærario tumulatur, & intra urbem, quod soli concessum.

Sepulchrum Valeriae gentis.

Quo ritu funus.

Papyrius Cursor Dictator.

Triumphus Fabricij Luscinii.

Eius divos paupertas & magnanimitas.

Mors Pyrrhi hostis de paratis insidijs.

Claudian. Serpentum virides, &c.

Hi dicat triumphum.

Ovatio Papyrii Masone.

Mathone sunt bello appetiti, victique prædones. Papyrius cum à Patribus ei Romæ triumphus negaretur; in monte Albano triumphavit, qui triumphus dicebatur Ovatio, quoniam in illo victima ovis, sicut in Capitolino taurus. Vid. *Prolog. Galeat. S. 6. n. 1.* Papyrius, quia in campis myrteis victoria parta, non ex lauro, sed ex myrto in Ovatione coronam confecit; ab illoque sumpta forma per ovantes deinceps. Ovatio semper suspecta, quippe ferè usurpata, ut ambitiosi animi nota, non rei bene gestæ tessera; etenim ad summum, minoris auctoritatis atque honoris argumentum. Papyrius verò victoriam atque ovationem tantum habuit; ut in cunctis spectaculis cum myrtea corona federit. Salian. & Briet.

15 Hos insignes triumphos secutus est, ann. V. C. 528. L. Æmilij Papi. Panvin. & Goltz. d. pag. 103. Prælecti in Cos. sunt ille & C. Atilius Regulus, dum Prætor cum exercitu Etruriæ castra locarat, in quam irrupere Galli Insubres. Primo impetu Prætoris fusus exercitus, ita ut sex millia Romanorum iacerent cæsi, ac reliqui obiecti in colle. Supervenerunt Cos. cum quibus vultum retorfit fortuna, quanvis in pugna cecidit Atilius. Galli inflati anteacta victoriâ nudos se obtulerunt Romanorum villis, devictique sunt: igitur cæsi quadraginta millia, capti plures decem milibus; inter quos ipse Rex Concolitanus; & socius regni Averuestes, fugiens in locum cum suis necessarijs se interemit. Tunc Papus irruit in Boiorum agrum, unde prædâ divitem reduxit exercitum, præclarumque triumphum de Gallis obtinuit. Liv. lib. 20. ex quo Turfelin. ann. cit. Brietiusque addit milites Romanos, qui recesserant in collem thoracas in Capitolio posuisse. Alij Gallos victos qui de victoria iuraverant.

16 Post Papi triumphum ann. 37. de Gallis Asiaticis triumphavit Cn. Manlius Vulso. Iidem qui supr. cum Goltz. pag. 123. Electus fuit in Consulatum cum M. Fulvio Nobiliore. Vulsoni contigit Asia, ubi tunc erant Galatæ seu Gallogræci sub diversis Ducibus sive Regulis, qui visis Manlij copijs, refugerunt in montes Olympum & Taganam: verum hic sagittis & iaculis confixi, tandem fugati sunt, eorum cæde incredibili factâ, captis quadraginta millibus. Unus è Regulis Tectofages pacem simulans, ex insidijs Romanos adorfus, parùm affuit ad cladem Romanorum: universos profectò trucidasset; ni Tribuni subvenirent. Tunc ergo Gallogræci oppugnantur

in monte, deturbantur, funduntur, capiuntur, fugiuntque qui potuerant, trans Halym flumen. De captis refert Florus, ubi intrâ: *Alligati miraculo quodam fuere; cum catenas moribus & ore tentassent, cum offocandas invicem fauces præbuisent. Hi ex illis, qui cum Brenno Duce vastaverant Græciam, & mox Orientem secuti in media Asia parte federunt.* Manlius ordinatis in Asia rebus, paceque pactâ cum Antiocho Magno, incensa seu potiùs concisâ Regis classe, dolo malo; Romam iter direxit, sed Thraces impedimenta Manlij & Legatorum adorientes, cum prædâ noctu recesserunt. Redux ergo petit triumphum, cui repugnant legatis tum quia inconsulto Senatu bellum intulisset Gallogræcis: cum quia impedimenta amisisset in Thracia: sed obtinuit licet ægrè. Tit. Liv. fusè, lib. 38. à sect. 42.

17 Etsi ambitione triumphum bellum confecit, iuris iustitiæque studiosus eluxit. Post victoriam de Tectofage, Ancyram Vulso venit, ubi uxor Reguli cuiusdam passiva à Centurione; dum se redimit, quod servi detulerant, stupratorem ab ijs occidit iussit, eiusque caput ad maritum detulit; quod quidem summè gratum Manlio Vulsoni. idem ibid. *Gallogræcis victis, qui adhaeserant Antiocho (inquit Cornel. Nepos & Æmil. Prob. n. 55.) inter captivos uxor Regis Orgiagontis Centurioni cuidam in custodia data: à quo vi stuprata, de iniuriâ tacuit: sed post impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit.* Florus lib. 2. cap. 11. Illam, ait, in vindictam Centurionis evasisse custodiam, atque suis vocatis, obtinuisse vindictam. Piutarch. in *Claris mulierib.* n. 20. *Qua tempestate Romanorum Lux Cn. Manlius in Asia (ait) fudit Gallogræcos, Chiomara Orgiagontis coniux, forte inter reliquas mulieres capta fuit. Ordinum ductor quæ eam ceperat, fortunâ usus militari animo jupprum ei obtulit. Hic cum & libidinis & avaritia proiecta esset atque impotentis, cupiditate tamen pecunia victus; magno auri pondere pactus est de muliere liberanda, quam ad certum locum duxit, pretio accepto eam dimissurus. Gallogræci flumen, quod eos dirimebat, transierunt, auroque dato Chiomaram acceperunt. Illa uni innuit, ut amplexantem se & osculantem Romanum feriret: qui cum parens caput eius præcidisset; sublatum illa sinu illud involvit aufugitque. Ut ad virum venit, caput ante pedes eius abiicit: qui cum mirabundus diceret: Præclara res mulier fides est. Sanè quidem, inquit, sed præclarior, unum tantum qui copiam*

Ualde or
quare ovationem

Triumphus
Æmilij Papi

Cn. Manlij
Vulsonis.

Facinus illustre Chiomara Regi-
na.

piam mei habuerit, vivere. Idem Valer. Maxim. 6. cap. 1. Extern. n. 2. & Liv. d. sect. 65.

Summus Pontificatus in Cesare & Augusto.

18 Hac etiam die signatur à Smetio in *Glossemat. Fastor.* ex Cn. Flavio C. Iul. Cæsarem contra Patricios potentiores Catulum & Metellum, suffragijs tribuum, quas auro corruperat, furrupuisse Summum Pontificatum. Alij Octavianum, fato functo M. Lepido, sibi in perpetuum Pontificatum assumpsisse. Agemus postridiè à n. 25. præut signat Ovidius in *Fast.* Inter Romanos quæ hodie *navigium Isidis celebratum*, refert Elias Reusner. ex *Veter. Kalend. Rom.* At quia Ægyptiorum propria solemnitas, agemus infra, num. 22.

Sæcra Cereris Erinnydot.

Imago & statua.

Nemesis.

19 Inter Arcades festum Cereris Erinnydis. *Kal. Græc.* Ei dictum templum, in quo statua novem pedum procerà, habens dextrâ facem, sinistrâ cistam: dictaque *Erinnyis*, quasi furens & cuncta conturbans adinstar Ates; quapropter cum illa etiam *Furiarum* imagines, vocatæ simul Erinnes. Plutarch. de *Sera Numinis vindictæ*, qui unam tantum Erinnyem cognovit, quæ *Adrastia*, seu *Nemesis* dicta, filia Iovis & Necessitatis, vindex & scelerum ministra, quæ omnes animas huc illuc cursitantes & tegiverfantes comprehenderet, ad supplicium raperet, & in æternas inauditas profundissimasque tenebras demergeret. Natal. Comes, 3. *Mytholog.* cap. 10. & Gyrard. *Syntagm.* 14. n. 12. de quo Claudian. de 6. *Consulat. Honor.* à v. 5. & Lucan. 5. *Pharsal.* v. 393.

Lucan.

Et non admissa dirimit suffragia plebis, Decantatque tribus, & vana versat in urna. Plura dicemus, cum de *Nemese* loquamur. Iuxta gesta idem Numen habebat diversa nomina. Ubi perturbatio nullusque rationis ordo, sine quo furor, *Erinnyis* dicitur. Sine regimine discretionis semper regnat Erinnyis, in discordiam cuncta volvens. *Tenet auratum limen Erinnyis*: accinit Senec. in *Hercul. Octæo.* v. 609. & in *Thyeste,* à v. 248.

Senec.

Discede pietas, dira Furiarum cohors, Discorsque Erinnyis veniat & geminas faces Megara quatiens. Non satis magno meum Ardet furore pectus. Impleri iuvat Maiore monstro.

Furia cum Erinnyde.

Natalis Orestis.

Hæ simul cum Cerere Erinnyde colebantur. In harum festo natus Orestes, qui ab illa percitus, in omen malum cogitato natali. Photius in *Biblioth.* ut asserit Bulenger, de *Ominib.* cap. 1. ait: *Orestes exiit in lucem in die festo Cereris, cognomento Furia; & Furijs ætus est.*

20 Furiarum in inferno situs, in horrorem habitus; & tamen placuit Menedemo, atque Menippo Cynicis, deridiculis

cunctis, quippe gloriabantur esse, dici, ac videri furiosè dæmones. De hoc Suidas: *Insanâ captus, se inferorum ministrum esse, dicitabat; seque huc ab inferis Deis allegatum, ut hominum facta exploraret, atque ad ipsos de cunctis referret, Furiarum habitum nempè, veste nigrâ, ad talos usque demissâ, non admodum latâ; fasciâ incinctus, & pileum gestans; in quo duodecim Zodiaci signa erant expressa, tragico coturno, cum baculo fraxineo, atque proluxâ barba.* Speciosa profectò figura! Adi Strab. 4. n. 15. & Chartar. de *Imagin. Deor.* in *Pluton.* pag. 195. De illo, Diogen. Laert. de *Vit.* & morib. *Philosoph.* lib. 6. *In tantum superstitionis venerat (inquit) ut sumpto habitu Furie, circumiret, dicens speculatorem se ex inferno venisse ijs qui peccarent; ut descendens hæc ibi demonibus renunciaret. Vestis, pulla tunica, talaris, adstriçta puniceo baltheo, cum pileo Arcadico, habente intexta duodecim elementa. Illius coturni tragici, proluxâ barbâ, atque fraxinâ virgâ.* Creperum, quis à quo mutuavit ornatum, vel avidè fuxit delirium. Totum in speciem Cereris Erinnydis. Vide Hefychium illustratum de *Clarissis viris erudition.* liter. M.

Menippi-insania.

Et Menedæmi.

21 *Hinc factum (insit Chartar. d. à pag. 156.) ut Ceres Nigra appellaretur propter vestem nigram (quia filia evanuerat, recesserat in specum, gravi luctu, ex quo furiosa) in cuius memoriam Pbilgalenses dicunt, antrum illud cum simulacro Deæ dedicasse. Simulacrum ita fabricasse; ut saxo insideret muliebri figurâ, præter caput, quod equinum, atque ad eò cum iuba esset, serpentibus & alijs feris ad caput alludentibus; reliquo corpore ad imos pedes tunicâ velato, alterâ manu Delphinem, columbam alterâ præferente.*

Ceres Nigra:

Imago.

Sumptum ex Pausania, cap. 257. & 271. qui cap. 240. refert hoc simulacrum *Nigræ Cereris ac Erinnydis* igne fuisse correptum. Siccine huius imaginem etiam indicat Rhodigin. 15. cap. 31. & Pier. Valer. 4. cap. 30. qui Cererem furentem, Erinnyem arbitratur Venerem; expressam per Columban. & Delphinem. Ibi etiam exponit insignia huius imaginis in mythologiam orbis. Videtis. His monilibus ornata Erinnydos imago dicebatur simul *Ceres Lusfa*, vel *Lyssa*. Gyrard. d. n. 13. & Pausan. quò dudum. Erat una Parcarum, ut signat Euripid. in *Hercul. furent.* à v. 200. *Lyssa* est idem ac rabies. *Erinnyis* dicta, quia furens præ lascivia: *Lusfa* vel *Lyssa*, quia iam flumine abluta ab impuritate; tuncque rabie percita ut furia; Pelsimè lota, quia lota magis impura. Quapropter Chartar. d. pag. 197. *Iussu Iæconis*

Erinnydos Venerem.

DiBa Lusfa & Lyssa.

Imago.

(inquit) *Lyffam adducit, quæ Herculi furor-
rem ac rabiem injiceret: hæc centum serpen-
tum capitibus sbllantibus caput incinctum
habebat, manu verò stimulum gestabat.*

Navigium
Isidis.

22 Inter Ægyptios, quod etiam Ro-
mam invexere, festum *Navigij Isidis*, signat
Reufner. uti præmissimus, n. 18. & Eutebius,
cum Lactantio Firmian. lib. 1. de *Opific.* ex
quibus Gyrald. de *Navigijs*, cap. 8. *Certus
dies (ait) habetur in Fastis, quo Isidis navi-
gium celebratur. Is verò dies in mense Mar-
tio commemoratur. In navi simul ipsa pup-
pis paulatim affurgit inflexa, aureo chenisco
imposito: è regione verò proportione qua-
dam prora in longum producta eminet, ha-
bens hinc inde signum Deæ Isidis navis co-
gnomen tum. Hunc diem Martij diximus, quo
navigabile, sedatis tempestatibus fit mare.*
Apuleius, 11. *Metamorph.* dicit: *Qui dies
ex ista nocte nascetur eterna mihi religione
nuncupabitur; quo sedatis hybernis tempesta-
tibus, & lenitis maris procellofis fluctibus,
navigabili iam pelago rudem dedicantes ca-
rinam, primitias comineatus libant Sacerdo-
tes. Simulacris ritè dispositis, navem faber-
rimè factam tedè lucidà & ovo & sulphure,
solemnissimas preces de casto præfactus ore;
picturis miris Ægyptiorum variegatam ca-
rinam quam purissimè Dea nuncupavit di-
navitque. Causam huius sacri inquit Plu-
tarch. de *Isid. & Osirid.* ubi: *Incluso Osiri-
de in arcam, Isis profecta est ad filium Ho-
rum, qui Buti educabatur, ubi arculà depo-
sità, venantem noctis ad Lunam Typhon of-
fendisse eam; corpusque agnitum in quatuor-
decim concidisse portiones ac dissipasse. Isis
suum id rescivisset, eas pervestigasse cymbà
papyraceà paludes pernavigantem. Hinc sca-
phis papyraceis navigantes non violari cro-
codilis, sive eas timeant, sive venerentur bu-
tus Dea gratià. Ideo Isis pingebatur, cym-
bium in dextra gerens: ait Elias Vinet. in
Edyl. 26. Anson. n. 333. de cuius imagine,
egimus, 7. *Januar.* n. 14.**

Isidis ima-
gò.

23 Ab Ægyptijs cum errore figura Isi-
dis, sicut in Romanos, emanavit ad Suevos,
qui illam colebant in modum Liburnæ. Alex.
Neapol. 4. cap. 12. Expressè Tacitus, de *Mo-
ribus German.* cap. 9. n. 2. *Parti Suevorum
Isidi sacrificat. Unde causa & origo peregrino
sacro; parum comperi, nisi quod Signum
ipsum in modum liburnæ figuratum, docet
advectam religionem. Græci ad Ægyptiorum
æmulationem quod de Isidis imagine, attri-
buerunt Europæ Agenoris. Europam Iupiter
in tauro rapuisse fertur: hoc est, in navi
tauri picturam habente, & Isidem in vac-
eam, similiter pavem huiusmodi pictura,*

Et Europæ.

*Ut hoc certius cognoscatur; navigium Isidis
Ægyptus colit. Fulgent. 2. Mytholog. n. 11.
Huiusmodi navis Isidis fingitur elata in cœ-
lum, & Argos dicta. Videbimus Isagog. Se-
ptembr. n. 19. Prius Ægyptij instruxerunt
fabulam: qua de causa etiam celebrabant
Antrum Isidis, vocatum Aula Iovis, in quo
Io Paphum peperit; & post partum facta
Dea, Isidis nomine. Navigavit in Ægyptum
specie bovis, & ut pervenit, figuram exiit,
atque mulieris formam speciosam assump-
sit. Ovid. 1. *Metamorph.* fab. 14. & Natal.
Comes, 8. *Mytholog.* cap. 19. Fusè agemus
de haccine Isidis nave, quæ dicta *Navis Ba-
rys*, 25. *Iul.* & 4. *August.**

Antrum Isi-
dis, & Aula
Iovis.Navis Ba-
rys.

24 Inter pretiosa Ægyptiorum nume-
ratur hæccine navis, quam colebant in
adytis cum alijs simulacris, per quæ & in
quibus hieroglyphicè suam discebant disci-
plinam scientiarum, pictis illarum larebra-
rum parietibus: hisque ritibus initiari, ar-
bitrabantur non tantum sui apotheosim, sed
Theolæpsiam: idest, in Deum transforma-
tionem. Instin. qq. ad *Orthodox.* cap. 25. Ita
inflati huiusmodi scientià diabolicà; ut cum
Dijs decertare conarentur, ad hoc ut Nu-
mina vel invitè indulgerent optata: & quod
nancisci haud poterant precibus, obtine-
rent minis. Quanta vesania & fatuitas! Nar-
rat Porphyrius (ait Iamblicus de *Mysterijs
Ægyptior.*) *Sacerdotes consuevissent, minis
adversum Superos uti. Minæ hæc ferè erant;
Nisi ita feceritis vel contra; cælos confrin-
gam; occulta Isidis patefaciam; Arcanum in
abyffo reconditum, divulgabo, Cistam Baryn;
navem apud Ægyptios sacram, aut membra
Osiridis Typhoni dispergam. Io! Videtis
Psellum de *Operat. demon.* cap. 21. & plura
alia risu digna, amentix plena, apud Kir-
cher. in *Magia hieroglyph. Ægypt.* Tom. 2.
Oedip. class. 11. cap. 5.*

Insania Hæc
parcharum
Ægyptiorum.

25 Hoccine delirium etiam adhæsit lon-
ginquis nationibus. In part. 2. *Indiæ Ori-
ental.* Icon. 28. dicitur: *Cbinenses idolum
adæunt, colligantque duo ligna, quorum utrū-
que ex una parte planum, & altera rotun-
dum sit. Ea sortes exploraturi, in altum con-
iiciunt: quod si ambo in planum latus de-
cidant; omen faustum erit. Si verò alterum
in planum, alterum in convexum decidat;
malum erit. Unde idolo multis votis suppli-
cant, ut id fausto nutu secundet. At si ulter-
rius ligna inæquali positu procidant; indi-
gnantur idolo: supplicat tamen rursus, li-
gnaque tertià vice experiuntur: quæ si ter-
tià vice infausito positu proiecta sunt; pedi-
bus idolum proterant, abiectumque in mare;
aut in ignem datum, comburunt ex parte;*

Emulantur

sive

sive etiam tandiū verberibus multant; donec ligna optato iactu in planum cadant. Quo quidem factō, idolum in locum suum reponunt, excusantes se, & opimas hostias offerentes. Vide Tom. 8. T. 10. à n. 42. Habent Sinz templum dæmonibus & spiritibus dicarum. Kircher. in Simia Egypt. cap. 2. In Numen summum non audent, sed in huius ministros, qui licet ab illis Numina vocentur; propter illata mala, uisionibus atque flagris venerantur. Ita Egyptij (infit Ismblic. quò dudum) minis utebantur in quoddam genus dæmoniorum inferioris ordinis, quod imperiosis minacibusque verbis, ad id quod volebant, cogebant.

26 Postquàm Alexander Magnus reversus est è sepulchro Cyri; venit ad eum celebris Gymnosophista Calanus. Brier. in Chronolog. ann. V. C. 428. Hic vocabatur *Sphines*, sed cùm advenientes ad se primò diceret: *Cale* (idest, *Salve*) à Græcis *Calanus* dictus. Nudus degebat quùm Alexander ad illorum solitudinem venit, & cum Calanus ad illum vocatus venire nolisset; Rex ad eum misit Onesicritum Cynicum: cui Calanus vestibus spoliari iussit, si aliquid vellet: alioquin nec verbum placidè ab illo hauiturus, etsi missus à Iove. Post discessum Alexandri, à Taxile persuasus, ad Alexandrum venit; perhumanè acceptus à Rege, qui agrè tulerat, quod Gymnosophistarum Rector dixisset: *Cur tam longo itinere Alexander huc venit?* Calano venienti revelavit vulnus: qui quidem ingeniosè pellem accipiens aridam, proposuit in medium, eius extrema calcans, quo partes adversæ statim erigebantur. Cùmque ita per orbem circumiens calcasset; medio tandem corio insitit; quo omnes partes subsederunt, quin sublevaretur ulla. Intellexit Alexander, à Principe medias partes, seu centrum regni tenendum; ne esset subditorum elevatio & sublevatio; quas Alexander videbatur inquirere; dum vagabundus procul ab aula aberrabat. Plutarch. in *Alexandr.* & Diodor. Sicul. 17. n. 119. Morte voluntariâ monuit Alexandrum de proxima morte; ut dicemus, 8. *Novembr.*

27 Apud Lituanos olim supersticio quædam in alacritatem: etenim Solem adorabant fulgurantem & in manu habentem malleum, seu clavam ferream. Sacrificuli interrogati de specie simulacri ac religionis ritu; responderunt, Solem à tyranno potentissimo interceptum, fuisse in turrim validam per plures menses reclusum, qui spheram cælestem valeret illuminare; cui Signa Zodiaci opem enixè tulere, muros

clava aut malleo turris ardentia, quo vinculis solutum, & inediâ squalidum in cælum restituerunt, ut illis & hominibus luceret. Unde in articuli memoriam Solem radiantem cum malleo adorabant. Æneas Silv. in *Europ.* cap. 26. & Bonifac. in *Histor. Iudicr.* lib. 2. cap. 17. In mythologiam clavam Herculis & radios Solis retorquet Kircher. in *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. cap. 11. Videtis ibi figuras.

DIES VI. MARTIJ.

1 **G** Radus 16. Solis in *Piscibus*, Psid. N.
in quo *nebulosum cælum*: *Aquilo flat.* Ptolom. *Fundus vasis Crateris vesperè oritur.* Iunctin. *K. A. Vindemiator oritur vesperè.* Alsted. *Uranom.* Sub hoc cœne horoscopo, divites & longævi. Firmic. *Vir avem manu tenens caudâ.* Sphær. Arab. Inter Hebræos oblatio Eliasaph pro tribus Gad in dedicatione Tabernaculi muneribus æquis ac cæteri Principes. *Numer. 7. 42.* Anno abhinc 39. abitus Israëlitarum ad Iordanem Duce Iosue, ubi manserunt per triduum. *Iosue, 3. à 1.* Vid. postridiè, & die 9. Hac enim die nonnulli astruunt apparitionem Dei, ut præsentia eius confortaretur Iosue; de quo Abulens. *Iosue 1. quæst. 4.* quippe prius dictum *Deuter. 34. 9. Iosue verò repletus est spiritu sapientia, quia Moyse posuit super eum manus suas.* Tantùm in contrarium occurrit, quòd post 30. dies à morte Moyse, facta fuisse hæc omnia: postque necessariò signanda, cum Moyse 7. *Februar.* fato functus, de quo Serarius in *Iosue 9. quæst. 14.* iam electus seu destinatus erat à Domino in Principem Iosue, ex quo Moyse propter aquas contradictionis prohibitus ab ingressu terræ promissæ: *Tolle (ei dicitur à Domino) Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum; qui stabit coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriae tuae.* *Numer. 27. à 18.* Idest, *de splendore tuo*: ut cogitat R. Moyse. Alij ut Caictan. & Bonfret. Da nimirum Iosue insignia principatus, anulum signatorium, & tuam virgam quasi sceptrum. Claruit ergo (nisi fallor) acturum post Moyse mortem (quoniam populus ita rebellis sine Principe effrenis vagaretur) electio facta à Deo speciali aliquo signo, nimirum præsentia Dei; sicut ante transitum Iordanis, uti dicitur *Iosue, 1. 1.* Nihil servatum à malitia Rabbinorum. Afferunt Moyse morientem, de cle-

Adventus Calani ad Alexandri.

Hinc ma-
stia.

Heroglyphicum in Alexandri ambitu.

Solis imago cum malleo.

Abitus ad Iordanem.

Confirmatur in principatu Iosue.

electione facta à Deo in Iosue, quippequam alicui ex filijs optabat principatum. Refutat Abulens. d. *quæst.* 41. & Philo, qui ex illis, libell. de *Charitat.* ubi subdit: *Iesus Princeps à Deo confirmatus fuit: Moyses baudquaquam tristis ob fratres filiosque præteritos; sed plenus inenarrabili gaudio.* Die sexto revertantur exploratores Iericho. Alap. in *Iosue* i. v. 11.

2 Qui rudis & stolidus tantum malo sapit: spreto cultu Dei, immolatione victimarum in excelsis, regnante Roboamo (Gentium stultitiâ) anno quinto descendit ex Ægypto in Ierusalem Sefac, qui ab aliquibus profanis dicitur *Sesofstris*, & spoliavit urbem & templum, insuper clypeos aureos, quos fecerat Salomon secum attulit; pro quibus fecit Roboamus scuta ærea. Reucl. ex 3. Reg. 14. à 25. & 2. Paralip. 12. à 1. *Exportata à innumerâ auri atque argenti multitudine, ac nec scrupulo quidem relicto. Detraxit enim aurea scuta & clypeos quos Salomon fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas David dedicaverat, à Sophrene Rege acceptas: atque ita cum optima præda domum est reversus.* Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 4. Citat Herodotum, in nomine tantum errantem, quasi in diversis etiam linguis nimis distaret *Sefac & Sesofstris*, & apud Diodor. Sicul. 1. à n. 35. *Sesoostris*. Fuscè tam hic, quam ille historiam Sefaci textit, lib. 2. à n. 29. qui ibidem fatetur Sesofstris signa & insignia vidisse in Syria Palæstina. Etiam meminit Plin. lib. 33. cap. 3. Tzetzes, *Chiliad.* 3. cap. 69. & Lucan. 10. de *Bell. Pharsal.* v. 275. De illius insolentia & arrogantia præfati AA. multa: aliqua notavimus 15. *Ianuar.* n. 9. Nonnunquam propter violentias timidè vixit, & cum à fratre insidias passus fuisset; ne alius posset aliquando in eum insurgere, excogitavit politica tradere sœminis, domestica viris. *Unde etiam hos* (ait Nymphodorus lib. 13. *Rer. barbaric.*) *glabros esse, at illas capillos promittere imperavit: & hos super capitibus onera portare, illas super humeros coegit.* Deinde verò hos quidem sedentes illas verò corpore erecto melere. *Insuper mulieribus quidem amacula duo, at viris unicum dedit; existimans animos etiam effœminari eorum, qui vitam ita instituerent: quod Lydis quoque postea evenisse ferunt.* Tandem Sesofstris victus fuit à Rege Colchorum Salauce, qui ex præda divite & aureas cameras & trabes argenteas, & columnas superbas erexit. Plin. d. & Ludovic. Nonn. in *Asiam Goltz.* Tabul. 1. Cladem illi præcavit eius filia Hirtia, quæ celebra vates, ut ait Ray. 1. *Officin.* cap. 33.

3 Mira Sesofstris adoratus, quorum voto potitus vel studio opificum improbo ac ingenioso, vel dæmonum arte. Hic fabricavit statuam supra Memnonis sepulchrum (qui diversus à Memnone Auroræ filio, occiso ab Achille, mutato post in avem, de quo latè Natal. Com. 6. *Mytholog.* cap. 3. & nos 21. *Septembr.* à n. 6.) quæ oriente Sole adinstar lyræ harmonicè resonabat: de qua Plin. lib. 36. cap. 7. Cœl. Rhodigin. lib. 22. cap. 5. Philostrat. in *Iconib.* Tacit. 2. *Annal.* cap. 61. Pier. Valerian. lib. 52. cap. 37. & nos sæpe in *Tautolog.* Memnon hic fuit Amenophis, qui *Novus* dicitur, *Exod.* 1. 8. à quo Hebræorum in Ægypto cœpit afflicto. Alapid. loc. *Exod.* cit. cuius statua harmonica siluit nato Domino, uti videbimus 25. *Decembr.* n. 19. diximusque Tom. 5. T. 11. D. 6. n. 7. *Audiivi enim* (subdit Cœl. Rhodigin. d.) *qui hanc Sesofstris statuam tribuant, quam Cambyses mutilaverit. Reliquum corpus sedet, & quotidie insonat oriente Sole, quem sonitum similem dixeris disruptæ chordæ in lyra vel cithara.* Huiusmodi artificium naturale esse, astruit Kircher. in *Oedip. Copt.* 2. 2. class. 8. de *Mechanic. Ægyptior.* methodumque signat cap. 3. *Pragmatica*, 1. ut aliæ similes in harmoniam effortentur. Idem asserit Natal. Com. loc. cit. De artificio avium Memnonidam, quarum figura apparuit in Memnonis chlamyde, ut ait Paulan. cap. 348: & in eius sepulchro humana voce canebant; uti de re naturali loquitur Kircher. *Pragmat.* 2. Qui auro parcere non renuit, experiatur artificium (saltem artificij expensas) quod loc. præfato curiosis sed divitibus præscribit. Obelisci Sesofstris Romam allati meminit Plin. lib. 36. cap. 9.

4 De statua Suidas inquit: *Ad radios Solis conversa est, impubis adhuc è nigro lapide, atque pedes ambo facti sunt ad Dadali artem, seu imitationem, cum manus super rectè firmentur. Ita verò constituta est, ut velle consurgere appareat, atque oculi & quæ sunt vocis omnia instrumenta, videntur velle loqui: cæteris quidem temporibus minus mirabile illud videri dicunt: at radio Solis statuam attingente (quod fit dum oritur) non potest non videri mirabile, cum radio in os incidente statua loquatur, oculi bilares apparent ad lumen tanquam hominis, qui tunc latentur Sole; nam Soli videtur assurgere, tanquam servi benè morati, domino accedenti.* Strabo lib. 17. inquit: *Se Thebas in Ægyptum aliquando contendisse; ubi duo altissimi erant Colosii ex integris lapidibus inter se propinquius, quorum alterius*

Exploratores revertantur.

Adventus Sefac in Urbem.

Abstulit scuta Salomonis & pharetras Davidis.

A quo vicitur Sesofstris

Hirtia

Statua Memnonis.

Quisnam Memnonis

Harmonica statua an naturalis

Eius artificium.

rursus

*Vlps superiores partes tam corruerant ob ter-
remotum: huius pars illa, quæ reliqua erat
super base, circiter horam primam sonum
emittit basidquaquàm magnam, ingenti præ-
sente multitudine: sic enim erat artificiosè
in ipsa base incisa. Nec hoc erit sanè incredi-
bile, si quis quanta vls sit scientiæ cognove-
rit; aut si Thebanorum Sacerdotum præstan-
tiam in Astronomicis philosophicisque rebus
intellexerit. De Memnone dubitat Apol-
lonius apud Philostrat. lib.6. cap.3. sed fate-
tur eius templum in Æthiopia, quò quin
profectus Troiam unquam fato functus.
Eius statua adolescentis impuberis imaginem
referens, ad Solis radios conversa est: est au-
tem ex nigro lapide fabricata, atque utroque
pede salum attingens. Erecta autem manus
sedi innitantur, hominis surgere volentis si-
militudinem exprimentes. Oculorum autem
& totius oris imaginem quasi locuturi ho-
minis. Hec quidem antea minorem dabant
admirationem, quòd nondùm actiosa vide-
retur, & quantum artis operi inesset, igno-
rarent. Cum verò Solis radius statuam at-
tingeret; tunc supramodùm admirabilis sta-
tua visa est. Tunc enim statuam loqui per-
hibent, ubi primus Solis radius ad eius os
pervenit. Eius oculi splendentes, latique ad
Solem expositi: tunc quidem convenire cum
dicunt; quòd Soli assurgere videatur, ut qui
erecti Numen colunt Æthiopes Soli & Me-
mmoni Eoo sacra faciunt. Natalis à Comitib.
loc. cit. asserit, etiam responsa huiusmodi
statuam reddidisse. Ex quo constat non ar-
tificio naturali, sed magicè à Sefolre sta-
tuam confectam, ut latè diximus, Tom. 4:
T.3. à n.17. De illo variant Diodor. Sicul.
d. n.37. subdens: *Exactis in regno 33. an-
nis, captus oculis spontè vità demigravit:
eoque factò, non solum Sacerdotum, sed te-
terorum quoque Ægyptiorum admirationem
promeruit.* Gelaldinus apud Kircher Syn-
tagm. 1. de Regib. Ægypt. cap.9. Bala sive
Sesach (inquit) fuit claudus, qui captivum
duxit Regem Hierosolyma, & fecit ipsum si-
bi servire post Pharaonem, & intumuit su-
perbià & arrogantia; percussitque ipsam
Deus lepra, invasitque ipsam ursus, contri-
tàque cervicè interfectus est. Defuncto Sa-
lomone hic invaserat Hierosolymam, auroque
onustus redijt in Ægyptum.*

5 Anno ab adventu Sesach in Ierosoly-
mas 83. iuxta Salianum, sub Ioram Rege
Israël, filio Achab, zgrè ferente, sicut pa-
ter, increpationes Michæ à Iembla, cum
proiectè instantià matris in universo Israël
adoraret idola; Propheta iussu Regis præ-
cipitio è rupe collisus est, & sepultus in Mo-
Tom. I. Ephemer,

raethi; ut refert & Clém. Alexandr. 1. Stro-
mat. cap. 13. Munnoz in Propugnacul. Eliæ,
lib.2. titul. 1. cap.3. art. 1. quem Eliæ facit
discipulum.

6 Anno ultimo vitæ & prædicationis
Christi, accesserunt filij Zebedzi thronos
petitum præeunte matre, conscià per ipsos
de proximitate regni Christi. Marian. in
Diar. n. 17. Vid. d. 16. Anno secundo eius
prædicationis, transfretans pervenit in re-
gionem Gerasenorum, ubi duos à dæmone
liberavit; qui cum socijs Christi permisso
in porcos ingressus, duo millia suffocavit
in mari: ipsoque die transfretans iterùm re-
dijt Capharnaam, ubi paralyticum per te-
ctum ad se demissum sanavit. Alapid. Chron-
not. num. 17. & 18. Baron. & Marian. à
num. 2.

7 Romæ Vestalia sacra à virginibus mi-
nitris, eius cultui addiëtis, cuius in functio-
ne erant vittatæ splendentique coronà, ac
veste candidà. K. Rom. Reufner. Rosin. 4:
cap. 7. Hospinian. Festor. cap. 12. Anton.
Constant. & Paul. Marf. in 3. Pastor. v. 411:
ubi Ovid.

*Quisquis ades, castaque colis penetralla Vestæ,
Gratare, Iliacis thuraque pone focis.*
Vesta quæ virgo, dono singulari Iovis, èd
quòd illius nutrix, à Virginibus impensè
vigilanterque colebatur; cuius collegium
instituit Numa, datis illis in Vestæ simula-
crum, flammis ignis ad effigiem, qui nul-
lam habet imaginem. Totum argumentum
comprehendit Ovid. d. lib.6. à v. 281.

*Quid mirum, virgo si virgine leta ministræ,
Admittit castas in sua sacra manus?*
*Nec tu aliud Vestam, quàm vivam intellige
flammam:*

*Nataque de flamma corpora nulla vides.
Iarè igitur virgo est, quæ semina nulla re-
mittit,*

*Nec capit; & comites virginittatis amat.
Ignis inextinctus templo celatur in illo:*

Effigiem nullam Vestæ, nec ignis habet.
Hinc Albricus de Deor. Imagin. n. 17. Vestæ
(ait) Dea ignis, scilicèt, divini in collegio
Deorum annumerabatur. Hanc Iovis fuisse
nutricem, & cum suo gremio sustentasse;
Antiqui dicebant: quàm etiam taliter figu-
rabat pictura. Erat enim templum latum &
spatiosum cum ara in medio; circa quam ex
utroque latere erat ignis accensus, qui perpe-
tuò servabatur; quem extinguere nullatenus
fas erat: & ideo ad huiusmodi mysteriana
erant multe Vestales virginines deputatæ; quæ
& ipse ibidem depictæ, ab utraque parte
ignem fovere videbantur. Supra pinnaculam
antem templi, depicta erat ipsa Vestæ in for-
Ecc

Christi 65
sa.

Vestalia sa-
cra.

Vestæ & Ves-
tales.

Idem:

Ignis sym-
bolum Vestæ
virginis.

Imago Ven-
sa.

Quisus Sa-
sach?

Ovidius
Michæas
Iembla.

mam virginis, infantem ipsum Iovem suo sinu fovens.

8 Eadem apud Chartar. de *Imagin.* pag. 150. Fornutus, de *Natur. Deor.* n. 28. vocat Matrem Iovis & simul virginem, cui dicitur inextinguibilis ignis, per quem Vestæ signata virginitatis prærogativa, seu ipsa Vestæ; quæ nil aliud, quàm ipsa flamma. Hæc habuerunt Romani sacra, quasi è Troia adducta, & Æneæ ab Hectore commendata. Virgil. 2. *Æneid.* à v. 293.

Sacra suosque tibi commendat Troia Penates: Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem,

Æternique adytis effert penetralibus ignem. Cuncta ab Æneæ Laviniæ deposita, quod reversa, est ab Ascanio ob ampliorem cultum in Albam-Longam translata; uti videbimus die 29. n. 15. Refert Lucanus etiam cum igne Phrygio Palladium: 9. *Pharsal. bell.* à v. 993. simulque pignora Imperij, de quo infra à num. 19. quo solvitur nodus. Ignis cultus ab Ægyptijs devenit ad Persas (apud quos maximus) hinc ad Græcos, ex his ad Romanos; qui ignem, & non ut Persæ observabant pyromantiam. *Hic magnum Pyraeum est* (inquit Procop. 2. de *Bell. Persic.*) quod Persæ Deorum Maximum venerantur, ubi ignem perpetuum custodiunt Magi; atque alia quidem diligenter sacrificantes, cum vaticinio in rebus maximis utuntur. Huiusmodi ignis adoratio sumpsit principium inter Persas à conflagratione Zoroastri, de qua 12. *Ianuar.* à n. 8. quia ille ibi dictus *Viva stella*, pingebaturque statua magnâ, sicut Orion in cælo: ad cuiusque similitudinem erecta à Nabuchodonosore statua altitudine, 60. cubitorum, & latitudine, 6. Ita placet Iacob. Boulduc. *Eccles. ante legem*, cap. 11. sed mihi omninò cogitatio displicet, quia duntaxat cogitatio.

9 Apud plures nationes observatus ignis perpetuus: etenim habebatur pro Numine, & cum imperio propagata est superstitio. *Ignis Persis* (inquit Agathias, lib. 2. *Histor.*) maximè honorandus, sanctissimusque videtur: atque lecticò ediculis quibusdam sacris ac semotis Magi cum perennem asseroant, eumque respicientes, arcana sacra peragunt, & de rebus futuris eum sciscitantur. Ignis indicabatur situ, in orbe ut elementum altissimum, maiestate plenissimum, visu pulcherrimum, naturâ potentissimum; quum non ut alia Numina quibat tractari, cum nec tangi permetteret sine dolore. Adifis Bulenger. de *Magia*, lib. 1. cap. 6. & *Eclog.* 6. ad *Arnob.* Hac de causa, etsi alijs Numinibus sacrificia facerent, uti potissimum

invocabant Ignem. Strab. 15. n. 7. *Perse adorant ignem diarium, nimirum, divinitatis signum, insatiablem, voracem. Huic cum sacrificant, alimentum præbentes, his verbis utuntur: Ede Ignis Domine. Maximus Tyrius, Serm. 38. Chaldei venerati sunt sub voce Ur. Ægyptij, sub nomine Seraphim; Medi, sub titulo Urimasda; Græci, Vulcani; & Romani sub tessera Vestæ; cuius religio ignis perpetuitas, inter cæteras superstitiones excogitata à Numa, in eiusque domo extructo Vestæ ac Vestalibus templo. Plutarch. in eo, & Ovid. d. à v. 260.*

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ, Tunc erat intonsi regia magna Numa.

10 Idem Tibull. 1. *Eleg.* 1. v. 6. Delphis etiam servabatur ignis perpetuus, à virginibus fatus, quia malum omen, si extinctus. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 170. *Hoc in fano* (ait Pausan. cap. 243.) ignem accendunt; cui summâ religione, ne extinguatur, cavent. Ad Iovem Olympicum etiam ignis perpetuus. *In ipso Prytaneo* (idest, Curia) cum ad eam accesseris cellam, ubi Elei focum habent; ad primi ingressus dexteram, Panos aram videas. Focus ille è cinere subductus, perpetuo igni tam interditi, quàm nocte adoletur. Idem, cap. 163. & Coel. Rhodigin. 15. cap. 14. *In saxo vetustum Minervæ templum* (ait Strabo, 9. num. 47.) titulo Poliadis surgit; in quo lucis inextinctæ lychnus est, & virginum domus. Vid. 28. *Februar.* num. 22. Non aliter Romæ, quippe ignis à Vestalibus non habebatur in foco, sed in aère pendulus. Blanchard. in *L. Flor.* 1. cap. 2. Titus Liv. 5. *sect.* 136. volentibus Romanis transire Veios, de Camillo dixisse, ait: *Quid de æternis Vestæ ignibus, signoque quod imperij pignus custodia eius templi tenetur? In templo Dianæ Anaitis Ecbatanis ignis perpetuus, ministris virginibus; refertur à Plutarch. in Artaxerxe, & Alexandr. Neapol. 5. cap. 12. Sane mirabile, quod refert Solinus, cap. 35. Quibus fontibus* (ait) *Præsul est Minervæ Numen; in cuius aede perpetui ignes nunquam canescunt in favillas: sed ubi cinis contabuit, vertitur in globos saxeos.*

11 Quorsum inter Gentes erga ignem tantum studium? Erat simiæ dæmonis mediatum embolium, ut venerarentur Numen, cum instituisse sacra eisdem ritibus & in eadem materia, qua Deus patraverat mirabilia. Audierant Ethnici ignem à Deo de cælo missum inter Hebræos, & conservari perpetuò à Sacerdotibus: de quo Levit. 6. 12. *Ignis autem in altari semper ardebit; quem nutriet sacerdos subiiciens li-*

Uxor
virg.

Virgil.

Persæ
Numen
Magi
adorant
ignem.

Zoroaster
Viva stella.

Ignis
perpetuus
cur
apud
Nationes?

Ovid.

Delphis

Elideæ

In fano
Poliadis.

Anaitis.

Ignis sine
cinere.

Dæmon
simiæ
Dei,
in
bemis
sacris.

gna manè per singulos dies. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficit in altari. Unde cum ignis index esset divinitatis (ut diximus, Tom. 6. Tautolog. 11. n. 17.) ut divinitas astrueretur à dæmone, ignem perpetuum suggessit in altari perpetuò collocari. Hinc videtur promanasse (ait Struck. d. cap. 172.) illa de Prometheo facula, quem Poëta sinxerunt, ignem è cælis surreptum, in terras detulisse; propter divina illa miracula, quæ in sacris literis de igne cælitus delapso in Patriarcharum prisca saculi sacrificia, quo illa fuerunt consumpta; atque ita ipsius Dei testimonio comprobata. Vide Paulsan. cap. 61. Ignis inter Lacedæmones in altaria perpetuò collocatus, & sumptus ab igne cœlesti in forum descendentem; sicut inter Arcades Solis ara. Ibi focus, qui communis dicitur, rotundâ figurâ: cap. 243. In huiusmodi stropham sæpe à dæmone instructa præstigiâ, vel à sacerdotibus ob quæsum excogitatz; ita ut siccis lignis videretur spontè ignis accensus, vel de cælo delapsus.

Eius præstigijs ignis quasi spontè accensus, vel è cælo delapsus.

Ara Solis.

Ita æterni ignes & non violabile numen, ac vetustissimi foci, ut ex Virgilio excerptit Valer. Maxim. 5. cap. 4. n. 6. Aliter in Sphæra signabatur ignis perpetuus Solis, & inter Chaldæos sub nomine Mithræ, cuius ara constabat septem scalis, vel scalâ cum septem ianuis, quarum octava lucidior, quæ signabat Zodiacum. Prima ianuarum erat ex plumbo, secunda ex stanno, tertia ex ære, quarta ex ferro, quinta ex metallo misto, sexta ex argento, septima ex auro. Totum in signum revolutionum cœli connotatione Planetarum. Prima porta erat Saturni per plumbum eius tarditatem signans. Secunda Veneris, ob mollitiem & splendorem stanni. Tertia Iovis ærea, eò quòd æs solidum. Quarta Mercurij ex ferri conditione. Quinta Martis propter varietatem. Sexta Lunæ, argentea erat propter nitorem. Septima Solis aurea, propter radiorum colorem. Origen. 6. Contra Celsum, Lamprid. in Commod. & Stanlei. 2. Philosoph. Orient. cap. 9. In Cappadocia (ait Strabo, 7. n. 56.) Magi cinerem & ignem perennem servant. Eò quotidie ingressi incantationem faciunt, per horam ante ignem virgarum, fasciculum tenentes; quibus inter recitandum carmen ignem suscitant (idem inquit Selden. de Dijs Syris, lib. 2. cap. 7.) pileis velati infulis ut

Ignis sacer extinctus, malum invenit.

traque ex parte pendentibus. Unde Ammian. Martellin. lib. 23. inquit: Ignis ille cælitus delapsus apud Magos sempiternis focus custoditur. Stanlei. d. subdit: Neque huiusmodi ritibus in solis templis utebantur, sed etiam in speluncis abditis. Hunc dicebant & Mithram & Solem.

12 Cùm ignis extinguatur Vestalium oscitantia, tanquam prodigium & alicuius cladis portentum inter Romanos habitum; ut asserit Liv. 8. sect. 33. Non mediocris terror religioque Senatui populoque incussa: illisque non procuratis, aut Dijs non propitiatis, à rebus vel gravibus agendis non secus abstinebant, quam si dira ac tetra prodigia, aut portenta calamitosa prædicta forent. Alex. ab Alexandr. 5. cap. 12. Gasp. Peucer. Divinat. extispic. Dempster. in Rosin. 2. cap. 12. Observavit Ovid. Fab. 51. lib. 15. Metamorph. & Lucan. d. lib. 1. à v. 549.

— Vestali raptus ab ara

Ignis, & ostèdens confectas flamma Latinas, Scinditur in partes, gemitoque cacumine surgit,

Ovid.

Thebanos imitata rogos.

Nè huiusmodi horror incuteretur urbi, & Vestalis à flagris liberaretur; sæpe ignis servabatur in lapide seu lino Asbesto; de quo Solin. cap. 13. inquit: Lapidem Arcadia mittit, cui Asbesto nomen est, ferri colore. Hic accensus semel, extingui non potest. Plin. 19. cap. 1. Plutarch. de Defectu Oraculor. & Rhodigin. 18. cap. 31.

In Asbesto.

13 Hoc templum visum nonnullis erectum à Romulo. Si intelligitur de templo Romano adhuc causa sub lite; uti refert Halicarnass. 2. Rom. antiq. à n. 38. Si de sacris Vestæ & à Vestalibus; gravior error: filius fuit Romulus Vestalis, ministrans in Alba Longa; quo Ascanius deposuit sacra Phrygia, sicut Æneas Lavinij. Idem ibidem, ubi: Nullum fecit publicum Vestæ templum, nec virgines sacerdotes, aptavit, ut illam colerent; sed per singulas Curias focum dicavit. At Numa regno potitus, relictis suo loco focus; unum insuper omnibus communem esse voluit, medio Capitolium inter & Palatium spatio, quò inter utrumque situm forum, templi sedes; cuius custodiam Latino more assignavit virginibus: nec satis constat quid sit quod intra sacram ædem servatur, curvo commissum sit cura virginum. Alij tradunt præter ignem occulta quedam sacra in Deo fano esse deposita, solis aditus cognita & virginibus. Plutarch. in Numa, & Camill. Luc. verò Flor. lib. 1. cap. 2. Ille (inquit) Antilia atque Palladium, secreta quedam im-

Edes Vestæ Roma à Numa.

Eius flamma dicebatur Genius Urbis.
 perij pignora, lanamque Geminum, fidem pacis & belli; in primis focum Vesta virginibus colendum debet, ut ad simulacrum celestium fiderum, custos imperij flamma vigilaret. Hæc flamma dicebatur Genius Urbis, qui suo nomine nosci, fas non erat (de quo ex professo, 25. August.) quapropter retinebatur oclusus & sepultus in fani septa, ubi fiebant sacra, ut videbimus infra à n. 13.

14 Custodiæ huius ignis, Vestæ vel Genij (ni præut auguror, essent pignora imperij in fide dicentium, mentientium sacerdotum, & seductarum virginum; sicut imago Minervæ Ilienensis in Ænææ potestate, simulque Diomedis & Ulyssis, ad quod excogitata reconciliatio inter acerrimos hostes, uti dictum 24. Ianuar. n. 10.) non solum destinabantur virgines, sed capiebantur, medietatis conditionibus in electionem & capturam; de quibus Alexand. ab Alexandr. d. Rosin. 2. cap. 12. Gyrard. Syntagm. 14. à n. 22. & Aul. Gell. 1. cap. 12. Permanebant captæ in Deæ fano, à cuius aditu nemo interdium arcebat, sed virum pernoctare, nefas; sæminis licitum. Has necesse per triginta annos manere puras à nuptiis, sacrario servientes legitimis ceremoniis. Primo decennio rationem sacrorum eas oportet discere: sequenti, exercere: postremo, docere alias. Halicarnas. d. n. 39. Ex his quæ maior ætate, dicebatur Maxima Vestalium, quasi Præses. Alex. Neapol. d. & Blanchard. in loc. cit. Flori: Lipsiusque de Vesta & Vestalib. cap. 6. Primo decennio dicebantur Vestales Melirenes, id est, discipulæ. Secundo, Irenes: nimirum operatrices. Ultimo, Pro-Irenes: hoc est, magistræ. Ex æde adducebantur in domos patrum & cognatorum, si ægræ graviter; quippe fas non erat in fano mori. Fanum Vestæ dicebatur & non templum, etsi templum aliquando nominetur. Observat Servius in illud præcit. Virgilij: Sacra tibi commendat Troia, Vestamque potentem. Ubi: Aedem Vestæ templum non fuisse: eam adem ideo non fuisse augustam: id est, augurio consecratam; ut Senatus eò non conveniret, ubi virgines erant: cui quidem licebat, ad Vestæ atrium convenire, quod erat augustum. Hoc ergo atrium erat Vestalium domus. Iust. Lips. d. cap. 3. Matronarum curæ tradebantur, cum vi morbi ex atrio Vestæ cogerebantur excedere. Atrium autem Vestæ, domum intelligimus Vestalium, templo annexam: subdit Rhodigin. 15. cap. 14.

Eorum ministerij ministerium 30. annorum.
 In eigi custodia Vestalium capta virginum.

Edes Maxima.
 Edes Vestæ non erat templum.

15 Hic à latere, vel propè, ius erat Pontificem Maximum habitare, cuius erat domus publica. Habitavit primum in Saburra modicis edibus (refert de Cæsare, in co-

Iusta illam Pontificis aedem.

cap. 46. Sueton.) post Pontificatum Maximum, in sacra via, domo publicæ. Successor ne deviaret à lege, & sibi placeret habitatio montis Palatini; Vestam ad se traxit, & non transivit ad Vestam: partem nimirum domus suæ publicans, atque alteram ædem ibi Vestæ sacravit. Postquam Lepido mortuo, Pontifex Maximus designatus est (ait Dio, lib. 54.) nullam domum publicam accepit; sed partem suam, quoniam omnino oportebat Pontificem in publico habitare, publicavit. Totam publicavit Augustus, domum cum edificasset: sive quia collecto ære à populo extruxerat; sive quia Pontifex Maximus cum esset, ut in proprijs simul & publicis edibus habitaret. Hinc dicta Vesta Palatina, dum in ædem publicam Octaviani cum Vestalibus translata. Ovid. 15. Metamorph. fab. ult.

Vestæque Cæsareos inter sacrata Penates, Et cum Cæsarea tu Phœbe domestice Vestæ. Cuius translationis festum celebrabatur, 29. April. uti videbimus, cum alijs causis translationis, iuxta eundem, 4. Fastor. v. 959. & hic Carol. Neapolit. Iam ex æde Vestæ templum, ut observat Lips. d. cap. 4. cum pridem in Regia Numæ & ædes esset & atrium. Regia Numæ, etsi non tota: ades Vestæ, atrium Vestalibus in habitaculum. Regia ergo proprie dicta erat Pontificum. Modò iam habebat templum, quia collocata in templo Apollinis Palatini, de quo 7. Octobr.

16 Templum ergo erat rotundum. Stuck. Lips. & Constant. in illud Ovid. 6. Fastor. v. 263. Forma tamen templi qua nunc manet, ante fuisse.

Unde figuram imitatus est Agrippa Vipsianus in æde quam Pantheon appellavit. Aliquando Cybelli templum sacrum; cuius caput antiqui operis cum duobus pitibus muro templi inclusum adhuc cernitur: post Iovi Ultori sacrum: hodie S. Maria de Grattia, vel Mariæ rotundæ. Rosin. 2. cap. 5. Stuck. d. cap. 171. & Plin. 34. cap. 3. & 36. cap. 15. Chartar. in Magna Matr. pag. 150. ex Festo Pomp. lib. 3. n. 30. De Pantheon agendum, 1. Novembr. Huic Deæ sacratæ Vestales, quibus ob honorem virginitatis concessi plures honores, de quibus fusè Alex. ab Alex. loc. cit. Nunquam ex atrio Vestæ egrediebantur sine fascibus ac listore. Plutarch. in Numa, & Dio lib. 47. Ad omnem occursum Magistratus vel maiores decedebant à via. Coram illis fas non erat aliquem capitali iudicio affici, prius iuramento præmissio, ex proposito minimè occurrisset. Servitiâ fugitiva, necdum urbe egres-

Unde Vesta Palatina?

Ovid.

Forma templi.

Ovid.

Pantheon. Inago Cybellæ.

Honores Vestalium.

egressa, retinere quibant, atque servitute eximere. Concessum etiam illis, ferri in spectacula carpento, seu pilento, & ex quo in atrium Vestæ captæ ingressæ; degere extra patriam potestatem cum privilegio testandi. Lips. d. cap. 11. Maiol. 2. Colloq. 1. & Plin. 28. cap. 2. Illarum capillitium (arbitror dum primò in Vestæ introibant atrium) uti iam sacrosanctum dicabatur, in signumque dedicationis suspendebatur in arbore conspicuæ magnitudinis, quæ ad ædem Iunonis Lucinæ. *Lotus antiquior, sed incerta eius ætas, quæ Capillata dicitur; quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.* Plin. 16. cap. 44. & Festus, lib. 3. n. 10. *Capillatam vel Capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant.* Ex his Gyrard. d. n. 23. Muret. Var. 4. cap. 16. Rævard. 2. cap. 17. Victorius, 6. cap. 23. & Dalecamp. in loc. Plin. cit. Denique eis concessum privilegium sepeliendi in civitate. Servius, in 2. *Aneid.* cit. Ad ornatum corporis etiam illis concessus ornatus capillorum in spiras, variasque formas distinctas vittis, seu taniolis: usus prætextæ (aliquando purpuræ, & antepectoralis) aurco monili cum pretiosis gemmis. Fuscè Prudent. lib. 2. in *Symmach.* Simulque elegans decore divitis ricæ in temporibus splendor. Lips. d. cap. 15. & Plutarch. in *Numa.*

17 Illis etiam indultum egredi in ludos etiam gladiatorios, quod taxat Prudent. ubi dudum. inquit a v. 1895.

Interea dum torta vagos ligat infula crines, Fatalesque adolet prunas inupta Sacerdos Fertur per medias ut publicâ pompâ plateas Pilento residens molli, seque ore retecto Imputat attonita virgo spectabilis urbi.

Augustus Virginibus Vestalibus locum in Theatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit. Sueton. in eo, cap. 44. uti videbimus, 16. Jul. 19. Aprius erat, servare non ignem, sed virginitatem, removendo (spectaculorum fugâ) quam Venus præbebat lubricitate occasionem. Quænam in illis custodia virginum, dum inter sacra servabant pariter fascinum? *Fascinus Imperatorum quoque, non solum infantium custos; qui Deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur:* inquit Plin. 28. cap. 5. de quo Dalecamp. hic, & lib. 11. cap. 49. Rhodigin. 4. cap. 6. Turneb. 9. *Adversar.* cap. 28. Nosque latè *Tom.*

4. *Tautolog.* 3. à num. 43. Romani iam cum non habuissent quid à Gentibus rapere possent, rapuerunt vitia; uti visa in ludis Florealibus, quod Laconicis singularibus gloria virginibus. Maiol. quò suprâ. Exercitia

earum quotidiana nocturnè dièquè erat observatio ignis, servare sacra, imperij æterni pignora (ut inquit Senec. de *Provid.* cap. 5.) ex fonte Camœnarum aquam adducere in sacra (Plutarch. in *Numa*, & Suid. v. *Vestalis*) quæ de causa dicta *Aqua Sacra Virginibus Vestæ*: denique Kalendis singulis cibare draconem in luco degentem. In his functionibus utebantur habitu sacerdotali, qui dicebatur *Suffibulum*, & cum illo Vestalis *Armata*. Totum excerptum ex Fest. Pompeio, lib. 1. n. 4. & 17. n. 15. *Armata dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia toge in humerum erat reiecta. Suffibulum est vestimentum album prætextum quadrangulum oblongum, quod in capite Vestales virginibus habebant sacrificantes, idque fibulâ comprehenditur.*

18 Aliquid diximus de Vestæ & Vestalibus, verum de sacris Vestæ, quæ in hoc die & 9. Junij, à Vestalibus solemniter fiebant; neque verbum. Non equidem præternis: supposita præmitti in plenioris intelligentiam, prorsus necessarium. Quotidie à Vestalibus continuòque fovebatur ignis, quod erat Vestæ sacrum; sed in his duobus præfatis diebus non fiebat sacrum, quò communis focus (ubi ignis Vestæ signum, non simulacrum) sed in penetrali occulto cunctis, nisi Pontifici Maximo ac Vestalibus; ibi flammam excitantibus, thusque sine Pontifice adolentibus; quippe ibi simulacrum Vestæ atque pignora imperij: ibique videbant, explorantes involucra; an ibi tuta & integra essent: quo cognito in eodem loco incognito occultando reservabant, adyta operiendo, quasi in æde nihil aliud esset nisi quod in atrio foco Vestæ videbatur: igitur quæ recondita alto silentio premebantur sigillo. Ita Constant. ad illud Ovid. 3. *Fastor.* v. 412. *Iliacis thuraque pone focus.* Sub Numa recessus occultebatur levi cespite, post verò pulchris anaglyphis pretiosis vel ostium fugiebat oculos. Idem lib. 6. v. 259. succinit:

Que nunc ære nitent, stipula cū tecta virebāt, Ovid.

Et paries lento vimine textus erat.

19 Nec cespitandum ex eò quod modò signem Vestæ simulacrum, supposito ex eodem Vate, Vestam nullum habuisse. Effigiem nullam nec ignis habet, nec Vestæ. Vid. num. 7. Habebat, sed non esse dicitur; quippe videri nequibat. Erat his duobus diebus effigies Vestæ, dicatis virginibus: alijs quasi non esset; quoniam nefas videri vel à sacerdotibus. Idem ibid. v. 251.

Non equidem vidi (valeant mendacia Vati) Idem.

Te Dea, nec fueras aspicienda viro.

Lotus capillata.

Earum ornatus.

Prudent.

Vehabantur in theatrum.

Earum turpis virginitas ex Fascino.

Exercitia.

Aqua sacra.

Habitus sacerdotalis, Vestalis arma.

Quid suffibulum.

Que propriè Vestalis?

Unde Vestæ imago sine imagine.

Idem.

A Fœminis videnda profectò. Nec ab ijs utique, modò non esset imago. Lucanus etiam designat utrumque: pro symbolo ignis; & cuius ignis symbolum veneratam imaginem.

Lucan. *Dij cinerũ Phrygijs colitis quicunque ruinas
Æneæque mei, quos nunc Lavinia sedes
Servat, & Alba Lares, & quorum lucet in
aris.*

*Ignis adhuç Phrygius, nullique aspecta vi-
rorum*

Pallas in abstruso pignus memorabile templo. Constat fanè Vestæ ignis ut signum, etiamque in abstruso Paladis simulacrum; quod cum esset pignus imperij, sicut Iliensis; summa cura servabatur, ita ut cum simulacro abditus esset quo latebat locus; ne Romanus deficeret illo raptò principatus, cuius imago Vestæ concessa fuerat ut pignus; sicut destructa Troia, à Diomede & Ulyssè raptà Minervà, & post idem ipsum Æneæ restitutum simulacrum, in novi imperij fundamentum atque firmamentum.

Palladium
pignus Im-
perij.

20 Pessimè tulerunt improbi Imperatores, maximè cum pro maiestate simul eligerentur Pontifices, tanti pignoris, imperij durationis non esse testes. Unde de Eliogabalo in eius *Vit.* ait Lampridius: *Sacra P. R. sublatis penetralibus profanavit, Ignem perpetuum extinguere voluit. Penum Vestæ, quò sola virgines, solique Pontifices adeunt irrupit; qui penetrabile sacrum auferre est conatus.* Ut compesceretur huiusmodi audacia, confecta fuerant bina dolia: pretiosius, quod omninò vacuum: levius, ubi imperij pignus absconditum; ut si quis auderet tollere, frustraretur conamine, vel potito voto; cum in imperij æternitatem maneret Vestæ vera imago cui facta promissio. *Duo dolia haud magna à Numa esse ibi posita* (ait in *Camill.* Plutarch.) *alterum apertum & inane, alterum plenum & obfignatum: solis autem istis virginibus licitum ea videre.* Vide 18. *Februor.* 12. Factum itaque, ut deciperetur raptor: qua industria Vestalium Maxima Eliogabalo in adytum irrupenti fucum fecit, ut d. refert Lamprid. *Penetrabile sacrum auferre est conatus: cumque seriam*

Audacia E-
liogabali

Palladij si-
gna bina.

Fucus Ma-
xima Vesta-
liis in Eliogabalo

(dolum scilicet) quasi veram rapuisset, quam virgo Maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset; applosam fregit. Elucet Vestæ imaginem etiam occultam, uti Palladium in æternitatis imperij pignus, in adyto fani fuisse: tum quia ut observat Halicarnass. d. n. 38. In ædis incendio L. Cæcilius Metellus sacra, Vestamque ingrediens in penetrabile, eripuit; ut dictum, 12. *Januar.* 5. refertque Valer. Maxim. 1. *cap. 4. num. 4.*

& Plin. 7. *cap. 43.* Tum, quia Octaviano imperante, dicit Dio, *lib. 54. Vestam arsisse, & virgines Palladium extulisse, ac posuisse in domo Augusti.* Cum denique, quia ut *lib. 1.* inquit Herodian. *Prodigium, cum Vestæ templum arserit, & nudum visum sit Palladium; quod Romani & colunt maximè & celant.* Quid intelligatur per Palladij nuditatem, adis Iust. Lips. d. *cap. 9.* Alia de Palladio prætermitto propter iam acta & agenda.

21 Astruit cogitationem Halicarnass. d. *Præter ignem (ait) occulta quedam sacra Dea fano esse deposita, solis aditus cognita & virginibus.* His in hoc die sacra fiebant in penetrabili, quod dicebant ædis penum. *Penum* (inquit Festus, *lib. 14. n. 8.*) *vocatur locus intimus in ade Vestæ tegetibus: qui certis diebus circa Vestalia aperitur. Ij dies religiosi habentur.* Patet iam quæ sint sacra Vestalia, cui & quomodò à virginibus fiebant, & quibus in diebus: quapropter Ovid. d. succinit de adyto:

Hic locus est Vestæ, qui Pallada servat & ignem.

De imaginibus Vestæ plura Lipsius, loc. cit. *Vestalis* pingebatur, fœmina virgo velata lampadem seu lucernam ignis sacri manu præferens. *Vestæ*, specie templi rotundi, in cuius medio statua, pateram hastamque gerens. Alibi, templum rotundum cum tribus staturis singulis basibus in vestibulo & lateribus collocatis. Hemelar. *Aur. numism.* Tabul. 7. 9. & 13. Sæpe adinstar Magnæ Matris è Pessinunte Roman advectæ, de quo die 28. n. 16. potissimè, d. 27. num. 21.

Tunc fiebat pompa insignis, in qua forma *Dex* lapis seu saxum nigrum, ut ait Charitar. de *Imagin.* pag. 143. Eadem enim forma colebatur Iupiter & Venus Paphia, uti dicemus, 10. *Maij.* Iupiter adinstar pyramidis. Venus adinstar figuræ, quæ paulatim in acumen desinebat. Non aliter cogito factum cum Vestæ imagine, nonnunquam velata: etenim vel in seria (seu dolio, quod fictile, aut lapideum) condebatur; ut nihil ad extra imaginis videretur, nisi pyramis aut cubus, in cuius concavo latebat operta ad maiorem venerationem imago.

22 Astipulatur configuratio Dei Eliogabali, Romam ab Antonino eiusdem cognominis, qui ante imperium in Syria functus honore Pontificis, de quo supra. *Bius simulacrum in Palatino monte iuxta ædes imperatorias consecravit, etque templum fecit:* subdit Lamprid. Forma imaginis, quadriga trahens conum in quo aquila, supraque Sol. Pende modò verba Herodiani,

Quid in Vea
stæ adibus
Penum?

Ovid:

Imagines
Vestæ & Vea-
stium.

Magnæ Ma-
tris, Venus
Paphia, &
Iovis.

Dei Elioga-
bali imagi-
nes.

lib. 5. *Simulacrum nullam Græco aut Romano more (inquit) manufactum ad eius Dei similitudinem: sed lapis est maximus ab imo rotundus, & sensim fastigiatus propemodum ad coniformam.* Autelianus verò Imperator Dei Heliogabali effinxit imaginem figura Solis orientis radiati cum flagello aurigæ: inquit Flav. Vopisc. in eo. Quorsum si eius imagines forma eleganti & splendida, ut urbi inferretur, ostenditur in lapide duntaxat coniforma? Ut non esset nisi sacerdotibus visibilis, & lateret in concavo lapidis honore conciliato amplioris adorationis. Perspicuè exponetur, 8. Octobr. Appositè Hemelar. d. *Tabul. 37. Sub conica figura tentorio ipsa Dei statua urbi illata & contacta ad venerationem maiorem excitandam, neque enim (ait) maiestati tanti Numinis conveniebat, apertè per ora omnium traduci.* Fortasse etiam mons iste factus ex cavato lapide, ut sub eo signum Dei latens, & non aspectabile ad maiorem venerationem: prout in seria lateritia Palladium apud Vestales reconditum servari solebat. Roboratur eximie coniectura, ex eo quod Apollodor. inquit, 3. *Biblioth. n. 23. nimirum, Palladium de cælo delapsum, quod magnitudine tricubitali.* Ita ergo summitti facile sub concavitate lapidis quibat, quin vel adiens penetrabile, videre valeret imaginem Numinis sub laxea hierotheca latentis; relicta prærogativâ virgini Vestali,

Troianam soli cui fas videre Minervam.

23 Huius semper comes draco, ut asserit de *Iside & Osirid.* Plutarch. *Signo Phidias sociavit draconem.* Haud secus in virginitatis insigne, draconis cura virgini tradebatur Vestali. *Romæ quidem, quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, aspiciæ pœna suæ cum ipso dracone curantes de virginitate censentur.* Tertull. ad *Uxor.* cap. 6. etiam Plutarch. in *Parallel.* Dalecamp. in *Plin. 8. cap. 14.* fusèque Propert. tot. *Eleg. 8. lib. 4.* Hic erat in Asylo Romano (ut præmisimus, 1. *Februar. n. 13.*) quem colebant cives, eò magis quod à virgine placidè sumebat cibos, & averfabatur à corrupta: quapropter dicebatur *Periculum fœminarum.* Smet. *Gloss. in Fast. Flavij.* Unde Propert. d. à v. 3.

*Lavinium anno si vetus est tutela draconis
Quò penetrat virgo: caco descensus biatu.
Ieiuni serpentis bonos, cum pabula poscit
Annua, & ex ima sibila torquet humo.
Talia demissa timent ad sacra puella,*

*Cum temerè anguineo creditur ore manus.
Ille sibi admotas à virgine corripit escas,
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.*

Si fuerint casta, redeunt in colla parentum,

Clamantque agricola: Fertilis annus erit.

24 Draconem cum Vesta Lanuvij positum, cum illaque Romæ translatum, asserit Casaubon. in Sueton. *Tiber. cap. 72.* claretque ex Plutarcho, quo dudum, n. 16. ubi refert ex Pytole, 3. *Rer. Italic.* Metellum cum Vestæ filiam vellet sacrificare; Deam victimam ab altari rapuisse, abductamque constituisse sacerdotem draconis. Frequenter apud Ethnicos dracones erant ornamenta templorum. Hinc Adrianus Athenis in templo Iovis Olympij, ex India sibi allatum collocavit draconem, quem Numen cives habuerunt, donumque illis gratissimum; quoniam templo contulerat insigne ac maximum ornamentum. *Æl. Spartian.* in eo, & *Turfell. ann. V. G. 879.* De dracone in templorum Numinumque auctoritatem, diximus, 1. *Januar. à n. 10.* Totum florente imperio desumptum à fano Vestæ Lavinij & Albæ Longæ, ubi pro maiestate colebatur horror, & arte dzmonis astruebatur virginum pudor: qua de causa Vestalis pingebatur coram dracone cibum offerens, canistro ad cingulum suspenso. Dalecamp. quò supr. *Palladium, seu Vestæ effigiem, Constantinus, dum sedem imperij transfudit, secum abduxit.* Smet. d. ex Pomponio Læto & Lips. d. *Silvestrum draconis ora clausisse, & perpetuo ergastulo mancipasse; cui Kal. singulis à virginibus Vestæ suppeditari solita sint alimenta.* Liquet quæ Vestalia, honor virginum & cultus. Pœna lætæ pudicitæ dicemus suis in diebus. *Sil. Ital. 13. Bell. Punic. à v. 847.* *Nec par pœna tamen sceleri sacraria Vestæ Polluit exuta sibi virginitate sacerdos: Sed satis est vidisse, satis.*

25 Hac in die & in his sacris Octavius Pontifex maximus Romæ declaratus. *Ann. V. G. 725. K. Rom.* Reufner. Gyrard. & Rosin. qui *lib. 4. cap. 7.* inquit: *Pridie Non. Sacrum Vestæ erat: eodemque die C. Octavius Augustus Pontificatum maximum iniit.* Idem Goltz. & Panvin. quibus adhæret Torriell. *Ann. M. 4040. n. 4.* etiam decantat Ovid. 3. *Fastor. à v. 415.*

Ignibus æternis æterni numina presunt:

Cæsaris imperij pignora iuncta vident.

Quia Vates voce Cæsaris usus; hoc in loco (inquit Paul. Mar.) alij dictum de Iul. Cæsare, alij de Augusto volunt. Unde sexta die mensis Vestæ sacrificatur; quo die Cæsar Vestæ sacerdos & Pontifex Maximus creatus est. Sententiam sequitur Smet. in *Mens. Mart.* Cæsar sicut post Consulatum, summum sacerdotium emit: aliter ita iuvenis,

Cur sub lapidis concavo Palladium, seu Vestæ imago?

Ovid.

Vestalibus cura de dracone in asylo Romano.

Propert.

Metella rapta in sacerdotem draconis Vestæ.

Draco Iovis Olympij Athenis.

Sil. Ital.

Augustus Pontifex Maximus.

Ovid.

Cæsar Cæsar.

nec-

nequum praturam functus, nisi largitionibus, competitoribus viris iuclutis, adipisci nequibat; de quo fuse Dio, lib. 37. Articulum in eo refert Sueton. à cap. 13. *Deposita à Provincia spe, pontificatum maximum petijt non sine profusissima largitione; in qua reputans magnitudinem aris alieni, cum manè ad Comitja descenderet, pradixisse matri osculanti fertur, domum se, nisi Pontificem non reversurum: atque ita duos potentissimos competidores, multumque & aetate ac dignitate antecedentes, superavit; ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit.* Vel prævicens periculum, ausu ambitiosissimo & prece & pretio, dignitatem adortus, & simul voto potitus. Unde Goltz. in eo, & Smet. quò dudum, dixisse matri benè precanti, ferunt: *Aut hodie filium tuum videbis Pontificem vel exulem.* Stimulus tantæ iuvenis ambitionis erant dignitatis proventus, cum esset ære alieno nimis gravatus. Ex quinque rebus erat divitiarum cumulus, ut observat, lib. 2. Blondus, nimirum dotatione è publico; auctoramento ex oblationibus privatis; ex donationibus legatisque morientium, ex multa damnatorum, ac demum ex hereditate sacrorum. Hæc Cæsaris ad Pontificatum assumptio non solum pridie mensis huius Nonas, sed ex vetustissimis codicibus in ordine festorum constat per singulos menses celebrari. Marsus, ubi supr. In *Republ. Rom.* pag. 566. legitur: *In Capitolio super arcum templum Cæsaris & Vesta; ubi Senatores ponebant Iulium Cæsarem in cathedram VI. Martij.*

26 Et si inter fastos pro Cæsare numeraretur dies, pro Augusto designat Ovid. d. quasi vivente ac imperante: v. 419.

Ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos

Namina sancta, qua fovet ille manu.

Erat Augustus sacerdos, quia Pontifex Maximus, post Marcum Æmilium Lepidum, in sacerdotium successorem Cæsaris, cuius munus et si Lepidus deponeret, vivo illo, noluit amplecti: etenim lege præcisa, ut ait Cassiodor. 9. *Var. epist.* 21. sacerdotium non deponunt, nisi cum munus vitæ relinquunt. Honorem non spoliū quærebat Augustus: non Pontificatu fungi, sed mereri. Itaque cum se dedidisset Augusto, hic Romam illum misit nec sine custodia, sed cum Pontificis munere; quo mortuo, successit & sanctè in Pontificatu. Goltz. in eo, & Briet. in *Chronolog.* ann. præcit. *Postquam vero Pontificatum Maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinerat, mortuo demum suscepit, quicquid fatidicorum*

Graci Latiniq; generis; nullis vel parum idoneis Auctoribus vulgò ferebatur, supra duo millia contracta undique, cremavit; ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis, sub Palatini Apollinis basi. Hoc Summi Pontificis principalis cura, ut ritè celebrarentur sacra, nec haberentur pro veris excogitata ad placidum vaticinia. Ovid. *ibid.* v. 413.

Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri, Accessit titulis Pontificalis honor.

27 Præses virginum Vestalium, seu potius custos erat Pontifex Maximus: unde Augustus de illis egregiè ac præclare meritus. *Sacerdotum* (inquit Sueton. ubi supr. cap. 31.) *& numerum & dignitatem, sed & commoda auxit: præcipuè Vestalium virginum.* Cumque in demortue locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent; adiuravit, si cuiusquam neptium suarum competeret atas; oblaturum se fuisse eam. Præmissimus, n. 17. quantus erga illas honor Augusti; ut haberentur vel in spectaculis præstabili auctoritate. Ita earum delicata maiestas, ut qui lecticam earum aut fellam, quæ vehebantur, subiret; audaciam lueret indeclinabili morte. *Nonnulla etiam ex antiquis ceremonijs paulatim abolita restituit:* inquit *ibid.* Sueton. Inter alia formulam capiendi virginem in Vestalem; quæ erat huiusmodi. *Sacerdotem Vestalem qua sacra facias, que ius sit sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano, Quiritibusque; ita te Amata capio.* Briffon; de *Formul.*

28 Postquam Pontifex factus dedit in populi oblectamen ludos, qui dicti *Pontificales* ob novum honorem, & post eius obitum *Augustales* dicti. Tacit. 1. *Annal.* cap. 15. & 54. in quibus Vestales in maximopere honoravit: equidem ut accinit Prudent. quò supr. *Podij meliore in parte sedebant.* Imò decretum, ut quoties *Augusta theatrum introisset; sedes inter Vestalium consideret.* Tacit. *ibid.* lib. 4. cap. 16. Sicut honori, nonnunquam earum pudori, atque sanctimonie studuit. In ludos præfatos lecticis duci iussit: verum cum tunc à populo peteretur pugilatus, quo nudì certabant; & illarum, & omnium consuluit modestie. *Atletarum spectaculo* (subdit Sueton.) *muliebrem sexum omnem adeo submovit; ut Pontificalibus ludis, pugilum par postulatam distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, Mulieres ante horam quintam venirent in theatrum, non placere.* Prudens consultumque decretum postero-

Sibyllarum servavit in templo Apollinis Palatini.

Ovid.

De Vestalibus egregiè meritus.

Forma capiendi virginem in Vestalem.

Ludi Pontificales, & Augustales.

Augustus verecundie & modestie Vestalium consuluit.

Proventus ex Pontificatu.

Cæsaris Cathedra.

Ovid.

Augustus in Pontificatu præter Sibyllinos, fatidicos expressit libros.

*Nero corru-
pit.*

tribus temporibus Neronis protrivit improbitas, vel erga Velæ factas. *Ad Athletarum spectaculum invitavit & virgines Vestales in eo cap. 12. inquit Sueton. Haud frons Augusti huiusmodi licentiam tulit. Iurè Ovid. 6. Fastor. v. 447. succinit:*

Ovid.

*Nunc bene lucetis sacro sub Casare flammæ:
Ignis in Iliacis nunc erit, estque focus.*

*Expedi-
tio
Theſei in
Cretam.*

29 Hic dies etiam Atheniensibus famigeratus propter expeditionem Theſei in Cretam. *Sava Potentiſſimi Regis Minois imperia vixdum atata pubeſcente, repulſi ait Valer. Maxim. 5. cap. 3. n. 3. Refert articulum in eo, Plutarch. Tyranni potentiâ (quia filius eius Androgeus ab Athenienſibus in pugna fuerat occiſus) iam victis vêtigal impoſuit, ut quotannis, ſeptem virgines ac totidem pueros ætate pares, Minotaurum devorandos traderent; uti inquit Apollodor. 3. Biblioth. n. ult. & Hygin. fab. 41. Theſeus poſtquam Athenas venit, & audiit, quanta calamitate civitas conficeretur; ut miſeros liberaret, voluntariè ſe ad Minotaurum pollicitus eſt ire. Ibid. Plutarchus, hac die miſſum designat, ſed per ſortem. Theſeus (ait) eos quos ſors periculo deſtinave-
at Prytæno accepit: ac progreſſus in Delphinium, ſupplicationes pro eorum ſalute ſignum Apollini obtulit: id erat ramus oleæ ſacræ albâ lanâ involutus. Voto concepto deſcendit ad mare, ſextâ die Munichionis; quo die etiam nunc puellas mittunt ſupplicatum in Delphiniam. Fertur Theſeo Oraculum Delphicum præcipiſſe, Venerem itineris Ducem faceret, comitemque advocaret: præterea cum capram apud mare immolaret, eam fortuitò in capram tranſiſſe. Appulit itaque Cretam, ſtatimque incluſus in labyrinthum, quò androphagus debebat Minotaurus; cum quo congreſſus, vicit, ac interfecit, & cum ſocijs inde exivit (lino & ſplendore coronæ Ariadnes, eius amore captæ, eludens labyrinthi flexus & errores) ac ſtatim cum Ariadne & ſocijs Athenas adnavigavit. Idem ibid. & Ovid. 8. Metamorph. fab. 2. & Epiſt. 10. ſed priùs proceſſit Delphos ut Apollini grates ageret diverſis choreis, uti dicemus, 13.*

*Victoria de
Minotaurum.*

Maij, dum Delon appulit, ut ibi Apollinis matri propter conceſſam victoriam atque libertatem ſacra faceret. Hinc Athenis hac die fiebat pompa in memoriam cum puellarum tripudijs ſingulari lætitiâ. Theſeo templum eſt conceſſum: iuſſitque ipſe (inquit Plutarch.) eas familias, è quibus ſorte ad tributum adoleſcentes eſſent, lecti ſibi ad ſacrificium conferre penſionem. Hæc dicebantur Sacra Theſea (de quibus, 8. Jul.) in quibus dabatur populo congiarium, & convivia cetera. Tom. I. Ephem.

*Ei templum
dicatum.*

*Theſea ſa-
cra.*

lebrabantur. Theſei templum erat Aſylum; quoniam ex eo revelli nullas poterat ſupplex. Rhodigin. 7. cap. 23. De annulo in pelagus à Minue proiecto, & à Theſeo educto, ut aſtrueret filium eſſe Neptuni: ac de Coronâ Ariadnes ei à Libero patre data, & conſtructa à Vulcano anro & Indicis gemmis; per quas Theſeus de tenebris labyrinthi in lucem venit; dicemus, Iſagog. Auguſt. à n. 21. & Iſagog. Octobr. n. 29. Theſeus ergo pro cunctis acceptis beneficijs Træzenè templum dicavit Dianæ Soſpitz; de quo 3. April.

30 Inter Ægyptios Sacra felis auro ſimulacro Bubaltis, & pompa. *K. Agypt. Duntaxat quibant cogitari ab inſenſatis, præ nequitia traditis in reprobum ſenſum, aditantibus ſimilitudines volucrum, quadrupedum & ſerpentium. Deitatis vel inter illos dedecora, phantaſiæ lætæ portenta, Omnigenam Deum monſtra; ut canit Virgil. 8. Aeneid. v. 698. Cicero. 3. de Natur. Deor. Juvenal. tot. Satyr. 15. Maxim. Tyr. ſerm. 38. & Plin. 30. cap. 11. Tempora felibus ſublimibus elevata ſaſtigijs: ait Arnob. lib. 1. Adverſ. Gent. Bubaltis erat aurea felis imago, quia ibi portabantur, quotquot moriebantur in regno. Narrat ſultitiam Herodot. lib. 2. n. 20. Felem incenſa ſtræ (inquit) divina res occupat. Quoties ignem extinguere negligant Ægyptij, cuſtodias felium diſpoſiti agunt: at illæ (amantiſſime enim ſuorum beſtia eſt) aut intrudendo ſe hominibus, aut tranſſiendò, in ignem inſiliunt. Hoc dum contigit, ingenti lætæ afficiuntur Ægyptij. Quibus canque autem in domibus felis oppetit mortem; earum domorum habitatores cuncti ſola ſupercilia radant (totum autem corpus eſt caput, in quorum domibus moritur canis) efferuntur autem feles mortuæ ad ſarta tecta, ubi ſalutè ſepeliuntur in urbe Bubaltis. Horribilis proſum fascinatio rationis! Idem cum bobus maribus faciunt; ut dicemus 12. Decembr. Hæc ſacra felium, quæ etiam refert Diodor. Sicul. lib. 3. Biblioth. num. 4. Enſeb. de Preparat. Evangel. 2. cap. 1. & Maiol. Tom. 2. Colloq. 1. Mirum ſanè, quòd cum pro cane mortuo domeſtici radant caput, & pro fele ſola ſupercilia; canes ſalutatos non deducantur in ſacra ad aliquam urbem. Canes (ſubdit Herodotus) in ſua quiſque urbe tumultant ſacratæ in locis. Sapiunt: ſemper diſcordes & feles & canes.*

31 Hac etiam die, ann. V. C. 421. cum pacificè Alexander Magnus poſt victoriam ad Iſſum de Perſis, veniſſet Phœniciam, quòd claræ civitates ei dedit, & officia Tyrus recuſaſſet; miſit caduceatores in fœdera, ſed

*Diana So-
ſpitz.*

Sacra Felis.

*Sepeliuntur
in templo.*

*Ridiculi ri-
tas.*

*Alexander
Tyrum obſi-
der.*

Tyrij in pelagus proiectos suffocarunt. Post dies septem à flagitio Tyrum Alexander toto exercitu circumdedit, intendens in exitium perfidorum & urbis clarissimæ exterminium; ann. 3. regni & ætatis 23. Summis difficultatibus conatus repellebatur; ita ut ab obsessis riderentur Alexandri, & machinæ & minæ: maximè civitatis situ & munitionibus, adstantibus simul legatis Carthaginensibus, qui venerant celebrare annua sacra Astartæ sive Uranæ, Dæ Phœniciz, cuius imaginem illinc Byrsam Dido cum sacris advexerat. Legati ergo hortari Tyrios cœperunt, ut obsidionem forti animo repellerent; quippe in conflictum vel assultum brevi ex Carthagine auxilia ventura. Curt. 4. cap. 2. & Ioann. Freinshem. hic. *In Syriam proficiscitur, ubi obvius cum insulis (ait Iustin. Histor. 11.) multos Orientis Reges habuit. Tyrionum civitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratificationis Alexandro misisset; gratè munere accepto, Tyrum se tre velle, ad vota Herculi reddenda, dixit. Legati cum rectius id eum in Tyro vetere & antiquiore templo facturum, dicerent, detrectantes eius introitum; ita exarsit, ut urbi excidium minaretur: confestimque exercitum insula applicuit.* Ferè eadem apud Curtium, quò dudum. Diebus distinctis signatur ab AA. initium obsidionis; signamusque uti invenimus sine crisi, quippe haud eximij momenti. Adifis, 20. Ianuar. n. 6. & 30. Februar. à num. 8.

32 Tandem tandem post menses septem expugnata Tyrus est, ut videbimus, 30. Septembr. cuius excidij portenta, præter signatum à Diodor. Sicul. 17. *Biblioth.* à n. 583. refert Curt. d. in Urbe cum ferrum ad arma inferretur fornacibus, ex ipsis flammis rivos sanguinis extitisse. Etiam inter Macedonas ex fracto pane guttas sanguinis apparuisse: quod in bonum omen interpretatus est aruspex Aristander; eò quòd non ab exteriori sed ab interiore parte panis sanguis manavit. Ita interpretatus est infomnium tunc Alexandri, in quo vidit Satyrum alludentem sibi, & post multos flexus & ambages fugientem, tandem apprehendisse. Narranti Alexandro, Aristander respondit: *Post aliquantulum laborem, Tyrum in eius potestatem venturam.* Plutarch. in Alexandr. Artemidor. 4. cap. 26. Acrius illum in subiugationem urbis stimulavit; quod refert Arrianus, lib. 2. scilicet, Herculem (qui Tyri maximè cultus) per noctem, quæ obsidionem præcessit, dextram porrexisse, & introduxisse in urbem. Id Alexander ob-

sessis significavit; cum scisset, eius caducatores contra Gentium iura, occisos fuisse. *Se verò ut id faceret, etiam oraculo monitum.* Curt. d. Alia alibi.

DIES VII. MARTIJ.

1 **G** Rad. 17. *Piscium*, in quo statio Non. 28. Lunæ, dicta *secunda Geminationo*, quæ est statio inundationum. R. Avenar. & Kirch. 2. *Oedip. Copt.* class. 7. cap. 10. *Equus oritur matutino.* Columel. *Marine aves apparere incipiunt* (idest, hirundines) *& cum Septentrionibus Aquilo stat. Equus occidit.* *Postremum coxa Leonis manè occidit.* Iunctin. K. A. Ann. 44. ante Christum hac in die eclipsis Solis centralis, sicut ann. sequenti die 21. Augusti, parziale deliquium Lunæ. Blanchin. in Prolegon. in *Vit. Pontific.* Tom. 2. sub hoc gradu qui nati, musici erunt. Si Mars radiarit, laqueo se suspendent. Iul. Firmic. *Principium Veris. Sol Piscium dimidium obtinet.* Ptol. De his omnibus egimus dieb. præced. De Pegasi ortu Ovid. v. 443.

Iamque ubi cœruleum variabunt sidera cœli; Ovid.

Suspice, Gorgonei colla videbis Equi.

Vir in aqua se mergens: indicat stoliditatem. Sphær. Arab. Iacob obiit iuxta Tornieil. *Mors Iacob* ann. 2345. n. 1. *propemodum desinente.* Fal-litur. Vid. 19. Octobr. n. 1.

2 Ægypto infligitur plaga octava locustarum. *Exod.* 10. à 13. Perer. *disputat.* 12. n. 69. Ann. sequent. oblatio Elisama pro tribu Ephraim in erectione ac dedicatione Tabernaculi, eisdem muneribus ac cæteri tribuum Principes. *Numer.* 7. 48. Anno quadragesimo ab exitu iuxta Talmud, Iosue repletur spiritu Domini, eò quòd post triduum ingressurus cum toto Dei populo in terram Chanaan. Vid. Serar. in *Iosue* 9. quæst. 14. & quæ pridie diximus, num. 1. & 6. Febr. Filij Israël profectò hac die egressi de Setim, factà promulgatione accipiendi cibaria in triduum, ut commodè Iordanem transeant, & iuxta flumen castrametentur: etiamque præcipitur à Iosue, tribus ultra Iordanem à terra promissa, procedere cum reliquo Israël lectis militibus, ut suam quæque sicut illæ acceperant cis Iordanem, obtineat possessionem. Hage in *Chron. sacr.* Serar. in *Iosue*, 2. quæst. 5. & in 6. quæst. 31. & Seder-Ol. cap. 10. Dum dicuntur cibaria præparari, haud intelligendum eò quòd iam defecisset Manna à morte Moyse, uti dicunt Rabbini, videbimusque d. 10. n. 3. Unde ut effugium habeant, cum constet d. 15. defec-

Plaga 8.

Iosue spiritu fortitudinis ornatur.

Promulgatio abitus ad Iordanem.

Astarte Uranæque sacra.

Prognostica in Tyri expugnationi.

cisse; dicitur à Seder-Ol. loc. cit. secum à 7. Februar. asportasse Manna. Prætermittunt Manna, nisi ad Sabbatum feria 6. servari non posse: igitur exiguo radio Solis liquefiebat, quin in crastinum existeret. *Exod.* 16. 19. & *Sapient.* 16. 27. Commeatus præparari iubetur ex alijs cibis, quos quasi obsonium adhibebant Manna quasi pani; ut patet *Deuter.* 2. 6. 28. & *cap.* 29. 6. Occurrit Antilogia. Hic *cap.* 3. 2. dicitur, quòd venientes ad Iordanem, *morati sunt ibi per tres dies.* Ibid. *cap.* 2. 22. præmittitur, exploratores Iericho, postquam illine exierunt, mansisse in montanis etiam diebus tribus. Antequàm hos misisset, præparare insit populum cibaria, quoniam post diem tertium transiuri erant Iordanem: *cap.* 1. 11. Quomodo post diem tertium; si ad minus, ex quo dixit, seni dies intercesserunt? Aptantur cuncta usitata in sacris hystorologiâ. Tres qui diversi nominantur dies, ijdem sunt. Misit Iosue exploratores, tunc etiam insit paratis cunctis, moveri castra in Iordanem, qui propè erat. Mansit ibi Iosue per tres dies, in quibus etiam in montanis latuerunt exploratores: post quos die 10. cum Arca Israëlitæ transierunt Iordanem, ut prædixerat Iosue. Tres ergo dies qui dicuntur ad Iordanem, debent intelligi de fine trium dierum. Unde Hebr. non dicit: *Morati sunt ibi per tres dies; sed dormierunt ibi.* Et Maluend. *Pernoctarunt ibi, antequàm transirent: & fuit de extremitate trium dierum.* Anno 27. Principatus Iosue, cum iam esset Arca translata in Siluntem, ac Levitis signata habitacula, terra sine hoste, & Princeps in domo sua iuxta Rab. Abrah. in *Histoy. Cabal.* die 7. Nisan, prima habita Synodus: de qua Genebrard. *Chronolog.* Ann. 2709. inquit: *Prima Synodus in Sichem, Eleazaro Pontifice, Iosue Iudice, Senioribus assidentibus; de prohibenda societate cum Gentibus, auferendis Dijs aliens, & sepellendis ossibus Ioseph. Probabile est, in ea, legem ore traditam, sive Cabalam Senioribus fuisse commissam, quam per ordinem prophetis traderent; ut referunt Hebræi in PirKe Aboth. Vid. Ioseph. 4. Antiq. cap. 7. Post Iosue fœdus inire cum Domino fecit populum, ut semper sub lege viveret; de quo 6. Maij, n. 2.*

3 Hoc in die stillat Ezechiel contra Regem Ægypti, ita ut per Nabuchum Magnū omnes regni urbes vastentur. *Ezech.* 30. à 20. Etiam hodie præcipitur à Domino, quòd post captivitatem Babylonicam, in templo futuro fiat sacrificium quotannis pro Sacerdotis macula, sed maculæ nescij. Ibid. 45. à 20. Ad Sanctium hic *num.* 56. Nonnulli, &

Top. I. Ephemer.

approbante Maldonato in *Baruch.* 1. 2. hodie astruunt, librum Ieremias, quamvis nomine Baruch, ab hoc lectum Iechoniz & alijs captivis in Babylonia; unde ante excidium Hierosolymitanum missa ab ipsis vasa argentea. Sed vide 10. Maij. 6. & 7. *Ish.* 7. Liber ergo lectus vel post captam urbem, ut viderent impleta, quæ Ieremias prædixerat futura; vel pridem, antequàm venirent, ut scirent Babylone, quòdnam fatum maneret habitantes Hierosolymis. Dictavit Ieremias, Baruch scripsit, tulit, cum perrexit comes fratris Saraiz, in profectioe ad Nabuchum, quam fecit Sedecias anno quarto à Iechoniz captivitate. Unde cum Ieremias dedisset Baruch librum de Babylonis exterminio, summergeudū in Euphrate; *Ierem.* 51. à 59. ita Baruch dedit librum alterum de excidio Ierusalem, legendum inter captivos, ut cognoscerent, melioris sortis esse, quàm habitantes in urbe, ut descripsit Ezechiel, à *cap.* 4. Plorarunt audientes, & ut placaretur Deus miserunt vasa argentea, pecunia à Babylonio redempta, simulque summam, ex qua emerentur ad sacrificia necessaria. Quapropter cum reverteretur Sedecias in Ierusalem (quò pervenit 9. Maij) captivi cum muneribus, per ipsum Baruchum remiserrunt exemplar libri ad illos missi à Ieremia, ut legeretur in diebus solemnibus coram Sacerdotibus, Principibus & populo, ut Dei indignationem lachrymis averterent; ne viderentur urbe vastata, & incenso templo, in graviore ærumna, quàm ipsi patiebantur in Babylonia. *Baruch.* d. v. 14. Post sex annos, ante quatuor menses vastationis Ierusalem, confirmatur prophetia de Ægypti desolatione per Chaldæorum exercitum; *Ezech.* 30. à 20. & Seder-Olam, *cap.* 26.

4 Postquam Antiochus Magnus cum cæteris civitatibus Phœniciz & Cœlesyriæ, subiecit quasi in transcurso Iudzam, ut diximus die 2. n. 4. (Nonnulli Historici in annum sequentem, quia necdum fato functus fuerat Philopator, protrahunt pugnam. Briet. asserit post annos octo: *Ann.* 3843. & 3851. & Torniell. 3850. n. 7.) vicit Scopam Etolum præfectum copiarum Regis Ægypti. Reuclin. Victoriz meminit Hieronym. in *Daniel.* 11. 15. *Scopam Ducem Ptolomei, iuxta Fontes Iordanis inito certamine fugavit; & cum decem millibus armatorum obsedit elansum in Sidone, ad quem liberandum misit Ptolomeus Duces inclytos; sed obstinationem solvere non potuit, donec fame superstitus Scopas, nudus cum socijs dimissus est.* Iosephus autem, 12. *Antiquitatum*, cap. 3. hanc Antiochi audaciam tribuit morti Philopa-

Munera missa à captivis Hierosolymis.

Per Baruchum.

Exemplar libri lectum in Ierusal.

Antiochus Magnus vicit Scopam præfectum Ægypti.

Antilogia.

Prima Synodus Synagoga.

In qua tradita Cabala

Legitur lib. per Baruch.

toris, ut destruerè voluerit filium Ptolomeum Epiphanen. Defuncto Philopatore (inquit) filius eius magnum exercitum Duce Scopam misit in Cœlesyriam, qui & multas eius urbes & nostram gentem vi in potestatem eius retraxit. Aliquanto autem post Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopam praelio congressus, sit superior: cumque accepisset occupatas à Scopam urbes Cœlesyriae, simul & Samariam; Iudaei quoque ultrò deditiōnem fecerunt. Unde egressus Ierosolymam Iudaeis, eorum auxilia remunerans, magnas immunitates & dona contulit. Adrichom. Ann. 3773. & Genebr. Ann. 3886. Post eum gratiarum pœnituit: igitur collocatâ in matrimonium Epiphani Ptolomeo filia Cleopatra, partem tributorum Iudaeæ, dotis nomine illi tribuit, partem sibi retinuit cum totius regionis dominio. Idem ibid. & Ioseph. d.

5 Mors Prolom. Philopatoris, causa præfarae invasionis, infelix sicut vita fuit. Factâ pace primùm Antiocho victo, ut dictum 10. Februar. num. 5. avidè materiam quietis arripuit luxuriæ deditus, maxime occisâ uxore Eurydice, illusus amore meretricis (& fratris ambitiosæ pulchritudinis etiam scorti) simul arte matris utriusque, & unoquoque peioris, sui oblitus & regni, duntaxat studebat illecebris; ita ut præfati regnum possiderent, ad illorum arbitrium maxima minimaque gererentur, ordinantium præfecturas & tribunatus; quin quisquam minùs quàm Rex in suo regno valeret, ac posset. His corruptelis relicto filio quinquenni ex Eurydice occisâ, moritur: sed mors eius, dum regia supellex gazaque à feminis præfatis rapitur, & simul corruptis Primatibus ab illis sollicitatur occupare regnum; diù occultitur. Ergo compertâ, complices & motores patibulis suffiguntur. Justin. lib. 30. Petav. 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 5. Polyb. lib. 5. pag. 418. Briet. & Salian. Ann. 3850. qui quidem haud continuò pœnas dedisse referunt; sed post biennium, quo mater & filia à populo morsu, acubus, faxis, fustibus comminuuntur in frustra. In Antiochum moverant bellum Romani, electo in Imperatorem Publio, de quo Tralilianus Phlegon de Mirabilib. cap. 2. infit: *Publius exercitus Imperator, divino percibus furore, egressus castris quercum ascendit, sequentemque militum multitudinem advocans, Mibi, inquit, fatale est, ut à Lupo russo magno vorer bodie: vos autem scitote venturas in vobis omninò eas calamitates, quas pavidè antè vaticinatus sum, ac vera me dixisse, Numine quodam demonstrante, prædi-*

xisse; hoc certissimè intelligite, quòd iam iam lupus aderit, cui ne impedimento sitis, etiam atque etiam cavete. Accedens igitur lupus eum laniavit, membraque omnia præter caput consumpsit. Porro accedente turbâ, & reliquias tollere, ac sepelire volente; caput humi iacens, saltuque longiùs recedens, dixit indignanter:

Nemo caput tangat nostrum: fas non finit illos,

Quos animo infenso Iovis odit, filia Pallas, Contrectare caput sacrum.

Idem dixit Homerus, *Iliad.* 10. v. 458. de Dolonis abscisso capite:

Pulvere se caput involvit, loquiturque re-

sectum.

Videfis Cœl. Rhodigin. lib. 3. cap. 23. & Balfac. Bonifac. 1. de *Histor. Iudic.* cap. 3. cum Aristotele, de *Partibus animal.* lib. 3. cap. 10.

6 Post tres annos à pace data & accepta inter Antiochum Siderem & Ioannem Hyrcanum; ille videns quàm selectas acies Iudæorum, petijt ab Hyrcano auxilia (& si placeret se Ducem suorum esse, gratissimum sibi) in bellum Parthicum, iam diù meditatum; quoniam frater eius Nicator, tamen si ab Arsace haberetur regiè in Hyrcania; captivus nihilominus degebat. Vincula erant profectò aurea, sed vincula. Assensit Hyrcanus, & factò foedere, libenter in Parthiam secutus est Siderem; qui in obsequium eius & Iudaicæ religionis, victoriam post primam, ac erectum trophæum ad Lycum fluvium, hæsit per biduum; quoniam illis in diebus supervenit festum Pentecostes, quo Iudæis data lex, nec illis iter facere, fas erat. Iosephus, 13. *Antiquit.* cap. 16. & ex illis nos, 6. *Maij*, n. 11. Salian. & Briet. Tornicell. & Turfellin. Ann. 3924. Genebr. 3983. & Petav. 1. p. *Rationar. tempor.* lib. 4. cap. 13.

7 Anno Christi primo, & ultimo Herodis (qui obierat retrò 9. diebus, ut vidimus, 28. *Februar.* n. 10. & die seq. sepultus propter factorem) iusta ei regia peracta in parentationem à successore filio Archelao, qui per dies septem, luctu parentis celebrato, & in fine luctus, fanebri epulo populo exhibito, candidâ veste indutus processit in templum, cunctis ex factione patris bonæ precantibus, ut ditarentur; cæteris verò, quia tyrannidem excusserant. Citò affectum protulere, seditione factâ in die proximi Paschatis, ut videbimus, die 14. num. 16. Ioseph. 2. de *Bell.* cap. 1. — 17. *Antiquit.* cap. 11. Egesipp. 2. *Excid.* cap. 1. Petr. Comest. *Histor. Evang.* cap. 18. Baron. Ann. *Christ.* 8. n. 11. Tornicell. 4051. num. 44. Salian. & Briet. 4054. & Genebr. à 4091.

Caput abscissum locutum.

Homeri

Hyrcanus committatur Siderem in Parthiam expeditionem.

Parentatio Herodis à filio Archelao.

Ptolom. Philopator obit.

Prodigium singularare.

8. Anno Christi, 32. egrediens ad mare, Matthæum ad telonium sedentem, ad se vocavit, ita obedientem, ut statim sequeretur, ac latus convivium instrueret. Alapid. n. 19. Marian. n. 5. At videtur, post Pascha fuisse vocationem, non ante Pascha. Baron. Ann. 31. n. 50. Reufner. hac in die, sed ann. 33. signat disputationem legisperiti, de Proximo, & parabolam Christi de Samaritani charitate. Ann. 34. adolescentem divitem Dei mandata servantem, hortatur ad paupertatem voluntariam; qui resiliit, quasi cordolio reperculsus. Docet quam difficile, opulentum cœlum assequi, & promittit centuplum propter se bona temporalia relinquentibus. Alapid. d. n. 55. & subijcit parabolam de Patre-Familias diversis horis quærente operarios in vineæ culturam. Adrich. Ann. 34. Alva verò Tabul. 5. ann. ult. prædicationis Salvatoris, signat recessum eius cum discipulis in desertum Ephrem, quò accessit mater filiorum Zebedæi, petens in ipsorum honores, sublimiores in Christi monarchia sedes. Haudquaquam sententia placet. Non enim cum recessit in Ephrem accessit; sed cum rediret Ierofolymam ut pateretur, occurrit mater filiorum Zebedæi. Matth. 20. à 17. & Luc. 19. 28. sine fulcro cogitat, sicut in coniectura de desponsatione Virginis cum Iosepho (retrò 34. ann.) quam hodie signat, dieb. 18. præcedentem incarnationem Verbi.

9. Romæ sacra Iovi Ultori, Veiovi, seu Nigro, alio nomine Infanti, seu Pueri. Ovid. 3. Fastor. à v. 421. Smet. in gloss. Rosin. Gyrard. & Reufner. in V. K. R. Veiovis ades sacra ad duos lucos Asyli. Locus hic sentibus septus sub rope Tarpeia inter Arcem & Capitolium, ubi Romulus in cives urbis novæ collocavit asylum, de quo infra, n. 17. Iupiter dicebatur in hoc templo Parvus, cuius imago sine fulmine. Ovid. d. v. 431.

Iupiter est iuvenis, iuveniles aspice vultus: Aspice deinde manus, fulmina nulla tenet.

Qui quidem ab illo ibid. Veiovis dicitur, idest sine virtute ad inferendum malum, uti Parvus & puer, imò ut infans, quapropter inxta illum capra, cuius lacte nutritus, ob cuius beneficium ab illo iam Dirove, in cœlo concessus thronus in Erichthonij humero. Arat. in Phœnom. à v. 156: & Germanic. Cæsar, ibid. n. 11. accinit:

Numina præterea secum trahit: una putatur Nutrix esse Iovis. Si verè Iupiter infans Ubera Cretæa multo fidissima capræ: Sidere quæ claro gratum te gestat alumnæ.

Cui in cœlum assumptæ Corinthij celebrabant sacra 23. Metagyn. ut videbimus. Sic Iupiter dictus Veiovis.

10. In antiquis spectationibus nomina hæc Deorum inesse animadvertimus; Diiovis & Veiovis. Est autem etiam ades Veiovis Romæ inter Arcem & Capitolium. Eorum nominum rationem esse hæc comperi. Iovem Latini veteres à iuvando appellaverunt, eundemque alio vocabulo iuncto Patrem dixerunt. Id plenum atque integrum est Iovis Pater: hoc enim est Marspiter, & idem Iovis Diespiter, idest; diei & lucis pater: iccircoque simili nomine Diiovis dictus est. Cum Iovem igitur & Diiovem à iuvando nominassent; cum quoque contra, Deum qui non iuvandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam Deos quosdam ut prodesse celebrabant; quosdam ne obessent placabant) Veiovem appellarunt, dempta atque detracta iuvandi facultate. Aul. Gell. 5. cap. 12. Rosin. 2. Antiq. 2. cap. 5. Dempster. hic. Anton. Constant. Paul. Marsus & Carol. Neapolitan. in Ovid. loc. cit. Sine iuvamine aut virtute dictus Veiovis; sicut dicitur Vecors, sine corde, & Vefanus sine mentes; hincque Infans Parvus atque Puer. Sub titulo Iovis Imberbis etiam Itali venerati sunt (sicut apud Eleatas inter Græcos, ut ait Pausan. cap. 173.) vocaruntque Iovem Anxyrum: hoc est, Parvum Iovem. Virgil. 7. Aneid. v. 799. Iupiter Anxurus arvis præsidet. La-Zerd. hic, n. 26. Alio nomine Veiovem vocabant. Statius, 10. Thebaid. v. 310. Pueri Iovis oscula libat. Idem astruit Apollon. Rhodius, 1. Argonautic. v. 100. & Nonnus, Dionys. 41 v. 8. dicens: Puer erat, adhuc fortè infans. Nequid in manibus sumptera fulmen, cum nullum illa in ætate occurrisset certamen, quousque in Titanas rebelles extorlit. Ovid. d. v. 433.

Fulmina post ausos cœlum affectare gigantes Ovid.

Sumpta Iovi: primo tempore inermis erat.

11. Nonnulli negant vel infantem Iovem non habuisse fulmen, quanvis tunc etiam vocaverint Veiovem: etenim haud in manu coruscabat fulmen, sed ambabus manibus in vibrationem tenebat, ut ait Charitar. pag. 103. quod sumpsit ex Pausania quò dudum. Alij, ut Gellius, d. & Alexander Neapolit. 4. cap. 12. imaginem Veiovis effinxerunt in puero cornuto, sagittas manibus continente, quasi in vulnera parato, cum capra. Claudianus verò inermem omnino pingit, de 4. Consul. Honor. à v. 197. Talis ab Idæis primævus Iupiter antris Possessi stetit arce Poli, famulasque recepit Naturâ tradente Deos, in imagine mundum

Ver:

Christi gesa.

Iupiter Veiovis.

Imago.

Ovid.

Capra colitur.

German. Cæsar.

Iupiter Parvus, Puer Infans.

Anxyrus.

Imagines.

Cladum. Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebāt
Motura convexa coma. Tunc scindere nubes
Discebat, fulmenque rudi torquere lacerto.
 Capra illius imagini apponitur, quæ dicta
 capra Amaltheæ, cuius lacte nutritus, & à
 qua ut summam haberet maiestatem, accepit
 virtutem ad vibranda fulmina, ideoque
 signata per stellam lucidam sinistri humeri
 Aurigæ coelestis, quæ appellatur Capra. Ger-
 man. Cæsar, d. Fabulam concinnavit Mus-
 szus: *Datur Iovis infans* (ait in *Heron.* &
Leandr.) *nutriendus Themidia Althea, quæ*
fuit domina capræ, quæ ex ea locem nutri-
vit. Esse autem hanc capram filiam Solis di-
cunt: cuius aspectus tam atrox fuisse dici-
tur; ut Titans eam timerent, rogarentque
matrem Terram, ut eam abderet. Terra au-
tem in antro clausam, Amalthea tradidit
custodiendam, ibique Iovem cum cura edu-
casse. Qui cum esset iuvenis, & ille contra
Titanes inermis vellet pugnare; eius pellem
dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod
semper Titanibus agitator timori fuerit; &
dicebatur media pelle Gorgoneum caput ha-
bere: eo tectus tegumento fortiter resistit, &
capram immortalitate donavit, colique a-
stris intulit, & eius pellem appellavit. Idem
 Cæsar, quò sup. n. 9. & Natal. Comes, 1.
Mytholog. cap. 1-6. cap. 11. & 7. cap. 2.

12 Aliter Chartarius d. pag. 105. Mel-
 le ac lacte caprino esse nutritum in Creta.
 Hanc capram aiunt, cornu arbori illisum
 perfragisse. Hoc scæminæ (ut quæ eam in de-
 licijs haberent) tulisse quidem molestissimè.
 & cornu diversis floribus ac fructibus re-
 ferentes, domum reversas Iovi obtulisse,
 illumque id munus libentissimè excepisse, ut-
 que sempiternâ suam nutricem memoriâ
 prosequerentur; id annonæ ubertatis signum
 esse voluisse: de quo Pherecides dixit, eius
 vim esse, ut assatim omnia ad essum & po-
 tum pertinentia suppeditet. Apollodor. 2.
Biblioth. n. 27. Non à capræ cornu, sed ab
 Acheloi, huiusmodi copiam provenisse, fingunt
 Græci. Hoc Achelous suo recepto,
 Herculi fertur tradidisse; quod miræ natu-
 ræ, ita ut quod quisque, sive potum, sive ci-
 bum peteret, citra ullam omninò laborem
 suppeditaret, aviditate voti compote. Rhodigin.
 30. cap. 1. Gyrald. in *Hercul.* n. 11.
 & Palzphar. 2. Fab. 45. dicentes, Hercu-
 lem ubique portare solitum, cuius beneficio
 quodcumque volebat, fiebat sibi. Itaque ei
 Cornucopiæ nomen est inditum. Alij denique
 dicunt, Ammonem Libyæ Regem uxorem
 Rheam cum duxisset, regnumque circumiret;
 Amaltheam insigni formâ virginem conspex-
 isse, cuius amore captum, ex ea filiam non

matre indignam suscepisse, in dotemque de-
 disse regionem Amaltheam (quæ in cornu
 figura erat) & cum ea regio vineis & po-
 marijs, cæterisque telluris delicijs abunda-
 ret; cornu Amaltheæ nuncupata est. Dona-
 tus in *Satyr.* 1. Perfij, & Luctat. in 4. *The-*
baid. Statij. Videtis in *Isagog.* Mensis, n. 8:
 Cum ergo huiusmodi functiones minimè
 signa validi Numinis; hoc templum Iovi di-
 carum sub cognomine Veiovis. Ovid. d.
 v. 441.

— *Veiovis edem,*

Adem non magni suspicor esse Iovis.

13 Ad mythologiam huiusmodi fabu-
 lam deducunt Antiquarij, considerantes Io-
 vem tunc etiam cum ætate ludentem, ut
 Veiovem; sicut cum ætate adolevit tractans
 fulmen, vocarunt Ethnici *Nigrum Iovem*
Ultoremque: tunc enim sine capra, sed cum
 trifulco fulmine pingebatur iratus, potissi-
 mè in foedifragos ac periuros, dicebatur-
 que *Iupiter Lapis, & Medius-Fidius*; de quo
 fuscè, 5. *Iun.* Inter Græcos *Vindex & Tonans.*
 Unde Pausan. ubi sup. inquit: *In Curia, Io-*
vis est signum, specie perfidiosis hominibus
quammaximè formidanda. Horcius ei cogno-
men, idest, iurisiurandi Vindex (idem for-
tasè quem Romani Dium-Fidium appella-
runt: Frideric. Sylburg. hic) utraque manu
fulmen tenet. Gyrald. Syntagm. 2. v. 19. &
37. & Chartar. d. pag. 103. apud quem iuxta
Aristotel. legitur fons, in cuius aquâ pro-
babatur iuramentorum veritas; ut videbi-
mus loc. præcit. Iovi ergo Ultori, Vindici seu
Adulto à Marc. Agrippa dedicatum est Pan-
theon, quod constructum in honorem Cy-
belis & omnium Deorum. Gyrald. d. n. 35.
Pantheon Iovi Ultori ab Agrippa factum:
 Plin. 36. cap. 15. Vide pridè, n. 16. & 1.
Novembr. Cunctorum foederum ac iura-
 mentorum fraudem puniebat, maximè si
 illo tonante iuramenta facta. Virgil. 12.
Æneid. v. 200. accinit:

Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine
sanctit.

14 Hoc opus Iovis Adulti in foedifra-
 gos qualicunque materiâ, sed excipiebantur
 amantium: etenim flocci habebat, etsi
 iuramenti propoita videret irrita. Callima-
 chus Hymn. in *Vener.* ait: *Amoris iurisan-*
dum penam non habet. Oth. Vznins, *Amor.*
 Emblem. 71.

Nulla fides inerit: periuria ridet amantium
Iupiter, & ventis irrita ferre iubet.

Sumpsit ex Ethnicis apud quorum Vates
 huiusce articuli magna seges. Tibull. 1. *E-*
leg. 4. v. 23. Ovid. 1. *Amor. Eleg. 8. v. 86.*
 & *lib. 3. tot. Eleg. 30.* Propert. 1. *Eleg. 17.*
 &

Quæ &
 qualis ca-
 pra amal-
 theæ?

Et pellem
 scutum I-
 ovis.

Cornu.

Vnde Cor-
 nucopias

Ovidi

Iupiter Ul-
tor, Lapis
Medius-
Fidius.
Imago.
Vindex &
Tonans.

Horcius

Hinc fons

Ei dedica-
 tum Pan-
 theon.

Iuramenta
amantium
nibili duc-
bantur.

Oth. Vznins

& lib. 4. Eleg. 7. Videſis, Tom. 3. T. 3. n. 8. Ut fragilis Iupiter ad hominum fragilitatem conſuebat: verum in ſcelera non ſolum minax, ſed propoſiti tenax. Hac de cauſa ſemper ſecum vel Ultor habebat pellem capræ, non ſolum ut impenetrabile ſcutum ſed ut hominum flagitia haberet ad oculum. *Egida quoque Iupiter legitur ſiniftra brachio geſtaſſe* (ait in eius imagin. Chartar. pag. 110.) *qua erat pelle capræ illius, à qua fuit nutritus; qua excuſſa pluvia creati diſcebantur, perinde atque dexterâ, fulmina emitti. In eadem pelle, quam Dipſerberam vocabant, Iupiter omnia hominum facta perſcribere credebatur; ne ſcilicet è memoria exciderent & effluerent: ac multa quidem pro tempore diſſimulare; verum aliquando de improbis pœnas ſumere. Quare cum aliquem improbum, poſtquam diu in ſua improbitate vivere ſitus eſſet, ſerò tamen pœnas dare viderent; proverbio dicebant: Inſpexit, et ſi ſerò, pellem Iupiter.* Idem Bonifac. Rhodigin. *Hiſtor. ludicr.* 11. cap. 17. & Eraſm. *Cbiliad.* 1. *Centur.* 5. n. 24. & *Centur.* 10. n. 58. Reliqua, 1. *Septembr.* n. 3. In tropologiam aptior cogitatio, dum fingitur ſine fulmine & Vindex, ſumpta ſcelorum ultione; ut impij tandem tandem *Nigrum* experirentur & *Ultorem*, quem uti *Infantem*, *Imberberem*, *Parvum* ſprevere pium. Fulmina non mittit quoties tonat, ſed cum rebellis abdicat fragorem, obturans aurem. Tunc retorquet in illuſores fulmen; ſed non ſemper, ne evacuetur pharetra. Ovid. 2. *Triſtium*, Eleg. unic. v. 33.

Si quoties peccat homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguò tempore inermis erit.

15 Romæ ergo etſi Ultor timebatur, qua de cauſa quæ miniſtrabat fulmina erat Iuſtitia, quæ ad latus Iovis (de quo 5. *Iun.* & 1. *Novembr.*) nihilominus pluris ducebant ſine fulmine *Veiovem*, clementem tanquam *Infantem*; qui oculos pelle capræ velabat, ne videret ſcelera, ac in ſupplicium invitè mitteret fulmina. Sic itaque apud Statium queritur in Deorum concilio, impiorum pertæſus & peccatum & ſupplicium; 1. *Thebaid.* à v. 214.

Terrarum delicta, nec exuperabile diris, Ingenium mortale queror. Quonam uſque nocentum

Exigor in pœnas? Tædet ſervire coruſo Fulmine: iam pridem Cyclopum operoſa fa-tiſcunt

Brachia, & Aëlijs deſunt incuſibus ignes. Alio intuitu ductos fuiſſe Romanos in erectionem templi *Iovi Veiovi*, aſſerit Paulus Marſus in loc. cit. Ovid. ubi ait: *Nomis Mar-*

tij feſtum eſt Veiovis, ideſt, Infantis, Parvè Iovis; quo die ſacrata ei fuere templa ante lucos Aſyli. Cuius rei myſterium illud eſt: Ut Iupiter parvus, poſteaquam adultus eſt, celo regnavit; ſic Urbis Romana parva ab initio, ubi Romulus aperuit aſylum, paulatim coaluit, & ad ſummum imperij culmen aſcendit. Ideò conſecravere templum Parvè Iovis, ubi Roma imperij ſumpſit augmentum. Ovid. d.

O quam de tenui Romanus origine crevit! Romulus ut ſaxo lucum circumdedit alto,

Cuilibet Hac, dixit, confuge, tutus eris.

16 Nil mirum, quòd ſiccine ex levi colonia vicus creſceret in urbem; cum ibi tot ſcelorum pravi haberent impunitatem. Conſilio Apollinis aſyli factam institutionem, mentitus eſt Romulus, decrevitque ædem vel ædes *Iovi parvi* aſylum eſſe, ſicut Athenis erat *domus Miſericordiæ*, vel ara, de qua

Paulan. cap. 15. & nos ex eo, 22. April. Inde enim nullus abduci poterat; quod haud conſeſſum omnibus templis, ſed in his tantum, quibus id erat conſecrationis lege meditanter inſtitutum; ut contra *Serviū* aſtruit Anton. *Constant. d. Creſcebat interim Urbis munitioibus* (refert *Tit. Livius, 1. ſect. 28.*) *deinde ne vana urbis magnitudo eſſet, adijcienda multitudinis cauſa; locum qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, aſylum aperit. Eò ex ſinitimis populis turba omnis ſine diſcrimine, liber an ſervus eſſet, avida novarum rerum perſugit idque primum ad cæptam magnitudinem robori fuit.* Aſtipulatur *Dionyſ. Halicarnaſ. Romulus* (inquit) *audurus ſimul Romanorum vires, & detrimento affecturus ſinitima oppida; quoſque ad ſe traxit: idque quò decentius fieret, religionis negotio prætexuit. Locum enim Capitolium inter & arcem ſitum, qui nunc Romanà lingua Inter duos lucos dicitur, tunc verò ex re habebat vocabulum, ab utroque clivo condenſis ſeptus arboribus; ſano in hoc, incertum cui Deo ſacrato, aſylum aperuit ſupplicibus, pollicitus eò conſugientibus impunitatem in honorem Numinis.* Ita lib. 2. n. 8. Idem *Marlian. cap. 11. & in Epitom. 2. cap. 4.* Sic inſtitutum aſylum Romanum, ut cætera Nationum (quæ videſis apud *Cornel. Tacit. 4. Annal. cap. 14. & 3. Hiſtor. cap. 71. Alexand. Neapol. 3. cap. 20.*) cum immunitate: cuius privilegium derogavit *Tiberius*, eò quòd ex illa, anſa ſcleribus præbebatur. *Marlian. d.*

17 *Plutarch. in Romul.* eandem cauſam expoſuit, aſtumque eius titulo religionis, ut ibi tanquam cives & indigenæ manerent, qui profugi; cum in urbe haberent ex indu-

Pluvia à pelle capræ Iovis.

In illa ſcripta boniſſi ſclera.

Dipſibera quid?

Iupiter Nigr.

Ovid.

Iuſtitia fulmina miniſtrat Iovi.

Statius.

Queritur quòd ad illa cogit orbis peccata.

Ovid.

Ara Miſericordiæ.

Aſylum Romanum.

dustria solum patrum. Deinde (ait) quod urbe primum fundata, templum perfugis, securitatem præbens, asylum cum constituis-
 sent, Dei Asylæ, quasi è cuius templo abri-
 pere quemquam nefas esset, dictum; omnes
 ad se receperunt, ita ut nec dominis servos,
 nec nexum arti alieni causâ creditorum, nec
 homicidas Magistratui dederent; oraculo Py-
 thie omnibus impunitatem confirmari dicen-
 tes: Urbem ergo Romulus condidit: ad id
 negotium viros quosdam ex Etruria voca-
 vit, qui sacris quibusdam legibus & literis
 singula præciperent ac docerent, ut in myste-
 rijs fieri adsolet. Igitur fossa rotunda demis-
 sa est prope Comitium: eoque primitia omnium
 eorum, quibus leges tanquam honestis, natu-
 ra ut necessarijs uti permittebat, depositæ:
 ad extremum unusquilibet parvam eius à
 quo venisset soli portionem afferentes; eò de-
 iecerunt ac commiscuerunt. Fossæ nomen est
 Mundus, quod & Cælo tribuitur. Ter ergo
 in anno hic locus aperiebatur, tuncque di-
 cebatur Mundum Cereris patere; ut dice-
 mus suis in diebus. Alio intuitu apud Ara-
 bes, & Ismaëlitas erectum palatium, dictum
 Domus misericordiæ, quod, ut refert Benia-
 min, in Itinerar. pag. 65. Furiosis omnibus
 in regione iuuentis, includendis, vincendis
 & curandis destinatum; quorum singulis
 ferreis compedibus ligantur, donec quæ men-
 tem redeant.

18 Eodem die ibidem sacra Iunonalia.
 V. K. R. in eo Reusner. & Beyerlinck, Ho-
 spinian. de Festis, cap. 12. quos sequitur
 Matculus. Aliiter dicta Iunonia, de quibus
 egimus, 2. Ianuar. n. 13. In honorem Iuno-
 nis Regina nuptiarum auspiciatrici, ab ali-
 quibus instituta dicuntur; sed falluntur,
 quoniam sub titulo Feroniæ instituta, qui
 desponsa Veiovi Iovi Parvo. Virgil. quò su-
 pra, v. 799.

Quis Iupiter Anxurus arvis
 Præsides, & viridi gaudens Feronia luco.
 Ubi Servius; Iupiter Anxur, id est, sine no-
 vacula, imberbis, & Iuno Virgo colebatur,
 quæ Feronia dicta fuit. Idem Gyrard. Syn-
 tagm. 3. n. 28. Templum ad imitationem
 Græcorum, de quo, 13. April. in luco ex-
 tructum à Romulo, cogitante furtum Sabi-
 narum, ut ex parvo per cives propagaretur
 imperium: ideoque in eius magnitudinem
 extensa cogitatio, dicato templo Iunoni
 Veiovi que, sponse & sponso. Statius, 3.
 Achill. à v. 15.

Sic sub matre Rhea iuuenis regnator Olympi,
 Oscula secunda dabat insidiosa sorori
 Frater adhuc, medijs donec reverentia cessit
 Sanguinis, & versos germana expavit amores.

19 In hoc templum si bubo ingrederetur
 infausum iudicabatur, sicut post tem-
 plum Capitolinum extructum, quapropter
 hac etiam die civitas lustrata est. Uncos un-
 gues & nocturna aves habent, ut noctes, bu-
 bo, ulula. Omnium oculos habetes interdictum.
 Bubo funebris, & maximè abominatus pu-
 blicis præcipue auspicijs, deserta incolit, nec
 tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa:
 nocte monstram, nec cantu aliquo vocalis;
 sed gemitu. Idæque in urbibus, aut omnino
 in luce visus, dirum ostentum est. Volat nan-
 quam quod libuit, sed transversus aufertur.
 Capitolij cellam ipsam intravit; propter quod
 Nonis Martijs urbs lustrata est eo anno.
 Plin. 10. cap. 12. & Alex. ab Alex. 5. cap. 13.
 Hac quoque die, V. C. ann. 705. horrenda
 visa fuit Solis eclipsis, in prognosticum ca-
 lamitarum belli civilis inter Cæsarem &
 Pompeium, iam ab illo transiecto Rubico-
 ne, fugiente in Brundisium factione Pom-
 peij, traditisque seu potius deditis pluribus
 Cæsari Italiæ civitatibus; de quo actum die
 4. à n. 13. Tunc in felicitatem Cæsaris ut
 præmissimus, mira portenta: hac enim in die
 ostentum eclipsis Solis in Romani imperij
 stragem, ut refert Dio, lib. 39. Petron. Carm.
 19. & Lucan. 1. Pharsal. à v. 524. canentis:
 — Superique minaces

Prodigijs terram implerunt, athera, pontis.
 Ignota obscure viderunt sidera noctes,
 Ardentemque polū flammis, cæloque volantes
 Obliquas per inane faces, crinemque timendi
 Sideris, & terris mutantem regna cometem,
 Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno,
 Et varias ignis denso dedit aëre formas.
 Civile bellum Cæsaris & Pompeij cum por-
 tenta alia significarunt, tum horrenda Solis
 defectio. Contigit autem Martij septimâ die
 dodrante post meridiem. Petav. 1. p. Ratio-
 nar. lib. 4. cap. 18.

20 Inter Heracleotas in Bœotia sacra
 Herculi Inviecto, quia vicit infernum, edu-
 cto in superos cane Cerbero, quod quidem
 facinus celebrabant Romani, 22. Jun. ut vi-
 debimus. In signum tantæ virtutis apud
 Heracleenses pingebatur Hercules turrato
 capite, Amaltheæ cornu manu gerens, omni
 frugum genere refertum. Causa veneratio-
 nis haud alia, nisi quia ibi specus Acherusia;
 quo loco descendisse Herculem ad Cerbe-
 rum extrahendum, fama est. Nonnius in
 Apsam Goltz. Tabul. 4. Ab Argivo Hercule
 Heraclea vocitata (ait Pompon. Mela, 1. de
 Situ Orb. cap. 19.) id fama fidem adiecit.
 Iuxta specus est Acherusia, ad Manes, ut
 aiunt, pervius; atque inde extractum Cer-
 berum existimant. Plin. 27. cap. 2. inquit:

Deus Asy-
leus.Urbe Romæ
facta patria
communisMundus Ce-
reris.

Iunonalia.

Iuno Regi-
na.

Feronia.

Virgil.

Statius.

Lustratio
Urbis.Bubo dirum
omen.Eclipsis So-
lis incipien-
te bello civi-
li.

Lucan.

Heraclea
Herculi In-
viecto.Cerberus ab
illo eductus
à barathro.Acherusia
inferni por-
ta.

Fabule narrare de spumis Cerberi Canis, extrahente ab inferis Hercule, aconitum dicitur: ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gigni. Astruunt etiam Natal. Comes, 7. Mytholog. cap. 1. Rhodigin. 28. cap. 2. & Gyrard. in Hercul. n. 10. Addit Plin. lib. 16. cap. 4. ibi esse signa peregrinationis Herculis. In Ponto circa Heracleam ara sunt Iovis Stratiij (idest, Militaris) cognomento: ibique quercus duas ab Hercule satae. Sunt qui dicant Heracleam ab Hercule dictam: Iustinus verò Histor. lib. 16. scribit coloniam hanc à Bœotia fuisse deductam. Cùm enim pestilentia laborarent; Oraculum respondit, mali levamen; si coloniam sacram Herculi conderent in Ponto: nec secus fecerunt in libertatem. Cùm Hercules ex antro cum Cerbero exivit, in memoriam triumphi, ut trophæum, visus flos novus, dictus Lithospermum, & post Heracleon; quo ut inquit Plin. 27. cap. 11. nihil est mirabilius. Gerit iuxta folia in cacuminibus lapillos candore & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Nec quicquam inter herbas maiore quidem miraculo aspexi. Tantus est decor velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis: nam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Dalecamp. hic inquit: Hæc de Lithospermo, quod Lachrymam Iob officina vocant.

Heracleon
berba.

Lachryma
Iob.

Minerva
Assesia.

21 Sardis hac die sacra Minerva Assesia renovato templo, quod exercitus Halyattæ Sardorum Regis combusserat. Nymphodor. de Reb. barbar. De Minerva Assesia mentionem fecere Stephan. de Urbib. Theopomp. lib. 24. & Gyrard. lib. de Dijs Gentium, Syntagm. 11. n. 32. At Herodotus plenè causam articuli refert, lib. 1. à n. 6. Modus bellandi cum Milesijs in regno Halyattæ non fuit pugna, sed frugum pervasatio. Cùm fruges in regione essent adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fistularum, fidiumque ac tibia tam muliebris, quàm virilis. Incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: segetes ut erant incensa, valido urgente vento, celerrimè pervaserunt Minervæ templum, cognomine Assesia; quo incendio templum deflagravit; nec ullius momenti ea res in presentia habita fuit: sed cùm post exercitus reditum Sardis Halyattes decubisset, diurnis que agrotaret; Delphos misit ad Deum de sua valetudine sciscitatum: nuncijs autem, cùm Delphos pervenissent; se redditurum responsum Pythia negavit, priusquam templum Minervæ reparassent, quod in terra Melesio- Tom. I. Ephem.

rum apud Assesum concremassent. Post hæc Halyattes pro uno duo templa apud Assesum edificavit, ac statim è morbo convalescit.

22 Delphis 7. Munychionis celebrantur Charila. Anthistenes in Hercul. Plutarch. Græc. 99. n. 12. refert institutum. Delphi de Charila (inquit) ista fabulantur. Fames ex squalore infestavit Delphos; quò ad fores Regis supplices cum liberis & coniugibus profecti sunt. Ille farinam & legumina nobilioribus eorum præbuit: neque enim sufficiebat omnibus. Cùm obtulisset se puella, adhuc parvula parentibus orba, qua precibus eum urgebat, Rex percussit hanc calceo, incussitque illius faciei: qua quavis paupercula & desolata, moribus tamen non degener, abscessit; solutoque cinctù, se ipsam suspendit. Gliscente fame, accedentibusque morbis; respondit Regi Vates, propitiaret Virginem Charilam, qua sibi mortem ipsam obtulerat. Ut tandem id calamitatis, cæsa calceamento puella; compererunt fuisse; missam lustratione sacrificium susceperunt, quod etiam nunc nono quoque anno perperant. Præsides Rex, farinam & legumina omnibus peregrinis & civibus largiens. Adducitur Charila puerili specie simulacrum. Postquam omnes iam acceperunt; cedit Rex simulacrum calceamento, quod Princeps Thyadum tollit, portatque ad locum cavum, ubi collo simulacri funiculum deligant, idque defodiunt; quo loco strangulatam tumulaverunt Charilam. De hac etiam fictum se convertisse in draconem, nomine Charibæsm, unum ex duobus, qui Laocœontis filios peremere, cùm Græci fingentes fugam, reversi sunt Troiam. Lycophron in Alexandra, cuius historiam affatim fingit Virgilius; 2. Aeneid. à v. 201. & statuam ingeniosus mirisque spiris pressi cum filijs à serpente, videtur apud Marlian. Topograph. Rom. p. 2. & Rhodigin. 8. cap. 13.

Charila.

Charibæsm
draco.

23 Intra ferias Ægyptiorum de quibus die 1. n. 18. educebantur in pompam Ceres & Liber-Pater, tuncque revertebatur sacerdos eisdem lupis comitibus; quibus ad Cereris templum adductus fuerat. K. Ægypt. Qui primus, tempore Rhampsiniti Ægypti Regis, ab inferis reversus est, dixisse refert Herodotus, Inferorum principatum tenere Cererem & Liberum, animamque esse immortalem, qua de mortuo corpore subinde in aliud corpus immigraret: atque ubi per omnia se circumtulisset, terrestria, marina, volucra, rursus in aliquod hominis corpus genitum introire; atque hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia. Hanc rationem sunt è Græcis, qui

Pompa Ce-
reris & Li-
beris.

Quo delirio
apud Ægyptios
animam
mortuam
immigrat.

usurpaverint tanquam suam ipsorum, alij prius, alij posterius. Vidimus in Pythagora, 28. Ianuar. à n. 13. & 2. Octobr. n. 12. Iurè Kircher. in *Pantb. Hebreor.* adruit, abominaciones cunctarum nationum provenisse ab Aegyptiorum superstitionibus.

DIES VIII. MARTIJ.

VIII. Id.

G Rad. 18. Solis in Piscibus, in quo Corona Ariadnae oritur Ovid. v. 453.

Ovid,

Protinus aspicias venienti nocte coronam

Corona.

Gnosida: Thesco crimine facta Dea est.

Hebraeis & Arabibus dicitur Corona sinistra contra Rotam Ixionis, corona Australlem, de quibus Isag. August. à n. 21. & Decembr. n. 30. Kircher. d. cap. 6. Hygin. Poetic. Astron. n. 4. & 6. & German. Cæsar, d. n. 3.

Germ. Cæl.

Clara Ariadnae propius stant signa coronae. Milvius apparet Græciæ. Plin. De illo in Isag. Mensis, n. 10. Corona matutino occultatur. Aquarum de caelo pluvies. Ptol. Praecedens aë sinistra Virginis vespere oritur. Iunctin. K. A. Astruit Ricciolus in *Almagest.* hac in die, ann. ante Christ. 720. Lunæ spectabile deliquium. Duo equites confligentes. Sphar. Arab.

Principium turris Babel.

2 Hoccine die signatur à Reuclino ex *Genes.* 11, à 2. principium Turris Babel: at unde scit? Noë interfuisse ædificationi, autumat hic Abulens. at iuxta Rabbinos & Ioseph. 1. *Antiq.* cap. 5. Princeps huius cogitationis vasta (quandoquidem ad duo millia passuum iam assurrexerat moles; & iuxta Hieronym. in *Isai.* 14. ad quatuor millia) dicitur Nemrod. In monumento *vecordiae sua atque stupiditatis* (subdit Briet. ann. 1878.) *homines insanos 43. annos posuisse, credit Cedrenus. Nos cogitemus de Deo melius; & asseramus, non esse passum tandiu tam multos insanire* (Nihilominus tamen signat annos 24.) *A Deo momento temporis interruptum est opus, oblitterato in plerisque omnibus nativo idiomate, linguisque 72. inter superbos illos ridiculosque latomos distributis. Ita volentes nolentes ab se invicem recesserunt, sublato lingua commercio, effusi que per universum orbem terrarum, variis regna, variasque nationes confecerunt. Turris illa Babel dicta est, ventisque discussa & afflata fulminibus, bodie etiam nunc in suis rudibus durare perhibetur: & homines magna voluisse, sed Deum magna potuisse, loquitur. Tunc, cum lingua inter illos varia, procellis ac fulmini-*

Quoto tempore erecta?

bus turrim subvertam; asserit Sibylla apud Ioseph. quò dudum. *Eius tertia pars conflagavit igne caelesti, tertia absorpta est, reliqua permansit in monumentum impietatis humanae & ultionis divinae.* Rab. Abrah. in *Myrrha fascicul.* Aedificatores nomina sua scripsisse in lapidibus, asserit Tharg. Ierosolymit. additque Samariticum loc. cit. *Erigamus turrim caelorum usque fines se extendentem, & scribamus nomina nostra in eis, & faciamus in medio eius adorationis locum, & simulacrum, in cuius manibus sit gladius.* Adisis Kircher. in *Obelisc. Pampbil.* lib. 2. cap. 10. & hic die 18. n. 21. *Turris, quam divisionis filij aedificari cœperant* (ait Beniamin. in *Itinerar.* pag. 71.) *longitudo in fundamento duo ferè milliaria continet, murorum verò latitudo 240. cubitorum est. Ubi verò latissima, 100. cannas continet. Inter denarum cannarum spatia via sunt in spirarum formam, per totum aedificium producta; quibus conscensus è supremo loco agri conspiciuntur ad milliaria viginti. Aedificium hoc igni de caelo quondam tactum, atque ad infima usque excisum est.* In hac confusione Deum tantum linguas matrices condidisse, asserit Genebrard. ann. 1758. ibique inventum fuisse Abraham, cum esset 48. ann. & anno decimo ante mortem Noë. Ita etiam Seder-Olam, cap. 1. quod quidem falsum: equidem Abraham natus 33. ann. post mortem illius, qui adinstar Christi mundum servavit in ligno. Vid. Turfelin. Briet. Petavium, Alexandr. Natal. & Torniell.

Fulminibus deicta in ruderem.

Proposita aedificantium.

An in fabrica affuit Abraham.

Aedificatur Babylon.

3 Anno sequent. Babylon aedificatur & rude primum orbis imperium à Nemrod: apud exteros à Belo. Vide Petav. de *Doctrin. tempor.* lib. 9. à cap. 12. qua de causa ibi magnificum templum erectum, de quo 5. *Novembr.* Cui placuerit de Babylone historia, adeat Herodot. lib. 1. à n. 53. Diodor. Sicul. lib. 2. n. 68. Strabon. lib. 16. à n. 3. Pomp. Mellam 1. cap. 11. Solin. cap. 60. Plin. lib. 6. cap. 16. Iustin. *Histor. lib.* 1, Curt. lib. 5. cap. 1. Orosium 2. cap. 6. Euseb. 9. de *Prepar. Evangel.* cap. 4. Interpretes sacros in *Jerem.* 50. & 51. Tom. 6. T. 6. à n. 35. & T. 10. à n. 34.

4 Hodie incepit visio rubi ardentis, sed illæsi; siquidem per septem dies continuos locutus est cum Moysè Dominus, uti effutit Seder-Olam, cap. 5. Perpende Rabbiorum fulcrum. *Ex verbis intelligi potest. Dixit Moyses ad Dominum: Obsecro Domine, non sum eloquens & ab heri & nudius tertius, & ex quo locutus es ad servum tuum. Nam Nudius tertius tres dies exhibit:*

Visio Rubi ardentis.

tres

tres autem iunctiones ☉ ☽ ☿, tres altos, qui iuncti diei quo cum Moyse loquebatur, septem efficiunt. Erat autem Agni Paschalis hora: nam cum praparabant ad 15. Nisan; quo tempore anno proximè sequenti egressi sunt Israelita de Ægypto. Nenz. Vid. d. 14. n. 2. Quò non pervenit horum amentia? Ausi sunt dicere, Deum tres primas horas diei infumere in lectione legis Iudaicæ: & Mosen, cum aliquando ascendisset in cælu, eum invenisse scribentem accentus in Scriptura sancta. Talmud Tract. 1. *distinct.* 14. & 6. *distinct.* 5. Præclara capita! Plaga nona tenebrarum hodie inflicta Ægyptijs. Perer. *disput.* 12. n. 69. ex Exod. 10. 22. & Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 5. Triduo perstitere, adeo cæcæ, ut nec ignibus dissiparentur: deinde dæmones, vel foeda & horribilia simulacra, quæ dicuntur *Persona tristes* (*Sapient.* 11. 13. & 17. 4.) discurrebant per tenebras, quorum horrore multi Ægyptiorum exanimati. Consule Lorin. h. c.

5 Anno sequenti die octavo erectionis Tabernaculi oblatio Gamalielis Principis tribus Manasse in dedicatione, eisdem munusculis, quibus alij tribuum primates. *Numer.* 7. 54. Solemnior præ cunctis functio; quia die octavo ab erectione Tabernaculi (cum per dies septem antea factos Aaron cum filijs suis intrò manerent ex die initiationis) primitias Summi Pontificatus exercuit. *Levit.* 8. à 32. Hoc enim die peracto sacrificio, & ab Aarone benedicto populo, ritu quo præscribitur *Numer.* 6. 23. apparuit gloria Domini, idest, ignis de cælo descendens, devoravit holocaustum & adipem. *Levit.* 9. à 1. & Ioseph. 3. *Antiq.* cap. 9. Sic astruebatur litatum, dum miraculo sacrificium singulariter comprobabatur acceptum: at utcunque per *Urim & Thumim*, etsi Ioseph. d. asserat: *Ex lapillis enim quos Pontifex in humeris gestabat (Sardoniches erant) micabat alter: quoties litatum esset, is qui dextram humerum occupabat: tantumque fulgorem emittebat; ut procul etiam intuitibus conspiceretur, idque præter naturam suam & consuetudinem: quod certè admirationem meretur apud omnes.* Vid. dicta *Tom.* 4. T. 3. n. 15. ☉ T. 11. D. 2. n. 1.

6 De igne facto dicemus iterum 25. *Novembr.* n. 3. De igne qui hodie in altare Holocaustorum descendit, dicitur *Levit.* 6. 12. *Ignis in altari semper ardebit.* Nutriti debebat à Sacerdotibus desiccatis lignis, qui quidem in altari permanfit usque in Babyloniam captivitatem. 2. *Machab.* 1. 19. Riber. de *Templ.* 5. cap. 17. & Adrichom. *Ann.* 2454. Proprietates huius ignis usque *Tom. I. Ephemer.*

in insaniam fugunt R. Salomon & R. Moyfes Maimonides. Tradunt, illo victimas absumente, apparere faciem Leonis, non posse aquis extinguì, non indigere nutrimento, servari in pannis coccinis, & alia figmenta. Apage recutitos. Abulensis hic arbitratu ignem hunc cœlestem evanuisse post diem octavum; quia non legitur, quòd per 38. ann. sequentes, sacrificaverint filij Israël. Fallitur, uti clarebit 25. *Novembr.* Ipso illo die *Elisabeth filia Aminadab* (de qua *Exod.* 6. 23.) *affecta in Israel quatuor insignibus gaudijs; & uno lætù* (inquit *Seder-Ol. cap. 7.*) *nam Levir eius erat Rex, maritus Pontifex Sacerdotum maximus, frater Princeps, filij Cardinales, secundum Pontificatus gradum obtinentes. Quidam addunt, nepotem ipsius unctum etiam fuisse ad bellum, nempe Phineen. At auns filios suos igne cœlesti concrematis luxit.*

7 Accidit ergo quod Nadab & Abiu, seniores & digniores Aaronis Summi Sacerdotis filij, cum velient pro gratiarum actione ministerij sui primitias inire, adolendo incensum super altare Thymiamatis, quorum erat munus (*Exod.* 30. 8. 20.) arriperent thuribula, ad altare Holocaustorum suspensa, ut ea incenso impientes ingrederentur Sanctuarium: at cum ignem sacrum in ea transferre deberent; sumptierunt profanum, qui erat in atrio ad coquendas carnes pacificorum, & quem ad usus domesticos habuerant totis septem diebus consecrationis, quibus de Tabernaculo non exierunt: minime audentes accedere ad altare Holocaustorum, in quo recens ignis stœer; vel propter incuriam, vel propter cogitam in ipsa reverentia irreverentiam. Unde egressus ignis ab altari Holocaustorum, antequàm pervenirèt ad altare Thymiamatis, vestibus intactis, devoravit utrumque, qui mortui sunt in atrio Sancti: hoc est, *Mori coram Domino.* *Levit.* 10. à 1. Propter horum interitum ieiunium quotannis in Israël. Scaliger, Leonard. Mar. & Genebrard. in *Kalend. Hebr. & Iudaic.* Rabini dicunt, igne absumptos propter temulentiam, causam tanti erroris: ideoque subinde, v. 8. dicitur: *Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in Tabernaculum Testimonij, ne moriamini.*

8 Hac in die cœpit iuge sacrificium: alia etiam sacrificia votiva vel spontanea, cum oblatione primitiarum & decimarum ministris Sanctuarij. *Seder-Olam*, d. num. 5. Sequentibus diebus per Moysem promulgatio facta est diversarum legum contentarum à cap. 11. *Levitic.* in finem usque. Eodem die

Eiusproprietates.

Elisabeth uxor Aaronis felix.

Mors filiorum Aaronis.

Propter illorum ieiunium inter Hebraeos.

Initium sacrificij iugis.

Plaga 9. Ægypti, tenebræ, & quales.

Aaron surgitur Sacerdotio.

Ignis de cælo absumpsit holocaustum.

Urim & Thumim. Sardonix sacra.

Cognitio litationis in sacrificijs.

Ignis sacer perpetuus.

Expiaur
templum.

post 770. ann. regnantē Ezēchia, cuius pater religionem à templo eliminat, purificato iam vestibulo sacra domus; ingressi sunt Sacerdotes templi Domini porticum, expiaveruntque totum templum. 2. Paralip. 29. à 17. Etiam hodie præfigitur dedicatio templi Zorobabel; de qua 3. Februar. n. 1. Gisiandis non indicat diem; sed tantum dedicationem factam astruit tempore verno.

9 Decretam ab Herode priusquam moreretur (ut etiam post mortem excerceret tyrannidem) carnificinam nobiliorum Hebræorum, quoniam cunctorum de eius interitu cogitabat tripudium. Ofsavo Nisan, dicit Reuclin. sed fallitur, ut relatum, 8. Februar. n. 8. & 28. n. 10. Historiam refert Ioseph. 17. Antiquit. 8. cap. Postquam Ierichuntem, desperatâ salute, & tot adhibitis medicamentis, reversus est; ex omni Iudæa Principes & primores nobilium, sub poena capitis ibi congregari præcepit: quo facto cunctos in Circo, seu hippodromo clausit, asserens lætitiæ populi gentis Iudææ suam mortem futuram. Unde dixit Salomæ forori suæ & marito Alexiæ; *Commentum se, quo præclarissimè suum epitafium celebraretur: deponere à suis; ut cum ultimum exhalasset spiritum, eos statim qui clausi tenebantur, necari iuberent. Ita neminem futuram in universa Iudæa, atque in omni domo, cui mors eius esset illacrymabilis; cum universis domestici luctus hæreditatem dereliquisset, qui dum suorum deplorant necem, iusta Regi viderentur persolvere; atque in publicorum lætitiâ votorum, domesticis doloribus impediretur.* Idem Egesipp. 1. de Excid. cap. 45. Mentita est iniquitas sibi; quippe illud monstrum defunctum, verum prætermissum crudele decretum, uti diximus, 28. Februar. num. 11.

10 Anno Christ. 32. suscitatur à mortuis Iairi filia; sed antequam Christus perveniret in domum Archifynagogi; curavit scēminam à fluxu sanguinis (quæ quidem, ut inquit Ambros. in Proverb. cap. 5. erat Martha, soror Magdalenzæ & Lazari) eoque die duos cæcos illuminavit; & dæmonem mutum expulit; quibus signis stupebant universi: ex Matth. 9. Alapid. in Chronotax. n. 19. Baron. Ann. 32. Marian. à n. 5. & Adrichom. Ann. 33. quo etiam à Reusnero in Diar. obijcitur forma orandi, præfixa à Salvatore.

11 Multa dicuntur de hæmorrhoiſſa, cuius profluviū sanguinis compescuit Christus; cum huius vestis simbriam tetigisset xgra. Miraculum patratum Capharnaum, sed illa civis erat Cæsarzæ Philippi, olina

Dam (ubi collocatum idolum Michæ, ut dicitur, 14. Septembr. n. 2.) & prius Lais: Iudic. 18. 29. ad radicem montis Libani; quod Fontes Ior & Dan miscentur. Hic illa grata, ut tanti miraculi perfisteret monumentum, trophæum suis sumptibus erexit insigne. Pro foribus enim domus illius (insit Euseb. 7. Histor. cap. 14.) *aneam mulieris effigiem, genibus flexis, & manibus instar supplicantis, in anteriorem partem extensis, super editum lapidem collocatam.* Huius è regione viri erectam imaginem, ex eadem materia constatam, vestitu ad talos demisso, dæcenter ornatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipsa basi peregrinam quandam & inusitatam herbam: quam quidem, ubi ad anei vestitus simbriam excreverit, morbi cuiusque generis medicandi, vim & facultatem habere. Hanc statuam, effigiem Iesu exprimere dicunt; quam ad nostram usque ætatem manentem, ipsi ad eam civitatem profecti, oculis cernebamus. Idem Nicphor. 6. Histor. Eccles. cap. 15. Maluend. 3. de Anti-Christ. cap. 8. Damascen. Orat. de Imaginib. Adrichom. in Neptal. n. 37. & Alapid. in Matth. 16. 13. sequens Theophylact. in Matth. 9. & in Marc. 5. licet Bodinus irrideat huiusmodi prodigium in Histor. Method. cap. 4. in quem validè, quò dudum, invehitur Maluend.

12 Hoc prodigij monumentum extitit usque in tempora Iuliani Apostatæ, de quo Adrichom. & Alapid. d. ex Sozomeno, 5. Histor. Eccles. cap. 20. dicunt; livore ductum præfatam Salvatoris statuam è basi deieçisse, & eius loco suam erexisse audacter & impudenter: quam quidem fulmen de cælo perfecit, capite unâ cum collo deieçto, humique in opprobrium defixo. Quapropter fideles fragmina imaginis Salvatoris in Ecclesia servata custodierunt. Eadem Nicphor. lib. 10. cap. 30. & Histor. Tripart. lib. 6. cap. 41.

13 Fæminam hanc non fuisse Martham; sed Verenicen seu Veronicam, quæ Christo in Calvarium eunti, ad sudorem sanguinemque tergendum præbuit capitis velamen, in quo Salvator vultus sui effigiem impressit; dicunt nonnulli ex Nicodemî Evangelio, incertæ fidei. Videtis Alapid. in Marc. 5. 25. & Matth. 27. 32. Baron. Ann. Christ. 34. n. 116. Marian. Scot. Ann. 39. Adrichom. in Ierusalem, n. 44. & 118. Saligniac. Tom. 8. cap. 7. Flav. Dexter, Ann. 48. n. 2. Veronice (inquit) sancta mulier à Gallia Romam venit, ibique divino relicto vultu, miraculis clara migravit ad Dominum; quam dicunt à Christo sanatum è sanguinis

Imago anei
Salvatoris.

Herba Sal-
vatoris mi-
rabili.

Deijcitur à
Iuliano Apo-
stata, & sua
sufficitur.

Veronica hæ-
morrhoiſſa.

Que fuerit

Herodis di-
rissima co-
gitatio.

Christi ge-
sta.

Martha hæ-
morrhoiſſa.

fluxa. Francisc. Bivar. hic, ex *Actis S. Martialis.* Antonin. 1. p. *Histor.* titul. 6. cap. 25. §. 2. & Vincent. Belvacens. in *Histor. specul.* asserit; *Familiarem & praeordialem amicam fuisse Beata Virginitis.*

*Quid arte
dæmonis fie-
bat in Ior-
danis fontibus.*

14 In eadem Casarea arte dæmonis, qui simia Dei, quotannis in congregatione aquarum fontium Iordanis, fiebat embolium, quo victima proiecta in aquas à Gentilium sacerdotibus, statim à cunctorum aspectu evanescerebat, quodam die Ethnicæ festivitatis. Unde in sacrificium undique gentes confluebant, admiratione stupefactæ. Verùm præsentem S. Astyrio, vel Asterio (de quo Martyrolog. Rom. Mart. 3.) fraus dæmonis & fallaciæ deprehensa: equidem suis precibus, repente victima absorptâ super aquas enatavit. Euseb. lib. 7. d. cap. 14. à quo Nicephor. d. lib. 6. à cap. 13.

*Hercules Vi-
ctor.*

15 Romæ sacra *Herculi Victori.* Non illi fat cognomen *Inuicti*, ut pridem notavimus, n. 20. & additum stemma *Victoris*, quo honoratus à Iove patre propter victoriam de gigantibus, ad quorum pugnam vocatus à Dijs, etsi esset homo (Vid. 18. Febr. n. 19.) communicato *Victoris* titulo, eò quod titulo *Victoris* inter Deos duntaxat Iupiter planderetur; de quo die, 2. n. 11. & 13. April. Placet nonnullis ita Herculem & Iovem vocari, quia in Olympicis uterque pugnavit & victor extitit. Postquam plures labores exantlavit, hostesque devicit, ex spolijs Elidis certamina Iovi Olympico instituit, quæ extunc appellata *Olympica*, uti dicemus fusè 16. Jun. à n. 16. omnesque volentes ipse prior in certamen provocavit. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* 1. qui, lib. 5. cap. 1. præmittit: *Id ubi Hercules instituit; dicitur, omnes volentes ad palestram provocasse: quo nemo cum prodire auderet, fama est Iovem in palestram conversum, cum Hercule fuisse colluctatum. Cum pugna diu anceps fuisset; Iupiter qui esset, se ostendit, atque ita id certamen Iovi gratum fuisse, creditum est.* Gyrald. in *Hercul.* n. 4. *Iovem (ait) in athleta formam mutatum, cum Hercule in palestram descendisse, diuque ambobus certantibus, cum anceps & dubia victoria videretur; Iovem tandem se filio manifestasse. Cum duo certarent, victor uterque fuit. Hinc utriusque nomen Victoris; cum quo titulo Romæ Herculis ædes. Hac limina victor Alcides subjicit: ait Virgil. 8. *Æneid.* v. 362.*

*Simul in O-
lympicis ex-
tendunt, &
victor uter-
que.*

16 Varto, 4. *Divinar.* ex quo Gyrald. *Syntagm.* 10. n. 25. Victorem dicit Herculem, eò quod omne animalium genus vicerit; gemebundaque refert Iuno in *Hercul.*

fulent. apud Senec. à v. 30. *Romæ autem Alcides fa-
Victoris Herculis ædes duæ sunt: una ad por-
tam trigeminam, altera in foro Boario. P. senus, un-
Victor, de Urb. Regionib. & Marlian. in Epi-
tom. lib. 4. cap. 6. Masurius, & Macrobo. 3. de Victor di-
Saturnal. cap. 7. causam ædis huius attri-
buunt victoriæ & apparitioni Herculis. M. stus.
Octavius Herennius primâ adolescentiæ lan-
gugine tibicen, postquam arti suæ diffusus
est, instituit mercaturam: & bene re gestâ,
decimam Herculi profanavit non solvens
(inquit ille, 1. *Memorabilium*) postea verò
cum navigans hoc idem ageret, à prædonibus
circumventus fortissimè pugnavit & victor
recessit. Hunc in somnijs Hercules admo-
nuit, docuitque sua opera servatum: cui
Octavius, impetrato à Magistratibus loco,
ædem sacrauit, & Signum; Victoremque in-
cisis literis appellavit. Dedit ergo epitheton
Deo, quo & argumentum verum victoria-
rum Herculis, & commemoratio novæ hi-
storia, quæ recenti Romano sacro causam
dedit, contineretur. Hæc domus Herculi sa-
cri. Macrobo. & La-Zerd. in loc. *Virgil.* cit.
Simul cum Herculis Signo statuam Octavij
Herennij ibi fuisse collocatam, dicit Gy-
rald. d. addens: *Victorem Herculem positum
ab Evandro in foro Boario, qui triumphalis
diceretur. Idem etiam ibid. n. 30. sumpsit-
que ex Plinio, scribente lib. 34. cap. 7. Her-
cules ab Evandro sacratus in foro Boario,
qui Triumphalis vocatur, atque per trium-
phos vestitur habitu triumphali. Præmissi-
mus Prolog. Galeat. §. 8. n. 14.**

*Status O-
ctavij He-
rennij.*

*Hercules
Triumphali-
lis.*

17 Forum Boarium dictum à bove æreo ibi sito, dum Romulus pomerium urbis aratro signavit; refert Tacit. *Igitur à foro Boario (inquit, 12. *Annal.* cap. 24.) ubi æreum Tauri simulacrum aspiciamus, sulcus designandi oppidi coeptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur.* Alij dicunt, eodem loco quo extructum templum, immolatum Herculi ab Evandro bovem: unde cum post ibi forum, dictum est *Forum Boarium.* Servius, in illud *Virgil.* d. v. 360. *Pauperis Evandri: Hæc illum regia cepit.* Ovidius verò ab Alcide Iovi canit bovem immolatum, propter partam victoriam de Caco recuperatis bobus, qua de causa & ille Victor, & *Ara* dicta *Maxima.* Ita 1. *Fastor.* à v. 579. succinit:

*Fori Bo-
arium.*

*Ara Maxi-
ma.*

*Immolat ex illis taurum tibi Iupiter unum
Victor, & Evandrum rusticolasque vocat. Ovid.
Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur arâ,
Hæc ubi pars urbis de bove nomen habet.*

Hoc in foro gladiatorum munus primum Romæ datum, atque sanguine pluisse; ait Marlian. in *Topograph. Rom.* cap. 54. & Plin.

In Herculis templo, nec musca, nec canis.

Plin. lib. 10. cap. 29. Roma in adem Herculis, quæ in foro Boario, nec musca nec canes intrant. Tempore Xysti IV. in ultimo angulo fori Boarij reperta est ara Maxima, & effossa ærea Herculis statua: quæ omnia delata sunt in Capitolium, & in atrio domus Conservatorum collocata, ut videntur. Pompon. Læus, Marlian. 4. cap. 55. & Paul. Marf. in loc. cit. Ovid. qui quidem, mendax in vaticinio inventus, dum præcinuit: *Hæc aram luco statuit, quæ Maxima semper Dicitur vobis, & erit quæ Maxima sæper.* Duntaxat verum vaticinium, destructis siue sepultis aræ Maximæ & Herculis Victoris simulacro. Ita igitur canis & musca nequibat in ædem ingredi, ut Romani buccinabantur; afferente etiam Solino, cap. 2. *Sacellum Herculis in foro Boario est, in quo argumenta convivij lata maiestatis ipsius remanent: nam divinitus illò neque canibus, neque muscis ingressus est. Myagrum Deum dicitur imprecatus, cum viscerationem sacrificij libaret: clavam verò in aditu reliquisse; cuius olfatu refugerent canes, ad usque nunc durat.* Nonnulli Victorem arbitrantur, eò quod coegerit Phœbada respondere Delphis, surrepta tripode; de quo 10. August.

Deus Myagrum.

Stata Mater.

18 Eodem die sacra Stata Matri. Plutarch. de Dieb. & Cornel. Labeo in Fastis. De hacine Dea Pompon. Festus, lib. 17. *Stata Matris (ait) simulacrum in foro colebatur, postquam id collustravit; ne lapides igne corrumpentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore. Magna pars populi in suos quisquis vicis retulerunt eius Deo cultum.* Idem Gyrard. Syntagm. 1. n. 100. & Marlian. d. cap. 42. Confusa sanè verba, quæ idem explicat in Epitom. lib. 3. cap. 19. *Stata Matris Dea simulacrum (infit) in foro constitutum est. Hanc Deam qui colebant, eius lapides igni comburi non posse, hinc coniectabantur; quod ad eius statuam, cum ignes, præsertim nocte, crebri fierent; neque deleteretur tamen. Hanc enim illi vim inesse dixerunt: inde in omnibus ferè plantis coli cœpta, ara & sacellula extracta: in cuius foro etiam templum Veneris Genitricis; ante quod Casaris statua constituta, comitam in capite gerens. Videbimus, 25. Septembr. Hoc templum vovit Veneri Casar ante pugnam Pharsalicam, potiturque victoria in foro suo erexit, spolia ex hostibus dedicavit; ut thoracem de margaritis Britannicis. Dio, lib. 43. & Appian. lib. 2. de Bell. civil.*

Veneris Genitricis & Casaris.

19 Eodem die fiebat lustratio exercitus (sicut die 10. Clasis maritime) in decretam

à Senatu expeditionis per Consulès. Alexand. Neapol. 5. cap. 27. Fusè de lustratione agunt Gyrard. Syntagm. 17. Natal. Comes, 1. Mytholog. à cap. 14. & Halicarnass. 4. Roman. Antiquit. n. 25. Exercitus Romanus armatus centuriatis comitijs lustrari solitus. Unde infit: *Perfecto censu, à Tulio Rege omnes cives iussi sunt armati, adesse in campo Martio; ibi instructos in sua quemque centuria equites, pedites, velites lustravit Rex Solitaurilibus. Hostiæ ter circumductæ circum exercitum, Marti mactatæ sunt.* Idem Tir. Liv. lib. 1. sect. 91. plustque dicemus 27. Octobr. in Suovetaurilia, præter dicta, 1. Februar. n. 12. in Amburbijs. Lustratio ergo exercitus refertur cum omni ritu à Cicerone, 1. de Divination. & Plutarch. in M. Bruto. Neapolitanus, quò dudum: *Quòd si exercitus lustrandus esset (infit) is instructus, præcedente sue, aut hirco, ove & tauro, in Campo Martio lustrabatur, armatos quo milites, pedites equitesque lauro coronatos, rem divinam & lustrale sacrificium facere oportebat sub dio; ut fuit Servio institutum, qui hoc lustrationis genus invenit primus: quem diem Armilustrum nuncupant; in quo id magnoperè servatur, ut qui hostias ducunt, eligantur bonis nominibus; inde certa omina & felices successus toto exercitui captantes. Mansit constitutum, ut quum exercitus & castra lustrabantur, triticum militibus pro cuiusque contubernio daretur, & singulis drachmæ, muneraque & donativum, vota que in proximum lustrum exolvenda Duces promitterent.* Dum dicitur Armilustrum non intelligendum de sacris quæ fiebant 24. April. sed tantum situs, seu ambitus lustræ, ubi curiebant, & circumferebatur pompa totius exercitus: maximè quia ludi per triduum fiebant, post exercitus lustrationem. Varro, 4. Lingue Latin. Totum desumptum à Macedonibus, ut infra videbimus. n. 22.

Lustratio exercitus apud Romanos.

Ritus.

Pompa. munera.

20 Ibidem ann. V. C. 360. sine pugna; sed ex iustitiæ victoria plaudentibus inimicis, triumphavit de se, de dolo ac hostibus M. Furius Camillus; qui innumera trophæa virtutis & militiæ reliquit patriæ, ut vidimus. Hercul. Ciofan. in 3. Fastor. Ovid. Missus est, cum militum esset tribunus, ut Faleros obsideret; & primo impetu huius urbis cives Faliscos victos intra muros inclusit: at civitas facile capi non poterat, commeatu & fortibus viris plena: sed tandem tandem fors fortunà in Camilli potestatem devenit. Perfidus ludimagister pueros sibi commissos, ex muris quasi laxationis animi gratia educens, ad castra Roma-

Facinus egregium erga hostes pro iustitia Furius Camillus.

horum perduxit, & Camillo uti captivos tradidit. De perfidia Dux bonus oblituit; sed pro iustitia, fideque etiam hostibus servanda, ut non circumventionem sed virtute bellicâ, esset illustris victoria, Camillus proditorem nudatum, vincis post terga manibus à pueris seductis acriter verberatum, in urbem Faliscorum remisit. Quod quidem spectaculum ira cives urbis movit; ut eius se virtuti dederent, qui validè armis restiterant: rati sub tali Duce, sanctitate florente, atque studio iustitiæ, dediticiam servitutum esse floridissimam, nobiliorum libertatem. Valer. Maxim. 6. cap. 5. n. 1. Front. 4. cap. 1. L. Flor. 1. cap. 22. *Tunc magis plausus, quàm si triumphasset:* ait Tit. Liv. 5. à sect. 80.

21 Plausum, in eo fusè refert Plutarch. *Ad excubias Romanorum (ait) ludimagister accessit, seque & pueros tradidit, ducique ad Camillum iussit. Adductus & in medio constitutus, puerorum magistrum se esse dixit, & studio gratificandi Camillum hos adducere; ut Falerios illi per pueros traderet. Indignum Camillo visum; dixitque: Neque tantoperè victoria expetenda est; ut non fugienda sint officia, qua per scelus ac malitiam offeruntur. Magnam enim imperatorem sua virtutis, non aliena improbitatis fiducia convenit bellum gerere. Hac postquam dixit, licitoribus mandavit, ut proditori vestes diriperent, manusque in tergum revincirent, pueris autem virgas flagellaque darent; quibus eum ferientes in urbem compellerent. Iam oppidanos, at primùm proditos se à magistro senserunt; luctus tantæ calamitatis occupaverat: virique illustres & mulieres ad muros & portas temerè discurrebant; dum pueri magistrum adducentes, affuerunt, Camillum servatorem suum Deumque & parentem invocantes. Itaque non parentibus modò puerorum, sed & reliquis civibus hoc videntibus admirati, legatis ad Camillum missis deditorem fecerunt, &c.* Idem Cornel. Nepos, de *Viris illustr.* n. 23. Abhinc ann. 29. eius contigit mors. Turfelin. & Briet. Postquam ædem Concordiæ dedicavit (quæ facta inter plebem & Senatum electione primi Consulis plebeij) anno ætatis 82. finem vitæ fecit: sed cuius mors maiorem Romanis, quàm reliquorum qui illà peste perierunt, dolorem attulit. Plutarch. d.

Lustratio exercitus apud Macedones.

22 In Macedonia lustratio exercitus. Meurf. *Græc. feriat.* Aptius diem figit, quàm Gyrard, ut vidimus, 8. *Januar.* n. 19. Ibi ritum præmissimus ex Curtio. Aliter refert Tit. Liv. 40. à *section.* 12. *Fortè (inquit) lustrandi exercitus venit tempus; cuius sole-*

mne est tale: Caput mediè, canis prævisè, & prior pars ad dexteram, cum exitis, posterior ad levam via ponitur. Inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur. Præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedonia Regum: deinde Rex ipse cum liberis sequitur: proxima est regia cohors, custodesque corporis: postremò agmen Macedonum cetera multitudo claudit. Mos erat lustrationis, sacro peracto, exercitum decurrere, & divisus bifariam, duas acies concurrere in simulacrum pugna. Regij iuvenes duces ei ludicro certamini datti. Convivium eo die sodalium, qui simul decurrerant, uterque habuit, &c. Idem apud Alex. Neapolit. 5. cap. 27. & Ioann. Freinsheim. in *Curt.* lib. 10. cap. 9. Lustrationem exercitus apud Persas, maxime furente Xerxe, ingratoque hospite, videbimus, d. 24. n. 22. Signavimus, 1. *Februar.* n. 5.

23 Hac die celebritas in Delo insula, propter filias Anij in columbas conversas. *Anius quis?* K. *Græc.* & Theopompus, lib. 17. Hæ acceperunt ab Apolline in pompa Bacchi (de qua 2. *Septembr.*) gratiam convertendi in oleum, frumentum & vinum, quicquid tangerent: qua de causa Græci ad Troiam, cum fame periret exercitus, coegerunt Anium Deli Regem, ut in castra mitteret filias ad copiarum comæatum. Ibi ergo manserunt, cuncta exercitui famelico suppeditantes: in quarum portentum, ut memoria permaneret, Deli in templo Latonæ, illæ cultæ sub specie columbarum; quoniam in has aves sunt conversæ. Natal. Comes, in 13. *Metamorph.* Ovid. fab. 4. ubi Vates: — *Dives erat usus in illis.*

Sûma mali nota est pennas sumpsere, tæque Coniugis in volucres niveas abire columbas. Ovid. *In segetè laticemq; meri baccamq; Minerva Transformabantur.*

Idem refert Nonnius in *Delo*, Tabul. 17. Goltz. in *Insul. Græciæ*: & Hæcius Tzetzes, ad *Lycophront.* Alij dicunt, duas ex illis ab Apolline in Delum deductas; tertiam verò post Troiæ excidium, cum Ænea Lavinium navigasse, uti indicavimus, 15. *Februar.* n. 19. Aliter narrat Rhodigin. 7. cap. 15. quem videmus, ex Pherecide.

24 Non secus pingi solebat Abundantiæ imago. Fœmina scilicet recambens viti, tribus plenis spiciis ad pedes, & gestans in manu olivam. De Alexandria Ægypti, orbis promptuario, ait Hemelar. in *Aur. numismat.* Tabul. 19. *Spica, vitis & vas fructibus plenum, cui incumbit, denotant felicitatem & annonæ copiam.* Alia exhibitæ, 17. *Februar.* n. 14. Herba dicta *Latax*, eiusdem *Latax ber-*

Eius filij in colubas mutata.

Abundantiæ imago.

Latax berba.

Eius triumphus sine puera.

Mors Camilli.

effectus signatur à Ctesia; in *Persicis*, n. 57. ex quo Plinius Magiæ irridens, lib. 26. cap. 4. ait: *Latacem dari solitam à Persarum Rege legatis; ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent; ac multa similia. Ubi nam ista fuere, cum Cimbrï Teutonique terribili Marte ulularent, aut cum Lacullus tot Reges Magorum paucis legionibus sterne- ret? Car hercule Cesaris miles ad Pharsaliam famem sensisse; si abundantia omnis contingere, unius herbae felicitate poterat? Subdit Dalecamp. hic: Unde Romanis Ducibus cura, ne militi commeatu deesset; cum Latacem habere possent à Persis? Meminit etiam Kircher. Tom. 2. p. 2. *Oedip. Egypt.* cap. 3. Totum, si aliquid, ex arte dæmonum.*

Statua Rbamp-
sinitis.

25 Inter Ægyptios statua dicata Regi illorum Rhampsinitis, seu Rhampsinitis. K. *Ægypt.* de eius ludis cum Cerere, quando descendebat in infernum, tuncque ferijs celebratis à Sacerdotibus, & quo ritu; diximus, die 1. n. 18. Ampliora, magis in risum & fabulam, quàm ad historiam, in sua refert Herodotus, lib. 2. à num. 36. Protei regnum (inquit) suscepit Rhampsinitis, qui memoriam sui reliquit vestibula, ab occasu spectantia templum Vulcani: & è regione vestibulorum statuit duo simulacra quinium & vicentium cubitorum longitudinis; que vocavit *Æstatem* & *Hyemem*. Huic Regi ingentem etiam pecuniarum vim fuisse, quam nemo Regum qui deinceps scripti sunt, superare potuerit, ac ne proximè quidem accedere. Cum in tuto eam pecuniam collocare vellet, edificium extruxisse lapideum; cuius parietum unus in exteriorum adium partem pertingebat; sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum: unum scilicet lapidem ita extruxit; ut è pariete facile tolli à duobus viris, atque adeo ab uno posset. Edificio absoluto, Regem in eo pecuniam reposuisse. Interiecto tempore, structorem illum, cum esset vità excessurus, vocasse ad se filios, eisque narrasse (ut affluenter vitam degerent) astute edificasse Regis ararium. Denique omnia illis exposuisse, mensurasque ad lapidem amovendum, docuisse, ac dixisse, illos hac observantes; regij ararij questores fore. Patre vità functo, baud in longum filios rem distulisse: noctu enim ad regiam accedentes, lapidem edificij inventum amovisse, multamque pecunia expilasse, &c.

Quis, & eius
gesta?

26 Fusè refert alia embolia, nimirum Rhampsinitem furtum cognovisse, & ut latrones caperet, armasse decipulas, queis unus è fratribus captus; qui ne cognoscere- tur socium iussit sibi caput abscindere. Factum est, sed Rhampsinitis inventum cor-

pus (& integrum edificium) capite diminu- to, è muro suspendi præcepit. Mater de- truncati agrè dedecus tulit: alterique filio dixit; ni afferret illi cadaver ad sepelien- dum, Regi cuncta indicaturam. Aliud com- mentum, ne pateret facinus, machinatus est filius superstes: custodes igitur vino abun- danti, quasi casu occurrens, inebriavit; il- lique tumulentis, cadaver sustulit, matri- que in sepulturam obtulit. Tabescebat Rex, acerbè ferens, & delegit prostituerè filiam; ut posset scire, quis tam ingeniosus esset. Narravit facta adolescens: & cum in mu- tuam amoris fidem, illa petijisset manum; cautus qui accesserat, manum mortui in te- nebris exhibuit, fugitque, muliere delusà. *Postquam hac renunciata sunt Regi* (subdit Herodot. n. 37.) *stuporem incussisse tum au- daciam, tum astutiam hominis. Ad extre- mum dimissis per omnes urbes nuncijs; Re- gem edixisse, non solum veniam, sed etiam magna munera manere furem; si in conspe- ctum ipsius veniret. Ita furem, fide habità, ad eum venisse, eique Rhampsinitum, magnà viri admiratione ductum, filiam suam collo- casse, tanquam ex omnibus mortalibus plu- rima selenti.* Hæc præclara singularia gesta propria Mercurij, vel Autolici; signanda- que historiæ equitum volaticorum,

27 A Reufnero in K. V. R. signatur re- ditus Thesei è Candia in Athenarum ur- bem. Unde inquit: *Athenis in Memoriam Thesei, puellarum pompa, supplicatum du- cta.* Diximus, die 6. à n. 29. Post victoriam Xerxis ad Thermopylas partam (ut nonnul- lis placet, die 3. huius mensis, de qua n. 32.) Rex inflatus, & amens ad Sacra etiam est ausus. *Xerxes* (ait Diodor. Sicul. lib. 11. n. 249.) *à Thermopylis digressus, per Phocen- sium fines iter facit. Parti copiarum inter Dorienses relicta, mandat, ut Delphos inva- dant, & incenso Apollinis templo, sacras ibi opes exspolient: ipse interim cum reliquo- rum Barbarorum exercitu in Bœotiam pro- gressus, castrametatur. Missi verò ad Oracu- li direptionem, usque ad Minervæ templum processere. Ibi ex improvîso repente magna vis imbrum ex aere decidit cum immani fulminum crebrorum procella, & abscisse tempestate rupes in Barbarorù exercitu fra- gem edidere: quo Deum portento exsternati Perse concitata inde fugà se proripiunt. Di- vina itaque providentià factum est, ut va- ticinij in Delphis sedes direptionem tum ef- fugeret: quas propter ad Minervæ sanum ere- cto trophæo, in eo scripta Barbarorum fuga, & portentosa procella. Ante pralium ad Sa- laminam refert sacrilegium Iustinus, *Histor.* lib.*

Popa puell-
larum Athe-
nicarum.

Xerxes inbet
expilare ste-
plu Delphi-
cum.

Falminis us
profigentur
ministri mis-
si.

lib. 2. Ante navalis praelij congresionem (infic) miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos, ad templum Apollinis diripiendum, prorsus quasi non cum Grecia tantum, sed cum Dijs immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est; ut intelligeret, quàm nulla essent hominum adversus Deos vires.

28 Herodotus narrat historiam ab ovo. Ad templum quod est Delphis, processerunt, ut direpto templo, pecunias representarent Xerxi regi; qui omnia qua in eo templo erant memoratu digna, melius noverat, quàm qua in adibus suis reliquerat. De donatijs interrogarunt, maximè oblati à Cræso: tuncque Delphi Apollinem interrogarunt, nunquid sacram supellestem aliò transportarent, vel humi defoderent? Quibus dixit Apollo: *Se sufficere ad res suas tutandas.* Cives (exceptis 60.) fugerunt, vaticinatorque vidit ante delubrum sacra arma prolata e conclavi, quæ fas non erat, à mortalibus educi. Ut ergo Barbari pervenerunt ad Minervæ fanum, quod est ante templum; tunc maiora, quàm superius prodigia, representata sunt. *Res valdè miranda* (inquit Herodot. lib. 8. n. 11.) *Arma Martia sua spontè extra delubrum apparuerunt: interea è cælo fulmina in Barbaros deciderunt, & à Parnasso duo abscessi vertex, magno cum fragore sunt devoluti, permultosque eorum interceperunt; atque ex ipso sacello Minervæ vociferatio, sibilatio, tubilatioque extiterunt: quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incussus est Barbaris, ut fuga se mandarent. Ea re cognitè Delphi descendentes magnam eorum stragem edidere. Alia præterea miracula visa, duos scilicet armatos humana naturâ augustiores institisse sibi, eadem facientes atque insequentes. Hos autem duos, Delphi aiunt, indigenas Heroas esse, Phylacon & Autonoum, quorum fana visuntur. Saxa autem qua à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram usque memoriam integra extant in fano Minervæ locata, ad quod per Barbaros devoluta pervenere: & tunc receptus à templo horum virorum fuit. Vide ex Iustino, 25. Ianuar. à n. 13. Minimè vel cum his portentis cessit Xerxis avaritia: post cladem illius ad Salaminam, de qua, die 16. à n. 17. in Persicis ait Ctesias, pag. 742. *Xerxes cum in Asiam traiecisset, & Sardis proficisceretur, misit Megabyzum, ut templum Delphicum diriperet: illoque id suscipere recusante; Matacas eunuchus iniuriam Apollini illaturus, unâque direpturus mittitur. His confectis itaque rebus, ad Xerxem reversus**

In defensionem templi, arma ibi recondita ante delubrum visa.

Alia portentosa.

Tandè Xerxes templum exspaliat.

Tom. I. Ephem.

est. Perfarum Regibus adoratione Numinum infatuatis, nonnunquàm sibi visum, ultra & plus posse, quàm Numina.

DIES IX. MARTIJ.

G Rad. 19. Piscium, in quo iuxta VII. Id. Ptol. Milvius apparere incipit, stat Anster, Piscisque in tergo manè incipit occultari. Vid. pridie. Cornu Arietis oritur manè. Alsted. d. Iuxta Firmici placitum, qui sub hoc gradu, erunt advocati, affluentia docti sermonis perspicui. Erunt in regia, multa imperantes gravitate & honestà conversatione, à cunctis dilecti. *Piscis in tergo, idest, stella in tergo Piscis: de qua Pontan. 4. Uran.*

Irradiat post sub Phrygij momenta ministri, Stella nitens; qua iustum animis rectumque probumque

Suadeat, & magnos olim promittat honores, Qua populos late subdat, qua regna merenti Decernat, solijque decus sublimè superbi, &c. Vir gladio se transverberans. Sphæ. Arab.

2 A Moyse Pharaoni rebelli denunciatur plaga 10. qui ita succensuit, ut à se expelleret Moysem sub poena capitis. Perer. disputat. 12. n. 69. ex Exod. 11. à 1. & Ioseph. 2. Antiq. cap. 5. Simul Moyse populum monet de accipiendis mutuo ab Ægyptijs vasis aureis & argenteis. Ibid. v. 2. Leô. Mar. & Adrichom. Anno seq. oblatio Abidan pro tribu Benjamin, eisdem donis ac reliqui Principes in dedicatione Tabernaculi. Numer. 7. 60. Post mortem filiorum Aâron propter ignem alienum fulminantur leges præscriptæ Levitic. à cap. 11. usque in 22. Adrich. Ann. 2454. & etiam insulicatio festorum in Israël, de quibus suis in loc. Idem ibid. ex cap. 23. de festo expiationis ita cenet Alapid. in Levit. 16. 1. Describetur cultus & pervigilium 9. & 10. Septembr. Intuitus huius festivitatis fuit in memoriam Dei condonationis precibus Moyse, qui tunc ferens gloriosè secundas tabulas, denuncians populo Deum propitium ac placatum ab ira concepta propter Vituli adorationem; in priscam fidem & amorem constituit populum.

3 Abitus ad Iordanem hodie signatur à Serario in 6. Iosue, quæst. 31. quod etiam præmisit in cap. 2. quæst. 5. & in cap. 3. quæst. 2. Si die 10. transierunt Iordanem, in cuius ripa per tres dies morati sunt, ut dicitur cap. 3. 1. & 5. & videbimus ex ipsius sententia posttridie n. 4. quomodo hodie abitus ad Iordanis ripam? Dicitur quæ, iuxta Iordanem vi-

VII. Id.

Pontan.

Denunciatur plaga decima.

Causa festi Expiationis.

Abitus ad Iordanem.

duo castra posuisse, sed die tertio ad Iordanem, proximiores ut essent ad transitum, castrametati sunt. Aliter ipse viderit. Etiam singularis sententia est Tornielli, *Annal. sacr.* ann. 2584. n. 10. & 11. asserentis die nono filios Israel transisse Iordanem, ita ut nocte illa requiescerent in ulteriore fluminis ripa, & mane facto procederent in Galgala; eod quod *cap. 4. 19.* dicatur: *Populus ascendit de Iordane 10. die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis:* quasi eodem die nequirent flumen transire, & in Galgali progredi; cum sex milliaribus Galgal tantum distet à Iordane. Adrich. in *Beniam.* n. 71. & Hieronym. in *Loc. Hebraic.* Tunc illis ingredientibus terram promissam cognoverunt Israëlitem in *insigne miraculum*, ut ait Maluend. in *Deuter.* 8. 4. quod eis obiecerat Moyses in stuporem, *ibid. 29. 5.* *Adduxit 40. annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt.* Vestes & calceamenta quæ primùm aptata pedibus vel corpori supernaturaliter non solum non attrita, sed crevisse cum corporibus iurè astruit Abulensis hic, quicquid dicat Alapid. Meminit Eldras *lib. 2. cap. 9. 21.* Sequitur Abulens. Leon. Mar. in *Deuter.* 8. 4. additque miraculum, quod non solum in exitu ex Ægypto, nullus in tribus eorum esset infirmus; sed etiam per totos 40. annos, nisi qui deliquerunt: mortui quidem & divinis plagis & naturali morte. Eadem mirabilia astruit Bonfrer. loc. cit. *Deuter.*

4 Ant. Fonseca in *Annotat. marginal.* in *Caletan.* cap. 29. *Deuter.* v. 5. *insit: Adiungit his beneficijs Propheta in Psalmis, quod non erat in tribus eorum infirmus. Unde suspicari potest, omnem illam multitudinem & pravam generationem morte violenta interiisse.* Nescio unde suspicari potest. Verum sanè quod *ibid.* astruit: *Non prætermittendum puto, quod cum tot annis filij Israel in deserto vagati sint, ubi incredibilis est arenarum copia, ita ut ventorum vi agitate, ad modum marina aqua tumultuentur; hac tamen peste nullos Israelitarum perijisse legimus: cum tamen multa hominum atque camelorum æmina arenarum multitudine in hoc deserto operiantur; in quo certè nobis admiranda divina virtus proponitur.* Sanctes Pagnin. loc. cit. asserit, non solum crevisse vestimenta, ita ut nonnunquam essent integra & lucida; sed etiam absque ulla macula: quandoquidem calceamenta nunquam vel in itinere pulvere conspersa sint, vel luto infecta. Vid. Bonfrer. d. Aliud miraculum (nescio an ab aliò ob-

servatum) subit mentem; nimirum nullum ex illis occisum in pugna, quæ nutu Dei fieret, occisus ex hostibus, innumeris viris; nisi in aliquibus præcesserit peccatum: patet *Io. sue. 7. à 4. & Numer. 14. 14. 40-21. à 1.*

5 Eldras cum reverti volentes in patriam congregasset ad Euphratem; indixit triduanum ieiunium, ut Deus sine externo Ethnicorum auxilio feliciter perduceret Hierosolymas: post illudque iter aggressi d. 12. uti videbimus, n. 3. ex 1. *Ejdr.* 8. 21. Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 5. & Adrich. in *Chronic.* In itinere, ne caderet inter Iudæos religio, vel ut floreret denuò zelo fervido Eldræ, cum pervenisset in terra Sennar edificavit ibi Synagogam. Idemque fecit perveniens in Haran; ait Beniamin. in *Itinerar.* à pag. 57. qui addit: *Is locus in quo Abraham patris nostri fuerat, nullum ædificium continet: ab Ismaëlitis verò religiose colitur, ab eisdemque precum fundendarum causa frequentatur.* Mors Oniæ viri pij ante Pascha bello civili inter Hyrcanum & Aristobulum signatur à Reuclino. Refert articulum Ioseph. 14. *Antiq.* cap. 3. *Quidam autem Onias (inquit) vir iustus & Deo charus, qui aliquando siccitatis tempore intertraverat pijs precibus pluviam; tunc in lateribus se abdidit, civile bellum presentiens. Hunc in castra adductum Iudæi rogabant, ut quemadmodum olim sterilitati attulerat remedium; ita tunc devoveret diris Aristobulorum, & quotquot eius factionem sequebantur. Id cum diù recusans cogeretur à turba, stans in medio eorum, sic precatus est: Deus universi huius mundi Rex, quoniam & hi qui mecum stant, tuus sunt populus, & qui oppugnantur, tui sacerdotes sunt; precor, ut neque hos contra illos orantes exaudias. Post hæc vota, circumsteterunt eum quidam ex Iudæis, viri perditii, & obruerunt lapidibus.* Vid. d. 14. n. 6.

6 Christus ann. 31. ante Pascha 2. in Synagoga arefactam hominis manum pristino vigori restituit. Pharisei & Herodiani, quasi legem solveret, in necem eius conspirant. Ex *Marc.* 3. à v. 6. Marian. n. 10. Ut hæc & alia perspicuius intelligantur, notandum est ex Haymo 1. *cap. 12.* & Euseb. etiam 1. *cap. 12.* quod à Christi baptismate usque in eius mortem intercesserint quinque Paschata. Primum, post susceptum baptismum & ieiunium consummatum. Secundum, postquam aquam vino mutavit. *Ioann.* 2. 13. Tertium, cum languidum ad Probaticam erexit. *Ibid.* 5. 1. Quartum, dum in deserto pavit quinque hominum millia. At Ioannes, 6. 4. dicit: *Erat proximum Pascha,*

Nec mors in pugna.

Ieiunium captivorum dicitur Esdræ.

Domus Abrahamæ in Haran.

Mors Oniæ civis Hierosolymitani.

Christi gesta.

Transitum.

Quanam miracula continua in Israël per 40. annos

Vestimenta illæsa.

Nullus infirmus.

Nulla in levi arena motio.

Nec in calceamentis pulvis, aut luto.

ſcha, dies feſtus Indaeorum. Quintum, cum ipſe occiſus eſt. Ioann. 13. 1. Quatuor ſignat Petr. Alexandr. in *Chronic.* pag. 505. Allipulatur Marian. quem ſequitur Alapide, in *Chronotax.* à n. 13.

7 Romæ Arma mota, ideſt, *Ancylia.* Beyerlink. Fallitur. Vidimus die 1. à n. 11. & illorum luſtrationem die 19. n. 23. Videtiſ Hemelar. de *Numiſm. aureis*, fol. 71. Eodem die *Fortuna Proſpere*, ſeu *Felici* dicata eſt ædes, ſimulque *Matutæ* à Servio Tullo. *K. V. Rom.* Articulum cauſamque refert Marlian. *Topograph. Rom.* cap. 56. ac in *Eptom.* lib. 4. cap. 7. *Fortuna Proſpere* (inſic) & *Matuta* ædes ſacras in foro Boario conſtituit *Ser. Tullus.* *Proſperam inde appellavit, quod in ſeipſo cæca non fuiſſet, ut ait Ovidius:*

Ovid.

Cæca in hoc uno, non fuit illa viro.

Eo autem in loco mel ex olea fluxiſſe tenet fama: aruſpicesque dixiſſe, ſumma nobilitate illas ſortes futuras (de *Fortunæ* fortibus, diximus, 1. *Januar.* n. 17.) *eorumque iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, qua Fortunæ monitu pueri manu miſcebantur, atque educabantur.* *Plutarch.* in *Problem.* ſcribit, *Ser. Tullum omnes actus Fortune adſcripiſſe, à qua ſublevatus fuerat ex ancilla matre ad regnum: hinc Fortune*

Fortuna Primigenia, Mæſcula, Convertenti, Spætantis, Videti, & Parvæ.

Primigenia & Mæſcula templa erexiſſe: aliud *Fortune Convertentiſ*, aliud *benè Sperantis*: aliud *Fortune Videntiſ*; quaſi ea nos procul capiamur, negotijs aut rebus inbæreamus. *Conſtruxit etiam Fortune Parvæ templum; quaſi docens homines, diligenter attendere, ne ea qua occurrant quaſi parvæ, contemnerent.* Aptius, ut ſignaret ad regnum provectum ex fortuna parva. In *Problem.* n. 36. inquit: *Cur inter ea qua Dijs ſunt dedicata, Romani nominant Fenestram, iuxta quam Fortune cubile? An quo Servius Tullus, qui Rex fuit fortunatiſſimus, conſuetudinem cum Fortune, que ad eum ventitaret per fenestram, habuiſſe exiſtimatus eſt? Hæc fabula eſt: ſed cum Rege defuncto Priſco Tarquinio uxor eius Tanaquil, qua femina cordata & regaliſ erat, ex fenestra proſpiciens, cives eſt affata, perſuaſitque eis, ut Regem dicerent Servium; inde locus hic appellationem invenit. De Fortune Primigenia agendum, 25. Maij.*

Fortune fenestra.

8 Ex Livio quod dudum Marlian. prodit: *In Urbe duos adituos nunciaſſe, alterum in æde Fortune anguem iubatam à compluribus viſum eſſe: alteram in æde Primigenia Fortune, qua in colle erat; duo diverſa prodigia, palmam in arca natam, & ſanguine interdium pluviſſe.* *Matutæ ædes reſecta prius*

Templa cœca.

à Servio Tullo, longo tempore poſt à Camillo ſuit dedicata, qui bello Velentium eam vocerat. Utriuſque autem Dea feſtum eodem celebratur die, eodem etiam incendio utraq; ædes exhauſta eſt. Alia eſt præ Proſpera, Fortuna Felix, quæ decorata templo inſigni & ſingulari à Nerone, loco quo pridem Fortuna Muliebris; de quo 14. Jul. & 31. Octobr.

9 Ann. V. C. 681. à collega Perpenna Sertorius cæditur, quod haud perpetrare valuit Q. Cæcilius Metellus nec per inſidias (ut refert Plutarch. in *Sertor.*) promittens interfectori centum argenti talenta, & viginti millia iugerum agri. Ibid. Sertorius ergo de illo & Pompeio, quos ſæpe vicit, dicere ſolebat, & anum & puerulum Romanam remiſſurum verberibus emendatos, quia iactabundi Romam fugit ob Syllæ ſanguinolentiam, & proſcriptionem, desperatis rebus Marianis. *Exul & profugus ferallis illius tabulæ vir ſumma quidem, ſed calamitoſa virtutiſ, malis ſuis maria terraque permiſcuit.* L. Florus, 3. cap. 22. & Saluſt. 9. cap. 22. Pervenit in Hiſpaniam, à qua per C. Annium pulſus, traiecit in Africam. *Salian. Ann. 664.* ubi cuncta luſtranti Antei ſepulchrum demonſtrantur indigenæ. Ibi

Sertorius cæditur.

Antei ſepulchrum. Sertorius barbaris tantam corporiſ molem prohibentibus cum fidem non haberet; effoſſo monumento, corpus ſexaginta cubitorum inveniens, obſtupuit, hoſtiæque mactatâ ſepulchrum inſtauravit, bonæ reſque & famam Antei auxit. *Plutarch. d.* Tunc à Luſitanis revocatus, ad eos ſe contulit; ſtatimque creatus plena cum poteſtate imperator, vicinam Hiſpaniam in tuam dominationem redegit, ultrò ſe ei adiungentibus plerique, quos calliditate traxit, maximè hinnulo, ex toto qui albus, à venatoribus captus, matre fugiente. Progreſſu temporis, ita cicurem & ſui amantem fecit; ut & vocantiſ vocem ſentiret, & iret unâ quò duceret. Unde divinitatem ei commentus, cervam à Diana ſibi dono datam, multaque res occultas ſibi per illam indicari, dixit: & auxit opinionem aſtu ingenioſiores etenim ſecretò ſciens hoſtium propoſita, per cervam in ſomniſ Dianam ſibi locutam, aſferebat: cervam verò coronatam à Diva dictabat, quando à ſuis per nuncios partam victoriâ ſciebat, uti ſigno fauſti nunciij: quo quidem callidè milites ſeducerat in admirationem, ſucceſſibus percitos: maximè cum per aliquot dies ſtrepitu armorum cervam in deſertum fugiens, poſt coram Sertorij tribunal apparuerit, ad illum accederet penes auriculam lambens; ex quo in ſtuporem milites ducti, aliquid ſuggeſſiſſe cœ-

Sepulchrum Antei.

Cervæ Sertorij.

litus cogitavit; alacresque in Metellum Pompeiumque processere.

10 Pupugit Perpennam factionis Sertorianæ socium honor, plausus, atque auctoritas tanti Ducis, cupiebatque eius exercitum ad se trahere, suo nomine bellum gerere, affectusque militum à Sertorio vel infidiosè sciungere: quod cum præsentiret Sertorius, Oscæ academiam instituit, ubi nobiles iuvenes Hispanorum linguis Græcâ & Romanâ erudiendos curavit; barbarie exule, sed in speciem: reverâ ut eos obsides haberet, ac parentes contineret in officio filiorum metu. Tum cum levi velitatione à Metello Pio, de quo dudum, esset victus, tantum arrogantia Metellus sumpsit, ut civitates ingrediens sacrificijs reciperetur, coronisque ac splendidis cœnis, portarique iuberet veste triumphali (uti dictum 14. *Februuar.* n. 14.) tumque pueri puellæque carmina victoriæ eius gratulabundè canebant. *Ridiculus profectò* (subdit Plutarch.) *qui tanto faustu gaudioque elatus fuerit*, maximè cum exultantem, vel insultantem Sertorio post vicerit, quem ob triumphum cum à Sertorio regia esset instructa cœna; à Perpenna cæterisque coniuratis, qui apud milites eius invidiam conciliaverant (paterà fractâ, aggressioni signo) confossus est. *Ibid.* Perpenna pro Sertorio suffectus, nec ad parendum, nec ad imperandum habilis (cum ingratiitudinis nota, quippequàm à Sertorio inter hæredes scriptus) cum Pompeio Magno confixit, à quo victus & à fuga retractus; nec visus nec auditus iugulatus est. Tunc prudentissimè se gessit Pompeius. Sertorij scriinia cum literis Senatorum, qui Romam evocabant, in eius potestatem venerunt: quas literas in unum congestas, cum nec ipse legisset, nec legere quemquam passus fuisset; igni tradidit. *Ibid.* & Briet. *Ann. V. C.* 681. Idem Cæsar bello Pharsalico fecit, cum scriinijs Pompei. *Goltz. in Cæsar.* cap. 60.

11 Hac in die retrò annis 231. Cneus Flavius libertino genere Appij Claudij Scriba, tabulâ marmorea fastos in foro proposuit. Ideo Ædilis Curulis factus ædem concordie, magnâ nobilitatis invidia ac dolore dedicavit. Henric. Smetius in *Fastis*, & Origanius; memoriamque faciunt Salian. & Briet. *Ann.* 450. Hic magnâ prudentiâ & industriâ vindex ac victor exivit, cum nobiles despicere, & coram dehonore vellent. *Cneus Flavius Annij filius, dicitur ad collegam venisse, visere agrotum; & in conclave postquam introivit* (refert Aul. Gellius, 6. cap. 9.) *adolescentes ibi complures nobiles sede-*

*bant. Hi contemntes eum, assurgere ei nemo voluit. Cneus Flavius Ædilis id arripit. Sellam Curulem iussit sibi offerri. Eam in limine apposuit, nequis illorum exire posset. Utique hi omnes inviti viderent, sese in sella Curuli sedentem. Idem apud Luc. Phionem, in 3. *Annal.* Alex. Neapolit. 4. cap. 20. & Valer. Maxim. 2. cap. 5. num. 2. qui refert, non propter editos Fastos, assumptum in Ædilitatem; sed factum Ædilem fastos vulgasse, totoque foro exposuisse.*

12 VII. Idus Martij signatur dedicatio statuarum Marc. Tritani & filij, ob quem patri tantus honor. Gruter. in *Theaur. Critic.* Tom. 1. pag. 700. De utroque Plin. 7. cap. 20. & hic Dalecamp. Solinus verò paulò aliter cap. 4. etiam refert eorum singulare robur. Ex Varrone enim in *relatione prodigiosa fortitudinis*, inquit: *Tritanum gladiatorem naturâ Samnitum fuisse, qui & relictis & transferis nervis non modo crate pettoris; sed & manibus cancellatis & brachijs, omnes adversarios levi tactu, ac penè securis congressionibus vicerit: eiusque filium militem Cn. Pompeij pari modo natu, ita sprevisse hostem provocantem; ut inermem eum dextra & superaret & captum digito uno in castra Imperatoris sui reportaret.* Adrian. Turneb. 25. *Advers.* cap. 10. astruit, summum fuisse gladiatorem. Placet Franc. Florido, *Syloge Var. lect.* lib. 2. cap. 7. usum in tot victorias literis Ephesinis, vel Alestorio lapillo, de quo Solin. quò supr. *Sanè Alestorius* (inquit) *traditur lapis, crystallinâ specie in modum fabæ, aptus praliantibus.* Marc. Tritanum cum Milone Crotoniensi, contendisse & vicisse (etsi Milo uteretur præfata gemmâ Alestorio, ut diximus ex Plinio die 3. à n. 24.) astruit Georg. Draud. in loc. cit. Solin. fusiùsque Ælian. 12. de *Var. histor.* cap. 23. *Milonem* (ait) *elatum animum ob corporis robur gerentem, in Titormum* (ita Tritanum vocat) *bubulcum aiunt incidisse: cumque videret Titormi corpus aspectu prægrande virtutum eius experimentum sumere voluisse. Titormum verò se non admodum robustum esse dixisse. Cum verò ad certamen descendisset, abiectâ veste, maxima molis lapidem primum quidem ad se traxisse, deinde remississe, & hoc bis aut ter fecisse: tunc eum usque ad genua sustulisse, atque postremo sublatum in humeros, usque ad octo orgias (Vernaculè Brazas) & abiectisse: Milonem verò Crotoniatam vix movere lapidem potuisse. Secundum deinde certamen hoc erat. Ad gregem abiit & stans in medio, maximum ferissimumque taurum pede prebendit; qui cum vellet effugere, non valebat:*

Eius ingenium & ars.

Tritani statua.

Alestorium gemma.

Robur Tritonij singularè.

Milonem vic.

Academiam Oscæ crexit.

Metelli Pij festus.

Perpenna iugulatur.

Pompeij illustre factum.

Fasti Romani promulgati.

Cn. Flavius Ædilis.

aliam item accedentem, attractum pede similiter tenuit: quo viso, Milo palmas ad caelum extendit; O Iupiter inquitens, num hunc alterum Herculem nobis dedisti? Hinc ortum proverbium: Hic est alter Hercules. Ex Athenæo idem refert Rhodigin. lib. 21. cap. 36.

Minerva cum Stultitia.

13 Athenis sacra Minervæ & Moria, idest, Stultitia, seu Desipientiæ. K. Græc. Intuitus sacrorum divinandus; quandoquidem Minervæ, idest, Sapientiæ ac Prudentiæ imago erat cum noctua, modò effigiem eius gerens super caput, modò ad pedes, ut observat Charlar. de Imagin. pag. 245. Pier. Valer. 20. à cap. 13. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 5. & Cæsar. Gregor. in Observat. Mythologic. cap. 18. Malè convenire videtur Stultitia cum Sapientia, nec speciem habere cum noctua, prudentiæ icones maximè cum Moria fingatur saltans, ricà crotalorum, cucullo ridiculo, crepitacula tenens, ac de sono sibi potissimè placens, super arundinem equitans, ac fatuissimè tripudians in spectatorum risum, quasi Minervæ venerabilis probrum. Duplex color, præut aucupor, inest societati imaginum, indicante hieroglyphicè aliquod didascalicum variâ positione imaginis noctuæ, iuxta caput aut pedes imaginis Minervæ; ut constet quando stultitia Sapientia, vel e contra. De noctua dicitur, lucem fugere, ac in tenebris videre. Picinell. 4. Mund. Symbolic. à n. 499. ita quidem ex scientia, ut in rebus gerendis emicet prudentia vel stultitia.

Imago Moria seu Stultitia.

14 Sæpissimè prodest stultitiæ velamine sapientem cogitationem occulere: propriè tunc sapere, stultum fieri. Claruit scitè ignotà prudentiâ Davidis mens, ubi simulavit nec micam mentis habere. 1. Reg. 21. à 13. Hinc Marc. Senec. Controv. 9. de Gallo Bivio: Accidisse uni scio (ait) ut in insaniam non casu incideret; sed iudicio perveniret

Ovid.

Forfitan hoc studium possit furor esse videri: Sed quiddam furor hic utilitatis habet.

Cur sapientia velamine Stultitiæ

Accinit Ovid. 4. Trist. Eleg. 1. v. 38. Sueton. in Vespasian. cap. 5. inquit: Mirum, quòd adhuc se mentis compote, deliraret. Homer. 23. Iliad. v. 430. Tanquam non audienti similis. Unde Ovid. 2. Fastor. v. 217. succinit de Iun. Bruto:

Idem

Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidijs.

Ut prælibavimus, 17. Ianuar. à n. 10. & 25. Februar. à n. 11. Mendax stupor est, & fingitur arte dolosa: iugularetur Sapientia, si floreret. Iudicaretur infania, & ut vi-

geat floret Moria: quapropter Minerva habet ad pedes noctuam; quippe congruit aliquando propriam calcare sapientiam.

15 Alius imaginum color tendit in sciolorum philantiam, qua simul colitur & Minerva & stultitia: qua de causa de Philosophis dicitur Plutarchus, fatuos scientijs fieri. Athenas homines ire (dicebat) ut Philosophi fierent: post, ut exirent idiotæ. In effigie noctuæ super Minervæ caput constat eruditionis propositum. Stultum facit improba secta: canit Tertull. Carm. in Senator. v. 63. Obijcitur stultus, dum vult apparere doctus.

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Martial.

Martialis inquit, 14. Epigram. 210. de quo plura diximus in Tautologijs, maximè Tom. 5. T. 9. à n. 52. Per noctuam indicari vanæ sapientiæ studium, refert Pier. Valerian. d. cap. 15. Per eius conditiones apprimè describuntur vanæ sapientiæ Thrasones; sed veræ expertes. Adinstar noctuæ tenebrarum caligines diligunt, ad luminis splendorem illicò horrescunt. Luce cæcutiunt, obscuritate iactabundè illuminantur.

Ardeliones in scholis.

Nec trepidant, qui sibi sapientes videntur

Esse, indagatores artificesque vocum:

Stultos maximè esse iudicandos.

Euripid.

Euripides inquit in Medea à v. 1225. Noctua ipsa (ait Ambros. 5. Hexæmer. cap. 24.) quemadmodum glaucis magnisque oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum caligantem non sentit horrorem; & quò fuerit nox obscurior, eò contra usum avium ceterarum inoffensus exercet volatus. Exorto autem die, & circumfuso splendore Solis, visus eius hebetatur quasi quibusdam erret in tenebris. Quo indicio sui declarat esse aliquos, qui cum oculos habeant ad videndum; videre non soleant, & visus sui officio fungantur in tenebris. De cordis oculis loquor, quos habent sapientes, & non vident, in luce nihil cernunt, in tenebris ambulat; dum demoniorum tenebrosa rimantur, & cæli alta se videre credant. Sic igitur sapientia stultissima, ubi crotalis ornata, noctua collocatur super caput Minervæ.

Conditio Noctuæ.

16 Insignia stultitiæ in his balatronibus vidit Ioann. Menckenius, de Bruditor. Charlataneria, declamat. 2. pag. 174. ubi: Hodie plerosque deprehendimus (inquit) mirà vocis contentione, vultu multiformi, oculo vago & petulanti, iactatis brachijs, saltantibus pedibus, lascipientibus lumbis, ac varijs motibus, inversionibus, circumductionibus, resupinationibus, saltibus, gesticulante toto corpore, animi videlicet mobilitate ipsum secum volvente, ad populam

Andacia & cenodoxia sciolorum, litteralis desipientium.

pro-

proclamare, memores Demofthenis sententia, qui interrogatus, quidnam esset in dicendo efficacissimum? Respondit, Hypocriſis. Taxat eiuſmodi ſtolidiſſimam ſapientiam, ac ſapientem in riſum ſtultitiam Sebaſtian. Stadelius, nomine Traſoniſmi. Ita de Circunforanea literator. Vanitate, pag. 291. inquit: Padantiſmus eſt ambitio ex huiusmodi eruditione nata, quæ verſatur in rebus non maximi momenti. Hæc ambitio quia inopiam iudicij prodiit, non poteſt non gignere facta ineptiſſima, & qua largam præbeat ridendi materiam. Color uterque expoſitus, ut conſtet, cur Moria, ſive Stulticia cum Minerva.

17 Hac etiam die, 9. Munychionis, luſtratio inſulæ Lemni. Gyrald. de Ann. & Menſib. n. 33. Cauſa expiationis fuit crudelis truculentia fœminarum Lemniarum, quæ quidem deſpicientes Venerem, cæteris Dijs in ſacrificijs celebratis plauſu, illam propoſitò prætermiſerunt. At illa diuidia percita terrum fœtorem Erinny vocatà in illas immiſit, ut mariti eas fugerint, & ad ſervas terenderint Thraces, quas ex bello captivas abduxerant. Uxores hand æquo animo iniuriam ferentes una nocte mares cunctos iugularunt. Deinde veritæ, ne cum filij adoleviſſent patres truncatos ab illis ulciſcerentur; illos ad unum trucidarunt. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 13. & fuſe Euriſt. in Hippolyt. Propter huiusmodi carnicinam inſulæ quotannis fiebat expiatio, per navem quam vocabant Theorim. Fuit & Theoris ſacra Lemniorum (refert Philoſtrat. Heroic. in Neoptolem.) qua Lemnus ipſa quotannis expiatur ob ſcleratum facinus in viros, commiſſum à mulieribus, & in nonum diem ignis, qui in ea erat extinguebatur. Alius afferebatur ex inſula Delo. At ſi priuſquam inſula poſſet expiari, ad illam navis accedere non poſſet, nulli regionis inſulæ appellere fas erat; ſed in pelago vagabatur, quouſque Lemnum attingere valeret. Cum autem navis acceſſiſſet poſt invocationem Deorum terreſtrium & Arcanorum, ignem civibus diſtribuebant, omniaque ſua in melius mutabant, per adventum ignis ex Delo veſti, ac in mari vigilanter cuſſoditi. Idem narrat Gyrald. de Navigijs, cap. 8. & Quint. Smyrneus, ſeu Calaber, 9. Paralip. à v. 338.

18 Inter fœminas duntaxat Hypſipyle pia, qui patrem occultè ſervavit; uti diximus, 13. Ianuar. n. 7-16. Februar. n. 17. Lemnus inſula ſacra erat Vulcano, quia ibi cecidit, quando pulſu pedis ſummi Numinis in terras deiectus. Ibi erat terra ſigilla-

ta, quæ malorum medicamentum, imò alexipharmacum, ut dicemus, Iſagog. Decembr. n. 11. ſed tantum terra, ubi cecidit Vulcanus, uti obſervat Philoſtrat. d. in Philoſtet. ubi: Gleba Lemni, in quam cecidiſſe Vulcanus dicitur; inſanos expellit morbos, ſanguinis profluviuſium ſiſtit, & ex Serpentibus natricis morſui occurrit. Addit Natal. Comes, d. lib. 2. cap. 6. Eſt calida quædam vis terra eius inſula, cuius uſus vermes necat, ſi fiat ex ea lutum cum vino albo: atque non parum prodeſt illis etiam qui venenum haſerunt, multasque alias facultates præterea obtinuit. Idem Cæl. Rhodigin. 23. cap. 29.

Qua de cauſa ſubdit: cum Apollinem Smyntheum conſuluiffet Philoſtetes, iectus ſagittis Herculis hydræ veneno tinctis; iuſſus eſt pro ſanitate in Lemnum abire, quò utique reſtituendus perfectè valetudini ex ulcere gratià terræ ſigillatæ. Adi, 3. Februar. n. 12.

19 Eodem die fiebant ſacra Melampo, vel Melampodi apud Argivos. K. Græc. Feſta ſignat Pauſanias, cap. 42. ubi: Melampodis templum eſt. Sacrum faciunt & feſtum diem quotannis celebrant: futura verò prædicendi, neque ex ſomnijs, neque ex alia ulla ratione ei ſcientiam tribuunt. Dicit verò Apollodor. 1. Bibliothec. n. 20. Melampus cum ruri eſſet, ac pro ſuis ædibus quercus exiſteret, in eaque ſerpentium latebra eſſet; occiſis à miniſtris ſerpentibus, cætera quidem reptilia, congeſtis lignis concremavit, atque ſerpentium partus educavit: qui cum ad inſtum corporis modum increviſſent, ipſum dormientem circumſiſtunt, & ex utroque humero illius aures linguis extergebant; tandem expergefactus ſuper volitantium avium voces intelligebat; & qua ab ijs futura edocebatur, mortalibus prædicebat. Per aruſpicinam præterea vaticinari, non ignorabat. Ad hæc, Apollini obviam factus; de cætero vaticinandi peritiſſimus evaſit. Plura de huiusmodi ſuperſtitione diximus, Tom. 8. T. 10. n. 41. Etiam addit Pauſanias aliquot præſtigiarum, cap. 146. & cap. 60. inſit: Furor fœminas invaſit; ut cum intra domeſticos parietes contineri non poſſent, per totum agrum palantes; inventus eſt tandem Melampus, à quo ſanatae ſunt.

20 Apud Cretenſes quotannis 19. grad. Solis in Piſcibus celebrabatur in vitâ revocatio Glauci, filij Minois, Regis Inſulæ, qui in Labyrinthum incluſerat Minotaurum. Theopompus, lib. 16. & Phocius in Biblioth. Variè ab AA. fit huius fabulæ narratio: e- quidem alij ab Æſculapio, ut refert Hygin. Fabul. 49. & lib. 2. n. 4. alij à Polyido, ut vult Natalis Comes, & ipſe Hygin. Fabul.

In Lemna terra ſigilla-
lata

Philoſtetes
ſanatur il-
læ.

Melampus
ſacra.

Luſtratio
inſulæ Le-
mni.

Theoris na-
vis.

Ritus.

Hypſipyle
pietate.

Glaucus in
vitam re-
vocatus &
quomodo?

*Interventu concessa sunt: puteus, scilicet, columna nubis & Manna. Manna quidem Moyſis, columna nubis Aaronis, puteus Mariae meritis. Unde mortua Maria sublatus est, recuperatus tamen postea meritis Aaronis & Moyſis. Mortuo Aaron, disparuit nubis columna, etsi postea sit illis Moyſis merito reddita. Mortuo Moyſe perierunt tria hæc, nec recuperata: nam scriptum (Zachar. 11. 8.) Succidi tres pastores in mense uno. Etsi enim mense uno eodemque tres hi minime ex hac vita migraverint; sed eodem potius anno (Maria enim factis concessit 10. d. Nisan, Aaron 1. Ab, Moyſes 7. Adar) tamen quoniam quo die Mortem subiit Moyſes, tria ista ita interciderunt, ut non amplius apparuerint; tres pastores uno dicuntur mense excisi. My, insignes interpretes! Maria obiit quatuor serè mensibus ante Aaron, & undecimo ante Moyſen, uti patet 7. Febr. & 1. Jul. Observat Alapid. in loc. præf. Numeri & Adrich. in Chron. Claret, falli Genebrard. ann. 2670. ubi subdit: *ibi mortua est Maria: puteus deficit, ex quo nova querimonia & seditio, donec restueret.* Insuper prorsus.*

4 Eodem die ann. 40. ab exitu ex Ægypto, filij Israël transeunt Iordanem sicco pede in terram promissam. Sacerdotes Arcam præferentes primi ingrediuntur, & ecce mox aquæ superiores instar montium consistunt, in mare mortuum inferiores defluunt. Sacerdotibus sic stantibus, populus Israël per siccum alveum transiens terram promissam ingreditur. Adrich. d. ann. 2493. Briet. 3584. ex Iosue 3. à 7. Populus (dicitur Seder-Ol. cap. 11.) ascendit de Iordane d. 10. Mensis Nisan, & tulerunt sibi 12. lapides de exteriori Iordanis ripa & posuerunt eos, ubi educuntur. steterant pedes Sacerdotum: præterea tulerunt alios 12. lapides de medio Iordanis alveo, & posuerunt eos in Galgal, contra orientem urbis Iericho. Ubi factum est (subdit Ioseph. 5. cap. 1.) & ipsi egressi fluvium, liberam ei solitum cursum reliquerunt, qui confestim auctus ad pristinam squarum mo-

In quibus lem reddit. In lapidibus eductis scriptam fuisse legem; asserunt Rabbini. Latè de huiusmodi tractu Serar. in Iosue, cap. 2. quæst. 5. cap. 4. p. 2. quæst. 2. & p. 3. quæst. 6. Septem linguis in eis scriptam legem, dicitur Seder-Ol. loc. cit. Tertullian. 4. Advers. Marcion. cap. 13. quasi fuissent lapilli, in Arcam Testamenti reconditi; insulsè autumat R. Levi, iuxta Arcam, ut ter quotannis venientes Israëlita, stupescerent ad miraculi novitatem: qui quidem lapides translati cum Arca. Ineptiæ. Ioseph. quò supr.

A Iesu (subdit) ara extructa est è lapidibus, quos singuli tribuum Principes ex alveo, Prophetà iubente, sustulerunt; ut monumentum esset prodigiosè refrenati fluminis, & sacrè in ea Deo fecit, & Pascha solemnitas eo loci celebrata est. Hieronym. in Epitaph. Paula, infit: *Intuita est castra Galgal, & acervum præputiorum, & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alveo.* De istis lapidibus, ait Alapid. loc. cit. Iosue, dixisse Ioannem Iudæis, *Potens est Deus de istis lapidibus filios Abrabæ suscitare.* Luc. 3. 8. Arbitror designasse lapides ex altari Testimonij, quod erexerunt Ruben, Gad & dimidia tribus Manasse super ripam Iordanis, ubi prædicabat Baptista. Vid. Adrichom. in Beniam. num. 11. Cuncta fusè describuntur loc. cit. Iosue. Ubi notandum sine pondere tunc fuisse Arcam, sicut dum translata à Davide, & deportata in templum à Salomone: de quo suis loc. Hebræi nugantur, somniantes, Arcam; dum trajceretur Iordanis alveus, elevatam fuisse super aquas, & ideo non fuisse portatam à sacerdotibus in humeris; sed sacerdotes cum illa elevatam ambulasse super aquas. Sanctius, in 2. Regi. 6. n. 17. Abulensis & Lyranus, in Iosue, 4. 10. Augustin. in Iosue, quæst. 3. (quem secuti Abulens. Ar. Montan. & alij) asserit, ante transitum Iordanis columnam evanuisse nubis, eò quòd v. 4. dicatur à Iosue: *Sit inter vos & Arcam spatium, ut procul videre possitis & nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam. Hinc factum, ut etiam triduum illud ex humana dispositione prædiceretur.* Intrantes ergo filij Israël in terram promissionis, eam invenerunt, uti dixerant Iosue & Caleb, Numer. 13. nequaquam ut delirant Talmudistæ *Tractat. 3. distinct. 5.* & Mahometes suum paradiſum efformat. Fallitur Petr. Alexandr. in Chron. pag. 183. ubi: *Iesus filius Naue, cum Israelem in Chanæorum regionem decima primi mensis per medium Iordanem deduceret; Dei nutu Solem & Lunam stetit.* Adi 27. April. n. 5.

5 Ab hinc ann. 378. iuxta Turfelin. & 395. iuxta Adrichom. comitia Israël in Maspha, iudice & præfide Samuele, qui postquam canctos obiurgavit, eò quòd abiecto Deo petierint Regem, ad fortem arte recurrerit, ne de illo, qui de omnibus, vocales quererentur. Sortes mittuntur, caditque signum super Saul, qui domi absconditus, cognitio approbatione meritis, tùm quia absens à senatu in Principem eligitur; cùm quia præsens coram cunctis toto capite supra reliquos eminebat. Reucl. ex 1. Reg. 10.

Arca fuit
pendere.

Collina
bis deficit.

Eligitur
Saul in regem
Israel.

17. & Ioseph. 6. *Antiquit. cap. 5.* Accidit tunc quod in cunctis electionibus, etsi è celo. Alij electum extollunt, alij despiciunt: v. 24. & 27. Samuel locutus est ad eos legem regni, & scripsit in libro, quem reposuit in Sanctuario. v. 25. Legem regni, de qua *Deuter. 17. à 14. & 28. à 36.* minime quam signat *1. Reg. 8. à 11.* uti ius Regum; quia ibi prædicit, quod Reges solent facere, haud quod debent.

Antilogia.

Iosias mundat templum, in quo Arcam collocat

6 Post ann. 450. iuxta Briet. ante Phasce celeberrimum, Iosias mundato templo, Arcam recondidit ibi: dixitque Levitis: *Ponite Arcam in Sanctuario templi, quod edificavit Salomon, filius David: nequaquam eam ultra portabitis. 2. Paralip. 35. à 3.* Seder-Olam, *cap. 24.* Quomodo mundaverit, & à quibus immunditijs, dicitur *4. Reg. 13. à v. 10.* Briet. *Ann. V. C. 112.* tempore Ammonis genitoris Iosiz exportatam à templo Arcam Fœderis, astruit. Hieronym. in *Tradition. seu in Paralip. 99. loc. cit.* quæ subdit: *Arca Domini elata de templo fuit, quam modò in templum reduci Iosias præcepit. Tempore enim Achaz, quando simulacra in templo missa sunt (vid. 27. Iul.) elata est inde, & ducta in domum Sellum, viri Holda avunculi Hieremie, ubi permansit usque ad tempus Iosia.*

Arca exportata de templo.

7 Retrò annis 69. incœpit Senioris Tobiz super cæcitatem maxima tribulatio, quæ contigit, haud anno post cæcitatem, præut cogitat Briet. *Ann. V. C. 32. sed 104.* ætatis senis, 60. paulò antequàm ei restitueretur oculorum lumen, ut ex contextu liquet: siquidem, *cap. 3. 1.* dicitur: *Tunc Tobias ingemuit.* Si tunc, non pridem. Acerbus unguis in ulcere: igitur grave in dignatis amicis non solum non invenire amicitiam, sed iniuriam pro favore suffectam. *Parentes & cognati eius irridebant: cap. 2. 16.* Ægrè fertur ab afflicto per cognatos non modò solatij nihil accipere, sed despici & irrideri. Tobias magnanimè tulit, quia felix habebat coniugem fortunæ sociam, & de viro sollicitam; ita ut manibus per viciniam laboraret, ut domum aliqua cibaria afferret. Ut ergo sensibilis esset vulnus, insultum per illam construxit diabolus. Cùm ergo pensa creditoribus dedisset, & summè placerent; ultra mercedem hœdum gratis donarunt (Græcus astruit, sublatam furto) quem domum pettulit: ubi balantem audivit Tobias, quasi furtivum iussit reddi. Fœmina, uti fœmina, haud malis assueta, pro viri solamine usque in lassitudinem studiosa, asperà increpatione & fervente bile, vel quia innocens, vel quia rea; gravia convi-

Tobias vir- tus exprobra- ta ab uxore.

Tobias vir- tus exprobra- ta ab uxore.

cia in virum evomuit, imò & in Deum; quasi illi servire, esset inutiliter infructuosum, cùm virum piam tot virtutibus videret afflictum, cæcitate, & ampliùs inopiâ, oppressum. Summè displicuit Tobie coniugis dementis iudicium, Numini in cunctis iusto atque sancto iniuriosum: & etiam erga se vibratam immeritò, torvè audivit acerbitatem, ab illa quæ esse debebat acerbitatum mulcimen. Vomica recruduit, sed biduò tabescens tacuit: tuncque ingemuit solus plorans, & desponso animo, exprobrationis etiam è coniuge tædio; eripi cupit, supposità Numinis voluntate, è vita præsentis; quoniam in illo & ex illo articulo, illi expediebat mori magis, quam vivere: *cap. 3. 6.*

8 Cur tunc hœdum attulit, cùm ad alia magis urgentia, opus esset illius labore; mihi visum ob festum Paschæ proximum: igitur hac in die, ut diximus *supr. n. 2.* Agnus immolandus in plenilunio, deferebatur in ædes; *Exod. 12. 5.* *Iuxta quem ritum tolletis & hœdum.* Etsi extra terram sanctam Hebræi haud obnoxij huic & similibus legibus; viri iusti, præut poterant, observabant; ut hic constar de die Pentecostes, *2. 1.* *Cùm esset dies festus Domini: & maxime, quia iuxta Augustin. Contra Faustum, lib. 22. cap. 87.* tota historia præfens contigit à festo in festum: à Paschate usque in Pentecosten; in cuius vespera, nurus Tobie, iam tunc illuminati, cum universa familia in eius ingressa domum, uti videbimus die *5. Maij, n. 5.* *Iuxta Salian. Ann. 3335.* à missione iunioris Tobie usque ad reditum in Ninivem, absumpti sunt dies *34.* In sententia Tornielli, *Ann. 3329. n. 3.* dies *38.* Præut placet, nec sine fulcro, Serario, in *Tobie, 11. questum. 4.* consumpti sunt dies *49.* quem sequemur.

Quo incru- tu actus in ædes hœdum.

Quo diei peregrinatio nis Tobie in- iurioris.

9 Hac in die, anno 25. à captivitate Babylonica; & 14. ab excidio Ierusalem, ductus est Ezechiel in spiritu in Ierusalem, & collocatus in monte nimis excelfo, vidit pro templo Salomonico incenso, formam alterius pulchriorem, elegantiore, ditio- rem ac pretiosiore; & qualiter cuncta restituenda in melius in Numinis cultum, simulque quomodò distribuenda erat terra Sancta tribubus Israel: sub cuius figura, etsi arcana, latent sacratiora mysteria, ut patet in porta illa semper clausa, quanvis Summus Pontifex egrediarur per eam. *Ezech. à cap. 40. usque in fin. Ad PP. & Expositores, ac ex Chronologis, Briet. Ann. 3460. Adrich. 3386. & Torniell. num. 1. ex Seder-Olam; cap. 26.*

Ezechielis visio de ma- teriali & mystico tem- plo.

IO Eodem in die anno sequenti occiditur Propheta à Iudice captivorum, Israëlitarum in Babylone (*Martyrolog. Rom.* assignat 10. April. sicut Græci in *Menolog.* 21. Jul.) Rab. Abrah. in *Histor. Cabal.* Mensuræ templi futuri ab illo in catagrapho descriptæ, etiam post ædificationem servabantur in Exedra, quæ erat super portam Orientalem, in qua etiam Metropolis Sutz exemplum cum illis erat depictum: qui quidem locus post destinatus Legis Doctoribus in conciones ad populum. Talmudistæ, Traët. *Kilaim*, & Genebr. Ann. 3638. De sepulchro Prophetæ eiusque miraculis loc. citat. præmittit verò Benjamin in *Itinerar.* à pag. 71. *Iuxta Euphratem Ezechielis Prophetæ Synagoga, atque in eodem loco è regione Synagoga, sexaginta turres, interque singulas turres singula quoque sunt Synagoge, atque in Synagoga atrio area est: & post Synagogam Ezechielis, filij Buzi sacerdotis, monumentum sub magna & pulcherrima testudine à Iechonia Iuda Rege, constructa unà cum triginta quinque millibus Iudaorum, qui illum ab Evilmerodach ex carcere liberatum secuti sunt. Est locus hic inter fluvium Gohar & flumen Euphratem: atque in muris ipsius Iechonias & qui cum eo venire incisi sunt. Locus hic est sanctus ad hunc usque diem: eoque loci certo tempore multi precationis causa conveniunt ab initio anni (civilis, scilicet) ad expiationum usque festum; ibique latissimos agunt dies: & Princeps ille vir, quem captivitatis caput nominant, cum alijs Synedrionum capitibus, huc etiam ex Bagdad (Babylone) adveniunt, omnesque in agro illo commorantur tentoria figentes ac celebrantur nundinæ ex mercatoribus Arabia. Producitur autem hoc tempore liber magnus, auctoritate atque antiquitate celeberrimus, ab Ezechiele conscriptus, qui Expiationis die legitur. Super Ezechielis sepulchrum lampas perpetuò ardet nocte ac die, ex quo primum ab ipso Propheta incensa fuit. Est etiam ibidem magna ædes plena libris, conservatis tam à domus primæ quàm secundæ tempore: estque moris & fuit; ut qui liberos non habuerint, eo loco suos libros consecrarent. Ismaelitarum quoque Principes huc conveniunt precationis causa. In hoc loco ad dimidium milliare, Ananiæ, Misael & Azaria sepulchra, cum singulis magnis & pulchris fornibus: & quanquam bellum in regionibus accidat; nemo mortalium est, qui hæc loca vel violare vel tangere audeat nec ex Indais, neque ex Ismaelitis propter Ezechielis prophetæ reverentiam.*

II Ann. Christi, 33: ut refert Castell.

(iuxta alios Chronicos 34.) exit de Ierusalem in Iericho, monens discipulos in virtute perseverantiam, quia multi vocati, & pauci in cœleste regnum electi: quò perveniens cæcum illuminavit, ingrediensque in urbem, vocavit Zachæum, qui illum hospitem suscepit in domum suam: postque è civitate egrediens duos alios cæcos illuminavit: ex *Luc.* 18. Alia referuntur à Polo, sed sine fulcro.

12 Romæ sacra Diti Patri & Proserpinæ in ara subterranea. Plutarch. de *Diebus.* De his Deastris plura suis diebus. Marlian. in *Topograph. Rom.* cap. 107. & in *Epitom.* 6. cap. 8. ait: *Terentus in Campo Martio locus est, eò sic dictus, quòd in eo ara Ditis occultata esset; vel quòd aqua Tyberis ripas tereret. In eo loco Evander, ex Arcadia profectus cum classe substitisse dicitur. Unde Ovid. 1. Fastor. v. 501. Aspiciet Fluminis ille latus, cui sunt vada luncta Terenti.*

Hic Anton. Constant. insit: *Locus est in Campo Martio sic dictus, quòd Ara Diti Patris & Proserpinæ ibi terrâ conderetur. Antiqui enim Dijs Superis in aedificijs à terra exaltatis sacra faciebant: Dijs terrestribus in terra, Dijs Inferis in effossa terra.* Causam huius aræ inventionis refert Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4. n. 4. Pestilentia ortâ, Valestus Sabinus, vir locuplex, filijs usque ad desperationem Medicorum laborantibus, genibus nixus, Lares familiares oravit; ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent. Orta deinde vox est, habiturum eos salvos, si continuò Tiberis flumine devectos Terentum deportasset; ibique ex Ditis Patris & Proserpinæ ara, petita aqua, calidâ recreasset. In navi pueris sitientibus ægris, sumpsit pater è flumine aquam, sed calidâ non erat, verum haud longè visus est fumus, index ignis. Illuc processit, & aqua calefactâ dedit potum filijs moribundis: qua quidem haustâ, salutari quiete sopiti (Veteratoris dzmonis calliditate) diuturna vi morbi repente sunt liberati; patrique indicarunt, vidisse se in somnijs nescio quos Deorum spongia corpora sua pertergere, & precipere ut ad Ditis Patris & Proserpinæ aram, à qua fuerat potio ipsis allata, furvæ hostiæ immolarentur, lectisternia ludique nocturni fierent. Valestus nesciebat ibi illorum aram esse, & cupiebat subterraneam facere: egestâ verò humo, ad viginti pedum altitudinem, invenit aram Diti Patri & Proserpinæ inscriptam & dicatam. Tunc ingratus Valestus lectisternia constituit, matris hostiæ nigris, seu furvis, ludosque fecit

Sacra Diti & Proserpinæ.

Ovid.

Ritum veteris professionis Dauri.

Tertius, quoniam locus in campo Martio.

cit (qui posterioribus temporibus dicti sunt Sæculares, ut videbimus 20. April.) continuis tribus noctibus, quia totidem filij liberati erant. Ita Valer. Maxim. & Constant. d. Idem fecit Poplicola, ut signatum, die 5. n. 9. Bello Albano Aram Proserpine altâ occluerunt terrâ Romani; ita ut ipsis solis cognita esset (Marlian. quò supr.) & turò sacra agere valerent per tres noctes; Regique factorum incumbere huiusmodi munus, ut dicemus die 24. n. 8. Aufon. Edyl. 4. ab alijs, 11. v. 34. succinit:

Aufon.

Trina Terentino celebrata trino Ælia ludo.
Adi hinc Eliam Vinet. num. 280. Hoc in loco trigesimo quoque anno sacra innovare consueverunt Romani in Campo Martio, ut ait Domitius Calderin. in *Epigram. 63. lib. 10. Martial. & Philipp. Beroald. ibid. Centur. 1. Ipse Martial. 4. Epigram. 1. accinit:*

*Hic colat ingenti redeuntia sacula lustro
Et qua Romuleus sacra Terentus habet.*

Sacra Murtie, & Socordig.

13 Eodem die sacra Socordia sub titulo *Murtie* Dez. Cornel. Labeo in *Fastis*. Eadem est ac *Otium*, de quo, 12. *Februar. n. 17. Murtia Socordie Dea sacellum sub Aventino stabat ad cliuam publicum, quo ascenditur ad adem S. Priscæ: unde Aventinus Murtius aliquando est denominatus. Tum quoque multis millibus Latinorum in civitatem acceptis, quibus ut iungeretur Palatio, Aventinum ad Murtia data sedes. Marlian. cap. 58. & 76. in Epitome verò, lib. 5. cap. 2. In Aventino item Murcæ ara vetus fuit Venerem autem Murcæam, à myrto ei dicata nominarunt (causa apud Pier. Valer. lib. 50. cap. 19. qui cap. 24. præmittit: Myrtus Veneri delicatissima dedicata. Unde Pelops, Hippodamie in nuptijs victor auxilio Veneris; ei simulacrum è myrto fecit. Idem Coel. Gregor. 2. Hieroglyphic. cap. 24. Alia Isagog. April. à n. 7.) Velut alij ut interpretantur, Murciam dictam, quod hominem præter modum non moveret, sed faceret murcidum, nimis desidiosum, inactuosum & socordem. Astipulatur Plin. lib. 15. cap. 29. ubi Dalecamp. lit. K. infit: *Murtia Desidia, Ignaviaque Des.* Idem Gyrard. *Syntagm. 13. n. 4. Hermol. Barbar. in Castigation. Pomp. Festus, lib. 11. Rosin. lib. 1. cap. 6. Rhodigin. 18. cap. 12. Augustin. 4. Civ. cap. 16. & Tertullian. de Spectacul. cap. 8. asserens, ædem habuisse ad Circi primas metas, propè Consi aram defossam.**

Venus Murtia.

At P. Victor signat in *Region. 9. Vives loc. Augustini præcit. Murciam dictam ait, socordix indicem, à viris ignavis, qui dicti Murci, eò quòd vitandæ gratiâ militiæ,*

Qui dicti Martij?

Tom. I. Ephem.

pollicem præcidere sibi consueverant. Alio nomine Murciam vocabant *Quietem*, ut dicemus, 5. *Septembr. vel Otium*, sed Dempster. in *Rosin. cit. dicit Ignaviam*, propter detrectationem à militia, ut notat Ammian. Marcellin. lib. 15. quod etiam visum sub Augusto. *Equitem Romanum, quòd duobus filijs adolescentibus, causâ detrectandi sacramenti pollices amputasset; ipsum bonaque subiecit hasta.* Sueton. in eo, cap. 24. Vide alia apud Turneb. 22. *Advers. cap. 17. Plutarch. in Problem. cap. 19. Benedict. Curtiug. 5. de Cultu Hortor. cap. 8. & Guilielm. Stuck. Sacrific. Gentil. n. 42.*

14 Hinc Socordix imago cum rete viros capiente. Iacob. Boissard. *Emblem. 25. ubi:*

*Congerit in casses stultos Ignavia que stus:
Prætexat culpa quod piger omnis habet.*
Etiam pingitur sedens adorata à stolido, ore oscitante. *Desidiam colit, in otia natus:
Ignavis votis tempora cuncta trahit.*

Boissard.
Imagines Socordix.
Lebcas.

Accinit Dionys. Lebeus-Batill. *Emblem. 14. Alciat. Emblem. 81. pingit iuvenem sedentem in chœnice, seu semimodio, 83. cum alis ardeolæ stellaris; de qua Claud. Minos hic: Pigræ (ait) & ignava est. Demùm Emblem. 80. effingit respicientem fidera, & suspectantem luminaria. Animal est vocatum Pigritia (ait Georg. Marcgravius, lib. 6. *Histor. Brasiliens. cap. 1.) cuius caput parvum, os curvatum, abundans saliva, oculi exigui, & somniculosi, ferè sine auriculis, obtusâ figurâ. Animal ignavissimum, & ad incessum planè ineptum.* Pulchram descriptionem invenies apud Mantuan. lib. 1. de *Calamit. suorum Tempor.**

Pigritia animal.

*Sola sedet, oculosque solo defixa malignum
Crispa supercilium, pallens impexa capillos
Pbtbriasm patiens scalpit caput unguibus unci,*
*Os immunda, manus illota, cadente saliva
Barba madet, pluit imbriferis de naribus humor*
*Debilis, & longo pendens in pectora dorso.
Lumen habet, sordent aures, vox languida, sermo*
Barbarus, obscuro verba interclusa palato, &c.

Mantuan.

Hæc filia Veneris ignavos, desides constituens adoratores; etsi fortes milites effingat Ovidius, lib. 1. *Amor. Eleg. 9. ubi ex Anacreonte, Carm. 16. succinit:*
Militat omnis amans, & habet sua castra Ovid. Cupido:

Qui non vult fieri desidiosus, amet.
Metaphoricè loquitur, cum fugiant castra;

qui Veneris castra sequuntur: lib. 2. de *Arte*, à v. 233. subdit:

Militia species amor est; discedite segnes:

Idem.

Non sunt hæc timidis arma tuenda viris.

Nox & byems, longæq; via, sævique dolores,

Mollibus in castris, & labor omnis adest.

Hinc ut fragilitas amantium indicetur, Venerem Myrteam Romani collocarunt inter figulos. Marlian. *Topograph.* cap. 79. & in Epitom. 5. cap. 5. Cæli Rhodigin. 18. cap. 12. signat Aras Murtias, cæli propter Q. Mutium insignem Imperatorem erectas arbitretur; de quo, 28. Maij. Verùm Plin. lib. 2. 96. inquit: *In Veinte* (hodie Martignano) & apud Tusculum in silva Cimonia loca sunt, in quibus in terram depecta non extrahuntur, ad Aras Murtias.

15 Etiam hac die inter Romanos dicebatur, maria ad expeditiones atque commercia aperiri; qua de causa Æolo sacra, & classis lustrabatur. *K. V. R.* de classis lustratione, diximus, in *Prolog. Galeat.* §. 7. n. 5. Adi Alex. Neapolit. 5. cap. 17. Votum, dum ruba signum proficiscendi exprimebat, ita ab Imperatore proferebatur: *Dij Deæque, quæ in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur; ea mihi, populo plebique Romana, benè vertant, eaque vos omnia benè iuvetis: salvos incolumesque victis perduellionibus victores, spolijs decoratos, prædâ onustos, triumphantesque mecum domos reduces, sistatis, inimicorum hostiumque ulciscendorum copiam faxitis.* Ita Tiraquellus, hic, Tit. Liv. lib. 9. sect. 51. & Appian. 5. de *Bell. civil.* Sexto Idus Martij Maria aperiebantur, ait ex Vegetio Ioseph Laurentius Lucensis in *Polymath.* 1. Dissert. 2. fiebatque cum pompa tam apud Græcos, quam apud Romanos, de quo die 19. à n. 12. *Post natalem navigationis, ut ita dicam* (inquit Veget. de *Re militar.*) *qui solemnitate certamine, publicoque spectaculo multarum Gentium celebratur. Tunc fiebat varijs ritibus cum Mari desponsatio. Syracussis in extrema insula iuxta Olympiacæ Iunonis templum extra urbis muros est locus, unde calicem ævi deducunt tendentes in altum, usque dum clypeus Minervæ templo impositus, videri posse desinat: ibi tunc calicem fictilem in mare demittunt, coniectis prius in illum floribus, & alijs præterea quibusdam aromatis.* Athen. lib. 11. n. 10. De diversis donis immerfis in mare, Plin. 8. cap. 46. Senec. 4. *Natural.* quæst. cap. 11. De Alexandro diximus, 11. *Januar.* n. 5. Hinc mos inolevit inter Veneros usque in præsens tempus, annulo aureo privilegio Alexandri III. Rempubl. desponsare cum mari in na-

vi Bucentauro, de quo Lucens. d. & Iustinian. lib. 14. Marinis Dijs tunc sacra peracta. De Chio ad Coum ad sacrum Neptuni & Deorum Marinorum, taurus immolatus. Sanguis collectus in patera cum precibus effundebatur in mare. Ibid. Lucens: Inter Romanos & tempestates & Dij Marini annulis placabantur; ut contigit Sexto Pompeio fugienti in Asiam, postquam victus ab Augusto. *Annulis in mare abiecit.* Florus, 4. cap. 8. Inter Persas, multis donis. *Ubi Sol exortus est* (inquit Herod. 7. n. 16.) *ex aurea phiala libans Xerxes in mare apud Solem vota concepit; ne quid sibi adversi contingeret. Hæc precatus phialam in Hellespontum abiecit, aureumque craterem & gladium Persicum, quem Acinacem vocant. Nescio, utrum Soli dedicans gladium; an Hellespontum (quod eum flagellasse peniteret) in compensationem gladio donaverit.* Apud Græcos etiam tunc colebatur Æolus, cuius imago describitur ab Albrico, n. 13. *Æolus* (inquit) *in Deorum numero computatur, qui ventorum Deus dictus est; cuius talis erat imago picta. Stabat enim in antro, linda veste indutus & præcinctus, tenens sub pedibus flabra, in manu autem utraque tenebat cornua, quæ ori admovent, ea sufflare, & ab unoquoque cornuum sex ventos emittere videbatur. Quia Iuno ei regnum dedisse fingebatur; à dextris ei stans septa nube, coronam eius capiti imponebat. A sinistra verò eius Nymphea seminuda in aqua, quam ei coniugem Iuno dederat. Mythologiam imaginis, & eius civitatis mentionem ex ære, scribit Palæphat. 1. de *Non credend. fabul.* n. 18. & Natal. Comès, 8. *Mytholog.* cap. 10. Potentiam verò describit Virgilius, 1. *Æneid.* à v. 56.*

— *Hic vasto Rex Æolus antro, Luètantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinculis & carcere frenat.*

Eadem Dionys. de *Situ orbis* & Apollon. Rhod. lib. 4. Unde eius potestate, sive furore, Siciliam commenti Prisci, seiunctam fuisse ab Italia; Africam ab Europa distinctam, & mare Mediterraneum tempestate ortâ in Oceano, fuisse efformatum. Valer. Flacc. 4. *Argonaut.* à v. 180.

Infelix fretum, cum rûperet advena Galpen Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines Perderet, & medijs intrarent montibus undæ.

Adi Gyrald. *Syntagm.* 5. n. 58. & Rhodigin. 20. cap. 18. Hac de causa dictus Iupiter, & etiam Neptunus. Pausan. cap. 112. & 154.

16 Hac quoque die, ann. V. C. 512.

Maria aperta, & lustrabatur classis.

Virgil.

Val. Flacc.

fi.

figitur ab Elia Reufner triumphus C. Lucretij Catuli; sed fallitur, quippe ad 4. Octobr. ut assignatur in *Fest. triumphalibus*, à Stephano Pighio, & Goltz. pag. 96. Verum, quòd hac die ann. 518. ut idem asserit, pag. 98. habuerit T. Manlius Torquatus de Sardis, quo clausus Ianus secundo, terra marique pace parta. Briet. ann. 519. Respondit splendori familiæ, quæ viros præclaros nunquam habuit, ex primo qui interfecto immani Gallo, ei torquem detraxit, quam ob causam cognomen *Torquati* familiæ acquisivit. Hic ob ingenij linguæque tarditatem à patre L. Manlio rus relegatus vitam opilionis servilem agebat. Propter huiusmodi duritiam erga filium ei à M. Pomponio Tribuno dies dicta fuit. Rescivit filius, & tacite ad Tribunal accedens, mortem stricto pagione interminatus est, ni patris accusationem eurrasset; quod fecit terrore percitus. Cornel. Nepos, de *Vir. illustr.* n. 28. & Salian. ann. 392. quem sequitur Briet. ibid. Vid. 7. Februar. n. 9. De Tit. Manlio hac die triumphante, dicit Nepos, d. *Consulatum recusavit, quòd diceret: Neque se populi vitia, neque populum severitatem suam posse sufferre.* Inficiatur hic Andr. Schott, consulatus recusatorem, cum bis numeretur Consul.

17 Ab hinc ann. 12. & V. C. 530. triumphus etiam C. Flamini Nepotis de Gallis. Goltz. pag. 104. *Victi Insimbres ab illo, qui quinquaginta armatorum millia coegerant, desperato cum Romanis fœdere, etiam extrahis è suis templis Deorum simulacris. Vicit tamen eos Flaminius, & multam retulit prædam, contemptis licet auspicijs & augurum responsis. Cum enim revocaretur per literas à Senatu, quasi vitio creatus, servavit eas, donec debellatum esset. Ob eam causam penè triumphus ei denegatus est: quo peracto, se abdicavit cum collega P. Furio Philone; non modò de Gallis, sed de Senatu, deque religione propè visus triumphare.* Briet. ann. 531. Hic post victus & oppressus ab Annibale ad lacum Trasimenum, cum quindecim millibus Romanorum, ann. 537. videbimus, 23. Jun.

18 Inter Athenienses *Munychia* hoc in die celebrata. Gentian. Hervet. in *Protreptic.* Clement. Alexandrin. Egimus die 1. num. 14. Etiam Athenis lavacrum simulacri Veneris à fœminis myrto coronatis. Alexand. Neapolit. 4. cap. 20. Eius imago sicut in agro Corinthico habebat in dextra effigiem Victorix, illa præsentibus quasi porrigens. Causam signat Chartarius de *Imagin.* pag. 347. eò quòd haccine forma dica-

ta fuit à *Hypermnestra*, quando à iudicibus propter fidei pignus in matrimonio absoluta plausu, quæ accusata à patre, cum illa servasset virum, interfectis matris à fororibus cæteris. *Eius fuit Veneris simulacrum. Hypermnestram enim Danaus in iudicium vocavit eo crimine, quòd una ex omni fillarum numero, patris imperatà facere (Lyncæum maritum interficiendo) neglexisset: namque ex Lyncei salute se periculo carere non posse putaret; ab ea qua mandatum facinus, uti forores non perpetrasset, insigni se notatum infamiâ interpretabatur. At Argivorum illa sententijs absoluta, in eius iudicij memoriam, Venerem, qua Victoriam præfert (Nicephoron vocant) dedicavit.* Hæc à Pausania, cap. 61. Locum iudicij Criterium in hoc usque tempus nominant, quòd in eo de *Hypermnestra* à Danao iudicium factum, memoria proditum est. Ibid. cap. 62. Tunc institutum *festum Facis*, de quo, 23. Septemb. *Festum saci.* Romani à Græcis titulum, simulacrique formam desumpserunt, appellantes *Vetricem Venerem*, uti observat Chartar. d. Hemelar. *Numismat. Aur. Tabul.* 30. & 31. de quo 5. Octobr.

19 Eo tempore quo maria in navigationem pervia, fiebat monitu Oraculi Dodonæi *expiatio Thessalica*; quatenus Troiam navigantes Achilli sacra facerent, partim ut Deo, partim ut in sorte defunctorum, singulis annis. Navis nigra tollens vela ex Thessalia ad Troiam navigabat, factorum ministros quatuordecim abducens, tauros verò candidum ac nigrum, utrumque mansuetum, ligna ex Pelio monte, ignem è patria simul & libamina, atque aquam ex Spercheo flumine haustam, cum coronis amarantinis, quæ non marcescunt; ut noctu navis in portum adduceretur: antequàm terram attingerent Thessali, hymnum decantabant Thetidi, orantes, ut mare relinquens accederet in proximum editum collem, simulque in pyram filij Achillis; sed sine lachrymis. Accedentes quidem in sepulchrum, strepitu bellico quatiebant clypeos, ululantes, & cursibus numerosis Achillem invocantes. Coronato itaque collis vertice, in ipso scrobibus effosis, nigrum ut defuncto mactabant taurum, & Patroclum etiam invitabant ad epulas ob gratiam Achillis. Expiatione atque mactatione peractâ, ad navem descendebant, & in litore altero tauro, qui candidus, immolato cum canistro & extis factâ collatâque libatione opimâ, ut Deo, sub diluculum discedebant, ne hostili regione epularentur. Hæccine ex Philostrato, *Heroic. in Neoptolem.* De plac-

Tit. Manlij Torquati triumphus.

Clausus Ianus.

Pietas Tit. Manlij in patrem.

Triumphus C. Flamini

Moritur.

Munychia.

Lavacrum Veneris.

Imago Victoris.

Hypermnestra accusata à patre, absolvitur.

Expiatio Thessalica.

Achillis invitatur.

Patroclus fatofantius, invitatur.

Et in Thessalia idem ibid. & nos 24. *Is-nuar.* à n. 13.

*Statua Solis
Ægypti Re-
gi, & fessu.*

20 Inter Ægyptios statua dicata Soli, filio Vulcani, regionis Principi, simulque quotannis festum. *K. Ægypt.* A Kircherò in *Chronolog.* Tom. 1. *Oedip. Copt.* Syntagm. 1. cap. 10. quintus Ægypti Rex dicitur, vivente Isaac. De Sole isthoc plura insignia refert *Chronicon Alexandrin.* pag. 108. ubi: *Sol Rex Ægypti eximius* (qui cum Horo sæpe confunditur) *Vulcani filius, iustitia studiosus & cultor; qui fœminam in adulterio deprehensam explorans, cum amasio per totam Ægyptum ferri iussit, ut ceteri castè viverent, adultero morte multato. Unde magnam apud Ægyptios inijs gratiam.* Ex hoc articulo sub fabulæ velamine loquitur *Homerus*, 8. *Iliad.* dum *Venerem* dicit à Sole fuisse proditam noctù cum Marte cubantem. Idem *Kircher.* quò supr. *Natal. Com.* 2. *Mytholog.* cap. 6. & *Gyrard.* Syntagm. 7. cum *Chartar. Imagin.* pag. 273. Indi qui uti *Persis* subditi inter *crystalla* collocabant *Solem* (utj observat *Curtius*, lib. 3. cap. 3. ubi *Ioann. Freinshem.* *Solem in crystallo circumlatum, ex puro auro fuisse expressum, celatum, elaboratum, expolitum, crystalloque veluti sacello clausum crediderim; ut oriente vero Sole, & in crystallum aurumque incidente accenderetur, & ex percussu Solis per anaclasm incensus, alter Sol videretur, oculosque intuentium perstringeret.*) ab *Alexandro* subiugati in venerationem ritus ornatique mutarunt. *Indorum urbe templum fuisse Solis* (ait *Cœl. Rhodigin.* 29. cap. 4.) in quo *suspensus erat Ajax eburneus, & Alexandri aurea statua, ex adverso autem Regis Pori statua ex are nigro. Parietes verò templi rabris marmoribus, ignem fulgore imitantibus; quibus congruè interpositum aurum radiantis fulminis nitorem referebat.* Inter *Æthiopes Soli planetæ* vigeat adoratio, quam latè refert *Benjamin* in *Itiner.* à pag. 95. *Initium est regni* (inquit) *Solem pro Deo colentium, gentis videlicet ex filijs Chas, Astrorum contemplatricis. Sunt autem atri coloris, synceri & maxime fidei tum in promissis, tum in donis. Præfectus unus in publica domo sedet: ad quem quicquid in tota regione cuiquam perire accidat, defertur; facileque à rei ipsius domino inde repetitum recipitur, modò certa signa indicentur.* (Idem mos apud *Hebræos*, ut ait *Rab. David* apud *Novarin.* *Schediasm. sacr.* lib. 2. cap. 18. dicebaturque *Lapis errantium*, eò quòd ibi reponerentur perdita.) *In hac regione à Phasæ usque ad anni civilis initium per totum æstivum æstivumque tempus maximo*

*Imago Solis
in Crystallo.*

Templum.

Lapis err.

*calore exaestuat aer: quapropter à tertia diei hora ad vesperam usque omnes in domibus suis latent: postea verò lucernis & lampadibus accensis, operas exercent per totam noctem. Nascitur autem in hac regione piper in arboribus. Sunt verò singulis proprii orti assignati & noti. Arbuscula illa exigua est, semenque profert album, quod ab illis collectum in pelvibus imponitur, atque calidà aqua madefactum, Soli exponitur, ut exsicceat & obduratum conservare possit; atque ita nigrum contrahit colorem. Huius regionis incolæ suos mortuos non sepeliunt, sed medicamentis & aromatibus varijs conditos in domibus collocant, retibusque amiciunt. Arescit caro cum ossibus, & adeo rigescit, ut olventibus etiam similes esse videantur. Collitur autem ab his Sol aris frequentibus & magnis. Summo itaque manè aditur Sol, cui in cunctis aris simulacra sunt sacrata ad similitudinem orbis Solaris Magicis artibus constructa: ex oriente autem Sole, orbis illi incendi videntur, magnoque strepitu sonant. Habent autem singuli singulas acerras in manibus tam viri, quàm mulieres, omnesque pariter thura Soli adolent. De Æthiopibus videfis *Ravif. Textorem*, 7. *Officin.* cap. 48. dicentem etiam: *Nulia in re utebantur auro, quàm pœnalibus catenis.* De alio Solis templo inter *Indos*, dicemus, 14. *Novembr.**

Piper.

Mores Æthiopum.

Ab eis Soli adoratio.

21 Inter *Chinas* etiam his diebus incipiebat navigatio, comertiaque non tantum cum finitimis urbibus, sed longè à patria. *Mercium dispendia* timebant, & nequaquam *Mercurio*, uti *Europæi* commendabant; sed placare *Tempestatem* satagebant, ne cum *mercibus* perirent. Priusquam è portu egrederentur, construebant cymbam ex arundine velis ornatam ac flammulis, in qua reponerentur oryza, oleum, vinum & quidam pisciculus assus. Navem siccinè mittebant in mare, ut periret, & illi prosperà fruerentur navigatione, cum in illam naviculam *Tempestatem* totam procellam detonerit, de naufragioque ac summerfione cymbæ arundineæ plaudebant. *Roman*, in *Chinar. Republ.* cap. 3. *Romani* navigationem prosperam, *Reducem* appellabant *Fortunam*; de quo 12. *Octobr.*

Placatio repetitis quo ritus?

22 De templo *Herculis* in *Gadibus* & cœcitate civium in eius adoratione, diximus 30. *Februar.* n. 16. Sed hac in die sacrificabant *Senectæ, Arti & Paupertati* iuxta aras *Herculis Ægyptij & Thebani.* Salas in *Pæreg.* *Profecto* à non alio quàm *Philostrato* historiam excerptit. *Incolæ* (ait lib. 5. cap. 1. de *Vit. Apollonij*) non religiofi tantum, sed

Sacra Senectutis Arti & Paupertatis.

Superstitiosi homines habentur. Seneca namque aram dicarunt, solique hominum fidei cantibus mortem collaudant. Sunt quoque apud ipsos Arti & Paupertati Ara posita; sicut Aegyptio, & seorsum Thebano Herculi: Graeci sunt: iccirco Mnestheo Athenien-

Et de purpureis collecta vitibus uva.

Candidus in medio sacrus est: super omnia vultus

Accessere boni, nec iners pauperque voluntas:

Vinum non habebant, sed Numinum praesentia in crateris vident succrescere vina.

Cognitis Dijs hospitibus pro secundis mensis anserem parare in dapes voluerunt, qui ad Deos confugit: tuncque Iupiter & filius mactari vetuere, ostendentes simul Deos esse sub forma mortalium, quibus Propter inhumanitatem cuncti loci cives luitari poenas.

24 Ut pij liberarentur a periculo iussi a Numinibus se sequi, quod fecerunt: & cum parum extra locum starent; excepta illorum domo, quae in templum speciosissimum repente mutata, villam cum civibus viderunt mesam palude. Tunc prodigijs attonitis dixit Iupiter, vota sua in felicitatem exponere. Fecerunt, a summo Deo petierunt; illius templi sacerdotes fieri, dum vita maneret; quae suo tempore finiretur, quin alter alterius coniugis videret fatum. Data fides sequitur: sacerdotes Iovis & Mercurij feliciter vixere: & cum vita defecit, uterque in arbores mutati sunt, templi custodes, insigne hospitalitatis, & quotannis in festo ornabantur fertis. Illustre Ovidij epiphonema in fine fabulae.

Cura Deum Dij sunt, ut qui coluere, colatur.

25. Statua Euclidæ Platonici. Boyssard. Tom. 4. Topograph. Rome, Tom. 4. pag. 36. De illo pro amore philosophiae dicitur, quod quotidie priusquam advesperasceret, ad Socratem commeabar, tunica longa muliebri indutus, & pallio versicolore amictus, ut vel noctis aliquo tempore consiliorum doctrinaeque eius particeps fieret; rursusque sub lucem eadem veste domum in suam revertebatur. Ita latebat, quia erat ex Megara; & Athenis decreto cautum erat, si in urbem civis Megarensis pedem inferret, poena capitali afficeretur. Ita Balthasar Bonifac. 4. Histor. ludicr. cap. 40. Sed fallitur, quia hic Euclides fuit Socraticus, non Platonicus; qui geometra & Mathematicus insignis; cui erecta statua. Unde Laertius & Illustrius in Vit. Philosoph. de Euclide geometra nihil referunt, sed de priore Socratico, cuius Plato fuit discipulus post Socratis fatum. Videfis Aul.

Gell. lib. 6. N. Attic.

cap. 10.

Themistocles si sacrificant: Themistoclem quoque tanquam fatuam & insignem bellatorem, sapientiae fortitudinisque gratia venerantes; aneam statuerunt; eique tanquam Oraculo reverentes assistunt; arboreque etiam illic esse tradunt, quae nusquam alibi terrarum inveniuntur: appellari autem Geryonas & duas tantum esse: ortaque sunt iuxta sepulchrum, quod illi Geryoni statuerunt: speciem ex pinu, sanguinem vero stillare, sicut Heliadem populum auro manare dicunt; hoc est, arbores succinum ferentes; in quas conversae sorores Phaethontis. Ovid. 2. Metamorph. fab. 3. accinit:

Arbores Geryonae.

Blastrum.

Inde fluent lachryma, stillataque; Sole rigescit De ramis electra novis, quae lucidus amnis Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. Colunt (inquit Apollonius) ambos Hercules Gaditani in eodem templo, simulacra autem illis nulla sunt. Aegyptio (qui dicitur Hercules Ogmus, seu Gallus, ut diximus die 2. n. 12. & iterabimus, die 17. n. 27.) ara duae aeneae absque simulacro: Thebano autem una tantum. Hydra insuper & Diomedis equi & duodecim Herculis opera ex lapide insculpta conspiciuntur. Pygmalionis insuper aurea oliva in ipso Herculis templo posita est, mirabili arte fabricata; cuius praecipue pulchritudo in fructuum opere conspicitur: qui ex lapide smaragdo confecti, veris olivis simillimi apparent. Teucris etiam Telamonij baltheus aureus eodem in loco monstratur, &c.

Ovid.

Quae in templo Herculis Gaditani.

Olea Pygmalionis & baltheus Teucris.

23 In Phrygiae collibus celebritas templi a Dijs erecti. Nymphodor. de Rebus Barbaric. Totum fabula, quae cogitata ab Ovidio & graphicè scripta in commendationem hospitalitatis, muneratae largè & magnificè a Dijs. Texit ergo siccine mythicam historiam, 8. Metamorphos. a fabul. 7. Iupiter & Mercurius specie mortalium pervenerunt in terras, lustrata Phrygia, occultaque maiestate, quasi peregrini, a civibus loci (quod habitabant pij Philemon & Baucis) requiem & hospicium illa praenocite petierunt. A cunctis ergo repulsi, in domum declinarunt pauperem; scilicet Baucis & Philemonis; qui perhumanè & lætanter receperunt, parata exigua leviculaque cena rustica.

Philemon & Baucis.

Cena.

Ovid.

Hic mista est rugosis carleo palmis, Prunaeque, & in patulis redolentia mala ca-

nistris,


Vinum venerabiliter dicitur.

Domus in templum.

Mutati in arbores templi custodes.

Idem.

Statua Euclidæ.



DIES XI. MARTIJ.

Tertia *Piscium* Decuria, & in
eis Solis gradus 21. Facies
Mars: signum amoris parum honesti, &
turpium cupiditatum. Imago, *Vir bircum*
ducens, sub tutela *Phallophori*; *Abenragel*.
In hoc gradu incipit occasus *Piscium*, tunc-
que in natam influxus ficcine describuntur
à Iovian. Pontan. lib. 3. *Urania*.

Ast hunc pomicola Hesperides si gurgite
avito

Accipiant, udoque lavent simul equore
Pisces

Externa noscent urbes, peregrinaque tecta,
Præstantem ingenio, & facilem bonè rebus
agendis.

Quin etiam Veneres, & gratia magna sequen-
tur;

Obsequio ut multi passim famulentur amico.
Nec verò non ille suis accommodus actis,
Civibus aut notus, aut fido pectore clarus,
Aut cuius certè credantur munera cura.

Signa in Sphæris multiplicia. *Piscis* qui vo-
catur *Crocodilus* (de quo die 21. Febr. n. 1.)
& residuum *Ingeniculi*. Sphæ. Persic. Ho-
mo nudus, cuius pes est in ventre eius, in
manu habens lanceam, vociferans & terrenus
latrones. Sphæ. Indic. Addit *Albumasar*. *Vir*
porrectis pedibus, cum quo masculus præ-
gnans, in utero Æthiopo habens. *Finis*
cauda Urse Minoris, *medietas Cassiopeia*,
pectus Andromada, *pars vinculi linei*, *postero-*
riora Vipera. Sphæ. Ægypt. De vinculo li-
neo, seu *Piscium* nodo, diximus *Isag. Febr.*
n. 2. De *viperâ*, vide *Kircher. 2. Oedip. 2. p.*
class. 7. cap. 7. Iconism. 10. & 21. Viperam Æ-
gyptij collocabant in celo surrectâ à cervice,
tanquàm expultricem malorum & Agatho-
dæmonem. Concludit Sphæra Arab. *Duo ho-*
mines mutuo se confodientes. Hoc in die à
Ptolomeo designatur *hyemis abscessio*. *Præ-*
cedens ala Virginis manè occidit. *Iunctin.*
K. A. Sub hac statione Solis in *Piscibus*,
iuxta *Firmicum*, nati, *dyscoli*, *homicidæ*, &
qui facili bile ad rixas moveantur.

2 Inter Hebræos celebratum *Aaronis*
natale. *Rab. Abrah.* Ante egressum ex Ægy-
pto, ab hoc die & sequentibus usque in 14.
(quod omnes *Israëlitæ* profecti sunt in *Ra-*
messen, ut celebrarent *Pascha*, parati in
exitum) Dei iussu postulant commodata
vassa aurea & argentea, vestesque divites
mercedem laborum suorum. *Donis etiam*
Hebræos Ægyptij honorabant (ait *Ioseph. 2.*
Antiq. cap. 5.) alij quo celerius discederent,

alij propter vicinitatis consuetudinem. *Leo-*
nard. Mar. in K. Adrich. ann. 2493. Ad so-
lemnitatem sacrificij in deserto, assumptam
ab Hebræis *Ægyptiorum* supellestem; di-
citur *Exod. 11. 2. & 12. à 35.* Anno secun-
do à libertate, oblatio facta à tribu *Aser* in
dedicatione *Tabernaculi*, Principe *Phegiel*.
Numer. 7. 72. Vid. die 1. num. 2. Anno qua-
dragesimo ab exitu, seditio populi & *Aqua*
contradictionis. Arbitror annum 39. ab ex-
itu, ut (incipiente anno 40. die 14.) *Moy-*
ses moreretur 7. *Februar.* anni 120. ætatis,
& quadragesimi à libertate *Israëlitarum*.
Deuter. 34. 7. Audita seditione populi
post mortem *Mariz*, *Moyes* & *Aaron* pro-
ni orant in *Tabernaculo*; tuncque *Moyes*
Dominus iussit, percutere petram ficcam,
ac durissimam, quæ erat in deserto *Sin* iuxta
Cades, in finibus *Edon*, de qua *Adrichom.*
in *Pharan*, n. 21. & *Hieronym.* de *Loc.*
Hebr. Ad secundum ictum virgæ è filice
egressæ sunt aquæ largissimæ, quæ sedatus
populus; sed non est glorificatus *Deus*, igitur
tam *Moyes* quam *Aaron* (vel instructi à
Domino) non crediderunt absolute aquam
promissam, sed conditionatè; scilicet, ni
Hebræi essent protervi. *Augustin. quest. 19.*
in *Numer.* & *Caictan. in cap. 26.* Alij di-
cunt, *Deum* succensum, ex eo quod petram
perculsit, cum sufficeret loqui, ut præscri-
ptum à *Domino*: v. 8. *Rabbini*, quia *Moy-*
ses non perculsit petram signatam à *Domino*,
sed aliam; qua de causa dixit *Moyes*
demonstrativè: *Nunquid de petra hæc? Lu-*
dicrum: inconcussum sanè, duos fratres re-
motos fuisse à fruitione terræ promissæ pro-
pter huiusmodi diffidentiam. Hæc est aqua
contradictionis: v. 13.

3 Anno 41. præcepit *Deus* *Iosue* effor-
mare cultros lapideos ad circuncisionem *Is-*
raëlitarum, qui in deserto per 40. annorum
spatium nati fuerant. Ex *Iosue 5. à 2.* *Leo-*
nard. Mar. K. Seder-Olam signat, ut vidi-
mus pridie, sed falsò; quoniam in *cap. 5.*
quest. 8. & in 6. quest. 31. ait *Serax. Cir-*
cuncisio imperata, & statim facta. *Negat*
Abulens. hic, quest. 7. in uno die tot millia
posse circuncidi; sed sine ullo rationis nec
auctoritatis fulcro. An verè lapidei cultri,
an ferrei, sub dubio est. Vid. *Serax. loc. cit.*
& *Alapid. in Iosue 5.* *Ar. Montan. Massium,*
Bernard. serm. 1. de Circuncisio. *Abulens,*
in *Exod. 4. à quest. 7.* Cultros istos sepul-
tos fuisse cum *Iosue*, autumant *Rabbini*;
Allegoricè, profectò uti ingeniosum ample-
ctor: at literaliter, mihi creperum. *Faba-*
lantur quidam Hebræi (ait *Petr. Comestor,*
in *Exod. cap. 10.*) usque ad *David* circun-

Allegoricè
& literaliter
amplius

Aqua con-
tradictionis

210

210

Circuncisio
Israëlitarum
in Galgal

210

210

210

8. 16.

Pontan.

Sphæra.

Nescitur
Iosue.

*cisionem factam per petram; sed quia in de-
ijciendo Goliath, ferrum lorice & galea
cessit lapidi iacto, quasi dans ei locum; dein-
ceps cessit lapis ferro in circumcissione. Frigi-
ditas infulsissima. Tunc Iosue excussit si-
clum aureum, cuius insignia palma & bal-
samum. Lemma, Tempore circumcissionis, à
pinguedine terre. Kirch. 2. Oedip. Copt. clas.
2. cap. 2. A Reufnero signatur templi secun-
di sub Nehemia. Vide 3. Februar. à 1. Ho-
die exemisse de potestate diaboli Asserto-
rem N. energumenum surdum & mutum,
detestatumque fuisse traditiones Phariseo-
rum, ex Luc. 11. astruit Reufner. Gisland.
signat suscitationem Lazari, ann. Christi, 33.
in quo cum esset propè Pascha, Iudæi mise-
runt ministros, ut eum comprehenderent;
eoque in urbem tendente, cum tertio iam
revelaret discipulis passionem & mortem
crucis; accessit mater filiorum Zebedæi, pe-
tens thronos illis in regno Christi venturo.
Ille excussando concessit, sed proprio lan-
guine. Castell. ex Matth. 20.*

4 Romæ Græca sacra subobscura luce.
Beyerlinck. Tot sacra habuerunt Græci, ut
divinare necesse sit: maximè noctū, quo
tempore execranda in sacris peragebantur.
Invenio aliquantulam lucem apud Pansa-
niam, cum ludo puerorum in Plataneto in-
ter Spartanos, quo loco erat monumentum
heroicum Cyniscæ, Archidami Regis filia;
eò quòd prima fœminarum ducere equos
instituerit, & prima ludis Olympicis de qua-
drigis palmam meruit: cap. 88—96. & 178.
Propter huiusmodi gloriam xreos equos di-
cavit Delphis, uti 30. August. videbimus.
Sparta inter ephebos (inquit, cap. 96.) *nocturna
de more sacra. Committunt ij ad pugnam
in illis sacris apros cicures duos: solet verò
usuvenire, ut unius classis aper victor disces-
serit; & ea de iuvenum ludis in plataneto
palmam auferat.* Quid post, videbimus pos-
tridiè, num. 17. Quomodò & quando hæc
cine Romam translata, videat Beyerlinck.
Alia nocturna sacra, sed solemniora. Roma-
nis, in Bonæ Deæ festo, de quo 1. Maij, à n.
9. refert idem cap. 236. Hæc fiebant in ho-
norem Cereris in luco, omnis generis arbo-
ribus & perennium fontium aquis irriguus.
*Lucus est in Mysæo (ait) ibi festos dies agi-
tant septem; quorum tertio è templo viri
omnes exeunt: mulieres verò intus relicte,
ritu à maioribus tradito nocturnū peragunt
sacrum. Neque verò viros tantum excludunt,
sed canes etiam masculos eiiciunt. Posterò die
revoisunt fœminas viri in templo, multoque
cum risu ultrò citròque sales, & dicta iacian-
tur.* Eadem in Festo Bonæ Deæ, de qua 1.
Maij, à n. cit.

5 Anno V. C. 574. inquit Liv. lib. 4. *Instauratio
secl. 118. Ante diem IV. Idus Martias Ludi
Romani instaurati ab Edilibus curulibus
propter prodigia que evenerant: Terra mo-
vit, in locis publicis, ubi lecti ferentum erat;
Deorum capita, que in lectis erant; avertè-
runt se: lanaque cum integumentis, que Iovi
opposita fuit, decidit: de mensa oleas quoque
prægustasse mures, in prodigium verum est.
Ad ea expianda, nihil ultra quam, ut ludi
instaurarentur, actum est. Hoc cordi Sata-
næ erat, uti videbimus in Ludis Rom. 3. Se-
ptembr. ac de Lectisternijs, vid. Prolog. §. 7.
n. 3—12. April. & 13. Novembr. Triumphavit
hoc in die L. Cornel. Scipio de Pœnis,
Sardinia & Corsica. Reufner. & Beyerl. in
Dieb. triumph. Expugnata Olbia Sardinia
regia à Scipione, in eius propugnatione ce-
cidit Hanno, Carthagenensium Præfectus,
quem honestavit magnifico funere: quibus
gestis, meritò triumphavit, non uno tan-
tum, sed multiplici triumpho dignus. Briet.
Ann. V. C. 495. Hic dictus L. Cornel. Scipio
Barbati filius, ad distinctionem L. Cornel.
Scipionis, Africani fratris, qui dictus Asia-
ticus propter victoriam de Antiocho, uti
diximus, 28. Februar. n. 18. Etiam hac die
celebrabatur *Planctus Cupidinis*. Boissard.
in Roma Topograph. qui Tom. 2. Antiquit.
Roman. pag. 116. picta Venere pulcherrima,
deaurata veste, Cupidinem exprimit extin-
ctis facibus, fractis sagittis, qualitateque pha-
retra. Proculdubio fugata otiositas: etenim
ut canit Ovid. 1. de Remed. v. 139.*

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus;

Contemptaque iacent, & sine luce faces.

6 Inter Græcos celeberrima sacra Phi-
lesia in honorem Apollinis. Meurs. Græc. fr. *Philesia*
Ludi orti à Megarensibus. Apud quos (in-
quit Rhodigin. lib. 15. cap. 9.) *inter pueros
vere ineunte, osculorum certamen agebatur:
quique suavius amantem esset osculatus
(proh pudor!) corollis onustus abibat.* Pier.
Valer. lib. 22. cap. 4. in fit: *Apud Lacedæmo-
nes oscula non concessa modò; sed etiam insti-
tuti ludi, propositaque ijs præmia, qui senio-
res lepidius suaviarent.* Hoc ludicrum insti-
tutum in honorem memoriamque Dioclis, *Diocles*
eò quòd is Athenis in Megaram profugus,
pro amato puero, ne in pugna conflictu
moreretur, vitam amittit. Iidem ibid. & L.
Biscoli. Tom. Hor. subseciv. lib. 7. cap. 13.
Theocrit. Edyl. 12. à v. 27. succinit impu-
dicè:

*Beati habetis illum Atticum, quem supra alios
Hospites honorastis Diocle, amatorè puerorū.* Theocrit.

primo

Kkk

Perc

Sicilia

Christi ge-
sta

Græca sa-
cra

Monimentū
Cyniscæ

Nocturna
sacra

Prodigia

Triumphus
Luc. Corneli
Scipionis
Barbati

Planctus Cu-
pidinis

Ovid.

Philesia

Diocles

Theocrit.

Pueri, contendunt osculū victoriam reportare: Et qui labra labris dulcius impresserit, Oneratus coronis ad matrem redit, &c.

Ni sub titulo religionis, huiusmodi spurcitię subsistere non valerent. Quapropter instituta sacra Apollini Philefio, cui templa dicata sunt. Ita dictus, quia Branchus puer dilectus ab Apolline (sicut Ganymedes ob oscula à Iove, ut inquit Theocritus, à v. 33.) eò quòd pręgnans mater, per quietem vidisset Solem per fauces suas sese ingerentem, & per ventrem exeuntem; unde nomen pueri *Branchion*. Gyrald. *Syntagm.* 17. n. 22. & Lucat. in 8. *Thebaid.* Statij, v. 117. Imago eius è Branchide, oppido Mileti abducta à Xerxe, in Persamque deportata est, quam post Seleucus Nicanor Milefij restituit. Pausan. *cap.* 15. & 275. *Canachus Apollinem nudum, qui Philefius cognominatur* (inquit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.) in *Didymeo fecit*: additque Dalecampius, *Ad Branchidarum Oraculum*; de quo etiam Rhodigin. 4. *cap.* 23. & Iul. Cęsar Bulenger. de *Oracul.* *cap.* 10. Alia 31. *Maij.*

7 Varro *Rev. divinarum de Brancho* dicit: *Pueros in agro ludentes cepisse cygnum, quem cum veste texissent, amotā veste, pro cyeno feminam pulcherrimam invenerunt; quę dixit illis fugientibus, quod Patron unicę Simerum diligeret; quippe magnus futurus. Ita fecit, & pro filio suo nimio dilexit affectu, eique filiam suam ducendam locavit uxorem. Cũ pręgnans ex eo esset, vidit in somnis, per fauces suas Solem introisse & exisse per ventrem. Ideo infans editus Branchus vocatus est; quia mater eius viderat per fauces Solem ventrem usque penetrasse. Hic cũ in silvis Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo, & accepta corona, virgaque vaticinari cepit, & subito nusquam apparuit. Templum ei factum est, quod Branchiaden nominatur, & Apollini Philefio pariter consecrata sunt templa; quę ab osculo Branchi, vel certamine puerorum Philefisa nuncupantur. Eadem apud Strab. 17. num. 100. & Sanctium Brocens. in *Nutric. Politian.* Ut signetur proditio sub larva benevolentię dicuntur *Oscula Philefisa*. Unde Seneca, *Epist.* 52. inquit: *Voluptates precipue exturba, & invisissimas habe latronam mores, quos Philetas Egyptij vocant. Nos amplectuntur, ut strangulent.* Vid. *Marianam, Opusc. de Spectacul.* Amplexus est Herculis, quo moritur Anteus. Senec. in *Hercul. furent.* v. 907.*

Stravit Anteam Libycis arenis.

8 Multis donis floruit templum. *Donaria quę obtulerat Cręsus in Branchidis,*

equalia erant pondere, quę Delphis. Strabo, d. & Herodot. *lib.* 2. n. 54. *Pharao Nebao in vestitu curiosus cũ esset, illum Apollini dicatum, ad Branchidas Milefiorum misit.* Honestiore proposito, supersticioso licet, cogitat Macrobius. *Apollo* (ait, 1. *Saturnal.* 17.) *dictus est Philefius, quòd Lumen eius exoriens amabile, amicissimā veneratione osculorum consalutamus.* Idem Gyrald. quò dudum. Alluditur in ritum Ethnicorum, ad adorationem Solis labris efformando oscula & manu mittendo ad Solem orientem. Illustrarem profectò, ni fusè fecissem sacra profanęque eruditione, *Tom.* 5. *T.* 5. à n. 33.

9 Sophoclis etiam hac die signatur obitus, paulò antequam Lyfander potiretur Athenis. *K. Gręc.* Eodem anno, quo Euripides fato functus (etsi Suidas Euripidi superstitem quinque annis faciat) cuius obitum præcessit huius decursu quatuor mensium; ut dicemus 25. *Iul.* Briet. ann. V. C. 348. Iusta eius sollicitavit Liber Pater. Cũ *Lyfander Lacedamonis* (inquit Solin. *cap.* 7.) *Athenas obsideret, ubi Sophoclis Tragici inhumatum corpus iacebat; identidem Liber Pater Ducem admonuit per quietem, ut sepelire delicias suas sineret: nec prius desistit, quàm Lyfander cognito, quis obiisset diem, & quid à Numine posceretur; inducias bello daret, usque dum congruè supremis talibus ducerentur exequia.* Eadem apud Plin. 7. *cap.* 20.

qui ibid. *cap.* 53. gaudio obiisse accepto ex tragœdia victorię nuncio; asserit. Etiam Gyrald. de *Poetis*, *lib.* 7. n. 1. Totum historię articulum refert Pausanias, *cap.* 9. Eius statuam positam in theatro, asserit idem, *Statua.* *cap.* 18. Addit Cicero, 2. de *Divinat.* somnũ immisum ei ab Hercule. *Adiungam* (inquit) *Philosophis poetam quidem divinum Sophoclem, qui cũ ex æde Herculis patera aurea surrepta esset; in somnis vidit ipsum Deum, dicentem, quis fuisset: quod semel iterumque neglexit. Ubi idem sapius accepit; in Areopagum rem detulit: Areopagite eum comprehendendi iubent, qui à Sophocle fuerat nominatus. Is questione exhibitā confessus, pateramque retulit: quo factò fanum illud Indicis Herculis est nominatum.* Idem ex Varrone vidimus, 30. *Februar.* n. 10. Plutarchus, in *Numa*, asserit: *Numen Sculapij, de cęlo descendens, hospitatum apud Sophoclem.* Astipulatur Rhodigin. 15. *cap.* 11. qui *lib.* 21. *cap.* 20. subdit ex Plutarcho in libell. *An seni tradenda Respublica?* quàm prudens vel adultā ætate fuerit. *Usque ad senectutem tragœdias fecit, sed cũ propter studium in re familiari negligentior foret; postulatus à filijs, ut illum velut desipientem removerent*

Cur Sol, Philefius dicitur?

Sophoclis obitus.

Factus ab Hercule.

Hercules Index.

Sophocles à filijs accusatus.

Apollō Philefius.

Imago.

Branchion.

Philefius.

Seneca.

Iudices. Tunc senex tragediam quam in manu habebat (scilicet Oedipum Coloneum) iudicibus recitavit, quasivitque, an illud carmen desipientis videretur? Cum id apparuisset admirandum; plausu & clamoribus adstantium reductus est, velut cyneum nescio quid, & solito dulcius vicinâ morte cecinisse.

10 Etiam eodem die excidium Sybaritarum per Milonem Crotoniatam. Photius in *Bibliothec.* Occasio huiuscemodi ruinae refertur à Diodoro Siculo *lib. 11. num. 294.* Cùm Græci Sybarim in Italia construxissent, fecunditate soli, brevi opes urbis coaluerunt. Florente civitate electus fuit in Principem quidam nomine *Telys*, qui potentia percitus, cives locupletes criminationibus à civitate eijceret, eorumque fortunas publicaret. Exules confugerunt in Crotonem ad Numinum aras: quò *Telys* misit legatos, ut exules dederentur; sin verò, bellum protectoribus illaturus ferro & igni. Populus cõcione advocatâ propter belli discrimina, decrevit; supplices ad statuas fori, tradi. At *Pythagoras* dedecus ostendit esse atque civitatis probrum, dedere exules, qui urbis fidei se credidissent: unde revocatâ sententiâ, salutem supplicum armis se tutari velle, decreverunt. Sybaritæ recenta armatorum millia collegerunt. Occurrit *Milo* athleta, & tot millia prostravit, & aliquot in fugam vertit, haud illius præsentiam sustinentibus Sybaritæ; quippe redimitum corollis, *Herculisque* ritu, leoninâ pelle ac clavâ pugnae certamen adivit; de quo etiam egimus, die 3. n. 24. Fufis itaque hostibus, cùm nulli eorum quos ceperant, vitam Crotoniatæ donarent, sed vel in fuga comprehensos trucidarent; maior exercitus pars concisa corruit, & urbs post sædam vastationem ad solitudinem redacta fuit. Propter victoriâ à popularibus *Milo* ductus est in triumphum, erectaque est statua, adinstar illius quam in Olympia habuit, in cuius sinistra erat malum punicum, vittisque caput habebat redimitum. *Rem ita interpretatus est Philosophus Tyaneus* (apud *Philostrat.* de eius vit. *lib. 4.*) ut *Milonem* abletam dixit *Iunonis sacerdotem à Crotoniatis institutum: idque mitram & redimiculum indicare. Arborem verò malum punicam solam in Iunonis honorem plantari.* *Pier. Valer. 48. cap. 34.*

11 Aliter à pluribus exterminium refertur Sybaritarum, quos fastus & luxus deduxerunt in excidium. *Illud fuisse veteris apud Sybaritas moris* (inquit *Plutarch.* de *Tarda Dei vindicta*) ut convivia celebraturi, anto prius per vocatores feminas inviserent; quo luxuriosius gemmis, unguentis,

vestibus exornati pretij culta, omnium in se ora converterent. Idem *Rhodigin. 7. cap. 9.* Unde apud eundem, 15. cap. 26. *Sybaritæ* dicuntur *ridicula.* *Alexand. Neapolit. 5. cap. 21.* Neque omittendum (inquit) quod de *Sybaritis* proditum est; apud quos omnium libidinum illecebra fuit, ut ad festam, convivium & solemne epulum, non psalterias modò & histriones, sed equos composito saltu ad symphoniam cantum psallentes, introducant. *Cœl. Rhodigin. 5. cap. 3.* idem alitit. *Sybaritæ* (ait) in convivia equos introducebant ita imbutos, ut incipientis tibiae cantu audito, statim arrigerentur & pedibus ipsis prioribus, vice manuum, gestus quosdam chironomicæ, motusque ederent ad numerum saltatorios. Fusè describit *Athenæus, lib. 12. à n. 6.* *Maxim. Tyrius, ferm. 11. 31. & 33.* *Leonius, 3. Var. histor. cap. 97.* *Politian. 1. Miscellan. cap. 15.* *Plin. 8. cap. 42.* *Camerar. 1. Subces. cap. 3.* *Siccine Sybaritæ* cum urbe ob nimium luxum perierunt; ait *Ælian. 1. Var. histor. cap. 19.* qui de *Animal. histor. 16. cap. 23.* subdit: *Ingenio & docilitate equorum clades Sybaritarum in Italia. Hic cum voluptuarij immodicè essent, opera & studia honesta omnia negligenter, otio tantum & impetuoso luxui miserè addicti; equis eis instituti erant, ut inter epulas ad tibiarum numerum saltarent: quod cum scirent Crotoniatæ, & bellum adversus eos gererent, tubam & omne vehemens & classicum signum silere voluerunt: tibicines verò secum in acie adductos, quum iam intra sagitta ictum ab hoste abessent, numeros saltationi aptos in stare iusserunt, quibus auditis Sybaritarum equi saltationis domestica memoriâ tanquam in medijs versarentur convivijs, excusis fessoribus saltare & tripudiare ceperunt, ac confuso Sybaritarum ordine, stragis & cladis causa suis fuerunt dominis. Metrice Solorzan. Emblem. 35. accinit:*

Ecce Sybaritæ, gens deliciosa, Choreas Ad numerum docuit ducere prorsus equos. Non latet hostiles ars ingeniosa phalanges Quoque sono sonipes saltet, & hostis habet. Protulit en sonitum, saltant de more iugales, Abijcit & dominum quisque per arva suum.

12 Ex ira Deorum Sybaritarum cladem ortam autumat *Henric. Stephanus*, quem sequitur *Erasmus, Cbiliad. 2. Gentar. 2. n. 66.* Despicere Numinum aras, ac mortuorum sepulchra, nonnunquam ut sacrilegum, atque vulnus religionis, formidavit antiquitas. Contigit itaque servum loris cædi à Sybarita truculentæ torvè inhiante, estò servus fugisset ad aras, ubi crudelibus vapulabat, sine reverentia Numinum. Do-

Excidium Sybaritarum.

Viti à Crotoniatis.

Milonis statua & cultus.

Sacerdos Iunonis.

Quo stragemate Sybaritæ videntur

Equi tripudiarum.

Solorzan.

Mitæ manus in Sybaritæ

lorem verberum sit declinaret; ab aris ad sepulchrum patris herilis recurrit: nihilominus haud deferuit ira savientis. Quo facto iuxta Dei responsum à Crotoniatis eversi sunt Sybarita. Ita igitur Pytheum oraculū.

Felix omnino, felix Sybarita futurus:

Oraculum
Delphicum.

*Dum rebus latis venerare Numina Divo:
At simulatq; illis mortalis homo anteferetur.
Tunc veniet bellumque tibi, atque domestica
turba.*

Aliud malum omen Sybaritæ habuerunt in perniciem, nimirum perituros, ubi pro delicijs suavioribus invenirent ad altitia siquamen ex oleo & garo. Liquoris exquisiti genus fuit ex intestinis piscium: unde liquamen *Garus*, qui piscis ex genere locustarum, ex cuius intestinis primum garum confici cœpit. Adi Plinium, 9. cap. 17--31. cap. 8. & Domitium Calderin. ad illud Martial. 13. *Epigram.* 102.

Quid garus?

Martial.

Sybaritis fa-
salis.

Accipe fastosum munera cara, garum.

Huius inventio Sybaritis fatale fuit: igitur ut refert Ælius Lamprid. in *Hellogabal.* Sybaritæ eodem anno perierunt, quo missum ex oleo & garo invenerunt in delicias. Ludicrum profectò. Alia & magis in ruinam prognostica, 5. *August.*

13 Inter Argivos famigeratus dies propter festum *Veneris Armata* in proprio sacello. K. Græc. In æde superiore erat eius imago titulo *Morphus*, de qua 12. *Februar.* n. 16. *Collis est non utique magnus* (ait Pausan. cap. 97.) *in eo per vetus ades, & simulacrum armata Veneris. Unum hoc est ex omnibus que viderim templis, alteram habet super structam ad eam tanquam tabulatum alterum, & in ea est Morphus cella. Veneris hoc est cognomen.* Idem Cœl. Rhodigin. 18. cap. 12. Gyrald. *Syntagm.* 13, n. 20. & Chartar. de *Imagin.* pag. 348. ubi: *Statua erat aurea, ea sedebat: una manu aliquot pappaveris capita tenebat, altera pomum, in capite polum celestem.* Idem Pausan. cap. 53. & Pier. Valer. lib. 54. cap. 8.

Veneris Mor-
phus.

Imago.

Veneris Ar-
mata.

14 Ædes propria *Armatæ Veneris* erat sub sacello *Veneris Morphus*, cuius imago cum galericò, idest, capillorum reticula & compedibus. *Addidisse aiunt Tyndareum compedes, quo innueret, compedum similitudine, quam firmam esse fide erga viros feminas oporteret. Nam Deam ulcisci voluisse compedibus, exprobrantem Veneri filiarum adulteris. Ut credam adduci non possum. Quam ridiculum, si putasset, ab effigie, quam è cedro fecisset Veneris nomine, iniectis compedibus, pœnas exegi posse.* Pausan. cap. 97. Chartar. d. *Imago à Tyndaro posita erat, ubi sedebat Dea, habens in capite tegumen-*

Imago.

tum, & ad pedes pedicas: quibus innuebatur, uxoribus viris quibus cum sunt, matrimonio coniunctæ, connubialia vincula dissolvere non debere. Itaque non solum Veneris, sed etiam nonnullarum Deorum pedes pedicis vinciti.

Hac etiam de causa celebrata *Venus Equæstris*, quia visa ab Ænea siccine, suggerens eadem facere, eò quod fessus diuturnâ navigatione. Unde eâ effigie coli Venerem iussit. Rhodigin. lib. 29. cap. 18. Ridet ex Leonida Vate, Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 13. accinens:

Hac Martis sunt arma: Venus cur cingeris istis?

Venus Equæ-
stris.

Leonid.

Cur Cytherea geris tam grave pœdus iners? Gyrald. d. aliam profert causam, subdens: *Armatam Venerem: quin etiam ceteros Deos Deasque lanceam tenentes effingebant, significantes, omnes esse bellicâ virtute preditos.* Martem in vinculis, diximus, 12. *Februar.* à n. 11. & Curt. *hisor. Alex.* 4. cap. 2. dicit à Tyrijs ligatum Herculem.

In vinculis

15 Magis consonum videtur, in regimen feminarum compedes iniectos fuisse Veneri: quo etiam intuitu illa etiam picta testudinem calcans, ut Plutarchus, in *preceptis connubialib.* quod regerit, de *Virtut. mulier.* Eadem imago exponitur à Chartar. d. pag. 346. *Venerem esse (ait) pede testudinem calcantem; ut eo mulieres ducerentur, ad ipsas domuum custodiam pertinere, easque decere, parum admodum loqui; cum illis silentium sit maximum ornamentum. Testudo lingua caret.* Totum ex Pausania, cap. 203. qui hanc signat *Cœlestem Venerem*, cuius signum ex ebore & auro Phidie opus, pede testudinem calcantem. Idem Rhodigin. quò dudum. Tertullian. de *Cultu feminar.* cap. 7. illis dicit: *Pedem domi figite.* Balthaf. Bonifac. in *Histor. ludicr.* lib. 3. cap. 18. *Id* (inquit) *ex Veneris Phidie videtur mutatas, quam cocleæ insidentem proposuit, ut mulieribus intimaret quemadmodum nec vocata quidem ad Iovis convivium* (de quo Achill. Bocch. *Symbol.* 110.) *domo exire voluit, illud ingeminans: Amica semper est domus, & semper optima domus. Ita matrem-familias intra penates se continere oportere.* Pluræ congerit in propositum Claud. Minos in *Emblem.* 195. Alciati, qui accinit: *Alma Venus, quanam hæc facies? Quid denotat illa*

Imago Vene-
ris Armatae.

Testudo cum
ea.

Venus cœle-
stis, & ima-
go.

Dotis femi-
narum.

Alciat.

*Testudo, molli quam pede Diva premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumque referri
Fœmineum nostrâ iussit ab effigie.
Quodque manere domi, & tacitas decet esse
puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.*

Fœci

Fœminæ commendat singularem venustatem, servare cum silentio limina viri. Domus vivum sepulchrum, sed pulchrum pulchre fœminæ. Aliter erit senaculum fœminarum, institutum ab Helcogabalo, in quo lites matronarum, & qua veste, quo modo, quo cultu, quamque fœminam incedere oportere, pragmaticè decidebantur. Lamprid. in eo.

Senaculum mulierum.

16 Alij Armatam dixere Venerem, quia in coniugio nulla arma habeat fœmina in lasciviam nisi fufum & colum, quin otia videat, abiectis quisquilijs mundi muliebris, pixide & speculo, qua de causa, ut diximus, 28. *Januar.* n. 20. Lacenæ euntes in ædem Armate Veneris speculum cestumque deponebant ad flumen Eurotam, & instar Dææ fumebant clypeum & hastam. Non dicandum Veneri speculum præ adulta ætate, atque formâ deformi, uti fecit scandalum Athenarum, de qua Aufonius, *Epigram.* 54. *Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se*

Aufon.

Æterna æternum forma ministerium. At mihi nullus in hoc usus, quia cernere talè Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.

Quædo prædenter speculū à fœminis dicitur Veneri?

Longè sit ab animo fœminarum huiusmodi intuitu, speculi muliebrisque mundi dicitio. Veneri dicandum, ut florente ætate exulet à corde Venus, ut sine speculo sint spectantibus speculum probitatis, & in forma novâ forma virtutis, candorem simplicitate tribuente, pudicitia ruborem, colorem verecundiæ, auctoritatem circumspeditione, maiestatem gravitate; queis dotibus sunt pulchriores. Hoc profectò consilium Græcorum in effigie Armate Veneris. *Armata Venus à prioribus culta* (subdit quo supr. Rhodigin.) *prope Acrocorinthum fuit templum ei dicatum, in quo simulacra, ipsa Venus armata & Sol & Amor cum arcu.* Non Cupido sed Amor cum Venere armata, ut eluceat instar Solis fulmen pudicitiz, atque radius pulchritudinis.

Venus cum Sole & Amore.

DIES XII. MARTIJ.

IV. Id.

1 Gradusque XXII. Solis in Piscibus. Dies tenebrosus apud Dariothum. Atér, K. R. V. & Reufner. *Desinit Piscis à tergore elevari: Septentrio vel Auster stat.* Ptolom. *Mulier pannis laceris induta.* Arabic. sphær. Oblatio ultima pro tribu Nephtali, in dedicatione Tabernaculi, Ahira Tribus principe. *Numer.* 7. 78. Videtis diem 1. n. 2. Hac in die post 39. annos ab Hays in *Chronic.* signatur *Aqua*

Aqua contradictionis.

contradictionis; de qua pridie, n. 2.

2 Ab hinc ann. 790. scilicet, à C. V. 35. à mundi exordio 3335. iuxta Salian. & Briet. & 3329. in sententia Tornieil. Tobias senior, percussus exprobratione uxoris (ex obiurgatione viri) simulque pressus iniurijs ac despectu cognatorum (uti dictum, die 10. n. 7.) ut aliquatenus quiescere valeret, ad verum Numen recurrit; exigens, vel interveniente morte, & tot crebris acerbitatibus eripi, quas senex gemendo exponebat; ut quomodolibet esset expers, potissimè illum affligente cæcitate. Eadem itaque die Sara filia Raguëlis in Rages, Medorum civitate (alia utique ab illa, in qua Gabelus habitabat, dicta *Ecbatanis*, quia in Ecbatano monte constructa, ut innuitur, *Tob.* 5. 8. *Ad illam Rages, ubi erat Raguël, ab altera diversa, ubi Gabelus morabatur; ad quem destinata profectio: Gasp. Sanctius hic cap. 6. n. 46.*) quæ septem maritorum nomine, & nullius usu; quoniam primâ nuptiarum nocte libidine flagrantes Almodæus suffocaverat, audivit ab ancilla procace, heræ pœlita increpatione, & commota bile, intolerabile probrum, quasi illa viros occidisset. Intimè Saram pupugit fervæ adiatrepfia ex qua cordolium acerbum, quod sedit pectore altâ mente repostum. At cum esset ab impostura immunis, utpotè innocens, confugit ad Deum, & recedens in solarium, tribus diebus cum noctibus ieiunavit, exiguè cibum sumendo, quasi non fumeret cibum; quippe illo triduo afflicte copiosæ lachrymæ verè panes die ac nocte. Ibidem, cap. 3. à 7.

Tobias senior mori optat.

Sara Raguëlis iniustam accepit Numini exponit.

3 Hac etiam die *Ann.* 4494. iuxta Adrichom. in *Chronic.* Esdras Scriba doctissimus (quem perperam Brietius confundit cum Nehemia, *Ann.* V. C. 299. & Rabbini cum Malachia) convocatis Principibus Iuda & Benjamin, alijsque exulibus, redire in patriam cupientibus, ad Euphratem; indixit illis ieiunium per triduum, ut prosperè pervenire in patriam valerent. Vide diem 9. n. 5. *Promovimus ergo* (dicitur, 1. *Esdr.* 8. 31.) *à flumine Abava* (Euphratis rivulo) *duodecimo die mensis primis; ut pergeremus in Ierusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & infidatoris in via.* Recusaverat enim ex Persis deductores equites, Deo suam suorumque salutem commendans, votis conceptis pro incolumitate, felicique itinere; ut ait Ioseph. 11. *Antiquit.* cap. 5. Secum ferebat Esdras vasa aurea & argentea, quæ ab Artaxerxe, alijsque Principibus acceperat, ac divitem sacram supellectilem. Verum ante

Esdras cum suis ab Euphrate pergit in Ierusalem.

ex-

exitum separavit Esdras duodecim de Sacerdotibus, quibus commisit vasa Domini, & munera qua mittebat Rex in Ierusalem, & Principes eius & populus. Petr. Comestor, in *Iudith.* cap. 5. Pervenerunt itaque in urbem, 1. *Iul.* ut videbimus ibi, n. 4. incolumes, quin ullus auderet progressionem contradicere, nec adversari decreto Regis Persarum; etenim consilio septem Satraparum; sive Magorum decretum.

4 Hoc etiam die ab adventu Esdræ in Ierusalem anno secundo (ut placet Brietio in *Chronolog.* prolegom. quæst. 11. qui longè à sententia Tornielli, ann. 3650. à n. 1. asserentis non sub Artaxerxe Longimano, sed sub Mnenone, historiam Estheris contigisse) Aman infestus Iudæis, quorum exterminium dolosè impetraverat ab Assuero, sortes misit in urnam, quibus superstitione præficeret, quo die, quaque horà habenda carnificina, & in quo mense. Exivit dies 13. mensis duodecimi; qui *Adar*, *Esth.* 3. à 7. Hoccine dæmonis oraculo lætus, ad Regem sequenti die ridens accessit; & annulo, quem ei tradiderat Assuèrus, signavit decretum de exterminio Iudzorum, subscriptibus in testimonium Scribis regijs; ut mitteretur in omnes provincias. Poltridie referendum, n. 5. Computatio præfatorum Auctorurà nobis haudquaquam arridet: igitur præter dicta, 28. *Februar.* n. 8. Artaxerxis anno septimo, missus est Esdras in Iudzam; ut constat ex *lib. 1. cap. 7. v. 8.* sortesque in Iudzorum stragem in urnam misit, Mense primo, anno duodecimo regni Assuèri. Sunt enim quinque anni intermedij. Videant qui historiam referunt in concordiam. De Sortibus, latè egimus, *Tom. 8. T. 10. in Exposition. Liter.* à n. 24.

5 Anno ab hinc 291. mors impijsimi truculenti Antiochi Epiphanis. Reucl. ex 2. *Machab.* 9. 28. Cupiens hæccine radix peccati, à Iuda Machabæo clades acceptas iactabundus retaliare (postquam spoliare conatus est Iovis fanum, Persèpoli situm, in belli expensas) audità strage copiarum sub Ducibus Timotheo & Nicanore, factà in Iudæa; furore percitus, agitare iussit curram suam, à quo prolapsus corruit, gravi corporis collisione sugillatus, ex plagaque invisibili & insanabili affectus, summèque afflictus, tanquam è caelo à Numine despecto percussus. Sanguis enim per totum corpus è venis excussus, & in saniem mutatus, in vermes abruptus; ex quibus nec ipse foetorem valebat ferre: unde rabie, cunctorum voluptate, animam pessimam evomuit, corrosus à vermibus; 2. *Machab.* 9.

28. Hieronym. in *Daniel.* 11. Diodot. Sicul. pag. 144. & Appian. in *Syriac.* Multa de Iudzis eorumque Numine præclara dixit, sed ductus dolore, haud crimum penitudine. Ibid. At uti malignus, vel cruciatibus amens, iniqua vel moriens gessit: Philippo etenim, uni ex Principibus exercitus, tradidit annulum, purpuram & diadema, relinquens Lyfiam filij sui nutricium & prædagogum; quod quidem inter utrumque postea discordiæ fomes. Adrichom. in *Chronica.* ann. 3800. signat me n. sed non diem, sicut Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 14.

6 Ex Ethnicis historicis nemo est, qui non vitia virtutesque in Antiocho non mireretur. Si vitia, *Epimane*m dicunt; qui vino & Veneri deditus, insolens; sævus, iracundus & furiosus. Si virtutes, *Epiphane*s plausus, quia liberalis & rebus agendis strenuus. Videndi Athenæus, 10. n. 10. & Pollib. *leg.* 26. Laneum velum textili Assyriorum opere, phœniciæque purpurâ luculentissimum, in æde Iovis Olympij consecravit. Pausan. *cap. 159.* ut videbimus, 8. *Septemb.* n. 5. qui subdit: *Eiusdem donum fuit agis aurea, additâ Gorgone, qua Athenis in theatri fastigio, inter cætera dona locata est.* Statuas pretiosas in delubro Apollinis Delij iuxta aram reposuit. Ammian. Marcell. *lib. 22.* In Daphnæi Apollinis ad Antiochiam templo (de quo 17. *Februar.* à n. 7.) simulacrum Olympiaci Iovis posuit, eiusdem magnitudinis: & Antiochiæ Iovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum modò, sed parietibus totis laminâ inauratum, erexit. Compilavit cuncta Ioann. Foy-Vaillant. in *Seleucidar. imperio,* ad Antioch. IV.

7 Erga Epiphanis mortem Antilogia occurrit, de qua 12. *Ianuar.* à n. 1. Nodum solvere satagit Comestor in *Esther,* cap. 9. astruens interfectum in templo Naneæ, non fuisse Sidetem, nec Epiphanem, sed huius patrem Antiochum Magnum. Fallitur, quia Antiochus Magnus de re Iudaica egregiè ac prolixè meritus: ut observant Serarius, Sanctius & Redan, in 1. *Machab.* 1. & dicendum 5. *Octobr.* n. 8. Hebraei tractat. de *Divortio,* & ex his Genebrard. ann. 3934. ait: *Postquam tot scelera patravit, perijt Epiphane musca, que in eius nares iussu Dei involaverat, & maximo cruciatu eius interiora sensim depascebatur.* Ficta penitentia decessit, & insolentia superbè ac arroganter plenus. Indicat imago sigilli eius. *Videntur adhuc stateres Antiochi* (subdit Doctiss. Sanctius in 1. *Machab.* 6. n. 14.) in quibus Regis caput cum diademate insci-

Epimanes didici.

Cur Epiphaneis

Antilogia.

An istu musca interfectus?

Eius sigillum.

Serius Antiochi.

Mors Epiphanis.

cie numismatis. In tergo verò, homo nudus cum baculo, dextrà Solem gestans, in capite Lunam, cum inscriptione: Basileos Antiochus Epiphanes. Sic igitur præcursor Anti-Christi, ut ait Maluend. *lib. 1. cap. 9.* sine manu contritus, uti à Daniele prædictum, *cap. 8.* GENEBRARD. d. appellat *Anti-Christum veteris Testamenti*, & Ioseph. Ben-Gorion, in *Histor. Iudaic. lib. 3. cap. 6.* *Belial.* Ad Cyprian. ad *Martyres*, cap. 11.

Præcursor
Anti-Christi.

Nicanor fœ-
dus cū Ma-
chabæo inii.

8 Nicanor, qui Dux exercitus sub Epiphane, sæpe victus à Machabæo, Rege fato functo, haud filio eius Antiocho Eupatori servire voluit; sed Romam ad Demetrium obsidem abiit, quem comitatus est, quousque regnum Syriæ obtinuit: qui quidem ut placaret querulum Alcimum, missus est à Demetrio cum exercitu in Iudæam adversus Machabæum, cuius virtutem bis vel invitè didicerat, in pugna victus. Propterea, ut suæ denigratæ famæ consuleret, quin Demetrio displiceret; elegit, amicitia fœderari, quod armis illi videbatur impossibile. Hinc à castro, in quo Simonem Iudæ fratrem superaverat, legatos misit Machabæo (Adi, 29. *Februar. n. 5.*) dextram offerentes, ut acciperent. Diu Iudas cavens de dolo, cum suis egit, & placuit denique cunctis, amicitijs annuere, concedereque postulata. In fœdus ergo & colloquium constituta est dies duodecima Nisan. Ben-Gorion, d. *cap. 12. ex 2. Machab. 14. 20.*

9 Pro tantorum virorum auctoritate, paratæ erant in senaculo sedes regie, quæ parem in utrisque dignitatem ostenderent. Iudas verò, cum tot experientijs didicisset fluxam Ethnicorum fidem; opportunis in locis adesse sibi iussit milites in procinctu, siquæ in colloquio simulato fœdere explorarentur infidiæ. Ibid. v. 22. Longè tunc à dolo Nicanoris animus. Cum verò, 1. *Machab. 7. 29.* dicitur: *Venit ad Iudam & salutaverunt se invicem pacificè, & hostes parati erant capere Iudæ;* haud tunc fuit, sed quum Demetrios denuò instantia Alcimi, Nicanorem iussit comprehendere Machabæum; de quo 14. *August. à n. 5. ex 2. Machab. 14. à 27.* In illo igitur articulo nihil obliquè nec iniquè moliebatur, imò erat Machabæo inclinatus, illum habens charum ex animo & corde: imò ut vel levem doli amoveret suspicionem, *greges turbarum, quæ congregatæ erant, dimisit.* Ibid. à v. 23.

Antilogia.

10 Ergo ut congruum habuere colloquium, inita ex familiaritate intima necessitudine; venerunt simul in Ierosolymas: quò quidem quietè hilariterque degebant, mutuam amoris ac benevolentie consuetudine

utentes. Nicanorem itaque Iudas (ut ait Ioseph Gorionides, d. *cap. 23.*) in urbe geniali accepit convivio, idque sæpe. Flav. Ioseph. 12. *Antiquit. cap. 17. Datà vicissim & acceptà fide* (ait) *exceperunt eos hospitaliter cum toto exercitu.* Convictu amicitie quotidianè frequentiore, Nicanor Machabæum suavit, uxorem ducere; ut ex ea sobolem acciperet generosam, & tanto parente dignam: etenim non ex columbis, sed aquilæ ex aquilis. Hinc paucis diebus nullum inter eos vel gliscentibus factionibus, seminatum dissidium. Ibid. Reliqua 27. *Maij*, à num. 4. Reusner. in *Diario* signat hodie victoriam Iudæ primam de Nicanore. Fallitur, uti dicemus, die 28. n. 5.

Machabæus
Nicanorem
in convivio
adducit.

11 Ann. Christi, 31. & primo prædicationis, astruit Alapid. in *Chronot.* num. 13. instante Paschate illum ascendisse Ierosolymam, & flagello eiecisse è templo vendentes & ementes, ex *Ioann. 2. à 15.* Hieronymo placuit percussos fuisse vultus fulmine, radiante facie. Tunc etiam multa patravit miracula & ad se plures allexit. Ibid. à v. 23. Adi diem, 15. n. 9. Ann. 32. De fidei erga eum constantia, ac sollicitudine rerum temporalium abijcienda, commendabilis Salvatoris parænesis. Reusner. d. simulque provocatio in pœnitentiam. Anno 33. Gislendis signat prolatam insignem parabolam de talentis, sive decem minis; & ann. 34. concilium Phariseorum, sacerdotumque Principum, Præside Caipha adversus Iesum, ex *Ioann. 11. 47.* Aliter Alva, *Tabul. 5.* refert cæcum illuminatum à Salvatore iuxta Iericho, Iesum ingredientem susceptum hospitem à Zachæo, cuius illustravit domum; & quòd in Synagoga concionatus est de pane cælesti & Manna. Nescio quibus coniecturis, potissimè postposito tempore. Hac die in Iudzorum Synagoga legebatur *cap. 9. Levit. à v. 1. usque in 12. exclusivè, & 2. Reg. 6. 1. usque in 7. 17.* Lamy.

Christi ge-
sta.

11 Romæ dies ærer. *K. V. R.* Comitialis *K. Mass.* Ab Halicarnass. *lib. 4. n. 19.* figur census factus populi à Servo Tullo, & etiam lustratio. Perfecto censu, omnes cives insi sunt, quòd armati per centurias adessent in Campo Martio: ibi instructos Equites, pedites & velites lustravit Tullus, hostiaque Marti sacra ter totum exercitum circumdedit. Tunc manumissis servis, nisi mallent redire in patriam, communicavit ius civiù, iussis cum ingenuis bona in censum referre; quos in quatuor urbanas tribus distribuit. Ibid. Post Republicam florente census annui (ad hoc etiam civium ordinabatur census) sive census civitatis, per capitatio-

Lustratio pò-
puli & exer-
citus post cē-
sum.

Census ur-
bi.

nem factus, in foro posita hasta exigebatur à Consule. Rosin. 5. *Antiquitat.* cap. 28. & Dempster. hic, qui excerptit ex Ovidio, 4. de *Pont.* Eleg. 5. v. 19. & 9. v. 45.

Aut populi reditus posita componet ad hasta,

Ovid.

Et minui magnæ non sinet Urbis opes.

Nunc longi reditus hasta supponere iustri

Credet, & exacta cuncta locare fide.

Adi Plutarch. & Cornel. Nepotem in *Pompon. Attic.* quibus astipulatur Cœl. Rhodigin. lib. 21. cap. 17.

12 Hoc quoque die dicitur translatum Asylum. Blondus & Pyghius de *Reb. Roman.* Tom. 2. *Annal.* Quid Asylum & ubi, diximus, die 7. n. 16. & 1. *Februar.* n. 13. *Maiores animi, quam opum & virium robore, Romulus urbem condiderat, quam ubi inter suos distribuit, rarioribus habitata colonis vidit, & magnum in urbe non magna desertum. Eam ut impleret, Asylum aperuit, ad quod confugerent, qui tuti in vicinis urbibus propter crimen esse non poterant; ut arbitri essent orbis terrarum non opuliones solum, sed & quos ipsis Romanis postea nominare pudor fuit. Ita Romulus pluribus, quam melioribus imperare maluit. Ut tamen boni ex malis fierent, sanctissimis legibus providit.* Hactenus Briet. *Ann.* 2. *V. C.* Positus est voto, sed non plene: etenim multi ex vicinis civitatibus ingressum abnuere, eò quòd fœminis etiam Asylum Romulus aperuisset. Tit. Liv. lib. 1. *sect.* 28. Aperuit, sed necessariò alibi transferendum, ut observat Marlian. in *Topograph. Rom.* cap. 59. & in *Epitom.* 4. cap. 10. In Aventino iuxta Socordie templum asylum situm, ad clivum publicum, adhuc in urbem venientibus multis millibus Latinorum, de quo die 10. n. 13. *Asylum* (subdit Marlian.) *quidam in hoc loco ponunt: verùm in Capitolio primum Asylum fuisse edificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tanta opes sunt congeste, & Senatus subinde in eodem conveniret; non satis tutum visum est Romanis, in eum locum latrones, aliosque omnis generis infames homines confugere atque habitare. Visum igitur illis, tutius esse aliò asylum transferre: itaque non solum uno loco, sed pluribus deinde asyla esse cœperunt: nec Romæ modò, sed alibi quoque terrarum.* Refert etiam Tit. Liv. lib. 35. *sect.* 116.

Asyli transf. latio.

Instituta.

Negata fœminis.

Quare transf. latius.

13 Alij alibi collocant asylum, ut Ovidius, sub rupe Tarpeia: canit enim 3. *Fast.* v. 119. *Tam quoque vicini lucas celebratur asyli, Quæ petit æquoreas advena Tybris aquas. Quamquàm bi versus certam* (ait Ianus Boissard. ex *Marlian. Topograph.* cap. 138.) *non*

Ovid.

factans fidem de loco Asyli; tamen cum in Capitolio, quò prius fuerat constitutum, fuissent multa templa atque adificia excitata; credendum omninò esse censemus, in alium locum esse translatum, atque in eum quem dicunt totum id spatij occupavisse, quod est à rupe Tarpeia, hinc ad forù Boarium usque, inde ad pontem Senatorium, & ad radices usque Aventini montis. Patet Asyli mutatio: eius condiciones & Numen præter dicta locis cit. referemus, 22. April.

14 Ann. *V. C.* 386. Roma illustrata novis Magistratibus, Prætura scilicet & Ædilitate Curuli. Liv. lib. 7. à *sect.* 1. *Causa institutionis, quia in urbe non manebat qui ius civibus diceret, avocatis Cofs. à bellis finitimis. Idem lib. 6. à sect.* 15. & Cicer. 3. de *Legib.* Ob multitudinem consulentium postea instituti sunt duo, ex quibus unus dicebatur *Urbanus*, & alter *Peregrinus*: hic ut exteris ius diceret: ille civibus. Illorum insignia, Prætecta, Sella Curulis (quæ erat sella eburnea, qua in publico & privato loco sedendi causâ utebantur) hasta & gladius, illa ad iurisdictionem, hic ad quæstionem. His adhærebant ministri necessarij, Scribæ scilicet accensj (idest, qui accirent, quos Prætores volebant, ut ait Festus, lib. 1. & Varro, 4. de *Ling. Latin.*) simulque lictores. Prætecta fuit toga purpurâ prætexta, quam votis solemnibus nuncupatis unâ cum cæteris insignibus accipiebant. At verò exuebant, modò capitis aliquem damnarent. *Quare etiam apud Valer. lib. 9. cap. 12. (non invenimus) legitur (ait Rosin. 5. cap. 32.) quòd Prætores aliquem capitis damnaturi; prætextam prius deposuerint; eam fortasiè ob causam, quia tristem sententiam, in veste latitiam indicante ferri non deceret.* Pridem eligebantur & ornabantur Prætores Kalend. Ianuarij, ut cæteri Magistratus; sed post ad nutum & placitum antecessorum, quibus fas diem differre, ut observat Ascon. in *Cornelian.* & Cicer. in *Vatin.* Electionis eorum non status, sed dies conceptivus; quapropter cum ad electionem Prætorum signatus fuisset dies ante IV. Id. Martij, Ann. *V. C.* 577. tanta irruit tempestas; ut propter illam Prætorum electio dirempta fuisset. Malum omen ex Ventis & Tempestatibus Romani conceperant; qua de causa colebant tanquam Numina, ac in placationem fiebat procuratio. Videfis diem 10. num. 15. & de nuò dicemus, 1. *Iun.* Prætoribus denique congruebat, Ferias indicare, cessabantque illorum verba, *Do, Dico, Abdico* (Aul. Gell. 10. cap. 24. & Macrobian. 1. *Saturnal.* cap. 4.) sicut in diebus Nefactis. Adi Rosin. lib. 4. cap. 3.

Prætura & Ædilitas Curulis.

Quæ sella Curulis.

Prætor urbanus & peregrinus.

Eorum insignia.

Quid prætextat.

Quid Prætores exuebant.

Transitus eorù electio.

15 Ann. 431. Romæ Aristoteli erecta statua. Boissard. *Topograph. Rom.* part. 4. pag. 42. De illa Cicer. lib. 4. ad *Attic.* epist. 9. Longè à forma Romana (ex qua duntaxat in quadrato lapide patebat caput) erat quam Græci tribuerunt Aristotelis statua: equidem pingebatur face explorans pectus fœminæ, quam Naturam indigitabant. Sidonius verò, *lib. 9. epist. 9.* pingit Aristotelem brachio exerto habitu orantis. Eadem apud Isaac Grangæum, in illud *Iuvenal. Satyr. 2. v. 6. Si quis Aristotelem similem emit.* Digna ergo statua cuius inimitabilis eruditio, perspicaxque sublimis intelligentia: quare cum aliqua altiora dicturus Plato, & abesset Aristoteles; dixit: *Ubi Philosophus veritatis?* Denuò accidit, simulque cæteros discipulos allocutus: *Non venit intellectus.* Rhodigin. 29. *cap. 8.* Audivi à sciolo, sed Thrasone, Aristoteli tribui pepli ornatum, uti Minervæ; quippe nimis mundiulus. Audierat pepulum, sed nesciebat extensionem vocis, nimirum significare picturam, seu descriptionem; ut notat Porphyrius, in *Minerva*, quem secutus Rhodigin. 14. *cap. 18.* dicens: *Conditum ab Aristotele commentarium, cui titulus, Peplus; in quo Ducum exsequabatur genealogias, & navium quoque numerum ad Troiam profectarum: quin & in singulos Duces epigramma, disticha plurimum, præterquam in Aiace.* Vox etiam apud Latinos. *Peplographiam* Varro nis dicit Cicero ad *Attic.* lib. 16. epist. 11. Reliqua de Aristotele suis in dieb.

16 Ann. 530 J.C. iuxta Reufner. Franc. Modium, Panvin. & Goltz. in *Fastis*, pag. 104. triumpharunt de Gallis, & Liguribus, C. Flamin. Nepos, & P. Furius Philo. Ille VI. Id. ut vidimus, n. 17. & hic hodie. Illorum eadem causa, victoria, consulatus & triumphus. Videfis Briet. ann. 531.

17 Inter Græcos Scyrophoria signantur à nonnullis. Refragor, quia de illis agemus, 1. *Maij*, n. 14. iuxta aliorum sententiam. *Scyra* celebritas fuit apud Athenienses, quam ex nostris quidam (infit Gyrald. de *Ann. & mensib.* n. 24.) sed *perperam*, in XII. Martij cadere existimarunt. Scyra signabantur per pompam, de qua loc. cit. & per umbellam vel umbraculum, quia tunc iam tempus edificandi, cum Sol superior dies auget, frigora expellendo, ingrediens in Signa Australia. Hac etiam die post aprorum ludum, ut dictum pridie, n. 4. est pugna ephëborum inter Colophonios. *Postero die* (inquit Paulan. *cap. 96.*) paulò ante meridiem transeunt pueri per pontes in eum Circum. Nocte superiore quàm aditus parte agmen alterum ingre- Tom. 1. *Ephemer.*

diatur; sortè permittitur. Ita pugnant, ut infestis manibus & calcibus insultent: moribus etiam corpora fœdent, & oculos bi plerumque illis eruant. Bini quidem ad hunc modum congregiuntur; sed totis etiam agminibus impressionem faciunt, atque una acies alteram in aquam detrudere omni nisu contendit. Stulti, gratiores Numini arbitrabantur, qui plura vulnera ex certamine tulissent; ut fœminæ in pugna ad paludem Tritonidem; uti prælibatum, 3. *Januar.* n. 15.

18 In Cypro Sacra Diomedis, haud socio Ulyssis, Tydei filio, sed Regi Thraciæ, quem vicit Hercules, sublatis equabus, quas humanis corporibus pascebat, de quo, 5. *Februar.* n. 12. ita Theodor. Gaza, in *Mensib. Græc.* Festum profectò ingratum, estò Diomedis, dum viveret, geniale propter truculentiam. Non illi primùm institutum, sed filio Cecropis & Nymphæ. Unde Bulenger. *Adversus Magos*, lib. 3. *cap. 3. Salamine* (inquit) mense qui Cyprijs dicitur *Aphrodisius*, homo maclabatur *Agraulio*, filio Cecropis, & *Agraulidi Nymphæ*; qui mos ad Diomedem usque obtinuit. Postea humanam victimam Diomedis fieri ceptum: uno ambitu templa *Minerva*, *Agrauli* & *Diomedis* continebantur. Qui aris devotus esset, ab ephebis ter circum aram decurrebat, inde sacerdos hasta iugulum eius fodiebat, & in pyram ardentem elatum, pro holocausto cremabat: quem quidem ritum *Diphilus Rex Cypri* sustulit, bovemque hominis loco maclari iussit. Plura de Diomedis equabus, ac per illas de diritate sanguinolenta dixere AA. loc. cit. sed nullus alius proprius & subtilius Mythologiam exposuit, præ Cœl. Rhodigin. 13. *cap. 8.* *Hæc porro tetra libido Diomedis filias in Thracia, equarum nomine celebres facit; ut quæ turpissima adventantes vorasse, sic dictæ: Equæ enim dictæ, sicut in Attica Leææ, & inter Romanos Lupæ.*

19 Hac etiam die Sacra *Apollini Ægineta*. K. Græc. Nescio quæ Sacra, & cur Apollo Ægineta dictus, maximè cum ad statuam Apollinis stare dicatur senex lorica- tus & faucius. Signa hæc haud in Ægina insula, de qua Paulan. *cap. 48.* sed in Ægira oppido Achaiz invenio: nec in fano Apollinis, sed in facello Fortunæ & Amoris. Ibi ergo subdit idem *cap. 234.* *Est in eadem adicula vir senex iam, propemodum ciulantis facie. Mulieres tres armillas sibi detrabunt, & adolescentes totidem: ipse lorica est indutus. Hunc Achai bellicâ virtute omnibus Ægiratis præstantissimam tradunt: qui cum fortissimè pugnans cecidisset; fratres eius mortem domi nunciantur. Sorores ita-*

Statua Ari-
stoteli, &
forma.

Eius perspi-
cax ingeniū.

Quid eius
peplus?

Triumphus
P. Fur. & bi-
lonis.

Scyrophoria.

Quid Scyra?

Pugna Colo-
phonia.

Sacra Dio-
medi Thra-
ci.

Quæ illius
equæ?

Apollo Ægi-
ta.

Imagi-

que luctus causa, usitati cultus ornamenta abijciunt. Patrem ipsum populares miserabilem nuncupant, quod ipsa etiam effigies miserationem sibi conciliat. In his ergo Apollinis nec memoria.

20 Alexander Magnus ann. 7. regni, & 27. ætatis, ante Indicam profectionem, à Macedonibus sollicitat adorari non ut Rex, sed ut Deus, more Persarum. Callistenes, de *Reb. Alexandr.* Salian. & Briet. ann. V.C. 427. referunt eum novo habitu delecto, se voluisse à Macedonibus adorari, ut Ioleme Persis erat. Latè exponit Curtius lib. 8. cap. 5. Unde tota Callisthenis calamitas, & mors, imò nex; uti dicemus 13. Decembr. Quidam Siculus nomine Cleò, & ingenij & nationis vitio adulator, Alexandro cælum aperuit, quod vel Olympias risit, vel postquam audivit, vel audisse fluxit ab Ammone salutari tanquam Deus, exponendo matrem iræ lunonis. Ante expeditionem Indicam, in qua scutis militum argenteas laminas, equis frenos aureos addidit, exornando loricas alias auro, alias argento. *Iamque omnibus preparatis* (inquit Curtius, d.) *quod olim pravâ mente conceperat, tunc esse maturum; quoniam modo cælestes honores usurparet, cœpit agitare. Iovis Filium non dici tantum se, sed etiam credi volebat; tanquam perinde animis imperare posset ac linguis. Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosterntes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciose adulatio, perpetuum malum Regum:: Igitur festo die omni opulentiâ convivium exornari iubet: cui non Macedones modò & Græci Principes, sed etiam nobiles Persæ adiberebantur: cum quibus cum discubisset Rex, paulisper epulatus convivio egreditur. Egrediens est, sed industria, ut post auxilia staret, quia sciebat vel condixerat Cleonem coram Macedonum primatibus, & Callisthene, de divinitate eius futurum sermonem; in quo Cleò asserturus, & Callisthenes iturus inficias, ut fecit, dicens Cleòni: *Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas. Facilius est, imperium dare, quam cælum.* Alexandrum audientem pupugerunt sententiæ, & convivium repetit. Quem venerantibus Persis, uni ex illis mento terram verrenti, per ludibrium coram Rege dixit Polypercon, qui nobiliorem præ Alexandro locum in triclinio habebat: *Vehementius terram quate, ut pretiosior & gratior adoratio fiat.* Egredè tulit Alexander: commotâque bile, detractum è lecto præcipitavit in pavementum, dicens: *Idem modò invitè facis, quod in alio paulò ante ridebas.* Tunc*

convivium solvit, & custodiâ Polypercon tradidit, sed post ignovit.

21 Hic etiam dies celebris inter Ægyptios, quippe ex illo adventus Ibidum in torius regni purgationem. Phorius in *Biblioth.* Ex Nili inundatione ac Solis calore, omne reptilium genus, plerunquè venenatorum, nascitur putredine aggestâ, ex quibus Ægyptiorum gravis perniciēs, ita ut inter aspidēs securi sint, & à reptilibus nimis vexentur. *Huius beneficijs ab innumeris malis, quibus Ægyptia tellus continuò, tum à venenatorum animalium multitudine, tum à crocodilorum sevitia infestata, liberabatur.* Kirch. *Obelisc. Pamph. 4. Hierogrammat. 14. & Tom. 1. Oedip. Syntagm. 1. cap. 3.* De adventu Ibidum in Ægyptum dubitat Ælianus, quoniam Ibides facit indigenas. *Ibis* (ait lib. 2. *Animal. Histor. cap. 38.*) *extra Ægyptum nunquam progreditur. Si quis vi ac impetu eam ab Ægypto exportet, illa quidem ex insidiatoribus ultionem capit, vel mortem sibi fame consciscens, raptoribus studium in se exportanda extra Ægyptum vanum esse ostendit:: Anguim volucrum catervas petilentes ex Arabia intra Ægyptios fines & ingredi prohibent, & pro terra sibi amica propugnant.*

22 Econtra Herodotus lib. 2. n. 21. inquit: *Ex arctis montibus exporrigitur in vastam planitiem Ægyptiæ contiguam. Fertur ex Arabia serpentes alatos incunte statim venire in Ægyptum volare; sed eis ad ingressum planitiæ excurrentes Ibides non permittere, sed ipsos interimere: ob id opus Ibim magno in honore ab Ægyptijs haberi Arabes dicunt. Eius avis species talis est. Nigra tota vehementer est cruribus gruinis, rostro maxima ex parte adunco: & hæc quidem species est nigrarum, que cum serpentibus pugnant. At earum que pedes humanis si nilis, habent gracile caput ac totum collum; penna illarum candida. Serpentis porro figura, qualis hydrarum: alas pennatas non gerit, sed glabras, & alis vespertilionis valde similes.* Ælian. d. subdit: *Aliæ verò lœes, ex Æthiopia Nili alluvionibus serpentes Ægyptum appetentes, conpeunt, eorum conatibus obviam euntes: que causa prohibet Ægyptios ex accessu serpentium non perire.* Unde Iuvenal. *Satyr. 15. v. 3.* accinit: *Saturam serpentibus ibim.* & Plin. 10. cap. 28. *Invocant & Ægyptij lbes suas contra serpentium adventum.* Ad Pier. Valer. lib. 17. à cap. 20. Cicer. 1. de *Natur. Deor.* & Maiol. tom. 2. *Colloq. 6.* Mercurium sub Ibidis figura ab Ægyptijs adoratum refert Kirch. d. *In Nomo, seu prefectura Alexandria* (inquit Mer-

Adventus Ibidum in Ægyptum.

Harum conditio.

Descriptio illarum & serpentium.

Sub Ibidis figura Mercurius.

Alexander furiosè sibi divinitatem arrogat.

Demencia

etiam cultum legimus, cuius simulacrum erat sub forma Ioidis, pedibus divaricatis, rostroque inde eisdem transversim inserto, reliquo vero corpore figuram cordis exhibente, qui Agathodæmon vocabatur. Hinc Ibis in medio serpentium, eò quòd crepitaculo primo terreat, territos ab invicem separet, ac in fugam convertat, simulque devoret. Idem ibid. Syntagm. 2. cap. 8.

DIES XIII. MARTIJ.

III. Id.

G Rad. 23. Solis in Piscibus in quo oriuntur Aquarius & Orion. Albumas. & Grannyfl. lib. 8. cap. 21.

Aquarij Regia stella.

Arbitror loqui de Aquarij Regia stella, cuius meminit Germanicus Cæsar d. n. 34.

Germ. Cæsar.

E quibus una magis sub cauda flamma relucet. Adi Hygin. Poetic. Astr. n. 30. Influxus designat Pontan. 4. Uran.

— Ruit exitum ad spectacula cæli,

Pontan.

Assensuque Delim vario fremit affonus æther; Qua regale nitet villis radiantibus ostrum, Nascenti exorient, ubi Delia culmine summo, Aut cælo exorientis suo astipulabitur ore.

Orion,

De Orione plura diximus, & ex professo suo loc. Hag. April. à n. 8. Ian. à n. 10. Octobr. à n. 2. Consulesis Palzph. de Fabul. 1. n. 5. Hygin. de Sign. cælest. num. 33. & German. Cæsar. qui num. 28. accinit:

Germ. Cæsar.

Tela caput magnisque humeris sic baltheus ardet,

Sic vagina ensis, pernici sic poplite fulget.

Piscis Borealis desinit oriri. Columel. Vid. d. 3. Argo navis emergit vesperè, & in Leonis cauda hyemat dies. Ptol. Arbitror ex

Regia huius Signi: vid. 24. Iannar. num. 1.

Bootes Arcturi custos vesperè oritur. Iunstin. K. A. Femina in navt. Sphær. Arabic.

Ridenda est sententia neoterici, asserentis hunc diem esse quartum ieiunij Hebræorum in Ramesse; ut ad Phasse præpararentur, ante egressum ab Ægypto. Ex Epiphanio decerpisse asserit; sed Epiphanius haud dicit in Ramesse, quia ibi non collecti usque in vesperam exitus. In terra ergo promissa solemne fuit illis ieiunare quinque diebus ante Pascha ob memoriam beneficij libertatis. Unde à die segregationis agni, qui futura victima, usque ad esum, ieiunium voluntarium fiebat à multis, non ab omnibus. Hoc tantum ab Epiphanio, quem sequitur Perer. Exod. 12. 2.

2 In Israël hoc die anno 2. ab exitu,

Seditio Co-

seditio Core (consobrini Moysis & Aaronis) ac aliorum ob sacerdotium collatum Aar-

ni. Numer. 16. à v. 1. Hac Cores (ait Ioseph.

Tom. I. Ephemer.

4. Antiq. cap. 2.) videri volens Reipublica curam habere: reverà hoc tantum agens, ut concitato populo, pontificatum invaderet.

Haye in Chronis. Sacr. cap. 19. signat rebellionem in Geelata, 19. Mansion. filiorum Israël, ann. 4. ab exitu Ægypti. Adrichom. in Pharan, n. 100. in Thare, Mans. 24. Verum si propter Aaronis consecrationem orta seditio; non anno 4. sed 2. quo Aaron sacerdotij primitias iniit, commota procella: Suffragatur Alap. in Numer. loc. cit. Quid ex deblateratione, dicemus postridie, n. 10. refertque Ioseph. d. cap. 3. Nonnulli Rabbinorum, uti Aben-Ezra, & Aben-Melech, asserunt visa tartara ore patulo à populo universo, quo plerique fugerunt; tabernacula propria, in Tabernaculum scederis; quin paverent, qui ambiebant pontificatum, à livore præoccupatis sensu & sensibus; at hoc visum & factum die sequenti.

3 Anno 40. ab exitu post Mariæ mortem, misit de Cades 33. Mans. filiorum Israël, Dux populi Moyses nuncios ad Regem Edom, ut permitteret Israëlitas per Idumæam transire in terram Chanaan: qui sibi cavens, igitur ex transitu Maris Rubri Principes Edom conturbati sunt; abnuvit transitum. Tunc divertit ab eo Israël, quòd propter merita Isaac Esau ac eius filijs Dominus promiserat Idumæam. Numer. 20. à 14. Adrich. in Chronis. & Briet. Ann. 2583.

Ab hinc anno 185. Gedeon destinatus à Deo ad libertatem Israël de Madianitide servitute, post ostensionem duplicis miraculi, congregat triginta duo millia pugnatorum ad fontem Harad, ad radices montium Gelboë, ut notat Adrich. in Isachar. n. 10. ut posset hostes invadere. Reversi sunt inde præ formidine viginti duo millia, & ex illis qui remanserant, eliguntur à Domino duntaxat 300. milites. Iudic. 7. à 11. Adrich. d. & Ioseph. 5. Antiq. cap. 8. Reliqua, postridie n. 11. & 16. n. 3-17. n. 3.

4 Post victoriam Gedeonis, computu Turselini & Briet. ann. 560. illustrissima hodie concessa à Deo Iosaphat de Moabitibus Ammonitis & Idumæis in Engaddi ad Mare mortuum, quò castra locarunt. Iosaphat imparatus, tanto milite perculsus, indicto ieiunio, auxilium divinum implorat in templo, secumque in pugnam ducit Sacerdotes & Levitas, confortatus verbis Iazielis prophetæ: igitur in Valle Benedictionis canentibus, insidiæ hostium in socios inversæ sunt; & mutua se corde trucidant; ita ut Iosaphat haud veniret in pugnam, sed in prædam, confecto bello nõ armis, sed hymnis. Regl. ex 2. Paralip. 20. à 1. & Adrich. in Chronis.

Legatio ad Regem Edom

Gedeon congregat exercitum ad fontem Arad.

Victoria Iosaphat non armis, sed hymnis.

5. Anno post Iosaphati victoriam 458. calculo præfat. AA. indignatus Aman, quod solus Mardochæus ipsum adorare renueret, secum cogitat totam Israelitarum gentem exterminare, & quasi Fortuna decreto sanctificaret functionem, sorti committit; exitque mensis Februarius in gentis exitum. Fretus potentia & Assueri gratia, ausus est illi cladem exponere sub quietis colore, extorsitque ab illo decreti consensum, ac ut autenticè fieret, Assuerus ei tradidit regium annulum. *Vocati que sunt Scriba Regis mense primo Nisan, tertiadesima die eiusdem mensis, & scriptum est, ut iusserat Aman.* Esth. 3. 13. Adrichom. in *Cbronis.* Briet. ab *V. C. ann.* 301. & Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 6. Sanctius in *Esther.* 3. n. 19. *Hæ litera (ait) scripta sunt, aut scribi cepta die 13. Nisan.* Dicit textus, v. 12. *Vocati sunt Scribae Regis mense primo Nisan, tertiadesima die eiusdem mensis: & scriptum est, ut iusserat Aman, ad omnes Satrapas Regis & Iudices Provinciarum, diversarumque Gentium; ut quæque gens legere poterat & audire pro qualitate linguarum ex nomine Regis Assueri: & litera signata ipsius annulo.* Alij signant principium ieiunij Esther, sed falluntur, ut dicemus die 14. à n. 14. sicut fallitur Reuenerus signans hac die victoriam de Nicanore contra textum, 2. *Machab.* 15. 37. de quo 13. *Februar.* n. 10. Idem error in N. Bueclino. *Kalend. historic.*

6. Ann. Christ. 32. multiplicatio panum & piscium exponitur à Gislandis, illaque nocte etiam tempesta valida, in qua postquam super aquas ambulavit Petrus, cum cœpisset mergi à naufragio illum liberavit Dominus: ex *Matth.* 14. à 15. & *Marc.* 6. à 35. Alijs placet articulum contigisse, ann. *Christi.* 31. sed ann. 33. Christi parænesis, siue admonitio in crimum penitentiam exemplis & parabolis, ex *Luc.* 13. à 1. & *Alapid.* num. 46. In illa die cum illi multi dicerent, Herodem illum in necem querere; contempsit eius malevolentiam & astu, vulpem vocans. *Ibidem.* à v. 31. Ann. 34. à Iuda Salvator venditur. *Alva, Tabul.* 5.

7. Hoc etiam die decollatio Baptistæ & natalis Herodis Antippæ. Baron. in *Martyrolog. Rom.* d. 29. *August.* Adrichom. in *Vita Christi.* ann. 33. signat 25. d. sed Beda in *Marc.* 6. testatur necem contigisse imminente festiuitate Paschæ. Corpus Sepelitur Samaritæ inter cadavera Elisei & Abdiæ Prophetarum; quorum corpora Iulianus Apostata in cineres reduxit. Hieronym. in *Apolog. advers. Rufin.* & ipse Rufin. lib. 2. *Histor.* à cap. 27. Nicephor. 10. cap. 13. Caput

seorsim sepultum, quippe è castello Macherunte, sito in confinijs Arabia Petree, altatum saltatrici, postque traditum Herodiadi, quæ in caput insultavit, & sepelivit in palatio; in cuius ruina inventum, Edessam translatum est. Hieronym. d. & Baron. quò supr. n. 2. Non ob pellicatam, sed formidine defectionis truncatum ab Herode, astruit Ioseph. 18. *Antiq.* cap. 7. fallitur, vel mentitur, uti solet: ceterum vera loquitur de Baptista subiungens: *Ab Areta delectum Herodis exercitum propter Ioanidem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, &c.* A Cæs. Caligula Lugdunum missus est cum Herodiade impius Tetrarcha in perpetuum exilium, eiusque bona Agrippæ traduntur. Ioseph. d. cap. 9. Quomodo 2. de *Bell.* cap. 8. alitruat, irato Cæs. cum uxore (saptius: pellice) fugisses ipse viderit. Ex Galia cum Herodiade fugisse Ilerdam, asserit Flav. Dexter *Ann. Christi.* 34. refertque illam, saltantem super Sicorim glacie concretum (vulgò *Segre*) interemptam, à glaciæi crustulo resecto capite. Vid. Vivar hic in *Dextr.* Nicephor. d. 1. cap. 19. & 20. huiusmodi cæli vindictam dicit de filia saltatrice, non de matre. Timuisse Herodiadem, si caput corpori iungeret, reviviscere Baptistam, ideoque illud in Regia sepelisse, postquam acu crinali linguam sæpius perforavit; dicit Hieronym. d. Aptè Ambros. de *Virgin.* lib. 3. *Os aureum illud exanguie, cuius sententiam ferre non poterat, contitescit, & adhuc timetur.*

8. Romæ sacra Iovi Ultori, vel *Veiowit* Beyerl. & Bucelin. Egimus, 6. die, à n. 16. & 7. à n. 14. Etiam *Equiria* signantur posteriora in monte Cælio, modo apud Tyberim aqua intumisset. V. K. R. De his postridie, n. 18. Etiam hoc die celebrati *Ludi Palij.* Roman in *Republ. Gentil.* lib. 2. cap. 18. Ridiculè: Ludos ita dictos nec legi, nec audiui. In *Palijis* celebratis propter Urbis erectionem à Romulo; Remo & focijs, ludi fiebant, at nunquam vocati *Palij*; de quibus fusè 20. *April.* & 21. n. 3. Forte incidi in Petr. Polo, qui hac in die, & etiam 12. ait: *Ludi Palij à pallio dicti (rifi) & acti ab Equitibus Romanis currentibus in equibus (pro equis) ad littus Tiberis.* Hi cursus dicebantur *Equiria*: quorsum ergo *Ludi Palij*? Sibi planè contradicit, quia *Equiria* & *Ludos Palios*, tanquam duplex festum exponit. Modò duplex, nequeunt idem esse *Palij ludi* & *Equiria*. In rem ergo sentiam.

9. *Ibidem* Sacra *Nemesis*, more Græco. Plutarch. in *Diebus.* Haud *Nemesis* famitur

Scribitur editam de exterminio Iudæorum.

Victoria Iuda de Nicanore.

Christi gestæ.

Decollatio Baptistæ.

Mors Herodiadæ

Equiria

Ludi Palij

Sacra Nemesis

Theg.

Theologicè præut tristatur animus de felicitate indignorum, de dignitatibus malemerentium, quæ etiam dicitur *Zelus* iuxta Aristotel. 2. *Rhetor.* cap. 9. & Gregor. Magnum, 22. *Moral.* cap. 11. Siccinè enim contrariatur Misericordiæ; dum hæc æstimat dignum indigna pati, & Nemesis irascitur, ubi indignus dignitate honoribusque fruitur; de quo Angel. Magist. 2. 2. *quest.* 30. *art.* 3. ad 2. & *quest.* 36. *art.* 2. Duntaxat hic sumebatur affectus pro Numine quod contra insolentiam & superbiam colebatur. In *Marathone sunt hominum ades*, & *Nemesis Dea fanum* (infit Pausan. cap. 32.) *Hæc se Deorum maximè insolentioribus hominibus implatabilem præbet. Eius in primis irâ Barbaros Persas ad Marathonem afflictos putant. Cum enim illi Atheniensium opes contemnerent; Parium marmor, ac si hostem vicissent, trophæi erigendi causâ in hæc loca deportandum curarant. Ex eo Phidias Nemesis Signum fecit, in cuius capite corona cervos habet, & Victoriæ sigilla. Ipsa lavâ mali ramum, dextrâ phialam tenet: in phiala Æthiopes celati sunt. Eandem vocant Minervam è Iovis capite natam. Natal. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 5. & 9. cap. 19. quia Dei Summi spectat sapientiam, insolentiæ atque superbix diram sumere vindictam. Unde Macrobi. 1. *Saturnal.* cap. 22. inquit: *Nemesis contra superbiam colitur.* Senec. in *Agamemnon.* à v. 81. floridè canit:*

————— *Sequitur tristis*
Sanguinolenta Bellona manu
Quæque superbos urit Erinnyis.
Tumidas semper comitatur domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto, licet arma vacent,
Cessentque doli; sedunt ipso
Pondere magna, ceditque oneri
Fortuna suo.

10 Plato 3. de *Legib.* quem sequitur etiam ex Theologia Orphei Cælius Rhodigin. lib. 11. cap. 19. ait: *Nemesis esse divini iudicij Angelum, præfesseque nobis velut iudicis superioris Vicarium, qui turpibus deterreat, honestorum atque virtutis conciliat amorem: obsequentisque, nec contumaciter tacitis eius illestationibus adversum euntes, blandâ confoveat mentis tranquillitate; oblectantes verò assiduis idem territet turbipibus, erigatque fluctibus, convellat subindè ac raptet. Angelus hic, ubi remidens arridet, Gratiæ nomen indepiscitur: ubi verò formidabilis infestusque lancinat & divexat; Furiis nuncupatur. Describitur, ni fallor, conscientix vermis, & officia Custodis Angeli. Sunt (subdit Rhodigin.) qui ins quiddam*

Numinis effloacis Nemesis interpretentur, Lunari superpositum circulo; Iustitia filiam fingentes, quæ cum regina sit causarum, & arbitra rerum, ac disceptatrix sortium, urnam attemperans, accidentiumque alternans vices. Hominum tumentium non solum diuinâ censura, ut vitia reliqua, sed etiam indignatione puniri tradunt; propriumque ad id effinxere Numen, Nemesios appellatione. Hoc indicant imagines.

11 Apud Chartar. de *Imagin.* pag. 307. *Image alia* eius effigies invenitur, una manu frenum, alia mensuram gestantis, contra vtiloquos Thrasones, ut contigit Persis in Marathone sub Dario Hystaspis; de quo 6. *August.* Unde Pallas Vates, 2. *Antholog.* cap. 10. *Epigram.* 9. accinit:

Prædico hæc Nemesis, normâ simul, bisque lupatis,
Non effrena loqui, & nil fieri absque modo.

Aliter, à tergo Nemesis adest, ut contigit Persis, in quorum articulo causâ spe, Aufonius ex Leonida lib. 4. *Græc. Florileg.* vertit *Epigram.* 20.

Me lapidem quondam Persa advexere, trophaum

Ut fierem bello; nunc ego sum Nemesis.
At sicut Græcis victoribus asto trophaum,
Punio sic Persas vaniloquos Nemesis.

Plura apud Erasmmum, 2. *Gibiliad.* Centur. 6. n. 38. Crinit. de *Honest. disciplin.* lib. 19. cap. 6. & Capitolin. in *Maximo*, & *Balbino.* Hac enim de causa inter triumphii plausus victori dicebatur à servo: *Memento te esse hominem*, tenente & coronam & flagellum; ut diximus in *Prolog. Galeat.* §. 6. n. 5. *Finxerunt* (infit Ammian. Marcellin. lib. 14.) *Deam Græci incognitam linguæ Romanæ; quod etiam astruit Aufonius, Edil. 3. v. 378. Latia Nemesis non cognita linguæ.* Hanc Romani uti Deam reveriti, ne propter victoriarum insolentiam, faciem ex alba in nigram verteret insana fortuna, ut sapesapius molitur, quod contigit Persis, sicut idem *Epist.* 23. à v. 52.

————— *Vindex Rhamnusia votis.*

————— *Ultrix Dea Medica belli,*
Sistere Cecropidum in terris monumenta paranti
Obstitit; & Graio ismiæm fingenda trophao,
Ultrò etiam victis Nemesis betit Attica Persis.

Adifis Eliam Vinet. huc, n. 482. ac Pier. Valerian. lib. 54. cap. 9.

12 Aliam Nemesis imaginem sub Rhamnusia, seu Adrastiz nomine, exponit Char-

45-11

Image.

Diæ. Minerva.

Senec.

Senec.

Judicij Angelus, & Furia.

Officia.

Image alia

Pallas.

Aufon.

Ipsa inimica superbia.

Idem.

Aliam formam lacrum.

tarius, quod sup. *Adraſtia dicebatur* (subdit) quod *Adraſtus Rex omnium primus ei templum poſuerit. Pennas huic Dea ideo vetuſtas aptavit; ut adeſſe velocitate volucri cunctis exiſtimaretur. Eidem gubernaculum dedit & rotam ſubdidit; ut univerſitatem regeret, per elementa diſcurrens omnia.* Idem apud Rhodigin. d. Nomina varia huic Deaſtra dara ſunt, haud pro variatione Numinis, ſed pro diverſitate materiz inſolentiz tumidi pectoris, ut introducatur à Diva vindicta. Unde multæ Nemeſes. *Venationibus enim intentum Alexandrum in Pago monte, eo tempoſo quo erat ornatu, ad Nemeſium ſanum acceſſiſſe tradunt. Cum verò ad fontem ſub platano proximis aquis irrigua, ſomnum caperet, obverſatas fuiſſe Nemeſes, & è templi penetralibus audita vox. Nemeſes quidem plures, non unam tantum venerantur, & earum matrem Noctem perhibent. Athenienſes eius, quam Rhamnuiſiam colunt, oceanum patrem diſtitant. Pauſan. cap. 210. qui cap. 227. addit: Non longè à teatro ades duæ ſunt: Nemeſis una, Veneris altera. Earum ſigna è candido lapide ſunt, inſigni utrunque magnitudine. Pierius verò Valerian. 54. cap. 9. Mali ramus (ait) Nemeſi geſtandus dedicatur, eò quod Veneris habitu Nemeſis Dea ſit primum ſolita figurari. Idem Suidas in Collection.*

13 Pridem alas imago Nemeſis non habebat, ſed poſtquam Veneri iuncta, appoſuerunt adutum. Chartar. d. ex Ammian. Marcellin. quod ſupr. inquit: *Nemeſis ſimulacrum, neque aliquod aliud antiquum alas habebat; ſed poſtea apud Smyrneos ſimulacra alata fuerunt, & ipſi Nemeſi ala addita, veluti Cupidini; quia huius Dea Numen in ijs potiſſimum apparere autumant, qui amore capti ſunt, & qui ob formam faſtu tument.* Iccirco Echo dixit Narcifſo, apud Ovid. 3. *Metamorphoſ. fab. 5.*

— *Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te:*

Eſt vehemens Dea: ledere hanc caveto.

Nescio an hoc intuitu frenum, quod Nemeſis inſigne detur Amori. Otho Venius hinc obſtinato pingit Amorem frenum iniicere; *Emblem. Amor. 45.* Cecinit Seneca in *Hippolyt. Act. 2. v. 572.*

Sape obſtinatis induit frenos Amor.

Inſtat, ut vapulet, quem verberat, & vel noſentem ſubigit. Ovid. 3. *Amor. Eleg. 10. v. 52.* Solet invitis iniicere iugum. Propter hoc,

Quid mētuis puerile iugum? Quid frena recuſas?

Te nè reſiſtendo vincere poſſe putas?

Falleris.

14 Etiam Nemeſis pingebatur *Spe. Alciat. Emblem. 44. & 46.* ut ſpes non ſit ultra menſuram, uti monet Pindarus in *Nemeis, Od. 8. v. 14.* ſimulque ut Nemeſis freno ambitionem compeſcat, de quo ſæpe egimus, *Tom. 1. T. 3. D. 11. n. 2. — Tom. 7. T. 1. D. 7. n. 2.* Unde Alciat. d. ſuccinit:

Spes ſimul & Nemeſis noſtris altatibus adſunt;

ſcilicet ut ſperes nil, niſi quod liceat.

Aliàs quoque collocata cum Fortuna, imò habita pro Fortuna, eodem habitu & inſignibus; quoniam ſine freno ac menſura, quæ Fortuna proſpera, facie nigra. *Nemeſis & Fortuna inter ſe valdè ſimiles videntur; ita ut aliqui, idem Numen eſſe, ſint arbitrati.* Chartar. d. & Martian. Capella, 1. *Philolog. Perproptiè Fortuna dicitur Nemeſis; quia ſine freno præceps & amens ruit: ſine menſura, in pelago felicitatis naufragatur.* Vide 4. *Ianuar. n. 9.* Navi vehitur, & velis utitur; ſed ne proſperitate in perniciem abutatur, opus Nemeſis & freno & cubito. Optime Horat. 2. *Carm. Od. 10. v. 22.* accinit:

— *Sapienter idem*

Contrahit vento nimum ſecundo

Turgida vela.

15 Per Nemeſim ſiccine ſignabatur ſimiliter *vita proſpera*, quia proſperitas vitæ vertitur quali in cardine in menſura rationalium operationum, atque freno appetitus in pronitatem ſclerum, quo vita felix. *Epictet. Enchirid. à ſect. 8.* Medio tutiſſimus ibis. *Virtus eſt medium vitiorum, & utrinque relictum.*

Succinit Horatius, *lib. 1. epiſt. 18. v. 9. & ſcitiè Martialis, 10. Epigram. 43.*

Vitam que faciunt beatiorem;

Res non parta labore, ſed relicta:

Non ingratus ager, focus perennis,

Lis nunquam, toga rara, mens quieta,

Vires ingenue, ſalubre corpus,

Prudens ſimplicitas, pares amici,

Convictus facilis, ſine arte menſa,

Nox non ebria, ſed ſoluta curis,

Somnus qui faciat breves tenebras:

Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis:

Summum nec metuas diem, nec optes.

16 Ann. V. C. 591. iuxta Briet. & 610. iuxta Stephan. Pighium Marc. Iuventius Thalna Conſul, gaudio obiit. Salas in *Parerg.* Collega fuit T. Sempronij Gracchi ſecundum Conſulis, quibus propter concordiam, mutuamque in functionibus conſenſum, cuncta ceciderunt ad votum, fortunaque laureas demifit in ſinum. Unde Iuven-tius cum re benè geſta in Corſica ſacrificaret, acceptis à Senatu literis gratulatorijs,

Nemeſis Spe.

Alciat.

Cum Fortuna.

Quo intai-tur

Horat.

Idem.

Quæ & ex quibus vita felix?

Martial.

Mors ex gaudio.

præ voluptatē obiit, dum eas perlegit. Brier. d. & Plin. lib. 7. cap. 53. *Vix verisimile est* (inquit Valer. Maxim. 9. cap. 12. à n. 2.) *in eripiendo spiritu idem gaudiū potuisse, quod fulmen.* *Iuuentius Thalna, collega T. Gracchi Cos. iterum, cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret; receptis literis, decretas ei à Senatu, supplicationes nunciantibus, intento illas animo legens, caligine ortà, ante foculum collapsus, mortuus humi iacuit. Quem quid aliud, quam nimio gaudio enectum, putemus? En cui Numantia aut Carthago excidenda traderetur? Apprimè epiphonema. Haud potuit ferre secundam fortunam. Opus fuit illi & cubito & freno. Tot elationis spiritus pectus hausit, ut abrumperetur pectus & deficeret spiritus. Inspectà ergo epistolà, per oculos fatuè devolavit anima, & mortuus iacuit, quo comite Nemesi, felicius vivere potuit.*

16 Anno abhinc 100. ac V. C. 710. ostenta apparuerunt, quasi omina necis C. Iul. Cæsaris. *Fulgores quidem cœlestes* (refert in eo Plutarch.) *& strepitus passim auditos, & aves solitarias in forum delapsas, mirabilia prodigia & ostenta referre; ut tante rei signa.* *Strabus Philosophus narrat, multos homines ignitos per aëra deferrī visos, colonemque quendam è manu multum flamma effudisse, visumque ardere; sed flammis cessantibus, nihil habuisse mali. Ipso Cæsare immolante, hostiam corde carere visam: idque pro gravi ostento habitum, quod natura non ferat, uti ullum animal sine corde sit. Iam illud à multis commemoratur, quendam ei ariolum prædixisse, ut Idibus Martij magnū periculum caveret. Eadem apud Goltz in vit. Cæsaris, à pag. 150. ubi multa excerpta ab AA. non infimi subfellij. De litera eius nominis prima in statua deleta à fulmine die centesimo ante eadē, dicemus 6. Decembr. Paucos ante menses cum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni (ait Sueton. in eo, cap. 81.) ad extruendas villas, sepulchra vetustissima disijcerent, idque studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutatores reperiebant; tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuæ, sepultus, inventa est, conscripta literis verbisque Græcis, hac sententia: *Quando ossa Capyis detecta essent; fore, ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur: magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur. Cuius rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet; auctor est Cornel. Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecravit Marti, ac va-**

gos & sine custode dimiserat; comperit pertinacissimè pabulo abstinere, ubertimque sterere. Propterea Plin. 8. cap. 42. inquit: *Præfugiunt pugnam, & amissos lugent dominos, lacrymasque interdum desiderio fundunt.* *Interfecto Nicomede Rege, equus eius inedia vitam finivit.*

17 Athenis sacra Marti in Areopago. *K. Græc.* Longè hoc sine sacrum à festo inter Thraces, de quibus Phornutus de Natur. Deor. n. 21. *Colitur maximè à Thracibus & Scythis, ac huiusmodi farinæ gentibus; quando apud illos rerum bellicarum exercitium honore floreat, ac iustitia neglectui habeatur.* Vid. 23. *Februar.* In Areopago sacra, quia ut ait Apollodor. 3. *Biblioth. num. 29. Neptunus Martem in Areopago cadis reum agit. Is duodecim Deorum sententiâ iudicatus, absolvitur.* Quis fuerit, & quare in Numen assumptus, promit Chronicon Alexandrinum. *Nino successit Rex* (ait, pag. 89.) *qui dictus Thuras, cui pater Martis nomen indidit à Planeta. Hic acerrimus bellator, qui expeditione adversus Aquilonis plagas suscepta, Caucasum quendam è stirpe Iapethi, filij Noe, ortum bello aggressam, interfecit, eiusque regnum invasit, atque in Thraciam progressus, ibi extinctus iacet; cui Marti primam Assyrii excitarunt columnam, & pro Deo coluerunt, hodieque Persica voce Baalem nuncupant: quod Græcè translātū, Deum belli sonat; qui est Aris, seu Mars. Huius in Daniele & tribus pueris sacra Prophetæ oracula meminere; cum adorare Martem frustra cogerentur. Quid mirum quod sibi Nabuchus erigeret statuam auream specie Martis, qui tot nationes devicerat & subiugaverat? Apud Aquitanos Hispania populos (inquit Natalis Comes, 2. *Mytholog. cap. 7.*) *Martis simulacrum radijs ornatum, eximia religione cultum fuisse, memoria proditur. Quidam tradiderunt, Martem bellorum Deum fuisse creditum, quod is primum arma invenerit, & aciem strenuè extruere, omnesque bellicos usus, cum impios delere niteretur. Hinc fictum à Marte occisum Adonim, et si pugnaverit.**

In audaces non est audacia tata.

Ovid.

Ut canit Ovid. 10. *Metamorph. fab. 10.* In Areopago etiam fuit oraculum, quod in ambiguis ibi Martem consulebant. *Bulenger. de Oracul. & Vatib. cap. 28.* Articulum tangit Plutarchus, 2. *de Fortuna Alexandr.* ubi inquit: *Expiravit quondam apud Achivos Heraclidarum gens, ex qua de more Regem habebant: requirentibus Regem, his consulentibus oraculum, sortes edidit: Deus monstraturus Aquilam. Paucis post diebus Aquil-*

Sacra Marti in Areopago.

Thuras Rex.

Mars, Aris & Baal.

Statua Nabuchi specie atque forma Martis.

Unde Martis.

Oraculum eius in Areopago.

Aquila, que super volitabat, demisit se super Agonis edes. Ita Rex designatus Agon fuit.

19 Inter Gothos Scandaviz Martem in panno rubro adorarunt: alias cum gladio & galea adinstar Romanorum. Roman, in eor. *republic.* cap. 2. Velum rubrum pro Martis sanguinolentia, Bellonà curus Martis aurigà, in conflictu proximo, ferro & igne, à pluribus nationibus assumptum: quapropter non tam Mars panno croceo signabatur, quàm effectus Martis in pugna. Lungebatur etiam cum imagine Martis, Veneris simulacrum, sed cunctis armis ornatum, per quod ex bello signabatur pax. Ibid. & Natal. Comes, quò dudum. Hieroglyphicum profectò ingeniosum, tum quia pax debet esse belli propositum; tum politicè, quoniam sit commodius ac utilius pacis fœdus, Venere caraphractà, dum arma habentur in manibus. Sine Marte nihil auspiciatum arbitrabatur Gothi, illumque implorabant, ut in conflictu iuvaret, & Martem iuvabant, ubi suspicabantur illum periclitari in conflictu; quod fiebat, dum tonitrua mugiebant. Adinstar Thracum, de quibus Herodotus, 4. num. 26. dum tonat aut fulgurat; in cœlum sagittas exētiunt. Cogitabant Martem super cum gigantibus congregi, & sagittis auxiliabantur, ut victor prostratis hostibus è certamine exiret. Ibid. sed nihil horum inveni in Ioanni. & Olao Magn. qui exactè egerunt de Gentib. Septentrionalibus. Quid quòd à cultoribus iuvaretur, quum sæpe è pugna vulneratus exibat? Homer. *Iliad.* 5. v. 862.

DIES XIV. MARTIJ.

Rad. 24. *Piscium*, in quo navis Argo oritur. Columell. *Nepa occidere incipit.* Idem. De Nepa latè *Isagog.* Oētohr. à n. 1. *Aquilo per totum stat diem.* Ptolom. *Vir & Fœmina sedentes in throno:* Sphær. Arabic. Gradus præsentis diei putæalis iudicatur à Darioto. Mors Adami signatur hodie ab Eutychio, in *Annal. Alexandr.* ubi refert, Protoparentem præcepisse filio Seth, corpus suum sepelire cum auro, incenso & myrrha in spelunca Alcamuz (quæ post, *Duplex*, vel *Hebron*) & caput in medio tertæ; ubi operanda generis humani salus. Vide diem 25. num. 2. Eius testamentum, scriptum à septuaginta millibus Angelorum, notario Gabriele Archangelo, in papyro alba, & calamis Paradisi; videris apud Sgrabatam, lib. 1. *Archiv. divin. ti-*

tul. 6. Libros plures scripsisse; dicemus ex Arabibus, 6. *Maij*, num. 4. & ex Rabbis actum, 26. *Februar.* n. 2. Iuxta Ricciolum in *Almagest.* hac in die ante Christ. ann. 190, Lunæ eclipsis. Lucida *Coronæ* oritur vesperè. Alsted. *Uran.*

2 Anno 2114. inchoante, cum Thare patrem sepelisset, Deus filio Abrahamo promittit terram Chanaan; ad quam extemplo ex Haran venit, secum deducens Lot, & cunctos quos cum Sarai uxore sua ad cultum Dei veri, clavis miraculis fidelis reducerat. Briet. Serar. Salian. Turfell. & Torniel. *Ann.* cit. Eodem die ann. seq. reversum fuisse de Ægypto in terram Chanaan; astruunt Rab. Abrah. & Salom. Haud facillè conciliari quit huiusmodi cogitatio, cum alia similiter ludicra eiusdem fursus Magistrorum, asserentium in *Tradition.* in Genes. cap. 12. *Iuxta librum Esther, quæcunque mulierum placuisset Regi, sex mensibus ungebatur oleo myrrhino, & sex mensibus pigmentis varijs, & curationibus feminarum: ita potest fieri, ut Sarai, postquam placuerat Regi, dum per annum eius ad Regem preparatur introitus, & Abrahæ Pbarao multa donaverit, & Pbarao postea sit percussus à Domino, illà adhuc intactà permanente.* Mòdò hocine verum, quod sanè creperum, haud anno sequenti ab adventu in Chanaan, detentus qui per annum cum uxore in Ægyptum, reverti quibat. Somnium planè recutitorum. Unusquisque in viam suam declinavit.

3 Haud secus quod Ioseph. lib. 1. *Antiquit.* cap. 8. refert ex Nicolao Damasceno: nempe, quòd Abrahamus regnavit Damasci, inclutus regno factus in Syria tota. Iustin. lib. 36. sententiam sequitur: *Post Damascum (infit) Abraham & Israel Reges fuerunt; sed Israellem felix decem filiorum proventus Maioribus suis clariorem fecit.* Qua veritate refert; ibid. exprimitur, subdens: *Moysen fuisse filium Ioseph.* Ethnici plerunque Scripturam corrumpunt. De huiusmodi Abrahæ regno (ait Bolduc de *Ecclēsia ante legem*, lib. 3. cap. 1.) allusivè fumentam historiam. *Quid (subdit) si Damascus ille fundator, aut Rex Urbis Damasci, cum in sua urbe pia Abrahæ vidisset exercitia, illius exemplo relicta cognatione suà, sequi eum voluerit, secumque manere in terra Chanaan; quem pro sua morum gravitate, & rerum experientia, Abraham, dum in Ægyptum & alibi peregrinaretur, procuratorem domus suæ constituerit, suas vices gerentem in omnibus tabernaculis: quem quidem honorum suorum reliquisset successorem*

Imago Martii

Quare cum Veneret

Quomodo in pugna iuvabatur.

Pid. Id.

Mors Adami.

Abram pergit in Chanaan.

Ex Ægypto recutitur.

Non fuit Rex Damasci.

rem & heredem, si sine liberis mortuus fuisset. Papæ!

Cognito Ioseph, fratres revertuntur ad patrem.

4 Anno 213. à reditu Abraham ex Ægypto, pronepotes eius filij Iacob, læti exierunt è Memphi (hospites per dies aliquot facti fratris Proregis, incogniti Ioseph, ab illis iam cogniti) in terram Chanaan, & exultantes nuncio felici, sed insperato pro tunc à Patre Iacob, vitæ & prosperæ cum summa dignitate Iosephi, quem pridem vendiderant, & pater deplorabat. Verùm cum Iosephi mandatis in Iacobi solamen, Pharaò cum muneribus regijs misit currus, & necessaria ipsi & cunctæ familiæ ad iter agendum: ex *Genes.* 45. à 13. Ad 29. *Februar.* n. 4.

Viso Rubi.

5 Inter Hebræos etiam hac die celebratur visio Rubi sine læsione ardentis, quæ visio duravit (iuxta Rabbinos in *Seder-Olam*, cap. 5.) ipsi Moyse per octo dies, incipientes à die octavo Nisan, & per septem cum illo locutus est Dominus, usque in horam præparationis agni Paschalis futuri ad diem 15. quo die anno sequenti egressi sunt filij Israël de Ægypto. De articulo visionis Rubi, diximus, 2. *Februar.* n. 1. Loco cit. simul ab illis signatur pervigilium Paschæ, exterminatio fermenti, sacrificium agni præparati cum hædo die decimâ, & immolatio eius diei 14. Lunâ extremâ, cum ritu præfixo, 12. *Exod.* Dies fuit Iovis iuxta Torniiell. & Leonard. Mar. in *Kal. Iud.* & hac ipsa nocte percussi sunt ab Angelo in Ægypto omnes primogeniti. Hæc ultima & decima plaga in noctis medio, simulque idola cuncta cum delubris terræmotu & fulminibus redacta in pulverem. *Numer.* 33. 4. *Isai.* 19. 1. Hieronym. *Epist.* 127. *Mansion.* 1. Euseb. de *Præparat. Evang.* lib. 9. cap. ult. Alapid. in *Exod.* 12. 12. Caietan. & Rabbini commenti sunt, templa lapsa; sed redacta in pulverem lapideæ idola, putrefacta lignea, & resoluta metallica. Cuncta sanè corruerunt, excepto Simulacro Beelsephon, de quo die 20. à n. 3. Additur in Thargum Babylonico, & in *Panteb. Hebræor.* cap. 7. à Kircher. *Idola certâ divinandi arte, & Astrologiâ scientiâ constructa, facta fuisse in similitudinem iumentorum.* Arbitror, tacuisse nec posse loqui, iumentorum adinstar. Desipit Iustin. quò supra, dicens de Moyse: *Dux igitur exulans factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit.*

Plaga decima Ægypti.

Idola contrita & templa.

6 Sacra quæ secum tulit, fuerunt ossa Ioseph. *Exod.* 13. 19. Mira fingunt in huiusmodi articulo Hebræi. *Factum est* (inquunt Rabsis & Ionathas, refertque Petr. Comest. in *Exod.* cap. 27. Percriusque in *Genes.* 50. v. 23.) *ut Nilus præter solitum*

Tom. I. Epheuer,

inundaret terram, in qua erat sepulchrum Ioseph. Tenebantur Israelitæ iuramento, asportare ossa eius; sed nequibant tollere. Tulit Moyses, scriptum in lamina aurea nomen Domini Tetragrammaton; quæ superposita aquæ, supernatavit, usque dum veniens staret supra ubi erat sepulchrum; & effodientes sustulerunt ossa, quæ sublata leguntur, eis prophetaffe, fortè difficultate itineris. Tamen Hebræi tradunt, quòd ovis ex improvise assittit iuxta eos, quæ locuta est. Ob quam rem duxerunt eam secum multo tempore per desertum; & dixerunt eam Ovem Ioseph; de qua *Psal.* 79. *Qui ducis velut ovem Ioseph:* Insigne prorsus delirium! Perer. d. n. 54. & Kircher, quò dudum, cap. 10. Quasi nulla tunc à Numine facta miracula, Rabbini nugis & nugis gloriantur cogitantes deridicula.

Ossa Ioseph transporta-

12.

Quantum ovem Ioseph?

7 Hæc prima dies Azymorum inter Hebræos ad solemnitatem Phasæ, per hebdomadam, etsi tunc per triginta dies comedissent, quousque datum Manna; ut notat Ioseph. 2. *Antiquit.* cap. 5. In memoriam insipidi huius panis (austeritatis servitutis Ægyptiæ symboli) posterioribus sæculis instituta est hac in die *Cæna pura* dicta: hoc est, austeræ. Apud Profanos diversimodò cœna pura accipitur: qua de causa ex Fest. Pompeio, lib. 3. à Malucend. 9. de *Anti-Christ.* cap. 32. dicitur: *Ab antiquitate etiam nunc ossa porcina cum cauda suis, in cœnis puris, ossa penita vocatur.* Longè huiusmodi accceptio inter Hebræos, quibus prohibita huiusmodi dapes. Dixi quid inter hos *cœna pura*, Tom. 3. T. 8. à n. 23. Vide Baron. *Ann. Christ.* 34. n. 154. Snar. in 3. p. D. Thom. quæst. 50. Disput. 40. sect. 4. & sententiam Chryostomi hîc die 25. num. 11. Post templum extractum (nonnulli arbitrantur, & post ingressum in terram promissionis, ubi Tabernaculum cum Arca fœderis) hæc in die lege latâ, omne masculinum apparere debebat coram Domino. *Exod.* 23. 17. & *Deuteron.* 16. 16. Tunc apparebat Dei specialis populum erga protectio, & continuo miraculo: etenim hostibus Israël nunquam venit tunc in mentem expugnare illorum civitates, civibus ac bellatoribus vacuas, sicut pueris ac sequiore sexu plenas. Hocce portantum observarunt Rabbini cum Petro Cunæo, lib. 1. de *Republ. Hebræor.* cap. 7.

Prima dies Azymorum, & Phasæ.

Et Cœna pura.

Portantum dam omne masculi currere Ierosolymis ad Phasæ.

8 Diluculo ad diem sequentem, egressi si Duce Moyse Israëlitz de Ægypto; quin inter illos ullus esset infirmus (*Psal.* 104. 37.) sexcenta ferè millia peditum, & vulgus promiscuum innumerabile. *Exod.* 12. 37. Ioseph. d. & Adrichom. in *Chroniq.* ex *Genes.*

Egressio Israelitarum ex Ægypto.

Mium

brard,

brard. quos Tornelli: sequitur. Venerunt ergo ex Ramesse in secundam Mansionem, dictam Socoth: idest, Tabernacula. Numer. 33. à v. 2. Adrichom. in Pharan, n. 94. Leonard. Mar. in Kal. Judaic. & Seder-Ol. cap. 5. Quo in loco quotannis celebrari præcipitur festum Phase cum septem Azymorum diebus; simulque sacrari omne primogenitum. Exod. 13. à 1. In exitu Israel (delirat Galleottus Martius, cap. 38. de Doctrina promisc.) de Ægyptiaca captivitate, ordo rerum immutatus est, & Sol suo recto tramite derelicto, ad insueta loca pervenit. Ea enim tempestate Scythas, frigidissimo loco positos, tantus æstus invasit, Sole super eorum capitibus vagante, radiosque perpendiculares iaciente; ut sub torrida Zona locati iudicarentur: & Æthiopes aliàs à Sole, eiusque calore vexatos, eo tempore mutato cursu, frigus oppresserit. Hinc incendium Phaethontis. Ingeniosum sanè caput! Exposuit profectò Ovidium, 2. Metamorph. fab. 1. effutientem: Tum primum radijs gelidi caluere Triones, Et vetito frustra tentarunt equore tingi. Quaque Polo posita est glaciali proxima serpens,

Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras.

9 Rabbini haud sine suffragio in huiusmodi commento, in Psalm. 113. à 1. signantes in exitu Israël de Ægypto & populo barbaro exultationem, & montium choreas. Diximus ex Rab. Isaac, Tom. 6. T. 4. à n. 28. & refert sententias Genebr. loc. cit. ubi ex illorum cerebro infit: Omnia adventu Dei præter naturæ ordinem commota sunt. Sese mare contraxit per sex totos dies vel octo. Itaque aliquot dies in transitu consumendi fuerunt, quantumvis Israëlité acceleraverint, nisi per modum miraculi. Omnes Hebraei putant è mari exiisse die septimo Pasche, iam verò sex diebus è Ramesse, unde decimo quarto Nisan moverant, vigesimo primo pervenerunt ad Mare. Hinc per sex dies vel octo aqua liquida solidari cœpit. O crania vacua! Vide diem 21. à n. 6. Ethnici cum ad lubitum abuterentur sacris, desipuerunt in vanitatibus suis. Audiverant ministrū Dei, equitem apparuisse humanā formā Israëlitis in transitu maris, unde educti dixerunt: *Iste Deus meus*, &c. Exod. 15. 2. Ineptias cogitarunt (sicut Galleottus) & insanias falsas. Ægyptij (inquit Herodot. lib. 2. num. 46.) negabant, ullam Deum formā humanā existisse; sed intra hoc tempus quater Solem præter consuetudinem fuisse ortum: bis autem eundem nunc oritur, illis occidisse. Delirium etiam expressit Solin. cap. 35. dicens: *Ferans*

Ægyptij, à primis gentis suæ avis traditum: Ubi nunc Occasus est; quondam ibi ortum Solis fuisse. Nec ideo prævalet Galleottus: equidem post Solis in ortu & occasu diversitatem, subdit: *Nec tamen sub hæc aliquid in Ægypto est immutatum.* Vide 20. Octobr. num. 6.

10 Anno seq. celebratum est Phase post erectum Tabernaculum; in deserto Sinai. Numer. 9. à 1. Decernitur etiam vel immundis, vel iter agentibus Phase translatio usque in 14. Lunæ Aprilis: à v. 6. ut factum dicitur sub Ezechia, 2. Paralip. 30. à 2. Hoc anno & die contigit seditione Core & sociorum, livore in Aaron & filios eius propter sacerdotium collatum à Deo; quod æmulos terra deglutiret. Numer. 16. à 31. Ex thuribulis rivalium factæ sunt laminæ, & affixæ altari, in memoriam coniurationis & supplicij: v. 38. Tunc factum est miraculum grande in castris, quòd pereunte Core, filij eius non perirent. Ibid. cap. 26. 10. Ad Antilogiam superioris cap. v. 32. quòd dicitur devoratos à terra cum tabernaculis, ubi erant filij; responderetur à pluribus; pendulos auxilio Dei stetit in aère; quousque hiatus terræ adhæsit. In Seder-Ol. d. dicitur. Filios Core primum fuisse cum patre, sed recessisse, cum viderent terræ hiatus. De haccine terræ cæca cavea, ac de alijs rebus addunt Rabbini nugaces (ut refert Jacob. Gaffarel. de Curiosit. inaudit. cap. 7.) à Deo sub vesperam Sabbati, post Adam expulsiōem è paradiso, facta esse præfatum hiatus in Core ac sociorum exterminium; fontem aquæ sequentis Israël in deserto, Iridem, Manna, virgam Moysis thaumaturgam, tabulas legis, arietem Abraham, asinam Balaam, vermem Schamir; cuius sanguine tam saxa, quàm ligna in fabrica templi secebantur ad situs & artis amussim; & denique Cacodæmones. Plaudite cogitationes sine intellectu. Alijs melioris sensu placet, filijs Core Deum pepercisse, quia ex illis Samuel futurus, ut patet 1. Paralip. 6. à 33. Seder-Olam, cap. 20. asserit, filios Core prophetas fuisse in deserto per annos 40. Rabb. Abrah. blasphematur, addens creationem Satyrorum ineptijs præfatis; de quo egimus, Tom. 6. T. 10. à n. 24.

11 Eodem die, ann. 41. ab exitu filiorum Israël de Ægypto (alij solum signant, 40.) primo principatus Iosue, celebrant Pascha primum in terra Chanaan, & comedunt de frugibus terræ panes azymos; quo cessat Manna. Iosus 5. à 10. Adrichom. in Chronie. & Seder-Olam, cap. 11. Deficiente Manna, evanuerunt simul columnæ nubis & ignis;

seu

Secunda Mense
suo, Socoth.

Cursus Solis
rerūq; immu-
tati.

Ovid.

Ridiculum.

Secundo Pha-
se celebrant.

Core perit,
sed non filij.

Antilogia.

Qua Deus
post cuncta
fecerit

Cessat Man-
na.

feu potius una cum duplici munere. Alapid. in *Numer.* 20. 2. etfi dicat in *Iofue*, 3. 3. & alij DD. uti vidimus, die 10. n. 4. in transitu Iordanis iam evanuisse. Iuxta Ralsi, eodem die ab hoc articulo, ann. 184. probat Gedeon milites ad aquas; inventique sunt 300. ad triumphum apti. *Judic.* 7. à 4. Post annos 131. in sententia asserentium Beniamitarum exterminium cõtigisse post Samsonis mortem (aliter, qui astruunt post mortem Iosue, sub regimine Seniorum) hac quoque die, post victoriam totius Israel de præfata tribu, astruit Philo. Biblius in suis *Antiq.* Senatum, Præside Phinees, congregatum in Siko, & eius decreto raptas ibi fœminas in connubium reliquiarum Beniamin. Fallitur, quia per quatuor menses sederunt in Petra-Remmon. *Judic.* 20. 47. post cladem: & à pugna usque in hanc diem duntaxat transferant 39. dies. Vide 4. *Februar.* n. 3. & 6. *Iun.* n. 1. A victoria Gedeonis ann. 136. iuxta Briet. concipitur Samuel. *Superveniente die bono Pascha* (subdit Philo, d.) *votum fecit Anna uxor Elcana, si prolem masculinam susceperit, &c.* quæ habentur, 1. *Reg.* 1. à 1. Vide *Tom.* 5. *T.* 4. & 5. Ab hinc anno 483. iuxta Salian. in 18. regni Iosias solemnissimè celebravit Phasè; Latè 4. *Reg.* 23. à 23.

12 Hic etiam dies celebris, in Israel, sed extrà: Extrà profectò, quoniam non erant Israëlitz intra terram promissionis. Post captivitatem decem tribuum, hac in die exauditz à Deo orationes Tobiz senioris, & Saræ filiz Raguelis; *Tob.* 3. à 1. Vide postridiè, n. 3. Ab hoc articulo, anno 184. per Cyrum, iam Persarum Regem, soluta est captivitas Babylonica in die Paschatis. Septuagint. & Alapid. ad illud *Ierem.* 31. 8. *Adducam eos de terra Aquilonis.* Vide, diem 1. n. 4. & simul post 22. annos post templum à Zorobabele perfectum iussu Darij Histaspis, ac dedicatum (de quo, 3. *Februar.* n. 1.) celebratum est solemnissimum Phasè, cum septem Azymorum diebus. 1. *Esd.* 6. à 19.

13 Regnante nepote Darij Artaxerxe, anno regni eius duodecimo, postquam literæ in exterminium Iudzorum scriptæ ac notatæ ab Aman (de quo pridè n. 5.) hodie signatæ sunt Assueri annulo, illi tradito, & Susis appense; eodem in tempore cursoribus missis in omnes eius ditionis provincias cum Regis edicto ac imperio, ut omnes Iudæi interficerentur die 13. futuri mensis Februarij. Aman tunc in Regiam lætus profectus est, ut factum nunciaret Assuero, qui illum in epulum invitavit. *Esb.* 3. à 12. & Sanctius, hic v. 19.

14 Nimis cunctos Iudzos, qui Susis erant perturbavit ferale edictum, sed plus res deploratas lamentabatur Mardocheus, qui ululans scissis vestibus, indutus sacco, capiti cinere imposito, continuo curavit Reginz Estheri nunciare, nationem in summa tagula esse: ac demùm post varia hinc inde mandata, vel cum periculo vitæ docuit subvenire populo (quoniam lex vigeat, illico interfici qui Regi accederet non vocatus) illa utpotè pia, assensit patruo, ingressum spondens, etfi caderet, iubens Mardocheum congregare in Susis universos è professione, & ieiunare per tres dies & noctes; idem cum suis ancillis exequendum promittens. Factum est, & cunctis plorantibus, ac fletibus, animæ exponentibus amaritudinem, simulque orante ex corde Mardocheo (*cap.* 13. 8.) & Esthere in cinere: afflicta enim nimis, ac præ dolore cuncta loca, in quibus pridem lætari consueverat, crinium laceratione complevit: *cap.* 14. à 1. sequenti die sicut Rex & Aman indulserunt genio; Iudæi mœrentes ac ieiunantes quærebant, imò extorquebant è cælo auxilium: *cap.* 3. 15.

15 Hac quoque die cum Iudæi civilibus dissidijs sese sensim Romanis subderent; facta facta pace inter fratres Hyrcanum II. & Aristobulum etiam II. in ampliores flammæ erupit fota discordia. Monitu Antipatri, qui vitam privatam agebat Ierosolymis, Hyrcanus adit Aretam Arabum Regem, à quo adiutus fratrem vicit, compellens in templi recessum, instante Azymorum festo; quo in die Onias vir Deo charus, à Iudæis, faventibus Hyrcano, lapidatus est, uti diximus die, 9. n. 5. quam eadem continuo Deus est ultus. *Dum Aristobulus oppugnatur cum Sacerdotibus* (ait Ioseph. lib. 14. *Antiquit.* cap. 3.) *supervenit Pascha; in quo nobis mos est, multis Deum honorare sacrificijs: quibus, quia carebant obsessi; rogaverunt contribules, ut accepta pecuniâ, victimarum copiam sibi facerent. Illi verò pacti mille dracmas in singula capita, & representari sibi iubentibus; Aristobulus & Sacerdotes id fecerunt, & per funem è muro demiserunt pecuniam: at illi accepta pecuniâ, non reddiderunt victimas. Nec dilata est à Deo vindicta; sed procella vehemens immissa fecit per totam eam regionem, magnam vastationem fructuum; ita ut tritici modius veniret dracmis quindecim.* Idem Tornicell. *Ann.* 3981; à n. 1. & Adrichom. in *Chronic.* Ann. 3895.

16 Post 15. dies à morte Herodis, in ipso die Paschatis claruit, quis Herodis hæres; igitur seditione commotâ ante festum Azymorum, propter necem eorum, qui Aquilam

Gedeon probat milites ad aquas.

Consilium de reparanda tribu Benjamin.

Concipitur Samuel ex voto matris.

Phasè Iosg.

Exauditi à cælo Tobias & Anna.

Solvitur Babylonica captivitas.

Phasè Zorobabel.

Susis suspenditur decretum de Iudæorum strage.

De periculo monetur Esther.

Eius & Iudzorum ieiunia.

Disceptatio de summo potestate inter Hyrcanum & Aristobulum.

Fides publicæ calabat.

auram detraxerant à basi portæ Orientalis templi (de quo 22. *Ianuar.* à n. 1.) cum compescere leniter non posset; Archelaus Iudæ Rex, filius Herodis Magni, tria millia viro- rum trucidavit in templo in ipso Paschate. Ioseph. 17. *Antiq.* cap. 11. & 2. de *Bello*, cap. 1.

17 Christus anno ætatis suæ 12. remanet in Ierusalem. Alapid. in *Chronotax.* n. 6. inveniturque post triduum in templo. *Luc.* 2. 46. Castell. in *Christ. Peregrin.* asserit contigisse in *April.* 10. Sanat decem leprosos. Gisland. Fallitur, tum quia factum miraculum cum Christus ascendit quasi in occulto ad festum Tabernaculorum; ut dicemus 21. *Septembr.* tum quia in tertio Paschate non ascendit Ierosolymam; sed in Galilæam secedens defendit discipulos infamatos de manu impuritate legali ante prandium; ut observant Marian. & Alapid. A Reusnero erectio signatur sceminae curvæ in medio Synagogæ ex *Luc.* 13. 12. quod in Novembri factum, astruit Alapid. à n. 42. Post triennium, à Vitellio Romano, Syriæ Præside, custodia Sacræ stolæ Pontificiæ cum omni in Sacra ornatu (servata à Procuratoribus Iudæ) restituta est hac in die templi Sacerdotibus. Ioseph. 18. *Antiquit.* cap. 6. Vide fusè, 3. *Septembr.* n. 10. Tunc Vitellius è Summo Sacerdotio deposuit Iosephum Caipham. Ioseph. *ibid.*

18 Romæ, dies Ægyptiacus. Gyrald. Signantur hoc in die *Equiria posteriora*, quia priora facta 29. *Ianuarij*, ut vidimus, à n. 10. licet prima facta & instituta à Romulo, ut equitatus, & equitum fieret Iustratio & posteriora, ut numerus equorum (quia proxima expeditio) vere ineunte, integer in bellum procederet; decursu temporis, quippe tunc extra Campum Martium ac marginem Tyberis, in Circo & currebant & gyra- bant equi, dicti sunt *Ludi & Circenses*. Iul. Cæsar Bulenger. de *Circo Roman.* cap. 1. quod quidem astruitur ab Alex. Neapolit. 6. cap. 11. Panvin. lib. 1. de *Ludis Circens.* à cap. 3. ibique Ioann. Argolus idem asserunt: quapropter sumi debent pro Ludis Troia- nis, ut libavimus, loc. cit. Pridem duntaxat erant *Equiria*, prout à Romulo instituta.

Alter a gramineo spectabis Equiria Campo,

Quem Tyberis curvis in latus urget aquis:
Qui tamen electa si forte tenebitur unda,

Cælius accipiet pulverulentus equos.

Ovid. 3. *Fastor.* à v. 513. Eadem apud Anton. Constant. & Paul. Marsum hic, Rosin. 4. cap. 7. Festus Pomp. lib. 3. Elias Vinet. in *Anson. Edyl.* 26. n. 334. ex Varrone, 5. de *Ling. Latin.* Alex. Neapolit. 5. cap. 26. *Marti in Martio Campo (ait) Romulus Ludos in-*

stituit; quos ab equorum cursu Equiria nuncupavit: qui si aliquando alluvione Tyberis inundasset campum, in Cælio monte, ubi Martialis Campus erat colebantur. Festus lib. 11. inquit: *Martialis Campus in Cælio monte dicitur; quod in eo Equiria solebant fieri, si quando aqua Tyberis Campum Martium occupassent.* Ex quo intelliges (inquit Tiraquell. in *Alexandr. cit.*) *diversos fuisse Campos Martialem & Martium: & hunc quoque P. Victor collocat in 2. Urbis regione, qua est Cælimontium, iuxta antrum Cyclopi.* Hoc ludorum spectaculum vocat Bucelin. hic in *Kal. Histor.* genus Martialium ludorum. Illi *Mamuralia* videntur, sed falsò: egimus die 11. n. 11.

19 Ann. V. C. 605. iuxta Sallian. sed 604. iuxta Goltz. in *Fastis*, pag. 139. verum ut refert Tit. Liv. in *Epitom.* lib. 49. *Altero & sexcentesimo anno ab Urbe condita, Tertij Punici belli initium fuit, & intra quintum annum, quam erat captum, consummatum omnino est:* etenim Carthago destructa, ut videbimus, 23. *Maij.* iuxta L. Florum, lib. 2. cap. 5. Cato Censorinus inexpressibili odio, delendam esse Carthaginem pronun- ciabat, ostendens Senatui fides recentes ac dicens: *Ex Carthagine venerunt. Hostes ita prope: vidimus in Annibale.* E contra Scipio Nasica servandam Carthaginem asserbat; ne metu exule æmulæ urbis, luxuriari felicitas Romæ inciperet: & cum quiescere ambitus dominantium nullibi possit; foris si non habeat hostem, domi quærat, & inveniat, ut contigit bellis civilibus Marij & Syllæ, Cæsaribus & Pompeij. Ex secundo Punico bello pace parta per annos 50. Pœni & agrorum fertilitate, & maritimis commercijs in pristinam dignitatem atque vires convaluerant, ac amicos populi Romani subigere conabantur illustri exercitu & classe; qui de iniurijs apud Senatum questus: quapropter hic decrevit, eò quod contra fœdus naves haberent, extra fines exercitum duxissent, & amico pop. Rom. Masinissæ intulissent arma; bellum inferri. Livius, quod dudum.

20 Periculum caventes Pœni, antequam ullæ copiarum imponerentur navibus, maximè clade accepta sibi à Masinissa, modis omnibus Romanos demulcere conati, Uticenses Romam miserunt, per quos Legatos, Carthaginenses se suaque omnia Senatui debebant. Ea legatio veluti maximum belli omen grata Patribus, & ludi Diti Patri decreti & facti, inclinato Senatu in pacis fœdera nova. At infestum Carthagini L. Marc. Catonem Censorinum cum M. Manilio electum Con-

Decernitur tertium Punicum.

Archelaus crudelitas.

Christi gesta.

Restituitur Sacerdotibus custodia stolæ Pontificiæ.

Equiria posteriora.

Ludi Circenses.

Ovid.

fulem, submissiones quasi fictitiz irritatur; cuius sententia pervicit, ut perstaretur decreto, & quamprimum Coss. in bellum proficiscerentur; equidem iam pervenerant in Africam octoginta peditum & equitum quatuor millia. Senatus lactaverat legatos Uticenses, quibus polliciti sunt & agrum, leges patrias, & libertatem ea conditione, ut 300. obsides, principum Civitatis filios, intra 30. dies in Lilybæum mitterent, & facerent quæ Coss. imperassent. Sententiâ Uticensibus placuit; sed placuisse doluit.

21 Obsides statim missi sunt, legatique etiam oppidò venerunt Uticam, imperia Censorini Coss. excepturi. Hic arma omnia tradi iussit, & naves incendi. Utrumque, ægrè licèt, peractum: arma devectora plaustris, & gementibus cunctis classis incensa: additque insolentia Consulis (sanè ex condicito perfidi Senatus) ut quo vellent loco, a mari 80. stadijs remoto, urbem suam transferrent, eo enim loco stare Chartaginem, maris speculam, non placere Senatui. Potentia in insolentibus (potissimè per dolum) viget sine freno & iugo. His virtutibus Censorinus floruit Cato. Liv. ibid. & Plutarch. in eo. Expavit Carthago, civisque in ultimam perturbationem, ac desperationem adducti, se proditos à Romanis cognoverunt; quo omnes Italos ibi degentes supplicio affecerunt, discerpseruntque missos ac reduces Uticenses legatos, calamitate fanatici. Ubi nonnihil deferbuit furor, servi vocati in militiam, arma ubique prociduntur, ministrant etiam scemina crines ad machinarum funes. *Sedit sententia, quoquo modo rebellandum: non quia spes ulla iam superesset. Quis rebellantium fuerit furor* (refert Florus, d.) *vel hinc intelligi potest, quòd in usum nova classis, tecta domusque rescinderent: in armorum officinis aurum & argentum pro ere ferroque constatum est: in tormentorum vincula matrona crines suos contulerunt.* Accersitus itaque Asdrubal Masinissæ ex filia nepos (licèt exul) cum suis viginti millibus armatorum, cum quibus à muris Romani repulsi ac plerique cæsi; quorum etiam naves incensæ scaphis ardentibus secundo vento in classem immisis: excursionemque factâ castra Manilij cepissent (absente Censorino comitiorum causâ) ni Scipio Æmilianus, qui in excidium Carthaginis servabatur, impulisset intra muros; quod iterum præstitit, dum navalia Romanorum conati sunt inflammare. Denique Asdrubal Manilium in iniqua loca cum exercitu compulsam, ferè oppressit; quibus Romani demiserunt animos, & Carthaginenses extulerunt. Reliqua loc. cit.

22 Abhinc ann. 109. dies pridianus cædi C. Iul. Cæsaris, cuius præmissa ostenta plurima; sed pridie quam occideretur, refert in eo Sucton. cap. 81. *Avem Regalialum cum laureo ramulo Pompeiana Curia se inferentem, volucres varij generis ex proximo nemore persecuta, ibidem discerpserunt. Ea verò nocte, cui illaxit dies cadis, & ipse sibi visus est per quietem, interdum supra nubes volitare, alias cum Iove dextram iungere. Calpurnia eius uxor imaginata est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores spontè patuerunt.* Refert etiam Goltz. in *Cæsar. vita*, & Ravif. Textor, 7. *Offic. cap. 53.* Plutarch. in eò, eadem prodit, additque: *Pridie eius diei, cum apud Marc. Lepidum cœnaret, & accumbens, uti solebat, literis subscriberet; orta disquisitione, quodnam genus mortis esset optimum, omnibus antevertit, subitam inopinatumque mortem optimam esse, exclamavit.* Goltz. d. *Arma Marti sacra* (infir) *quæ aqua ipsum utpotè Summum Pontificem ex instituto servabantur, mota sunt: foresque & fenestra cubiculi ipsius non sine ingenti cæli fulgore, spontè patuerunt.* Tunc Spurinna monuit Cæsarem de proximo urgente periculo; quem Cæsar irrisit. Eademque nocte quidam amicus Cæsaris, *Cinna* nomine, secundum quietem visus sibi, à Cæsare ad cœnam vocari: cumque detrectaret, ab eo manu adduci invitus, atque repugnans. Eventus somnium futuræ necis eo die quo amicus Cæsar fato functus, prognosticum fuit. Honoris gratiâ enecto Cæsare, processit in forum, ubi illius cadaver cremabatur. Alius, *Cinna* dictus inter Cæsaris interfectores: sed hunc multitudo, nominis duntaxat tessera, miserabiliter discerpit; quo invitus ductus ad Cæsaris cœnam. Plutarch. d. Dum ostenta amicorum familiaritati formidinem incuriebant; coniurati in adibus Casij parricidium in diem crastinum decreverunt; quippe opportuna ad votum occasio. *Conspirati primum cunctati, utrum ne illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisi è ponte deijcerent, atque exceptum trucidarent; an in sacra via, vel in aditu theatri adorirentur. Postquam Senatus Idibus Martijs in Pompeij Curiam edictus est, facile tempus & locum pratulerunt.* Sucton. d. cap. 80. Cuncta audita observavit libertinus quidam & scripsit libellum, prodicionis atque proditorum indicem, crasque Cæsari protulit in via ad Curiam, illi dicens: *Hunc è Cæsare solus lege, & celeriter: scriptas enim continet res magnas, & tua plurimum referentes.* Plu-

Ostenta pridie Cæsaris cadem.

Cato Censorinus, perfidus & dolosus.

Quanta insolentia!

Virtus ex desperatione Carthaginensium.

Cinna somnium & fatum.

Plutarch. quò suprà. Libellum accepit Cæsar, sed conatus legere, interpellantium multitudine non potuit. Itaque manibus quasi lecturus retinuit, & sic in Curiam intravit, quò gladijs coniuratorum occubuit; ut postridiè dicendum, n. 22.

23 Hoc simul die sacra *Concordiæ & Munificentia*, seu *Magnificentia*. Pighius, Tom. 1. *Annal.* & Mafurius Sabinus, *Memorabil. lib. 3.* Aptè horum affectuum felicissimè nexus. Munificentia nonnunquam filia Concordia. Corda enim vincunt munera quæ dantur. De *Concordia* sæpè egimus, acturique sumus. Concordia ergo pingitur à Ioann. Paulo Bianchi, in *Exequijs Isabel. Hispan. Regin. pag. 61.* fœmina pulchra, fluxa veste, coronata olivâ, cuius in dextra malum-granatum, in sinistra fasciculus sagittarum. *Magnanimitas* verò, ab eodem ibid. pag. 56. vivaci aspectu, sinistra habens spoliū leonis, in dextra termitem, ad pedes tanquàm trophæum, oleam, coronam, gladium, & lanceam. Ibid. pag. 14. *Magnificentia*, ut matrona coronata, pallio regio, tuba in dextra, sinistra autem munera spargens. Ab Hemelario *Numism. aur. Tab. 24.* uti specimen Munificentia pingitur theatrum, quò viget Ubertas cornu Amaltheiz in astantis sinum effundens, atque misilia spectantibus spargens, quasi feminans ut Concordia percipiat fructum. Itcirco iunctæ illarum imaginis formæ, sub habitu Cereris cum spicis, & sub Veneris specie cum pomo. Cereris in designationem Munificentia: Veneris in symbolum speciosæ Concordia: advertus avaritiam; quæ sibi soli, nec sibi, corda removens, nec proprijs utens. Vel contra necessitatem, quæ prorsum vilis, vel forditatis pœnitens. Horat. 3. *Carm. Od. 24. à v. 42.*

*Magnum pauperies opprobrium iubet
Quidvis & facere & pati;
Virtutisque viam deserit ardua.*

24 In Bœotia die 22. Elaphobolionis, respondente XIV. *Martij*, iuxta Therpom-pum, lib. 19. sacra *Trophonia*, cuius antrum & oraculum vel extra Græciam celeberrima. Trophonius dictus artifex quarti templi Delphici, quò flagrav; sicut tertium igne liquefactum, vel hiatu terræ absumptum. Pausan. *cap. 321.* Hac de causa filius dictus Apollinis *cap. 311.* Ei lucus dicatus uti Numini, eo in loco quo absorptus terræ hiatu, ubi fovea, supereminente columna. Lucus ergo ornatur statuīs Cereris cognomento *Europa*, Iovis Regis & *Pluvij*, *Proserpinaeque Venatricis*, in eo quidem est Trophoni templum & signum, iuxta

quod oraculum. Ibid. *cap. 313.* & Bulenger, de *Oracul. & Vatis. cap. 123.* Videndi Cicero, 1. *Tuscul. qq.* Suidas, & Strabo *lib. 9.* qui & etiam Tit. Liv. 45. *sect. 117.* quem sequitur Alexand. Neapolit. 6. *cap. 2.* non antrum Trophonij, sed Iovis Trophonij vocant; in quo falluntur, eò quod inter Antiquarios nunquam Iupiter *Trophonius auditus*, uti observat Gyrald. *Syntagm. 2. n. 53.*

25 Varia à Græcis de Trophonio luco, templo, antro & oraculo efficiuntur. Alij comminiscuntur Trophonium Dædalum fugientem (cùm aliud effugium non haberet) in Lebadiam Bœotiz regionem, propter furtum supplicia formidantem, profectum, laruisse: ubi parato sibi domicilio subterraneo, per omnem vitam perseverasse: quo mortuo, vulgò creditum est, illic certa reddi oracula; ac Trophonio, perinde ut Deo sacrificari ceptum. Challimach. *Hymn. in Apollin.* Alij, Dædali opera suffuratum, cum aufugisset, terram hiatu diductam vivum absorbuisset: aliquot post annos, cùm Bœoti pestilentia laborarent, responsum Oraculum consultum fuisse: *Trophonij Manibus honorem habendum esse.* Verùm cùm ignorarent ubinam terrarum illius esset monumentum; apud indicio reppererunt: nam ubi eas conspexerunt è cavo quodam subscatentes, coniectarunt ibi Trophonium fuisse sepultum. Quare visum est, aliquem in antrum demittere. Qui ingressus, duos dracones obvios habuit; quibus mellitis offis obiectis, illæsus evasit: unde & mos inolevit, ut antrum Trophonij subituri, placentas aliquot secum deferant. Herodot. *lib. 8. à n. 41.* Cicero autem, d. tradit Trophonium ex ædificato Apollini templo, laboris sui pretium petijisse: nihil quidem certi, sed quod esset optimum homini, uti datum à Numine; cui assensit Apollo. Post triduum Trophonius subito mortuus.

26 Quæ de illo AA. referunt, arbitror ex Pausania prorsum excerpta: quapropter exponam quid hic protulit. Primum qui in antrum (ut audiat oracula, & sciat futura) descendere statuit; per aliquot dies manet in ædícula ibi sacra *Fortuna & Bono Genio*. Purificatur, & Hercyna fluvio se abluit, postque lavacrum ei victimarum carnes abundè suppeditantur, ex sacrificio facto Dijs, quorum imagines diximus collocatas in luco. Adest aruspex, qui cæsarum hostiarum viscera inspectet, nunquid Trophonius in antro consultorem accepturus placidè. Prius enim initiatur sacris, ut turò fiat in antrum descendens, & mens eius purificetur: qua de causa procedit in fontes oblivionis & memoriz. Cæsar. Rhodigin. 8. *cap. 5.* Alexand. Neapol. *lib.*

Sacra Concordia & Munificentia

Harum imaginis

Magnanimitas

Magnificentia

Necessitas vilis est.

Horat.

Trophonia sacra

Quis Trophonius?

Locus templi & signum

Varia de Trophonio.

Origo eius oraculi.

Ritus in oculum.

Ædícula Fortuna & Bono Genij.

Fontes Oblivionis & Memoriz.

lib. 20. cap. 10. & Plin. 31. cap. 2. Ipse Pausanias subdit: Prius ad amnis fontes ducitur: sunt verò duo inter se proximi. Bibenda illic est Lethes qua dicitur aqua, qua cunctorum ei, qua memoria complectebatur, obliuio contingat. Mnemosynes deinde, idest, Memoriae aquas potat; ut ne mens effluat, quominus qua intra ea penetralia viderit, omnia memoria contineat. Iam simulacrum contemplatus (nemini prorsus id ostendunt Sacerdotes, praterquam ijs, qui ad Trophonium sunt accessuri) eo signo conspecto, & cum multa religione votis nuncupatis, ad Oraculum progreditur, tunicam indutus lineam, ac tenijs incinctus, soleis popularibus in pedes inductis. Nudos demitti, vel federe solitos in aditu speluncae, & deinde flatu quodam abripi sub terram, gestareque secum placentas, quas Lemuribus serpentibusque tribuant; ait Erasmi. *Cibiliad.* 1. *Centur.* 7. num. 77. Nescit utrumque Alexand. Neapolit. quo dudum, dicens: In biatu subterraneo; tetro & horrido, imo & angusto recessu (ad quem scalis descenditur) consulentes de magnis difficultatibus nudi sedent, vel in veste alba, lineo vel purpureo amiculo; & ne quo periculo forent, placentas Lemuribus ferre oportebat.

27 Maximus Tyrius in *Socrat. demon.* serm. 26. In antro Trophonij (inquit) nam & huius herois oraculum est circa Lebadiam urbem, qui demonem adire velit, amictu induitur lineo, talari, purpureoque: libaque in manibus habens, supinus angusto ingreditur ostiolo; ubi vel visu vel auditu consequitur, ut cum inde erepserit, sibi ipsi interpret vatesque fiat. Tunc dabatur ei aqua Memoriae & portabatur in ædiculam Fortunæ bonique Eventus; ut ait Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 1. Pausanias d. articulum consultationis ita refert: In altum subsidit biatus haud amplius octo ferè cubitum. Ubi descensum fuerit, medium inter solam & antri testudinem cavernula est. Qui eò penetravit humi procumbens, melle subactas offas tenens, pedes prius in cavernulam illam immittit, mox toto ipse cum corpore sequens, genua in cavernam inserere nititur: ibi statim reliquam corpus veluti attractum, genua sequitur, non aliter quam si maximus & velocissimus amnis vorticibus correptum hominem ex oculis subducat. Qui certè intra penetrale descenderint, futura non uno aut eodem cognoscunt modo. Per easdem fauces patet omnibus reditus; sed itinere retrogrado, praecursibus pedibus. Redit ex antro (dicit, cap. 314.) adhuc terrore attonitus, suimet atque omnium oblitus, respiciens paulò post,

Qui in antro descendit, visum amittit.

eò quòd ei pristina mens, & risus redit: Scribo hæc (subdit) cum ad Trophonium consulendi causa ipse etiam venerim.

28 Aliter nonnulli. Bulenger. & Maiol. d. dicunt, descenditibus ad Trophonium, risum adimi. Qui post consultum Oraculum, inde digressus, semper afflictus & iacenti nunquam ridere solitum. Alexand. ab Alex. d. & Erasmi. quo supr. ex Aristophane in *Nubes*: simulque subdit Bulenger. Non ultra annum vive: emittit terra alios quidem longè, alios longissimè: quidam & ultra Locros, Phoenesque emittuntur: plerique etiam ad Bæotiorum fines. Expositio ad libitum est, cum Paulus Æmilius, Apollonius Thyaneus, Milites Syllæ, Empedocles, ipseque Pausanias post descensum, diu vixerint; postque risus eis redditus cum pristina mente. Videtis Plutarch. de *Socratis demon.* in *Sylla* etiam & *Paul. Emil.* Vidimus ex Pausania per easdem antri fauces descenditibus patere reditum, & non alibi corpora duci; unde liquet AA. voluntaria cogitatio. Neminem omnino (inquit) ex ijs qui eò pervaserint, non reducem evasisse, affirmant; uno excepto, qui de spiculatoribus Demetrii fuit. Illum certè neque eorum quicquam sacrorum, qua fieri ad sanum illud religione sancitum fecisse, nec seiscitandi causa, sed quòd argentum & aurum se esportaturum sperarat, introisse, aiunt. Eius itaque cadaver in diversam partem, & non per sacrum biatus illius ostium eiectum. Idem profert Maiolus.

Hinc brevis vita.

29 Propter cænodoxiam, vanissimamque gloriolam Aristæus, Empedocles & alij specum Trophonij ingressi; scilicet, ut fictis vaticinijs divinitatis famam inter stupidos acquirerent: quapropter alij in specum se abiderunt (ut ipse Trophonius, Pythagoras, & Zeno, de quibus actum) ut cum eorum reliquæ handquaquam superessent; haberentur heroes inclyti, vel Numina. Empedocles clam relictis foccis (qui ærei, ut refert Laert. in eius vit. lib. 8. cum tintinnabulis, ut observat Ioann. Baun. 1. p. de *Vestit. Hebr. Sacerdot.* cap. 3. num. 4. Ætiam ascendit & in eius ignem se coniecit, eo infano vanoque consilio; ut cum nunquam & nusquam appareret, haberetur immortalis: at mors eius patuit per crepidas. Insignis Magus fuit. Adi Plin. 30. cap. 1. Rhodigin. 3. cap. 5. & 19. cap. 7. & Laert. d. Omnes hos vanitate, arrogantia tumoreque, sed modestæ speciei, antecellit Apollonius Thyaneus; de quo Eusebius *advers. Hieroclem.* Rhodigin. 17. cap. 13. & 16. Dio Cassius, *Histor. Rom.* lib. 67. Ælius Lamprid. in *Alexandr. Sever.* cap. 29. Vopisc. in *Aureliano*, cap.

Quis Empedocles?

Quis & qualis Apollonius Thyaneus?

cap. 21. Porphyr. lib. 3. de *Sacrificiis*. Lucian. in *Pseudomante*. Chrysoſtom. Orat. 2. in *Judeos*. Hieronymus, *Epist.* 103. Ambros. in *Apoſtol. Symbol.* cap. 29. Arnob. 1. *Adverſ. Gentes*, Nicephor. Calliſt. 3. *Hiſtor.* cap. 11. Sidon. Apollinar. *lib.* 8. *Epist.* 3. alijque PP. Singulares huius veteratoris præſtigie, quæ tanquàm prodigia à Flavio Philoſtrato, 8. libris referuntur; & quantum Chriſtiane fidei nocuerint, tunc coaleſcenti; exponit Laſtant. Firmian. *lib.* 5. potiſſimè miniſtro dæmonis Hierocle, libro, titulo *Philalethis*, quo ſcribit, non paria, ſed maiora, potioraque miracula facta per Apollonium, quàm per Chriſtum. Proh dolor! Ritus in immortalitatem inter impoſtores inolevit, mori vel occidj ſecretò: quapropter quidam Apollonij irriſor dixit ei: *Extra muros camus. Ego tuam cervicem amputabo, & enſem dimittam, & tu vir divinus putaveris.*

30 Hic nefarius impoſtor iactabundus, veſte dixit de rebus arcanis Trophonium interrogare; profectusque eſt ad oraculum, à cuius aditu per ſacerdotes repulſus, cum ipſe ſine ullo ritu intenderet penetralia uſque tranſire. Ipſe aurem pluribus comitatus dubià luce ad ſpeluncæ fauces venit, refulſiſque quatuor obeliſcis, quibus oſtium antri clauditur, cæcè ſub terram penetravit cum ſua lacerna quaſi in colloquium iret: quod quidem Trophonio tam gratum fuit, ut per ſomnium ſacerdotibus præciperet, Apollonium in admirationem audire; quippe poſt exitum miranda quædam illis oſtenſurus: quod utique fecit, relinquens libellum à ſe ſcriptum de ijs quæ in antro viderat & audierat: qui liber poſt Apollonij fatum, quaſi munus pretioſum delatus Antium ad Adrianum Imperatorem. Philoſtrat. in eo, *lib.* 8. *cap.* 8. Hæc profectò per dæmonem ab illo diſpoſita ut altiùs federet proximè meditata impoſtura, de eius mirabili morte. Alij in Lindo mortuum aſſerunt, quòd Paladis templum ingreſſus, ex hominum oculis diſparuiſſet. Alij in Creta mirabili modo interiiſſe narrant. In Diçtæ Matris templum, quò plurimæ divitiæ erant, intrare cupiens; à cuſtodibus prohibitus, imò ſurem cum arbitarentur, & ſacrilegum in ſupplicium ligaverunt: nequibat niſi per Magiam illuc pervenire; quin diſcerperetur à canibus, in quos placandos aliquam eſcam medicatam atuliſſet. Tacuit, ſed medià nocte fractis vinculis, cuſtodibusque expergeſcit, acceſſit ad fores templi, quæ ei ſpontè ultròque patuere; illoque ingrediente vox virginum cantantium audita: *Veni de terra, Veni in cælum; Ascende, Veni à terra*

furſum; Idem ibid. *cap.* 12. Quis non ætio-
gelus?

31 Parùm probè (ut potiùs dicam, dementer, affectu infano, quia arridebant quæ facta) ſcribit Philoſtratus & Hierocles ſequens Cellum, quem nervoſè confutat Origenes. Unde ille tam de morte quàm de nati-
vitate huius ſeducoris plura quaſi mira-
effutit. Natus exponitur Apollonius ante
tempus; & in prato, quò monita mater per
ſomnium, ut ibi flores ſelegeret: ibi ſopora-
ta cantu olorum excitata, inter flores pepe-
rit puerum: qui quidem illicò in ſuperio-
rem ætheris partem elatus, evanuit; cum
priùs fulgur è cælo in terram deſcendiſſet.
Ei ibi fanum extructum, tanquàm Iovis fi-
lio, ut ipſe itidem diçtitabat: ob cuius me-
rita & excellentiam geſtorum Deus Optim.
Maxim. Iupiter, Tyana Urbi Græcæ in ſi-
nibus Cappadociæ, donavit fontem dulciter
frigidum, guſtu ſuavem probis; ſed periuris
qui frigidus, in viſceribus ebullit, erumpens
in vomicas, quia ab eius aqua removeri
poſſint infidi peierantes. Hactenùs Philo-
ſtratus, *lib.* 1. *cap.* 4. qui cap. antecedenti af-
firmat, Matri prægnanti apparuiſſe umbram
Protei, cui dixit: *Quidnam paritura?* Et
Proteus reſpondit: *Me. Quadrat ad unguem*
ex Protei varietate formarum, ſpeculum A-
pollonij magicarum ſeducionum. Idem re-
fert Heſyhius Illuſtrius de *Viris claris*, *cap.* 1:

32 In morte eius quæ prodigia haud
comminſcitur? Viſus eſt vità ſanctus de
animæ immortalitate diſputare & curioſum
docere, & metricè; unde & Apollonij ora-
culum: *Omnium ore tanquàm Deus colitur*,
(concludit Philoſtratus, *cap.* ult. *lib.* 8. eius
hiſtoricus) *Sepulchrum autem tanti viri, aut*
ſepulchrale nunquàm vidi; quanvis magnam
habitabilis terra partem peragraverim. Pro-
clive itaque dicere, non eſſe in terra. Inve-
nit Antoninus Caracalla qui iuxta Dionem
lib. 37. inſigne monumentum & heroicum
huic nebuloni extruxit. Videſis Maluend.
de *Anti-Chriſt.* *lib.* 1. *cap.* 17. & 3. *cap.* 26.
Suïdam, Paulum Diacon. 8. *Miſcell.* *cap.* 9.
Anaf. Nicænum. in *Sacr. Scriptur.* quæſt.
23. Baron. *Ann. Chriſt.* 302. Æneam Ga-
zæum, Dialog. de *Anti-Chriſt.* & in *Theophras-
to*, denique Iuſtin. Martyrem, ad *Oribodo-
xos*, q. 24. De alio Trophonij antro & ora-
culi modo ac ritibus, dicemus 6. *Novembr.*

33 Inter Arcades *Cereri Iſidi* ſacra:
Nymphodor. de *Reb. Barbar.* Ex Ægyptijs
videtur huiusmodi ſacrum, in quo Græcia
Iſidis nomen convertit in *Cererem*. *Cerereſ*
ſanum eſt, in quo Mantinenses feſtos dies
quotannis agitant (inquit Pauſanias, *cap.*
242.)

Epist. præſi-
giæ

Adora

Ortus

Font Tyana

Sepulchræ

Ceru Iſi

Fons Arno.

222.) ubi fons est prope militarem viam nomine Arne. Causam nominis *Arne* Arcades prodidere. Rhea cum Neptunum peperisset, puerum in ovile abditum, pastoribus inter agnos educandum tradidit: quia igitur circa hunc fontem agni pascebantur, in quorum grege Neptunum abdidit Rhea; ab agnis illis (Arnas Graeci vocant) fontis nomen inditum. In rem Romæ (ut legitur apud Angel. Rhocha, *Bibliothec. Vatican.* pag. 96.) Prima secundæ columnæ parastaticæ facies (infit) *Isidem Aegyptiorum Reginam capite coronâ regiâ, ac Lunulâ semiplenâ redimito, levâ sceptrum frumentique spicas quinque gestantem representat; ad cuius reginæ pedes crocodilus cernitur. Hæc è Græcia in Aegyptum sese recipiens, Aegyptios literas docuit, & terras colere instituit, & prima spicas capite circumtulit. Hinc eam Aegyptij vitâ suntam ob beneficiorum memoriam, magnis honoribus tanquàm Deam prosecuti sunt, eisdemque sacerdotes instituerunt, terram eius nomine, hoc est, *Isidem* appellarunt. *Isis* linguâ Aegyptiorum terra nuncupatur. Elucet iam *Ceres Isis*. Vide prælibata, n. 23. equidem etiam *Isis* pingebatur cum pomo, ut refert Cœl. Gregor. in *Observat.* ad Natal. à Comitib. *Mytholog.* cap. 14. Cicer. 3. de *Natur. Deor.* Plin. 7. cap. 5. Palæphat. 1. de *Fab. non cred.* n. 7. & Augustin. 18. *Civitat.* cap. 6. Fictum etiam in fonte Cereris Neptunum conversum in agnum. Unde Matronæ Romanæ post Cereris in sacris agnum sibi substernebant, sicut Græcæ in Theiosphorij. Plin. 34. cap. 9. Mutarunt animal in fruticem, *Agnum castum*. Videtis, 26. *Ianuar.* n. 11.*

Neptunus in agnum.

34 Apud Siculos celebrabantur *festæ epeborû*, hacque in die maius & solemnus, dictum *Sicelon*. Scholiastes in *Edyl.* 7. Theocrit. *Festum apud Siculos erat* (inquit Meurf. in *Græc. fer.*) in quo epeborum certamen, scillis sese verberantium (Vernaculè: *Cebollas silvestres, Cebollas albarranas: alij, malle aureis*, sicut in partibus Septentrionalibus, globulis nivis, ut refert Olaus Magn. lib. 4. cap. 7.) quique victor *evassisset, præmium à gymnasiarchis taurum habebat*. Per mutuum contemptum inter iuvenes ludus fiebat, & præut auguror, arma pugnae non erant scille, sed siclices, hastarum spicula lata (de quibus Festus Pomp. lib. 17. & Aul. Gell. lib. 10. cap. 25.) unde qui in certamine victi, scillis verberabantur in ignominia, sicut fiebat per ludibrium antiquitus. *Proiectas etiam statuas & simulacra per contemptum insultantes, scillâ impetebant*. Dalecamp. in Plin. 20. cap. 9. Theocrit. d. v. 106.

Sicelon sacrum.

Usus scillarum.

Tom. I. Ephemer.

Hæc facies, è Pan chare! ne te pueri.

Arcadici scillis sub latera, & bumeros
Tunc flagellent; quum carnes pauce adsunt.
Ufus Priscorum in averruncationem malorum frequenter ex scillis: quapropter Plin. d. subdit: *Scillam in limine ianua suspensam malorum medicamentorum introitum pellere.*

Theocrit.

35. Etiam hoc die Mensis Pharmuthi celebrabatur inter Aegyptios profligatio Typhonis. K. Aegypt. Meminit huius fugæ Kircher. in *Zodiaci Aegyptiaci hieroglyph.* Tom. 2. *Oedip. Copt.* p. 2. *Class.* 7. cap. 7. qui cap. 11. inquit: *Eodem tempore* (loquitur de Pompa Ammonis, de qua die 27. à n. 15.) festum celebrabant Aegyptij, quod profligationem Typhonis dicebant: crocodilum occidebant, cuius symbolum Typhon erat; occulte hisce ritibus insinuantes, Solis Arietem (Ammonis domum) ingredientis radio, tenebras & frigoris vehementiam, Typhonis virtutis effectus profligari, ac Ammonia virtute dispelli. Hanc profligationem Sacerdotes Copti imitabantur fustibus in templo, viribus contententes, qui quos ex sano valerent propellere, pro simulacro Typhonis (quem Martem vocant) decertantes; de quo 28. *Septembr.* Idem in plenilunio Lunæ, ab illis *Isis*, à Græcis *Diana* dicta, festum solemnne, cuius imago femina triceps, in quibus calathus, senis brachijs, binis gladijs, binis flagellis, binisque facibus; quapropter dicta *Isis Tergemina*, uti observat d. Kircher. *Class.* 11. cap. 6. ubi imaginis mythologiam scite exponit. *Hecate Luna est propter varias corporis eius formas, & formarum virtutes; ideo virtus eius triformis. Tria ei capita: dextram Equi, sinistram Canis, medium Apri* (ut ait Eusebius, 3. de *Præparat. Evangel.* cap. 3.) propter tempora diversa. In novilunio fert albam vestem auro distinctam, & lampades ardentes: calathum autem supernè fert; quia cum est dividua crescente lumine fruges maturat: Plenilunij signum est, ferrugineum sandalium. Gladios & flagella gestat in Typhonem, ut mala expellat, uti averruncatrix alexipharmacis, in cunctis præstans virtute. Hinc Orpheus Hymn. in *Dianam*, illam vocat *Vialem, Triviam, Cœlestem, Terrestrem, Æquoream, Libitinam, Manium sociam*. Unde Ovid. 7. *Metamorphos.* fab. 3. accinit:

Typhonis profligatio.

Pugna Aegyptiorum fustibus.

Isis Tergemina.

Ornatus Ianae.

Ora vides Hecates in tres argentia formas; Servet ut in ternas compita facta vias.
Idem Virgilius, 4. *Aeneid.* à v. 511. Ad 1. *Ianuar.* à n. 22. Munster. 3. *Cosmograph.* cap. 441. ex Albert. Krantzio in sua *Saxonia*, refert, *Luniburgi ex Roman. Imperio, esse*

Ovid.

Imago.

N n n

ido-

idolum *Luna* (vel *Luni*, de quo 24. *August.*) quod perstitit usque Caroli Magni tempora; cuius forma erat viri cataphracti super columnam, dextrâ gestantis lanceam, in qua vexillum, cuius insigne Luna dimidiata.

36 Apud eosdem, in die quo Hebræi ad exitum celebrarunt Phasæ, cum post cognovissent signo sanguinis horum primogenitos liberatos à morte, suosque iugulatos à devastante Angelo; mos inolevit, ut quotannis superliminaria domorum sanguine tingerent: deindeque ritus extenti ad arbores, quas signabant rubricâ, uti diximus, 1. *Januar.* n. 24. dicemusque die 18. n. 30.

37 In Leucade prope Corinthum sacrâ Apollini Leucadio. *Diar. Græc.* A Leucata petra ita honorabatur Apollo, quia in ea templum prominens mari, saxo albicante. *Mirum est, quod scriptores tradunt* (ait Nonnius in *Hubert. Goltzij Græciam*, Tabul. 1. de *Insulis*) *saxum ex hac petra fieri in subiectum mare ad sedandos amoris sive cupidinis æstus. Persuasum enim illis fuerat; ut quicumque ab illa se dimitteret petra, ab impotenti amore liberatum iri.* Ovid. *Epist.* 2. 1. à v. 164.

Ambracia terra petenda.

Ovid. *Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit equor*

Ætham populi, Leucadiamque vocant. Fusè historia erit, de Amore Lethæo, 13. *Maij*, & de Leucadæ saltu, 27. *Septembr.*

38 Accidit Nereo cuidam in saltu è petra, ut non solum oblivisceretur amoris, quo miserè æstuabat; sed quod in rete piscatorium incidisset, in quo simul cum scrinio auri pleno, in terram à piscatoribus tractus est: cumque eis litem suscitasset propter aurum; noctû ab Apolline Leucadio admonitus est, illi dicente: *Satis profectò haberet, quod citra vitæ periculum à furore cupiditatis liber esset, nec esset de auro alieno sollicitus.* Ioseph Scaliger, *Ausontiar. lect.* lib. 2. cap. 18. Arduus sanèquàm saltus ultra temeritatem, nisi tropologicè in mortis memoriam exponatur. Quidam Lacedæmon cum vorum fecisset, se præcipitandi ex Leucada petra; conspectâ altitudine, recessit: & exprobrantibus dixit: *Non putabam, maiore voto opus esse ad huiusmodi votum.* Plutarch. in *Læonic.* Hinc ut boni consortes, & mali amoris expertes fierent; Apollini sacrificia pridem offerebant, præcipuè ad preces recurrendo. Unde Sappho apud Ovid. d. v. 179.

Idem. *Tu quoque mollis amor pennas suppone cadenti*

Ne sim Leucadiæ mortuus crimen aque.

DIES XV. MARTIJ.

1 **G** Rad. 25. Solis in *Pisces*: in quo iuxta Plin. *Scorpius occidit.* Idem Columel. *Pegasus occidit, & Aquilo flat. geltaus.* De his Signis & Constellationibus sæpe egimus. *Vir lapidem sandæ tenens.* Sphæz. Arabic. Rab. Eleazar in *Seder-Olam*, cap. 4. signat productionem Solis & Lunæ, de quo die 2. 1. num. 6. Vocationem Abrahæ, & egressus de Ur Chaldæorum: Rabb. Abrah. in *Cabal. Hisfor.* Vide 7. *Iul.* n. 1. Hac in die, 15. Nisan, collocatur Abraham interfectas victimas, illique dicitur de sua stirpe: *Scito præfoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos servituti & affligent quadringentis annis: verumtamen genti, cui servituri sunt, ego iudicabo; & post hæc egredientur cum magna substantia.* Seder-Olam, cap. 5. ex *Genes.* 15. 14. Antilogiam de quadringentis annis, solvimus, *Tom. 3. T. 7. à n. 2. & 6. April.* n. 3. Hac etiam die decursu temporis, cum esset Abrahamus in convalle Mambre, inquirunt Rabbini ibid. *Venerunt Angeli ad Patrem nostrum Abraham ad nunciandum Isaaci conceptum: & eodem temporis puncto, anno sequenti natus est Isaac: nam scriptum, Revertens ventam ad te tempore isto, &c. (ex Genes. 18. à 10.) Item exierunt Israelita de Egypto; nam scriptum: Expletis triginta & quadringentis annis, quibus manserunt in Egypto, eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terra.* Exod. 12. à 40. Traditio fuit apud præscos Hebræos, Messiam eodem die plenam daturum libertatem Israël, quo eduxit è servitute Ægyptiaca: idest, Lunâ plenâ Nisan. Andr. Masius in *Iosue*, 5: 10. Vide diem 25. Hæc fuit nona apparitio Dei ad Abraham, iuxta Bolduc, & septima iuxta Caietan. & Tornell. de quo 16. *Iul.* à n. 2. De illa Bolduc 3. de *Ecclesia ante leg.* cap. 4. inquit: *Non Deus vult hunc filium mirabilem (Isaac) in cuius semine benedictionem accepturæ sunt omnes gentes, sine novo fœdere, novisque & antea non auditis seremonijs, ac signis adhibitis, mundo dare: & primò nova sit Abrahæ apparitio visibili & corporeâ specie. Non solum AA. assentior; sed etiam pro rei gravitate, ut alijs butus promissionis mirabilibus mox videndis respondeat; non dubito fuisse in forma ignis, in qua Deus maximâ, quantum unquam homini viatori concessum est, apparuit maiestate.* Haud arridet cogitatio, quippe tota adversus textum sacrum *Genes.* cap. 18. à v. 1.

Idem

Vocatio Abrahæ.

Antilogia.

Promittitur, & nascitur Isaac.

Libertas Israel.

Nona apparitio ad Abraham.

2 Hic propriè est primus dies Azymorum. Leonard. Mar. in *Kal. Judaic.* Vide pridie, n. 7. Hinc sæpe dicitur, Phafe die 14. & die 15. *Exod.* 12. 18. & *Levit.* 23. 6. de quo ubi dudum, *Tautolog.* 8. n. 13. & 16. Rab. Iosue, vel Iose, ut aliquo singulari prodigio diem illustraret; fingit hac in die, cum esset Ioseph ante exaltationem suam in carcere, ei revelata fuisse somnia ministrorum Pharaonis Chebros. Fides penes ipsum. Vide 25. *Septembr.* n. 1. Anno sequenti libertatem Israël ex Ægypto, seditio populi facta ob mortem Core & sociorum (de qua pridie, n. 10.) tuncque stirpitus perisset; ni Dominum placaret Aaron thymiamate, stans saviente ignis plaga inter mortuos & viventes. Perierunt nihilominus quatuordecim millia & septingenti, absque his qui cum Core exterminati sunt, qui fuere centum quinquaginta. *Numer.* 16. 35. & 47. Comestor hic *cap.* 20. & 21. Adrichom. in *Chronic.* & Ioseph. 4. *Antiquit.* cap. 3. & 4.

3 Eodem die, post 40. annos (alij, sed perperam, dicunt 41.) egressiois à præfata tyrannide, & primo, ingressus in terram Chanaan, ac principatus Iosue; postquam circumcisi in Galgalis; celebrarunt Phafe. *Iosue*, 5. à v. 10. Serar. & Leonard. Mar. d. Hoc fuit tertium Pascha Hebræorum. Primum pridie quam egredierentur de Ægypto: secundum, anno sequenti in deserto Sinai. *Numer.* 9. à 2. post acceptam legem, & erectum Tabernaculum. Tertium, ante expugnationem Iericho, & post transitum Iordanis. Rab. Davidi viderur panes azymos in crastinum præparasse de frugibus terræ; sed Phafe comedisse cum azymis ex Manna. Hinc dicitur ibid. *Fecerunt Phafe quartadecimà die mensis ad vesperam; & comederunt de frugibus terra die altero azymos panes.* Patet, panes azymos ad Phafe, non fuisse è frugibus terræ. Illo ergo in die subdit Ioseph. 5. *Antiq.* cap. 1. *Prima die festivitatis, Sacerdotes, Arcam gestantes, stipati armorum custodiâ; accefferunt ad Urbem Iericho, cornibus clangendo, circumambulabant moenia, Senatu comitante.* Fallitur, quoniam illa die duntaxat datum decretum de circuitione Civitatis, ac de modo expugnationis eius, per Archangelum Michaëlem, Synagogæ custodem, qui Iosue apparuit evaginato gladio in agro urbis. Serar. & Ardrich. d. ex *Iosue*, loc. cit. à v. 13. Sex diebus sequentibus facta est circuitio eo modo, quo præfigitur, *cap.* 6. à 2. Variè cogitant AA. ut videbimus, à die 21. n. 7. Difficile enim videtur die 14. aut 15. Nisan fieri posse; cum die 14. Phafe esset celebratum, quod nequit intelligi, nisi

fit de Lunatione, iuxta quam Phafe celebrare ius erat, sicut azyma die seq. Vide Seder-Olam, *cap.* 11.

4 Ab hinc anno 748. iuxta Briet. & Sallian. cum per tres dies Sara filia Raguelis, ieiunans suum opprobrium Numini exposuisset, & post orationem, quasi iam potiretur voto, gratias ageret; ab anxietate, ut diximus pridie, n. 12. læta surrexit. *Tob.* 3. à 12. Eodem die, quasi Dominus mortem optatam concessisset seniori Tobia, filium vocans, monita in vitam legi addictam, illi tribuens, & matrem honorare; simul monet de decem talentis argenti, quæ Gabelo, seu Ragueli sub chirographo mutuò tradiderat. Iam enim filia Raguelis & eius orationes exaudierat Dominus, qui tunc misit Angelum suum Raphaëlem, ut curaret eos ambos: v. 24. Documenta patris Tobias junior observare promittit; sed quomodo præfata pecuniam recuperet, nescit. Quærere socium ad iter, iubetur. Egresso ergo, ipse se offert Archangelus Raphaël, ad hoc missus, specie pulchri iuvenis, sub nomine Azaria, cuiusdam Ananix filij, à sene olim cogniti, & de filio deducendo, & reducendo pacificur. *Ibid.* à v. 5. Tunc erat dies Azymorum, ut constat ex dictis die, 10. n. 8. Unde disposita fuerunt in crastinum, quæ necessaria ad iter agendum: v. 22.

5 Ab huiusmodi articulo, ann. 266. iuxta præfat. AA. eodem die monita Esther de populi periculo per Mardocheum, ordinantem effugium in libertatem; calculatione Hebræorum in *Seder-Olam*, *cap.* 29. *Decimo quinto Nisan, ingressa est Esther ad Regem; & decimo sexto, suspensus est patibulo Aman, quod paraverat Mardocheus.* Falluntur: pridie, ut diximus, num. 13. & 14. affixo Suis exterminij decreto, & clamantibus dolore Iudæis, scrivit Esther: usque in tertium à publicatione diem, ieiunijs & oratione intenta, non introivit in palatium, ut dicitur, *Esth.* 5. 1. & 15. 4. Unde certius, illo in die (ut meditata à se, vel è coelo emissa, fortirentur ad votum) cuncta necessaria in convivium crastinum & perendinum præparatu regio, per servos præparari iussisse, sicut per ancillas mensarum ornatum: *ibid.* à v. 8.

6 Anno 3891. prius datis literis Lyfiz in gratiam Iudzorum, Antiochus Eupator, cum ex victoria coactus partem à Machabzo cognovisset Dei auxilio invictos esse Iudzos (vide 22. *Febr.* n. 2.) concedit ambulare in legitimis suis, & templum suis solemnitatibus liberè dari (quippe pridem impediabantur ab his, qui erant in Arce Sion) &

Antilogia, Primus dies Azymorum.

Somnia Huncuborum Pharaonis.

Plaga ignis in Israël.

Ab exitu ex Ægypto usque in terram Chanaan quot paschata.

Cessat Manna.

Decretum de circuitione Iericho. Michaëlis apparet.

Raphaël apparet iuniiori Tobia.

Esther præparat convivium Assuetor.

Eupator Iudæis templum restituit.

foedus inire in pèrpetuum. Constat, 2. *Mach.* 11. 33. Hac in die completa est propheta Danielis, ut consummarentur dies afflictionis Israel, ex die qua Epiphanes ingressus est in urbem, ut diximus, 2. *Ianuar.* n. 9. In ipsoque etiam concessum est ab Eupatore, securitate com meatu, & fide publicà, posse Iudæos mutuo se invifere, tam qui in proprijs sedibus, quàm qui in Regis ditione: verùm huiusmodi indultum non extendendum ultra ultimum diem præsentis mensis: v. 30. Eodem sane die, uti ibidem signatur v. 38. scripserunt legati Romanorum (qui transibant ad Eupatorem, ut naves fabricatas incenderet, atque elephantés interficeret, uti pactum erat, ad hoc ut belli suspicio adimeretur, referente Appiano in *Syriac.*) socijs iam Iudæis, promittentes suam interventionem cum Eupatore: quapropter moneri in Antiochia cupiunt, si quid velint. Ibid. & Adrichom. in *Chronio.* Ann. 3800.

7 Anno septimo ab hocine articulo, iuxta Salianum, insignis contigit victoria Ionathæ Machabæi de Bacchide. Rauclin. ex 1. *Mach.* 9. à 65. In munitione Bethalagæ erat cum Simone fratre, alijsque validis viris, Religionis propagatoribus, obsessus à Bacchide (uti referendum, 9. *Decembr.* n. 5.) qui quotidie magis oppugnationem urgebat. At Ionathas exofus diuturnam obsidionem, facinus cogitavit sui pectoris dignum, cum Simonis consilio. Haud forti propugnatione contentus, decrevit in suis castris Bacchidem invadere. Divisis ergo ab utroque curis & copijs; Simon in munitione manet, ut tueretur ab incurfibus hostis: Ionathas auxilijs è regione amicisque collectis, simulque selectis ex exercitu viris, robore præstantibus; in castra Bacchidis erupit fortiter, dato priùs signo fratri, ut egrederetur è mœnibus audito strepitu & visâ perturbatione castrorum. Ita factum. *Quamprimum tumultum sensit in castris hostium (inquit Ioseph. 13. Antiq. cap. 1.) eruptione factâ, incendit eorum machinas, cæde etiam non mediocri editâ. Bacchides verò videns se à fronte & tergo invasum ab hostibus, re inopinatâ confertatus, ob insperatum obsidionis exitum; vix fuit compos animi. Illa enim invasione fratres attriverunt valdè, ingentique affecerunt dolore; quoniam non solum inanis ille illi congressus, sed etiam ignominiosus, nescienti quid faceret, præ mœstitudine ac pudore. Unde totam indignationem effudit in transfugas & impostores, quorum operâ missus à Rege fuerat. Unum cogitans (subdit Iosephus) quomodo ex dignitate sua & Regis, obsidioni sine im-*

posito, exercitum sine ignominia posset reddere.

8 Variè refert victoriam D. Thomas hic, quem sequitur Hugo: sed ludicrè Ioseph. Gorionid. *Hist. Iudæic.* lib. 4. cap. 1. *Egrediens (ait) noctû Ionathas, ivit in tabernaculum Bacchidis. Simon verò aperuit portam, & stipatus manu validâ, militibus scilicet Hasmonæis (arbitror, Asidæis) egressus percussit castra Bacchidis cæde magnâ, & combussit arietes, & cunctos aggeres. Fugiens autem Bacchides secessit in desertum, & persequens Ionathas, apprehendit eum, & precatu est eum Bacchides, promittens se redditurum ea, quæ captiva abduxerat, &c.* Falsum omninò. Quisnam exitus, dicemus die 27. n. 4. ex Sacra Scriptura, Expositoribus & Chronologis.

9 Assertor N. procedens ex Capharnaum Ierosolymas, post vocationem aliquorum Apostolorum, & primum miraculum; eiecit primò flagello factò de funiculis, vendentes & ementes de templo. Requisitus de potestate, & potestatis signum Iudæis petentibus, sub templi metaphora, illis suam passionem ac resurrectionem indixit, cum alijs miraculis, quibus multi attracti (& inter illos Nicodemus) crediderunt in eum, Marian. Adrichom. & Baron. *In Pascha, in die festo.* Ioan. 2. 23. idest, in die festo Paschatis, Azymorum scilicet: licet expulsio negotiatorum pridem facta, ut ibid. dicitur, v. 13. *Propè erat Pascha.* Vide Alapid. in *Chronotax.* n. 13. & 14. Ann. 32. signatur à Reulner. iter triduanum Christi per Samariæ oppida & castella; ex *Luc.* 13. 22. Eodem die & anno, audiens mirabilia patrata à Iesu, post necem Ioannis, quem ipse decollaverat; Herodes Antippa arbitratu Baptistam surrexisse à mortuis, vel Pythagoricè eius animam ad Iesum transijisse: quapropter cupiebat è medio tollere; sed specie amoris dicens desiderium eius conversationis. Adrichom. Marian. n. 12. & Alapid. n. 29. Posterioribus temporibus ante excidium urbis, primo die Azymorum, post defectum cometz, similis gladio, qui perstitit toto anno: *Non à horâ nocturnâ, circum aram & templum tantum lumen effulsit; ut clarissimus dies putaretur: eodemque festo die bos cum ad hostiam duceretur, agnum in medio sani peperit.* Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 12. Hoc indice Lunâ funesto die ann. 34. incepto, Christus crucifixus fuit. Nos asserimus die 25. (etsi Baron. dicat passum die 24. Ann. 34. n. 139.) quod quidem estò contrarium appareat, haud creperum; cum die 25. fuerit Lunæ 15.

10 Romæ Bacchanalia campestris, quibus

Romanis fœderis in Iudæis.

Victoria Ionathæ Machabæi de Bacchide.

An comprehensus à Ionathâ.

Christi gesta.

Porteta ante excidium Ierosolymanum.

Bacchana-
lia campe-
stria.

bus & de plebe, & unâ rustici indulgebant
genio, ex adventu Æneæ in Italiam; maxi-
mè accedente Annæ Perennæ festo, in quo
certabant cyathis ad numerum annorum
ætatis; quapropter in campo sæpe conve-
niebant fenestras. Ovid. 3. *Fastor.* à v. 525.

Ovid.

*Sole tamen vinoque calent, annosque precatur
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.
Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula
vulgi:*

Anna Peren-
na.

Pompâ senem potum pota traherat anus.
Ille de festo & eius hilaritate illustrem con-
cinnat descriptionem. Anna Perenna facta
Dea: & publicè & privatim ad Annam Pe-
rennam sacrificatum itur. Macrobius. 1. *Satur-
nal.* cap. 12. Alij dicunt fuisse Iōnem vel Isi-
dem; alij, Lunam seu Dianam; alij unam
è filiabus Atlantis, nomine Maiam, quæ Cre-
tæ infantem Iovem nutritiv: alij Themis
fatidicam, ita dictam à prudentia consulenti-
um; quia Themis idem, quod *Fas est*. Fe-
stus *Pomp.* lib. 18. Totum ex Nasone, d. à
v. 651. quem sequuntur Carol. Neapolitan.
Anton. Constant. & Paul. Marsus hic. Rosin.
4. cap. 7. Gyrard. *Syntagm.* 1. num. 98. Alex.
Neapolit. 3. cap. 18. & Lucensis *Polymath.*
lib. 5. liter. A.

Que Dea?

11 Nonnulli Annam Perennam arbi-
trati sunt Annam sororem Didonis, quæ cap-
tâ Carthagine fugiens, tandem per æquora
errans, in Lavinium pervenit, quò pacatis
rebus Æneas principabatur. Perhumanè
ergo ab illo suscepta, & coniugi commenda-
ta; in somnis à sorore Didone monita est,
ut domum fugeret propter Lavinia insidias:
quæ statim per fenestram insiliit, & citato
carflu, nesciens quò tenderet, perveniens in
Numicium amnem, in illum se attonita præ-
cipitem dedit. A comitibus sollicitè quæri-
tur, & duntaxat pedum invenitur vestigium.
Secum volutant, quid de illa: continuò ea
iam in Nympham conversa, nec ab illis visa;
ut canit Ovid. d. v. 647.

Qualis &
ex quat

*Ipsa loqui visa est: Placidi sum Nympha
Numici:*

Idem.

Anne perenne latens, Anna Perenna vocor.
Unde sub hoc titulo colebatur uti Dea: de
cuius apotheōsi lati comites, in agro con-
vivium geniale instituerunt; quod posteri
imitabantur quasi in Annæ præstantissimum
obsequium. Idem insit:

Idem.

*Protinus erratis lati voscantur in agris,
Et celebrant largo se diemque mero.*

12 Aliam huiusce Deastræ fabulam Na-
so refert: scilicet, quandam, Annam nomi-
ne, quæ in burgo Romæ iam anus degebat,
populo esurienti propter secessum in mon-
tem sacrum ob æs alienum Duce Sicinio;

liba ministrasse, ne famè periret. Postquam
ingenio Memnienij Agrippæ concordia facta
inter plebem & Patricios (qui ut demulce-
rent populum, uti in bella necessarium, pri-
mos instituerunt plebis tribunos; de quo, 5.
& 10. *Decembris*) Anna pro Dea coli cœpta,
quam ob pacis perennis vota, Annam Pe-
rennam nuncuparunt. Alex. ab Alexandr. d.
imò eius imaginem sinistra habentis cani-
strum, dextrâ liba largientis, in monte A-
ventino collocarunt. Aliter Hemelar. *Nu-
mism.* aur. Tabul. 27. signat fœminæ ico-
nem sinu vestis duos complectentis, cuius
titulus: *Concordia tribunitiâ potestate*: qui
quidem nexi dexteris sibi mutuò dabant.
Ibid. Tabul. 28. Alij dicunt Statuam fuisse
Memnienij Agrippæ in signum perenne re-
conciliationis: sed aptius videtur in hono-
rem Annæ, ut perennis esset concordia; de
quo Marsus in Ovid. d. v. 607. ubi:

Memnienius
Agrippæ,
eiusque sta-
tua.

Primi Tri-
buni plebis.

Anne Peren-
næ imagines

*Plebs vetus & nullis etiâ tunc tuta tribunis,
Fugit, & in sacri vertice montis sedit.
Pace domi factâ, signum posuere perenne,
Quod sibi defectis illa ferebat opem.*

Ovid.
Secesio ple-
bis in Aven-
tinum mon-
tem.

13 Aliam denique fabulam ad Baccha-
nalia campestria invenerunt Prisci. Iam enim
Anna Nympha erat facta, vel Dea; ut in-
quit Ovid. d. à v. 675. Tunc ad illam ac-
cessit Mars ductus amore Minervæ, ut uti
anus inter utranque conciliaret amorem:
itaque Anna spondit, Mars credidit; po-
tissimè illâ afferente, Minervam nuptiæ con-
sensum præstitisse: quo sanè optato nuncio
cuncta Gradivus in functionem paravit. An-
na verò elusit amatorem charæ nova Diva
Minervæ, pro illa suffecta; quippe velatâ
facie. Mars cognovit ac irrisus fugit. Hac
de causa in festo Annæ Perennæ, solemne
fuit puellis ei ac Marti dicere & cantare ioc-
cos. Ibid. v. 688.

Anna delu-
si Martem.

Nec res hac Veneri gratior ulla fuit.

Idem.

14 Dies hic etiam Magistratui incun-
do Romæ sollemnis. Bucelin. Quo tempore
Annibal, ann. V. C. 537. Apenninum cum
discrimine transibat, mortemque fugiebat
arte, petitusque sæpe Principum Gallorum
insidijs, servans se mutatâ veste, vel tegu-
mento capitis; in illam Romæ Cofs. electi
Cn. Servilius Geminus, & C. Flaminius, qui
ad locum Trasimenum sub Annibale occu-
buit; ut diximus 10. *Februar.* n. 11. *Servi-
lius ergo* (ut refert Tit. Liv. 22. *sect.* 2.) *Roma
Idibus Martij Magistrateam iniit. Ibi
cum de Republica retulisset; redintegrata in
C. Flaminiam invidia est;* etenim cum duos
Cofs. creasset unum habebat, eò quòd non
legitimè Flaminius creatus, à quo spreta re-
ligio. Consul contra auspicia electus & ad bel-

Magistratus
iniit.

Offertum ad
cladem C.
Flamini.

bel-

bellum processit signis militatibus effosis, quæ tolli non poterant; & ab equo quem conscenderat per caput devolutus. Non novum Idibus Martij Cos. Magistratum inire; ut idem notat *lib. 2. 6. sect. 1.* & Goltz. in *Fastis*, fol. 104. Unde patet, ex Idibus in Martias Idus, annum tunc consularem durasse.

15 Flaminius igitur Consulatum iniit terrificis signis, & quibus ei clades & mors denunciata est. *In Sicilia* (refert Livius quod supr.) *militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumcuncti vigiliis equiti, scipionem, quem manu tenuerat arsisse, & littora crebris ignibus fulsisse: scuta duo sanguinem sudasse; & milites quosdam istos fulminibus: Solis orbem minui visum; & Præneste ardentis lapides cælo cecidisse: Arpis palmas in cælo visas, pugnantemque cum Luna Solem: Capenæ duas interdium Lunas ortas, & aquas Carete sanguine mistas fluxisse, fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsim maculis: Antij metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: Falerijs cælum fndi visum velut magno biatu; quæque patuit, ingens lumen effulsisse: Sortes sua sponte attenuatas; unamque excidisse ita scriptam: Mavors telum suum concutit. Per idem tempus Romæ signum Martis Appiâ viâ ad simulacra luporum sudasse; & Capua speciem cæli ardentis fuisse, Lunaque inter imbrem candentis. Inde minoribus prodigijs fidem habitam: gallam in feminam sese vertisse, & gallinam in marem, caprasque lanatas quibusdam factas. Hæc sicut erant nunciata, auctoribusque in Curiam introductis, Servilius Consul Patres de religione consuluit. Decretum, ut ea prodigia partim maioribus hostijs, partim lactentibus procurarentur, & uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberentur. Cetera cum Decemviri libros inspexissent; id Decemvirorum monitu decretum est: Iovi primam donum salmen aureum pondo quinquaginta fieret: Iunoni Mineræque ex argento daretur; & Iunoni Reginæ in Aventino, Iunoni que Sospita Lanuvij, maioribus hostijs sacrificaretur: matronæque pecuniâ collatâ, quantum conferre cuique commodum esset, donum Iunoni Reginæ in Aventinum ferrent, Lectisterniumque fieret, quin & Libertina: & ipsa unde Feronia donum daretur, pecuniâ pro facultatibus suis conferrent. Quanta embolia Ethnicorum, vel Dæmonum! Eadem præmissurus ex Plutarcho, 8. *Januar.* n. 14.*

16 Eodem die à Bucelino etiam signatur festum secundum Castoris & Pollucis: Errat, quia eiusmodi pompa erant posteriora Equiria, de quibus actum pridie, n. 18.

Castoribusque attributa, eò quod fierent equorum cursu atque gyris, semperque Castores celebrabantur ut equites; uti pingit Chartar. de *Imaginib.* pag. 125. nosque indicavimus, 27. *Januar.* num. 12. Credebant Romani in huiusmodi pompis utpotè in equitatu antesignani, vel duces cursu præcedere; quapropter statò die signabatur *Castorum pompa*. Videfis 15. *Iul.* à n. 8. Haud alia de causa hoc quoque die Larium à Romanis in *Republ. Gentil.* exponitur festum. Castores enim, quorum supponitur pompa, habebantur pro Laribus; uti diximus, 31. *Januar.* à n. 1.

17 Ann. V. C. 279. Ovatio A. Manlij Cincinati de Veientibus. Pighius, Panvin. Modius, Reufner. in *Diar. histor.* & Goltz. in *Fastis*, pag. 17. Illi abnuvit triumphum Senatus, quoniam cruenta victoria, pluresque cives desiderati. Adi Prolog. Galeat. §. 6. num. 1. Hic fuit unus è Decemviris Consulari potestate designatis legum ferendarum causa; de quo egimus 4. *Februar.* n. 8. ex Livio & Halicarnaf. Ab hinc ann. 139. triumphus M. Valerij Corvi de Calenis in tertio Consulatu. Caleni populi circa Capuam; ut ait Plin. 3. *cap.* 5. *Ausones, qui Cales urbem incolebant, arma cum Sidicinis adversus Romanos coniunxerunt; sed ambo populi à Valerio Corvo victi fugatique, plus præsidij in suis urbibus & muris, quam in sua coniunctione & armis repererunt.* Briet. ann. 418. Abhinc etiam 102. ann. triumphus Marc. Pomponij Mathonis de Sardis. Goltz. d. pag. 99. & Elias Reufner. in *Diar.* Egimus die 5. n. 15. *De Sardis triumphavit Matbo* (subdit Briet. ann. 521.) *quos fiducia potius locorum, & innata genti ferocia ad bellum potius, quam Carthaginenses incitarent.*

18 Post annos 94. V. C. 614. occisus perfide à Romanis Viriathus. Salas in *Præterg.* Hic contra Sulpicium Galbam Prætorum cum alijs pugnavit, in quo certamine, quia Prætor pugnae avidus, sed magis præde, cum milite fatigato cecinit classicum; septem millia fuorum amisit: nihilominus hostes ad eum legatos de fœdere miserunt: quos itaque cum viribus superare non valeret (ut ighominiam antea acti certaminis aboleret) ad fraudem perfidiamque quasi ad arma recurrit. Legationi ergo in dolo respondit, se illis regionem optimam ad habitationem quietemque daturum, si se auctore demigrare vellent. Acquieverunt miseri: & in tres turmas distributos ut commodius irent; omnes concidit, Deorum hominumque fidem implorantes. Pauci fu-

plura alia
& terribilia

Larg.

Triumphus A.
Manl. Vul-
sonis.

M. Valerij
Corvi.

M. Pompo-
nij Matbo-
nis.

Expiationes
eorum.

Viriathi in-
ventus.

Salp. Galba
perfidia.

Pompa Ca-
storum.

gerunt, quos inter Viriathus; qui perfidiosam hanc cladem multo sanguine Romano ultus, ostendit hostibus se nonnunquam fortitudine parem, sed calliditate & industria superiorem. Galba dirisissimus & avarus in iudicium tractus est, accusatus à Catone Cenforino; sed ex iudicium manibus pennis aureis evolavit: ostenditque (ut dicebat post Iugurtha) Romæ nocentem futurum neminem, qui sibi ac iudicibus esset prædatus. Liv. Epitom. lib. 49. Referunt etiam Orofius, 4. cap. 21. Valer. Maxim. 9. cap. 6. num. 2.

19 Tunc Celtibericum bellum quasi iam sopitum Viriathi industriâ ac virtute renovatum est. In seditiosos processit C. Vetilius Prætor, & in angustum compulit locum, ubi pereundum fame, vel deditio facienda. Annuerunt præclusi, sed Viriathus abnuit, illoque in articulo Dux belli ab illis electus, cum quibus instructis insidijs, Vetiliam oppressit, imò exercitum totum; ita ut nec nuncius quidem cladis superesset. Anno sequenti vicit semel & iterum C. Plancium & Quintium. Post duos annos C. Nigidium; ita ut novi Romani in Hispaniam missi Prætores, totidem essent Viriathi gloriosi triumphi, & quorum arma trophæa: aliquot enim signa eripuit vel Metello Consule præsentem, hostesque præliantes in castra compulit. Post duos annos cum Servilianus Proconsul, frater Quinti Servilij Cæpionis Erisanam urbem adoriretur; ex illa noctu Viriathus erumpens, non modò fossores expulit, sed Proconsulis copias in loca iniqua deduxit, quò capere Servilianum cum posset, ac eius exercitum omninò delere; honestis conditionibus cum eo pacificatur: quod fœdus non modò à Senatu probatum; sed per illud Viriathus dictus Populi Romani amicus, ei eiusque socijs agri relicti. Vel post Viriathi necem, fœdus observare fecit Iun. Brutus Calpurnius, Consul. *Ijs qui sub Viriatho militaverant, agros, oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est.* Tit. Liv. lib. 55. Appian. de Bell. Hispaniens. Ita articulum narrat. *Viriathus (inquit) eruptione factâ exercitum Q. Fabij Serviliani, fratris Cn. Servilij Cæpionis Coss. fugavit. Nec secundâ fortunâ elatus, cum honestam finiendi belli occasionem oblatam intelligeret; pacem his conditionibus petijt, ut ipse socius Populi Romani esset: quæ quisque haberet, teneret: quæ à Populo Romano pax confirmata est.* Cicero Officior. lib. 2. de Viriatho loquens, ait: *Cui quidem etiam exercitus nostri, Imperatoresque cesserunt.* Idem Diodor. Siculus lib. 52. Fragmentor. & Andr. Schott. in Cornel.

Nepot. num. 71. de *Viris illustrib.*

20 Hic ergo Cornelius præfatus alstruit, et si in nominibus pluribus erret, uti notat Machanæus in *Scholijs.* & Petr. Nannius. *Viriathus origine Lusitanus (inquit) ob paupertatem primum mercenarius, deinde victor, ab hoste sæpe redijt alacritate pugnandi. Audacia latro (vox Latro militem strenuum sæpepius sonat; ut fusè diximus, Tom. 8. T. 8. à n. 29.) ad postremum Dux, bellum adversum Romanos sumpsit; eorumque Imperatorem, Claudium Unimanum (pro Vetiliam) deinde C. Nigidium oppressit. Pacem à Popilio (pro Populo Romano) maluit integer petere, quàm victus.* Obtinuit, ut vidimus, fœdere cum Serviliano Procons. pacto: verum cum Consulatum inissent C. Lelius Sapiens, & Q. Servilius Cæpio, huicque committeretur Hispania, pacem à fratre pactam sæpe criminatus, Senatum adduxit, ut illam abrumperet. Itaque, ex proposito Viriathum fugientem, sequebatur; cui pax cum Serviliano magis placebat, quàm cum Cæpione bellum. Viriathus, ut fœdus renovaretur, amicos suos misit ad Cæpionem. Hic muneribus promissisque (ò virtus Cæpionis, fidesque Romana!) eos teterimè corrupit; ut Ducem suum (quippe dubitabat de victoria, imò Marte) turpiter interimerent; quod brevi illo dormiente fecerunt, imò vino sopito; quod quidem necessarium; ut possit vinci, sine Cæpionis gloria, quin potius cum ignominia, Romæ meritò obiecta, quoniam totum patratum ac perfectum à perfidia. Hæc sunt merita Cæpionis ad triumphum de Lusitanis ex Hispania ulteriore, de quo Goltz. in *Fastis*, pag. 155. Cornel. Nepos, d. *Bellum renovavit (subdit) Cæpio cum vincere aliter non posset, duos satellites pecuniâ corrupit, qui Viriathum humi depositum perimerent: quæ victoria, quia emptæ erat, à Senatu non probata.*

21 Scitè apprimèque totam historiam promptè L. Florus. Haud à pugna desisterunt Hispani, tametsi provocantem in singulare certamen quovis Romanorum, Scipio Æmilianus, tunc sub Lucullo tribunus militum, de medio tolleret. Copias ducebat Salondicus plus arrogantia, quàm viribus tumidus, qui temeritate ductus, solus in castra Consulis adiens, pilo vigilis iuxta tentorium confossus, occubuit; cum prius, hastam argenteam quatiens, velut è cælo missus, vaticinanti similis, omnium militum mentes in se convertisset. *Ceterum Lusitanos (inquit Florus, lib. 2. cap. 17.) Viriathus erexit, vir calliditatis acerrima; qui ex venatore latro, ex latrone subito Dux atque*

Accusatur,
& absolvi-
tur.

Eligitur Vi-
riathus in
belli ducem.

Vicit Roma-
nos sæpe.

Fuit amicus.

Hi, perfidè
illata cedes.

Duelum
Scipionis
Æmilianæ.

Quis Salondicus

Viriathus
erexit & tre-
phæa

Imperator, & si fortuna cessisset, Hispania Romulus, non contentus libertatem suorum defendere; per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum, igni ferroque poplatus, castra etiam Prætorum & Præsidum aggressus; Claudium Unimanum penè ad internecionem exercitus cecidit, & insignia trabeis & fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis trophea fixit. Tandem etiam Fabius Maximus Consul oppresserat; sed à successore Popilio violata victoria est: quippe qui conficiendæ rei cupidus, fraudem Ducem, & extrema deditiois agitantem, per fraudem & insidias & domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit; ut videretur aliter vinci non potuisse. Crisim huius articuli protulit Valer. Maxim.

Perfidia & astus Servilij Cæpionis.

Viriatii etiam cades (ait lib. 9. cap. 6. n. 4.) duplicem perfidiæ accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemptus est. In Q. Servilio Cæpione Cass. quia is sceleris huius auctor impunitate promissa fuit: victoriamque non meruit, sed emit. Confirmat Livius, lib. 54. Proconsul (inquit) rebus in Hispania prosperè gestis labem imposuit. Pace cum Viriatho æquis conditionibus facta, Viriathus à proditoribus, consilio Servilij Cæpionis interemptus est; sed ab exercituum multum comploratus, nobilissimè tumultatus est. Vir, Duxque Maximus, per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior. De Viriathii trophæis, Paul. Orosius, 5. cap. 2. & Alex. Neapolit. lib. 1. cap. 22.

Viriathii infamia & tumulus.

22. Caesar Idus Martias ferales sibi annotavit, Scorpionis occasu: inquit Plin. lib. 18. cap. 26. Sui ariolus factus; dum Idibus Martij multis vulneribus & ab amicis, in Pompeij Curia ad statuam Pompeij miserè occubuit. Ovid. 3. Fastor. à v. 691. Unde in hoc die Parricidium Caesaris designatur. K. R. Reufner. Rosin. & alij, ex quibus Buecllin. Idibus Martijs in Pompeij Curiam Senatus edictus erat. Is dies propter Annæ Perennæ festum hilariter solitus agi: ideo etiam Ludj in Pompeiano theatro erant futuri. Moris autem fuit, ut quibus diebus spectacula in eo theatro exhiberentur; Senatus in Curia Pompeij haberetur. Casaubon. in Caesar. Sueton. cap. 81. Hinc coniuratis tempus visum opportunius: ad arva propter Annam Perennam in ebrietatem procedebant plures, ad theatrum alij cives, ut spectaculis potirentur: qua de causâ civium in Dictatoris præsidium quasi nullus concursus. Procedebat in Curiam Cæsar, cui ut diximus pridie. n. 21. libellus oblatus in quo signabatur periculam imminens & nomina coniuratorum,

Parricidium Caesaris.

quem multitudine interpellantium legere non valuit: discrimenque ut caveret, modo aliquid humanum signarent pridiana ostenta, Hecatomben instituit; sed cum videret centum hostijs non litasse, quasi fato cedens, dixit: Necessè est, quod Casari fiat, quod necesse est. Manil. 4. v. 58. Sueton. d. cap. 81. subdit: Cum litare non posset, introivit Curiam, spretâ Religione: Spurrinamque irridens, & ut falsum arguens, quod sine ulla noxa Idus Martia adessent; quamquam is venisse quidem eum diceret, sed non præterijssè. Ferè eadem Valer. Maximus, & Deorum monitis efficacior scientia. Prædixerat enim C. Casari, ut proximos triginta dies, quasi fatales caveret, quorum ultimus erat Idus Martia. Eò cum fortè manè uterque in domum Calvini Domitij in officium convenisset; Caesar Spurrina: Ecquid scis, inquit, Idus Martias iam venisse. Et is: Ecquid scis, illas necdum præterijssè? Astruit unâ Plutarch. in Caesar.

Hecatombæ civis.

Ostenta irridens.

23. Illicò ut ingressus, quin sciret de quo, timere cœpit: Cæsiusque tunc ante facinus, ad statuam Pompeij respiciens, tacitus eum in vindictam invocavit, quasi in meditata divinitus concitaretur. Idem ibidem. Ut sedit signo dato à Cimbro Tullo togæ apprehensæ ab utroque humero, Servilius Cassa (& ut alijs placet, Cæsius) vulneravit infra iugulum; cuius brachium Cæsar graphio traiecit. Accessit stricto pugione M. Brutus (quem servaverat ex Pharsalia, imò Urbem rediens, honoraverat: eò quod illum habuerat ex Servilia) illi dixit: Tu quoque Brute! quo quidem respondit animum, & togâ faciem cooperuit, viginti tribus vulneribus cadens, iuxta forum publicum, ubi templum Herculis & Achillis: Ibi interfectus est Iulius Cæsar à Senatu, ubi est Ecclesia Ara Cæli; dicitur in Republ. Roman. pag. 566. Exanimis argo, dissugientibus cunctis, aliquantulum iacuit ad pedes statuz Cn. Pompeij; donec lecticæ impostum, dependente brachio, tres servuli domum ad Calphurniam retulerunt; cuius rogorum structus est in Campo Martio iuxta Iuliz eius filiz tumulum. Sueton. d. cap. 83.

Cæditur.

24. Causæ cædis referuntur à Tit. Liv. lib. 116, in Epitom. Invidia causam adversus eum præstitere, quod Senatui deferenti honores, cum ante edes Veneris Genitricis sederet, minime assurrexit; & quod à M. Antonio Consule collega, inter Lupercos currente, diadema, capiti suo impositum, in sella Cæsaris reposuit; & quod Epidio Marullo, & Cæsetio Flavio, Tribunis plebis invidiam ei,

Causæ recis.

et, tanquam regnum affectanti moventibus, potestas abrogata est. Ex his causis conspiratio in eum facta. Idem Constant. & Marfus, in Ovid. loc. cit. C. Calsium ad eadem impulfum, afferit Goltz. in *Cesar*. pag. 148. quia leones quos ipse ad Ædilitios ludos habebat, Cæsar retinuit; & simul quia ambiebat diadema & titulum Regis, quoniam in Parthos expeditionem facturum, ex libris Sibyllinis constabat, illos subigi non posse sine Rege. Unde etsi populo illum in sacrificio Latinarum Regem salutanti, responderit: *Non esse Regem sed Casarem*, titulum deperibat: ad Idusque Martias Senatus plenè habendus, ut extra Italiam Rex diceretur, & diadema gestaret. Sueton. d. à cap. 78. hicque Salmast. Casaubon. Torrent. Beroald. & Sabellic. Coniurati prœoccupare conabantur ne propositum Cæsarum proximo Senatu astrueretur: potissimè quia in basi Statuæ Iunij Bruti inventum: *Utinam viveres!* & in Cæsarum statuæ: *Brutus, quia Reges eiecit, Consul primus factus est: hic quia Consules eiecit, Rex postremò factus est.* Iam enim ut titulo potiretur cum Octavio partem copiarum in Apolloniam præmiserat; quia primo vere Urbe exiturus erat. Casaubon. in Sueton. d. cap. 80. & Goltz. ubi dudum, addens pag. 149. *Cumque Casare propediem in Parthos profecturo temporis brevitatis urgeret; diem cadis ipsas Idus Martias, antequàm sententias de Rege ipso appellando Senatus rogaretur, locum Curiam Pompeianam, in quam ipsis Idibus Senatus habendus erat, constitui placuit.*

25. Cæsarè cæso Consul Cornel. Dolabella legem tulit celebrandi diem, quia cæde perpetui Dictatoris libertas data Romanæ Republicæ, & reddita patriæ. Appian. 2. de Bell. Civil. Marlian. in *Topograph. Rom.* cap. 42. *In foro diem cadis Cæsarum Natalem Urbis nuncupandum P. Cornel. Dolabella clamat.* Goltz. in *August. vit.* cap. 2. & D. Brutus cum cæteris in Capitolium currens, Dijs libertatis vota absolvit. Ibid. At M. Brutus pugionem cruentum in altum extollens, Ciceronem nominatim inelamabat; ut diceret pro Rostris de rebus confectis, & quod acta Cæsarum rescinderentur. Idem in *Vit. Cesar.* pag. 154. Tunc numisma percussit, cuius insignia pileus & pugio, in libertatis symbolum, adinstar staruæ Iun. Bruti, de quo egimus, 28. *Februar.* n. 13. Alciat. *Emblem.* 150. accinit:

Cæsarum exitio, seu libertate recepta

*Hæc Ducibus Brutis causa monata fuit.
Ensculi in primis, quis pileus insuper
adstat.*

Tom. I. Ephem.

26. Ita ergo facta amnestia, idest, iniuriarum oblivione, cuncti quieverunt Romæ cives, quousque lectum Cæsarum testamentum, divisique sunt cum populo inter se Patricij: tunc enim multitudo nulla decori habitâ ratione, furijt; multis patricis cædibus: Senatusque ut populum vel compesceret, vel mulcendo placaret; honores eximios decrevit Cæsarum. In primis ut ille dies *Parricidium* diceretur; quia Cæsar acclamatus olim à cunctis *Pater patriæ*; ut refert Ovid. d. Constant. hic cum Marso: quod quidem tunc renovatum. *Multi maximique honores à Senatu decreti, inter quos ut pater patriæ appellaretur, & sacrosanctus ac Dictator.* Tit. Liv. d. *Curiam in qua occisus est, obstrui placuit, Iusque Martias Parricidium nominari; ac ne unquam eo die Senatus haberetur.* Sueton. d. cap. 88. & Dempster. in *Rosin.* ad caput, 7. lib. 4. *Antiquit. Roman.* Florus lib. 4. cap. 2. *Non ingratis civibus (ait) omnes unum in Principem congesti honores. Circa templa imagines, in theatro distincta radijs corona, suggestus in Curia, fastigium in domo, mensis in celo; quæ omnia velut insula in destinatam mortis viciniam congregabantur: Clementiam Principis vicit invidia, gravisque erat liberis beneficiorum potentia.* Item erecta statuæ. Marlian. in *Epitom.* lib. 3. cap. 19. inquit: *Veneris Genitricis templum in Foro fuit. Ante templum hoc Cæsarum statuæ, Cometam in capite gerens structa* (Causa, infra n. 29.) Videnda quæ prælibata die 8. n. 18. Solin. cap. 47. statuam equestrem dicit. *Equus C. Cæsarum nullum (inquit) præter Casarem dorso recepit; cuius primores pedes facie vestigij humani tradunt fuisse, sicut ante Veneris Genitricis simulacrum eadem hac effigie locatus est.* Adi 6. *Januar.* n. 20.

27. Inferiæ ergo cadaveri factæ sunt; de quibus Sueton. cap. 84. *Rogus (ait) extractus est in Campo Martio, & pro Rostris aurata ades ad simulacrum Veneris Genitricis collocata, intraque lectus eburneus, auro purpuræque stratus, & ad caput trophæum, cum veste in qua fuerat occisus. Proferentibus munera (quia suffecturus dies non videbatur) præceptum est, ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis portaret in Campum. Inter ludos cantata sunt quædam, ut illud Pacuvij: Men' me servasse, ut essent, qui me perderent? Laudationis loco Consul Antonius per præconem pronuntiavit Sen. cons. quo omnia ei divina simul atque humana decreverat: istum insinrandi; quo se cuncti pro salute unius adstrinxerant. Lectum pro Rostris in forum magistratus &*

Cur dies egdis, dicitur Natalis urbis

Insigne M. Bruti.

Alciat

Cæsarum honores.

Statuæ.

Eius equus

Forum.

Pompeii

honoribus functi detulerunt. Deinde tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad presentem usum induerant, detractam sibi atque discissam iniecere flammæ. Matrone etiam pleræque ornamenta sua que gerebant, & liberorum ballas atque pratextas. Eadem referantur à Goltz. d. pag. 158. sed addit embolia M. Antonij, ut populi gratiam in ambitum conciliaret. Quidam tradunt (inquit) corpus ipsum sanguinolentum vulneribusque deforme, conspectui populi expositum fuisse. Alij, corpus quidem ipsius supinum in lecto collocatum fuisse, sed non conspicuam: verum cercam ipsius effigiem, in qua viginti trium vulnerum nota expresse erant, in machina versatili (Hispan. Tramoia) eodem in lecto elatam. Ludi etiam funebres facti sunt.

28 Haud populus quievit, quousque Cæsarem Numen constituit, ut observat Paul. Marfius in Ovid. cit. Quapropter blandiens Augusto Vates, à v. 695. sub Vestæ larvâ succinit:

*Ipsa virû rapui, simulacraque nuda reliqui:
Quod cecidit ferro, Cæsaris umbra fuit.
Ille quidem cælo positus, Iovis atria vidit,
Et tenet in magno templa dicata foro.*

Aliquid dictum die 6. num. 25. Eo loco quo rogi fuerat in Rostris, aram populus posuit, additâ postea ab Antonio columnâ viginti pedum ex lapide Numidico solida, cui inscripsit: Pater patriæ optimè merito; ante quam Cæsari sacrificia tanquam Deo; sed Dolabella postea disturbavit, de quo queritur Cicero. Vide Marllan. quò dudum, & in Topograph. cap. 42. Sueton. cap. 85. & in Republ. Rom. pag. 562. legitur: Ibi memoria Cæsaris, ubi splendidus cinis in suo sarcophago requiescit.

Stat Cæsaris alta columna,
Regiâ structurâ, quanta non extat in aula.
Cæsar tantus erat, quo nullus maior in orbe:
Ille sed in modico nûc tantus clauditur antro.
Templum sacrum Cæsari, refert Plin. lib. 35. cap. 5. & 10. & multi alij ex AA. præfat. Haud pro alylo stetit ara & statua Cæsaris dedititijs conceptâ vindictâ ab Octaviano successore. Perusia captâ (inquit Sueton. in August. cap. 15.) in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrentes, Moriendum esse. Scribant quidam trecentos è dedititijs electos utriusque ordinis, ad aram D. Iulio extructam Idibus Martij hostiarum more mactatos. Idem Dempster. d. Antonium iuvenem simulacro D. Iulij, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptam interemit. Sueton. in Octav. August. cap. 17. & Chartar. de Imagin. pag. 12.

29 Fovit delirium in Cæsaris apothecâ quod confictum de Sole morente, necemque Cæsaris quasi plorante. De ostentis divinitus factis (inquit quò supr. Plutarch.) cometa ingens qui septem noctes morte Cæsaris splendidus apparuit, octavâ evanuit; & Solis obscuratio, qui totum illum annum pallido & nihil rutilante circulo ortus est, &c. Adhuc maior fomes in insaniam. Refert Plin. 2. cap. 35. Cometes (ait) in uno totius urbis loco colitur in templo Roma, admodum faustus D. Augusto iudicatus ab ipso: qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici non multò post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto: namque his verbis id gaudium prodidit: Ijs ipsis ludorum meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septentrionibus est, conspectum. Id orbatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus conspicuam fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium Numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecravimus, adiectum est. Iterat Sueton. d. cap. 87. Bulenger. 3. de Ration. divinat. cap. 11. & Ovid. 15. Metamorph. fab. ult. postquam plura in Cæsaris cædem effudit ficta portenta, succinit:

*Constitit alma Venus nulli cernenda, sui que
Cæsaris eripuit membris, nec in atra solvi
Passa, recentem animam cælestibus intulit
astris:*

*Dumque tulit, lumen capere atque ignescere
cepit,
Emisitque simul: simul evolat altius illa,
Flammiferâq; trabens spatioso limite crinem
Stella micat.*

30 Inter Arcades partus Rheæ & sacrâ à fœminis in spelunca: festaque Herculis propter navem. K. Græc. Neantuntur sacra utriusque sexus ad sacrificij ritus. Thaumafus mons est (inquit Pausan. cap. 266.) qui mirabilis est appellatus supra Molossum amnem. Huc se Rheam Iovem utero ferentem recepisse volunt Methyarienses cum alijs gigantibus, in auxilium accitis; si fortè Saturnus vim aliquam intentaret. Fatentur illi Rheam in quadam Lycæi parte peperisse, dolo in Saturnum composito. Spectatur in montis iugo spelunca Rheæ, quò nulli hominum, præterquam solis fœminis sacra facientibus introire fas: ad levam Boni Dei ades est. Quod si Dij hominibus bonorum auctores sunt, Deorum verò supremus est Iupiter; rectè quidem hoc Iovis maxime proprium cognomen. Iovis Dei Boni imago describitur à Novarino, 3. Schediasmat. cap. 19. quasi

Causa Cæsaris apothecis.

Ludi Veneri Genitrici.

Numen fœdus.

Ovid.

Columna Cæsari in foro.

Templum.

Spelunca Augusti.

Sacra Rheæ

Spelunca.

Bonus Deus

infantis sedentis; cuius inferiora testæ, superiora nuda, læva sceptrum ostentantis; dextrâ aquilam, supra cuius caput tria mala aurea. Ibi simulacri mythologia, ut symbolicè exprimeretur in Iove Bono Deo, quis & qualis esset. Pars superior est nuda, quia eius conditio simplex ex natura non composita. Inferior omninò testæ, eò quòd à creata intelligentia non cognita. Adest aquila imperium signans, & ille sedet, quoniam stabile, innuente sceptro potentiam in dominatione & extensionem imperij in mundum cœlestem, terreum, & intellectivum, expressum per tria mala entitative pretiosa. Aliter, sed in idem propositum Ægyptij, ut vidimus ex Kircher. 7. *Ianuar.* n. 16. Imagini verò Rheæ addita tympana & faces. Gyrald. *Syntagm.* 4. n. 7. & in memoriam præfatæ speluncæ *In Olympia est Iupiter aneus, Saturni & Rheæ delubrum & lucus. Ibi in cubiti ferè altitudinem solum subsidit; quâ post Deucalionis eluvionem, aquam defluxisse memorant. In eum hiatus quotannis è melle & triticea farina polentam porriciunt.* Pausan. cap. 16.

31 In Sacris Bonæ Deæ (de qua 1. *Maij*, n. 11. quam apud Gyrald. d. nonnulli Rheam dicunt) nullus vir ingredi templum impunè valebat. Ut par pari redderetur, decretum est; ut sicut viri à Bonæ Deæ Sacris arcebantur, ita fœminæ Herculis sacrificia spectare, aut eius templum ingredi non possent; nisi pauca quædam apud Erythræos, qui Herculis simulacrum apud se habebant in lignorum rate infertum. Hicque vocatus *Hercules Erythreus*, quia in Erythra, non longè à Chio (modò *Cabo blanco*) Sacrum & templum Herculis. *In lignorum rate insistit Deus (uti è Tyro Phœnices) ipsum tamen simulacrum mari delatum. Satis constat* (refert Pausan. cap. 210.) *eam ratem primùm appulisse ad Heram. Cùm iam promontorium navis attigisset, conspecto signo, summis viribus Erythreos & Chios certatim ad se illud pertrahere conatos, tradunt. Erythreus postremò quidam, cui è mari & piscatu victus fuerat, sed ex morbo erat oculis captus, quod per somnum moneri sibi visus fuerat, exposuit: oportere nempe Erythreorum fœminas comas tondere, è capillo earum si viri funem contexuissent; non difficulter quòd vellent, ratem pertractaros. Ei somnio ut obtemperarent, cùm cives fœmine in animum sibi non inducerent; è Thracia mulieres, quæ voluntaria servitute (ingenue ortu cùm essent) viduam sibi apud Erythreos queritabant, se tondendas præbuerant. Quare iam rate potiti; edixerunt, solis è Thracia mulieribus in Herculis fanum introire ut liceret. Ob-*

Tom. 1. Ephemer.

dunt autem funiculum illam è comis hac etiã atate, à se diligenter servatum: piscatorem verò illum, oculorum calamitate liberatum, in reliquum omne vitæ tempus oculis probe usum, affirmant. Hæc Paulanias à quo totam fabulam excerptit Chartar. de *Imaginibus* à pag. 235. Ex his functionibus cogitata in decus fœminarum (quibus capillitium summus decor, ut notat Rhodigini 18. cap. 10.) amplior pulchritudo ex turpitudine, eò quòd sine crine caput: quapropter institutum sacrum *Veneri*, cognomento *Calva*; de qua 28. *Decembr.*

32 Eodem die quo filij Israel exierunt de Ægypto diluvium contigit Ogygis, quo excepto Noetico nullus maior. Nonnulli apud Perer. *Tom. 2. in Genes.* ex cap. 6. n. 82. fol. 490. Ipse in cap. 47. n. 20. signat, cùm Iacob viveret in Ægypto. Ad Ludovic. *Vives* in 18. August. de *Civ. Dei*, cap. 8. lit. X. Pererius quòd dudum etiam asserit, tunc contigisse Planetam Venerem mutasse colorem & situm, quod observavit Varro, de *P. Roman. genere*, & August. d. *lib. 21. cap. 8.* eisdem ipsius verbis profert. *In cœlo, inquit, mirabile extitit portentum: in stella Veneris nobilissima visum, quòd mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum neque antea, neque postea sit. Hoc factum Ogyge Rege, &c. Diximus, Tom. 7. T. 8. n. 37.* Mirabile profertur, si verum, quod creperum nobis. Tempore Ogygis factum, q. d. etiam ætate Iacob, qui Ogygis dictus, uti inquit Bolduc, de *Oggio Christian.* lib. 1. cap. 14.

DIES XVI. MARTIJ.

1 Grad. 26. *Piscium*, in quo *Scorpius* XVII. K. occidit, iuxta Ovidium, v. 705. Postera cùm teneras *Aurora* refecerit herbas, *Scorpius* à prima parte videndus erit. Ovid. Eadem *Columel.* *Cauda Piscis manè oritur.* K. R. *Sol in Ariete, Favonius latè spirat; Ciconia apparet, & mare transmittit.* Ptolom. *Crus Equi Pegasi vesperè occidit.* Iun. & in. K. A. *Mulier viro dormienti caput amputat.* Spher. Arab. Tametsi à Rab. Abraham. signetur profectio Iacobi in Mesopotamiam, die 11. *Februar.* ut vidimus, n. 2. hac in die præfigitur à Gorpionide & in *Annal. Alexandrin.* quo etiam die, & temporis puncto mortuus est *Ismael.* Seder-Olam, cap. 2. Iacobo ergo latente in domo abavi sui Heber per duodecim annos, cùm minimè defervisset in eum indignatio fratris Esau; placuit Isaac, instante Rebecca, eum longius ablegare, in domum scilicet Nachor; ibique

Imago.

Ex quo spelunca Rheæ?

Sacra Herculi Erythraei.

Imago.

Cur apud Erythreos?

Veneri Calva.

Diluvium Ogygis.

Et mutatio stellæ Veneris.

XVII. K.

Ovid.

Iacob vadit in Mesopotamiam. Ismael obiit.

uxorem ducere. Rabbini ex *Genes.* 27. à 42. & 28. à 1.

2 Ab hoccine articulo, ann. 268. inter Hebræos, secundus Azymorum dies, vel altera Paschæ, qui est dies primus septem hebdomadarum, conficientium Pentecosten; in quo die offerebatur manipulus frugum, uti primitiæ mæsis hordeacæ: etenim triticeæ offerebantur in festo ipso Pentecostes; ut dicemus, 6. *Majj*, n. 8. ex *Exod.* 23. 16. & *Levit.* 23. 17. Ritus & hostia agni immaculati, ibid. à v. 10. & præmissum ibid. *cap.* 2. 14. Spicæ, si virides, igni torrebantur, fractæque in modum farris offerebantur à Sacerdote; inhibito frugum usu ante huiusmodi primitiarum oblationem. *Panem & polentam & pulterem non comedetis ex segete, usque ad diem qua offeretis ex eo Deo vestro: Lev.* 23. 14. Addit Ioseph. 3. *Antiq.* *cap.* 10. *Ex hoc licitum fit* (inquit) *publicas ac privatas menses metere.* Habebat profectò Sanctuarium, et si ex Sacro textu, aut alio Auctore non constet. Hac quoque die secunda Paschæ mansere filij Israël in Socoth, ubi fixerunt tentoria, & unde sumptum (iuxta Hieronymum. *Epist.* 127.) festum Tabernaculorum; de quo 15. *Septembr.* à n. 2.

3 Anno secundo hac in die iussit Dominus Moysen, à cunctis Principibus tribuum virgas accipere, & inscribi in singulis singulorum nomina (exceptà tribu Levi, pro qua nomen Aaron) & cunctas collocari in Tabernaculo fœderis. Adrichom. in *Chronic.* ex *Num.* 17. à 1. & Alapid. in *cap.* 16. Quorsum, & quid inde; videbimus postmodum, n. 2. Selectis ex probatione ad aquas (uti relatum, die 14. n. 11.) militibus à Gedeone, ac dispositis cum tubis & lampadibus, in victoriam à Deo promissam; Dux cum socio Phara occultè descendit in castra Madian, confortaturque nimis audito somnio & eius interpretatione à milite gregario exercitus hostilis: adorat Dominum, socios dividit in tres centurias, & hostes aggreditur strepitu lagenarum, rubarum clangore, ac splendore repentino lampadum; queis & terrore Panico perciti hostes, mutuo sese trucidant, partà à Dei populo insigni victorià. Præoccupantur vada Iordanis, nequis effugeret, cæsis 120. millib. & capris Principibus duobus adversariorum. Raschi ex *Iudic.* 7. insit: *Accidit victoriâ secundo die Azymorum, quo offertur manipulus spicaram.* Vide hic Petr. Comest. *cap.* 8. Serar. *quest.* 13. & 16. Abulens. *quest.* 22. Adrichom. in *Chronic.* Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 1. *cap.* 6. & Ioseph. 5. *Antiq.* *cap.* 8. Comminebantur Hebræi, in regis armis cunctos adversarios Israël igno-

to igne fuisse exustos; eorumque cadavera redacta in cineres: quapropter Evangelicus Vates de victoria cõtra Sennacherib, ait, *cap.* 9. 4. *Sicut in die Madian.* Videtis latè actum, *Tom.* 4. T. 11. à n. 4. & *Tom.* 5. T. 1. D. 2. n. 16. Egregia quæ in Sacris referuntur torquent sæpe Ethnici; ut vidimus eisdem circumstantijs, 18. *Ianuar.* n. 11. M. Senec. *Suasor.* 2. inquit: *Trecenti sumus. Trecenti, sed viri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis. Electi sumus, non relictii.* Stadius & Salmastius in *L. Florum*, lib. 3. *cap.* 4. inquit: *M. Minutius Rufus cum à Dacis premeretur; præcepit, ut cum vidissent contractam prælium, subito ex diverso apparerent milites, & anatores concinerent: resonantibus montium iugis, species ingentis multitudinis offusa est hostibus; qua perterriti dedere terga.* A Rab. Ioseph. hac in die, utpotè natali Pharaonis; olim accidisse dicitur, suspensionem pistoris, & restitutionem pincernæ in gradum pristinum. Fallitur, uti dicemus, 28. *Septembr.* n. 1.

4 Decursis annis, 552. iuxta Briet. Sacerdotes iussu Ezechia ornauerunt templum, quod tot abominationibus polluerat Achaz, postquam mundata domus interior. Cœperunt primo die mensis primi mundare, & in die octavo eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini, expiaveruntque templum diebus octo, & in die sexta decima eiusdem mensis, quod cœperant impleverunt. 2. *Paralip.* 29. à 17.

5 Dispositis, quæ erant in via portanda (uti pridie præmissimus, n. 4.) valedictisque à Tobia iuniore parentibus, cum Raphaele profectus est versus Mediam, cane illos comitante. Mater flebat: cui vir dixit: *Noli flere, credo enim, quòd Angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur; ita ut cum gaudio revertatur ad nos.* Magna conceperat senex, ex eo, quòd Raphael dixerat esse Azariam, cuius in assumptio corpore speciem representabat. Ergo sub vesperam pervenerunt peregrini in Adiabenem, iuxta Tigrin fluvium: & cum ad ripam ante cœnam pedes lavaret Tobias; piscis, quem dicunt Pistricem; alij, Balenam, Crocodilum; alij, Uranoscopum, Callionymum & Lucium; bellua immanis, cum adoritur voratura. Aviditatem & impetum comescuit Raphael; clamantemque propter indeclinabile discrimen; iussit apprehensis branchijs ad terram trahere, quoniam in illo multa utilia & necessaria præter cibum: mirabilia enim ex illo visurus. *Tob.* 6. à 1. Comestor, hic, & Serar. *quest.* 4. in *cap.*

Manipulus spicaram.

Mansio secunda, Socoth.

Virga in Tabernaculo addita.

Victoria Gedeonis.

Natalis Pharaonis.

Mundatur templum ab Ezechia.

Tobias aggreditur iter.

Introditur à bellua marina.

Piscis servatur in me dicamina.

cap. 11. Inde manè pèrrèxerunt in Charan, seu Charran, quò pervenerunt die 19. In hocce spatium, seu terræ tractum, *satis tres dies expeditis pedibus*: subdit Serarius. *Quatuor signat Torniellus, an. 3529. n. 1.*

6 Permanentibus Iudæis qui Sufis degebant cum Mardochæo in ieiunijs & orationibus, à die 14. quo ibid. notum edictum de illorum strage, uti præmisimus, *num. 13.* & seqq. illos etiam tanquam in causa communi iuvante Esther, Assueri (à quo Aman decretum extorsit) adamatà uxore; in ipso die tertio ieiunij, illa quasi coelitus afflata, surrexit à stratu, quo cilicio induta plena mceroris iacebat: illudque exuens, induta est pompaticè, quantumvis mors immineret, cultu regio elegantiore, divite, pretioso ornatu ad blandimen Assueri; quem suspicabatur arte Amani deceptum in decretam carnificinam; quandoquidem ille natura lenis, atque generosi, nobilissimi cordis. *Prægnus hic Ducibus, qui deliquissent* (inquit Plutarch. in *Apophthegm.*) *has pœnas statuit; ut pro flagellandis corporibus, detracta flagellarentur vestimenta: & pro evellendis capillis, deputandoque capite, deposita tiara depillaretur.* Idem Erasmus *lib. 5. n. 18.* & Anian. Marcellin. *lib. 30.* ubi: *Artaxerxes Persarum ille Rex potentissimus, quem Macrochira membri unius longitudo commemoravit; suppliciorum varietates, quas semper natio exercuit cruda, lenitate genuinà castigans, tiaras ad vicem capitum quibusdam noxijs amputabat: & ne secaret aures more regio pro delictis; ex galeris fila pendentia præsidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem cum fecit & verecundum; ut admittentibus cunctis, multos & mirabiles actus impleret, Græcis Scriptoribus celebratos.*

7 Ergo die tertio Esther, ut *cap. 15. à v. 4.* dicitur: *deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. Cùmque regio fulgeret habitu, & invocasset omnium rectorum & salvatorem Deum; assumpsit duas famulas; & super unam quidem innitebatur, quasi præ delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animum, & nimio timore contractam. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra Regem, ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, auroque fulgens & pretiosis lapidibus: erat terribilis aspectu. Illa ut ita vidit, mortis periculo corrui, vultus pallore indicante formidinem. Go-*

tionides apud Serarium, *quæstion. 8.* autumat, respicientem satellitium, Assuerum impulsus in Estheris necem; quia non vocata accedens, latam fregerat legem: verum cum Regum voluntas dirigatur à Deo (à quo illa missa, ut notat Ioseph. 11. *Antiq. cap. 6.*) Assuerus videns illam collabentem, è throno continuo exilivit, virgam servatricem extendit, & uxorem ut fidenter loqueretur, verbis ac blanditijs roboravit. Excusavit cordolium Esther percussa, maiestate throni, excellentissima sedentis specie, ac iniustato sibi splendore: & ut vel præut potuit, invitata in votorum expressionem; tantum dixit: *Obsecro, ut venias ad me hodie, & Aman tecum ad convivium, quod paravi.* Assensit Rex, & statim, *Vocate* (inquit) *Aman sitò, ut Esther obediat voluntati.* Venerunt ergo in mensam ambo; quia finitã, offerenti Regi quæque vel difficilia, ut eius impleteret vota; duntaxat (quia necdum opportunum, illa proferre) addidit: *Si inveni in conspectu Regis gratiam, & si Regi placet, ut det mihi quod postulo; veniat Rex ad convivium & Aman, quòd paravi eis, & cras aperiam Regi voluntatem meam.* Ibid. *cap. 5. à v. 3.*

8 Intumuit tanto favore dignatus Aman; quippe habitus ultra spem. Unde vesperè gaudibundus è regio convivio egressus in domum suam; quasi malum omen offendit Mardochæum; qui quidem nec motus in eius reverentiam, cum reliqui focij in aulae regie foribus, non solum surgerent, sed propensius adorarent. Imò iuxta *Cbald. Paraphr.* cum iactabundum videret, ut utrem inflatum pungeret; chirographum emptionis Amani in mancipium alluisse calcaneo, & cum transiret de tanto honore gratulatus à cunctis, extendisse pedem, ut confunderet notitiã prioris conditionis, & eius sordes paterent: quod quidem estò commotà bile simulans in ultionem, indulgit; verum ulcus cum honore singulari convivij facti cum Rege, & simul craftini futuri, uxori ac amicis exposuit, expectans ab illis consilium, quid de impudenti, incivili & rustico protervo faceret Mardochæo. Sine exceptione cuncti adstantes dixerunt, oportere patibulo suspendere Mardochæum, obtentã facultate à Rege manè; ut lætior in convivium iret. Ibid. Comest. hic *cap. 1.* Adrichom. in *Chronic.* & Ioseph. 11. *Antiquit. cap. 6.* Itã ergo trabs 50. cubitorum paratur Mardochæo in palatio Aman; imò erigitur, ut ante supplicium patesceret instrumentum.

9 Illa ergo nox, quæ secuta ad Estheris convivium, cum Assuerus cubitã inter, nec

Esther decernit non vocata Regem adire.

Assuerus natura benignus.

Esther ingreditur Regis aulam.

Qui tollere voluit.

Mitescit, & illi blanditur.

Illam cum Aman invitavit.

Mardochæus tacite serviliter conditionem exprobrat.

Hic illum suspendere maluit in cruce.

quiesceret; nolens vigilia tempus terere, sed impendere otium in aliquod regni pensum; illi Deus mentem dedit, ut per scribam, anagnostenve annales sui temporis evolveret, in quibus audivit beneficium a se acceptum fidelitate Mardochei, in coniuratione eunuchorum (de quo 20. *Februar.* n. 4.) qua detecta illum a morte imminente liberavit incautum. Unde cum tanti beneficii nullam delatorem mercedem accepisse comperisset; intra se quid faceret cogitans, claudere iussit librum, nec ultra legi: interrogata ergo quota noctis hora esset, & sciens iam adesse diluculum; inquirere iussit etiam quis esset in interiore palatii atrio, Principibus Persarum pervio; de quo Serarius, *questiunc.* 5. & qui supra, ceteri. A Rabbini in Seder-Olam, hac die, *cap.* 29. signatur depressio Aman, & exaltatio Mardochei: verum postridie contingit, ut dicemus a *num.* 5.

10 Anno Christ. 32. Sabbato in Paschate, ab illo levatur valens è lecto Paralyticus, qui ex motu aque Probatice piscine sperabat sanitatem per decursus 38. annorum. Alapid. *num.* 20. Ann. seq. Iesus Herodis insidias declinans, ut pridie relatum, *num.* 9. secessit cum suis trans mare Galilee (de quo *Ioann.* 6.) sed fallitur, quoniam ibi dicitur, v. 4. *Erat proximum Pascha.* Anno ult. filios Zebedæi compefcuit, ambientes per matrem primas sedes; postquam in Iericho illuminavit cæcum mendicum. Gisland. Marian. & Alapid. a n. 58. Variant Evangelistæ tam in numero cæcorum, quam in tempore. Duos cæcos signat Matth. 20. 30. Unum Luc. 18. 35. & Marc. 10. 46. sed discrepant tempore: igitur ille refert cæcum illuminatum in ingressu Iericho, & hic in egressu. Augustin. 2. de *Consens. Evangel.* cap. 65. duos cæcos illuminatos exponit in egressu & introitu, quorum meminit Matthæus. Alij Evangelistæ referunt duntaxat, quid seorsum fecerit, ingrediendo & exeundo è civitate. Ita enim Glossa. Aliter conciliantur Evangelistæ, nimirum per recapitulationem Lucam retulisse miraculum. In ingressu Iericho, q. d. cæcus illuminari petijt; sed Christus ut fidem eius acueret, dilulit gratiam usque in egressum. Ille postridie ad portam versus Ierusalem, stetit, preces iteravit, ac lucem oculorum à Christo recepit. Ambros. in loc. cit. *Luc.* & Maldonat. Si hac die patratum miraculum, etiam conversio Zachæi. Ibid. *Lac.* v. 2. Alap. n. 59.

11 Romæ dies ater. Macrob. 1. *Satur.*

Adventus nal. 12. & *R. Roman.* cum Reufner. Faustus notatur in *Kal. Mass.* nec alia de causa quam

ex Marij victoria de Cymbris, cum sociorum Theutones vicisset die 2. ut diximus, a n. 21. Hi vicerat tres Consules, dum ad illos post superatos Theutones (quod nesciebant, vel affectabant nescire) venit Marius. Iam propugnaculum quod erat trans flumen Atheum, ceperant: adventuque Marij, Romanorum virtutem, qui se optimos viros præstiterant, utque patriâ dignum fuerat, pugnaverant, admirati; datâ fide dimiserunt, iurato aëneo tauro, quem postea captum, in Catuli domum velut spoliolum primitias deductum, ferunt. Atheum fluvium, qui iuxta Tridentum per hyemem, non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbaricâ primùm corporibus agressi, postquam retinere manibus & clypeis frustra tentaverant; ingestâ obrutum silvâ, transilvere: gigantum adinstar proximos tumulos, scopulorum fragmina, arboreque radicibus avulsas, ut aqua extra alveum flueret in profundum iniecerant. Ita Florus, *lib.* 3. *cap.* 3. & Plutarch. in *Mario.*

12 *Missis ad Marium legatis* (insit hic) *petebant, ut sibi fratribusque suis regionem & urbes, quantum habitationi eorum satis esset, concederet. Mario sciscitante, equos nam fratres suos dicerent, iisque Theutonas respondentibus; visum omnes sustulerunt: & Marius falsè, Omittite, inquit, fratres istos: obtinent enim, obtinebuntque in perpetuum terram à nobis datam. Legati subsannari se intelligentes, Mario convitium facere, minari, que cum statim Cymbris, post etiam Theutonibus; ut primùm bi redissent, pœnas daturum. Atqui adsunt, inquit Marius: & vos discedere hinc, nisi salutatis prius fratribus, non convenit: simulque Reges Theutonum, qui fugientes in Alpibus erant à Sequanis capti, vinæ eos produci iussit. Ut hæc Cymbris renunciata statim adversus Marium acies moverunt; & Boiorix, Cymbrorum Rex, ad castra Romanorum accessit adequitans, & provocans Marium in duellum: cui respondit, nunquam usum, hostem vocare in consilium. Petitur dies in pugnam, proximus datur. Per omnem diem conciditur Barbarus; ita ut iacerent centum & sexaginta millia armatorum, exceptis captivis. Nec minor (subdit Florus) cum uxoribus pugna, quam cum Cymbris fuit; quum obiectis undique plaustris atque carpentis, alię desuper quasi è turribus lanceis contisque pugnarent. Perinde speciosa mors earum fuit, quam pugna: nam cum missâ ad Marium legatione, libertatem ac sacerdotium non impetrassent (nec fas erat) suffocatis illis, passim infantibus suis, aut mutuis concidere*

Eorum iura ramenta super tauro arcam.

Eorum fecerunt.

Rex eorum Mariū lacepsit in duellum.

Cymbrorum clades.

Strages etiâ ex pugna mulierum.

vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arboribus iugisque planstrorum penderunt. Eadem videbuntur in tertia Marij victoria, ubi penitus deleti, 28. Jul. n. 12. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. n. 3. & Orofius, 5. cap. 16. asserunt, non Vestæ perijsse sacerdotium, sed servire Vestalibus, qui sacerdotio fungebantur.

13 Audivit tunc Roma, de quo desponderat animum; nesciebatque quibus honoribus muneranda congruè virtus Marij. *Prognostica via* (inquit Marlian. cap. 86. & in Epitom. lib. 5. cap. 14.) occurrit *semidiruta moles lateritia: in ea erecta sunt duo marmorea trophæa, idest trunci cum spolijs, quorum alterum habet thoracem cum ornamentis & clypeis, & ante se imaginem captivi iuvenis, brachijs post tergum victis: alterum verò instrumenta omnia ad pugnam & clypeos: qua fuisse dicuntur C. Marij de triumpho Cymbrico erecta; & à Sylla disiecta. Locus hodie ab incolis Cymbrium vocatur.* Quæ à Sylla diruta, à Iulio Cæsare pulchrius instaurata: igitur filius fuit fratris Iuliz, Marij uxoris, ut ait Plutarch. quò supra. *Trophæa C. Marij de Iugurtha, deque Cymbris atque Theutonjs, olim à Sylla disiecta, restituit.* Vir fuit fortis & felix, feliciorque esset, ni experiri veller, quò eius felicitas pervenire valebat: igitur in septimo consulatu absurda & perfidè plurima fecit. Septies fuit Consul, illo in tempore mirum, de quo parentibus factum portentum. *Sese tenerè adhuc etate cum in agro esset, nidum aquilæ cum septem pullis delapsum veste suà excepisse. Id cum parentes eius vidissent, superque eo miraculo coniectores consulissent; responsum fuisse, fore ipsum hominem illustrissimum, fatoque septies ad eum summum Magistratum, atque imperium delatum iri.* Plutarch. d. Astruit fortunam ipsa calamitas. Minturnis miserè iacente, missus est Cymber stricto gladio, ut illum confoderet. Experrecto, flamma copiosa eius ab oculis emicuit, quo attonitus & exanguis miles proiecit gladium, maximè dum ex abditiis audivit: *Tunc homo C. Marium necare aude?* Sic enim à periculo liber evasit. Idem Appian. 1. de Bell. civil. & Valer. Maxim. 2. cap. 10. n. 6. Alia 28. Jul. à n. 10.

14 Eodem in die sacra Pecuniæ. Masurius Sabin. libell. *Memorabilium.* Hæc sacra execranda, cum summa adoratione nostra usque in tempora celebrantur: quam ob rem eius imago, induta scemina specie pulchra, ac divite veste, referta cordibus. Haud mirum, cum retia usque coelos tenderet, ac Minervam irretiret. Laurent. Hæchtan. *Mi-*

crocasm. Emblem. 20. accinit Minervam alloquens:

Ab scelus indignum! Tibi quis perdocta Minerva

Insidias struxit, blandaque verba dedit? Sola sapiens verè nunquam non provida vir-

tus:
Iam scio, decepit cauta philargyria.

Stulta fames auri, mala fraus, & fictio duplex;
Per leve te captam rete Minerva tenent.

Quisquis es ergo, cave Regina Pecunia vincat:

Illa Deos fallit, fallit & illa viros.

Iurè igitur decantatur: *Mutnegra & Murva* (lege è converso) *faciunt rectissima curva.* Cum Fortuna nonnulli Ethnicorum collocarunt, adorationeque ambientium; cœlum, altariaque in terra meruerunt. Possidet arca Iovem. Dea profectò debet esse, cui Dij cœlestesque serviunt; etenim illa omnia, & omnia cum illa. Gyrald. *Syntagma.* 1. n. 58. refert numi Numen, & officia, quoniam illa sola ad vota, ex Menandro in *Parid.* & de *Pluti laudib.* ubi:

Epicharmus dixit Deos, Ventos, Solem, Terram, Ignem, Stellas, Aquam.

Ego verò utiles Deos arbitror nostros
Argentum maximè & Aurum.

Istos si dedices tua in domo;
Quicquid voles, tibi omnia aderunt:

Ager, domus, servi que & argyromata,
Testes, amici, iudices: tantum dato,
Ipsos habebis & ministrantes Deos.

Suffragatur Ovven. lib. 2. *Epigram.* 110. sequens Horatium, qui lib. 1. *Epist.* 6. v. 36. modulatur:

Scilicet uxorem cū dote, fidemque & amicos
Et genus & formā regina pecunia donat, &c.

Iterat lib. 2. *Satyr.* 3. v. 94.

15 Dea ergo apud Romanos plura peccora occupavit, quam altaria, in cuius templo fas non erat ingredi pauperiem: at quantum arbitror, sola illa, ne eadem ipsa egrederetur, introibat & anxie. Pro Dea utique culta, ut ex cultu procederent commoda.

Gyrald. d. Rhodigin. 2 1. cap. 34. Solorzan. *Emblem.* 81. à n. 6. Pomey, *Pantb. mythic.* de *Dijs Indigetibus*, pag. 343. & denique Augustin. 4. de *Civit.* cap. 21. & 7. cap. 12.

Cuncta à Fortuna, quæ Dea, inter Superos relata.

Te facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.

Accinit Invenal. *Satyr.* 10. v. ult. Dum illa in album Deorum refertur, pecunia admittitur in re potiore; quippe Fortuna comes locupletis Pluti. Seneca, de *Provident.* cap. 5.

Victoria Marij de Cymbris eiusque trophæa.

Prognostica eius honorū.

Eius ab oculis emicuit flamma.

Pecunia sacra.

Templa.

Hæchtan.

Cum Fortuna collocatur.

Pecunia, & omnia.

Menand.

Horat.

Eius templum, cultrixque pauperie.

Invenal.

Pecuniam agnoscit Numen, èd quod homines in templis consecrant. Verum Iuvenalis, licet Deam constituat Fortunam, & in hominibus sit pecuniæ præ maiestate adoratio; Pecuniam prorsum eijcit à templo.

Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum

*Maestas, etsi funesta pecunia templo
Nondum habitat: nullas Numorum ereximus
aras,*

*Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quaque salutato crepitat Ciconia nido.*

Idem, *Pietas.* Idem cecinit Satyr. I. à v. 112. Facilis cogitationis expositio: Non Numorum aras erexere, sed Numis, ut haberent:

simulque ut cum prius Romani non haberent pecuniam; post in altaria erigentes Esculanum & eius filium Argentinum (ut irridens refert August. d.) ex altaribus propter illos eijcerent virtutes quarum colebāt imagines. Euripid. in *Phoeniss.* inquit: *Plurimum una valet.* Adi Expositores in illud *Eccle.* 10.

19. *Pecunia obediunt omnia.* Erasmi. *Cibitad.* 1. *Centur.* 3. n. 87. Horat. 3. *Od.* 16. v. 17. & Delr. in Senec. *Tbyest.* ad illud, v. 603. *Moventes cuncta divitias.* Hinc apud Romanos fulmen ut insigne cudebatur in numis (Dio, lib. 43. Liv. 32. sect. 13. & Hemelar. *Numism. aureor.* Tabul. 23.) eiaculato non est qui resistat. Lucret. 6. de *Rerum natur.* v. 127.

*Hoc est igniferi natura fulminis ipsa,
Dum perterrita sono dat missa fragorem.*

16 Amplior pecuniæ cultus ex cupiditate, quam ex possessione; quia crescit amor, quantum ipsa pecunia crescit, & titulo providentiæ altaria exstruebantur *Avaritia.*

*Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames.*

Succinit Horat. quò dudum: illustratque sententiam Otho Vænius, *Theatr. moral.* duodecim emblematis. *Avaritia, hoc est, cupiditatis divitiarum inordinata & inhoneste, ipsarumque divitiarum & lucri sine questus Dij habitus fuerunt Plutus, Pluto, Dis, Mercurius; quibus addi possunt furum & furtorum Dea Furina, unde Furinalia: & Laverna, sic dicta à latendo, que apud Etruscos Dea: inquit Guiliel. Stuck, de Sacrific. Gentil. cap. 42. De cunctis suis in dieb. Adi dicta de Avaritia, Tom. 6. T. 3. à n. 25. Lucretius, apud Chartarium de *Imagin. Deor.* pag. 15. ait: *Pretiosas Deorum statuas esse hominum avaritiæ argumentum, qui sub religionis prætextu, auro, ebore, gemmis, aliisque rebus pretiosis delectantur; cum ex illis sacras sibi imagines architectentur;**

quod quidem plurimi faciunt ea magis ratione, quòd tali materia consent; quam quòd magna Deorum Numina referant. Claret, quòd avaritia sit idolorum servitus. *Ephes.* 5. 5. Phœnices suos Deos crumenas gestantes effinxisse, ait Suidas, & Chartar. d. pag. 13. Dicemus ex professo, 15. *Maij.*

17 Inter Græcos felicissimus dies, & Euripidis nativitate, & clade Xerxis. Buce- lin. & Reufner. in *Diar. Rhodigin.* 24. cap. 10. *Natum* (ait) *die quo Xerxem, Persarum Regem Græcia nobili pralio vicit ad Salaminam.* Aul. Gellius, lib. 15. cap. 20. plura de illo refert. *Patri autem eius, nato illo responsum est à Chaldaeis, cum puerum cum adolevisset, victorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum esse pater interpretatus, athletam debere esse, roborato exercitatoque filij sui corpore, Olympiam decertaturum, cum inter athletas deduxit. At primò quidem in certamen per ambiguum atatem receptus non est. Post Eleusino & Theseo certamine pugnavit & coronatus est. Mox à corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit Physici Anaxagoræ & Rhetoris Prodici: in morali autem Philosophia, Socratis. Tragœdiam scribere, natus annos duodeviginti, adortus est. Philochorus refert, in insula Salamine speluncam esse tetricam & horridam, quam nos vidimus, in qua Euripides tragœdias scriptitarit. Rhodigin. quòd supr. *Tanta auctoritatis* (subdit) *Ciceroni fuisse memoratur; ut singula eius verba singulas esse sententias existimaverit; sicut illum à Platone repetitum:**

*Quis novit, an vivere quidem sit mori;
Mori autem vivere?*

Nascendo sanè morimur: finisque ab origine pendet. Tragico cothurno excellit, ita ut teste Aristotele, fuerit *omnium poetarum tragicissimus.* Unde propter subtilitatem gravitatemque sententiarum, illi dictum: *Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.*

18 Clades Xerxis in Salamina, atque virtus fortunata Græcorum, Duce Themistocle, fusè refertur à Diodoro Sicul. lib. 11. à n. 250. & Herodoto, tot. lib. 7. A Delphico Oraculo consulto audierunt Athenienses Athenas perituras, & simul Atticam totam, ni in propugnationem muros ligneos extruerent: quòd scitè Themistocles interpretatus est naves, ut contigit efformatà classe, qua potentiam Persicam subverterunt. Observat Iustin. *Histor.* lib. 2. Hac enim de causa Artemisia, quæ venienti in Europam adhæserat Xerxi (de qua Herodot. d. n. 24.) pugnam navalem dissuasit. *Navi- bus*

Cur in numis fulmen insigne?

Idem.

Lacert.

Avaritia sacra.

Horat.

Dij ad Avaritiam.

Cum mar- sapij.

Euripides nascitur.

Ingenium.

Euripid.

Encomia.

Clades Xerxis ad Salaminam.

Artemisa confilium & virtus belli- bus ca.

bas parcat: nec pralium navale facias cum
his viris; qui tantò sunt tuis in mari pre-
stantiores, quantò fœminis viri. lib. 8. n. 16.
& 23. Uti fœminæ, consilium despectum,
unde copijs ordinatis in terra, & in mari
navibus classarijs initur acris ac sanguino-
lenta pugna: & quia etiam de tanta multi-
tudine (virtute Græcorum, quam ad Ter-
mopylas viderat) diffidebat; ipse in locum
eminentiorem in regione Salaminæ se rece-
pit, unde prælij contuitus pateret. Princi-
pio utique, dum parenti incedant æquore,
Persæ ordines servarunt; sed ad angustias
pervenientes, quia multi imperabant Duce
classis interempto, ac nave summersa, cum-
ta in perniciem perturbabant attoniti; quia
trepidatio totam invaserat classem; maxi-
mè quia non eadem à singulis iubebantur.
Tabescebat in vertice Xerxes, videns à pau-
cis innumeras naves summersi, excepta Ar-
temisiz nave, qua illa oppositam hostilitati
depressit. Unde exclamavit: *Mibi virt fœ-
minæ: fœmina viri.* Herodot. lib. 8. 20.

19 Adhuc fortiter Græci præliantes,
desponderunt animos, eò quod Aginetæ se-
guitè decertabant. At fortuna pro Græcis
stabat: etenim simulacrum mulieris fuisse
eis oblatum, & cum apparuisset, illos exhor-
tauit: *sed prius his verbis conviciatum: O
dæmones! quosque remos inhibebitis?* Ibid.
Tunc Persis non audentibus ultra progredi,
in apertum æquor retrocesserunt: quorum
trepidationem Athenienses conspicati, con-
citatè in hostem remis feruntur, navesque
aliquot rostris impetitas ferunt: alijs re-
morum alas detergunt. Multas enim trire-
mes in transversum actas frequenti rostro-
rum ictu vulnerant. Itaque Persæ, dum pup-
pim amplius inhibere nequeunt; fugam re-
tro capessunt, vertunt terga pluribus navi-
bus turpissima in fuga amissis: quo quidem
virtute superiores Græci, nobilissimam de
Barbaris navali pugna victoriam reporea-
runt. Diodor. Sicul. d. n. 252. Prob. Æmil.
in *Themistocel.* & etiam Plutarch. Haud na-
vali victoriâ à Græcis terror expulsus, quia
restabat terrestri prælio cum tot millibus
configere. Quapropter fugienti inimico
iter cogitavit Themistocles pervium, pluri-
bus cum Xerxe fugientibus, ut exercitum
diminueret. Comminiscitur ergo licet ho-
stis quasi secretò amicus, mittere fidelem
nuncium, ut clam & arcane suggerat Xerxi,
Græcos decrevisse pontem in freto dissolve-
re, ut in Græcia, quin in Asiam possit nan-
cisci transire, miserè pereat. Rex credidit
veri speciem, animoque percusso timere
Tom. I. Ephemer.

cœpit; ne Græcis matri potitis, transire in
Asiam sibi intercluderetur: ideoque primum
in Asiam ex Europa trajicere statuit; relicto
in Græcia Mardonio cum lectissimò exerci-
tu, equitum peditumque robore, quorum
summa quadringentis hominum millibus
non minor erat. Idem AA.

20 Multa præclara à Græcis gesta sunt
in pugna, ut Xerxes plus notesceret eladi-
bus, quam virtutibus: Inter omnes animus
storuit Cynægyti, qui cum præliaretur stre-
nuè ac fortiter, ex navi pulsus decidit in
æquor. Emergit, & dextrâ apprehendit ho-
stilem navem, qua falcè abscissa, levâ pup-
pim tenuit. Cum hæc etiam bipenni præci-
deretur, capite navem detinere adoritur:
nec desistit, quousque capta navis ab ami-
cis, & corpus truncum æquor absorbit.
*Necnon alij Athenienses multi & clari (ait
Herodot. lib. 8. n. 32.) ac septem quidem na-
ves obtinuerant Athenienses hoc modo: Idem
nobile facinus refert Sæton. in Casar. cap.
68. & Valer. Maximus de C. Attilio, lib. 3.
cap. 2. n. 22. & addit: Cynæggram Atheni-
sem simili pertinaciâ in conspectandis hosti-
bus usum; verbosa laudum suarum cantu
Græcia, omnium sæculorum memoriæ litera-
rum præconio intuleat.* Iurè, quia primus
Celebrat etiam Crinagoras in *Florileg. An-
thologiar.* lib. 1. cap. 5. *Epigram.* 21. uti de-
cus Athenarum, & specimen nobilissimum
fortiunt: Iustin. *Histor.* lib. 2. hæud in victo-
ria ad Salaminam, sed in Marathoniam (de
qua 6. *August.*) articulum refert. *Vidit Per-
sæ (infit) in naves fugerunt, ex quibus multa
suppressæ, multæ captæ sunt. In eo prælio tan-
ta virtus singulorum fuit, ut cuius laus pri-
ma esset, difficile iudicium videretur. At Cy-
nægryti militis Atheniensis gloria magnis scri-
ptorum laudibus celebrata est, qui post prælij
innumeras cedes, cum fugientes hostes ad
naves egisset; onustam navem dextrâ manu
tenuit, nec prius dimisit, quam manam amit-
teret. Tam quoque ampatatâ dextrâ, manam
sinistrâ comprehendit: quam & ipsam cum
amisset, ad postremum morsu navem deti-
nuit. Tantam in eo virtutem fuisse, ut non
tot cadibus fatigatus, non duabus manibus
amissis victus, truncus ad postremum, & ve-
luti rabida fera, dentibus dimicaverit. Du-
centa millia Persæ in eo prælio sine naufrago-
io amiserit.* Idem in *Persicis*, Ctesias, pa-
gin. 741.

21 Voto potiti sunt Græci, quia ex na-
vali ad Salaminam victoriâ tota defluxit fe-
licitas: & quanvis pro tunc Xerxes non af-
fensit Themistoclis consilio, ut citò transiret
in Asiam; postea suadente Artemisiz perfe-
cit.

Pugna Sa-
laminæ.

Prodigiū in
ca.

Stratagemæ
Themistoclis

Cynægryti
virtus, & in
illa tenaci-
tas.

Etiam C.
Atlij

cit. *Taerod* (dixerat) *Athenis incensis, cuius rei gratia expeditionem sumpsisse, revertens. Delictus eo consilio Xerxes, quod idem illa suavisset, quod ipse haberet in animo* (ait Herodot. lib. 8, n. 24.) *transire in Asiam decrevit; quod quidem factum post 45. dies, ut idem notat, n. 28. & videbimus, 2. Maij. Mardonium qui bellum excitaverat, exercitus Prætorum reliquit in hibernis, quousque illo Sardis degente ætate adulta victoriam & vitam perdidit ad Platzas. Fugientem Regem persequi Græcis animo erat, sed Themistocles obstitit. Non insequamur fugientes; nos enim nos ista effecturus, sed Dijs pariter & Herois; qui inviderunt* (allocutus est) *unum esse virum & Asia Regem & Europæ, qui sit impiissimus atque scelestus, qui sacra perinde atque profana habens, utraque incendit, Deorumque simulacra subvertit; qui & mare cecidit flagellis, & compedes in illud deiecit. Bene nobiscum in presens tempus agitar, Ibid. n. 26. Unde ut idem subdit, n. 30. Rediere Salaminem. Ibi ante omnia Dijs primitias obsecuti primitias selegerunt cum aliarum rerum, tum Phœnicarum tributum tres; quarum una reponeretur ad Isthmum (que ad metam usque memoriam extabat) altera apud Santum; tertia Aiæ, illic apud Salaminem. Secundo loco prædam inter se dispartire, ex qua primitias Delphos misere. Unde statua effecta est longitudine cubitorum decem, truncam navis partem manu sustinens, eodem in loco stans, ubi Alexander Macedo aureus. Agyneta aureas stellas tres dedicarunt, que super malum navis æreum stant apud angulam, proxime Cræsi craterem.*

22. Haud oblitum sunt in donariorum distributione draconis qui inter naves Atheniensium adversus Persarum apparuit, nescientium cuius species esset; quousque didicerunt ex Oraculo. *Erectum* (inquit Pausanias, cap. 34.) *Cybrao etiam templum Salamine: commisso enim cum Persis pralio, draconem inter naves conspectum memorant: de quo sciscitantibus Atheniensibus; Cybrao fuisse Heroa, Apollinem respondisse. Etiam Salamine, Dianæ templum est & tropæum, in memoriam eius victoria cuius Themistocles Græcis omnibus auctor fuit. Spectatur in ea Aiæ templum cum statua ex ebano. Ostenditur non longe à porta saxum, super quod Telamonem consedissee, aiunt; cum navem, qua filij ad Grætorum classem vecti sunt, oculis prosequeretur. Idem, cap. 33. Addit Nonnius in Græc. Goltz. Tabul. 14. Apud Anaphlytios templum Panis & Veneris, teste Strabone; ad quem locum electa*

sunt naufraga spolia Persarum classis, quæ ad Salaminem devicta fuit. Idem Suidas, & Meursius de Popul. Attic. Propter hancinè victoriam inelytam imago infule Salaminis in Elide cum veteri Græcia, femina pulchre navium rostra manibus præ se ferentis. Pausan. cap. 158. Portenta fuere etiam huius victoriae & lamentabilis cladis. Ante pugnam Dicaeus narrat, se vidisse pulverem triginta fere millium virorum, procedentem ab Eleusis, & vocem Iachi Mystici audivisse, scilicet: Numen loquens, ab Eleusine opem Athenensibus ferens. Ex illo autem pulvere nubem voce factam, eamque in sublime elatam Salaminem ad Græcos perrexisse. Iul. Cæsar Bulinger. de Prodig. cap. 20. Plura alia dicemus ad diem Augusti, 19. propter nonnullos asserentes tunc cladem Persarum ad Salaminem, quod dissonum chronologia; cum fuerit ante Græcorum victoriam de Mardonio ad Platzas, quæ facta, 3. Augusti. Hancinè victoria tumens Themistocles quasi in triumphum Athenas est ingressus in curru tracto à quatuor virginibus nudis, plenoque foro. Athenæus, lib. 13. num. 13.

23. Felix profecto Græcis secundâ fortuna dies, sed post annos 75. omninò infaufta, quippe in Athenienses victorijs insolentes, nigram è candida vertit faciem. Victi ergo sunt à Lyfandro Lacedæmone navali certamine, ad Ægos-Potamos; qua victoria Athenas cepit. Bucelin. quò supr. Athenienses nec ictibus fracti. Eodem die infortunium contigit, quo pridem apud Salaminem Persas vicerant; decimo sexto Munychionis. Gyrald. in Kalend. & de Ann. & mensib. n. 23. & Plutarch. in eo, sed lapsus memoria: in lib. de Dieb. & in Camill. signat 20. Augusti. Petavius, 16. Munychionis, exponit 17. Aprilis, p. 1. Rationar. lib. 3. cap. 9. Athenæ enim à Lyfandro captæ, quatuordecim diebus post victoriam ad Ægos-Potamos, de qua dictum die 3. à n. 33. ita ut caderet urbis occupatio eo Munychionis die, quo olim Atheniensium victoria de Persis. Tracta itaque funibus post suam illorum classe, & celebrata victoria tibijs, Lyfander circum urbes navigans, quotquot Athenienses invenit, Athenas incolumes misit, minitans iugularum quoscunque offenderet extra urbem. Haud hoc egit ex benevolentia ac pietate; sed ut facilius Athenas capere posset. Fame etenim obtenturum se sperabat, quod viribus non valebat. Abijs Spartam cum ducentis navibus, ut plauderetur, & consilium ab Ephoris fumeret: inter eos, cum pacem peterent Athenienses, multique conferent nomen Atheniensium cum

Imagines
Græciae &
Salaminis.

Portenta in
victoria.

Impudentia
Themistocles

Victi Athenienses ad
Ægos-potamos.

Athena capta
à Lyfandro.

Eius vasticæ & calliditas.

Facilitas
Terri.

Tropæa &
donaria. Atheniensium.

Statua Salaminica
Veneris.

Draco in
pugna.

Cybrao
quæ.

Quæ pro
victoria Salaminis
instituta.

cum urbe delendum; Spartani, ut dolo perficerent ab ambitione meditata, responderunt: *Dedecus esse, ex duobus Græcia oculis alterum erueret*: verum insidiosè, quia in Pyreum classem direxere, vallatàque urbe, ac vexata urente fame, pacem polliciti; modò muri Athenis traditis, deijcerentur, naves urerentur, & ex semetipsis triginta rectores acciperent. In has leges traditam sibi urbem Spartani Lyfandro formandam tradiderunt: sicque sub tyrannide gemuit, quousque Thrasybulus excussit patriæ iugum, superatis exactoribus; de quo 12. Decembr. ex probatis AA.

Tyrannis.

24 Athenæ miserè attritæ imo contritæ adversâ fortunâ, sicut cecidit cello è culmine Troia. Ita quæ ingeniorum claritate, eloquentiæ amœnitate, studiorum varietate univèrsas urbes Græciæ floridè superavit. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiâ, quàm univèrsa Græcia, uberiusque floruit; adeo ut corpora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia verò solis Atheniensibus, & Athenarum muris clausa existimes.* Velleius Patercul. lib. 1. Tunc (sicut modò) quid restat nisi nomen Athenæ? Nihil mirum insolentiâ fastû, arrogantiaque victoris, cuius plausus:

Infelicitas Athenarum.

Patria erat insignium virorum.

*Nos Græciæ inclytæ Ducem,
Lacedæmone amplâ natum,
Celebremus io Pæan.*

Refert in eo Plutarch. insitque: *Proinde Lyfander Atheniensibus nihil non concedentibus, multas ex urbe tibicinas evocavit, omnes etiam quâs in castris habebat, conduxit; & ad tibiæ sonitum muros detecit, triremesque cremavit, coronatis & ludentibus socijs, perinde ac si illa dies libertatis esset initium. Statim enim Rempublicam mavit, triginta in urbe, decem in Piræo constitutis Præfectis, impositoque in arce præsidio. Rectores in tyrannos verû sunt, quippe improbissimi electi; ut fictis criminibus, civibus & opibus evacuant urbem. Justin. hist. lib. 5. Nonnius in Græc. Goltz. tabul. II. & 14. Diodor. Sicul. lib. 14. n. 389. Sallian. & Briet. ann. V. C. 351. De illorum gestis, quippe ius datum sceleri plures agunt: uti specimen, lib. 1. in Iovinian. refert Hieronym. Triginta Atheniensium tyranni cum Phidonem in convivio necassent; filias eius virgines ad se venire iusserunt, & scortorum more nudari, ac super pavimenta, patris sanguine cruentata, impudicis gestibus ludere: quæ paulisper dissimulato doloris habitu, cum temulentos convivas cernerent; invicem se complexæ, præcipitæverunt in puteam, ut virginitalatem morti servarent.*

Athenis triginta præfecti, & eorum tyranni.

25 Lyfander pecuniarum avidus, inde perrexit in Samum cum classe, ad reliquasque insulas: unde navibus remigavit Spartam cum incredibili pecuniarum summa, mille scilicet & quingentorum talentorum; ut inquit Diodor. quò suprâ à n. 402. Displicuit opulentia Spartanis, eò quòd divitijs suspicarentur labefactari & corrumpi Laconicam disciplinam; ut accidit. *Nihil aquè Spartanos afflixit ac Lyfandri victoria (inquit Nonnius, d.) quæ urbem Asiatico auro, & Atheniensium spolijs implevit. Hinc factum, ut divitias iam appetere. Ephori obtestati sunt ut aurum & argentum abijcerent; patria verò numo, qui ferreus erat, uterentur: & ni Lyfandri familiares, ad quos divitiarum contagium pervenerat, obstitissent, decreto publico illud eiecissent.* Idem Plutarch. in Lyfandr. Monethæ Atheniensis insigne erat noctua; ut observat Pier. Valerian. 20. cap. 16. Unde cum ex summa à Lyfandro missa Spartam trecenta talenta surripuisset Gylippus, & ne cognosceretur in tecto abscondisset; socijs querentibus de noctuarum fuga, illis dixit Servus Gylippi: *Multas sub tegulis heri sui noctuas cubare.* Idem qui suprâ.

Lyfander dum patriæ officium efficit, Spartam offuit.

Quid effugis noctua in Atheniensium noctua?

26 Lyfander inflatus honoribus, in vastas cogitationes laxabat animòs, quibus moliminibus egebat opibus. *Heraclidarum antiquandi regnum, consilia secum inivit; ut scilicet omnibus deinceps Spartanis electio Regum communis esset. Fore enim sperabat, ut propter rerum quas fecisset, magnitudinem, & claritatem; regia maiestatis honores ac munus statim ad se deferretur. At cum responsis Deum Lacedæmonios maximè additos cerneret; Vatem Delphicam largitionibus studuit corrumpere. Si enim oraculi suffragio levaretur; facile se voti competem fore, putabat. At ubi diurnâ munus pollicitatione fatidici templi præsidis inflectere non posset; Dodonæ vaticinijs antistites per Pherecraten, qui fani ministris familiariter notus erat, sollicitare egressus est. Verum cum nec ibi quippiam proficeret; Cyrenen iter suscepit, votum Iovi Ammonio solvendum præstendens; sed nihil aliud interim agens, quàm ut oraculum istud corrumpere. Magnam utique pecunie secum vim transvexit; qua templi eius sacerdotes obnoxios sibi redderet. Quamquam verò cum Regis operâ, tum pecuniarum largitione, se persuasurum arbitraretur; tamen non modò spe suâ excidit, verum etiam præsidis Oraculi per legatos, Spartam missos, attentati per largitionis fraudem Oraculi Lyfandrum accusarunt.* Diodor. Sicul. lib. 14. n. 402. Quæ non co-

Ambit Lyfander regnum Spartanæ.

Struunt corrumpere oracula.

gitat ambitio! Nec de religione curat. Ly-
sander utique nonnunquam sine fide & sine
fronte : gloriabatur scelere sine ullo nisi de
dedecore decore. Unde sæpe dicebat : *Pue-
ros talis esse fallendos, iureiurando viros : &
Ubi quod vellet, non assequeretur leonis exu-
vium, ibi vulpinum applicandum esse.* Erasm.
Apophtbem. lib. I. à n. 91. Vafre cuncta ge-
rebat, quia assuetudine perfidiæ lactatus, dun-
taxat studebat & gloriæ & utilitati ; ut con-
tingit in victoria præfata ad Ægos-Potamos.

27 De hac Pausanias cap. 325. scribit
*Cladem certè, qua affecti sunt apud Ægos-
Potamos Athenienses, dicitant illatam sibi
non iusto prælio, sed Prætorum suorum pro-
ditiõne, quos pecunia hostes corrupissent: dona
enim à Lyandro Tydeum & Adimantum ac-
cepisse. Eius rei testimonium ex Sibyllinis
carminibus afferunt.*

*Ac tum Cecropidis lætæ gemitusque ciebit
Iupiter Altitonans, rerum cui summa po-
testas.*

*Navibus exitium & crudelia funera bello
Ille feret, culpæque Ducum dabit omnia pes-
sum.*

Alia etiam Musæi carmina Athenienses pro
oraculis habent; scilicet:

*Et sæva tempestas urgebit Cecrope Cretos
Fraude Ducum; sed certa aderunt solatia
victis.*

*Namque urbem hostilem evertent, pœnasque
repositæ.*

Haud videtur aberrans cogitatio ex dictis.
Sanè difficile, quod cuncti Prætores na-
vium, classe hostili in procinctu stante, quasi
classicum canentè (excepto Conone Præfecto)
fugerent, & classem cum victoria relinque-
rent; ni fuissent corrupti ab hoste, qui trium-
phum in trophæum optabat per fas & ne-
fas. Hac pecuniarum virtute aurea à pessimo
gloriosè parta victoria, & à Samijs in-
stituta *Lyсандria*. Meurs. in *Græc. feriat.* in
quibus iuxta Helychium Spartanorum cer-
tamina; quæ Ludos vocat Plutarch. in eo.
Habuit Delphis statuam, cuius effigies *casar-
riem more antiquo barbamque prolixam ha-
bens.* Idem ibid. Ephesi, Pausan. cap. 181.
Alia huius versuti ac dolosi pectoris vide-
bimus, 4. *Iun.*

28 Ante Athenarum cladem, ibi propter
victoriam navalem de Xerxe fiebant sacra
Dianæ. *Sextum decimum Munycbionis diem
Athenienses Dianæ sacraverunt : quo die
vincentibus apud Salaminam Græcis, Dea
(quæ gracili corpore) pleno orbe illuxit.* Plu-
tarch. de *Gloria Atheniens.* in fin. Hac de
causa Meurs. d. lit. M. in fit : *Munycbia sa-
cra erant Diana, celebrabanturque die deci-*

*mo sexto mensis, inde Munycbionis apella-
ti; ubi etiam causam institutionis Plutar-
chus animadvertit ab historia. In hoc festo
placenta Amphiphontes (seu Amphiphones)
dicta, in Munycbiæ Diana templum offere-
bantur, affixis circumquaque facibus; unde
etiam nomen illis placentis datum. Erant au-
tem hæ placenta à caseo facta. Idem observat
Eustachius in Iliad. 18. Homer. Videtis dicta
die 1. à n. 14.*

29 Nonnullis visum hac in die, quo vi-
ctoria Atheniensium ad Salaminam, etiam
contigisse Gelonis Siciliæ Regis de Cartha-
ginensibus; quos ad invadendam Siciliam
incitaverat Xerxes, ne Athenienses iuvare
possent, sicque facilius potiretur Græciâ.
Verùm eodem in die Xerxes Salaminæ &
Carthagenensibus ad urbem Himeram victi
sunt. A pluribus Auctoribus historia refer-
tur : at quibus placet hac in die utramque
accidisse victoriam, laborant in æquivoco.
Victoria quippe Gelonis eodem die parta,
non quo victus Xerxes in Salamina; sed quo
victor (dispendio viginti millium armato-
rum) cadente in pugna Leonida, Spartano-
rum Rege, atque trecentis socijs ad Ther-
mopylas. Expressè astruit Diodorus Siculus.
*Eodem namque die (in fit lib. 11. n. 255.) com-
pertum est, à Gelone Pœnos devictos, & Leo-
nidem cum suis ad Thermopylas, in Xerxis
castra eruptione facta, strenuè præliatos;
quasi de industria Numen eodem temporis
momento & victoriam pulcherrimam &
cladem gloriosissimam procurarit.* Gelo post
victoriam ire decrevit in Atticam; sed cum
sciret Atheniensium in prælio sanctam for-
tunam, in Sicilia cum suis permansit. Ve-
rùm hoc haud post victoriam de Xerxe ad
Salaminam, sed post gloriosiore de Mar-
donio ad Platæas, quantum aucupor. Vide-
bimus & 14. *Iul.* & 3. *August.*

30 Inter Ægyptios lustratio urbium
sanguine humano. *Kal. Ægypt.* frequenter
fiebat post adventum Ibicum & exterminium
serpentium, de quo die 12. à n. 21.
Iunoni hoc erat sacrum in plenilunio, vel
paulò post. *Amasis Heliopoli in Ægypto* (ait
Bulenger. de *Lustration. Urbium, advers.*
Magos lib. 3. cap. 3.) *sacrificium sustulit;*
*quo Iunoni homines immolabantur, proba-
banturque ut vituli, qui puri & signati ca-
piebantur. Tres eodem die mactati, pro qui-
bus totidem cereos sustituit. Lonz tunc sui-
bus sacrum. Sacrificium autem de suibus (in-
quit Herodotus, lib. 2. n. 14.) Luna dicatum
in hunc modum fit: immolata sue, extremam
eius caudam & lienem & omentum simul
componunt, & adipe qui circa alvum pecu-
dis*

*Ambitiosus,
cafer & do-
lesus.*

*Corrupti
Ducei clas-
si ad Ægos-
potamos.*

Sibyl.

Mæzus.

*Lyсандria
sacra.*

Eius statuæ.

*Sacra Dia-
ne Muny-
chiæ, quare?*

Portentum.

Sacrificia.

*Victoria Ge-
lonis de Car-
thaginensibus, & Grego-
rii de Mar-
donio.*

*Lustratio
urbium in-
ter Ægy-
ptios.*

Luna sacra.

dis existat, ea operiunt, ac deinde igni adolent: reliqua carne plenilunij die vescuntur, quo die etiam sacra faciunt: alio die non amplius gustarent.

31 Lunæ etiam cultum sub titulo *Regina cæli*, seu *Astarchæ*, qui inoluerat, dum in patria essent tribus Ruben, Gad & dimidia tribus Manasse; attritâ fronte profecuti sunt in terra Chaldæorum, quò depulsi à Salmanasar, inter duos altissimos montes, quæ regio vocatur Tilmis. Beniam. in *Itinerar.* pag. 77. Inter illos erat quidam insignis Magus, Lunæ Mylla, nomine David Elroi, de quo idem ibid. à pag. 82. inquit: *Doctissimus in lege Moysis, & in doctrinalibus libris, & in omnia etiam externa sapientia, & in Ismaelitica lingua atque scriptura, ac in Magorum & incantatorum libris. Hic igitur eam sibi mentem induit, ut adversus Persarum Regem arma moveret, & collectis Iudæis, bello gentibus omnibus illato, Ierosolymam usque expugnaturus, peteret. Id autem ut Iudæis persuaderet, mendacibus signis usus est; affirmans, à Deo sese esse missum Ierosolymam expugnandi, atque ipsos ex gentiam iugo solvendi causa, adeo ut apud multos ex Iudæis fidem sibi conciliavit, & nomen obtinuerit Mesia ipforum, &c.*

32 Fama ergo auditâ rebellionis & tumultus à Persarum Rege, studitum obviare malo; maximè si his tribubus iungerentur Dan, Zabulom, Asser & Neptali, quæ erant inter montes Gozen. Unde Davidem ad colloquium vocavit, rogatusque, *An ipse esset Iudæorum Rex;* constanter, ita esse, respondit: extemploque comprehendi & in carcerem intradi iussus est; quò qui regiâ sententiâ includuntur, per totam vitam continentur. Post triduum verò Principum & ministrorum concilio per Regem coacto, in quo de huiusmodi novarum rerum molitione à Iudæis inità, consultari agique decrerum fuerat; repentè David existens affuit, è carcere sua spontè nullo hominum conscio solutus: quem cum Rex vidisset, admiratus rogavit, quis eum è carcere eduxisset. Cui Elroi respondit: *Sapientia mea: nihil enim ipse vel te vel servos tuos metuo.* Tunc illum apprehendere iussit; dixeruntque ministri, *Quemnam? Nam vocem audimus, verum neminem videmus.* Eum secutus cum ministris Rex, usque in flumen; cuius ad ripam David perveniens, extenso super aquas sudario, flumen traiecit, stupentibus cunctis: ipse verò eadem die dierum decem viâ confectâ, Iudæis ibi degentibus tractum retulit & eius sapientiæ potentiam.

33 Rex nesciens quid cum impostore

faceret; caput captivitatis; Synedrosque iussit, ut Davidem traderent: aliàs minatur cunctorum exitium publicum. Illi scriptum de periculo gentis, *Scias volumus (erat epistolæ tenor) liberationis nostra tempus nondum venisse, neque signa nostra fuisse adhuc spectata. Non enim vento fortis efficitur vir.* Frustrâ tamen, quippe illi eam quam institerat viam pessimam, deserere noluit, donec missis decies mille aureis focero Elroi, in lecto Davidem cubantem gladio confodit. Ita Benjamin, d. pag. 85. Idem embolium accidit Apollonio Tyaneo fugiente Domitianum; ut latè refert Philostrat. in eius *Vit.* lib. 7. cap. 14. & 8. à cap. 4. Etiam delusi Iudæi minimè respiscunt, nec frugi redcunt tot impostores experti, uti patet *Actor.* 5. à 36. technis Theodæ & Iudæ Galilæi, de quibus Ioseph. 18. *Antiquit.* cap. 1. & 20. cap. 2. Vide Origenem, 1. *Contra Celsum*, Chryostom. in *Ioann.* 10. ac Lorin. & Caietan. in *Acta Apostol.* d.

34 Cretæ nex Tali, Minois consiliarij, interfecti à Medea. Apollodor. 1. *Bibliothec.* n. 29. Hic holoferreus à Vulcano fabrefactus & dono missus Minoi ad regni Cretensis tutelam & propugnaculum. *Antequam in Cretam perveniret; in Sardiniam accessisse narrant, ubi non paucos mortalium neci dedit: & quando aliquem necare volebat, in ignem desilire, solitum fuisse: quandoquidem id sine periculo prestare poterat, eò quod æreus esset. Mox autem ubi ita incaluisse, ut canderet; comprehensum morti adiudicatum pectori suo admovisse, exussisque.* Henric. Salmuth in *Pancirolog.* p. 2. Titul. 13. Plato in *Minoe.* Eustach. in *Iliad.* 20. Homer. Zenodotus, in *Proverb.* Simonides, *Epigram.* 17. & fusè Natal Comes, 3. *Mytholog.* cap. 7. ubi subdit: *Minos in urbe habuit Rhodanthum; cum extra urbem Talais operâ uteretur, qui vocatus fuit æreus, quis tabulas æreas per vicos circumferret.* Gigantem nonnulli dixere. Mela, 2. de *Situ Orbis*, cap. 7. & hic Isaac. Vossius. Apollon. Rhodius, 4. *Argonautar.* à v. 1643. Talo, inquit: *Europa Saturnius insule tribuit esse custodè Ter circum æreis Cretam pedibus versantem, Sed reliquo corpore & membris Æreus atque impenetrabilis, &c.*

35 Hic Talus nullum peregrinum recipiebat in insulam, repulitque Argonautas reduces cum vellere aureo; unde illi contigit è vita discedere, etsi corpus eius totum ferreum, præter tuberculum quoddam in imo calcaneo, tenui membranâ obvolutum, qua disruptâ, mors ei fato constituta erat; ut de illo & alijs dicemus, *Isagog. Septem-*

Quis David
Elroi

Præstigij
eius.

Confoditur.

Talis totus
ferreus.

Amplam
necabat.

Præco legè
Atinçis.

Apoll. Rhodius.

Risus condi-
signus.
ptembr. n. 24. Ex Anapbe (infir Apollodor. quò supr.) *Argonauta aduersi in Cretam appellere prohibentur à Talo. Hunc sanè alij ex Cbalei arisque genere produnt. Sunt qui à Vulcano Minoi datum ferunt; qui vir aneus fuit; & ab alijs Taurus appellatur. Huic autem venam unam, à collo ad calcem pertinentem fuisse, tradunt; atque in buiasce veng cute clavus aneus affixus esse videbatur. Quo circa iam Argonavim prætereuntem spectans lapidibus impetebat. Demùm Medea venescijs (fusè ea refert Apollon. Rhodius, d. à v. 1670.) circumventus occubuit: sicutdem ut nonnulli memorant, Medeæ pocalis ad insaniam redactus, excessit è vita. Alij dicunt, per immortalitatis pollicitationem, clavum illi Medeam extraxisse, omnique ex eius corpore effuso sanguine; ipsum obijisse narratur. Nec desunt, qui illum à Pœante sagittà in calce vulneratum, intermissa tradant. Idem apud Natal. Comit. d. lib. 6. cap. 8. Morte Tali Argonautæ frustrato periculo, Candiam apulsi, templum erexere Minervæ. Apoll. Rhod. d. à v. 1688. succinit: *Illam igitur in Creta noctem pernoctabant Heroes, interimque ipsi primi apparentem ad Auroram Fanum Minervæ Cretensis adificarunt:**

Interficiatur à Medea.

Minerva Cretensis.

Idem,

DIES XVII. MARTIJ.

XVI. R.

GRad. 27. Solis in Piscibus: qui exaltatio Veneris. Idem & Grannuyf. lib. 8. cap. 21. *Inconstantes venti. Aquilo spirat. Prol. Sol in Ariete. Favontus vel Corus. Colum. Venter Ceti vesperè occidit. Iunctin. K. A. Vir nudus. Sphær. Arab. Ægyptij in Iconismo Arietis sub Numine Ammonis, pingebant serpentem stipiti circumplicatū, tanquàm præsidium in Cacodæmones; simulque constellationem Deltæ, quæ porta Deorum, in mundi renovationem. Kircher. 2. Oedip. Copt. p. 2. class. 7. cap. 7. Iuxta R. Ionatham Uzielid. 17. Nisan Arca Noë requievit in Armenia, vocatque Nisan septimum mensem, in Paraphr. cap. 8. Genes. Arbitror dici ab illo Nisan septimum mensem à diluvio, quod iuxta R. Eliczer, ut dicitur Seder-Ol. cap. 4. incepit in Septembr. quo etiam tempore conditus orbis, Videfis 17. April. & 27. Septembr. Initium mæsis hordeacæ, Rab. Salom. Leonard. Mar. & Genebrard. Pridiè ex illa manipulus spicarum, uti diximus, num. 2.*

Serpens in ligno.

Arca Noë requiescit super montes Armenia.

Mæsis hordei.

Mansio 3. Etbam.

tertia. Numer. 33. 6. & Seder-Ol. cap. 5. ubi manserunt biduo, nam sexta die castrametati sunt in Phihahiroth. Exod. 14. 2. & Numer. d. v. 7. hic apparuit columna nubis per diem, quæ erat columna ignis, seu illuminatrix per noctem, nunquam evanescens, sed interdium super illos defendens ab æstu Solis, & noctu illuminans tota castra; præviaque ad iter capessendum, præcedens Israëlitas, ac consistens quò castrametandum. Exod. 13. à 21. Psal. 77. 14-104. 39. & i. Cor. 10. 1. Adrichom. in Chronie. & Hieron. d. Mans. 3. quem sequitur Genebrard. Ann. 2670. Anno sequenti apparuit, germinasse Aäronis virgã, quæ cum cæteris pernoctaverat in Tabernaculo, ac siccam protulisse flores & amygdalas. Iussu Dei in perpetuum rei memoriam custoditur, & iuxta Arcam non in Arca cum Manna. Numer. 17. à 8. Hebr. 9. 4. Adrich. Ann. 2454. & Ioseph. 4. Antiquit. cap. 4. Virgam hanc non fuisse Thaumaturgam Moysis, asserunt Alapid. Caietan. Bronfrer. & Abulens. qui subdit (uti notavimus in nostr. Tautolog.) Nunquam fuisse deficcata, mansisseque cum floribus (sicut incorruptum Manna) imò cum fructibus, ut semper esset signum contra rebelles. Audi somniantem Rab. Simeonem: *Virga illa (inquit apud Galatin. lib. 6. Arcan. cap. ult.) qua Moyses & Aaron miracula faciebant in terra Ægypti, & postea in deserto floruit; ab ea arbore excisa est, quam Deus Moysi ostendit in deserto, ut aqua amara dulces fierent: & hæc arbor excisa fuit ab arbore vitæ, quæ in paradiso sita erat Angelorum manibus, quam miserunt Ada, cum ipse misisset Seth filium suum ad paradysum; misericordiam Dei imploraturum de suo peccato. Dixeruntque Angeli ad Seth, ut plantaret hanc arborem: quæ quamprimum fructum faceret, misericordiæ Dei in eum descenderent, aperirenturque portæ cæli, quæ obserata sunt. Hanc autem arborem, seu potius ramum accepit Seth, plantavitque in deserto, quam postea Moyses invenit, & ex ea virgam suam excidit: ideoque Virga Dei dicta est. Cum autem venisset Israel ad Mare, nec illius aquas bibere posset; Deus ostendit Moysi hanc arborem, ut aquas illas redderet dulces: & hæc est arbor illa qua Moyses serpentem æreum imposuit, per quam Deus universum orbem salvum facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cum venerit Rex Mæsiæ: tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundò aqua amara efficiuntur dulces, pargabuntque primum peccatum, omniaque delicta que fecerunt, facturi que sunt homines. Alia videfis*

Columna ignis & nubis.

Virga Aäronis flores.

Unde hæc virga?

Defecit
Manna.

8. Septembr. n. 6. Hac die anno 41. ab egres-
su Ægypti defecisse Manna, autumat Serar.
in Iosue. 6. quæst. 31.

3. Comprehendit Gedeon postridie vi-
ctoriam, quam retulimus d. 16. iugulatis
ad vada Iordanis per Ephraimitas Oreb &
Zeb, duos alios reges Madian, qui cum 15.
millibus fugerant, scilicet Zabee & Salma-
na, quos ipse interfecit, tulitque ornamen-
ta & bullas regalium camelorum. Raschi
quò pridie, ex Iudic. 8. à 10. Eodem stra-
tagemate, quo turbabatur totum exercitum,
perculsit hodie ita reliquias, ut immissa à
Deo cacitate, in obvios rabie favirent. Se-
rar. hic à quæst. 7. Iosue. 5. Antiq. cap. 8.
attribuit confusione linguarum. *Tanta inter
semisomnes (infite) consternatio exoritur; ut
incomparabiliter plures mutuis vulneribus,
quàm hostili ferro caderent, quod diversa
lingua homines eadem castra haberent, se-
mel enim pavore confusi, obvios pro hostibus
trucidabant.* Quicquid dicat Raschi, mihi
arridet victoria postridie; quippe Gedeon
diluculo diei sequentis primam victoriam,
transivit Iordanem, & nocte irruit in eos:
liquet à v. 10. Post à cupentis electus in prin-
cipem, quem Deus illius factionis destina-
verat Duce; quod modeste respuit signans
Dominum Dominatorem Israël: solumque
petijt in aures aureas, quas pendentes habe-
bant Madianitæ; ex quibus ille fecit Ephod,
quod posuit in civitate sua in monumentum
præclaræ victoriæ; quod quidem fuit ruina
post eius mortem non tantum domui suæ,
sed universo Israël, ibid. à v. 24. Quid hic
intelligatur per Ephod, videris apud Serar.
in cap. 8. quæst. 16. Abulens. & Alapid. hic
v. 27.

4. Dantur Gabaonitis septem filij Saul
in crucem, ut cessaret fames orta triennio
in Israël, eò quòd Saul contra iuramentum
Gabaonitis per Iosue præstitum (qui servi-
tio Sanctuarij mancipavit) voluit delere, ex
eisque multos occidit. *Ceciderunt hi septem
simul occisi in diebus mensis primis, incipien-
te mensione bordei.* 2. Reg. 21. 9. Triumphus
Iosaphat de Moabitibus, Idumæis & Ammoni-
tis, parta victoriâ in Engaddi die 13. omni-
nò mirabili; quapropter die post victoriam
4. congregati sunt in Valle benedictionis, sic
dicta ex tunc, quia ibi gratias Deo egere,
procedentes in Ierusalem cum lætitia ma-
gna. 2. Paralip. 20. à 26. Adrich. in Iuda
n. 51. & Bernard. Breindenbach Itiner. cap.
6. ex Iosue. 9. Antiq. cap. 1. Postquam munda
templi cuncta, quæ polluerat Achaz; ex-
posita dives sacra supellex coram altari Do-
mini; & tunc Ezechias renovavit abolitum

cultum magnificis sacrificijs, victimisque
opimis: quæ religio duravit usque in tem-
pli destructionem per Nabuchum. 2. Paralip.
29. à 18. Vide cætera 14. April. 3.

5. Assuerus & Aman (ut constat ex pri-
die dictis, n. 9.) agrè lectulo quiescebant.
Ille de Mardochæi honore sollicitus, hic de
dedecore: quandoquidem ut quod cogita-
verat, suspendium ab Assuero impetraret
Mardochæi, diluculo Regiam intraverat:
de seque benè actum indicavit, dum ita fa-
cilem ad Regem habuisset accessum; quo-
niam ab Assuero vocatus, ac de honore sum-
mo dignoque Regis magnificentia interro-
gatus, quasi de suis meritis (quæ philantia
extollit) ageretur; honores expressit, quæ
cupiebat sibi. *Rex verò lætus* (ait Iosue. 11.
Antiquit. cap. 6.) *Ergo vade, inquit, &
sumpto equo, veste ac torque, Mardocheum
Iudæum quere, & sic ornatum, equo insi-
dentem ipse precede, agens præconem inte-
rim; nam tu amicus es intimus, & consilium,
quod dedisti, exequeris optimè: debetur enim
honor hic mee vitæ conservatori. His præter
omnem spem auditis, vix fuit compos ani-
mi: & cum non haberet quid aliud faceret,
exiit cum equo, purpurâ & torque aureo:
invenitque ante aulam Mardocheum in-
dutum sacco, iussit, eo deposito, induere
purpuram. Qui veritatem rei nesciens, sed
illudi sibi putans, Scelestissime, inquit,
ad eone calamitati nostræ insultas? Persuasus
tandem, quòd Rex hoc ei præmium pro ac-
cepta salute redderet; induit purpuram, quæ
Rex ipse uti est solitus, & ornatus torque,
conscensoque equo, urbem obequitabat, præ-
cedente Amone & clamante: Sic honorabitur,
quem Rex honorare voluerit. Perlustratâ
deinde urbe, Mardocheus ad Regem ingreditur
(Mentitur, non enim ingressus est ad
Regem, quousque suspensus Aman. Esth. 8.
11. imò ut ibid. dicitur, cap. 6. 12. finita pom-
pâ, reversus est Mardocheus ad ianuam pa-
latij: & ad saccum, ait Chald. quippe necdum
revocatum decretum in cladem Iudæorum
expeditum) Aman verò præ pudore domum
se contulit. Vestem pretiosam qua honoran-
dus à Rege Mardocheus, & ab illo selectam,
describit Targum Scheni, cap. 6. Esth. v. 10.
Dixit Rex Amani: *Abi citò ad thesaurum
regium, & accipe inde unum ex tegumentis
purpureis optimis: & accipe inde vestes se-
ricas, optimas pardinatas (vulgò, Escarlata-
tin) & metaxam (hoc est, Sericum) cum la-
pidibus pretiosis, margaritis appensis in
quatuor angulis eius, & tintinnabalis au-
fels, & malogranatis undique appensis. Mi-
hi videtur omninò ludicrè voluntaria huius**

Secunda vi-
ctoria Ge-
deonis.

Crucifixi 7.
filij Saul.

Triumphus
Iosaphat.

Ezechias re-
novat tem-
pli cultum.

Exaltatur
Mardo-
cheus.

Eius vestis
in honorem.

vestimenti forma, ficta in allusionem ornatus Summi Sacerdotis Hebræorum: maxime, cum d. cap. 8. v. 15. dicatur: *Mardocheus de palatio & de conspectu Regis egrediens, fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet & aerijs.* &c. Braunio 1. p. *Vestit: Sacerdot. Hebr. ca. 10. n. 6.* placet, in vestibus Regum Persarum appendi aurea malogranata & tintinabula.

6 Confusum etiam à filia fatetur Paphr. præfat. quasi haud satis pudendus sub plausu Mardochei, obsequium servi exhibens, quod exercuerat pridem. Filia Amani nomine *Salbatevat* (de qua 3. *Septembr. n. 6.*) audito strepitu pompæ, ut eam videret, in fenestram prodijt; cum putaret non Mardochei, sed eius patris esse plausum: super cuius caput è superiori loco illuviem effudit, arbitrans præconem equitantis esse Mardocheum: quam cum ita sordatus intueretur Aman, dixit: *Etiam tu filia confidisti me?* Errore cognito, illa dolorem ferre non valens inde sese præcipitem misit & crepuit. Commentum sanè Rabbinicum. Aman ergo cum domum pervenisset, gesta que narraffet; ab uxore, & à Magis, audivit: *Si de femine Iudæorum est Mardocheus, ante quem cadere cœpisti; non poteris ei resistere; sed cades in conspectu eius:* cap. 6. 13. Ex libris sacris huiusmodi coniecturam hausisse, Persicè scriptis, autumat Lyranus hic; ex quorum historijs, uti Danielis coram æmulis, & similibus, subodorari quibant ruinam hostiorum, quibus Numen verum. Vide Serar. *questiunc. 19.* Vel Ethnicus dixit in *Hercul. OEtæo, v. 713.*

Sicut

Semel profectio premere felices Deus
Cum cœpit, urget. Hos habent magna exitus. Præsentibus accrescunt alia. Propter dolos positi, deijciuntur, dum à fortuna levantur, & allevantur.

7 Haud secus præsens articulus. Vix à corporis lassitudine quieverat (ab animi vulnere nequibat) qui à mane usque in meridiem pedes calcaverat Susas per vicos & plateas; dum adsunt Eunuchi (ille renuebat ire, malum præcavens conscientia Nemesi) & cito eum ad convivium, quod regina paraverat, pergere compulerunt. Ibid. v. 14. Assuerus, cum iam cum Amano (saspiria bibente) suaviter splendidis, opiparisque epulis esset acceptus; iussit Estherem os aperire in vœra, minime eius, amore frustranda. Illa tunc petijt à Rege sibi suoque populo vitam, quippe non solum ille, sed & illa, uxor eius & Regina à pessimo Amano adstante, mancipata neci. Aman expulso, Rex furore percitus in hortum proximum

recessit. Interim perfidubiad genua Esther supplex iacet. Rex reversus videt, zelotypum se gerit, operitur illic rei facies in signum damnationis, Harbonaque Eunuchus, qui eum in convivium adduxerat, tunc cum scijisset ab Amano paratam in suspendium patrii Regina Mardochei, & erectam fuisse crucem, 50. cubitorum (insigne delictum Franc. Geörg. *Tom. 6. Problem. 380.* huiusmodi crucis lignum asserentis fuisse ex arbore scientiæ boni & mali, de quo etiam Serar. hic, *questiunc. 21.*) & Regi furenti dixisset; iussit in eo ligno Amanum appendi sine mora: cap. 7. 9. & Petr. Comest. ex Iosepho loc. cit.

8 Crucem extulerat Aman Mardocheo in suo palatio pro maiore dedecore; verum, ut plus patefeeret pessimi, insolentis Aman; ab illo loco extractam in frequentiore, idest ad portam Susarum, quò maior spectatorum conventus, transferre iussit; ibique Amanum suspendere: cap. 16. 18. inò clavis affigere, ut cogitat Gretser. 1. de *Cruce*, cap. 19. quin pro illo intercessisset; quam habuerat auctoritas; nec privilegia Principum apud Persas. Illi contigit, quod cuidam Romano, qui ut heres esset, pupillum de medio sustulit. *Cruce affecit Galba* (infit Suetonius, in eo, cap. 9.) *implorantique leges; & civem Romanum se testificantem, quasi solatio & honore aliquo pœnam levaturus; mutari, multoque præter ceteras altiore & dealbatam statui crucem iussit.* Idem contigit Gavius, iudice Verre, ut ait Lactant. *Instit. divin. lib. 4. cap. 18.* & Cicero, 5. in *Verr.* iam simile supplicium exercuerat Artaxerxes; de quo Ctesias in *Persis. n. 7.* infit: *Artabanus ea morte, qua Artaxerxes erat afficiendus, afficitur.*

9 Post meridiem suspenditur Aman: & die illo dedit Assuerus Esther Reginae domum Aman, adversarij Iudæorum (quantæ illius opes clarent ex summa decem millium talentorum argenti, ex superfluis Fisco regio oblata pro exterminio Iudæorum: cap. 3. 9.) & Mardocheus ingressus est ante faciem Regis: confessa est enim ei Esther, quòd esset patrius suus. Tulitque Rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardocheo: Esther autem Mardocheum constituit super domum suam: cap. 8. à 1. Tunc etiam patuit per Estherem, ut Chald. Lyran. & Sanctius hic n. 4. asserunt; in eadem Regis cum duobus Eunuchis conspirasse Amanum. Unde cap. 16. à 12. de eo, dicit Assuerus: *In tantum arrogantia tumorem sublatu est, ut regno privare nos niteretur: & vitæ: nam Mardocheum, cuius filius & beneficijs*

Unde eius crucis lignum?

Ibi etiam clavis suffigitur.

Cruce altior criminis fabricis.

Assuerus divitiis Aman confectus: Esther & Mardocheo regium annulum.

Aman in Regem perduellio.

Esther expulso Assuerus sequitur Amanum, & suspenditur ad crucem.

his vivimus, & consortē regni nostri Esther, cum omni gente sua, novis quibusdam, atque inauditis machinis expetivit in mortem: hoc cogitans, ut illis interfectis, insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Ita ergo Mardocheus mansit in aula primus inter primates, & secundus à Rege; minimè in tanta fortuna quietus, quousque decretum in Indæos expeditum, funditus aboleretur. Unde de eius revocatione, vel cum periculo, locutus est enixim Esther, uti videbimus postridiè, num. 6.

Causæ exaltationis Mardochei.

10 Causa ejectionis Mardochei in Superiorem dignitatem, patet ex textu, manifestatione coniuratorum in Assuerum. Alia cogitat Hieronym. in *Daniel. 2.* subdens: *Ut quemadmodum in Iosepho & Daniele; sic in Mardocheo haberent captivi & peregrinantes Iudæi solatia, videntes hominem gentis suæ Egyptiorum esse Principem, Chaldaeorum & Persarum.* Paraphras. Chaldaica in *Cantic. 7. 5.* ad illud: *Sicut purpura Regis; &c. effudit: Pauperes è populo, futurum est, ut induantur purpurâ; sicut indutus est Daniel in civitate Babylonis, & Mardocheus in Susis, propter meritum Abrahæ, quem Regem constituit ab initio seculi; & propter iustitiam Isaac, quem ligavit pater eius, ut offerret eum; & propter benignitatem Iacob, qui decorticavit virgas in canalibus. Hinc sicut purpura Regis vincita canalibus. Id!*

Herodes templi exteriora restauravit magnificè.

11 Anno à Mardochei exaltatione, iuxta Salian. 434. iuxta Torniel. 431. Herodes Magnus, an posset obsequijs flectere Hebræos, ut tanquam ex iure dominationem, recognoscerent tyrannidem; templum Ierosolymitanum aggreditur erigere augustius. Magnitudinem & magnificentiam restauratoris fusè describit Ioseph, lib. 6. de *Bell. cap. 6. & 15. Antiquit. cap. 14.* licet in utroque loco non restaurationem, sed constructionem appellet, veterem Zorobabelis à fundamento sublato, ita ut templum posset dici tertium, quod iuxta Prophetam omninò Mendacium. *Ierem. 7. 4.* Templum exterius, seu templi exteriora edificasse, asserit, per se octo annis; interiora verò per Sacerdotes uno anno cum dimidio. An hæc vera sint, multi ambigunt. Defendit Torniel. *Ann. 4032. à num. 2.* totis viribus, sed invalidè. Nihil sic loquitur Egesippus, & totum fabulosum arbitratur, Brietius *Ann. 4035. & cum alijs Villalpand. Tom. 2. in Ezech. p. 2. cap. 68.* Duntaxat concedunt porticum exornationem & portarum, Aquilamque auream, de qua 22. *Ianuar. n. 1. Iuxta Salomonis vestibulum* (inquit Genebrard. *Ann. ante Tom. I. Ephemèr.*

Christi ortum 10.) novam contra veterem archetypum ex Ezechielis forma accessionem adiunxit, omnium generum politis stratam lapidibus, marmoreis etiam columnis, spatiosisque porticibus, necnon biforibus portis, & excelsis pinnis, usque adeo sumptuosam, ut totius mundi miraculum videretur; templo veteri integro manente & incluso. Egesipp. 1. de *Excid. cap. 35.* vel additus literæ Iosephi ubique, subdit: *Templum exornavit, omnemque illum circa templum ambitum circumvallavit muro, geminatisque spatijs inclusit, immenso edificandi sumptu & exquisito decore.* Totum, ut crederetur Messias, ut ait Tirin. *Chronic. cap. 45.* ex qua cogitatione deinceps infelicissimus vixit. Idem ibid.

12 Innocentium puerorum martyrium, qui flores martyrum. Alap. in *Matth. 2. 16.* qui addit ab Herode perfidè institutam festum puerorum, ut facilius gregarim possit occidere. *Anno Christi 33.* vocatur Zachæus in Iericho, in cuius domum pro hospitio receptus est. Gisland. *Vid. pridie, num. 10.* Tunc facta à Salvatore parabola de servis negotiatoribus. Idem ex *Luc. 19. 12.*

13 Romæ celebrata hac in die Liberalia, quæ & Bacchanalia, in honorem Liberipatris instituta; quo die virilem togam pueri ingenui sumebant. Elias Reafner. ex *V. K. Rom.* Idem refert Gyrald. in *Kalend. Ovidiusque cum alijs festis describit fusè 3. Fastor. à v. 707. Baccho sacra sunt, quæ constat, Iul. Casarem primum Roman transulisse.* Anton. Constant. hic. *Dionysia* dicta à Iove, cuius Græcus genitivus est *Dios & Nyssa*, in quam devenit Liber-Pater ex India cum triumpho: quò perveniens Alexander Magnus civibus pepercit; quia non solum militiam, sed vestigia Dei sequi, illi cordi fuerat. Marfus, ibid. Alia dicta, 21. *Ianuar. n. 5.* Totum festum in ebrietatem & luxuriam: qua de causa Sacra *Fugalia* dicta; idest, decoris, pudoris & modestiæ, uti ibi præmissimus. Nevius iccirco cecinit. *Liberâ linguâ loquemur in Liberalibus.* Inventor dicebatur vini, quo veritas nesci, atque lingua sine freno. Anus erat sacrificula, cum qua aliæ foemine vino plenas coronisque hederaceis ornata, gestientes libabant, quorum liba ex farro & melle; ut Ovid. innuit loc. cit. Stuck. de *Sacrific. Gentil. cap. 77. Natal. Comes, 5. Mytholog. cap. 13. Varro, 5. de Lingua Latin. Alex. Neapolit. 6. cap. 19. & Vives in August. 2. Civit. cap. 9, & 6. cap. 9. Plutarch. Rom. 99. 103. inquit: Cur Bacchum, Liberum-Patrem vocant? An quia potantibus libertatis pater existit? Redditur enim*

Christi gestum.

Liberalia & Bacchanalia Romana.

Vel Dionysia.

Fugalia.

Sacra Baccho & quæritæ.

Cur Bacchus dicitur Liber-Pater.

enim per violentiam vulgus hominum audax, ac libertate lingue impletur.

14 Hinc etiam imago Bacchi translata è Græcia in huiusmodi sacra. In antro Liber-Pater iacet barbatulus, auream præferens pateram, talari amictus tunica: arbores antrum vestientes, vites sunt; mali etiam & punica. Intra speluncam mulier cum viro. Circe & Ulysses eos esse: inquit Pausan. cap. 167. & eò quod in monte Larysio primum vnam maturam Spartani reppererunt, vere ineunte, festos agitant Libero-Patri. Idem, cap. 105. In Corcyra erat Bacchi templum, quoniam ibi vinum optimum, maxime si consenuerit. Imago stellam habet cum uno botro & cantharum. Ludov. Nonnius in Goltz. de Insulis Græc. Tabul. 1. Cum Pegaso collocat Florentius Schoonhov. Emblem. 19. accinens:

Pegasus & Bacchus tabula iunguntur in una:
Huic cyathus, huic sacrum circuit ala caput.
Emblematis propositum haud aliud præter volatum ingenij pennis vini generosi; quippe vel aliquando oportet inebriari, vel quodammodo insanire. Vidimus ex multis, 10. Februar. à n. 8. Deaurant siccis calicibus ebrietatis gratias, cum risum moveat ebrietas; quoniam hauriunt unà cum hilaritate oblivionem ingenitæ in iudicium commendabilis rationis. Ita enim Anacreon, Carm. 7. facetè edicit:

Ergo merum bibamus:
Pulchram merum Lyæ:
Bibendo namque vinum,
Ærumna dormit omnis.

15 Dicta etiam Vindemialis: ait Constant. d. De his agendum, 11. Octobr. Ludicrum videtur in Marrio Vindemia, etsi celebretur sub titulo Bacchi, qui usquequaque cuncta transformabat in Vites; ut refert fuse Nonus in Dionysiac. & Euripid. in Bacchis. In Vindemialijs, seu Meditrinalijs fas quodcumque nefas: propterea cum huiusmodi facultas à lascivis desideraretur; placuit geminare festum, per vindemiæ simulacrum. In domibus fingebantur vineæ & frequentius extra muros. Domi cum vindemiæ simulacrum omnium lasciviarum genere celebrarent. Erasim. Apophthegm. lib. 6. n. 6. Exprimit hæc impudentias Cornel. Tacit. dum sub Claudio refert supplicium sumptum de Messalina & Silio, Vindemiarum sacra nudè celebrantibus. Messalina (inquit, 11. Annal. cap. 31.) solutior luxu simulacrum vindemiæ per domum celebrat; urgeri præla, fluere lacas, & femina pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes vel insipientes Bacchæ. Ipsa crine fluxo thyrsum

quatiens, iuxtaque Sillus bederà vincit generè coturnos, iactare caput, strepente circum procaci choro. Henric. Smet. in Fasbor. gloss. Sub Heliogabalo culmen in vindemiarum simulacro habuit impudentia effrenis: equidem satietatem usque cum devenisset lascivia sine ullo frontis pudore; gaudere cepit & dicere: Verè liberam vindemiam esse, quam sic celebrarent. Ferunt nonnulli, ab ipso primum repertum, ut in vindemiarum festivo multa in dominis iocularia, & audientibus dominis dicerentur, quæ ipse composuerat. Aelius Lamprid. in eo. Videtis Bacchi pompam, 12. Ianuar. n. 4.

16 Alia hoc die fiebant, quia florebant vineæ: & ut merum bibere possent, è faciibus vinum eximebatur. Natal. Comes, d. Haud causa placet Roman, in Republ. Gentil. lib. 2. cap. 18. dicenti: Vindemiam dici veris; quoniam hac in die ministrabatur in sacrificia vinum novum, durante veteri usque in Bacchi liberalia. Ideo Bacchi pompa. Totum ex Græcis. Pompa ducitur Libero in Pyraeo. Agunt Comædi & Tragedi. Item Lenæa pompa, saltante puerorum choro, dum sit Comus (Hebr. Beelphegor, gula ac luxuriæ deus) & cum certamine. Cornel. Schrevel. in illud Heautontim. Terentij, Act. 1. scen. 1. v. 110. Dionysia hodie sunt: manere apud me sit, volo. Alexand. Neapolitan. 2. cap. 14. de eisdem inquit: In festo, quod Lenæum Athenienses vocant, fæda convicia per risum & iocum invicem poeta iactant, & contumeliji se laceffunt. Alia 1. Novembr. Hæc omnia ebrijs licita, & propria. Unde Bacchus ab Indis dicitur Saron, idest, Vini confector. Gyrald. Syntagm. 8. n. 3. Ovid. d. v. 779.

Luce sua ludos vna commentor habebat,
Quos cum tadifera nunc habet ille Dea.
Patet cum Cerere celebrari Bacchum & cursu lampadum, uti Ceres colebatur.

17 Hæc Bacchanalia Romana dicebantur quoque Liberalis; quia pueri relicta prætexta sumebant togam. Idem ibid. v. 771. succinit:

Sive quod es liber, vestis quoque libera per te sumitur, & vita liberioris iter.

Sumebatur in signum eminentis nobilitatis. Carol. Neapolit. hic, n. 253. Diximus latè, Tom. 8. T. 4. à n. 27. Dempster. in Rosin. 5. Antiq. cap. 32. ex Aul. Gellio ait: Cum iam adolescentuli Roma prætextam & puerilem togam mutassent, magistrosque nobismetipsis tunc exploratiores quæreremus. Legerim aptius: Cum prætextam puerilem in togam mutassent. Liberam hanc togam Prisci appellarunt, quia omnis honesta libertas, quæ

Imagi

Florent.

Ebrietas collitur.

Anact.

Vindemialis veris.

Vindemialis simulacrum.

Abominandum.

Cur vindemia in veteri

Lenæa.

Pompa Bacchi.

Cum Cerere.

Ovid.

Liberalia quærit

Libera dies. quæ aliorum esset civium, ijs concederetur, qui eam induissent. Unde & dies ille mutata vestis *Liberia* dicebatur. Toga erat haud rubri coloris, sed candidi; quapropter *Toga* dicebatur *pura*. Persius, *Satyr.* 5. v. 30. Cicer. lib. 5. *ad Atticum*, Epist. 20. & lib. 9. *Epist.* 4. Cœl. Rhodig. 14. cap. 16. Catullus, *Carmin.* 69. v. 15.

Garull.

Tempore quo primum vestis tibi tradita pura est,

*Iucundum cum etas florida ver ageret;
Multa satis lusi.*

Hoc vestis genus inventum ab uxore Tarquinij Prisci, Caiâ Cæciliâ, seu Tanaquile. *Ea* (inquit Plin. 8. cap. 48.) *prima texuit relictam tunicam, quales cum toga pura tyroni induuntur, novaque nuptæ.* Tyrones dicebantur, non militiæ, sed rhetoricæ, cum primum coram iudice causas agebant. Rhodigin. d. Alex. Neapolit. 5. cap. 18. & Dalecamp. in *Plin.* loc. cit.

Tyrones qui?

18 Hanc ergo tunicam *Niveam* vocat

Toga Libera, nivea.

Martialis, 4. *Epigram.* 34. *Lotam.* 28. & 10. *Epigram.* 11. *Argentem.* 12. *Epigr.* 36. *Vestis pura & candida, quam adolescentes tyroninij die induebant, quæ à forma umbonis & clypei, umbo dicitur.* Tiraquell. Meo iudicio, *Undulata tunica*, qualis Serv. Tulli in æde Fortunæ, de qua Plin. d. diciturque *Toga*, quia dimissa prætextas *Candida*, ad distinctionem togæ virilis; *Libera*, quippe nobilibus tantum tributa, eo quod Romæ etiam erat Plebeia. Alexand. ab Alex. d. *Plebeiam purpuram distinctam à Patritia in usu fuisse: erat enim fusca & obsoleta, non murice & cocco, sed herbarum succis infecta.* Cæsar estò insigni hypocrissi, apud Lucan. 7. *Pharsal.* à v. 266. dixit:

*Ipsè ego privata cupidus me reddere vitæ,
Plebeiaque togæ modicum componere civem;
Omnia dum vobis liceant, nihil esse recuso.*
Post pubertatem ferebatur sæpè sæpius *candida libera toga*; at aliquando ultra vigesimum ætatis annum. Ad Sueton. in *August.* cap. 8. In *Caligul.* cap. 10. Tiraquell. in *Alexandr.* d. & Dempster. quò supr. Ritus institutus à Serv. Tullio: hic igitur decrevit, quòd qui togam sument virilem, denarium deferrent in Iuventutis ædem. Dionys. Halicarnas. *Antiq. Roman.* 4. n. 14. *Statuit* (inquit) *quanti pretij namos pro singulis nascentibus cognati inferre deberent in ararium Ithya* (idest, Iunonis Lucinæ, de qua egimus, die 1. n. 8.) *in Veneris Libitina, pro defunctis: in Iuventutis, pro togam virilem sumentibus.* Aliter Festus Pompeius, lib. 16. Eodem cultu pueri ad togam, ac virgines ad nuptias ornantur, quòd fiebat *tunica relictâ.* Sic enim

ait; *Tunicis albis & reticulis luteis, utrisque relictis* (textis sursum versis) *pridiè nuptiarum diem, virgines induta cubitum ibant omnis causâ; ut etiam in togis virilibus dandis observari solet.* Idem ex Isidoro, Dalecamp. d. Illam adifis, 19. *Origin.* cap. 24. Frequenter solemnitas fiebat ante altaria & Deorum statuas. Propert. 4. *Eleg.* 1 v. 131. accinit: *Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo, Matris, & ante Deos libera sumpta toga est.*

æra, coram Deorū ariis.

Propert.

Ferè Penatibus dicabatur, ut hic asserit Paterferatius, ac diximus, 31. *Januar.* n. 5. Aliquando pompa fiebat comitibus Coss. ut accidit togam accipiente C. Cæsare, Agrippæ filio, de quo Goltz. in eius *Vit.* & Briet. ann. V. C. 749. *Augustus Consulatum 12. cum L. Cornel. Sylla gessit; ut Caium Cæsarem, annos sexdecim natum maiori pompâ in forum deduceret, eique virilem togam daret* 16. *Kalend. April.*

Vel Penatibus.

19 Etiam hoc die Romæ *Argea*, de quibus, 15. *Maij.* Pridiè hodieque signantur ab Ovidio, quò supr. v. 785.

Argea.

Itur ad Argeos (qui sunt, sua pagina dicit)

Ovid.

Hac, sicut memini, præteritaque die.

Variant AA. in expositionem huius festi, vel sacri. *Argea* (ait Festus, lib. 1.) *loca Romæ appellantur, quòd in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Argeos vocabant scirpeas effigies, quæ per Virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim.* Liqueet fuisse discrimen inter *Argea* & *Argeos*. Rossin. 4. cap. 7. *Argei* (inquit) *loca erant in urbe, ubi sacra fiebant à Numa consecrata; & loca sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit.* Tit. Liv. 1. *sect.* 60. *Viginti septem loca fuisse (dum Roma quadrata erat) quæ Heroes sepulti, venientes cum Hercule, dicti Argei, quoniam Argivi. In horum quocunque sacra fiebant: erant etenim à Numa & loca & sacra disposita.* Varro, 4. *de Ling. Latin.* & Scaliger. in *Coniectan.* Unde duplex horum fiebat Romæ memoria: 15. *Maij*, dum eorum figuræ scirpeæ à Vestalibus proieciabantur in Tiberim è ponte. *Ut scirpeas effigies triginta numero, quas Argeos vocant ex virgulto statis diebus in Tiberim deicerent.* Alex. Neapolit. 5. cap. 12. & Varro, 6. d. Hac in die, quia lustrabantur loca, ubi *Argei* sepulti; quorum cadavera servabantur à Sacerdotibus Argivis: hicque dies inter sacros signatus; quippe duntaxat in illo indultum, illorum monumenta videre. Ad hos ire cuilibet quomodolibet licebat: verum Flaminicæ Diali (de qua *Maij* loc. cit.) haudquaquam: religio enim illi ad *Argeos* ire, nisi capillo incom-

Argei.

Toga virilis in Iuventutis æde.

pro, imò nec pecto. Aul. Gell. 10. cap. 15.

20 Longè abest ab huiusmodi communi AA. sententia, Paulus Marius in loc. cit. Ovid. *Eodem die* (infit) *quo Bacèbi sacra solemnità fiunt, & die qui præcessit; itar cum pompa ad templum Castoris & Pollucis. Dum dicit: Itur ad Argeos; hoc est, ad Argeorum, Laconicorum Deorum templa. Nam in vetustissimis monumentis inscriptio huius diei est: Pompa ad templum Castoris & Pollucis, duobus continuis diebus. Hoc autem in loco Poeta sacrum seu pompam de Castore & Poluce intelligit vel ab Argeis ipsis, vel ab Argeis: nam, ut arbitror, ipsa loca, ubi postea consecratum fuit sacellum horum Numinum apud aquam Iuturnam, appellata fuerunt. Non abs re cogitatio: die 15. à Bucelino, ut vidimus, n. 16. signatur etiam pompa Castorum. Nec mirum, quod Castores dicantur Argei, cum ipsi fuerint Argivis ut observat Pausanias, cap. 137. & 141. Videfis, 7. April.*

21 Anno V. C. 490. triumphus signatur M. Valerij Maximi Messallæ de Pœnis & Rege Siculorum Hierone. Goltz. in *Fast.* pag. 85. Reusner. in *Diar.* Franc. Modius & Bucelin. Triumphus hic contigit primo Punico bello, postquam Apius Claud. Caudex Hieronem amissis castris compulit in fugam. Anno ergo sequenti Messalla Coss. cum collega traiecit in Siciliam exercitu valido, ubi septem & sexaginta urbes in suam redegit potestatem. Transijt Syracusas, ut urbem expugnet. Conatus est, sed irritum votum; quippe Hiero strenuis copijs occurrit, feliciterque pugnans ex Romanis multos captivos abduxit, Syracusasque ab expugnatione servavit. Vertit Hieroni terga fortuna instabilis, malèque adversus Messalam pugnavit: cumque constantem in expeditione hostem cognosceret, pacem à Romanis, fœdus amicitiamque petijt. Obtinuit urbibus redditis, quas occupaverat, insuperque perfolutis in belli expensas centum talentis. Hoc quærebant Romani, opibus duntaxat inhiantes. *Cum viderent in proximo prædam, eius cupiditate Roma exarsit: igitur specie quidem socios iuvandi; re autem, sollicitante prædâ: inquit Florus, lib. 2. cap. 2. Ita Hiero sibi servavit Siciliæ regnum. Perfitit sanè in promissa fide 50. annis, magno sui commodo & Romano emolumento. Salian. & Turfell. ann. cit.*

22 Anno abhinc 218. victoria Iul. Cæsaris ad Mundam de filijs Pompeij. Reusner. & Bucelin. d. Liv. in *Epitom.* lib. 115. *Profectus est Cæsar in Hispaniam contra Cn. Pompeiam. Utrinque multis expeditionibus*

*factis, & aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam maximo discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompeius effugit. Ibi decretorio certamini summa belli commissa est; postquam ad Bœtim & Sallum flumen velitationibus leviter inita pugna. Neutri cedunt, parati aut vincere, aut mori. Cæsi ad triginta peditum millia, equitum tria; captivæ tredecim belli Duces. Cæsar alias pro victoria, hoc prælio se pro vita dimicasse, professus est. Goltz. in *Cæsar.* pag. 136. Pompeiani in Mundam recessere, quam obsidere decrevit Cæsar, ut plena potiretur victoriâ. *Quanta fuerit hostium cades* (inquit Florus, lib. 4. cap. 2.) *ira, rabiesque victoribus; sic estimari potest. A prælio profugi cum se in Mundam recepissent, & Cæsar obsideri victos statim imperasset; congestis cadaveribus agger effectus est: qua pilis iaculisque confixa, inter se tenebantur. Fœdum etiam inter Barbaros. Sed videlicet victoriam desperantibus Pompeij liberis, Cnæum prælio profugum, crure saucium, deserta & avia petentem, Cæsonius consecutus, pugnantem (adeo nondum desperabat) interfecit. Sextum fortuna in Celtiberiam interim abscondit; alijsque post Cæsarem bellis servavit.**

23 Post mortem Cæsaris Sextus Pompeius variâ fortunâ usus. In *Hispania* (refert Cornel. Nepos, de *Viris illustrib.* n. 84.) *apud Mundam victus, amisso fratre, reliquijs exercitus collectis, Siciliam petijt, ubi ruptis ergastulis, mare obsedit. Interceptis comitatibus Italiam vexavit: & cum mari feliciter uteretur; Neptuni se filium confessus est, eumque bobus auratis & equo placavit. Pace factâ, epulavit in navi cum Antonio & Cæsare, non inveniustè ait: He sunt meæ Carinæ; quia Romæ in Carinis domum eius Antonius tenebat. Rupto per eundem Antonium fœdere; Sextus ab Augusto per Agrippam navali prælio victus, in Asiam fugit; ubi ab Antonianis militibus occisus est. Vide Orosum, 6. cap. 18. Sueton. in *August.* cap. 16. Dionem, lib. 49. Filium se dicebat Neptuni, sed in prognosticon victoriæ Augusti, *Pridiè quam Siciliensem pugnam classe committeret; deambulanti in littore, piscis è mari exiit, & ad pedes iacuit.* Sueton. in *August.* cap. 96. *Quo argumento Vates respondere Neptunum patrem adoptare cum sibi, Sexto Pompeio repudiato. Beroald. hic. Tandem post multa pericula floruit Augusti fortuna, fugiente Sexto Pompeio. Perditis enim rebus profugit* (infit Florus, lib. 4. cap. 8.) *Asiamque velis petit, venturus ibi in manus hostium & catenas, & quod miserrimum est.**

Cades Cnæi Pompeij, mi noris.

Sextus frater vincitur, fugit & occiditur.

Argei an Castori

Triumphus M. Valerij Messallæ.

Hiero socius Pop. Rom.

Victoria Cæsaris ad Mundam.

Fuga miserabilis.

est, fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus. Non alia post Xerxem miserabilior fuga; quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum sex septemve fugiebat, extincto Prætoris navis lumine, annulis in mare abiectis, pavens atque respectans, & tamen timens, ne periret. Etiam refert Liv. lib. 128. & 129. Dio, lib. 48. Stadius, & Ioann. Freinshem. in Flor. loc. cit. Sic enim corrui Pompeiana Domus. Petav. 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 20. & Briet. ann. V. C. 709. & 718.

Prodigium in victoria Cesaris ad Mundam.

24 Prodigia etiam narrantur de Cesaris victoria ad Mundam. Sueton. in August. cap. 94. Apud Mundam D. Julius, castris locum capiens, cum silvam caderet, arborem palmæ repertum conservari, ut omen victoria iussit. Ex ea continuo enata soboles adeo in paucis diebus adolevit; ut non equiparet modo matricem, verum etiam obtegeret, frequentareturque columbarum nidis; quavis id avium genus duram & asperam frondem maxime vitet. Illo precipue ostento motum Cesarum ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem vellet. Quanta in victoris blandimen commenta! Idem refert in Cesar. pag. 137. Goltzius. Quo loco praelium commissum est, statim post victoriam palmam enatam esse ferunt. Quod ostentum non tam Cesaris, quam Octavio, Cesaris ex sorore nepoti, qui tunc forte cum Cesare militabat, prosperitatem & felicitum rerum successus portendisse volunt; quamquam Cesar ad se traheret. At quare traxit? Dicamus unde, ut blandiamur eius amentie. Gens Julia à Venere per Anchisem originem ducere effutiebatur, cui columba sacra. In Mundæ pugna tessera fuit Venus Genitrix, cui summe Cesar additus: unde columbae specie, semper inter Romanos somniū, Venerem apparere. Virgil. 6. Æneid. à v. 190.

Colūba dicatur Veneri.

Vix ea fatus erat, gemina cum forte colūba
Ipsa sub ora viri caelo venere volantes,
Et viridi sedere solo: tunc maximus heros
Maternas agnoscit aves.

Virgil.

Adi La-Zerd. hic. Pier. Valerian. lib. 22. 9. & Varron. de Re rustic. Causam exposuimus, 10. Februar. n. 17. Confirmatur omen felix in Octavium, ex lauro post ei missa de caelo, ex qua rami triumphantium; ut ait Plin. 15. cap. 30.

Bacchi Mystici pompa, & pompa vitus.

25 Gesta sunt hæc in Bacchi mysterijs, seu Bacchanalijs Romanis, in quibus totum à Græcis, qui in Dionysijs ludis cum Bacchi Mystici imagine per virgines efformabant pompam, quæ quidem aureos canistros, omnium fructuum primitijs refertos,

ferebant, & à Mytilis præparabantur in solemnitate. Phornucus, de Deor. natur. n. 30. Euseb. 3. de Preparat. Evangel. cap. 7. cuius meminit Kircher. Obelisc. Pamphil. lib. 3. cap. 11. quod utique sacrum signat in Autumno, simulque Meursius in Græc. feriat. Alijs etiam ludis utebantur in Dionysijs, iuxta Hefych. in Iliad. 17. Scaperda, & Elei-
Quid Scaperda?
In his trabs figebatur in medio perforata, per quam funis traieciatur, quo suspensi duo iuvenes, quis quem trahere valeret, dorsum inter se quolibet obvertente, qui alterum ad trabis verticem attollebat, victor erat. Iul. Pollux, lib. 9. cap. 7. Hoc fiebat Dionysiorum festo: ait Bulenger. de Ludis, cap. 44. Ludi alij apud Athenienses præteriri debent decreto modestiæ. In fugam memoriæ fati, quod vel illi vocassent Myseria nocturna; de quibus Pausanias, cap. 80. Quæ circa Bacchi aquam (inquit) quottannis nocturna sacra fiunt; mihi nefas scribendo in vulgus efferre. Viderit, cui placuerit apud Flavium Blond. de Roma triumphant. lib. 2. & Ludov. Carrion. in Valer. Flacc. lib. 2. Argonaut. Quomodo eiusmodi sacra in Italiam irrepere, & Romæ abolita sunt; fuse refert Liv. 39. à sect. 16. Nihilominus tamen multa relicta sub religionis velamine, ut observat Augustin. 7. Civitat. cap. 24.

26 Inter Arcades Eleusina sacra ad modum Atheniensium & sacra Cereri Cidariz. Photius Eclog. 5. Inveni quæ, & quare huiusmodi sacra apud Gyrard. Syntagm. 14. n. 16. Pheneates in Arcadia gloriabantur, priusquam in Eleusine Cereri sacra fierent, à se observata fuisse; quippe quærens Proserpinam ad illos prius venisset, & ritus docuit initiato Nao. Apud Pheneatas (inquit Pausan. cap. 249.) est Cereri Eleusinae fanū, cui initia eo ritu quo apud Eleusinem peraguntur; cum ipsa tamen ea sacra apud se primum instituta autument. Venisse enim in hæc loca ex oraculo Delphico Naum, à quo sacrorum ritus acceperunt. Prope fanū Eleusine lapides sunt prægrandes duo, alter alteri impositus: Petroma vocant. Eos lapides, ubi anniversarij sacri (quæ Maiora nominant initia) dies appropinquant, disiungunt, atque inde literas educunt, quibus pompæ ritus, & quæ fieri oportet omnia consignata sunt. Eum commentarium, cum à sacrificiis recitatum fuerit, audientibus initiatis; ea ipsa nocte in pristinam sedem reponunt. Ad eam lapidum compagem Pheneatæ de maximis quibusque rebus iusturandum concipere solent. Operimentum ei imminet rotando ambitu. In eo effigies Cereris cognomento Cidariz.

Eleusina Arcadica.

Lapides Cereris.

Ceris Cidariz.

via servatur. Eam effigiem Sacerdos tanquam personam indutus (hoc est, habitu Dee) statis diebus, quæ Initia maiora appellantur, populares patrio quodam ritu cedit. In templo (subdit, cap. 256.) signa sunt Cereris, Proserpine. & Liberi-Patris, è marmore aequa omnia. Eadem Gyrald. d.

27 Etiam apud Ægyptios inveniuntur Dionysia, sed sub cognomento Osiris: tum ob triumphum ex India comitibus Anubi & Aplde; de quo Diodorus Sicul. i. *Mythic. histor.* n. 10. Fuisse (ait) Osiridem agriculturæ studiosum in Nysa educatum, Iovis filium; & nomen retulisse apud Græcos à patre simul & loco, Dionysium mutato nomine dictum (diximus n. 13.) Hic prope Nysam vitem inventit: & cæm huius etiam fructus animadvertisset; primus vino usus est, &c. Sic Osiris Ægyptius apud Græcos primò Boachus, post Bacchus, qui in sacris, Noachus; ut nec sine fulcro cogitat Cælius Gregor. in *Observat. ad Mytholog. Nat. al. Comit.* cap. 5. & Lactant. lib. 2. cap. 2. Tum etiam propter inventa, gestaque, quibus hominum conciliabat affectus, raptis cordibus; qua de causa à Græcis dictus Hercules Ogmus. Notat Plutarch. de *Isid. & Osirid.* quem sequitur Kircher. d. lib. 3. cap. 5. *Osiridem* (inquit) *toto peragrato orbe, rerumque utilissimarum inventionem clarissimum; Græci postmodum vocarunt Dionysium, quem & ob efficacissimam illam persuadendi vim, dicendique facultatem, pingere solebant cum catena ex ore eius producta ad auditorum aures.* Idem Chærtar. de *Imagin.* pag. 227. & alij, quos videtis, die 2. n. 12.

28 Hoc etiam die ab Scythis fugatum Darium Hytaspis. *Diar. Persic.* astruit. Contigit, ann. V. C. 246. Briet. & Petav. p. 1. *Rationar.* lib. 3. cap. 1. Causa huius expeditionis fuit contumelia ex verbis Scytharcis Scytharum Regis, eò quod Satrapa Cappadociæ fratrem eius, quem ob malè administratum munus in vincula coniecerat, liberasset. Ctesias in *Persic.* Darius exercitum in numero coacto & Bosphoro Istroque ponte coniunctis adversus Scythas profectus est, & quindecim dierum itinere progressus pervenit ubi illorum occurrit exercitus cum Rege Scytharce: at priùs subiectis Thraciæ & Macedoniæ Darius ad montem Athon, gravi tempestate eius classe iactatà, hominum amiserat viginti millia. Petav. d. Origo regni Scytharum in Europa ita refertur ab Herodoto, lib. 4. n. 2. *Virum quendam in hac terra cum deserta esset, primùm fuisse, nomine Targitæum; & eius parentes, Iovem & Borysthenis fluvij fillam; eiusque tres li-*

beros fuisse. His regnantibus, demissa cælitus in Scythicam regionem ex auro facta, aratrum, iugum, securim, phialam: quæ cum primus omnium inspexisset natu maximus, accessisse animo ea sumendi: sed eo accedente aurum arfisse. Hoc digresso, secundum accessisse, & itidem arfisse aurum. Ambobus à flagranti auro submottis, quum minimus natu accederet, aurum fuisse extinctum, & ab illo asportatum. Ea re maiores fratres animadvertens, totum regnum ad minimum detulisse. Ita perstiterunt usque ad Darij adversus ipsos transitum. Aurum verò illud sacrum in primis custoditur à Regibus, placaturque maioribus hostijs, & aditur quotannis solemniter: & qui aurum sacrum habent, die festo dormierit sub dio; is nunquam pervenire fertur: & ob id dari ipsis tantum soli, quantum uno die vectus equo peragere potest.

29 Darius ergo Scythas furenter invasit, qui sensim recessere, quanvis timiditatis & inertie incufarentur à Persis; quibus respondebant: *Scietis, dum ad sepulchra parentum perveneritis.* Etiam ab illis meditatus recessus, ut sine pugna vincerent; eò quod protracta pugna, illa in regione necessarium, tantum exercitum perire fame. Hac de causa ut Darius de prælio caveret, & infortunium fugeret imminens; miserunt legatum ad eum cum muneribus, *Ave, Mure, Ranà & quinque sagittis;* ut refert ibid. n. 32. cum interpretatione Herodotus. Darius igitur comneatus penurià redire compulsum, pontes quos in transitum fecerat, revisit, & festinaverit dissolvit, antequàm totus transiret exercitus. Quare Scytharces octoginta hominum millia in Europa relicta, interfecit. Ctesias, d. Totum sanè delevisset exercitum, ni gratiam illorum conciliaffet. Pontem enim à Ionibus fractum Scythæ in obsequium refecerunt. Darius ita repetijt Asiam, magnæ victoriæ ducens, quod victus non esset. Briet. d. Tunc enim caduceatores misit in Græciam, qui aquam & ignem exigerent, in Europam ut extenderet imperium; quod fomes in pugnam Marathoniam inclytam, de qua, 6. *August.* Nihilominus in confinijs vel in transitu ad Asiam nimis per se, & Duces nocuit. Darius (inquit Ctesias, d.) cum pontem pertransisset, domos templaque Chæcedonensium combussit; quoniam pontes, qui versus regionem suam spectabant, dissolvere tentaverant: & aram quam Darius transiens in honorem Iovis Diabaterij statuerat, everterant.

30 Abhinc anno 28. decrevit Xerxes eius filius, ex Abydo transire in Græciam, iam

Insignia regni auro demissa de caelo.

Aurum prodigiosum.

Muneribus, Ave, Mure, Ranà & quinque sagittis.

Fuga Darij.

Eius furor in Chæcedonem.

Imperij Diabaterij.

Bacchus, Osiris.

Osiris Hercules Ogmus.

Rege.

Darij expeditionis adversus Scythas.

Origo Scytharum.

iam extracto, seu reformato ponte, quem dissolverat tempestas, ut vidimus die 10. Febr. n. 22. Xerxes (inquit Herodot. 7. n. 15.) nunciato sibi propriis alveo absorto, Sardibus ubi hybernaverat, ineunte vere, instructo cum exercitu profectus est Abydum versus, cui moventi Sol suam in caelo sedem relinquens, apparere desijt; cum nulla nubes, verum serenissimus aer esset, & pro illo nox esset. Id animadvertenti cum cura incesisset percontari Magos, quid ostentum id vellet portendere, responderunt, Deum significare Græcis, civitatum defectum: quod dicerent, Solem Græcorum, Lunam verò ipsorum esse Præsidem. Ea re audita, Xerxes maiorem in modum latatus, ire pergebat. Eius transitus & latitudo freti refertur à Solino, cap. 18. Ut pervenit Abydum misit Susas Artabanum, qui expeditionem in Græciam dissuaderat ut ibi diceret, quàm prosperè in Europam procederet. Idem ibid. n. 17. qui subdit: Ubi Abydon venerunt, Xerxi incesit cupido omnem exercitum oculis subjiciendi. Itaque in Prætorio quodam, quod ei Abydeni prius ab illo iussi, è candido lapide in tumulo pro dignitate extruxerant, residens prospiciebat litus, illicque & terrestres copias atque classem: quam quidem dum intuetur, subjijt eum cupiditas spectandi navale certamen. Id certamen postquam commissum est (in quo Sidonij vicere) voluptatem Xerxes cepit, tum certaminis cum copiarum spectaculo. At cum intueretur omnem Hellepontum navibus obductum, omnia littora, atque Abydenorum plana hominibus referta; ibi se beatum esse iactavit; & post hæc lacrymas fudit. Artabanus tunc illi dixit, ex oppositis effectibus exitum belli constare: nimirum ex gaudio exercitus, futurus sanè ploratus. De brevitate vitæ humanæ exponit Herodotus ibid. sed stultitiæ attribuit Valerius Maxim. lib. 9. cap. 13. Lacrymas Xerxes fudit qui mihi specie alienata, re verà suam conditionem deplorasse videtur; opum magnitudine quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens, mortalem se natum feverit? Transitus dicitur postridiè à n. 31.

31 Nihil Xerxi, quantunvis ominosum, oberat, ut propositi fortiretur effectum. Vinum in convivio mutavit colorem vel conversum est iterum & tertio in sanguinem; cum Græciæ in Abydo pararet exitum. Buienger. de Ration. divin. lib. 3. cap. 35. In stuporem fataleque signum, Virgilius, 4. Æneid. à v. 454.
— Vidit thuricremis, cum dona imponeret aris,
Horrendum dictu! latices nigrescere sacros,

Fusaque in obscenam se vertere vina cruorem.

Imitatus Tragicus in OEdip. v. 437. Libani Baccæ dona permutat cruor. Valerius Maximus, lib. 1. cap. 6. post Leonidæ ad Thermopylas certamen arbitratur ostentum. Priusquam Athenas deleteret; Lacedæmonis invadenda consilium agitant, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infusum namque patera eius vinum, in sanguinem nec semel, sed iterum & tertio conversum est: qua de re consulti Magi monuerunt, ut ab incepto abstineret: & si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset; cavere potuisset antè, de Leonida & Spartanis abundè monitus. Nonnullis placet, tunc meditatam effodere Athon montem, illique epistolam minacem scripsisse. Nam ad montem (ait Plutarch. de Non irascend.) scripsit epistolas. Noli divine Atho, qui nubes attingis vertice, operibus meis præbere lapides vastos & parùm tractabiles: alioquin, ipsum te excindam, & in altum projiciam. Multa habet ira terrena, multa etiam ludicra.

32 Plutarcho arridet huiuscemodi vecordiam expressisse Xerxem post Hellepontum flagellarum; sed Herodoto d. n. 11. cum iter dirigeret Sardis, ut ostentaret potentiam iactantia gratiâ, ac memoria sui relinquenda cupidus; in quod opus universa copiæ cogebantur verberibus. Plin. 4. cap. 10. Fretum (ait) quo montem Athon Xerxes Rex Persarum à continente abscidit, in longitudine passuum mille & quingenti. Ab Herodoto, d. n. 10. decem stadia. Fossa adeo fuit lata, ut duabus triremibus simul illac esset iter. Unde Catullus, Carm. 67. v. 45.

Cum Medi irrupere novum mare, atque inventus
Per medium classi barbarâ navit Athon.
Idem Lucret. 3. de Rer. natur. à v. 1033. quod ibi illustrat Lambinus. Altitudo huius montis insignis. Descripsit Nonnius in Græc. Goltz. Tabul. 24. Distat insula Lemnus, in qua bovis simulacrum; quod obumbrat. Idem ibid. & Statius, 5. Thebaid. v. 51. accinit:
— Ingenti tellurem proximus umbra
Vestit Athos, nemorumque obscurat imagine Pontum.

Ælian. 1. Var. histor. cap. 15. affirmat, circa Athon visas esse columbas candidas, cum ibi triremes Persarum, quæ præterlegebant Athon, perirent.

33 Quæ formidinem vel fortibus incutiebant, Xerxis infatuati à potentia fovebant audaciam. Laodiceæ sub Xerxis adventum in Græciam, platanus in oleam mutata,

Xerxes pervenit in Hellepontum & Sol deficit.

Gaudet & plorat.

Vinum illi conversum in sanguinem.

Virgil.

Scripti minaciter monsi Atho.

Quem perfudit.

Catull.

Montis altitudo extrema.

Arbores locustæ, dum Xerxes venit in Europam.

☉ arbores sunt locustæ : Buleng. de Prodig. cap. 21. In ruinam eius potentiz, & arrogantiz demon ei obijciebat spectra. Secundum quietem bis vir humana specie maior apparuit; qui bellum in Græcos imperaret. Idem de Ratiog. divinat. lib. 5. cap. 1. ex Herodoto, lib. 7. cap. 6. de quo 29. Ianuar. à n. 21. & alia 8. Decembr.

34 Die 17. Munychionis, iurgium celebre inter piscatores Coos, & eos qui iactum retis emerant ab illis: igitur cum piscibus tripodem aureum in sagena inventum iuxta conventionem deposcebant. Econtrà piscatores tuebantur, totos pisciculos, extra quos nihil, tradere iuris esse; cum in illorum mentem haud quibat aliud venire, quo facta inter eos implacabilis contentio. Consulere ex mutuo consensu Apollinem, ut diceret; utri pertinebat tripos: responditque donò dandum ex hominibus sapientiori. Factum est: at cum circulatim singulis septem Græciæ Sapientibus missus esset, & cuncti recusassent; decreto omnium dicatus est Apollini Delphico vel Ifmenio, ut diximus, 8. Februariar. à n. 13. Huncine tripodem egregie, materiam auri opere superante, elaboravit Vulcanus, & dono datum Pelopi Hypodamiam ducenti. Demùm ad Menelaum per possessionem devenit; ac surseptum cum Helena à Paride, dum navigarent in Ilium, in Coò mari pro felice navigatione, blandiens Neptuno, Helena demersit; eo quòd rixarum fomitem tripodem divinaret, ut è mari educto contigit. Laert. lib. 1. de Vit. Philosoph. Quodlibet Helenæ pignus erat in perniciem possidentis; uti diximus 9. Februariar. n. 29. Alij huiusmodi tripodem haud ab Helena, libante Neptuno, in mare projectum cogitant; sed à Cræso Pittaco missum. Alij, naufragante navi, que sialam ferebat Thrasybulo Milesiorum Principi, à Periandro: quam quidem post piscatores eduxerunt retibus ex maris fundo, ex quo contentio, Apollini consultatio, & in templum eius medestiz septem Sapientium generosa restitutio. Plutarch. in Solon. & nos, Ifagog. Octobr. n. 39. Oraculum ita refertur cum contentione à Laert, d.

— Non prius à Marte recedent,
Quàm tripodem auratum, pelagus quem misit in altum

Vulcanus, vos rursus idem mittatis in ades.

Mox hominis, cui sit sapientia noscere prompta

Que sint, que fuerint, qua mox ventura trabantur.

DIES XVIII. MARTIJ.

1 **G** Rad. 28. Piscium, qui putealis Darios. Extremitas ala Pegasi vesperè occidit. Iunctin. K. A. Milvus apparet Italia. Plin. & Ptol. Ovid, v. 787. quem sequitur Bucelin.

Stella Licaoniam vergit declivis ad Arcton, Milvius; hac illà nocte videnda venit.

Cur in cælo collocatus, vide Ifag. Mens. n. 10. Sol in Ariete. K. V. Ovid. ibid. v. 869.

— Aries fit sidus.
Vir equitans, alterà manu avem columbam, alterà serpentem tenens. Sph. Arab.

2 Hæc prima orbis dies signatur ab AA. afferentibus Deum fecisse cælum, & terram verno tempore, de quo egimus Tom. 3. T. 8. à n. 36. & ornasse quinque sequentibus diebus, hodie producta luce, quæ munus gereret futuri Solis. Genes. 1. à 1. Ridiculum in die respondente orbis principio, pluuisse Manna: vel ex pluvia Manna cogitare hac die orbis exordium; uti nugatur R. Eleazar. Hoc in die in principio temporis creavit Deus cælum & terram. Chald. In principio creavit Deus literam Cæli & literam terre: ex qua versione recutiti arbitrati sunt cælum fuisse librum, in quo per literas stellarum (si stellæ necdum conditæ, unde in cæli libro literæ?) cuncta futura scripta singillatim. Ita Iochaides, Akibas, Abenezra, Rambam, Abarbanel, & Abraham Dior; quos secuti nugatores Cornel. Agrippa in Occulta Philosoph. Robert. de Fluctibus, in Apolog. Paracelsus in Archidoxis, Gassarel. in Curiositatib. inaudit. & denique Postellus, qui Commentar. in Ietsra, ita morologus blaterat: Si dixero, in cælo me vidisse in ipsis sacra lingue characteribus, ab Esdra primùm pulchrè expositis, ea omnia que sunt in natura rerum constituta; vix ullus mihi crediderit: testis tamen ipse Deus est, & Christus eius, quòd non mentior. Ain mi homo! Indiges murium unguine. Ex hoc cælesti libro colligunt Rabbini, cuncta ab stellis pendere; quia in cælo decretum est, quid futurum est omnibus. Futilis cogitatio sine fulcro. Nihil enim de scriptis in litera terræ dicunt, vel dum ipsi legunt: In principio creavit Deus literam cæli & literam terre. Sæpe refutavimus huiusmodi nugas. Videfis in Tautologijs Tom. 6. T. 1. à n. 16-7. T. 8. à n. 72-8. T. 10. à n. 41. & T. 12. n. 12. Præ se fert imaginem & stellarum literas huiusce phantastici cælestis libri, Athanas Kircher. in OEdip. Egypt. Tom. 2. p. 2; Class. 7. cap. 7. Consul.

Ejus infirmitas.

Tripes aures in rete.

Cuius erat?

XV. R.

Ovid.

Id.

Prima dies mundi.

Cælum liber, littera, stella.

Laert.

Somnium Pha-
raonis Cbe-
brai.

3 Somnium Pharaonis de bobus & spicis, post duos annos ab interpretatione somni ministrorum eius per castissimum Iosephum. R. Kimhi ex *Genes.* 41. à 1. Post dies, hic Azymorum quartus, manentibus Israëlitis adhuc in Etham. Tunc nunciatum est Pharaoni, cognomento Cenchreës; fugisse imbellem Israël: & qui lztati sunt in egressu, cogitarunt iterum illum redigere in servitute, Pharaoque præparat exercitum, ut illum copijs urgeat in deditioem. Seder-Ol. *cap.* 5. ex *Exod.* 14. à 5. Leonard. Mar. Genebr. Adrichom. & Ioseph. 2. *Antiquit.* cap. 6. Anno sequenti post portentum virgæ florecentis Aaron (quo eius familia confirmatum sacerdotium) nota per Moysen fecit Deus Sacerdotum ac Levitarum munia: scilicet, assignando Sacerdotibus pro ministerio primitias & oblationes: Levitis verò decimas iure perpetuo, sive cum pacto salis: ex quibus decimis decimam Levitæ tradituri Aaroni, ac eius in summo sacerdotio successoribus. *Numer.* 18. à v. 1. Ioseph. d. 4. *cap.* 4. & Adrich. in *Chronic.* Ann. 2454. n. 7. Hac die, ut diximus pridie, victoria Gedeonis de Zebeë & Salmana: quos ipse post interfecit propter cædem suorum fratrum à Regibus pattatam in monte Thabor. *Iudicum,* 8. 18.

Privilegia
Sacerdotum
et Levitarum.

Victoria Ge-
deonis.

Ruth venit
in terrâ Is-
rael.

4 Reditus Noëmi in patriam. Venit ergo cum Ruth Moabitide nura sua, de terra peregrinationis suæ; ac reversa est in Bethleem; quando primum bordea metebantur. *Ruth.* 1. 22. & Ioseph. d. 5. *cap.* 11: qui falso dicit eas susceptas hospitio à Booz: qui quidem grande hospitium exhiberet; si Ruthidem in arva sua ad spicilegium mitteret. Deinde si in Paschate venerunt; principio mensis hordeaceæ, ut diximus; die 4. n. 3. dies præsens non mensi signandus, imò nec Lunæ Nisan, cuius plenilunium nequit esse citra vigesimum secundum diem. Prior erat mensis hordei, quam tritici; quia ut observat Genebr. in *Kalend. Hebr.* nosque dicimus in Pentecoste, 6. *Maij*; prius debebat panis triticus primitivorum offerri. *Levit.* 23. 17. Mensis hordei post Phasæ, die 2. Azymorum, uti signavimus die 16. num. 2. quo offerebatur manipulus spicarum. Patet, quia Iosue die 10. Nisan cum toto Israël transijt Iordanem, & *cap.* 3. 15. dicitur: *Iordanis autem ripas alvei sui tempore mensis impleverat.* Idem *Ecclesi.* 24. 36. nequibatque esse mensis triticeæ, quæ post 50. dies à manipuli oblatione. Vid. Abulens. in 6. *Iudic.* quæst. 24. Serar. in *Iosue*, 3. p. 2. quæst. 5. quæstionum. 3. & 4. in *Iudic.* 15. 1. Alap. utroque loc. Caietan. & Maluend.

Mensis hor-
dei et triti-
ci.

Tom. I. Ephebr.

5 Mors Tobiaë junioris proponitur à Reuel. ex *Tob.* 14. 16. Mortuus est Ecbatani anno ætatis 99. quamquam Græc. textus & Maluend. qui 99. numerat à matrimonio; signent 127. De illo præclarum, quod gaudio à filijs ac nepotibus sepeliretur. *Ibid.* Mortuus est, ait Hieronym. in *Ionam*, quando Cyaxares Rex Medorum destruxit Niniven. Adrich. 3237. Briet. 3410. ex Herodot. 1. 7. 31. Anno sequenti nascitur Ezechiel. Briet. d. & 14. ann. ante mortem Iosif. Nonnulli Ezechielem Pythagoram fuisse vigiles somniant. Vid. Alapid. in *Proem. Ezech.* & Sanct. *Prolegom.* 1. Vaticinium de Virgine paritura dicemus 25. *Decembr.* n. 23. Hac etiam die assignatur exitus Holofernis à Ninive in Occidentem; ut exercitu subiugaret cuncta Nabuchodonosori, quin parceret profanis, neque sacris. Reuelin. ex *Iudith.* 2. à 5. Iam enim præmiserat in creditam expeditionem Duces & Magistratus cum exercitu ac comineatu versus Euphratem, ubi ipse se iunxit quadrigarum, pedum, equitum & sagittariorum copijs. Ita *Græc.* loc. cit.

Mors Tobiaë
junioris.

Nascitur E-
zechiel.

Exitus Ho-
lofernis ex
Assyria.

6 Quantunvis ab Assuero sese honoratos viderent Esther & Mardocheus; minimè quiescebant vel amorà in patibulum causà rûinæ: quapropter inter se consulentes, ut opus à Deo perfici posset per Assuerum, potissimè propensum in res Iudaicas, ut vidimus pridie, à n. 6. vel cum periculo vitæ iussit patruus neptem, denuò ingredi ad Regem, ut expedita decreta in nationem, rescinderet. Quod illà nocte consultum, manè factum. Ingressa igitur est feliciter in Regis basilicam: etenim ille ut eam vidit, virgam seu aureum sceptrum ad illam porrendit, quia ad pedes eius iacentem & plorantem intuitus est: si modò vocata venisset, haud manum extenderet. Surgere iussa, & loqui; oravit suppliciter Regem, ut novis epistolis decreta antedata dolo Aman abrogaret, & tanquam ab illo, hoste Iudæorum, rescinderet. Annuit illicò Assuerus, iussitque Estherem & Mardocheum, qui iam aderat; ut ad libitum pro Iudæis cunctis provincijs ac præfectis scriberent. *Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet Regis nomine signantes literas annulo meo:* *Esth.* 8. 8. Vidimus factum die 23. *Maij*, à v. 7.

Deiis
Esther ad
Regem in-
greditur.

7 Verùm dices: Quomodo dicit Assuerus Mardocheo & Estheri: *Scribite signantes annulo meo*; si iam tradiderat Mardocheo, quem ex Aman recipi iusserat? ita *ibid.* v. 2. Regium, Assueri proprium; non tradiderat. *Apud Persas donari annule à Rege, amicitia signum erat, eo argumento eos*

Amilogia.

Timor an-
nuli regij
apud Persas.

*In intimam sodalitatē, & vinculum maxi-
mi fœderis admittēre significantes.* Alex. Nea-
polit. lib. 1. cap. 26. & lib. 2. cap. 19. Diver-
sus prosum eiusmodi annulus à regio, quæ
donabantur, qui magni habebantur à Per-
sarum Rege, uti testimonio & gratiæ Regis,
& apud omnes grandioris auctoritatis: &
quo etiam aliquando signabantur literæ, in
quibus quid Rex iuberet, non per se, sed per
ministrum, indicabatur. Huic haud tanta
inerat fides, sicut annulo regio. Unde ibid.,
v. 8. subditur: *Hæc enim consuetudo erat; ut
epistole, quæ ex Regis nomine mittebantur,
& illius annulo signata erant; nemo auderet
contradicere.* Hoc enim annulo signata fue-
re decreta ab Amano adversus Iudæos: cap.
3. 10. hoc etiam signatæ literæ à Mardocheo
in salutem populi: cap. 8. 8. Ab hoc & eius
auctoritate longè annulus honorarius, quo
clarebat cum Rege familiaritas, & inter re-
gni primores singularis maiestas: hoc qui-
dem Assuero honestavit Mardocheum, dum
exaltavit; sicut fecerat cum Amano: qua-
propter v. 2. præmittitur: *Tulitque Rex an-
nulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tra-
didit Mardocheo,* distinctum omninò in au-
thoritate & fide ab annulo, quo Rex uteba-
tur: 3. v. 10.

Apologia.

8 Ab hoc articulo transactis annis octo,
vigesimo etiam Artaxerxis (quin obsit quod
in Novembri dicatur 2. Esdr. 1. 1. & in Mar-
tio, 2. 1. quippe distinctus annus apud He-
bræos incipiens à Martio, seu *Nisan*; sed
unus apud Persas, incipiens à *Ferovandim-
mach*, nostro respondens Septembri, & He-
bræis *Tisri*; ut astruximus in Tabula Men-
sium, Prolog. Galeat. §. 2. n. 7.) Nehemias ab
Assuero accumbente ad mensam cum Esthe-
re, agnitus est languidiore vultu sed sine
ægritudine: unde illi dixit, nesciens, quòd
tot diebus ieiunaverit, & coram Deo sese
pro populi sui molestiis affligerit: *Non est
hoc frustra, sed malum nescio quòd in corde
tuo est.* Ibid. v. 2. Rabbini hac periodo de-
lirant: mitorque, viros summos ex nostris
nugas eorum sequi; potissimè quos vene-
ror. Aiunt enim, Assuerum timuisse, ut quon-
dàm (vide 20. Febr. n. 4.) ab Eunuchis, in-
tentum à Nehemia in potum præparari ve-
nenum; quippe difficile crimen non prode-
re vultu. Ad Lyran. & Sanætiū hic, n. 1.
Confirmantque ex eo quòd post præfata à
Rege verba, continuò de se dicat Nehemias:
Et timui valdè ac nimis. Ludicrum profe-
ctò. In Scriptura *Timor* sumitur pro admi-
ratione & reverentia; de quo sæpe in *Tau-
tologijs*. Coluit Assuerum Nehemias, eò quòd
dignaretur de eius salute querere, quasi do-

Apparet Ne-
hemias me-
stus & pal-
lens coram
Assuero.

lens de ægritudine; miratus solitudinem,
dum tantam secum Persarum Rex gereret
maiestatem.

9 His ergo verbis. (prius in Numen
præmissa prece) exporrecta fronte, Nehe-
mias exposuit Assuero, nihil ab illius mai-
estate sanctum, in terra Israël esse perfectum,
propter insidiantes inferos hostes: etenim
cum extrui civitatem Ierusalem, & cingi mu-
ris iussisset; sine habitatore propter mœnia
diruta erat, exposita insultibus ac rapinis;
quod illi summo dolori: ibi enim erant mo-
nimenta paterna, ludibrio inimicorum ex-
posita. Quapropter si illi placebat, decre-
verat ire, ut portæ urbis & muri ædificaren-
tur; simulque, quicquid templi decori re-
stabat, perficeretur ad unguem. Annuit il-
lic Assuerus, Estheri blandiens: tuncque
Nehemias (signato absentię tempore, ne de-
sideraretur) petijt epistolas commendatitias
ad Præfectos Syriæ, ut tutò venire valeret
in Iudæam; & ad custodem saltus Libani
pro cedris ad portas ædificandas. Haud As-
suero inficias ivit, imò literas libenter de-
dit, Ducem Iudææ per annos duodecim con-
stituit, & in iter tutum præparari iussit Prin-
cipes militum & equites. 2. Esdr. 2. à 3. Adri-
chom. in *Chronic.* & Ioseph. 11. *Aniquitat.*
cap. 5.

Exponit ar-
tem dirutæ,
&c.

Assequitur
quicquid re-
stavit.

10 Post triduum accepit literas, in
quibus totum votum Nehemiæ, & à quibus
insignis epocha, quippe principium Heb-
domadam Danielis, de quibus die 21. n. 7.
ita tunc edictum ab Artaxerxe; quod nimi-
rum, decretum prius de ædificatione civi-
tatis: à quo ut prædixerat Gabriel lumen-
dum erat illarum initium: putà ab exitu
sermonis ut iterum ædificetur Ierusalem.
Daniel. 9. 25. Haud alibi, aut unquam, hu-
iusmodi circumstantia; uti dicemus, 7. *De-
cembr.* n. 6. AA. ibi citandi astruunt, & pro
viribus defendit Toraniell. *Ann.* 3609. à n. 4.
Cum urgeretur levamine civium claman-
tium, Nehemias; quamprimum valuit, pro-
fectionem disposuit, ut videbimus, 22. *Iun.*
n. 2. haudquaquam ut subdit Ioseph. quò
suprà, quintum post annum (quod ludicrum)
asserens literas expeditas anno 20. Artaxer-
xis, & pervenisse Ierosolyma anno 25. qui
ferebat.

Ab hoc re-
gis decreto
initium Heb-
domadæ Da-
nielii.

11 Ann. Christi 33. quarentem eum
Herodem ad mortem sub voce Vulpis indi-
cat Iesus eius astum cognovisse: simulque
prædicat Pharisæis excidium urbis & tem-
pli. Reusner. ex *Luc.* 13. 31. Ann. 34. cum
proximo die è Iericho venisset Bethaniam,
mansit biduò, susceptus a viduè à Lazaro, à
mortuis revocato, Martha & Maria. Alap.
Chro-

Christi ge-
sta.

Chronot. n. 59. Vide postridie, n. 9. Alia videtur apud Alvan, sed extra communem chronologiam, quem sequitur Polo cæcæ.

12 Romæ Palatini Iovis templum cum libris Sibyllinis exustum. Beierlinck. & Buccelin. Historia refertur à Dionys. Halicarnas. 4. à n. 50. Postquam ad Tarquinium Superbum, cogitavim templum Iovi in Capitolio erigere, venit ignota mulier cum libris novem venalibus, oracula Sibyllarum continentibus, & pretium pro eis petitum nollet exhibere Tarquinius; unum post alium fœmina exulsit. Consultis auguribus, datoque auro pro uno, tantidem quæ pro novem petierat; illa disparuit, monens libros illos uti pretiosos diligenter servari. Tarquinius (infit) Duumviros creavit ex numero nobilium, ijsque addidit duos ministros publicos; & per hos custodiri libros voluit. Duumvirorum alterum visum non bonâ fide gerere, & ab uno ministrorum delatum parricidij; in culeum insutum proiecit in mare. Expulsis postea Regibus, Sibyllorum cura devenit ad populum. Is nobilissimos viros custodes eorum creavit; qui per totum vitæ tempus fungantur eo munere, liberi alioquæ ab omnibus militaribus atque civilibus munijs. Hos libros publicè accipiunt, nec sine his cuiquam licet eos inspicere: & ut compendio dicam, nullam rem, ne sacram quidem, Romani tam diligenter, quam Sibyllina Oracula custodiunt. Utuntur autem eis ex S. C. si quando seditionibus turbatur status Reipubl. aut in bello insignis aliqua clades accepta est, aut prodigia quæpiam dubia, magnamque aliquid portententia, nunciata sunt; ut plerunquæ fit. Hi libri manserunt incolumes usque ad bellum Marsicum (de quo 26. April.) in templi Capitolini cella subterranea inclusi arca lapideâ, asservati à Decem viris. Cremato Capitolio, sive de Industria, sive fortuito incendio, cum alijs donarijs Iovis, hi quoque igne absumpti sunt: nam qui nunc extant è multis locis importati sunt; partim allati ex Italicis Urbibus; partim ex Erythris Asia ex S. C. legatis illuc ad transcribendum missis; partim ex alijs urbibus, etiam à privatis hominibus descripti, in quibus inveniuntur quedam supposititia; ceterum deprehenduntur acrostichidum quas vocant descriptione. Idem fecit Augustus posterioribus temporibus, vel prælibatum die 6. n. 26. Sibyllinos fuisse libros priusquam appareret præfata fœmina Tarquinio; patet ex eodem Halicarnasæo, lib. 1. n. 23. ubi: *Adventus Trojanorum in Italiam fidem faciunt Romani omnes, eorum sacra, festique dies & Sibyllini libri cum Py-*

thicis atque alijs Oraculis; quæ nemo tantamquam ad gratiam contempserit. Etiam n. 26. Acceperant quoddam responsum in Erythris, Ida vicato, ubi habitavit Sibylla, eius loci Nympha fatidica: hæc iusserat eos navigare Occidentem versus; donec eò locoram pervenirent, ubi mensas comederent. De usu libror. Sibyllinorum addi Tit. Liv. lib. 5. sect. 49. Sedet animo crisis Brietij, ann. V. C. 741. Pontifex factus Augustus fatidicos libros combussit, Sibyllinos expurgavit, ita permittente Deo, ut ijs deinceps castigationibus uterentur Christiani; neque Ethnici eorum versibus convicti, tergiversarentur. In cella Iovis servatos, diximus (alij Iunonis) 10. Ianuar. n. 12. astruitque Marlian. in Topograph. Rom. cap. 18. & in Epitom. 2. cap. 10.

13 Cognoverunt Ethnici quanti essent ponderis ad fidem Dei unius astruendam, & extinguere toto annixu curarunt; ne veritas patefceret in adorationem solidæ divinitatis. Hinc Antonin. Pius sub mortis pœna vetuit libros Sibyllinos legi; quoniam illorum lectione multi ad Christum convertebantur, abiectâ inolita idolorum cæcitate atque sacrificiorum superstitione. Salian. Ann. Christi. 140. Cumez vaticinia combussit Iulian. Apostata. Cæcl. Rhodigin. 2. 1. cap. 37. ex Ammian. Marcellin. Pridem quia odiosâ veritas, Coss. P. Cornel. & M. Bebio libri Sibyllini, quasi Numæ essent, sunt exusti. Marlian. d. cap. 42. Iupiter dicebatur Palatinus, quia erat ibi eius simulacrum quousque extructum Capitolium; intra quod etiam Sacellum Palatini ex eo tempore quousque cum Evandro Palantes illic federunt. Roim. 1. cap. 4. Dempster. hic, Dio lib. 53. Panvin. Region. 10. & Varro. 4. de Ling. Latin. Hoc in loco fuit embolium (si fuit) ut Romani vel ab inanimis acciperent vaticinium, modo carerent versibus Sibyllarum. Audi nugæ. *Infra Capitolium fuit Palatium, pro magna parte aureum, lapidibus pretiosis exornatum; quod dicebatur valere tertiam partem mundi; in quo tot statua erant, quot sunt mundi Provincia. Habebat quelibet imago tintinnabulum in collo per artem Mathematicam dispositam; ut quando aliqua regio populo Romano rebellis efficeretur, statim huius Provinciae imago vertebat dorsum imagini Urbis Romæ, quæ maior erat super illas tanquam domina; tuncque tintinnabulum, quod habebat in collo, sonabat. Custodes Capitolij illic Senatui dicebant, & ex templo mittebant legiones militum ad expugnandam Provinciam. Hæc fatuissimè leguntur in Republ. Roman. pag. 565.*

Libros fatidicos illegitimos combussit Augustus.

Sibyllini libri ab Imperatoribus Ethnicis combussit

Iupiter in de Palatinus

Imagines provinciarum ibi, sed magica.

Iovis Palatini templi flagrav.

Sibylla cum vaticinijs fit obvia Tarquinio.

Curiositas nocua.

Institutum est usus cum custodia librorum Sibyllinorum.

Anisi, quæ sit vici.

Unde Sibylla Erætracæ

14 De Sibyllis egi fusè Tom. 6. T. 5. à n. 44. excitatis quaestionibus in argumentum, signatque AA. ut latius constaret, an fuerint, quot, quo spiritu ductæ, & aliquarum nomina. Quid de Maria Virgine, Deipara vaticinata; ibid. *Tautol.* 1. à n. 64. De Filio eius Iesu-Christo, Servatore ac Domino nostro; loc. supr. cit. à n. 49. sed alia meditanter huius diei celebritati servavi ex Petro Cavaller in *Zelo Christ. contr. Iudeos*, 1. p. art. 5. pag. 44. & in ipsum notis Alphonsi Vivaldi. Prima Sibylla Persica pingitur veste aurea cum albo velamine in capite, & eius vaticinium: *Ecce bestia conculcaberis, & gignetur Dominus in orbem terrarum, & gremium Virginis erit salus Gentium, & pedes eius in valetadinem hominum*: ex *Osce* 13. 14. Secunda Sibylla Lybica ornatur seroto viridi ex floribus vestita pallio honesto, & ipsa in aetate media, atque facie plus quam puellæ. Vaticinium: *Ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condensa tenebrarum, & solventur nexus Synagoga, & desinent labia hominum. Videbunt Regem viventium, & tenebit illum in gremio Virgo, Domina Gentium: regnabit in misericordia, & uterque matris eius erit statua cunctorum*: ex *Ierem.* 23. 5. Tertia Sibylla Delphica, cum veste nigra & capillis circumligatis vertici, iuvenis, cor in manu gestans. Vaticinium: *Nascetur absque matris coitu: ex puritate vocatur Athenis* (hoc est, *Virga.*) ex *Ierem.* 31. 22. Quarta Sibylla Samia ex Samo insula, nudum ensen sub pedibus, formosum pectus, subtileque velum capiti habens. Vaticinium: *Ecce veniet dives & nascetur de pauperecula, & bestia terrarum adorabunt eum, & dicent: Laudate eum in atrijs caelorum*: ex *Psal.* 71. 11. Quinta Sibylla Emeria, seu Chimica, cœlesti veste & deaurata, capillis per scapulas sparsis, aetate iuvenis, facie decorâ. Vaticinium: *In prima facie Virginis ascendet puella, pulchra facie, proluxa capillis, sedens super sedem stratam, dans puero ius proprium, lac de caelo missum*: ex *Ioele*, 2. 29. Sexta Sibylla Hellepontica, in agro Troiano nata (de Erithrea, ex Halicarnasseo vidimus n. 12. dicitur locus) vetula & antiqua, veste rurali induta, ligata velo capiti, ad gulam circumvoluto, & in scapulas tendente. Vaticinium: *De excelso caelorum habitaculo respiciet Deus humiles suos, & nascetur in diebus novissimis de Virgine Hebraea in cunabulis terra*: ex *Iudic.* 6. à 36. Septima Sibylla Phrygia, mediocris stature & aetatis, habitu & ricâ rubea in modum nuptæ, licet virgo. Vaticinium: *Flagellabit Deus potentes terra & Olympo Excelsus ve-*

niet: & firmabitur consilium in caelo, & annuntiabitur virgo in vallibus desertorum: ex *Malach.* 3. à 1. Octava Sibylla Europaea; iuvenis, decora, facie rutilans, velo subtilissimo ligato capiti, & induta divite veste. Vaticinium: *Veniet ille, & transibit montes & colles & latices silvarum Olympi: regnabit in paupertate, & dominabitur in silentio; & egredietur de utero virginis*: ex *Zachar.* 9. 9. Nona Sibylla Agrippa (pro Cimmeria) majè vestita, & inter umbras collocata. Vaticinium: *Palpabitur invisibile Verbum, & germinabit ut radix, & siccabitur ut folium, & non apparebit venustas eius, & circumdabitur alvo maternâ: & flebit Deus (letitia sempiterna) & ab omnibus conculcabitur, & nascetur ex matre Deus, & converfabitur ut peccator*: ex *Isai.* 53. à 2.

15 Tres sequentes notiores sunt: scilicet decima Sibylla Erythrea (ab aliquibus Babylonica) fusco colore, cultu decoro, sine velo, piscem in manu habens. Vaticinium insigne: *In ultima aetate humiliabitur Deus, & humanabitur proles divina. Divinitas humanitati iungetur: iacebit in fœno Agnus, & officio puellari educabitur Deus & homo. Signa procedent apud apellas, scilicet, mulier vetustissima puerum prævium concipiet: Boötes orbis mirabitur, ducatum præstabit ad ortum*: ex *Ezech.* 44. à 2. & *Malach.* 3. à 1. De illa proditur prodigium singulare: ubi scilicet, primum est in lucem edita, loqui coepisse repente de rebus gravioribus & sublimibus: *Gyrald.* 2. *Hist. Poet.* n. ult. Ibidemque asserit, Troianis divinae urbis atque regni excidium; ex illaque multa vaticinia deprompta (aptius excerpta) à Virgilio, ut observat Servius in 3. *Aeneid.* v. 440. In novissimis diebus Varro asserit universa oracula Sibyllina esse ab Erythrea, quia cætera denuò conflagrant. *Cum Syllanis temporibus Capitolium cum Sibyllinis libris incensum fuisset; Romani ad eos scribendos Erythras miserunt.* Astipulatur Briet. ann. V. C. 678. *Tunc quoque* (ait) *Erythras legati ad querenda Sibyllina carmina, quibus uterentur Romani eorum loco quæ in Capitolio deflagrant. Tanti faciebat Roma hos Sibyllarum versus; ut sine his, se incolumem stare posse desperaret.* In Sicilia Erythrea extitisse sepulchrum, dicit Solinus, cap. 8. Erythrea dicta est à loco, quo nata, ait ex Stephano Gyrald. d. *Cum ipsa esset civitas colore rubra, Erythrea cognominata est.*

16 Ludicrum profectò, cum locus esset, ut vidimus, iuxta Troiam in monte Ida, Erythris dictum: quia Erythreum sonat rubrum, à colore fumere Sibyllæ nomen, & eius

Quid vaticinata Sibylla in Samia?

Earl imagines, & prophetia.

Persica, & Lybica.

Delphica & Samia.

Emeria.

Hellepontica.

Phrygia.

Europaea.

Cimmeria.

Erythrea.

Ut nata, fœna locuta.

Sepulchrum eius.

eius patriæ ætymologiam; excitat risum: at irrisum, quod sine delectu scribit Petr. Polo, de *Mansionib. filiorum Israel*, Tract. 1. cap. 8. conceptis verbis, quæ in somnis concepit, proferam. *Ad rem* (inquit) *singularis est notitia, quam Aldrovandus, Plinius, Matolus & Solinus tradunt de quodam pisce, dicto Passionario in hoc mari Rubro, sive Erythrea. Piscis hic ita est amans huius maris Rubri, ut si ab eo abstrahatur, moriatur. In profundo maris demergitur, & de capite tantam spargit splendorem, ut evaneat obscuritas: sed mira res, quæ reperitur in capite huius piscis: in cuius occipitio sepulchrum cum insignijs omnibus passionis Domini contemplatur. Omisissis solœcismis & barbarismis, mirari debemus eruditionem auctoris, quæ non notum nobis, piscem cognomento Passonarium, notum fuisse & quare asserat Solino & Plinio, in quibus, sicut in alijs AA. allegatis, nec verbum quidem: hosque signare in robur prolubij phantasiæ, haud potest esse somnij robur, sed somniantis debet esse rubor; dum ita mentem mittit in passua, & cerebrum in crepitacula & crotala. Profectò fidem detrahit commentitijs inventis, argumentis totius operis; quippe cuncta sicine cogitanda eiusdem fursuris. Illum sanè, etsi antiquarium, fugit imago Sibyllæ Erythreæ, habentis in manu piscem. Si illa Erythrea, & piscis in rubro, aut Erythreo mari; sine tergiversatione piscem Sibyllæ diceret Passonarium. Nugæ, & puerulis insulfissimæ naniæ.*

17 Undecima Sibylla, *Tyburina* dicta (à nonnullis *Decima*) rutila veste & undulata induta, ipsaque pulcherrima: de illa egimus die 3. à n. 15. & vaticinijs eius additur quod contigit Augusto, uti ibi diximus. Hæc tunica crocea vestitur, violaceo mantello superposito. Eius oracula consona *Mibeæ*, 5. à 2.

18 Duodecima Sibylla & celebrior fuit *Cumana*, cuius imago ex capillitio turrato capite, fronte hilari, vestitu scutulato. Vaticinium ex *Daniele*, 2. à 34. quod Virgilius *Ecolg.* 4. quasi proprium carmen detorsit improprie; ut notant Scholiastæ. Ipse ergo à v. 5. seu potius ipsa, acciuit:

*Magnus ab integro factorum nascitur ordo:
Iam redit & Virgo, &c.*

Opportuniùs sanè si Cavaller dixisset ex *Daniele*, *ibid.* à v. 32. ubi per metalla describuntur conditiones Monarchiarum: etenim ut inquit Servius in illud Virgil. *ibid.*

— *Ferrea primum*

Desinet, ac toto surget gens aurea mando;

Exponit: Cumana Sibylla sacula per metal-

la divise, dixitque quis quo saculo imperaret, & Solem ultimum. Eadem apud Bulegger. 4. de *Ration. divinæ*. De eius statua diximus, 19. *Januar.* n. 11. Pausanias, *cap.* 328. postquam dixerat de Erythrea, quam appellat *Herophilen*, & antrum in quo nata; subdit: *Iam post illam, ea quæ fatidica etiam fuit Cumis.* Etus tamen sœmine prædictionem omninò nullam Cumani, quam cuiquam ostenderent, habuerunt. Ostendunt tantum urnulam in Apollinis aede lapideam, in ea Sibyllæ condita esse ossa dicentantes. In fatidarum feminarum numerum conscripserunt Hebræi, qui supra Palestinam sunt, Gentilem suam, *Sabbam* nomine; quam Berofo patre, matre *Erymanthe* genitam tradunt. Alij *Babyloniam*, *Egyptiam*, alij *Sibyllam* vocant (ita antonomasticè Hygin. *fabul.* 128.) *Sibylla* tamen non fuerunt ab hominibus vocitata. In aede Apollinis, seu antro Sibyllæ erat lapis *Onobatis*. Unde Plutarch. 2. *Græc.* qq. inquit: *Quæ est illa, quæ apud Cumanos adulterio deprehensam in forum trahabant. Ibi in saxo, ut ab omnibus conspiceretur, eam locabant: inde asino imponebant, ac toto oppido circumvectam oportebat iterum eodem in saxo consistere, & reliquam vitam infamem transigere, & appellari Onobatim.*

19 Hoccine spectaculum, præut auguror, institutum in Cumeæ Sibyllæ honorem; quia respuit Apollinem (postquam dono vaticiniorum ex illo potita) ut virginitatem perpetuò servaret, Apollinem ridens; quæ propter ab illuso conversa in vocem duntaxat: quod quidem eruditè hypotiposè describit Ovid. 14. *Metamorph.* *fab.* 4. Aristoteles, de *Mirabilib. audition.* inquit: *In Cuma circa Italiæ oram, ferunt, thalamum subterraneum Sibyllæ fatidicæ esse; eius scilicet, quæ etate quantumvis provectâ, virginitatem servasse impollutam traditur.* Gyrard. d. *Cumana Sibylla sacellum* (inquit) *apud Cumas Solinus recenset; sed eius cryptam speluncamve Agathias; quam multo labore expugnatam à Narsete prodit, cum Gothi Cumas tenerent. Nunc spectantur vestigia; ad quæ visenda subterranea crypta ego ipse cum curiosis, studiosis plerisque comitibus non sine horrore descendi.* Hanc dicunt fuisse, quæ disparuit cum librorum pretium à Tarquinio accepisset, de quo supr. n. 12. *Lapideam hydriam, nec satis magnam Cumani in Apollinis templo ostentant, in qua eius Sibyllæ ossa condita, affirmant.* Idem *ibid.* Ex Virg. 6. *Æneid.* à v. 136. patet; hanc Æneæ ramum aureum ostendisse. Ammian. Marcellin. lib. 23. *Palatini Apollinis templum* (inquit) *arsit; ubi*

Sepulchrum eius.

Lapis Onobatis.

Cumana desit Apollinem.

Somnium de pisce Passionario.

Tyburina.

Cumana.

Virg.

ni multiplex inuolisset auxillum, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum.

20 M. Georgius Draudius, Commentar. in cap. 8. Solini, Cuma (ait) ciuitas Campaniæ ad mare usque Puteolos: de qua Seruius: Eubœa insula est, ex cuius ciuitate Cbalcoei coloni profecti sunt ad novas sedes querendas, & non longè à Baijs (qui locus à socio Ulyssis Bato, illic sepulto, nomen accepit) inuenerunt vacuum littus; ubi uisâ muliere gravidâ (quod illi fecunditatis augmentum interpretabantur) ciuitatem condiderunt, quam Cumas appellauerunt. Quia ibi Sibylla degebat, Cumæa dicta est. Genebrardus, ann. V. C. 755. distinguit inter Cumæam & Cumanam Sibyllam. Sibylla Cumana (ait) novem libros de fatiis pop. Roman. Tarquinio Superbo emendos obtulit, quorum tres in sacrarium conditi, Sibyllini dicti sunt. Hanc nonnulli cum Cumæa confundunt, quæ & ipsa Italica quidem sed tamen multo antiquior: fuit mater Eoandri. Musæus & Orpheus (infit, 1. Stromat. Clem. Alexandr.) viginti septem annis iuniores Italica Sibyllâ Carmente, qua ante Romam conditam Palatium incoluit. Ita exponit Bulenger. loc. cit. Hanc aliter videtur Tit. Livio, lib. 1. sect. 24. Herculem Eoander in Italia cognouit, diuinitate eius creditâ Carmenta matris; quam fatiloquam ante Sibyllam in Italiam aduentum, mirata hæ gentes fuerant. Solin. quò dudum subdit: Ab Eubœensibus Cuma ibidem Sibylla sacellum est: sed eius qua rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusque librum ad Cornelium usque Syllam Pontifices nostri consulebant: tunc enim unâ cum Capitolio igni absumptus est. Iustinus in Paranetic. sub fin. inquit: Vobis facile est, rectum Dei cultum in parte discere ex Sibylla, quæ à Dio afflata vos ea docet, quæ prophetica doctrina proxima sunt. Hanc dicunt Babylone profectam, filiam Berosi, qui Cbaldaicam historiam scripsit; cùm in Campaniam fortè venisset, ibi oracula fudisse Cumis, urbe.

21 De Cumana, lib. 2. ad Autolic. inquit Theophilus, quem sequitur Buleng. de Ration. diuination. lib. 4. cap. 1. Hæc quidem Sibylla significauit mundo iram futuram, quando Magni Dei perficientur mina, quas comminatus est mortalibus. Quando in Assyria turrim fabricarunt; omnes eadem lingua loquebantur, sed in cælum stelligerum ascendere nitentur: at Deus immortalis magnam ventis necessitatem iniecit, quorum turbibus turris ad terram prostrata, & inter homines orta seditio; cum eorum lin-

qua in plures dialectos diuisa essent. Seruius in illud Virgil. 6. Aneid. v. 321. Longæoa Sacerdos commentatur: Sibyllam Apollo pio amore dilexit; & ei obtulit poscendi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam montibus, & tam longam vitam poposcit. Apollo respondit, hoc posse fieri; si Erythream, in qua habitabat, insulam relinqueret, & nunquam tam videret. Profecta igitur Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus; vitam in sola voce retinuit. Quod cum eiues eius cognouissent, siue inuidiâ, siue miseratione commoti, ei epistolam miserant cretà antiquo more signatam: qua uisâ, quia erat de eius insula; in mortem soluta est. Unde nonnulli hanc esse dicunt; quæ Romana facta conscripsit, quod incenso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri. Unde Plin. lib. 7. cap. 33. Diuinitas; & quadam uelutum societas (inquit) nobilissima ex fœminis in Sibylla fuit.

22 Plures fuisse Sibyllas, inconcussum utique. Inter illas famosa Cassandra filia Priami, de cuius uaticinijs plura Lycophron. in illa, & nos, 6. Ianaar. à n. 22. Hebræi antiquissimam Sibyllarum dicunt Sambethen, Noachi filiam, cui succenturiatæ reliquæ. Balthaf. Bonifac. 1. Histor. iudic. cap. 2. Pausan. cap. 327. quem denudat Gyrard. loc. cit. ait: Lamiam Neptuno genitam, mulierum omnium primam uaticinatam; & ab Afris Sibyllam nominatam. Herophile illâ posterior. Delphis saxum eminet, quo oraculum canere solita. Constat, ipsam ante Troianum bellum uiguisse: prædixit enim, ad Asiæ & Europæ perniciem, Sparta Helenam educatum iri; propter quam futuram esset, ut Ilium euerteretur à Græcis. Hecubæ uerò somnium interpretatam, ita ut rei eventum diuinarit. Eadem Solin. d. Et si plures propter uaticinia celebratæ, tres hæ in antiquitate famosiores: quapropter ut refert Plin. lib. 34. cap. 5. Sibylla iuxta Rostra esse non miror, tres sint licet: primas putarem has. Suffragatur Aufonius, Edyl. 11. v. 84.

Et tres fatidicæ nomen commune Sibyllæ. Confule Eliam Vinet. hic. Vives in 18. Augustin. de Ciuit. cap. 23. asserit ex Varrone de Reb. diuin. Sibyllæ nomen fuisse commune: Sibyllinos libros non unius fuisse Sibyllæ; sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes fœminæ Vates, Sibyllæ sunt veteribus nuncupatæ. Libros hosce consuli sine auctoritate Senatus, nefas fuit. Dio, lib. 2. Alexand. Neapolit. 3. cap. 16. Ælian. 12. Var. histor. cap. 36. Gyrard. & Rhodigin. d. alijque; quoniam argumentum Sibyllarum obuium; de quo fusè egimus loc. allegato.

Cur Erythrea Cumæa, & in uocem redacta.

Cur morte eius insula; in mortem soluta est.

Cassandra fatidica.

Sambethen, filia Noe.

Lamia Neptuni, & Herophile.

Aufon.

Sibylla, nomen generale fœminis fatidicis.

De eadem Cumæa, & Cumanâ

Carmenta.

in belicis et falsis.

Aliam

Sibylla Lugdunensis.

Nemus fortunæ, in quo Pontius Pilatus.

Se se interficit.

Commentum Gallorū de orbis imperio.

23 Aliam Sibyllam Lugdunensem signat libell. de *Monarchia Gallor.* lib. 3. Commentitium arbitrator, sicut imperium orbis, de quo infra. Historiam seu fabulam refert etiam ubi supr. Cavalier, & Vivaldus: nimirum, Pontium Pilatum, cum regiones longè à Laribus suis pererraret; in Italiam pervenisse, ubi nemus fortunæ, in quo malum pulcherrimam proceritate, pompositate atque fructu invenit. Carpere conatus, prohibitus fuit à Sibylla, dicente:

Quid facis ò demens? Quò tandem insana sumoris

Mens tendit, &c.

Totum ludicrum, optata miraculis confirmari volentium, quasi ius esset voluntarium infomnium. De illo Chronic. Alexandr. pagin. 545. ait: *Christo Servatore, Præses in Iudea; varijs circumventus ærumnis, sibi mortem conscivit, vindicta nempe divina non multo post necem Christi.* Dicitur somnium cum reliquis quisquilijs, ut de lacu Pilati dicunt Galli (vide Petr. Hispalens.) Siccine astruunt, quem aviditate concipiunt universi principatum. Galli orbis imperium sibi deberi contendunt ex oraculo D. Augustini: ait Balthaf. Bonifacius, Rhodig. d. lib. 8. cap. 23. At ubi vaticinium Augustini? Libell. de *Anti-Christo* (invenitur Tom. 9. sub titulo Augustini à nebulone scripto, ut observat ibi Erasmus) ita ergo prophetiz optatus, non optabilis sensus, pag. 259. I. sonat: *Hoc autem tempus nondum advenit, quia licet videamus Romanum imperium ex maxima parte destructum; tamen quandiu Reges Francorum duraverint, qui Romanum imperium tenere debent (quò iure?) dignitas ex toto non peribit; quia in Regibus suis stabit. Quidam verò Doctores nostri dicunt (ergo non Augustinus) quòd unus è Regibus Francorum Romanum imperium ex integro tenebit, qui in novissimo tempore erit: & ipse erit maximus, & omnium Regum ultimus: qui postquam regnum suum feliciter gubernaverit; ad ultimum Ierosolymam veniet, & in monte Oliveti sceptrum & coronam suam deponet.* Qui uti Augustini finxit vaticinium; Francorum haud descripsit effectum, sed illorum votum. Gratulemur.

24 Cum malè audirent propter facilem assensum & fictitium vaticinium gestientes Galli; eodem morbo laborasse Hispanos, quasi Thraones audacissimè dicunt. Haud huiusmodi prurigo unquam titillavit, neque coluber momordit. Fugit Bonifacius, quò dudum, ex vaticinio pro imperio Sergij Galbæ, spiritus Hispanorum inflatos his temporibus fuisse; ita ut maioribus animis,

quàm viribus orbì imperaturos somniant. Atellana mimicè fabula. Sub hoc tempore enthusiasmus ex vaticinio in Galbæ imperium: quòd necessariò præcessurum vaticinium? Auctor vel furit vel iocatur: ludens fecit. Ut constet utrum, ita testimonium perpendes. *Confirmabatur* (assumptio in thronum, ait Sueton. in Galba, cap. 9.) *secundissimis auspicijs & omnibus; tunc virginis honesta vaticinatione, tantò magis, quòd eadem illa tarmina sacerdos Iovis Cluvie ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter à fatidica puella pronuntiata: quorum tarminum sententia erat Oriturum quandoque ex Hispania Principem Dominumque rerum.* Ex hocinè textu tam præclarum ratiocinium! Plaudetur utique, si Dijs placet. Declarat historiam ludicram.

25 In Arcadia sacra Apollini Parrhasio. *K. Græc.* Templum eius in monte Lyceo versus Orientem. Vocabatur etiam Pythius propter oraculum; & Epicurius, propter auxilium. *In ea montis parte que ad Orientem spectat* (refert Pausan. cap. 299.) *est Apollinis sanum cognomento Parrhasij: eundem Pythium appellant. Bi Deo festos quotannis dies dum agitant; aprum Apollini Epicurio immolant in foro. Ibi re divina peracta, in Apollinis Parrhasij hostiam statim deportant cum solemnī pompa ad tibicantum. Femora enim excisa adolent: viscera quidem eodem loco absumunt. Hec patrio more religio sancita est.* Eadem inquit Gyraldus, *Syntagm.* 7. n. 31. nisi quòd pro apro, agnum in victimam signat: sanumque Epicurij Apollinis dicit, quasi expulsois malorum; eò quòd Arcades à peste liberaverit; quemadmodum Athenienses in bello Peloponnesiaco Alexicacum appellarunt. *Ager est in Lyceo* (ait Pausan. cap. 268.) *qua Cretea vocatur ad levam luci, qui Apollini sacer est, cognomento Parrhasio. Hunc esse locum in quo educatus Iupiter, non autem Cretam insulam, contendunt Arcades; Nymphasque nominant que nutrierunt Iovem.* Gloriam tantæ dignationis appetunt. *Semper magnum consistit nasci Deum: ut ait Seneca. in Hercul. Furent. v. 461.*

26 In Sicilia obiit inclytus Heros nobilissimus Gelo, quem uti Numen, vel viventem cives propter gesta præclara venerati sunt, diemque in illius sacra destinaverunt; uti videbimus, 26. *Octobr.* Ita in *Fastis Sicul.* Ann. V. C. 277. cessit fato, in 7. sui principatus, cui cunctorum civium suffragio successit Hiero frater eius maior non solum ætate, sed sapientia, qua 12. annis pru-

Impositura in Hispanos.

Apollo Parrhasius, Pythius & Epicurius.

Sacra Geloni.

Hiero eius frater.

prudentissimè Siciliam rēxit. Salian. & Briet. *Xerxis in Europam transmissio in idem tempus incidit, quo Syracusis & in reliqua Sicilia dominabatur Gelon, cui demortuo, Hieron frater successit.* Pausan. cap. 272. Vide dicta, 9. Ianuar. n. 18. Gelo benevolentia regnum acquisivit totius Siciliæ. Diodor. Sicul. lib. 13. n. 342. Unde eius perpetua felicitas, & opulentiæ, queis vel à potentibus eius sollicitabatur gratia & amicitia. Sic itaque cum Græci in bello Medico legatos supplices ad illum misissent, respondit: *Ver illis anni exaruisse.* Cæc. Rhodigin. 16. cap. 9. Gelon haud ex animo dixit, cum in Græciæ auxilium totis viribus intenderet, repulsis Persis. Fœdus sanè initum inter Xerxem & Carthaginenses; ut dum ille Græciam, hi irrumperent in Siciliam. In bellum Ducem elegerunt Amilcarem singulari inter cives auctoritate pollentem; qui cum copijs innumeris è Carthagine solvens Himeram oba sedit: verùm superveniente Gelone, non solum debellavit, sed supra numerum captos Syracusas misit. Necdùm plena victoria, quia classis hostium integra: at in eius exterminium à fortuna opportunitas occurrit. Fortè evenit, ut in castris (tum nauticis versante Amilcare, magnificumque Neptuno sacrum apparante) fraudem Gelonis cum virtute miscere potuisse; adducto cum literis tabellario ab equitibus Gelonis, in quo huius fulta prosperitas pleno triumpho. Epistola continebat, Selinuntios mox affuturos cum classe in auxilium Carthaginensium. Gelo prævenit, & quasi amicis ab hostili classe receprant: mox quis esset, ostendit: nam sacrificantem Amilcarem obruncavit, & classis flammam iniiciens ferè universam incendit. Interea terrestrem hostium exercitum aggressus ita compressit, ut centum quinquaginta millia Pœnorum in eo certamine fuerint desiderati. Reliquæ naves fugere, quæ omnes ad scopulos allisæ tristissimo periire naufragio; relicta scapha, ut tantæ cladis Carthaginem nuncium pervenire posset, & hinc ad Xerxem, qui eodem die victus fuit à Grecis navali etiã pugna ad Salaminam; seu potiùs vicit ad Thermopylas, ut dicemus 14. Jul. Brevi, quod fusè à Diodor. Sicul. d. à n. 253.

27 Eximiam conciliavit auctoritatem Geloni parta victoria; quippe post prælij successum maiores à civibus collati honores: in regno consenuit; & tribus deinceps ex familia eius imperium integrè conservatum est. Ibid. n. 255. Unde cum statuæ Principum divenderentur post in adventu Timoleontis (ut in eo inquit Plutarch.) Solam

Gelonis statuam eo tempore venditione tradunt exemptam: quem honorem Geloni habuerunt ob victoriam quam de Carthaginensibus ad Himeram obtinuit. Splendidius se post victoriam gessit, sed profundius maiestatem radicavit. *Victis Carthaginensibus & occisione ortis* (refert Rhodigin. 19. cap. 32.) *factus totius Siciliæ compos, exasperanti mentis magnitudine, in forum pergens nudus, alacriter pronuntiavit: Siculis se principatum resignare. At illi ore consono subclamantes; id se non admissuros, asseveranter predicarant. Argumento huius facti est in templo surrectum specie nuda simularum.* Etiam refert Diodor. d. n. 256.

28. Post victoriam Carthaginem subingare constituit, sed legatis ad eum pro pace missis, quievit: at non antè fœdus cum illis voluit inire, nisi pactis adscriberent, post eum diem non litaturus Saturno liberos suos. Plutarch. de *Fanda Dei vindictæ.* & *Apophthegm.* Reg. quem sequitur Erasim. sub eodem titulo lib. 5. *Solet enim* (scribit) *ea gens infantes suos anea Saturni statua cavea & intus incensa, in sinum ponere, qui veluti in Dei amplexu necabantur. Id ut Saturno gratum putarent, effecit fabula, que narrat illum omnes uxoris filios devorare, solitum.* Fusc exponendam, 19. Decembr. à n. 2. Gelo igitur ut immutabile decretum persisteret; pacem ea conditione illis concessit; ut duo millia talentum in belli expensas solverent: duo etiam sacella Pœnos extruere iussit, in quibus fœderis tabulæ consecrarentur. Illi præter spem, salutis compotes; libenter in postulata consenserunt: prætereaque uxori Gelonis coronam auream polliciti, dederunt pondo centum talentum. Spoliorum pulcherrima servavit, ut manubiarum ornamentis templa Syracusarum condecorarentur. Duo ex præda extruxit magnifica Cereri & Proserpinæ: tripodem quoque talentum XVI. constavit, quem in templo Delphico, gratæ mentis solum, Apollini dedicavit. Imò totam summam pecuniæ destinata Xerxi, si vinceret, de quo Herodotus, lib. 7. n. 40. & Diodor. Sicul. d. à n. 255. *Delphis* (inquit Pausan. cap. 172.) *prope Gelonis currum stat Jupiter prisca admodum operis, sceptrum tenens.* At cap. 186. inquit: *Quod verò ad Gelonis currum attinet, mea opinio paululum dissidet ab his qui alia ante me prodidere: aiunt enim currum illum Gelonis Siciliæ tyranni donum fuisse: & testatur inscriptio; sed Gelonem Dinomenis filium, dedicasse* (fuerunt enim duo Gelones, Siciliæ Principes. Idem cap. 272.) *ubi persistit inscriptio nobili epigrammate.*

Principatus cedit, sed sefio expulsa

Inhibet Carthaginensibus humanam bestiam

Saturnus Maloch

Gelonis denaria

Eius currus

Gelonis victoria de Carthaginensibus

Stratagemata in classi extitum

Bis statu sola imago

29 Post hæc, ait Diodor. cit. n. 256. *Cereri etiam in Atna fanum adificare instituit: iamque Dea in sacrario collocata erat; sed à fato interpellatus imperfectum illud reliquit: summa cum equitate Siculos gubernans, morbo correptus, cum iam de vita desperaret, regnum Hieroni, fratrum natu maximo, tradidit.* Eo mortuo successor frater pompam funeris sumptuose peregit; eò quòd propter amorem in Gelonem à populo derogata lex de studio curioso exequiarum. Cadaver in uxoris agro conditum intra novem turres operum mole stupendas; oppidanorumque turba funus comitara est ad eam locum, qui ducentis ab urbe stadijs abest: sepulto magnifice monumentum structura populus erexit, heroicisque Geloni deinceps honores exhibendos decrevit. Ibid. n. 262. & 276. Iurè Gelon, risus, gaudiumque appellatus, propter singularem non solum in cives, sed etiam in hostes beneficentiam.

Obitus, & funus.

Sepulchrū.

Initiū anni arborum.

Ritus.

30 Inter Ægyptios celebrabatur hac die *Principium anni arborum*, quod more Romano signavimus in anni principio, n. 24. Ad unguem effectum & causam refert Epiphanius, quod Copti exprimebant in *Comasjs*, seu festo Ramorum, de quo 14. Decembr. Ille ergo in *Panario*, lib. 1. *Heresi*, 18. *Nazareor.* 5. inquit: *Apud Ægyptios, ipsosque Deorum cultores hodieque remanet memoria: etenim sub idem tempus, quo illic olim Pascha celebratum est, quod in veris initium atque æquinoctium incidit; Ægyptij omnes minio oves suas insciant, nec non & arbores. Cuius quidem ritus, tametsi causam nesciant, illud tamen præferunt, ac vulgo iactitant, illo die universum terrarum orbem incendio conflagrasse. Huius porrò calamitatis avertendæ, vim quandam in cruore illo atque igneo colore esse positam: quibus verò de causis negant sibi esse compertum.* Addit Thom. Tamaius in *Fassis*, præut auguror, auctoritatis periphrasim. Dicebant (inquit) *Ægyptij illis ab antiquis traditum, omnis mundi arbores à retrò sæculis universali incendio conflagrasse, & combustas perpetuâ sterilitate fuisse damnatas: infuso verò sanguine, revixisse, germinasse, floruisse; ex quo mos aut superstittio liniendi rubricâ omnia arbusa initio veris, quia ignicolorem figuram sanguinis, remedium auxiliare putabant talis ac tantæ plage.* Alludit Plin. lib. 17. cap. 28. *Sanguine (ait) liniiri volunt. Sunt arborum pestes & formica: has abigunt rubricâ, &c.*

31 Cum Xerxes pervenisset in Abydum, ubi radix pontis iam refecti, ut posset
Tom. I. Epheuer,

pedes in Europam transire; ut pridie vidimus, n. 30. Nunc igitur Deos *Præsides terræ Persidis* (dixit) *transseamus. At eodem quidem die sese ad transeundum paraverunt. Postero autem tantisper morati sunt, dum Solem exorientem cernerent, omnifarios odores in pontibus congerentes, ac myrto iter consternentes. Ubi Sol exortus est ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud Solem vota concepit; ne sibi quid adversi contingeret, quo prius desisteret Europam subigere, quàm ad illius terminos pervenisset* (Tunc placare sollicitavit Hellepontum aureo cratere, acinace & annulo; ut dixi die 10. num. 15.) *His actis* (tomus per pontes transivit exercitus) *transiit autem septem per dies totidemque noctes nullo tempore intermisso. Ibi iam transgresso Hellepontum Xerxes: quidam exclamavit: O Iupiter! Quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro Iovis nomine, Græciam è sedibus suis exturbare vis omnes homines ducens; quum etiam citra hoc tibi id facere liceret? Transgressis omnibus & iter ingredientibus; ingens prodigium oblatum est, quod Xerxes nibili fecit, etsi coniecturâ discutiendum: siquidem equa leporem enixa est. Facile erat, ad coniectandum, fore ut Xerxes exercitum adversus Græciam cum maximo strepitu & ambitiosissimè duceret; rursusque pro seipso sollicitus, ad eundem locum fugâ recurreret. Alterum quoque prodigium cum Sardibus foret, exhibitum est: mula enim mulum edidit ancipitiâ genitalia habentem; quorum prodigiorum utrumque pro nibilo habens, ire pergebat, comitantibus eum terrestribus copijs; nauticis extra Hellepontum navigantibus, ac terram legentibus; & è diverso atque terrestres agentibus. Hactenus Herodotus d. à n. 20.*

Xerxes transf. it in Europam.

Placat mare & sacrificat Soli.

Prodigia.

32 Cum pervenisset Doriscum, decrevit lustrare exercitum & classem, n. 22. Numerus copiarum erat centum septuaginta myriades: hoc est, decies septies centena millia. In medio exercitus sacer Iovis currus, tractus ab octo equis albis, ponè anti-gâ comitante, qui pedibus ingrediebatur, habenas tenens. Nemo sub pœna capitis, hanc sellam currus inscendit. Pòst ipse Xerxes in curru, comitantibus cohortibus seu legionibus insignijs spiculorum; quorum in extremo aurea mala, & malogranata argentea pendebant, sicut iter egit in Sardes. Hoc perfecto, & navibus in mare deductis, è curru Xerxes in navem Sidoniam transcendit: residensque in aureo tabernaculo, sciscitabatur de singulis. Ibid. n. 24. Sic de victoria haud dubius, licet contraria prænun-

Iovis currus.

Arrogantia Xerxis & fiducia.

ciaret Demaratus, ad risum Xerxes versus, soluto cachinno. Ex exitu scivit virtutem superare vanitatem, & adventum eius in Græciam in hostium celsisse gloriam. Herodotus lib. 8. n. 13. subdit: *A traiectu Helle-sponti, ex quo iter ingredi cœpere Barbari, unum mensem trivere transeundo in Europam: tres alios, dum in Atticam pervenere.* Alij aliter, ut suis in diebus videbimus.

DIES XIX. MARTIJ.

XIV. L.

I. **G** Rad. 29. *Piscium*, in quo *Aquilo serenus spirat*. Ptolom. *Præcedens cornu Arietis manè oritur*. Iunctin. *K. A. Piscis magnus in sicco*. Sphær. Arab. Mundi secunda dies, in quo Deus fecit Firmamentum (idest, collocavit ærem, cuius Sphæra cum interstitijs (quia super nos est) in Scriptura vocatur *Cœli*) in medio aquarum; & divisit aquas ab aquis: ab his quæ super cœlum sunt (hoc est, aëra) illas, quæ mare formant. *Genes. 1. à 6.* Quare quod hoc die perfectum, non dicatur à Domino benedictum; apud PP. invenies. Errant, qui dicunt hoc die damnatos fuisse Dæmones, & infernum fuisse factum.

Dies, obis secundus.

2 Abhinc ann. 2318. (iuxta Salian. & Briet.) hac in die moritur Isaac. Eutyech. *Annal. Alexandr.* In illo Abraham duntaxat vocatum semen. *Fuit vir Deo charus, & magnâ providentiâ dignus ab eo habitus post Abraham:* ait Ioseph. 1. *Antiquit. cap. 20. Surrexisset cum Christo,* ait Pineda in *Iob. 19. 25.* & Alapid. in *Matth. 27. ex eo quòd dicat Paulus: Fide Abraham obtulit Isaac; arbitrans, quia à mortuis suscitare potens est Deus; unde eum in parabolam (idest, in resurrectionis signum) accepit.* Eum sepelierunt Iacob & Esau in spelunca duplici (de qua Hieronym. in *Loc. Hebr. Saligniac. Tom. 10. cap. 5.* Brocard. *Itiner. 6.* & Adrichom. in *Iuda, n. 100.*) divisisque inter se bonis paternis; Esau processit in Seir montana, & Iacob mansit in Hebron. *Genes. 35. 28.*

Isaac obiit.

3 Ioseph Patriarcha ingreditur in Ægyptum. Reusner. Fallitur. A morte Isaac anno uno, eodem die exaltatur Ioseph Pharaonis vicarius super cunctam terram Ægypti. Briet. d. Aliter Rabbini in *Seder-Olam, cap. 2. Ioseph (aiunt) exit è carcere: eo tempore obiit Isaac.* Post duos annos carceris, & uno à vaticinio ministrorum Pharaonis (de quo Briet. *Ann. 2319.* & nos, 27. *Maij, à n. 1.*) cum inventus esset verus somniorum coniector; educitur è carcere ad imperium Pharaonis: tunc Regi exponit somnij my-

sterium, & illa horâ pompâ solemnè exaltatur. Beyerlinck. Modus & ordo, munusque in exaltatione promittitur: *Dixit Pharaon ad Ioseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti: tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestivitque eum stolâ byssinâ, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone; ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent universæ terra Ægypti: vertitque nomen eius, & vocavit eum linguâ Ægyptiaca, Salvatorem mundi.* *Genes. 41. à 41. Gretser. lib. 4. de Cruce, cap. 9.* & Silvest. à Petra-Sanct. lib. 3. *Heroic. Symbol. cap. 7.* astruunt, in annulo quem Ioseph tunc tradidit Pharaon, crucis figuram sculptam fuisse, & argumentum supremæ potestatis. De hac & alijs Crucis figuris apud Ægyptios, fusè tractat Kircher. quem videbis, *Prodrom. Copt. cap. 8.* In *Obelisc. Pamphil. lib. 4. Hierogrammatism. 20.* in *Oedip. Ægypt. Tom. 2. p. 2. Class. 10. cap. 4.* & *Tom. 3. Syntagm. 5, cap. 4.* Ipse ab Æthiopicis dictus *Serapis* (de quo 25. *Septembr.*) in cuius imagine insculpta figura Crucis, quam inter Chineses characteres numerari; asserit idem ibid. in *Theatr. Hieroglyph. cap. 2.* Vide dicta, *Tom. 6. T. 1. à n. 45.* Olim civitas vocabatur Misraim à primis habitatoribus. *Tota civitas modò vastata est, retinet tamen murorum atque domorum vestigia multa, visendaque præbet thesaurorum & horreorum Ioseph monumenta non pauca. In eodem etiam loco artificiosissima columna est, magica ex arte extracta, cui nulla similis totâ visitur terra. Horrea verò illa calce & lapidibus constant opere firmissimo. Extra urbis ambitum Synagoga est Moysis Doctoris nostri, antiqui operis, quam adhuc existantem senex quidam minister colit, vocatus custodia pater.*

Annulus Ioseph cù Crucis figura.

Diſtus ab Æthiopicis Serapis.

Horrea Ioseph, Synagoga Moysis & columna magica.

4 A Iosephi exaltatione (futurâ filiorum Israël) devolutis 225. annis, hac ipsa die, his persistentibus in deserto Etham, fuit dies quinta solemnitatis Azymorum. Tunc illos explorantibus Ægyptijs (missis à Pharaone Cenchre quasi velites) hic cogitavit interceptos à mari Rubro, & posse tutò iugulare, restaurareque prædam; quoniam Hebræi spoliaverant Ægyptum. *Seder-Olam, cap. 5.* & Leonard. Mar. in *K. Iudaic. ex Exod. 12. à 35.* Hac in die filios Israël Mare transisse, autumat Adrichom. in *Chronic. Fallitur. Videbimus, die 21. n. 6.* A Reuclin. ex 4. *Reg. 6. à 8.* post decursu annor. 555. calculo Saliani, hac in die circumdatus Eliseus ab exercitu Syrorum in Dothaim, ut

Transitus Maris Rubri.

Reusner Ioseph à Pharaone.

Eliſeus & dicitur Syror percussit.

capèrètur, quia confilia & inſidias Regis eorum rebelabat Regi Samariae; cunctum exercitum aoraſia percussit, qua perduxit in Samariam: at prohibuit carniſicinam, & ſtragem meditatam à Rege Iſrael; iuſitque cibo ac potu reſectos remitti in Syriam, ad Benadad „qui miſerat.

Tobias iunior pervenit in Haran.

5 Eodem die poſt annum 196. Tobias iunior ductus, ſub forma juvenis, à Raphaelè, è domo patris, pervenit in Arim, ſeu Carran. *Serar. in Tobie, 11. quaſtiunc. 4.* Olim dicebatur *Haran*, ex qua vocatus Abraham in Chanaan; *Genef. 11. 31.* Poſt *Charra* dicta eſt, ubi cum toto Romano exercitu caſus M. Craſſus à Parthis, propter ſacrilegia, rapinas & audaciam ingreſſus in Sancta-Sanctorum (de quo, 18. *Maij*, à n. 5.) & eandem cladem poſterioribus temporibus paſſus blaſphemus, Iulianus Apoſtata; cuius vita telo caelitùs erepta, 26. *Iun. Ann. Chriſt. 363.* Brist. *ibid.* & Petav. cum multis alijs, 1. p. *Rationar. tempor. lib. 5. cap. 5.* Charras ergo erat: civitas famoſa inter Niven & Rages, ſita in Meſopotamia: ex qua poſtridiè proſecti, die 30. pervenerunt in Reges; ut dicitur, n. 4. *ibid.*

M. Craſſi rex, & Iuliani Apoſtate.

6 Anno abhinc 24. cum victus ad Actium navali pugna Marc. Antonius, fugiſſet Alexandriam, ubi mortem ſibi conſcivit (uti dicitur, 2. *Septembr.* à n. 14.) qui Herodem Iudææ Regem conſtituerat, & reſciſſis eius decretis à Senatu, hoſtis declaratus fuit: de ſuis rebus deſperavit Herodes cum ſuis: equidem ſciebat eius cum M. Antonio non ignorare Caſarem amicitiam. Herodes ergo, fortunæ mancipium, ſibi in re dubia vigilanter conſuluit, & de periculo caviti; decernens adorare, quem ſupra mortales omnes tanta evexerat victoria. Unde ſecum cogitans rerum mutationem, & ſe poſſe è regno deturbari irà Caſaris, maximè vivente Hyrcano, qui Rex fuerat, & pro illo ſine iure à Marc. Antonio fuerat deſiſtus (de quo 25. *April.* n. 9.) decrevit de medio tollere, eſſi octogefimum annum exceſſerat; ne ullus occurreret obex. Ioseph. 15. *Antiquit. cap. 9.* Genebrard. *Ann. 4014.* & Tornieſl. 4023. n. 4. Ut cogitavit, perfecit. *Summâ honoris ſpecie ſuſceptus, quo inſidiarum velamen obtenderetur; haud multò poſt, effiſto crimine, quòd poteſtatem vellet repetere, interemptus eſt.* Egeſipp. 2. *Excid. cap. 13.* Quæ Herodes in hoccine facinus commentus eſt; refert Ioseph. *lib. 15. cit. cap. 9.* & Sallianus, cum Brietio, *Ann. 4024.*

Herodes Hyrcanum II. tollit.

7 Sedò ſapuit ſenex Hyrcanus, cui vel hoſtes Parthi (à quo captus & Babyloniam abductus) indolis præſagi, prædixere: igitur

Tom. 1. Ephem.

nihil anxius cupiebat Herodes, quam eum ut tolleret, in ſuam habere poteſtatem: quapropter ſimulanter, velo amoris, quaſi Hyrcani deſiderio, multa munera miſit Phraſati, Regi Parthorum, ut remitteret in Iudæam; & præut erat petentis votum (iam Rex, & affinis propter ductam Mariamnem) gratiam referre viro, de ſe egregie toties atque præclare merito. In Babylonia (tameſi primò ludibrio) honore magno habitus à Rege propter claritatem generis; unde vinculis ſolutam conceſſit quiete vivere: quò namque cum ibi magna eſſet Iudæorum frequentia; non aliter, quam Põntifici & Regi honor à cunctis deferreſatur. Hic licet ita in captivitate ſeſiſſet, ſciens nuptias Mariamnes, neptis cum Herode, & hunc Regem factum; cognatos & patriam amans, ac ſperans feliciorẽ vitam, apud quem à morte ſervaverat (vel contradicente Sanhedrim) & in quo tot profuſiſſimè depoſuerat beneficia; decrevit ad Herodem proſectionem; valediſtis, qui dicebant Herodem vulpem, & quantunvis apparerent probi, mores cum fortuna mutari. Noluit Hyrcanus acquieſcere, quippe in Herode tantam ingratiſtudinem haudquaquam excogitavit. At luit conſilij ſpreti pœnas, parum cautus. Ultra in ſuis cogitationibus malignis proceſſit Herodes de mutatione ſolicitus, & imperij anxius: quandoquidem iuſit ſuos, quòd ſiquid repulſa Cæſaris in eum adverſum decerneretur; tam uxorem Mariamnem, quam matrem eius Alexandram ingularent. Ioseph. *lib. 15. d. cap. 2. & 9.* Egeſipp. *d. cap. 9.* & Sallian. cum Brietio, quò ſupr.

Dolo abduxit è Babylone.

8 Ita ergo Herodes proceſſit Rhodum; quò illo tempore Cæſar morabatur; ſed ſine diademate, regni inſigni; igitur vel in ingreſſu ad pedes eius depoſuit; expoſuitque ſimul, quid ob gratum animum in Antonium feciſſet, & quam ei fidem ſervaiſſet; eam proſectò ſervaturus Cæſari, quem ſibi Fortuna præfecit. Oblectatus hac libertate Oſtavius, ei capiti lubenter repoſuit diadema, eum fovens, & enixè commendans, eandem ſibi ſervare fidem, quam habuerat Antonio. Itaque Herodes acceptus Oſtavo, eiufque amicis, cum laude & ſceptro remiſſus, in Iudæam redijt maiori gloria, quam formidine percullus exceſſerat. Decimonono Niſan iterum Rex factus, ingreſſus eſt Hieroſolyam. Rauclin. Totam hiſtoriam fuſè refert Ioseph. *d. cap. 10-1. de Bell. cap. 15.* Egeſipp. *d. cap. 33. & 34.* Petr. Comest. in 2. *Mach. cap. 24.* & Petav. 1. p. *Ration. temp. lib. 4. cap. ult.* Poſt in Ægypti expeditionem præter expenſas in exercitum, & munera Romanorum

Iterum Rex Iudææ conſtituitur ab Oſtaviis.

Ducibus, Octavianum donavit octingentis argenti talentis. Iidem ibid.

9 Anno Aſſertoris N. 33. historia ſeu parabola Publicani & Phariſæi, in Sanctuarium aſcendentium. Giſland. ex *Luc.* 18. Ante ſex dies ult. Paſchatis, venit Ieſus Bethaniam, & die poſterò, ſcilicet Sabbatho, in domo Simonis leproſi cœnat cum Lazaro, Martha miniſtrante, qua in functione Magdalenæ libram unguenti nardi ſuper eius caput effudit, quod agrè tulit Iſcariotes. *Caſtell.* & *Alapid.* *Chronot.* n. 60. Aptius hic, quam in *Ioann.* 12. 1. ubi pro diebus indiſtinctis numerat Dominicam & Feriam primam. Unde irrita computatio. Illo die cogitaverunt Pontifices interficere Lazarum. Giſland. Longè abeſt Reuſner. ſignans hodie à fororibus miſſum Chriſto nunciùm de infirmitate Lazari. Arbitratur 3. *April.* mortem Chriſti. Hoc die (ait Uſuardus) Virgo Maria fuit deſponſata Iosepho: egimus ex pluribus, 24. *Ianuar.* n. 9. Sponſus etiam hoc die è vita diſceſſit. Petr. Equilin. Baron. *Martyrolog. Roman.* etſi Græci in *Menolog.* ad 26. *Decembr.* Eius ſepulchrum in Valle Iofaphat, prope ſepulchrum Simeonis Senis. Beda, de *Locis Sanct.* cap. 6. & Adrichomius, in *Ierusalem,* n. 198. Lectio hodierna Iudeorum in Synagoga erat ex cap. 12. *Leuitic.* à v. 1. uſque ad 14. 1. & 2. *Reg.* 4. 42. uſque in 5. 20. Lamy.

10 Romæ ex Kalendar. Veter. *Quinquatria*: *Minervæ natalis*: *Minervæ magiſtris ſolvebatur.* Idem apud Roſin. & Gyrard. Reuſnerus in *Diar.* inquit: *Quinquatria priora ob Minervæ natalem: hic nefas digladiari.* Alia *quinquatria Minora*, de quibus, 13. *Iun.* & originem expoſuimus, 13. *Ianuar.* n. 3. Hæc dicebantur *Maiora*; quia pompa Iovis equeſtri ordine, ob natale Minervæ, quod *quinquatrijs* celebrabatur. *Die undevigeſimo equeſter ordo pariter Iovi ſolenni more prodibat cum pompa.* Alexand. Neapolit. 3. cap. 19. *Quinquatria* dicebantur vel quia ſacra diebus quinque peragebantur, vel quia quinto die poſt Idus. Ita conciliantur Varro, 4. de *Ling. Latin.* & *Festus lib.* 15. Ovid. 3. *Faſtor*, v. 803. accinit:

— *Fiunt cum ſacra Minerva,
Nomina que à iunctis quinque diebus habent.*

Aſtipulantur hic Conſtantius & Marſus, Roſin. 4. cap. 7. & Elias Vinet. in *Edyl.* 26. Auſon. v. 4. Gelliusque *lib.* 2. cap. 21. & Gyrard. *Syntagm.* 17. n. 35. Hoc feſtum originem duxiſſe à raptu Sabinarum, dicit Hoſpinianus; ſed fallitur: Minervæ igitur dicata dies; quia

eius imago hoc die collocata in templo Aventino in monte ſito; cuius ſimulacrum aureum erat. Unde ſub Nerone, ait Tacit. 14. *Annal.* cap. 12. *Decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria, utque quinquatrus ludis annuis celebrarentur: aureum Minervæ ſimulacrum in curia, & iuxta Principis imago ſtatueretur.*

11 In his diebus (inquit ex Porphyrio, *Conſtant. d.*) *ludis inſatiabiliter utebantur.* Hoc eſt, omnium puerilium ludorum his in diebus facultas concedebatur; quos numerat Iul. Cæſar Buſenger libell. de *Ludis veterum*, ex quibus aliquot illis permanent uſque in præſens, uti vernaculè veritam. Erat *Throcus*; & *Turbo*. Noſtrates: *Peon*; Erat *Materum*, ſeu *Lapillorum*. Hiſpani: *Chinas*. Etiam *Capitis*; aut *Navis*: *Caſtillo y Leon*. Florebatur *Artiaſmus*: *Pares y Nones*. Ludus quoque *digitorum micantium*: *Morro*. *Caſtelli Nucum*: de quo fuſè Ovid. *Eleg.* de Nuce. Etiam utebantur *Spheromachia*: *Pelota*. *Oſcillatione*: *Columpio*. Magni habebatur *Omilla*: *Oyo* vel *Ocho*. *Dielcyſinda*: *Moros y Chriſtianos*. *Chutrinda* quoque: *La gallina ciega*, quem ludum etiam dicebat, *Muſcam eneam*. Riſus erat ex *Acinetinda*: Nos, *Pipiricojo*. Numeratur *Oſtracinda*: Noſtratis, *La rayuela*. Utebantur pariter *Ratapygiſmo*: *Los Batanes*. *Cindaliſmo*: *Los palillos*. *Scaria* ſimul: *Paprote*. *Colabiſmo*: *Adivina quien te dio*. *Contobonobolo*: *Eſtafermo*. *Cubefinda*: *Ala Silla de la Reyna*. *Epedriſmo*: *La talva*. *Foramine donna*: *Bolinche*. *Alea*: *Dados*. Sic alij ludi, uti de caſulis extruendis & de equitando in arundine. Deus nobis hæc otia dedit, ſed non in otium. Apud Bulengerum loc. præfat. aſtructi, memorati ludi videntur auctoritate Pollucis, Eufſtachij, pluriumque Vatum; uti Horatij, 2. *Epiſt.* ult. v. 197.

12 Aliam ludorum in *Quinquatrijs* aſfert Ioseph Laurent. Lucenſis. Non enim in honorem Minervæ arbitratur hæccine ſacra; ſed quia maria aperta. Ex *Egyptijs panygyrim iſtam* (inquit *Polymanthia*, 1. cap. 2.) *tempore verno tanta cum pompa concelebrata, cum Maria aperiuntur: Græci & Romani imitati. Illi Panathenea, hi Quinquatria dixere; quippe Minervæ ſacra, ſic dicta Minerva & quinque diebus, quibus ſolita celebrari: nam primo ſacrificia peracta lego. Secundo, tertio, quarto, gladiatorum ſpectacula edita; quinto, Urbis luſtrationem factam; idque feſtum triduo ante æquinoctium vernum contingebat. Quintus hic dies Hilarijs ſacer* (errat, eò quòd die 25.) *ita dictus à maxima populi lætitia, & pompa,*

Et in bono
rem Minerva
vel...

Ludi puero-
rum.

Panathenea

Sacra, quia
Maria aper
ta.

Chriſti ge-
ſta.

Quinquatria
Majora.

Unde Quinquatria

Ovid.

ludis, spectaculis & epulis referta: que si publica, ob Regis inaugurationem, vel triumphum facta; si annua, ob cælum & mare apertum celebrata. Fallitur Lucensis, in die primo sacrificia signando; cum ex Ovidio contrarium constet: ubi supr. v. 805. succinit:

Ovid. *Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro;*

Causa, quod est illa nata Minerva die.

13 De ludis liquet ex Sueton. in August. cap. 71. ubi: *Quinquatrus satis iucundè egimus. Lusimus enim per omnes dies, & forum aleatorum calefecimus, &c.* Propter Minervæ celebritatem hoc in die Athenienses navem mittebant in Delum, quam *Navem salutis appellabant* (de qua, 28. Februar. 24.) inquit ibid. Lucensis: at ludit. Omnino voluntarium, cum mitteretur, 24. Maij, uti videbimus. *Post natalem, ut ita dicam navigationis* (inquit Vegetius, de Re militar. cap. 3.) *solemni certamine, publicoque spectaculo multarum gentium quinquatrus celebratur.* Malè celsit festum cuidam præstigiatori. *Cum Pompeius Rufus* (refert Ælian. 9. de Histor. Animal. cap. 62.) *Roma adilitium munus obiret quinquatrijs, vel Panathenæico festo, ut solet in Romano foro fieri; circulator (alijs permultis, qui eandem quam is ipse artem facerent, circumstantibus) ad suam ipsius ostendam sapientiam, simulque ex artificio suo specimen dandum; aspidem ad brachium admovit, & ex improviso morsu malum exuxit. Quam postea aquam quam ipse preparaverat sibi, non absorbuisset, eò quod ea esset subducta (ex insidijs nimirum vas fuerat eversum) veneno non exhausto neque absterfo; post sine doloris sensu, sensim & pedetentim pernicie veneni illapsa (postquam eius os & gingivæ extabuissent) vitâ privatus est.*

Navis Salutis. iii. Circulator veneno aspidis hausto, sine aqua moritur.

14 Ex Aventino monte (ubi ædes Minervæ hoc in die consecrata fuerat, ut ait Fest. Pompeius, d. & unde quinquatria à Domitiano imperante translata sunt in Albanum montem: idest, in Tusculanum, ad arcem in Albani radicibus sitam; uti observat Schildius in Sueton. qui in Domitian. vit. cap. 4. scribit: *Celebrabat & in Albano quotannis quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat; ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, ederentque eximias venerationes, & scenicos ludos, superque Oratorum ac Poetarum certamina: atque inter spectacula muneris dedit largissimum epulum.* Eiusmodi quinquatrum amplitudinem instituit, quia Minervæ filius dici ac credi voluit, cunctaque agere Minervæ con-

Quinquatria translata.

Vesania Domitiani.

filio. Schil. quò dudum. Plurimi Minervæ huiusmodi sacra ac solemnitates duxit. *Minervam quam superstitione colebat* (subdit Sueton. d. cap. 15.) *somniavit excedere sacrario: negantem ultra se tueri posse, quod exarmata esset à Iove.* De apparatu & luxu Quinquatrum huius Calvi Neronis; Iuvenal. Satyr. 10. à v. 115.

15 Festa sanè Minervæ, sed festivitatum diversæ causæ; quas refert Ovidius, d. à v. 829.

Cælius ex alto qui mons descendit in æquum; Hic ubi non planè est, sed propè plana via; Parva licèt videas Captæ delubra Minervæ, Que Dea natali cœpit habere suo.

Nominis in dubio causa est: capitale vocamus Ingenium solers: ingeniosa Dea est.

Aut quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo profiluisse suo.

Aut quia perdomitis ad nos captiva Phaliscis Venit.

In claritatem videtur à Vate signari, in Cælio monte erectum templum Minervæ sub titulo *Captæ*; eodem die quo eiusdem Divæ natale celebrabatur. Cur ergo dicta *Captæ*, problematice divinatur Ovidius, uti vidimus. Constant. d. vatem sequens, *Captam Minervam dicit*, quia eius simulacrum captis Phaliscis, Romam advectum. Quando, non dicitur ab AA. sicut cives capti, ita Palladis propriè captæ; quippe illius haud audirus consensus, sicut *Iunonis Regine*, è Vejjs Romam translata; de quo, 16. Februar. à n. 10. Nihil horum utique arridet, etsi divinando Ovidius exponat. Sciendum est, in Sacris & ad Sacra *Captum* dici, quod iurè & ritè rectè Dijs dicatum. Unde Festus Pomp. lib. 3. inquit: *Captus locus dicitur, ad sacrificandum legitime constitutus.* Elucet perspicuè qua causa *Captæ* dicta *Minervæ*. *Captæ*, quia imago eius locata in templo Cælij montis, in loco augurato, legitime constituto, consecrato à Pontificibus, & auctoritate Senatus; quod quidem factum eo die, quo celebrabatur natalis Minervæ. Non novum Romæ. Per augures destinatum locum in templum Capitolinum, refert Halicarnass. 4. Antiq. Roman. n. 47. Etiam ritus in sacrandis virginibus Vestæ, quæ capiebantur, nec minores sex, nec maiores decem annis; dicebanturque *captæ*; quia *prima fuit captæ à Numa.* Aul. Gell. lib. 1. cap. 12. Virgines Vestales institutæ à Romulo; sed ut caperentur, inventum à Numa. Plutarch. in utroque.

Constant. d. vatem sequens, *Captam Minervam dicit*, quia eius simulacrum captis Phaliscis, Romam advectum. Quando, non dicitur ab AA. sicut cives capti, ita Palladis propriè captæ; quippe illius haud audirus consensus, sicut *Iunonis Regine*, è Vejjs Romam translata; de quo, 16. Februar. à n. 10. Nihil horum utique arridet, etsi divinando Ovidius exponat. Sciendum est, in Sacris & ad Sacra *Captum* dici, quod iurè & ritè rectè Dijs dicatum. Unde Festus Pomp. lib. 3. inquit: *Captus locus dicitur, ad sacrificandum legitime constitutus.* Elucet perspicuè qua causa *Captæ* dicta *Minervæ*. *Captæ*, quia imago eius locata in templo Cælij montis, in loco augurato, legitime constituto, consecrato à Pontificibus, & auctoritate Senatus; quod quidem factum eo die, quo celebrabatur natalis Minervæ. Non novum Romæ. Per augures destinatum locum in templum Capitolinum, refert Halicarnass. 4. Antiq. Roman. n. 47. Etiam ritus in sacrandis virginibus Vestæ, quæ capiebantur, nec minores sex, nec maiores decem annis; dicebanturque *captæ*; quia *prima fuit captæ à Numa.* Aul. Gell. lib. 1. cap. 12. Virgines Vestales institutæ à Romulo; sed ut caperentur, inventum à Numa. Plutarch. in utroque.

16 Hi dies dicebantur *quinquatria*, quia diebus quinque celebrabantur sacra Minervæ, & in die primo eius natalis: equidem

Ovid.

Minerva Captæ.

Et quare?

Virgines Vestales capiebantur.

Natalis Minerva à Iovis capite.

dem cum Iuno sine viro tactu florum habuit Martem, haud aliter Iupiter sine foemina voluit habere filiam. In huiusmodi votum totus erat Iovis conatus, ne à sorore coniuge vinceretur: votoque potitus, sed nescitus. Hic quia audivit à Temide fatidica, filium ei è prima uxore Meti, illo potentiorum nasciturum (Iupiter tunc nesciebat futura, quamvis Numinum Rector; Optimus, non Maximus. Illi idem accidit, dum Thetidem adamavit, à periculo retracto Promethei optabili vaticinio; de quo Æschyl. & Lucian. in *Prometheo*) ut sicut Iupiter Saturnum patrem eiecerat è cœli solio, similiter ille à filio valentiore pelleretur in infernum. Oraculum percussit, imò pupugit, anceps hæsit, & gravidam Metim, sicut Saturnus lapides, voraciter deglutivit.

Meti, deglutita à Iove.

Hesiod.

Uxorem primam Metim sibi Iupiter edit:
Canit in *Theogon*, Hesiodus: & Ioann. Diacon. apud Natal. Comit. 2. *Mytholog.* cap. 1. *Duxit in uxorem Metim, quam cum gravidam fecisset; deglutivit, ne quis alius Deorum audax & fatuus nasceretur ex ea.* Hic etiam fuit Gnosticorum error, ut scribit adversus eos Epiphanius. *Hæres.* 26. n. 16. *A Poetis Metim (infans) suam absorbens introductus est Iupiter. Nemo porro infantem absorbeat; quemadmodum Sanctus Clemens ait, cum Deorum, qui à Grecis coluntur, turpitudinem deridet: quod enim devorasse Metim dicitur; non de infante ullo, sed de proprio semine par est intelligi. Idem cogitat Gyrard. Syntagm. 11. n. 1. Pende modo. Ex eo cibo mox Iupiter ipse pro uxore gravidus factus, Palladem armatam è capite peperit;* subdit Natal. Comes, ibid. Iurè iam valet Orpheus de Iove dicere: *Mas & foemina Iupiter: ipse est Omnia.*

Felicitas orbis Minerve natalis.

17 Ob partus celebritatem & parturientis corsalium, cœlum illa in die pluit auro, uti diximus, 3. *Ianuar.* n. 13. In Minervæ partum, & Bacchi, Claudianus affert pro allusione tactum Midæ; ut cuncta nascerentur bona, nascente Minervâ.

Claudian.

Fabula seu verum canitur? Tua copia vincit Fontem Hermi, tactumque Midæ, pluviaque Tonantis.

Obscurat veteres, obscurabitque futuros Par donis armisque manus.

Cum illa nata resoravit.

Pluvia aureæ pro Minervæ optabili natalitio, addidit Antiquitas, cum illa natum Rosarium. Ita Pinna in *Eccli.* 24. 18. Ab Ethnicis astringitur ex Iovis capite nata. Mythologicè accipiendâ fabula, proprièque de Mente; cuius argumentum fuscè illustrabitur in *Mentis* sacris, 8. *Iunij.* Videlicet interrim, *Tom. 5. T. 3. à n. 130.* Ovid. d. *asserit*

in otium puerorum & puellarum instituta festivitas natalitij. Cum enim ab illa & per illam cogitarent proprii unicuique muneris facultatem (ex qua fama) præstari; illam invocabant: pueri, ut fierent in eloquentiâ uti Cicero & Demosthenes, inclyti in foro: puellæ, ut domi per telas celebrarentur Minervæ imitatrices, vel Araches adinstar, cum ipsa Dea de textura contenderent. De pueris dixit Iuvenal. d. à v. 113. De puellis, Ovid. 6. *Metamorphos.* à fab. 1. & *Fastor.* cit. à v. 811.

Cur erat festum puero-rum & puellarum?

Pallade placatâ, lanam mollire puella

Discant, & plenas exonerare colos. Ovid.

Illâ etiam stantes radio percurrere telas

Erudit, & rarum pectine densat opus.

18 Hac de causâ quinque dies quinquatrum dicebantur *Feriæ Servarum*, sive

Ancillarum: totoque tempore illis dominæ obsequendo inserviebant; quarum à pensio

laborum in lana & lino ex texturis à Minerva in studia foeminarum inventis, & quibus

exercitationibus commendatæ summè & iurè matresfamilias, seu matronæ, domus curam habentes. *Non solum cultam Minervam ob sapientiæ studium; sed ob artium ab ea repertarum exercitacionem. Ei namque nendi, suendi, texendique accepta referatur, aliæque quæ mulierum sunt propriae.* Itaque apud Græcos ea lignea erat efficta, ambabus manibus eolum tractans. Apud Romanos, quibusdam Minervæ festis Martij mensis celebratis, dominæ ancillis prandentibus inserviebant; hoc præ se ferentes, à Minerva se emolumentum capere, quod ab ancillis per supradictas artes traherent; ancillæ etiam hoc veluti præmium à Dea se recipere fatebantur ob labores in artibus, ab ea repertis toleratos. Hucusque Chartarius de *Imagin. Deor.* pag. 245. Iccircò ei dicata

Noctua, quæ noctu vigilat, pernoxque laborat: simulque olea ut labori non parcens, nunquam vel in nocte extinguatur lucerna eius. Idem ibid. Gyrard. *Syntagm.* 11. n. 1. Pausan. *cap.* 22. Alex. Neapolit. 3. *cap.* 12. Apollodor. 3. *Biblioth.* n. 28. & Phornut. de *Natur. Deor.* num. 19. Homer. *Hymn.* ad *Vener.*

Feriæ ancillarum.

Virginibusque eadem monstravit prima do-

mi qua

Munera convenient, antmisque impressa nota-

tavit.

19 Hæc prorsum Foeminarum studia, non virorum. Qui quid aliud, extra sexum, atque plerunquè in scandalû. Scientiæ congruit regimen & dominatio: foemina regitur atque subiecta. Non enim literis utuntur ad

Minerva dicata noctua, & olea

Homer.

- lapiētiā, sed ad luxuriā. Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 446.
- Juvenal. *Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recubite. Dicendi genus: historias non noverit omnes.*
- Crisis est, in *Historia ludier.* Bonifac. Rhodigin. lib. 3. cap. 22. *Eas tamen doctrinis nimum imbui, non oportet: nam præterquam quod scientiā tumida superbire solent, & assiduā lectione imperare; isthæc in studijs exercitatio moribus & pudicitia non conducibilis.* Adi Senecam ad *Helv.* cap. 16. & Sallustium in *Catilin.* pag. 38. Apprehendant ambabus manibus colum & fufum. Ideo simulacrum Minervæ fictum, cecidisse de cælo. Pausan. *cap.* 101. & Rhodigin. 14. cap. 18. Sic femina ut Minervæ simulacrum de cælo venit. Illa verè mulier incluta, quæ quarit lanam & linum. *Lanam cum colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Gaia Cæcilia vocata est, in templo Sangui.* Plin. 8. *cap.* 48. dicemus latè 5. *Iun.* Mulier haud gloriosa (ut pingitur à Virgilio, 7. *Æneid.* v. 805.)
- Minervæ simulacrum fœminis quomodo de cælo cecidit?
- Tanaquilis imago.
- Virgil. *Non illa colo calathisque Minervæ Fœmineas affucta manus.*
- 20 Hinc puellarum feræ, alia ex causa quæ puerorum. Hac in die Minervium ab his solvebatur præceptoribus, uti præmium laboris: unde discipulis indulgebant per tota quinquatria ferulam suspendentes. Rhodig. 14. *cap.* 21. Gyrald. d. Varro, 13. de *Re rustic.* & Constant. in loc. cit. Ovid. Inter Athenienses solvebatur pretium 12. *Novembr.* in Festo *Choes*, uti videbimus. Simplex duntaxat erat, modò discipulus rudis in artis disciplinam sub magistro ingrediebatur: verum si quicquam sub alio præceptore didicerat; iurè duplex: quapropter Imenias tibicen discipulum adventantem interrogavit, an sub alio etiam præceptore musicæ operam dedisset? Illo annuente; duplicem igitur, inquit, mercedem dabis: duplex sanè mihi labor subeundus est, dedocendi vetera, atque docendi nova. Idem Isocrati contigit, dum loquaci discipulo, qui in oratoria eruditi capiebat, dixit: *Conveniemus, modò duplex Minervæ mihi præstiteris: alterum, ut loqui; alterum, ut tacere discas.* Brufon. lib. 2. *cap.* 23. & 6. *cap.* 6. Alijs confirmat Bonifac. Rhodig. d. lib. 1. *cap.* 35.
- Quando duplex?
- 21 Imago Minervæ hac in die armata exponitur, quasi Bellona, de qua 4. *Iun.* & ita primò apparuit apud paludem Tritonidem. Lucan. 9. *Pharsal.* v. 350. *Hanc & Pallas amat: patria qua vertice nata*
- Terrarum primam Libyen (nam proxima cælo est)*
- Tetigit.
- Ea longâ hastâ & crystallino clypeo efficta, ut exprimit Chartar. d. pag. 239. Non aliter Ovid. loc. cit. *Metamorph.* fab. 2. *At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,*
- Ovid.
- Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus.* Idem asserit Gyrald. d. n. 1. A Pausania, d. *cap.* 22. dicitur, Athenis Minervæ simulacrum esse, in cuius galeæ cono sphinx eminebat: ad galeæ latera gryphes, qui caput atque alas similes aquilæ habent, cæterâ leones repræsentant. Mythologia ingeniosè proditur à Chartario, ubi supr. pag. 241. additque: *Ægyptij in Isis templo ad vestibulū (quæ eadem erat ac Minerva) Sphingem collocarunt; licet id possit ad religionis arcana accommodari, quæ sub sacris integumentis tegi debent, non secus ac enigmata à Sphinge propofita.* Plura in argumentum apud Kircher. Tom. 3. ad *Tabul. Bembinam*, seu *Mensam Isiac.* & Claud. Minoen in *Alciat. Emblem.* 187.
- 22 Ex ipso Pausania aliam Minervæ imaginem præ se fert Gyraldus, quò dudum. *Simulacrum (ait) ex auro & ebore constat, media eius galea Sphingis species appofita. Stat veste podere, idest, ad talos demissa: Medusa capite in eius pectore ebore inserto: Victoria magnitudine quatuor cubitorum: in manu est hastâ, ad pedes scutum iacet, iuxta hastam draco; cui nonnulli noctuam addunt.* Minerva, sicut Venus comitata Gratijs, delectabatur belluis: quapropter Demosthenes relegatus à populo, porrectis manibus in Minervæ arcem, exclamavit: *O Domina! Quid bestijs tribus terribis delectaris, noctuâ, dracone & populo?* Plutarch. in eo. Mythologia nulla est, sed tropologicè, vel politicè exponitur simulacri forma à Bonifac. Rhodigin. d. lib. 16. *cap.* 15. *Initantur (inquit) Palladem viri Principes: ipsi quidem etiam delectantur monstris.* Tunc sibi itaque videntur sapientes, dum celebrantur à tipulis, ludibrijs aulæ. Non enim eminent inter cordatos, cum quibus apparet simia, cogitata Minerva. Alibi aliz Minervæ imagines.
- 23 Inter Græcos ut supr. n. 12. quinquatria dicebantur *Panathenæa*. Meurs. in *Græc. feriat.* *cap.* 4. de sacris & celebritate *Panatheor.* Agendum, 19. *April.* & 23. *Iun.* Inter Romanos hac in die lustrabantur *Ancylia*; de quæ actum, die 1. n. 12. *Mense Martio Ancylia deprompta* (inquit Alexand. ab Alex. lib. 1. *cap.* 26.) è *Martij sacrario*
- Minerva apud Ægyptios Isis.
- Cum Sphinge.
- Alia imago ornata bestijs.
- Ancylia lustrantur.
- pro-

prodibant, si quando tamen gentibus nationibusque iustum piumpque bellum per feciales indicabatur; ancylia in eodem sacrario, aut in Curia Saliorum commovere, moris erat: quasi eo motu Martem à sua sede excitum, eoque propitio & volente, arma expediri, legiones conscribi, exercitus apparari, atque omnia hostilia esse, designarent. Idem Smetius in *Faistor. gloss.* quia Minerva Dea bellica, quæ quidem etiam dicta Bellona; uti illustrabimus loc. cit. Ante Bellonæ templum erat columna, quam Romani Bellicam dicebant; nam cum Patribus certa sententia inferendi in aliquem populum belli sedisset; ad eam post Iani portas patefactas, alter Consulum accedebat, indeque hastam iaculabatur ex ea parte quæ ad populum, cui erat bellum inferendum, vergebat: & ex eo tempore bellum denunciabatur. Prædem cum parva esset Roma, huiusmodi denunciatio fiebat per fecialem; qui belli causas exponens, hastam in castra hostium coniecit. Chartar. d. fol. 244. Gyrard. *Syntagm.* 10. à n. 13. Dempster. in *Rosin.* 4. cap. 10. & Pier. Valer. 49. cap. 42. Hæc intuitu Lucanus, 9. Pharsal. à v. 475.

*Prodigium tellure fuit: delapsaque cælo
Arma timent gentes: hominibusque erepta
lacertis*

*A Superis demissa putant. Sic illa profectò
Sacrificio cecidere Numa; qua lecta iuventus
Patritiæ cervice movet.*

24 Causa huiusce Ancylorum lustrationis (dicentibus Ducibus cum exercitu: Mars vigila) erat cogitatio superstitiosa ad recipiendum robur in pugna: quasi Mars dormiret, quandiu ancylia recondita. Non tantum virtutem ab illo petebant, sed etiam ingenium ad stratagemata, ut contigit Domitio, Centurioni M. Craffi in pugna adversus Myfos, quos vocat Florus *Barbaros Barbarorum*. Hic enim lib. 4. cap. 12. inquit: Deos audisse crediderim: nec tubam sustinuerunt. Non minimum terroris incussit Barbaris Domitius Centurio, satis barbare, efficacis tamen apud pares homines stoliditatis, qui foculum gerens super cassidem, suscitataam flammam motu corporis, velut ardenti capite fundebat. Sic invocabatur Mars cum Minerva in dolos, qui ad victoriam dicebantur *Nobiles insidia*. Eisdem precibus mercatores implorabant *Lavernam*; dicentes: *Da mihi fallere*. Horat. 1. Epist. 16. v. 61. Non tantum in præfata militum dirigebatur oratio; sed etiam ne desererent ordines nec in via, nec in pugna maximè scutum, quod ignominia in Sparta; ita ut vel matres filijs in prælium profici-

scitibus dicerent: *Aut in hoc, aut cum hoc*. Plutarch. in *Lacon. apophthegm.* & Valer. Maxim. lib. 2. cap. 7. de *Disciplin. milit.* tam apud proprios, quam apud externos. *Romana militiæ vetus constitutum, ne miles sine commeatu à signis abeat, nève præsidio cedat, nève locum relinquat, aut è castris efugiat; neu recedat longius; sed explorato & sub signis at subsidijs positus, non modò in acies prodeat, sed lignatum & pabulatum vadat. Omnia denique velut si coram hoste, cauta prævisaque sint: utque milites die simul atque noctu iuxta parati instructique ad nutum, imperioque præsidio sint, &c.* Alexand. Neapolit. 1. cap. 20. Signum enim infelicitatis Phocensibus, quod clypeus simulacri Minervæ in terram cecidisset. Pausan. cap. 353.

25 Aliquomodo Romana quinquatria conveniebant cum Græcis: hoc in die Athenis celebrata, sed non in Minervæ honorem, sed Iovis; vocabanturque *Diasia*. Theodoret. Therapeut. 7. Eustach. de *Amoribus Ismenia*, lib. 1. & Lucian. in *Icaro menipp.* Unde Meurs. in *Græc. feriat.* inquit: *Hæc fuisse puto, quæ Munychionis die decimo nono acta; ubi pompa in equis etiam educta.* Hac in die parentes emebant munuscula filijs, ut refert Aristophanes in *Nubes*; cum Romanorum pueri xenia remitterent prædagogis, ut diximus supr. & Iuvenal. *Satyr.* 7. à v. 230.

*Ut præceptorum verborum regula constet,
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat.
Hæc utique cures, ut cum se verterit annus,
Accipe victori populus quod postulat aurum.*

De *Diasijs* agit etiam Gyrard. *Syntagm.* 17. n. 52. actaque dicit Iovi Milichio: idest *Placidi*, quia sine fulmine in criminum expiationem. *Placidi Iovis (Milichium nuncupant) vetus ara est, ad quam Theseus de cæde purgatus dicitur: ait Pausanias, cap. 35. qui cap. 52. inquit: In Isthmio sunt Milichi Iovis, & Dianæ, cui Patroæ cognomentum, rudia & sine ulla arte facta signa. Milichius pyramidis, Patroæ columna figuram habet. Quare Milichio Iovi Argis erectum simulacrum; dicemus, 26. Octobr.*

26 In hoc festo & sacro à furente Atheniensi seducto populo, cicutè damnatus cum amicis inelytus Phocion. Nihil indepisci quibat Rex Macedoniæ Cassander, vivente Phocione. Unde ut voto capiendi Athenas potiretur, promissa populo libertate per Duces, Munychiam & Pyrrum occupavit, & invisum civibus reddidit, qui illis Phocionem nonnunquam consuluit, & Macedonum tyrannidè restitit. Populus credidit Munychiam

Scuti stemma militum.

Et Minervæ simulacro lapsus clypeus.

Sacra Diasia.

Iuvenal.

Iupiter Milichius.

Diana Patroa.

Minerva Bellona.

Colonna Bellona.

Feciali denunciatum bellum.

Ancylia cælo.

Lucan.

Cur ancylia mora?

Stratagemata Domitij Centurionis.

Laverna Dea dolis.

Chiam, & Pyreum (ut seminaverant Macedones) per Phocionem prodita; & cum alijs capite damnavit. Tunc Phocionem cum socijs Alexander filius Polyperconis remisit patri, sollicitanti Atheniensium gratiam. Quapropter perfide Phocionem sociosque comprehensos, in vinculis Athenas misit; ut concilium de cunctis haberetur: verbo quidem, ad cognitionem causæ: re verò, ut iam tunc damnati, necarentur ibi. Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 3. cap. 15. Salian. & Briet. *V. C.* ann. 436. Æmil. Prob. & Cornel. Nepos, in *Phocion.* Diodor. Sicul. 18. *Biblioth.* n. 663. atque Plutarch. in eò, subdens: *Erat tunc Munychionis die 19. Iovique pro more pompam ducentes equites, partim coronas posuerunt, partim ad forum carceris lachryman-tes respexerunt. Omnibus autem nisi ijs, quorum animi odio & irà prorsus erant perditii at efferati (cicutà à Phocione potà) facilè patuit, scelus grave esse commissum; cum nec festo quidem die abstinere à publica cade potuerit populus.* In tantum crevit moustri populi debacchantis odium; ut nemo liber ausus sit Phocionem sepelire, ob afflictum crimen prodicionis in patriam; sed à fervis sepultus est. Cornel. Nep. d. *Lamentatur Valer. Maxim. Phocion verò his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentissimæ iudicantur, eloquentià & integritate instructissimus, tantum non in equleo ab Atheniensibus impositus est; sed certè post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus eius iniiceretur, glebulam invenit; iussus extra fines proijci, intra quos optimus civis vixerat.* Ita lib. 5. cap. 3. n. 3.

27 Haud ab innocentia recedit prorsum protectio. Inimici eius hac victoria non satiati, decretum fecerunt, ut cadaver Phocionis extra Atticam deportaretur: neque ullus Atheniensium eius sepeliendi causâ ignem accenderet. Quidam vespillo cadaver pretio conductus, ultra Eleusinem deportavit; & igne apud Megarensem quandam accenso, cremavit, & Megarica (à qua ignem petierat) mulier cum ancillis affuit, inanemque tumulum aggescit, & parentavit. Ossis in sinum suum reposuit, noctuque in domum portavit, & apud focum defodit, inquiens: *Apud vos Dij Penates, has viri boni reliquias depono: vos eas patrio busto reddetis, quando Athenienses resipuerint. Enimvero Phocionis cædes Socrotis necem Græcis in memoriam redegit. Similior enim hic illius & error fuit, & Athenarum detrimentum.* Plutarch. d. Contigit optatus honor post viginti annos ab obitu, ut videbimus die 23. n. 18. Hoc factum in Iovis pompa. Alexand. Neapolit. 3. cap. 18.

28 Annis retrò 282. Athenis etiam, Cylon frustratus est voto concepto in *Diasis* festo Iovis. *Milichij.* Oraculo acceperat, cum Atheniensis esset & ex Principibus; se potiturum urbis dominatione & Athenarum arce in festo celeberrimo Iovis; & per Olympicum, facinus aggreditur, ignarus aliud in patria Iovis esse festum, quod *Diasia* vocabatur. *Itaque conatui non respondit exitus (inquit Petav. d. lib. 2. cap. 12.) obsidione vallatus à popularibus suis, evasit ipse cum fratre suo: reliqui fame sitique coacti, ad aram quæ erat in arce, supplices assederunt: qui fide datà hinc abducti, nihilominus interfecti sunt (quare interfecti etiam datà fide, & quando; diximus, 18. Ianuar. n. 13.) Huius cædis auctores & eorum posterii pro sacrilegis & piacularibus habiti fuerunt, & postea ex urbe proscripti.* Idem Briet. ann. *V. C.* 156. ex Pausan. cap. 232. Singularis fuit hic annus (licet nonnulli, ut Ioann. Bapt. Ricciol. tom. 5. *Almagest.* lib. 1. cap. 19. extendant ad ann. 4. Olympiad. 48.) eclipsi Solis, quam antè prædixerat Thales Milesius, pugnantibus acerrimè Medis & Lydis. Repentina hac nocte perterriti exercitus simul, ambo pacem pacti; dicentes, vitæ & lucis patrem non videre libenter mortales in perniciem suam accersos. Dies præfens triplici etiam Lunæ notatur à Ricciolo, d. 1. ante Christ. ann. 721. ferià, 2. ann. 219. ferià, 3. denique etiam fer. 3. ante N. Salvatoris adventum, ann. 200.

29 Darius Hystaspis è Chalcedone ignominiosâ in Scythas expeditione, ut diximus nudiusfertius, n. 29. in Persidem pergens, seu potius fugiens, in Bythiniam pervenit: quo insigni munere donatus à Pythio inter cunctos dives opum: igitur ei obtulit platanum & vitem ex auro folido, magnificentia regiâ in Regis Persarum gloriam; ut præmissimus, 15. *Ianuar.* n. 4. quæ ut artis miraculum in templo Solis collocavit. Maiol. tom. 1. *Colloq.* 19. Unde eòdem Pythio post ann. 27. occurrente Xerxi, Darij filio, procedenti cum innumerabili exercitu in expugnationem Græciæ, & divitiis admiranti, Principibusque dicenti, Quis ille esset? Responderunt: *Hic ille est, qui Darium patrem tuum aurea platano & vite donavit.* Herodot. 7. n. 12. Hic etiam Xerxem cum toto exercitu, antequàm perveniret Sardes, Cælenis suscepit hospitio & epulo; ut diximus, 5. *Ianuar.* n. 18.

30 Inter Assyrios Semiramidis apothecosis. Cresias in *Persicis.* Quasi per indicem promam, quæ lato calamo describit Diodorus Sicul. 2. *Bibliothec.* à num. 65.

Proditio Cylonis ex oraculi ambiguitate.

Eclipsi Solis amici progredientes.

Variæ Lunæ eclipses.

Aurea platanus & vitis.

Semiramidis apothecosis.

Phocion potatur cicutà.

Eius sepulchrum.

Decerto eius
gestis.

Exponitur
et nutritur
à columbis.

Naram Semiramidem astruit in Ascalone, non longè à stagno piscibus scatente, iuxta templum insigne Deæ, quæ dicta Decertes, & habet faciem hominis, reliqua piscis (de qua 29. August. 7. Quæ Dea Veneris astu ab adolescentulo sacerdote elegantis formæ suscepit filiam, quam exposuit locis desertis inter saxa, in quibus plures aves nidificabant, à quibus divino nutu nutrita puella fuit. Mater præ pudore confusa se in illum lacum præcipitem dedit, & in piscem gratiâ Veneris conversa est. Columbae tunc circumvolantes fovebant infantem puellam, & nutriebant rostris afferentes lac coagulatum, postque caseum ex pastorum mapalibus raptim: qua re ab illis animadversâ, & infante formâ pulchrâ; aliquando apud se nutritam, dono dederunt gregis præfecto; qui liberis carens, magnâ curâ nutritam, appellavit *Semiramidem*, Syriacè, *Columbam*, vel avem. Ipsa verò cum ætate & pulchritudine, tantæ erat virtutis & modestiæ, ut eius apud omnes nota esset vitæ commendabilis integritas.

Stola eius.

Ab illa Ba-
bylon.

Consultis ora-
culum Am-
monis.

31 Nubilis Memnoni Syriæ Præfecto nupsit, qui iussu Nini Regis Assyriorum in expeditione ad Bractrianos, uxorem secum conduxit; & Rex eius amore captus in coniugem flagitavit à marito, minitendo oculos eius etuendos esse, ni cederet. Ille Nini interminatione, & impotentia amoris in furorem percitus, laquò se suspendit. Tunc Ninus illam tutò duxit, quæ ut Regem sequeretur in expeditione; stolam sibi applicuit, qua vir appareret: tantaque vestis gratia erat; ut Medi postea & Persæ Asia potiti, Semiramidis stolam portarent. Ab illa maiestate regia potente, ædificata est Babylon, ita intercepto crebris turribus flumine ut mediam Euphrates interfueret. Alia opera insignia cum muris Babylonis perfecit, quæ videris apud Diodor. d. à n. 68. Pluribus regnis expugnatis & validis urbibus cum toto exercitu perrexit in templum Iovis Ammonis, vitæ suæ exitum sciscitatura. Redditum ei fuit oraculum: *Fore ut ex hominum conspectu abiret, & immortalẽ à nonnullis Asia gentibus honorem adipisceretur; quando Ninyas eius filius matri insidias frueret.*

Non appa-
ruit, in co-
lumbam co-
versa.

32 Post peragratis Ægypto & Lybia, transivit ad Indos, quos vicit virtute & stratagemate. Ibi aliquantò post insidijs filij per quendam eunuchum appetita, pristinum Ammonis responsum in memoriam revocat. Ideo nihil acerbi in insidiatorem statuit; sed regno ipsi tradito, omnibusque ut legitimo regi parere iussis; *confestim ex hominũ*

conspectu, ut ad Deam iuxta oraculi fidem, migratara se subduxit. Sunt qui in columbam conversam, fabulantur: compluribus enim avibus in palatium eius delapsis, unã cum illis avokasse creditur; & hinc factum, ut Assyrij, dum Semiramidem Dijs immortalibus accensent, columbam pro Dea honorarent. Insigne post fuit Assyrijs, vexillisque imago columbæ affuta iuxta illud Psalm. 67. 14. *Si dormiatis inter medios ceros pena columba deargentata & posteriora eius in pallore auri.* Ierem. 25. 38. *Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ: idest, Babyloniorum, quibus stemma columba; ut ibid. cap. 46. 16. ab eodem Propheta dicitur: A facie gladij columbæ.* Hic Buchananus succinit: *Illam tamẽ vincet nitidam candore columbã, Quem nunc argentum nitidum, nunc lumine blandum*

Bius insigni
insigne Assy-
riorum.

Buchan.

Radiantis provocat auri.

Adisis hic sacrorum expositores, maximè Maluendam. Suffragatur cogitationi hic Ludovic. Crucius, canens:

Crucius.

— *Ceu Sole columba*

*Adverso niveis argentea visitur alis,
Et dorso rutilans auri volat emula fulvi.*

33 Eadem apud Rhodigin. qui 23. Lect. antiquar. cap. 5. inquit: *De Semiramide novimus & illud, ab ea institutum morem; ut viris dominarentur uxores in Asia: quam consuetudinem, Alexandro ibi res gerente, servatam etiam nunc exploratissimum est.* Originem deducit Diodor. Sicul. d. n. 76.

Affus Semi-
ramidis in
regnum.

ex eo quòd per dies quinque à Nino petierit regno cedere. Quæ quidem sceptro & regiâ stolâ potita; primâ die epulum instituit & magnifica convivia, in quibus copiarum ductoribus blandita, in obsequium sibi induxit: tuncque virum in carcerem compegit, & regnum occupavit. De sepulchro eius plura dicunt AA. quin cogitent adversari sepulchrum volanti Semiramidi inter columbas in cælum. In sepulchro inscribi iussit: *Quicumque ex Regibus pecuniæ inopiam senserit; conditorio recluso, sumat inde quicquid visum fuerit.* Darius Hytaspis aperuit, sed illusus exivit (videbimus, 14. Novemb.) Herodot. lib. 1. n. 55. & Rhodigin. d. Alij, ut Cresias articulum Xerxi attribuit, cum effusione olei in urnam, de quo 12. Octobr.

Sepulchrum

34 Inter alia ornamenta templi Syriæ Deæ erat imago Semiramidis. *Ad sinistram adis* (insit Lucian. de illa, pag. 318.) *Semiramidis signum stat, eadem ipsam dexterâ demonstrantis. Stat autem talem ob causam, Hominiibus, quicumque Syriam incolunt, legem*

Imago eius

legem illa tulerat, aut se cœn Deam colerent; caterorum autem Deorum, atque ipsius etiam Iunonis nullam rationem haberent; atque illi tunc ita faciebant: postea autem ubi Deorum indagazione & morbi venterunt & clades aliaque mala; ab insania desistit, seseque mortalem agnovit, ac subditis iterum præcepit, ut ad Iunonem converterentur. Ob eam igitur causam adhuc tali specie stat, indicans advenientibus, Iunonem colendam esse, seque ipsam non amplius Deam esse, sed illam confitens. Pingebatur etiam imago pafis crinibus; eò quòd cum circa cultum capitis esset occupata, eique nunciaretur Babylonem defecisse; non prius decorem capillòrum in ordinem, quàm tantam urbem in potestatem suam redegerit. Valer. Maxim. 9. cap. 3. n. 4.

DIES XX. MARTIJ.

1 **U**ltimus gradus Solis in *Piscibus*, cuius influxus describit

Pontan. 3. *Uran.*

*Quem celeres imo Pisces tueantur Olympo,
Nec non & thalamum aversans, lasosque by-*
meneos

*Accuset, meritòque illi damnabitur uxor;
Ni felix placido faveat Saturnius astro,
Spondeat & gratos blanda cœ coniuge mores.*
In extremis *Piscium*, iuxta *Matern.* & *Iunctin.* oritur *Ingeniculus*, seu *Engonasis* (de quo *Isagog. Febr. n. 5.* & alijs in loc.) sub hoc horoscopo funambuli, & neurobatę. Etiam oritur *Anguis*, qui inter duas *Arctos* positus adinstar fluminis labitur. Sub hoc sidere nati, Marfi erunt, venenaque expellent è corporibus infectis. In extremo gradu *Piscium*, qui dicitur *Septensrio*, inter *Piscium* finem, & *Arietis* initium; qui nati, erunt ferarum mansuetarij; qui Urfos, Tauros, leonesque, feritate deposita, humanis conversationibus sociant. Ijdem qui supr. Videbimus *Isagog. Jul. n. 20.* *Cycnus* etiam oritur, de quo *Isagog. August. à n. 19.*

Equus occidit matutinò: Aquilo stat. *Ptol.*
Mulier se in speculo tuens. *Sphær. Arabic.*
Als dextra Corvi vespere oritur. *Iunctin.*
K. A.

2 Tertia dies orbis, etfi à Reufnero verè Creationis dicatur primus dies: in novilunio vernali, risum titillat: igitur si die 4. formata Luna; & plena, iuxta *D. Thom.* in *Genes. 1. 16.* & *Seder-Ol. cap. 4.* perperam die primo & novilunio. Hac in die aquas quę sub aère rariores, contraxit Deus in locum unum, quo terra apparuit, statimque

Tom. I. Ephemer.

iussu divino germinans protulit herbas, fructices, flores arboreque fructiferas cum seminibus ad speciei conservationem. *Ibid.* à *v. 9.* *Iacob* cavens fratris minas suasu matris fugit in Mesopotamiam Syria, venit *Luzam* (quę post *Bethel*, uti observat *Adrichom.* in *Beniamin, n. 42.* & *Ephraim, n. 65.*) ubi post Solis occubitum, lapide capiti supposito, subdiò dormiens vidit in somnis *Scala Iacob.* *Scalam* illam mysticam, à terra cœlum usque pertingentem: Angelos per eam ascendentes & descendentes, ipsumque Dominum *scalę* innixum promittentem in possessionem perpetuam, terram Chanaan: quo expectatus asserens ibi domum Dei & cœli portam, erexit gratus lapidem præfatum in titulum. Mirum, quasi crederet mysterium, quod refert *Rab. Nehemias* in *Misdras Tebillim*, de lapide super quem tunc *Iacob*, dormitum; inclinavit caput. Tres scilicet fuisse (ut legitur in libro *Rabbot*) sed manè unicum inventum; quia tres convenerunt substantialiter in unum, ut *Iacob* intelligeret *SS. Trinitatis* Mysterium. *Papæ!* Surgens ergo & visa miratus, perrexit in Sanctuarium, quod fecerat *Sem*, & *Melchisedech*: *Luzam*que vocat *Bethel*, idest, Dei domum; quam post revertens visitavit, altare ibi erexit, ad cuius dedicationem coegit familiares abijcere idola, etiam illa quorum imagines erant in inauribus: de quo sape in *Tautologijs Tom. 1. T. 4. D. 5. à n. 6--2. T. 1. n. 22--3. T. 1. n. 2. D. 3. n. 16. T. 2. D. 4. n. 13. & Tom. 5. T. 10. n. 11.* Ibi perveniens iuxta *Rabbin.* cessavit claudicatio, quam contraxerat ex pugna cum Angelo, priusquam occurreret *Elau*. *Cuncta Reuclin.* ex *Genes. 28. à 1--32. 24. & 35. à 1. & Rab. Abrah.*

3 *Filijs* *Israël* exeuntibus de *Ægypto* dies 6. *Azymorum*, quo castra posita iuxta mare Rubrum contra *Beelsephon*, quę fuit 4. *Mansio* *Israëli*tarum. In extremo diei cum curribus & toto exercitu *Ægyptij* pervenerunt usque in castra *Israël* (unde illorum prima murmuratio) ut primo mane irruerent in eos, coarctatos inter mare & rupes. *Exod. 14. à 2.* *Leon. Marius, & Ioseph. 2. Antiquit. cap. 5.* De hac *Mansione* inquit *Hieronym.* *Epist. 127. Beelsephon vertitur Dominus Aquilonis, aut habens arcana, aut ascensus specula: assumpta igitur fortitudine, nobilitamur à Domino & Beelsephon idoli arcana contemnimus, illiusque magnificentiam & turritam superbiam declinamus.* Haud facile intelliget lector verba *Maximi Doctoris* tam in litera, quàm in Allegoria, seu potius *Tropologia.*

4. *Mansio, Beelsephon.*

Dies 1. Orbis.

4 Pro quo sciendum inter Ægyptios fuisse simulacra telesmatica, collocata in confinibus regni, ut illud undecunque ab extraneis defenderent; quæ quidem varijs characteribus, coniurationibus, sub varijs constellationibus efformata; de quo fusè egimus, *Tom. 4. T. 3. à n. 16.* Hanc artem post Pharaonis summersionem maximopere exercuit Daluka, quam elegerunt in Regiam, uti filiam Pharaonis, Ægypto viduatâ Principibus. Plura congerit in propositum ex Geladino & alijs Arabiæ historicis Kirch. Syntagm. 1. de *Regib. Ægypt.* cap. 9. Modò audiendi sunt Rabbin. E Balzeophon regione (infit Aben-Ezra) dicitur quòd Magi Ægypti fecerunt iuxta rationem Astrologicam imagines aneas: nec poterat servus ullus fugere ex Ægypto, quin transeundo, imaginis occultâ vi impediretur. Ibi collocatum idolum Beelzephon in angiportu duplicis saxi prærupti, quod dicebant duo foramina: quæ saxa iuxta Rab. Ionatham erant effigiata in similitudinem maris & foeminx. Plura dicerem in rem, ni fecissem *Tom. 6. Tautolog. 4. à n. 24.* ad illud Psal. 135. 13. *Divisit Mare-Rubrum in divisiones.* Unde Thargum Ierosolim. dicit: *Videns Pharaon errantes fugitivos, pallantes, ait, sunt hi in solitudine, prevaluit super eos idolum Phogor, quod est è regione deserti.* Ideo quotannis in illis saxis ab Ægyptijs fiebat solemne sacrificium; ut infit Aben-Ezra in loc. *Exod.* cit. Alij non hominis figuram fuisse aiunt, sed canem æneum latrantem Israëlitas, quem Ægyptij dicebant *Anubim.* Vid. Kircher. in *Pant. Hebr.* cap. 7. in fin. Tantùm restabat conteri huiusmodi idolum ex tota Ægypto; quippe cuncta contrita in exitu Israel de populo barbaro: Deusque illà duxit Israel, ut universa cortuerent. Aben-Ezr. *ibid.* Aliud cogitat Ben-Uziel, nimirum Pharaonem invenisse filios Israel occupatos in gemmis & unionibus colligendis, quos mare eiecerat ad ripam. Sat ergo. Modò cognoscitur cur Hieronymus de illo dicit, *Arcana*, quippe imago telesmatica: *Speculam*, quoniam collocata in summitate caulis: *Dominum Aquilonis*, quia ibi, ut arceret egredientes, in regione Aquilonari, quâ Mare-Rubrum. *Inter Migdol & mare idolum Sepbon, quod superest ex omnibus idolis Ægyptiorum: ideo dicunt Ægyptij, quòd illud idolum electum est præ omnibus, quia non confractum fuit; & venerunt, ut adorarent illud.* Tharg. Babylonie.

5 Tunc Moyse cum videret despondere animum filios Israel, ita ut illum nonnulli lapidare voluissent, uti ait Ioseph. 2.

Antiq. cap. 6. securitatem, salutem in triumphum promisit: & factâ oratione tollens se Angelus Domini cum columna nubis, collocat se medium inter castra Ægyptiorum & Israel, noctem illuminans, Ægyptiosque ob tenebrans, qui pugnam in sequentem diem protraxerunt, quo summersi, quin remaneret ullus, uti videbimus postridie, *n. 6.* Ita *Exod. 14. à v. 28.* Alap. Leon. Mar. & Adrich. A Raschi hac die signatur collocatio statuæ aureæ, quam conflavit in memoriam victoriæ insignis ex 4. Regibus Madian, Dux & iudex Israel nobilis Gedeon, quam Scriptura vocat Ephod, & post eius obitum adoraverunt filij Israel. Diximus die 17. *n. 3.*

6 Reverfus Elifeus in Galgala, tempore famis, ut possint refici filij Prophetarum, iussit coquere pulmentum: sed ignorantia ministri pro oleribus, vel herbis amicis, immisit in ollam colocyntidas, idest, cucumeres agrestes, vulgò, *Pepinillos.* Amaritudine condimenti percussus, se morti proximis intellexerunt discipuli: at ille injectâ farinâ, edulium reddidit gratum palato, atque amicium stomacho. *Reucl. ex 4. Reg. 4. à 38.*

7 Retrò abhinc anno, 130. postquam Ioab lustravit terram Israel, ut iussu Regis, populi scriberet censum, ibique mansisset per novem menses, diesque viginti, à die 2. *Iun.* usque in præsentem diem; factâ & oscitanter operâ, revertitur in Regiam, Davidque tradidit summam recensorum, non perfectam (causam signabimus loc. cit. *n. 7.*) & quòd invitus exequeretur Regis imperium, & quia plaga è cælo iam inciperet; ab incepto cessavit. Die crastino accessit ad Regem, quem iam descriptionis pœnituerat, & cum surrexisset David manè, missus à Deo Propheta Gad optionem proposuit inter tria mala, sed elegit luè incidere in manus Dei, cuius miserationis non est numerus; ut diceinus, die 22. *n. 4.* *Mors enim una erat* (ait Ioseph. 7. *Antiq. cap. 10.*) *sed plurimis & incomperis causis homines rapiebat: alius enim post alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium offerebat. Quidam enim repente cum vehementi dolore, & amaro cruciata animam exhalabant: alij paulò lentiore vexati malo, nec curationem quidem ferre poterant; sed inter officia medicorum expirabant: alij tenebris ob oculos obortis, ceu suffocati exanimabantur. Nonnulli interim dum aliquem domesticorum funerant, sepultura necdùm absolutâ, commoriebantur, quo factum est, ut à matutina hora usque ad prandium hæ peste, septuaginta millia hominum sint absumpta.* Hebræi in *Tradition.* dicunt: *Usque ad*

Daluka
Ægypti regis
Magd.

Quis Beelze-
phon

Custodiat ob-
dionem

Moyse con-
ferat filios
Israel.

Statua Ge-
deonis.

Elifeus iu-
sculū ama-
rum, gratum
palato red-
dit.

Ioab rever-
titur

Ioab rever-
titur
su populi.

Mittitur
Gad ad Da-
vid, census
dolentem.

Quanta es
qualis vis
luis propter
recessionem
populi

ad tempus vespertinum. Utrique falluntur, ut exponemus loc. præfato, n. 9.

8 Hodie ingressus est Iesus Hierosolymam, populo cum ramis palmarum applaudente, cum prius videns illam à longè flevisset, & eius ingratitude & superventuram cladem. In templum ingreditur secundo eiecit ementes & vendentes, multos ab infirmitatibus liberavit, & ob hoc ac plausum Phariseis freudentibus vocationem Gentium prædicit: tuncque vox de cælo missa in testimonium eius claritudinis: plures parabolas profert in Iudæorum illuminationem, & resipiscentiam; sed oblitata introspectans incircumcisa corda, reversus vespere Bethaniam Alapid. *Chronotax.* Marian. in *Diar. Adrich. Ann. Christ.* 34. & Giffland. pluribus in loc. Reusner. signat moram biduanam ad Iordanem priusquam veniret in Bethaniam, quo intervallo Lazarus fato functus: & transactis alijs duobus diebus, invenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Ad triumphum plenissimam gloriam porta aurea, quæ clausa erat, sponte aperta fuit. Castell. *lib. 3. cap. 5.* & Adrichomius, qui in *Ierusalem.* n. 214. *Tali pompa ac triumpho (ait) verus ille Rex ac humilis triumphator per portam auream (quæ cum rarissime aperiretur, ultrò ut tradunt, aperta est ei) regiam ingressus urbem, circum templum & magnam civitatis partem videtur obsequitasse: quo novo spectaculo commota est universa civitas dicens: Quis est hic? ex Matth. 21. 10.* Idem accidit in templo, quum Salomon in illud introduxit Arcam foederis, iuxta Rabbin. Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 5. cap. 5. Lingua tunc infantium soluta in plausum fuisse; innuit Salvator N. Mater de *Agræta* lib. 6. *Mystic. Civ. Dei*, cap. 7. asserit hoc die nullum fato functum toto orbe terrarum. De Palma ex qua excerpta folia, queis strata via; vid. Baron. ann. *Christ.* 34. n. 7. sed ride uti commentitium, vestigia Christi mansisse impressa in saxo, ex quo ascendit in asinum, ut quidam somniat apud Quaresm. *lib. 4. peregrinat.* 10. cap. 10.

9 Romæ secundus dies Quinquatrorum. Reusner. de *V. K. R.* ait: *Tunc Minerva Capta in Cælio monte sacra fiebant per dies quinque.* Collimaret, modò diceret quatuor. Tubilustrium erat ultimus dies, qui 23. Si quinque essent dies, ultimus non esset Tubilustrium. Vide pridie à n. 10. Arbitratur primum diem quinquatrorum Minervæ dicatum fuisse propter natale; & secundum *Minervæ Captae*, propter templi in Cælio dedicationem. Creperum sanè: nul-

lus præter Reusnerum sacrum ut discretum signat. At pro comperto, diei secundi festum sanguine fieri, sicut tres sequentes. Nonnulli etiam primo die astruunt ludos gladiatorios; sed ne sanguine fierent, utebantur hastis puris, idest, sine ferreo cuspidè; quippequam nefas concurrere ferro, ut Ovidius inquit, 3. *Fastor.* v. 805.

Altera, tresque super strata celebratur arena. Ensis exertis, bellica lata Dea est. Ovid.

Fiebant enim in theatro, quasi essent in prælio, eò quod Pallas prodierit in lucem armata, & in pugna nonnumquam ostentaretur Bellona; ut pridie diximus.

10 Secundo die quinquatrorum Ovidium natum, dicunt Paulus Marfus, loc. cit. Iunæin. in *Kalendar.* inquit: *Natalis Publ. Ovid. Nasonis, qui fuit anno 40. ante Christum; quo Cicero interfectus est.* Ipse dicit, 4. *Trist.* Eleg. 10. v. 11. memorans etiam fratris sui nativitatem.

Lucifer amborum natalibus adfuit idem:

Una celebrata est per duo liba dies. Idem.

Hac est armifera festis de quinque Minervæ; Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Asserit etiam Iacobus Pontanus hic, & in *Prodigmat.* cap. 1. quò etiam signanter definit, Alb. Tibullum eodem die in lucem prodisse. Adi Crinit. lib. 3. de *Poët. Latin.* & Gyrard. *Dialog. 3. Histor. Poëtar.* Domum Ovidij sub Capitolio collocat Marlianus, in *Romæ Topograph.* cap. 24. & in *Epitom.* 2. cap. 15. additur: *Ibi ubi hodie templum est D. Mariæ de Consolatione.*

11 In Aventino monte erectum hac die Victorix templum. Marius Niger, n. 90. Halicarnasseus arbitratur, templum Victorix ritibus Arcadicis ad sacra, extractum fuisse ab Evandro, Italiam appellente cum socijs, in quos colonia præacta institutum Sacrum Arcadicum, quod quotannis festivè celebrabatur. Ita lib. 1. *Antiq. Roman.* à n. 14. Fallitur, equidem Evander cum suis, regnante Fauno, sedit in monte Palatino; sicut eos Themis (ipse dicit, ibid.) post rem divinam præactam præmonuerat. *Construxerunt parvum vicum, capace[m] hominum, quos potuere duæ naves advehere è Grecia: cui erat in fati, ut in tantam urbem evaderet (quanta alia nulla vel Græca vel Barbara, sive amplitudo sive maiestas imperij spectetur, sive alia quævis felicitas) duraturam, quantum potest mortalitas, ac præ cæteris cunctis memoratu dignissimam. Huic oppidulo à veteri patria nomen imponunt Palantium: nunc autem Palatium à Romanis dicitur; corruptà voce iniurià temporum.* Haud in Palatino monte sacrum

Sacra Victorie.

Vaticinium de Romæ crebitione, atque glorie magnitudine.

Christi gesta.

Continuatio Quinquatrorum.

& templum Victoriæ: qua de causa Marlian. in *Epitom.* lib. 3. cap. 2. & *Topograph.* cap. 26. & 76. inquit: *Arcades, qui ad Palatinum cum Evandro venerunt, Victoriæ templum, sed à superiore diversum & multò antiquius, in Palatio construxerunt; & annua sacra in honorem Deæ celebrarunt.* Haud mirum, locum non posse signari, cum plures ædes, & duo templa in Regionibus Urbis Victoriæ Numen habuerit (Adi Panvinium & P. Victorem. *Region.* 8.) imò templum quod in Aventino figit Marlianus, Rosin. lib. 2. cap. 10. collocat, ut sup. Halicarnassensius, in Palatino; sicut illud, quod ubi antea Valerij Poplicolæ domus fuerat, erexit L. Posthumius ex multatitia pecunia, cum esset Ædilis, & dedicavit Consul: iuxta hoc cine templum Cato Cenforinus ædem dedicavit Victoriæ Virgini anno secundo postquam voverat bello Hispaniensi. *Liv. lib. 34. sect. 8.* Rosin. & Marlian. quò dudum. *Virgo dicebatur Victoria, quæ parta nullis desideratis. Astruxi exemplis sacris & profanis Tom. 6. T. 4. n. 30. & 10. D. 5. n. 15.*

12 Templum hac in die Victoriæ dicatum, fuit inter ædes Minervæ & Iunonis. *Cum Romani multa felicitate armis gessissent, victoriamque ab hostibus saepe retulissent; ne Dijs, quibus præclare gesta referebant, ingrati arguerentur; Victoriæ Deæ templum in ea parte quæ Mariæ Novæ hortos spectat, consecraverunt.* Marlian. d. In hoc templo simulacrum Magnæ Matris è Pessinunte Romam advectum tantisper dum & illi ædificaretur, collocatum fuit. Idem & Rosin. d. Anno V.C. 541. singulari prodigio statua Victoriæ, quæ erat in culmine, fulmine tacta corruit. *Liv. 26. sect. 77.* Ictus diruit omen in simulacro Victoriæ aureo, pondo 320. præsignatum, quod post cladem Cannensem Romam miserat Hieron, Siciliæ Rex; de quo idem, lib. 22. sect. 77. & Nos, 2. *August.* Quodlibet inter Ethnicos titulo Numinis illustrabatur. Hinc fingitur, cum Minerva fuisse enutritam, per illam in numerum Deorum relatum, & tunc appellatam *Victoriam*. Phornutus, de *Deor. natur.* n. 20. Simulacrum eius virgo alata, volans, præcedente Famâ, dextrâ coronam, sinistrâ palmam ostentans. Rosin. d. & Dempster in *lib. 2. cap. 10.* Etiam Hemelar. in *Aureis numismat.* Tab. 2. inquit: *Victoria alata orbi insistit, destrâque lauream porrigens; sinistrâ vexillum militare attollit, seu Labarum.* Aliquando picta, sedens in globo stellato, & sertum manibus gestans. *Tab. 4.* Interdum gradieus. *Tab. 10.* Modò clypeum votivum columnæ fixum, gestans.

Tab. 51. Modò ut notetur *Maxima*; cum corona & palma globo insistit. *Tab. 59.*

13 Variæ etiam imagines à Chartario perscribuntur. *Victoria, dextrâ malum punicum sinistrâ galeam continebat. Item ut plurimum alata, volans, virginis pulchræ speciem præ se ferens; alterâ manu lauream aut oleagineam coronam præbens: alterâ palmam tenentis effingebatur.* Aliquando *solum coronam habens: aliquando cum sola palma, aliquando etiam cum lauro in manibus. Aliquando armata, vultu hilaris, sed pulvere fœdata atque sudore, cruentis manibus spolia ac captivos victoribus distribuens. Eadem pingebatur virago pexo crine, nudo pede suspensa & strophio cincta, habens papillas tectas, fluitante veste.* Cuncta à Chartar. de *Imagin.* à pagin. 269.

14 Anno V.C. 544. ante primum diem sæculi, captus est à Pontifice Maximo in Flaminem Dialectem Valerius Flaccus genere nobilissimus. Theodor. Pulman. Annotat. in *Sueton.* Emphatica profum sententia. Die crastino, uti videbimus n. 10. signabatur orbis principium: quapropter dies præfens ante primum sæculi diem (quod videbatur impossibile) figitur. Articulum refert Valer. Maxim. C. *Valerius Flaccus* (ait lib. 6. cap. 9. n. 3.) *secundi Punicæ belli temporibus, luxu perditam adolescentiam incubavit: ceterum à P. Licinio Pontifice Maximo Flamen captus, quo facilius à vitijs recederet; ad curam sacrorum & ceremoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuria fuerat exemplum; tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen evasit.* Ex Livio decerpit lib. 27. sect. 85. Ex utroque Alex. ab Alexandr. qui lib. 6. cap. 12. C. *Valerius Flaccus* (inquit) à P. Licin. Pontifice Maximo Dialis Flamen creatus, sacerdotium fecit magnificum: qui cum fuisset vitæ & moribus inquinatissimus & parùm secundâ famâ; postea summâ religione & continentia Flaminio præfuit, magnoque honore & pudore spectatissimus evasit. Post cœnam dapalem (equidem cœna & opipera magnificè apparabatur ab electo Pontificibus, auguribus, Regi sacrorum ac Virginibus Vestalibus: Macrobi. 3. *Saturnal.* cap. 13. Varro, 3. de *Re rustic.* cap. 6. Plin. lib. 10. cap. 20. & 29. cap. 5.) arbitrati sunt, mores antiquos fovere & luxu & fastu: sed munere sacro pepercit genio, evasitque virorum clarissimus. De Flamine Diali ait Hieronym. *Epist.* 11. *Flamen unus uxoris vir ad sacerdotium admittitur: Flaminissa quoque unus viri uxor elligitur. Ad Tauri Egyptij (Apis scilicet) sacra semel maritus assumitur.*

Alie.

Valerius
Flaccus in
Flaminem
Dialectem.

Quæ Victo-
ria Virgo.

In Victoriæ
templo Ma-
gnæ Mater
bospes.

Simulacrum
aureum è co-
lo.

Aureum Ro-
mam à Hie-
rope missum

Imagines
Victoriæ.

A Diali in-
struatur
cœna mini-
stris sacris
& Vestali-
bus.

15 Dignitas Flaminiis Dialis in summo nonnunquam pretio fuit. Festus, *lib. 6.* Incircò honoratus insigni veste, togà prætextà, curuli, sellà ac lictore, concessis etiam duobus ministris. Ille duntaxat inter Flamines fulgebatur Albogalero (pileo singulari, de quo 13. *Ianuar. n. 2.*) quia Flamen Maior. Liv. 1. *scilicet. 60.* Alij sacerdotium asserunt institutum à Romulo; sed ex Plutarcho constat, quod à Numa. *Sacerdotibus creandis antimum adiecit* (subdit Livius) *quamquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime que nunc ad Dialem Flaminem pertinent. Sed quia in civitate bellicosa plures Romuli, quam Numæ similes, Reges putabat fore, iturosque ipsos ad bellum; ne sacra regia vicis desererentur; Flaminem, Iovi assiduam sacerdotem, creavit, insignique eum veste & curuli regià sellà adornavit.* Fiebat ergo Albogalerus ex lana ovis dicata Iovi, addebatur virga ex felici arbore, scilicet oleaginea, vel ut placet Scaligero, *Coniectan.* in Varron. ex malo Punica; ex qua fiebat corona, quippe flexibilis (Græc. *Strophium*) & curvabilis, quasi iuncus. *Is solus album habet galenum: vel quòd maximus est, vel quòd Iovi immolata hostia albato fieri oporteat.* Aul. Gell. *lib. 10. cap. 15.* Idem Varro, 2. *Rerum divinarum.* Pileus apicem habebat & tutulum adinstar ricæ, seu velaminis capitis Flaminicæ; de quo 15. *Maij.* Tutulus dicitur & apex eò quòd infulus sacre dicebantur *Flame.* Pompon. Lætus, de *Sacerdotijs Roman.* cap. 7. & Feneftell. *cap. 5.*

16 Plures Flamines quasi Filamines, vel Pilamines dictos astruunt. Flamines (Varro, 4. de *Ling. Latin.*) quòd filo, aut licio caput cinctum semper habebant. Festus verò, d. *Flamen Dialis dicitur, quòd filo assiduè veltur: indeque appellatur Flamen, quasi filamentum. Dialis autem appellatur à Dio (Iove) à quo vita dari putabatur hominibus. Eò quòd pileum gestaret (infit Alexand. Neapolit. d.) in quo virgula, modicum lanæ habens in summo, instar fungi: quem cum per aestum ferre non posset; dempto pileo, caput ligabat filo, quòd nudo capite incedere, fas non erat. Solus tamen inter reliquos Flamines, Dialis albo galero insignis est; quem nisi ex ovis albæ tergore, Iovi immolatæ fieri non decebat, ut eo insigni reliquis conspicuus foret. Festo tamen die, et si aestu laboraret; filo dempto, pileum sumebat: tunc enim filo ligasse caput, satis non erat. Propter eminentiam dignitatis pileus gestabatur inter sacerdotij rutilas infulas, quod si cecidisset inter sacrificandum, malum erat omen: quapropter Sulpitio inter sacrificandum apex è capite*

prolapsus sacerdotium abstulit. Plutarch. in *Marcell. & Valer. Maxim. 1. cap. 1. num. 4.* Annexus erat pileus dignitati Dialis, verum cum illo agere animam, fas non erat: quæ de causa si decumberet, deponere statim. *Non enim sacerdotem fas fuit, eo indutum mortem obire.* Appian. *lib. 1. & Tiraquell. in Alexandr. loc. cit.* Modicum lanæ rutilabat in virgulæ extremo, ita ut Diali esset in vertice, dum in pedibus haberent Numina, ornata pedibus laneis. Ita Servius & Læzerd. in illud Virgil. 8. *Aneid. v. 664. Lanigerosque apices.* Braunius, de *Vestib. Hebræor.* lib. 1. cap. 10. n. 7. ait: *Lana eius virga aurata.* Ægyptij non pileum, sed flamen coccineum, idest filamen pro insigni deferabant. Diodor. *Sicul. 4. n. 46.* Ita ergo eligebatur, & præut placeret Pontifici Maximo, aliquando, ut vidimus, capiebatur; sed ex patricijs. Festus Pompeius, *lib. 11.* Adi de attinentibus ad Flamen & Flaminem Dialem; Dionys. *Halicarnass. lib. 2. à n. 37. & Ludov. Vives in Augustin. 2. Civit. cap. 15.*

17 Dialis ergo minor Pontifice Summo, sed maior alijs Flaminiibus. Describunt singillatim AA. præcitati, cum Andr. Dominic. Flocco, de *Potestatib. Romanor.* lib. 1. à cap. 1. Raphaël. Voiaterr. *Comment. Urban.* lib. 29. Petr. Nannio, lib. 10. *Miscellan.* cap. ult. Iusto Lipsio, de *Magistratib. veter. popul. Roman.* Lucatius comprehendit distinctè cuncta. Sic enim accinit, 1. *Pharsal. à v. 595.*

Pontifices sacri quibus permissa potestas, Turba minor sequitur ritu succincta Gabino, Vestalemque chorum ducit vittata Sacerdos, Troianam soli cui fas videre Minervam. Tum qui fata Deum, secretaque carmina servant,

Et lotam parvo revocant Almonè Cybellen: Et doctus volucres Augur servare sinistras: Septemvirque epulis festis, Titijque sodales: Et Salius leto portans Ancylla collo, Et tollens apicem generoso vertice Flamen.

Regibus suffectus est Flamen Dialis, & ne alia desideraretur dignitas; præfatis suprâ, auctoratum eius munus: unde illi religio, magistratum petere, vel habere: quòd si ad illum assumptus, à Flaminio abire, necesse fuit. Quanvis de collegio Pontificum non esset Dialis, ad rei gravis decisionem inter illos sedebat etiam iudex; alijsque prærogativis potiebatur. Si vinculus eius domum introisset, illicò solvebatur; & vincula non per ostium, sed per tegulas foras subduci oportebat. Siquis verberatum duceretur, & ad eius pedes procubisset; supplicio eximebatur illo die. Nullus, nisi liber tondere qui-

Itus solius
insigne Al-
bogalerus.

Cætera in
figura.

Unde Fla-
mines, & Dia-
lii

Lapsus eius
pilei, malum
omen.

Variè super-
stitiosæ.

Eius virga
& lana.

Sacerdotia
Romana.

Lucæ.

Leges Fla-
minis Dia-
lii.

quibat Dialis capillum. Etiam illi concessum, quod dies quivis uti festum celebraret. Super eum accumbentem haud alius super sedere quibat sine piamine, nisi Rex sacrorum. Iuramento obtroxius non erat. Denique illius honor, ut diximus, quod nemo Flaminum præter eum uti posset Albo-galero.

18 Etiam eius muneris auctoritas sub legibus; ut ritè officij exercere munia valeret. Prohibitum illi, equo vehi. Classem, vel exercitum videre. Eligi in Consullem. Iuramentum proferre. Ferre anulum cum gemma. E domo eius ius erat, nisi in sacrum, ignem foràs non educi. Nodum, nefas erat, habere vel in apice, vel in cinctu. Capram, carnem incoctam, hederam, vel fabam tangere, nefas; imò quodlibet ex eis nominare. Item succidere propagines vitium altiùs extentari. Subuculam nec exuere neque induere licitum; nisi sub tecto, quia turpe sub oculis Iovis, uti sub dio, seu sub cælo. Eius matrimonium haud quibat dirimi: ita ut si Flaminica uxor eius decesserit, dirimeretur à munere. Bustum religio erat, ingredi, sicut cadaver tangere; sed licebat funus exequi. Inhibitum ei fermentum tangere, imò farinam imbutam fermento. Pedes lecti quo cubat, levi luto debebant litos esse, & Flaminem trinoctiò illic minimè cubare, alios nunquam. Iuxta lectum non poterat esse scrinium, nec arcula, maximè si impacta ferro. Unguium Dialis & capilli segmenta subter arborem, felicem sepeliri, decretum. Sine apice sub dio esse, nequaquam licitum: sub tecto, fas quidem. Causas huiusmodi rituum commentatur ad puritatem morù in sacerdotibus; Plutarch. in *Roman. qq.* à 109. usque in fin. Ibi adis; quo à Romanis admittæ patent Ægyptiorum superstitiones.

19 Bœotia celebrata in honorem Apollinis Ismenij & Galaxiæ, sacra dicta *Daphnephorica*. Meursius, *Græc. feriat.* Castellanusque de *Festis*. Pompa grata, in qua princeps puer pulcherrimus, patrimus & matrimus, cui alius, maximè familiaris, lignum coronatum gestabat, ipso subsequente cum lauro, aliisque, qui dicebantur *Daphnephorici*, seu lautigeri; ut Apollini tripodem dicarent. Proclus in *Chrestomathia*. Causa ut Apollo averteret mala, cuius virtutis erat symbolum laurus vel in præstigiis & stryges. Canit Porphyrius, à quo Rhodiginus, 6. cap. 7.

Solvite fersa, pedes liquidis & spargite lymphis
Est de manu ramum, laurosque auferte vi-
rentes;

Linea sitque omnis deleta, omnisq; character:
Nectebant laurum in oblatione tripodis, Apollinis oracula, ne essent ambiguas, quia arbitrabantur laurum habentibus vaticinia medi certissima. Hinc Apollo summè cultus in Daphne, ut diximus, 17. *Februar.* à n. 8. Eodem intuitu puella Daphne, qua in laurum conversa iuxta historiam Mythicam (Ovid. 1. *Metamorphos.* fab. 9. Hygin. *fab.* 203. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 175. & Bened. Curtius, 5. de *Sacr. arbor.*) à Spartanis ut Dea habita sub nomine *Pasiphaes*, quippe in eius fano oracula indubia. Rhodigin. d. Plutarch. in *Agide*, & Pier. Valer. 50. cap. 24. Quia Apollo *Aloxas*, idest, Ambiguus (cui dicata Juniperus spinis scatens) ut effectum sortirentur oracula, dicata laurus; eò quòd non mutetur, nec arefcat, sed semper vireat, venena pellat, fulmina arceat, in divinationem vel ista portendat, maximè in templo *Apollinis Ismenij*, ubi divinatio non per voces, sed per ignem. Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 10.

20 Fabula ultrà tendit, supposito puero pulcherrimo, ante quem lignum coronatum, & tripos vaticiniorum, cum luco ex lauris iuxta fontem Martis, cuius custos draco, ad cuius templum virgo ab Apolline rapta, quam somniavit pater, in eamque depositam orbis felicitatem; quapropter in cælum vidit ascendere per Galaxiam, circum scilicet lacteum, Numinum iter. Expergefactus filiam quæsit, domi non invenit, sed raptam audiit. Protinus *filium misit Oceanus* (ita vocabatur: adi Pausan. cap. 289.) *sororem raptam quæsitum.* Cum in *Apollinis eam esse potestate, comperisset, neque omnino abducere puellam potuisset; ignem in lucum, quem Ismenium vocant, iniicere ausum; ob eam rem, uti narrant Thebani, sagittis ab Apolline confixum.* Emphaticum planè somnium, vel commentum, si quod aliud. Vide dicta de Ismenio Apolline, & *Februar.* à n. 13.

21 Salamine sacra Aiaci Telamónio. *K. Græc.* & Meursius in *Græc. feriat.* Hic par Achilli, quapropter Alexander Magnus expeditione in Asiam, perveniens Troiam, Achillis & Aiakis inferias peregit, & quæ ad gloriosam illorù venerationem spectabant, summo honore; utpotè qui inter heroes decus Græciæ. Diodor. Sicul. *lib.* 17. n. 570. Ajax alumnus dicitur Herculis, eò quòd eam maximoperè dilexerit. *Hercules, ut Telamoni* (cuius Ajax filius fuit, ait Apollodor. 3. *Biblioth.* n. 27.) *mascula proles evasceretur, à Dijs precibus depoposcit; & post preces repente aquila apparuit, enathaque pue-*

Cur laurus in sacris Ismenij?

Daphnephorica

Virtus lauri.

Filia Oceani rapta à Sole.

Lucus Ismenij flagrat.

Sacra Aiaci Telamonio.

Precibus Herculis natus, & invulnerabilis efficitur.

Aliqua ludicra.

Daphnephorica.

Pompa.

Apollo alexiacus.

Porphyri.

puerum Alacim nominarunt. Hercules ut puerum vidit, ulnis suscepit, attollensque Iovi obtulit, Iovem precatus denuò, puero involuto in leonis pelle Nemæi; ut qua parte opertus pelle, invulnerabilis ac inextinguibilis esset: quod Iupiter annuit, mittens aquilam in signum: puerque non sine Deorum numine genitus apparuit, & propter formæ pulchritudinem & propter corporis robur. Philostrat. *Herolei*: in *Alac*. Magnum vocabant Græci, non à corporis proceritate, sed à rebus gestis. Idem ibid. Videbimus infr. Unde Athenis illum venerabantur sub titulo *Eurysacis*, maximè cum Maio mense pueri tertio à nativitate anno, floribus coronabantur, ut dicemus ibi die 2. Rhodigin. 2. 1. *cap. 17.* inquit: *Eurysaces* *Aiax* *Telamonius* dictus à *scuti* magnitudine. Eum formidabant in obsidione Troiani, Iovique fiebant supplicationes, ne ad muros accederet, quippe eximijs vigebar viribus, & acerrimè pugnav, dicens: *Viri esse, interficere in certamine fortes; ad latrones vero pertinere spoliare victos.* Hic exercitui Græcorum Troiæ in campis murus æneus: qua de causa, ut ait Seneca, in *Agamemn.* v. 210. *Aiax* *Maior* & *Melior*: licet nescio quo ductus Philostratus quò supra, illi præferat Ulysssem. *Magnus hic ac divinus* (inquit) *ab Ulysse semper in palastra prostratus.* Quæ gesserit, fusè cantat Homerus, tot. *Iliade.*

22 Mortuo Achille; mansit Græcis solus Mavors, sed quia illorum iudicio arma fato functi Ulysi concessa, & mentem amisit, & conscivit sibi mortem; ut floridè & elegantè exponunt Sophocles, in *Aiace* *Flagellif.* & Ovid. 13. *Metamorph.* à fabul. 11. Ulysses causam interitus cogitans, cecidit armis. *Græci ut defunctum & gladio inherentem viderunt, etularunt. Athenienses corpus exposuerunt, Mnestheus habuit orationem. Egregium Ulyssis opus hic notuit. Proposito enim Aiæ, Achillis arma afferens ac lacrymans: Sepeliaris, inquit, in his quæ tantopere adamasti: victoriamque, qua ipsorum causa fuit, habeas. Teucer (frater eius) remittit, non pium iudicans, ut quæ mortis causa fuissent, cum ipso sepelirentur.* Philostr. d. Sophocl. d. narrat, clypeum tradidisse filio, secumque iussisse arma reliqua sepelli. Unde in eius sacris Athenienses lectum omni armaturâ instructû adornabant. Meurs. G. F. & Scholiastes in 11. *Od. Pindar.* in *Nemæonis.* Quod tenuit frater & negarunt Achivorum Principes, reddidit Nemæis. *Tradunt incola* (scribit Pausanias, *cap. 34.*) *post Aiæ interitum apud se primum florem enatum* (graphicè quem describit Ovid.

d. querelam notante vel in flore literulâ) *candidum, rubentem modicè, lilio eam ceteris partibus tam folijs minore, inscriptum vero eisdem quibus hyacinthum literis.* *Audivi quidem quæ Eoleuses (qui Ilium post eius eversionem tenuerunt) de armorum indico produunt, atque illud in primis; post Ulyssis naufragam armâ, de quibus certamen fuerat, ad Aiæ sepulcrum tempestate delata.* Merricè Asclepiades, 3. *Florilegij Græc.* Epigram. 11. de virtute meritorum, accinit:

Dilaceratâ comas, visu miserabilis, heu!
Consideo ad cineres hic Telamoniada.
Ita dolore gravi mihi quodâ fraus callida
quondam,
Iudicibus Graijs ante locuta fuit.

Haud minùs eleganter Alciatus, Emblem. 48. in idem propositum, illustratum à Claudio Minoe. Idem etiam lamentatur loc. cit. Antipater Vates, *Epigram.* 101.

23 De flore; in quem conversus est Ajax, varia dicunt AA. speculatoresque natura. Negat Natal. Comes in 10. *Metamorphos.* Ovid. fab. 5. etsi fateatur audisse à Lazaro Bonamico, vidisse florem Alexandriâ allatam tali formâ, qua Poetæ suum Hyacinthum describunt; cuius in folijs notæ literarû reperiantur. Econtrâ in Senec. *Troad.* v. 843. Delrius asserit: ideoque Virgilianus pastor *Eclog.* 3. v. 106. dixit:

Die, quibus in terris inscripti nomina Regû;
Nascantur flores.

Eò quòd Ajax Rex Salaminiæ fuit. Hinc cogitar florem, in quem conversi & Hyacinthus & Ajax, nostrum esse liliin rubrum (vernaculè, *Clavel*) seu Violam purpuream: tum ex descriptione Plinij, 21. *cap.* 26. tum Ovid. d. ubi:

Ecce cruor qui fusus humi signaverat herbas;
Desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro
Flos oritur, formamque capit, quam lilia;
si non

Purpureus color bis, argenteus esset in illis.
 Ab utriusque sanguine elicitus flos pulcherrimus: & dum ex Hyacinthi; Apollo prædixit etiam ex Aiæis cruore. Idem ibid. *Tæpus & illud erit, quo se fortissimas Heros*
Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.
Ipsæ suos gemitus folijs inscribit & Ai si
Flos habet scriptû, funestaque litera ducta est.
 Expresit amplius Vates, referens impletum Apollinis vaticinium vulnere Aiæis, *lib.* 13. *fab.* 1.

Expulit ipse cruor: rabefactaque sanguine
tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus;

Vires Aiæis & gestæ.

Ab Ulyse videtur.

Demens se percutit.

Arma Achillis illi megesta, sed à Virtute atque Nemæi concessa.

Asclepiad.

Virg.

In quem florem immittunt?

Ovid.

Idem

Idem

Inter a communis medijs; paroque viroque

Inscripta est folijs: hæc nominis, illa querelæ.

24 Sepulchrū eius prope Sigzum Troiæ promontorium collocat Plinius, 5. cap.

30. Q. Calaber, 5. Paralip. à v. 470. in litore

Rethæo sepulchrū Aiace[m] dicit: quo in

loco erat asyllum. Servius in 6. *Eneid.* Vir-

gil. v. 505. & Alexandr. Neapolit. 3. cap. 20.

Nec mirum, etiam templum habuit Salami-

ne cum statua ex ebene. Pausan. d. Videris

diem 16. n. 22. & Athenienses post victo-

riam de Rege Persarum, quasi Heroi præ-

lianti in spoliū distributione, dedica-

runt navem. Ibid. dicitur de Aiace corp-

oris magnitudine, pervio tumulo alluvione

maris. Illius Sigæ incolæ arbitrati sunt ossa

(cum quibus etiam immanes dracones, quod

ludicrum) dum Adrianus Imperator, ut vi-

deret eius sepulchrū, Sigzum profectus,

invenit; ut constituerint Aiace[m] undecim

cūbitorum, Imperator dirutum tumulum

ornavit, eius ossa complexus. Philostrat. d.

in *Ampel.* Etiam fictum ipsum è tumulo sur-

rexisse & apparuisse mortalibus sæpe. *Appul-*

sā quandoque Aiace tumulo navi, externor-

um duo pro sepulchro exultabant, ac tesseri-

ludabant: quibus adstans Ajax, Per Deos,

inquit, hunc mutate ludum. Idem in *Prote-*

fil. Refert etiam Buleng. de *Ration. divina-*

tion. lib. 5. cap. 1. Neoptolemus tragedus

apud Rethæum Troiæ, sepulchrū, Aiace,

monitus in somnijs; ab ipso ruinā liberatur:

Quæ cum lapidum senia deponit, dives deinde

auro redit. Dæmon ita deludebat adoran-

tes.

25 Illis enim persuasum, Heroas, seu

primarios Duces utrinde qui bello Troiz

sub mœnibus altis oppetiverant, bellico mo-

re in Phrygio campo incedere, & à rusticis

atque pastoribus spectari. Ex circumstantijs

apparitionū erant telluris colonis auguria.

Si pulvere inspersi apparuissent, erat prò-

gnosticon atriditatis regionis in fructus: si

in sudore, diluvia & imbres significabāt. Quòd

si sanguis circa ipsos aut arma spectaretur;

morbos Ilio remittendos indicabant. Cūm

verò horum nihil circa simulacra, vel spe-

ctra videretur; bona tempora adducenda

vel superventura ariolabantur. Verūm cū-

cta mala Aiace tribuebant. Unde circa se-

pulchrū nequiquam quicquam herbe me-

tu nascitur: pestis enim è pastu perniciosā na-

scitur. Pastores ægrotantibus pecūdis

cūm ipsis se tantūm audire indicasset. Iurē

plauditur magnanimus à Philostrato in eo:

tulit igitur ignominiam, quod quidem op-

probrium ultus est Hector, uti 22. *Iul.* re-

feremus.

26 Alium magnanimitatis tractum in

Aiace[m] gloriam refert ibid. Philostratus,

quem in suam historiam ludicram excerptit

Bonifac. Rhodigin. lib. 19. cap. 11. Pastorum

petulantissimus Heroas, quasi pestilitatis au-

ctorem varijs convicijs incessit, retorquens

in illum sciolus, nec prorsūm amusus, quod

legerat in Homero (*Iliad.* 11. v. 548. & 15.

v. 712. cum telorum grandine nimis urge-

retur.)

Ajax autem non amplius sustinuit, &c. Homœr.

Hæc audiens qui iacebat, homunculi auda-

cis exprobratione percussus; truculentā mi-

pacique voce, mendaciū Poetæ redarguens,

& opilionis impudentiam reprimens, pro-

clamavit:

Imò sustinuit, mansitque. Idem.

Quibus verbis fulmine quasi ictus, attoni-

tus pastor iacuit; cæterique fugerunt. Lu-

fit qui lib. 1. *Antolog.* cap. 5. n. 22. cecinit:

Aiace apud tumulum intrepidū astans

Phryx, verbis mala incipiebat convicta.

Aiax verò non amplius sustinuit, sed recla-

mavit.

Expectare autem non sustinuit vivus mor-

tuum.

Plura alia comminiscitur Sophocles loc. cit.

in Aiace[m] tragedia, quæ videtur.

27 Inter Ægyptios pompa Isidis, alia

ab illa, quæ in mense Chæac celebrabatur,

ut describam 21. *Novembr.* Ita in *Diar. Æ-*

gyptiac. Hæc pompa dicebatur *Gravis Isi-*

dis, quia præ pondere, estò effigies brevis,

portari nequibat à sacerdotibus commode,

sudore nimio signante laborem, & lassitudi-

nem, penè ut fatiscerent. Meminit functio-

nis Claudianus, 4. *Consulat. Honor.* à v. 565.

Quantæ miracula pompe!

Obnoxique simul pubes electa lacertis

Sidereū portaret onus. Sic Numina Memphis

In vulgus præferre solet. Penetrabilibus exit

Effigies, brevis illa quidem; sed plarimas

infra

Linifer, imposta suspirans veste sacerdos

Testatur sudore Deum. Nilotica sistris

Ripa sonat, variosque modos Ægyptia ducit

Tibia, submissis admugit cornibus Apis.

Omnis nobilitas, omnis sua sacra frequentat.

Hinc de Commodo ait Lamprid. *Caput ra-*

sit ut portaret Isidem. Ad 7. *Januar.* à n. 18.

28 Astu dæmonis fiebat brevis imagi-

nis pondus, quo magis commendabatur su-

perfitiō, quasi patratō miraculo; uti etiam

fic-

Sepulchrū
Aiace[m] dicitur

Templum

E tumulo
apparuit.

Præstigia
deponit in
apparitioni-
bus Manis,
occisoriū in
bello Troiæ

In sepulchro
mois arma

Homœr.

Et voce eb-
viciant ob-
iurgat.

Idem.

Pompa Isi-
dis.

Claudian.

PLIN.

Imaginis pò
dicitur à dia-
bola.

fiabat Argis cum simulacro Iunonis, quod portare vel robusti minimè valebant præ gravitate. Hinc pro re magna & quasi impossibili dicebatur olim: *Iunonis sacra ferre.* Iunius in *Adag.* & Ovid. 4. *Metamorph.* fabul. 10. accinit:

Ovid. ——— *Sacroque à corpore pressum
Ingenuit limen.*

Idem accidit Furio Bibaculo, cum dignitate portasset ancyle, quod Pyrrhicam quilibet assumebat in choream. *Furius Bibaculus* (ait Goltz ex Tit. Livio) cum esset Prætor, præcumbens licitoribus ancyle portavit sub eo sudans. Adi hic die 1. à n. 11. Ubi manifestius embolium diaboli versabatur, & odium eius in humanum genus titulo religionis & constantiæ in virtute; erant Sacra *Diana Orthia*, vel *Orthosie*, queis apud Lacedæmonios fiebat *Dianastigosis*; uti dicemus, 13. *August.*

Dianastigosis.

29 Mira effudit somnians Baldus 2. de *Oggio Christian.* cap. 15. *Primi post diluvium* (infir) *Egyptiorum magistri fuerunt Misraim, & Heber, quorum doctrina sana, mystico nomine Isis vocata est: illudque deinceps ad multa secula, & apud omnes nationes, plurimis licet erroribus infecta, retinuit.* Istius Dea maiestas latet sub fabula, qua Apuleius finxit (lib. 11. *Metamorph.*) *Isidem paulatim è mari surgentem, donec integra appareat; corpus & faciem admirabili pulchritudine nitentem, proluxaque Casariei hinc inde sparsos crines habere, & in capite florum coronam gerere.* Cum ergo Isis apud *Egyptios duorum prædictorum magistrorum tanquam filia extiterit, & eiusdem Scholæ, hominum velut communis soror; ab illis velut in uxorem data est posterioribus; inter quos qui excellebat, Osiris primò dotatus est nomine, post Syrius vel Taurus, eò quòd duo primi post Misraim & Heberem, qui in hac sapientia excelluerunt, supremi in Ægypto moderatores fuerunt.* Vah! Baldus desipit. Astruit quod sine fulcro cogitat, quia cogitat; & tam hic quam pluribus alijs enthusiastis cogitat cogitationes, sed ludicras & ab eruditione prorsus alienas. Econtra Tertullianus de *Pallio*, cap. 2. ait: *Chaldeum semen in Ægyptum educatum est: haud Ægyptum religionem docuit, nisi cum Abraham in illam descendit; de quo 14. December à n. 2.*

Imago Isis.

30 Pharao Abrahamo (refert Ioseph. 1. *Antiquit.* cap. 10.) *pote statem fecit congregandi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum ac doctissimo; quo factum est, ut virtutum nomine in maximam existimationem veniret: nam cum ea gens in diversos*
Tom. 1. Ephemer.

ritus & opiniones scinderetur, & per multum contemptum atque insectationem, infensus inter se animis agerent, collisos inter se eorum de religione sermones, & à seipsis confutatos, vanissimos esse, nihilque prorsus veritatis habere, declaravit. Ob has disputationes in pretio habitus; ut qui magnam intelligendi, quàm eloquendi dicendique facultatem præ se ferret, & numerorum scientiam & siderum, benignè illis communicavit: nam ante Abrahami ad se adventum Ægyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum; quæ à Chaldeis ad Ægyptios profecta: hinc ad Græcos tandem pervenerunt. Hæc & alia etiam à Iosepho Prorege, constat provenisse, tempore quo Pharao constituit dominum domus suæ; ut erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. *Psalm.* 104. 22.

*Abraham
omniscius
putatur ab
Ægyptijs.*

31 Adversatur Bolduco cogitatio Anonymi in *Apendice ad Mytholog. Natalis Comit.* cap. 14. (proprio nomine Cœl. Gregorius.) *Isidem Ægyptij* (ait) *religioso cultu ardentè profecuti sunt.* Istitutum hunc cultum, ratiocinor, ex tenui, ut ita dicam, aurà fama, qua fuit reliqua de muliere paritura filium generis humani Redemptorem. Significat enim Isis vel Ischa, virginem, aut fœminam (Videbis 7. *Januar.* n. 15.) Ergo ut Ischa est uxor Adami in Dei verbo, sic ex veteri Ægyptiorum traditione, uxor fuit Osidis, quam Latini Osridem appellant, Ægyptiaca ad suum idioma mollientes, & transferentes. Etiam apud varias nationes diversis imaginibus umbræ videbantur huiusmodi historiz. Adisis diem 25. n. 32.

Quædam Isis.

DIE XXI. MARTIJ.

I **P**rima Arietis Decuria, & in eo 1. **XII. K.** gradus Solis, faciesque Mars, index audaciæ & fortitudinis: imago, vir hastâ & spiculo munitus sub Præfide *Arære.* *Abenrag.* Influxus orientis Arietis promittit Pontan. 2. *Uran.*

— *Sedes hæc est generosi regia Martis. Hinc quibus effulsit nascentibus aureus Hællæ Corniger, & primo radiarunt vellera cælo; Hos animi vigor insignes, hos libera corda Audaces reddunt effando, & recta monentes Imperiosa viris maiestas: hi sua plebi Describunt iura, & populo dominantur & Pontan. urbi.*

*Arietis Signi
influen.*

*Inconstans vitæ tenor & mutabile pectus,
Blatum tamen ac cupidû, relique probique;*
VVV 2 Quod

Quod facile ingentes versent iraque minaque.
 Hoc surgente, aliquis veniens ad munera vitæ
 Ingentes nunc divitias cumulabit, opumque
 Affluet undanti rivo: nunc rursus in arctam
 Pauperis coniectus, imopsque arentibus undis
 Vix sedare sitim poterit: nam sideris huius
 Est mutare vices, alternaque fata referre.
 Sphæræ sunt singularium iconum. Ascendit
 imago femine, caudâ piscis ex mari instar
 vipera in felle. Trigonomum, & figura Tauri.
 Sphær. Perfic. Explicat etiam symbolicè
 Avenar, dicens: In Arietis prima facie ori-
 tur mulieris figura, quasi igne corusca, &
 piscis ex mari in similitudinem serpentis, &
 caput Trianguli, seu Delta in secunda facie.
 Idem Abenragel. Figura Ganis, in cuius si-
 nistro pede anteriore lucerna, dextro clavis.
 Athiops ascendens oculis nigris supercilijs
 extensis. Est autem de gigantibus obvolutus
 pallio albo, longo & fune præincto. Sphær.
 Indic.

2 Aliter, sed idem dicit Pontan. in
 Ptolom. Centiloq. lib. 2. sentent. 95. Cum
 prima Arietis Decuria (inquit) nigri homi-
 nis simulacrum oritur, stantis quidem, sed
 albo induti, præinctique, irato similis, ma-
 gno quidem corpore, rufis oculis ac validis
 viribus. Paret idem, sed aliter. Ab Albu-
 mafar exponitur alio ænigmate, scilicet, vir
 niger, oculis rubeis, grandi corpore for-
 tis, animosus, ferox, erectus iugibus, albo
 lineo vestitus. Fœmina, cui nomen Splendor,
 vel splendoris filia oritur: post cauda piscis
 marini, ac principium Eridani, caputque
 Cervotauri: post hæc Cynocephalus, manu
 sinistra candelam, dextrâ clavam gerens.
 Cassiopeia genua eius, manus sinistra &
 dimidium ærgum Andromeda unâ cum sim-
 brijs, & Pisce posteriore, & particula fili
 linei. Sphær. Ægypt. Apud hos Signum di-
 citur quarta Domus sub Amun, de quo
 Iamblic. de Mysterijs Ægyptior, insit: Opi-
 fex intellectus, qui & veritatis est dominus
 atque sapientia, quatenus in generationem
 progrediens occultam rationum potentiam
 latentium traducit in lucem; Amun Ægy-
 ptiacâ linguâ vocatur: quatenus autem sine
 mendacio peragit omnia, & artificiosè simul
 cum veritate, Phta nuncupatur. Græci Vul-
 canum nominant, artificium duntaxat con-
 siderantes: quantum verò effector est bono-
 rum, appellatur Osiris. Idem Marsil. Ficin.
 & Kircher. 2. Oedip. p. 2. class. 7. cap. 2.
 vocantes Amun, Animam mundi: dicentes-
 que, Amun esse vocem invocantium Deum,
 Arietemque cœlestem habitaculum Amun; in
 cuius signum ac venerationem (die 27. à n.
 15. ut videbimus) ferebant in pompa ca-

put Arietis. Unde figura Amun, Aries cum
 duodus capitibus (patet ex Tabula Bembin.)
 vel cum unico, è quo bifurca flamma; vel
 truncus cum capite arietino, vel denique
 humana figura cum cornibus (cuius insigne
 in potentia ostentationem sibi sumpserunt
 Reges post Alexandrum, ut usquequaque
 describit Goltz. in Græciæ Tabul. & ibid.
 Nonnius) & tutulo florido, aliquando nu-
 do pectore, aliquando velato, aliquando
 mammoso, dextrâ sagitta, sinistra sceptrum
 aut virga.

3 Ideò volentes Dei Amun indicare vir-
 tutem, quasi Præsidis mundi, Arietis Ægyptij
 pingebant figuram. Hieromante, sacris hie-
 roglyphicis literis inclusis in figura ovali
 flammata, cum capite Arietis, sese in no-
 titiam virtutis Amun intelligebant, atque
 mysticè indicabant. Hinc Plutarch. de Isid.
 & Osirid. inquit: Amun nomen est Iovis: &
 apud Chartar. in Iove, fol. 114. Arietis pelle
 vestitum invenies, de quo egimus, 20. Fe-
 br. à n. 25. Nostrum exprimit propositum
 (quippe de Signo cœlesti sermo est) insignis
 imago Martiani Capellæ in Nuptijs Mercurij
 & Philolog. quam etiam proponit Char-
 tar. d. fol. 100. In senatu Deorum sedens,
 flammantem coronam habebat, & super
 eam velamen rutilum, Minervæ manibus
 confectum: vesti admodum candida obdu-
 xerat hyalinos amictus (idest, virides, qua-
 si ex vitro) crebris quibusdam stellis inter-
 stinctos; manu dextrâ duos orbes (cœlestem
 & terreum) aureum alterum, ex electro al-
 terum porrigebat: læva chelin novem chor-
 darum innitenti similis præmebat: calceos au-
 tem smaragdineæ fluctu viriditati verbosos,
 vestigijs eius Tellus attexuerat: insidebat
 autem ex pavonum pennis intertexta ocula-
 teque palla, ex qua multicoloribus notulis
 variata pictura vernabat: sub calceis verò
 fuscinum, seu tridentem deprimebat. De
 festo Amun & ritibus cum navi Ammonica,
 dicemus die 27. quo apud Ægyptios Sol
 ingreditur Arietem. Cuncta excerpta sunt
 ex AA. Arabibus, & Kircher. in Obelisc.
 Pampb. lib. 2. cap. 6-4. Hierogrammatism.
 2. & in Oedip. Copt. tom. 1. syntagm. 1. cap.
 7-2. p. 2. class. 7. cap. 2. & 7. Ita ergo de-
 licata, quæ signantur sphærâ Ægyptiacâ:
 distincto verò symbolo, quæ Arietis, à
 sphæra Arabica: pingitur enim vir, dextrâ
 falcem tenens, sinistra ballistam.

4 Pegasus occidit matutind: venti Bo-
 reales. Plin. & Columell. Aries in latus emer-
 git: pluit, aut ningit, Ptolom. Equino-
 ctium vernal. Cum Pleiades orientur ma-
 nent, cum vesperi occidunt, & cum intempestâ
 nocte

Sphæra.

Quid Amun
& Phta

Imago.

Imagines Si-
gni Arietis
in Iove.

Pompa.

nocte apparent; fit maxima aeris perturbatio. Aëtius *serm.* 3. cap. 4. Si Sol, Luna aut aliquis Planetarum intraverit primum, secundum vel tertium gradum Arietis; erit nubilum & ventus à meridie, & frigus & tempestas. Albumass. de Motib. Astror. & Grannuyf. lib. 8. cap. 10. In primo Arietis gradu principium Anni Astrologici, distributi per quatuor tempora, de quibus illustre Epigramma apud Ausonium, *Edyl.* 16. Constat ex Sacra pagina *Genes.* 8. 22. & *Eccle.* 3. 1. dicitur: *Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt univèrsa sub cælo.* Unde cum Sol, Luna & reliqua luminaria sint in signa temporum, dierum & annorum, in quibus varietas discreta temporum; cuncta graphicè describuntur in Regia Solis, 2. *Metamorph.* fab. 1.

—Purpurea velatus veste sedebat
In folio Phœbus, claris lucente smaragdīs.
A dextra, laevaque Dies & Mensis & Annus,
Sacalæque & postiq̃ spatijs equalibus Hora.
Verque novū stabat cinctum flore coronā:
Stabat nuda Æstas, & spicea ferta gerebat:
Stabat & Autumnus calcatis sordidus ovis,
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.

5 Apud Latinos variæ huius temporum varietatis fuere imagines. Prætermitto quas exhibui ex varijs Mythologis, *Tom.* 3. *T.* 8. n. 29. & 62. & prælibata 7. & 8. *Ianuar.* Iuxta Priscos qui cuncta in Numina reducebant, quatuor Deorum imaginibus stationes præfatas significabant; acceptâ Venere pro Vere, Cerere pro Æstate, Baccho pro Autumno, atque pro hyeme Vulcano. Chartar. in *Iano*, fol. 32. qui in *Phœb.* fol. 56. subdit: *Edito Sol sedebat arduoque suggestu, in cuius conspectu quatuor urne adoperta, diversâ specie, metallisque formata. Una nempe ex ferro, alia ex argento, alia ex plumbo, quarta propior Deo ex vitro; quas vicissim alternis inspectionibus enudabat: singula autem rerum quadam semina elementaque gestabant, nam flammam alhabat quæ ex ferro, & Vertex Mulciberi dicebatur. Argentea, vernantis cæli temperie renidebat, dicebaturque Risus Iovis: plumbea hyemem representabat, atque Exitium Saturni vocabatur: vitrea seris totius seminibus erat referta, Ianonisque Ubera appellabatur. Ex his urnis Deus alternatim, quantum dispositis fas erat, hauriebat. Sumpsit ex Capella, d. lib. 1. Unde tempus vernum dicebatur Risus Iovis; Æstas, Vertex Vulcani; Autumnus, Ianonis ubera; & bruma, Saturni exitium. In quatuor pueris etiam designata tempora cum epigraphæ: *Tempora felicia*, ut refert Hemelar. *Tabul.* 51. exponitque: *Ver ma-**

nibus supra caput iunctis, spem, non rem ostentat. Æstas falce instruitur, mensis varia symbolo. Autumnus & fructus in canistro offert, & leporem venatione partum. Hyems vestita communita contra aeris iniuriam, aliquod aucupij instrumentum & avem captam refert.

6 Huic proposito accommodat colores factionum in ludis Circens. *Isidor.* 18. *Etymolog.* cap. 41. *Roseos* (infir) Æstati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, & cuncta tunc flavescent: *Albos* hyemi, quod sit glacialis & frigoribus univèrsa canescant: *Veri prasinus* viridi colore, quia pampinus densatur: *Ceruleos* autumnno. Idem Tertullian. de *Spectacul.* cap. 9. Brevius Cassiodor. 3. *Varlar. epist.* 51. *Colores in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. Prasinus* virenti verno: *Venetus* nubila hyemi, *Roseus* æstati flammæ, *Albus* pruinoso autumnno dicatus est. Hinc equi Soli quatuor dicati, quorum nomina *Erythreus*, *Actæon*, *Lampus*, & *Philogeus*: apud Ovid. d. *Interea volucres Pyrois & Eous & Æthon Solis equi, quartusque Pblegon.*

Idest, ignitus, matutinus, ardens, comburens; ut hic interpretatur Natal. Comes, & 5. *Mytholog.* cap. 17. *Pamel.* in loc. cit. *Tertull.* n. 90. & *Hygin. fab.* 183. Aliter etiam stationes signatæ per hosce colores destinatos elementis, ut subdit *Isidor.* d. additque: *Roseos Marti sacraverunt, eò quod Mars gaudet sanguine: Albos Zephyris & serenitatem tempestatibus: Prasinus Flori & Terra: Venetos aquis & aeri, quia cæruleo sunt colore: Luteos idest croceos Igni & Soli: Purpureos Iri, &c.* Vid. *Boet.* 4. de *Consol. Phil.* *Metr.* 6. à v. 19. *Schild.* in *Sueton. Domitian.* cap. 7. & *Panvin.* lib. 2. de *Circensib.* Nectit dicta *Coripp.* *Grammat.* lib. 1. n. 17.

Aurigas totidem, totidemque posuere colores, Ut sunt æstivis brumalia frigora flammis, Nam viridis vernis cæpus, seu concolor herbis Pinguis olivæ comis, luxu nemus omne virefcit.

Æstatis roseus rubra sic veste refulget, Ut nonnulla rubent ardenti pomis colore. Autumni ventus ferrugine dives & ostro, Maturas ovas, maturas signat olivas, Equiparâs candore nives, hyemisq; pruinâs, Albicolor socia viridi coniungitur ova.

7 Aliud non incongruum hieroglyphicum præfert Chartar. in *Gratijs*, à fol. 353. ex *Chryippo*, nimirum quatuor Gratiæ & totidem Horas, dicens: *Idem Gratiarum Numen atque Horarum; sed distincta inter eas munera, ideoque Veneris comites signat Homer.* 5. *Iliad.* à v. 757. *cæli portarum præ-*

Quatuor
anni tempo-
ra.

Ovid.

Imagines
variæ.

Urne Solis,
& nomina.

Colores fa-
ctionis Cir-
censium.

Equi Solis.

Corippi

Idem Horæ
& Gratiæ,
Pregidas por-
tarum cæli.

fi-

fides, curamque habere, ut modò serenam, modò nubilum sit. Idcirco Solis equos curare finguntur, ut ait Ovid. quò dudum. Nec aliud quicquam Hora sunt, quàm anni tempora. Unde Eusebius de Præpar. Evangel. scribit: Horæ, quas quatuor anni tempora, ac cælum claudere & aperire dicunt; interdum Soli tribuantur, interdum & Cereri: atque ideo duos calathos ferunt, alterum floribus plentia, quibus ver innuitur; alterum sicibus, quibus æstas significatur. Hæc tempora (quippe diversa præ humiditate, siccitate, calore & frigore) dicuntur quatuor, constituentia ex qualitate cursus Solis Ver, Æstatem, Autumnum & Brumam, quæ etiam dividuntur in ternos menses, primumque Veris dicebant Ver novum, secundum Ver adultum, tertium Ver præceps, & sic de cæteris, uti videbimus suis loc. & notant Isidor. d. lib. 5. cap. 33. & Læ. Biscola, Horar. subsec. Tom. 1. lib. 10. cap. 16. Sole in Ariete ver novum est. Unde Catullus in Pervigil. Vener. ex Callimacho, & Iust. Lipsius, i. Elector. cap. 5. Ver novam, ver iam canorum; ver, natus orbis est.

Quare in sacrificijs pro diversitate temporis cuiusque stationis utebantur vestibus albis, cæruleis & nigris. Kircher. 1. Oedip. syntagn. 3. cap. 10. Inter Persas, ut ait Ferdinand. Castaneda 6. Rer. Indicar. cap. 46. ingressus Solis in Arietem dicitur Lux nova, seu novus dies; cuius festum celebrant magno apparatu clangore tubarum, & cursu equorum. Unde Serario in Esther, 1. quæstionum. 10. aridet hac in die ab Assuero exhibitum illud celebre convivium (ibid. memoratum) Principibus Persarum atque Medorum, postque civibus Susarum.

8 Inter Ægyptios Æquinoctium etiam signatur, & statio Ammonica cum tribus temporis verni Reçtoribus & imaginibus, de quibus agitur singulis mensibus in Isag. Pingebant cum suis Signis Zodiacum, in cuius medio erant imagines Osiridis, Isis, Hori & Anubis: quod quidem æmulantes Græci, pingebant Iovem cum aquila pro Osiride, Mercurium cum caduceo pro Anubi, Martem cum casside & lancea pro Horo: denique Neptunum cum tridente pro Iside. Idem Tom. 2. p. 2. class. 7. cap. 7. Aliter in idem propositum, in Obelisc. Pamphil. lib. 3. cap. 1. signabant Ægyptij imaginibus Apollinis, Bacchi, Herculis & Mercurij, pro virtute quadruplici Solis in quatuor anni temporibus. Apollo, radioso capite refulgente, ornatus sagittarum pharetra, sedensque in corymbo floribus fructibusque referto; æstivam præfigurabat stationem. Hinc inde ful-

gebat clava Herculis, vestita ægide pro statione brumali: in medio cithara septem chordarum in signum harmoniæ Planetarum, subsidens in Cratere cœlesti, insigni Bacchi, pro autumnali statione; ac caduceo utrinde surgente ex geminato Mercurij acervo, pro verno tempore.

9 Non longè à cogitatione caput hominis coruscantis, quatuor brachijs fultum, quorum primum sagittà, secundum poculo, tertium caduceo, quartum clavà instructum cernebatur. Idem ibid. Apud Priscos Ægyptios Hierophantas subtilius & arcanius symbolum quatuor temporum: etenim annum signabant per serpentem, caudam ore tenentem, ac in circulum abeuntem, de quo Hor. Apoll. lib. 1. symb. 5. & Chartar. in Eternit. fol. 19. In hacine circumvolutione serpentis æquà distantia quatuor circuli effigiebantur: in primo erat Sobhis: idest, Mercurius canino capite sedens: in secundo sedebat Isis fœmineo cultu ornata cum velo & scepro: in tertio Osiris in throno, accipitrino capite cum baculo: in quarto Horus reticulatà veste, habens dextrà regulam, sinistra virgam in cuius summitate caput serpentis. Perspicua est mythologia: Iuxta Pier. Valer. lib. 18. cap. 2. & lib. 38. cap. 53. in primitivis hieroglyphicis duntaxat Venerem, Proserpinam & Saturnum Ægyptij fingeant; quia tempora anni dividebant in ver, æstatem & hyemem, singulis tribuentes centum viginti dies. Modò in alia.

10 In 1. gradu Aristis in K. Rom. & Gyrald. signatur Primus dies seculi. Ferè apud cunctos Ethnicos huiusmodi cogitatio. Vide quæ diximus Tom. 3. T. 8. à n. 36. Dies quartus Orbis: dies Solis & Lunæ. Rab. Eleazar, in Seder-Ol. cap. 4. Ut notaretur Lunam non à se, sed à Sole lumen & calorem habere; eius simulacrum inter Gentiles laureum ramum tenebat. Ita ex Ptolomeo in Almagest. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 10. Cælum creatum: Reus. Ornatur Firmamentum: Talmud, cuius DD. effutiunt tricas & apinas. Deus (aiunt) post consummatam, cum ex parte Aquilonis ingens foramen reliquisset; mirati filij Dei dixerunt: Ut quid Domine tantam in Aquilonari parte scditatem relinquis? Cur non ut cetera, stellis ornas? Respondit Deus, Hoc foramen claudi non poteris, nisi venerit mihi equalis, & hic claudet foramen, & omnem decorem reparabit. Allegoriam videris apud Kircher. 2. Oedip. 1. p. Class. 4. cap. 2. Rabini in Talmud, in lib. Zoar. aliter desipiunt in præfato articulo. Cum Deus Firmamen-

Image.

Ver novum.

Catull.

Conjovium Assueti.

Statio Ammonica.

Imagines stationum anni.

Anni symbolum.

Tria anni tempora.

Mundi natalis.

Solis, Lunæ & Firmamenti.

Fabula de parte Aquilonari Firmamenti.

tum constitueret (aiunt) ipsum perficere non valens, foramen quoddam in eo è septentrionali parte reliquit; ut si quis aliquando exurgeret, se Deo equalem faciens, Deus foramen Firmamenti, ut impleret opponens, diceret: Si Deus es, sicuti ego sum, locum illum quem apertum reliqui; si potes, claudere. Ita etiam Petr. Galatin. 1. de Arcan. Cathol. verit. cap. 7. quod in sensum bonum allegoricè exponit. Alij dicunt illud foramen esse Solem, per cuius circulum emittuntur deorsum radij ex Empyreï splendoribus, ut aliquomodo constet celi superioris claritas. Alij dicunt stellas non esse, sed Firmamentum esse cancellatum, & quas dicimus stellas, nec quicquam esse, nisi foramina, per quæ lux emittitur immensa è cælo Empyrio. Vide alia apud Expositores in Genes. 1.6. Scholastic. DD. in 1. p. D. Th. q. 68. & Exim. Suarium, de Oper. sex dier.

11 Iacobi Patriarchæ nativitas. Raul.

Wafitar Iacobi.

In exitu Israël de Ægypto valdè diluculo appropriavit exercitus Pharaonis, ubi erant castra Israël, & columna ignis fulminans inter utrosque posita. Clamat ad Dominum populus sanctus, Moyses orat, virgâ Mare Rubrum dividit in duodecim semitas iuxta numerum filiorum Israël (vid. Tom. 6. T. 4. à n. 19.) utrinde aquâ stante quasi muro, & fundo maris germinante, transierunt per medium eius in contrarium litus. Pharaon cum suis subsequitur, ictuque virgæ aquæ cocuntes, revertentesque in priorem locum, totum exercitum cum Duce obruerunt, quin remaneret ullus. Exod. 14. à v. 15. Seder-Ol. cap. 5. Leon. Mar. Philo Bibl. & Ioseph. 2. Antiq. cap. 7. Arma illorum miraculosè perducta in litus, collectaque à filijs Israël. ibid. Soulaque lib. 3. à v. 90.

Scinditur mare Rubrum.

Pharaon sume mergitur.

Summaque divina fulgent miracula dextra, Cum turmas equitum, currus, peditumque phalanges

Armorumque minas penitus subvertit; & undis

Obruit arma, duces & signa hostilia Mæphis. Tunc freta cæruleos primum posuere colores Tinctaque Niliaco rutilarunt sanguine, quavis

Ioan. Mel-lo SouL

Non ensis calidum, non hausserit hasta cruorè. Unda sed expellens animas à corpore, tutis Isaacidum populis peperit sine cada triumphil. Exuvias etiam volvens ad littora pontus Fluctibus, exposuit Pharias, ac margine liquit,

Ferratique ducum spolijs potiuntur inermes.

12 Tunc universus Israël præ gaudio sui impotens, grates Domino egit duplici

choro ducibus: choragis Moysè, eiusque sorore Mariæ. Exod. 15. Tunc ut cuncti gratias agere possint Deo liberatori, infantibus concessus est rationis usus, & solutæ sunt linguæ mutorum. Sapiens. 10. 21. Dionys. Carthuf. Lorin. & Alap. hic qui loc. cit. Exod. v. 3. & Abulens. quest. 2. arbitrantur, Michaëlem, populi custodem; tunc in forma equitis apparuisse. Vid. dicta, Tom. 3. T. 7. D. 6. n. 21. Orosius lib. 1. cap. 10. addit, vestigia ingressus & transitus Hebræorum, ac tractus curruum, rotarumque orbitas modò manere, divinitusque reparari tum in littore, tum in ipso mari Rubro. Sub auroram enim ascenderunt filij Israël de mari Rubro, ac suffocati fuerunt Ægyptij, in die septimo Azymorum, & extremo solemnitatis Paschalis. L. Marius, & Sederol. d. Hinc ortum quotannis festum Collectarum hac die, quod dicebant Cætum; de quo 1. Febr. n. 2. Hebræi, quos sequuntur Abulens. & Burgenfis, negant Israëlẽ totum mare transiisse, idest, à littore Ægyptio ad litus Arabicum; sed tantum in mare ingressos, quantum necesse fuit, ut submergeretur Pharaon cum exercitu ingrediens: sic enim inventi sunt in littore deserti Sur, seu Ethan, per quod tri-duo sine obice mari, profecti usque ad Mara; uti infra dicemus, patetque Numer. 33. 8. Unde à loco prisco, seu alveo recessit mare versus Ægyptum, & illi sicco pede ambularunt vià rectâ, immutatis ex tunc maris littoribus; quo intelligitur illud Psalm. 113. à v. 3. Mare vidit & fugit. Quid est tibi mare, quod fugisti adduntque, montes quoque præ gaudio tunc tripadiasse. R. David, & R. Hizhuni. Totum sictum, tum quia desertum Ethan est cis & ultra mare Rubrum: cum, quia tranarunt in vltiorem ripam per medium eius. Exod. 15. 19. & Numer. 33. 8. Petrus Comestor cap. 31. astruit, moratum totum Israël septem diebus in littore maris Rubri cum tympanis & musicis instrumentis, cantantes canticum Moysis: fallitar, ut videbitur die 24. n. 2. Alia mirabilia facta fusè retulimus, Tom. 6. T. 4. à n. 24. Inde profecti sunt filij Israël in Mara, 5. Mansion. ducti per desertum Sur, solitudine inaquosâ, tribus diebus. Exod. 15. 22. Seder-Ol. d. Adrichom. in Chronie. & Ioseph. lib. 3. cap. 1.

Que miracula illustant facta?

Michael sub equitis specie.

Sept. Azymor.

Collecta.

13 Eodem die post 40. ann. ab exitu, apparet Michaël Iosue in agro Iericho, quem iubet circumire Civitatem per sex dies, cuius muri in septimo ruituri. Iosue, 5. à 13. & 6. à 1. postridiè Iosue revelat scita Sacerdotibus & populo. Serar. d. Conceditur

1. Mansio, Mara.

Edificatio Ierusalem.

Ne-

Nehemia facultas edificanda Ierusalem, & erigendi muros & portas eius, ab Artaxerxe Longimano, anno vigesimo regni eius, iuvante utriusque propositum Esther. 2. Esdr. 2. 6. Seder-Ol. cap. 30. pluresque Rabb. Ab hac die edictum reedificationis Ierusalem; non à primo Cyri decreto; quã de causa Daniel. 9. 25. dicitur: *Ab exitu seromonis, ut iterum reedificetur Ierusalem, usque ad Christum ducent, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Ita placet Adrichom. *Ann. Mund.* 3507. Brie-
 tioque *Ann.* 3600. & in *Prolegom.* quæst. 12.

uisse Romam, Etiam facta Floræ & Mercurio. Kirch. *Obelisc. Pampbil.* lib. 3. cap. 11. Per Floram flores, per Mercurium tempus vernum signabatur; quo intuitu Mercurius pingebatur arietem insidens: idem ibid. sicut apud Chartar. in eo, suspensum à collo habens arietem: igitur Sole in *Ariete*, cuncta vernant. Columell. de *Hortor. cultu*, accinit:
Ipse suas partes adamat, & fœtibus implet. Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus

Sacra Flora & Mercurio

Columell.

Ver agit: hinc hominum, pecudum, volucrumque cupido.

16 Statua dicata Virgini Vestali Maniliæ. Volaterran. *Commentar. Urbanorum*, lib. 29. & in *Republ. Roman.* pag. 199. legitur: *XII. Kal. April. statua collocata Flav. Manilia, V. V. Maxima, cuius egregiam sanctimoniam, & venerabilem morum disciplinam, in Deosque pervigilem administrationem, Senatus laudando comprobavit.* Hoc in die ann. V. C. 500. in *Diar.* signat Reufner. Triumphum Cn. Corn. Scipionis Afinz, & C. Sempronij Blasi de Pœnis, quem sequitur Bucelinus. Falluntur. Constat ex *Tabul. Capitolin.* ut videbimus die 23. n. 14. ex Goltz.

Status Manilia V. V.

Triumphus Scipionis Afina, & Sempronij Blasi.

17 Inter Græcos Ieros-Gamon sacrum, in memoriam nuptiarum Iunonis & Iovis, qui pro dote pertulit mala aurea & poma pretiosa Hesperidum, ut videbimus *Isagog. Decembr.* n. 13. cui Iupiter concessit, ut etiam post congressum, modò lavaretur in fonte Canatho, denuò virginem fieri; de quo 8. *April.* Huius festi, quod Græcè sonat Sacrum connubium, meminit Athen. *lib. 6.* Meurs. in *Græc. Fer.* & Castellan. de *Fest.* Etiam apud illos festum Horarum & Gratiarum, de quo supr. n. 7. & 21. *Septembr.* n. 4. quarum tempora describit Stuck. de *Sacrif. Gent.* cap. 26. Famâ notabilis dies propter cladem Locrensem in Eubœa, ubi promontorium *Capbæus*, in qua insula, ductu Minervæ (procellam excitantis, eò quòd Ajax Oileus in eius templo Troiano Cassandra violavit. Unde Virgilius, 1. *Aneid.* v. 43.

Ieros-Gamon

Fons Canathus.

Horæ & Gratiæ.

Virgil.

—Vetor fatis? Pallasne exurere classem Argivam, atque ipsos potuit submergere. Ponto

Unius ob noxam, & furias Aiæcis Oilei? Idem Strabo lib. 6. & Q. Calaber lib. 14. ubi refert Aiacem fulmine ictum (procellâ æstuante, frustra que enatare conantem, attritis unguibus in undis expirasse) dum inter cautes erant naves, ut ibi alliderentur, sustulit dolo facem ardentem Nauplius, ultor

Septuaginta hebdomadarum Danielis.

Mors Iudæ Machabæi.

Christi gesta

Hilaria.

Quatuor. 12. pars.

Aufon.

Renovatio Phœnicis.

Septuaginta hebdomadæ nihil aliud sunt, quam septuaginta decades annorum septies replicatæ, quæ conficiunt 490. ann. Ex his si dimidium hebdomadis, seu tres annos cum dimidio sustuleris; occurret Christus patiens in medio hebdomadis ultimæ, quatuor post paschata, sumentem ultimam hebdomadâ principiu à Christi baptismo. Videtis Expositores fuisse in loc. cit. inter quos aliqui censent principium hebdomadum sumendû à fine septuagesimi anni Babylonice captivitatis; de quo præfati in illud Zachar. 1. 12. *Domine exercituum, usquequò non miseraberis Ierusalem & urbium Iudæ. Iste iam septuagesimus annus est.* Mors Iudæ Machabæi in conflictu contra Bacchidem & Alcimum, refertur à R. ex 1. *Mach.* 9. 18. Adrich. *ann.* 3805. signat mensem, sed non diem. Vide fustius diem 28. n. 7.

14 Anno 3. Christi à Reufn. signatur eius complacentia erga infantes & parvulos, ex *Marc.* 10. 13. Certius, Assertorem nostrum hac die proximum ultimæ Paschari, rediisse ex Bethania in templum, in itinereque ficui sicubus carenti, maledixisse; & vesperè rursus exiisse in Bethaniam. Alap. in *Chronotax.* n. 63. & Marian. in *Dibr.* n. 3. Parabolam vineæ proponit, ingratitude agrorum, audaciam eorum, non reverentium filium, ad illos missum, & illorum exitium; quo ab urbe discessit. Gislant. & Castell.

15 Apud Romanos *Hilaria, Matris Deum festa.* Lamprid. *Veneritum à mulieribus sacrificandum.* K. V. at de huiusmodi festis die 25. Equinoctium, de cuius feriis Aufonius, *Edyl.* 26. v. 11.

Quatuor illa etiam discretis partibus Anni. Solstitia, & lucis nocte dieque pares. Spectaculum gladiatorum in Quinquatrijs. Vid. die 19. à n. 10. Rosin. 4. *cap.* 7. & Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 22. Apud illos, inolevit cogitatio renovationis Phœnicis, quæ fiebat Sole ingrediente Arietem. Plin. *lib.* 10. *cap.* 2. ubi vel ipse ridet allatum

for necis filij Palamedis, à Græcis astu Ulyssis interfecti; igitur cogitantibus lucem versus portum, inter vortices & cautes inevitabile invenere naufragium. Timæus Locrus, *Histor.* lib. 2. astruit Aiace[m] evasisse naufragium: Senecaque in *Medea*, à v. 659. & *Agamemn.* à v. 525. propter blasphemiam in Neptunum ab eo suffocatum cum Homero ait. Videtis Delt. hic, & quæ dicta, 6. *Januar.* n. 23. Quod quidem contigit in æquinoctio vernali, ut ait Servius in illud Virgil. *II. Aneid.* v. 259.

Idem.

— *Scit triste Minerva*

Sidus, & Euboica cautes, altorque Gaphareus.

18 Necdum quievit ira Minervæ. Cùm post tertium annum ob flagitium Aiæcis, gravissima in Locride grassaretur pestis; oraculo cives edocti non aliter posse placari Minervam, quàm sacrificio centum virginum quotannis, ad mille annos. Polyb. *lib.* 12. Duas tantùm ex centum nobilitatis familijs sorte mitti Troiam quotannis; asserunt Timæus Siculus, 2. *Histor.* ex quo Natal. Comes, 1. *Mithol.* cap. 10. & Kircher. 1. *Oedip. Copt.* syntagn. 3. cap. 10. simulque Ludov. Nonnius in *Goltz. Græc. Tabul.* 18. Scientes Troiani votum, virgines Locrenses, obviam prodeuntes, si comprehendissent, Minervæ mactabant, & corpora earum sterilibus lignis exurebant: si verò effugere quibant manus vigilum militum insidiantium ingressum illarum in Ilium (etenim ibi si pervenissent, immunes à nece) Minervæ in templo inserviebant tonso capite, & nudo pede, ut refert Tzetzes in *Cassandr. Lycophr.* qui ibid. asserit, finito bello Phocico (de quo 8. *Iun.*) sub Philippo Amyntæ, consummatum tempus fortis funeste: Plutarchus apud Nonn. d. *Neque diu fuisse* (inquit) *quod Locri virgines deserunt ad Troiam mittere ob Aiæcis libidinem.* Hinc apud Locros effigiata Minerva in numismatibus, & ex altera parte stella resurgens, *Goltz.* d. quæ stella lucida Arietis dicitur à Servio loc. cit. *Minerva Arietis esse dignoscitur, sicut manubria Minervales fulmina in tempestatibus.*

Lucida Arietis tributa Minerva.

19 Apud Ægyptios pompa capitis Arietis, de qua ac pompæ ritu agemus die 27. ut asserit Pherecidas: igitur Kircher. loc. cit. hodie ex Ægyptiorum sententia sacra Ammonis signat, utpotè hieroglyphici Signi, cœlestis, vel imaginis Amun, sub cuius titulo Iupiter; quia Sol die 21. Arietem percutit radijs, quæ mundus floret. Abenephius in *Histor. Arabic.* subdit: *Ideo Ægyptij volentes indicare virtutem Amun Dei, Præsidis mundi, Arietis pingebant*

Tom. I. Ephem.

figuram. Hinc intèr hieroglyphica, erat caput humanum criomorphon, idest, cornibus arietinis conspicuum, cuius capitum canistrum impositum, in quo Delta seu Triangulus cœlestis, cuius in medio litera M. Ita Kircher. in *Prodrom. Copt.* cap. 9. *Obelisc. Pampb.* lib. 4. hierogrammat. 2. & Georg. Heruvart. in *Theat. figur.* 38. Aliter pingitur à Marc. Milefio: in figura ovali scilicet, prominente Arietis capite cornibus lucidis, deorsùm globus flammeus scintillans, cum nominis Amun literis, & signo Osiridis capite accipitrino; quasi Signum Arietis ingrediente Sole, terra calesceret, ac calore floreret & germinaret: de quo Kirch. loc. cit. *lib.* 2. *cap.* 6. *liter.* B. Diodor. *Sicul.* *lib.* 17. Herodot. *lib.* 3. Quint. Curt. *lib.* 4. *cap.* 7. alijque plures apud Freinshem. hic. *Lucan.* *lib.* 9. à v. 512.

Imagines Amun.

— *Stat corniger illic*

Iupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,

Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon. Quareis Æthiopum populis, Arabumque beatis

Lucan.

Gentibus, atque Indis unus sit Iupiter Amon. Videtis latè die 27. à n. 15.

20 Celebris quoque dies inter Persas propter collectionem rosarum à Magis in conciliationem gratiæ Principum. *Si Princeps quispiam sacer vel profanus sit adeundus, quem tibi conciliatum velis, ut & te amet, & votis tuis faveat, atque benignè respondeat; observandum esse cœli situm, cum Sol vel in Ariete vel in Leone gradu eo ascendente fertur, quem Luna lato felicitate aliquo aspectu intueatur. Hic tu pialam rosaseo nitidissimo plenam, in manum dextram sumens, facie adversus Solem conversa, summis pedibus insistens, & pialam prætendens, in hæc verba duodecies repetitione facta, voce clara orationem habet: Salvere te iubeat Deus, ò Planeta, tuo potens lumine, ac omnigenæ felicitatis fecundissime, qui tam formosus, tamque omnibus exoptatus, tam beneficus oriris radiorum diffusione micantissimus, &c. ait Pier. Valer. *lib.* 55. *cap.* 8. Vide Iul. Cæsar. *Bullenger. Advers. Magos*, lib. 2. *cap.* 16. In propositum Virgil. de *Rosa*, accinit:*

Collectio Rosarum.

Ros unus, color unus, & unum mane, duorum Virgil. Sideris & floris est, domina una Venus.

Arbitraretur hoc potius fieri, quia inter Persas erat tempus nuptiarum. *Nuptiæ* (ait Ctesias in *Persic.*) *in initio vermi æquinoctij celebrantur. Sponsus in thalamum venit, come sto prius malo, vel cameli medala: præter id nihil eo die.*

Pompa capitis Arietis.

21 Inter Indos hodie fiebat circuitus pompofus in obsequium ac venerationem imaginum Numinum. *India Gentium antiqua consuetudo fuit* (inquit Scaliger de *Emendat. tempor. lib. 5.*) *nudos & decalvatos, magnisque ululatus personantes, simulacra demonum circuire, angulos osculari, & projicere lapides in acervum, qui quasi pro honore Dijs extruebatur. Faciebant autem hoc bis in anno, Sole scilicet existente in primo gradu Arietis, & rursus cum esset in primo gradu Libra: hoc est, initio veris & autumnii. Hac ergo consuetudo cum ab Indis, ad Arabes descendisset, eamque suo tempore apud Mecham in Veneris honorem Mahumeth reperisset; sic illam manere precepit. Decursu temporis inolevit superstitio, & in Mecha (ubi ostenditur quadrata domus Mahumeth, ædificata primò ab Angelis (ride) & ab Adamo sæpe visitata, quæ ne aquis obrueretur in diluvio, translata fuit in sextum cælum, habitaculum pacis, quò manet; igitur quæ ibi videtur, post diluvium ab Abramo fuit erecta, pristina omninò similis, quia umbra de cælo ei missa est) videres (ait Gabriël Sionita in *Arab. Republ. cap. 7.*) nisi rideres potius, hominum turbam deosculantem atque amplectentem maximo cum ardore & affectu lapidem quendam, quem Nigrum vocant. Aiunt enim hunc lapidem esse margaritam ex paradiso, cuius lumen universum Mecha territorium illustrabat, quæ tamen ob hominum scelera denigrata est. Alij dicunt lapidem illum esse Lapidem Mnifurim, ex magia Zoroãstri, & Chaldæorum superstitione: de quo Pfellus de *Operat. demon.* & Gilbert. Gaulminus in *Notis*, inquit: *Si ex demonibus verum aliquem sermonem audire cupias, aram appara, & sacrificia lapidem Mnifurim. Habet enim hic lapis vim advocandi maiorem demonem, qui occultà ratione materiali genio applicatus, rerum exquisitarum veritatem insufurrat; quam ille homini interroganti profert. Indicat enim nomen ipsum, quo in advocacione utendum est, una cum lapidis sacrificio. Credat Iudæus apella. Vide Alap. in *Proverb. 26. 8. & 10. Septembr. n. 7.***

Circuitus in honore idolorum.

Templum Mecha.

Lapis niger.

Mnifurim.

gest. ann. 424. ante N. Salvatoris ortum; signat singularem Solis eclipsim. Qui sub hoc horoscopo nati, maximè radiante stella benevola, erunt Duces: sin autem, contumaces & fures, & ad peregrinas transferent nationes. Iul. Firmic. *Vir capite canino levà baculum gerens, dextrà noctuam.* Sph. Arab. A Francisc. Iunctin. in *Kal. Speculi Astrolog. Vesperò oritur Lucida Corona.*

2 Quinta dies orbis, in qua Deus exornat aërem avibus, & aquam piscibus, utrumque ex aqua producens. *Genes. 1. à 20.* Rabbini mirè iocantur legentes *Cete grandia*, v. 21. imò blasphemant. Fingunt duas balanas esse à Deo factas præ cæteris, masculum & fœminam: hancque illicò occidisse, ac servare iustis, ut cum Messia epulentur: masculum secum habere, ut cum eo certis diei horis singulis diebus ludat, iuxta illud *Psal. 103. 26. Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Ita R. Eliezer in *PirKe*, Elias in *Tisbi*, & Abenezra in loc. cit. *Genes.* Etiam invenitur huiusmodi nugamentum 4. *Esd. 6. à v. 49.* ex quo loco ab eis desumpta fabella, & à Talmudistis, *Ordin. 2. tract. 1. distinct. 14. & Ordin. 4. tract. 8.* Sugillantur ab Abulens. Lyran. Alapid. in loc. cit. *Genes.* à Genebrard. in *Psal. pref. n. 29. & A Silto Senens. 2. Bibliothec. Liter. T.* in hoc die à Deo Abrahæ impositum præceptum de immolando Isaac, cum esset puer annor. 25. Rab. Abrah. ex *Genes. 22. à 1. Ioseph. 1. Antiq. cap. 14.* Etiam hodie post 112. ann. ab hoc præcepto, & 137. à nativitate Isaac, ut placet Briet. *Ann. 2276.* Esau fugiens, Iacob transijt vada Iordanis pauper & solus, uti dives revertens dixit: *In baculo meo transivi Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis egredior.* *Genes. 32. 10. & Adrich.*

Cete grandia.

Præceptum de immolando Isaac.

Iacobustræ fit Iordanis.

3 Post summersionem Pharaonis & salutem Israël gratias agentes Deo, tam hoc quam duobus seq. diebus egredientes de Mari-Rubro profecti sunt per desertum Sur (in quo invenit Angelus Agar errantem, ut notat Hieronym. de *Loc. Hebr.*) diciturque *Numer. 33. 8. desertum Etham*, distinctum ab *Etham*, 3. Mans. quia *Etham* sonat *Forte* vel *Magnum*, accepto nomine pro nominis expolitione: igitur desertum illud magnum, cum per tres dies non invenissent aquam. *Exod. 15. 22.* Adrich. *Genebr. & Leon. Mar. Anno 41.* ab egressu, norum fit Israëlitis præceptum de obeunda Iericho, & fit prima circuitio Civitatis, præcedentibus armatis filijs Israël Arcam fœderis, quam Sacerdotes portabant, clauden-

Prima circuitio Iericho.

DIES XXII. MARTIJ.

XL K. 1 Secundus Solis in Ariete gradus, in quo *Cancer tergo oritur: Aufert stat. Ptol. Spica manè occidit.* Kal. Pontific. Ambros. Novidij ex Fastis, & Reusner. cum Nicol. Leonico Ricciol. in *Alma-*

gen-

gentibus ex his septem iubileorum buccinis: vulgus sequebatur etiam tubis personans, revertebanturque universi in castra. *Iosue*, 6. à 1. Leonard. Mar. Adrichom. *Serrar. hic quæst. 6. & 31. & Seder-Ol. cap. 11.* Quia prima circuitio facta præsumitur à Iosue die primo festivitatis Phase; expugnationem Iericho hac die perfectam autumat Hæye, in *Chronic. sacr. cap. 20.* dicemus die 28.

Pestilentia in Israel regnante David.

4. Post 433. ann. ut arridet Turselino, Briet. & Saliano; serpit pestilentia in Israël, eò quod populum sanctum contra legem numerasset David: de quo Expositores consulesis. Prædixerat Gad Regi de peccato dolenti per tres dies: quam quidem elegit David inter tria mala, quippe Dominus vel flagellando multum misericors. Torniiell. à n. 1. ex 2. *Reg. 24. 15. & 1. Paralip. 21. à 11.* Vid. 2. *Iun. n. 8.* Eodem die consilium Merodach, seu Mardokempadi, vel Nabopolassar, qui dicitur Nabuchus; victo Deioce (qui in Scriptura Arphaxad) de universali Monarchia. *Iudith. 2. 1.* Ab hoc Rege initium regni Babylonici, qui floruit usque ad Balthasarem interfectum per Darium Medum & Cyrum, Babylonis debellatores. Merodach fuit proavus Nabuchi magni, ut suis locis videbimus: de illo Briet. *Ann. V. G. 75.* inquit: *Vir sine dubio magnus, & semper victor quandiu bellum cum hominibus gessit.* De illo asserit Genebrard. *ann. 3440.* unum fuisse ex decem, quos non percussit Angelus in exercitu Sennacherib. R. Salomon ex *Talmudicis histor. in cap. 3. Daniel.* non Merodach, sed Nabuchum magnum fuisse, asruit.

Merodachi consiliu de Monarchia universali.

Evastu à cla de Sennacherib.

Vir Iudith moritur.

Antilogia.

5 Moritur in diebus messis hordeaceæ febre contracta ab æstu Manasses vir Iudith, qui sepultus in Bethulia cum patribus suis. Reuclin. ex *Iudith. 8. à 2.* Occurrit Antilogia, quoniam cum occidisset hæc Holofernem 3. Augusti, ut videbimus, num. 4. ibid. v. 4. dicitur: *Vidua iam annis tribus & mensibus sex.* Ab hoc die usque in Augustum non sunt sex menses. Sanctius hic n. 1. cogitat, non hic numerari tempus à morte viri, sed illud quo cum viro vixit. Græc. textus necit discordantia: igitur legit, *Annis tribus & mensibus quatuor.* In Scriptura variè sermo in numeris incompletis.

Ionathas obsidet arcem Sion.

6 Quandiu inter Philometorem & Asæ Reges (Demetrium Nicatorem, & Alexandrum Balzum) gliscebant prælia (ut relaturn, 22. *Februar. à n. 6.*) Ionathas Machabæus cœpit cum suis obsidere arcem Sion, ut nihil à præfidiarijs paterentur in templum introeuntes. Opportunum tempus il-

Tom. 1. Ephemer.

li visum, quoniam dissidijis intestinis haud facile à Syria auxilium: at cum in solio sederet Nicator, à desertoribus religionis, qui eò confugerant, de re monitus; continuo exandens cù exercitu venit Ptolemaidem, quò in iudicium vocavit Ionatham; sed minoribus multis & pretiosis, quæ Regi obtulit, habitus est honorificè, & confirmatus in Pontificatu, addito à Demetrio in eius gratiam; ut pro veltigali Indæ, & alijs Toparchijs, solverentur duntaxat trecenta argenti talenta. Die 22. *Nisan* expeditum privilegium; astruit Ravelin. ex 1. *Machab. 11. à 26.* Petr. Comestor, *hic cap. 11. Ioseph. 13. Antiq. 8. Adrichom. Ann. 3805. & Salian. 3969; cum Torniiell. ibid. n. 2.*

Faustus à Nicatore.

7 Tunc Demetrius ignorans ignem sub cinere latere, cunctaque sonare pacem, dimisit veteranum exercitum, cui præerat Tryphon, Dux inclutus, ac in bello nominatus, minuens emeritis stipendia, quibus regnum obrinuerat; retentis solummodò secum peregrinis, illos munificè honorans, quos ex Creta attulerat. Unde invidiam sibi conciliavit apud indigenarum exercitum, cui vel tempore pacis stipendia numerabantur, ut hoc pacto milites alacriores fierent, ad subeunda pericula tempore belli. Indignati ergo milites commovebant Antiochenos in rebellionem, sed magis indignatus Diodotus, qui postquam regnum arripuit Tryphonis nomen sibi ascivit, ut notat Appianus, in *Syriac.* igitur exautoratum se cum milite gravissimè tulit. Quapropter cum pridem Alexandri Balæ esset amicus, & secretè in Arabia filium habere, cui nomen Antiochus Theos, celeriter properavit ad nutritorem Emalchaëlem, ut puerulum sibi traderet; quoniam in throno patris collocare valebat, secum adversus Demetrium indignatum habens Syrorum exercitum veteranum. Ibid. à v. 38. Pro tunc Emalchuël non acquievit consilij Tryphonis, qui in Arabia mansit, quousque nutritorem in consentum traxit, & puerum eius fidei imprudenter credidit. Ioseph. d. *cap. 9.* Gliscebant in Demetrium insidie, equidem corrupti etiam fuere Antiochiæ cives suggestionem Tryphonis traditâ notitiâ de filio Alexandri. Sanctius, hic, n. 22. *Recuperato paterno regno, Demetrius (ait Iustinus Histor. lib. 36.) & ipse rerum successu corruptus, vitij adolescentia in segnitiam labitur: tantumque contemptum apud omnes inertia, quantum oarû ex superbia pater habuerat, contraxit.* Haud periculum effugisset, ni à Ionatha iuvaretur, ut videbimus, 22. *Iun. à n. 3.*

Tryphon ab illo deficit.

Et Antiocheni.

8 Reufner. hac die præfigit Lazari mor-

tem, cum Iesus esset in Iericho, hospes Zachari, unde egrediens sanat cæcum mendicum, vadit in Ierusalem, & in itinere passionem suam & resurrectionem discipulis prædicit, repellens filios Zebedæi ab ambitu. Gislandis diversis in diebus signat sermones Salvatoris de Iudicio universali, & etiam hac die dicit, illi interrogatum, quid de Christo sentiret: factam parabolam de Rege, qui fecit nuptias filio suo, & sermonem de obedientia Doctoribus legis habenda, vel contra legem operantibus. Idem Adrichom. Tornicellus; & Baron. Additque Alapid. num. 64. quod Iesus à Bethania in urbem revertens, cum discipuli ficum arefactam mirarentur; quanta esset virtus vivæ fidei & orationis ostendit. Phariseos sibi pertinaciter obstrepentes confutat; eisque excidium denunciat: illi ut caperetur in sermone, quæstiones captiosas & ambiguas proponunt de censu, resurrectione & mandato legis maximo; quas prudentissimè exposuit. Marian. n. 4. Vesperè postquam viduæ donum minutum acceptabilius præ cæteris Numini, laudavit; discipulis fabricam templi mirantibus, eius prædixit ruinam: post interrogatus in monte Oliveti de excidij tempore; dedit simul eis signa consummationis urbis & orbis. Deinde illis proposuit ignotum esse diem iudicij, & ad vigilandum exposuit parabolam servi pigri, virginum decem, & diluvij Noëti, simulque formam iudicij universalis. Idem ibid. & Castell.

9 Romæ dies quartus ex quinquatrijs. V.K.R. Hilariæ Matri Deum facta, astruit Bucelin. Agendum die 25. à n. 17. etsi hæc Soli, illa Magnæ Matri tribuantur. *Fortuna Calva* sacra fiebant intra quinquatria. Salas in *Parerg.* Quid vel qualis *Fortuna Calva*, inter Antiquarios creperum: distincta prorsus à *Venerè Calva*, de qua die 15. num. 31. aliquid prælibatum, & ex professo agendum, 28. Decembr. Alexand. Neapolit. lib. 1. cap. 13. Legitur quoque (inquit) *Fortuna Calva*, quam sub tecto nominare religio non finit. Haud sanè invenitur fortuna, domi manendo. Labor omnia vincit improbus. Unde ut observat Macrobius, 5. *Satur-nal.* cap. 16. Homerus Fortunam non novit: ignoravit vocem *Tyche*: labori concessit, quod forti iurè negavit. Cæc. Rhodiginus, 21. cap. 29. exponens illud Plinij, lib. 18. cap. 2. *Seiam & Segestem Deas*, quarum simulacra in Circo videmus, tertiam ex his nominare sub tecto religio est; subdit: Ad Fortunam spectat. Sunt qui de Calva intelligant Fortunam. Alio nomine dicitur *Neme-*

sis, Tyche, Nortia, de quibus Gyraldus, *Syn-tagm.* 16. n. 4. nosque suis in diebus; longè ab acceptione plurium, fulcro auctoritatis Augustini, 4. *Civit.* cap. 8. qui non de Fortuna, sed de titulis Dearum pro frugibus, dicit: *Sata frumenta, quandiu sub terra essent, præpositam voluerunt habere Deam Se-iam: cum verò iam super terram essent, & segetem facerent; Deam Segetiam: frumentis verò collectis atque conditis, ut tuto servarentur; Deam Tutilinam præposuerunt.* Vid. 26. *Februar.* n. 14. Haud cogitatio in propositum *Fortuna Calvæ* sub *Tutilina* notione: equidem hæc invocabatur periculosis subitisque in rebus, ut asserit Vives in loc. Augustini cit. *Fortunam* verò *Calvæ* nominare sub tecto, nefas, ut vidimus.

10. Haud in veteribus AA. invenitur, unde *Calvæ* Fortuna dicenda, vel dicta. Divinare necesse. Haud aberrat Gyraldi cogitatio, d. n. 7. quò *Occasionem* vocat *Calvæ* *Fortunam*. De *Occasione*, eiusque imaginibus iam actum, 25. *Februar.* n. 13. quibus præcautum, ne oscitantia præteriti homines sinant obvia fortunæ bona. *Occasio* & *Fortuna* eiusdem conditionis sunt: ita igitur fugaces, ut si quæpiam dona offerant, statim sint arripienda; ne continuo effluant, vel prætervolent; quippequam gaudia non remeant, sed fugitiva volant. Hac de causa Cupiditas picta comam sincipitis Fortunæ (offerentis Amaltheæ cornu) tenaciter apprehendentis, uti hedera quæcunque occurrunt. Otho Vænius, *Emblem.* 88. *Amor.* *Occasionis* & *Fortunæ* posteriora calva sunt. Si occurrunt, nec sæpe, nec diù. Nunquam in eodem statu permanent: quapropter Martian. Capell. *Philolog.* nupt. lib. 1. *Fortunam Desultoriam* vocat (quem sequitur Rhodigin. d.) quoniam hinc inde, huc atque illuc, ultrò citròque fluibunda luxu, levitate pernix, levior arundine, desultoriè vagatur: & ni quamprimùm manu apprehendatur, quippe non sedet, lubrica & ludicra non apprehenditur.

11. Perspicuò visum in Fortuna Sergi Galbæ Imperatoris in ipsa senectute, de qua agemus in *Fortuna Viscosa*, 25. *Maij.* Suetonius in eo, cap. 4. *Sumptà virili togà* (refert) somniavit *Fortunam* illi dicentem; *Stare se ante fores defessam, & nisi oculis reciperetur; cuiuscunque obvio præda futuram. Utque evigilavit, aperto atrio, simulacrum aneum Deæ, cubitali maius, iuxta limen invenit.* Elucet quam desultoria fortuna, & sine occipitis capillitio, si occurrit interdum, *Calva*. Non habet, quo teneatur, ut maneat domi. Primò ceu multivola venien-

Christi ge-
sta.

Fortuna
Calva.

Hilariæ.

Que Fortu-
na Calva.

Tutilina
Dea.

Fortuna cal-
va est occa-
sio.

Fortuna cum
desultoria

Fortuna
Galbæ Im-
peratoris.

niēti occurrit, si pulsanti ianuam illico fortunatus non aperit. Manil. 4. *Astronom. v. 96.*

Manil. *Nec fortuna probat causas, sequiturque merentes;*

Sed vaga per cūctos nullo discrimine fertur.
Videfis imagines apud Hemelar. *Numism. aur. Tabul. 15. & Carthar. de Deor. Imagin. a pag. 303.* Ingeniosa fuit ab Archilocho efficta, quam exponit etiam Ravius Text. in *Epithet. v. Fortuna.* Effigies erat anus fœminæ, sinistra aquam gestantis, dextra flammam. Patet fortunæ mutabilis levitas, & in contraria; quæ equis cæcis cæca vehatur, cuius gaudium præcipitium. Ibid. Lucan. 4. *Pharsal. v. 390. & Ovid. ad Liviam, v. 374.*

Lucan. *Nunquam fortuna labat, successibus anceps.*
Ovid. *Fulminat & cæcis cæca triumphat equis.*

12. Ibidem dies fammigeratus propter Amori seu Cupidini sacra. Plutarch. de *Dieb.* Plura volumina necessaria, si Cupidinis dicenda execranda, & Amoris festa. Duplici noscebatur titulo & nomine, & pictus duplici facie adinstar Fortunæ, cuius servus (ut pingit Charthar. d. pag. 336.) mutato vultu, sæpeque adverso, potissimè ornato velamine Amoris dolo; equidem nudata eximia cordis dilectio, apparet inter homines sine apparentia Cupido. Hic dicitur filius Veneris nigræ, ille autem cœlestis Uranæ. Quilibet habet suum Anterota. Similis similem querit, & ita vigent. *Cupidinis artificium* (ait Calistrat. in *Exposition. Statuar. seu Icon. Philostrat. Junior.*) *Ipsemet Cupido, puer, floridus, tener, alis præditus & arcum tenens.* Anteros simili formâ. Oth. Vænius d. *Emblem. 1.* cum epigraphe:

Oth. Væn. *Unam amat, en effert unum, unum ecce coronat,*

Et reliquos numeros en pede calcet Amor.

Ethnici non solum affruerunt fabulis ludicrisque figmentis, sed etiam artibus Magicis. *Iamblicus* (inquit in eius vit. Euanapius) aliquando *Gadara* thermas Syriacas, cum discipulis accessit, ubi duo erant fonticuli, quorum uni *Eroti*, alteri *Anteroti* nomen esset: contractaque manibus utriusque lymphæ, paucisque admurmuratis verbisculis, de primo fonte passionem excitavit candidum, capillitio fulvo, facie decorâ, membris agillimis, qui totus lavanti aut loto similis erat. Mox alium Amoreculum ex alio fonte elicuit, prioris per omnia simillimum; præterquam quod nigrantibus comis, non secus atque aureis illuminabatur; ambasque passiones certatim complexus *Iam-*

blicus, & illi tanquam patri adbarebant; quibus ille tantisper blanditus, demulso utriusque capillo, suas eos in sedes & vestigio restituit. Eadem apud Bonifac. Rhodigin. *Histor. Ludic. lib. 19. cap. 11.* De lacu loquitur Strabo, 4. n. 307. Iuxta *Gadaram* collocat; cuius aqua ita noxia, ut pecora eâ gustata, pilos, cornua & unguis amittant. In hunc lacum grex porcorum permittente Christo, agitatus a demonibus suffocatus est. Nonnullis sedet, apud *Adrichom. In Manasse 2. n. 64.*

13. Anteros pingebatur, ut constat ex eiusdem statua, *puer nudus ac formosus, in ulnis geminos generosos gallos, & se in capat impellentes habens.* Anteros ergo non Amoris abolitor, sed potius mutuus amor erat: quo nato Cupido adolescere cepit, & alas explicuit: quin quoties præsens Anteros adesset; Cupido formosior & procerior: absente illo, contra accidere videbatur. Charthar. de *Imagin. pag. 325.* Ad dicta 20. *Ianuar. a n. 16. & huius mensis 25. a n. 22.* Athenienses Anterota sumebant pro Antirote; cuius statua in gymnasijs. *Cupidinis & contrarij Numinis* (Eros scilicet & Antirotis) Pausan. *cap. 202.* Ita oppositi Amores, quoniam sub Amoris larva latent Cupiditates. Non enim Venus geminorum mater Amorum, ut blaterant Poëta. Terreno cœleste non potest iungi genus. Gemini sanè sunt Amores & discordes à principio. Bifariam advenit Amor: & dum animus afficitur erga honesta, & erga turpia; queis affectus detestabilis & plausibilis. Athenienses Amorum simulacra in gymnasijs consecrabant. Dum studijs imbuiere filios suos dicebant, mancipabant lasciviz. *Cui incommodo fortè Romani* (subdit Charthar. pag. 327.) *ut obviam irent, non Cupidinem solum in gymnasijs, sed eum Medium inter Mercurium & Herculem collocarunt, ut significarent, eum cum virtute ac ratione debere esse coniunctum.* Dicendum 5. *Iun.*

14. Hinc Cupido dicitur suffocatio veri amoris, ut ait Gyraldus ex Socrate syntagm. 13. n. 44. Imaginem Amoris cæci, alati & sagittiferi, Servius in 1. *Æneid.* Virgilij, tanquam insignia Cupidinis interpretatur: *In Amore* (ait) *Cupidinis nomen ratione non caret: nam quia turpitudinis est stulta cupiditas; puer pingitur: quia fatuus ut infans nec loqui didicit: alatus, quippe usquequaque mutatur. Denique sagittifer, quia ille illarum adinstar velox & instabilis: quandoquidem faces accendit, ac accensas unâ extinguit. Sæpe itaque conditione facis*

Imago Anteroti.

Eros & Anteros.

Cui Cupido in Grecorū gymnasijs

Medius in Mercurium & Herculem.

Imagines Cupidinis.

Eros & Anteros.

facis focus pectoris : quo extinguitur , ardet ; simulque quo ardet , extinguitur. Solus nihil facit , nec Hercules sine Cupidine comite. Oth. Vanius , *Emblem.* 17. sed multoties sub amoris specie , ut amicum portet , succumbit perfidia & dolus. Idem *Emblem.* 19. Splendet seu vitrum , sed leviter frangitur ; pretiosusque videtur quousque probetur , ut in ignibus aurum. Ovid. 1. *Tristium.* , *Eleg.* 4. v. 25. Tribulatio est Lapis Lydius , raroque Sol fidei debite fulget nubilo tempore. Idcirco qui vere amat Herculem inquit , atque Fortunam repellit. Quare lemma eius imaginis : *Cum Hercule , & sine fortuna comite.* Vanius , d. *Embl.* 27. Siccine etiam pictus , larvam proculcans. *Ibid.* 28. Amorem nihili fortuna pudet ; quia in & pro cupiditate , ius datum sceleri. Hoc intuitu discriminis Amoris & Cupiditatis , variaz imagines Amorum ; quorum alijs in manus faces , alijs sagittas , alijs laqueos , vincula , tricas , alijs venabula , hamos , variaque tela , in signum insidiarum doloseque perfidie percussu tribuerunt. Fusè Claudian. in *Nuptijs Honorij & Mariae* , à v. 72. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 29. à v. 2. & Franc. Petrarch. de *Triumpho Amor.*

15 Amor verus , qui honestus & proprie Amor , habet plura eximia ; ideoque sine pretio pretiosissimus existit , quippequam dilectionem & non se querit. Vincit vel dura , cui constantia sine fine. Ubi dudum Otho Vanius , *Emblem.* 10.

Non hunc longeva vetustas
Fortuna , aut tandem terminat ulla dies
Terminus cedere renuit Iovi , & cedere non
repugnat amori , frenos rumpit , & calcans
mensuram proterit. Contra Nemesium surgit ,
& pravalet. Nulla via invia amori. Dum
hunc discrimina arcent , nulla Lupata , mo-
dus , lex , retinacula movent. Ærumnis , ve-
xationibus , acerbitatibus , tormentis pro-
batur fides. Hæc amoris veri imagines , qua-
rum insignibus eius præclara conflatur glo-
ria. Miser sibi videtur sine miseria , pro di-
lecto in vehementiorem dilectionem parat.

Fortior qui pugnat amore.

Ut ait Ovid. *Epist.* 13. v. 83. Sanè pugna , sed fortuna repugnante , commendabilior ex certamine victoria , trophæumque erigit fidei gemmis amicitia.

16 Amor vel aureus sæpe cadit : verum etiam sæpe vel in aridis floret. Plura usquequaque inveniuntur vel inter Ethnicos , quæ splendet firma fides ; fusè tractat Valerius Maximus , *lib.* 6. à *cap.* 6. Bonifac. Rhodigin. in *Ludic. historia* , identidem :

Plutarch. in *Demetr.* pro Mithridate ; & in *Græcis* ; similiterque in *Clar. Mulierib.* uti accidit uxoribus Minyarum , de quarum articulo ex Herodoto dicemus , 20. *April.* Sæpe erit in fidei & amoris commendationem ; quod in *Pompeio* refert Plutarchus de *Hipocrate* : *Hæc Regina Mithridatem conjugem suum effusis habentis charitatis amavit ; propter quem præcipuum forme suæ decorem in habitum virilem convertere ; voluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis equo se & armis assuefecit ; quo facilius laboribus , & periculis eius interesset. Quin etiam victum à Cn. Pompeio , per efferas gentes fugientem , animo pariter & corpore infatigabili secuta est : cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum solatium & iucundissimum lenimentum fuit ; cum domo enim & penatibus vagari se credidit , uxore simul exulante.* Hactenus Valer. Maxim. 4. *cap.* 6. n. 2. Satis ergo de parergis ad Amorem & Cupidinem.

17 Ibidem eodem die statuz erectæ in Quinquatrijs Manio Martio , & Trebio Adilibus in Capitolio & Palatio. Franc. Modius in *Triumph.* pag. 97. Meminit Alexand. ab Alexandr. *lib.* 4. *cap.* 4. ubi : *Adilibus sacrarum rerum procuraciones , & totius urbis tutela sæpe commissa. Ad quos etiam senatus consulta & scita plebis , ut in eæ sacra conderentur , deferbantur ; preparando convehendoque frumeto & oleo , ne urbs penuriâ annonæ , neque caritate laboraret ; utique commeatus , quaque bello usui forent , in castra deferrentur ; Adilium muneris erat. Idè Manius Martius & Trebius , Adiles plebis , quod in summa caritate frumentum populo in modios assibus dedere , commeatusque invexere ; statuas in Capitolio & Palatio cum titulis honorum meruerunt.* Sumpsit ex Plinio qui *lib.* 18. *cap.* 3. utriusque meminit ; & de Trebio subdit : *Quam ob causam & ei statuz in Capitolio & Palatio dicatæ sunt. Ipse supremo die populi portatus in rogum est. Quo verum anno Mater Deum advocata est Romam , maiore ea estate messem , quam antecedentibus annis decem factam esse tradunt.* Ita ex Chiffetio huc. *Adi diem* 28. n. 16.

18 Haud minùs celebris in Græcia dies : in eo sacra Atz , filiz Iovis , quæ diversis implorabatur titulis ; sed non honoris : equidem dicta *Lesio* , *Noxa* , *Discordis* , *Genius-malus* , *niger* , ac demùm *Erinnys* : Latine *Furia* , & à cunctis vel Ethnicis *Dæmon*. Sanè , *Dij Gentium Dæmonia* ; quorum perspicua veneratio etiam sub notione *Dæmonum* ,

Varij esse
Sunt.

Verus Amor
cum fide for-
tuna aduer-
sit.

Oth. Van.

Suas præcla-
ra gesta.

Ovid.

Hipocrate
Regina Pom-
peii.

Manio & Tre-
bio.

Statue Ma-
nio & Tre-
bio.

Ate Dea.

num; interpretatione Principum; ut iam actum, 2. *Januar.* n. 13. Decyllus, lib. 1. de *Urbib. Natal. Comes*, 1. *Mytholog.* cap. 18. *Tanta fuit* (inquit) *horum Deorum crudelitas; ut Lætionem, quam Aten vocarunt Iovis ipsius filiam esse tradiderit Homerus.* Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 100. *Ate Dea, vel Dæmon potius.* Phosphoros dicebatur, idest, Lucifer, observat Suidas, de quo infr. Ideo inter Furias inferni cives nota *Erinnys*, hoc est, *mala mens*; & Ate prisca omnes mortales lædens; quippe mentem tantum habet in lætionem. Stobæus ex Pindaro, cap. de *Crudelit.* à v. 16. accinit:

Ex his Ate apparet, quam ubi Iupiter ipse Misericordiam; tum aliam alter habet.

19 Ipsa non solum in homines maligna, sed & ipsa malignitas; secum trahens quicquid orbi nocere valet. Quid si humano generi tricus, laqueis, insidijs & dolis perfidè vigil; si in patrem Iovem callidissimè insurrexit? Haud aliter Dux Achivorum Agamemnon suam excusavit cæcitatem & seductionem, apud Homer. 19. *Iliad.* à v. 67. illos alloquens:

In tenebris agens Furta cum reliquis Qui mihi in conclone menti iniecerunt savam noxam.

Sed quid facerem? Dea omnia perficit Veneranda Iovis filia Ate, quæ omnes offendit Perniciosa. Huius quidem molles pedes. Non ad terram

Appropinquat, sed per virorum capita incedit, Lædens omnes: itaque alterum irretivit: Etenim iam olim Iovem læsit, quem præstantissimum

Hominum & Deorum dicunt esse.

Lænos pedes fingitur habere, quia in mentem introducit propter prævicationem; quia affuisse sentiat, quousque malum ex consensu suggestionis cognoscitur. Mythologiam videtis apud Ioann. Spondan. hic, & Chartar. pag. 330. Comites querit ut fuger ex orbe virtutes, à virtute homines, & etiam è vita, & Conditoris Numinis gratià, ut summat iratus fulmina. Cuncta secum inferni monstra in hominem compellit, vel adducit. Petronius, *Carm.* 19. à v. 254. accinit:

At contra sedes Erebi quæ rupta debiscit, Emergit latè Ditis chorus, horrida Erinnys, Et Bellona minax, facibusque armata Me-

gæra, Letibûque, Insidiæ, & lurida Mortis imago; Quas inter furor, obruptis ceu liber habenis, Sanguineam latè tollit caput, oraque mille Vulneribus confossa cruenta casside velat, &c. Optime illustrat hic Gundifalv. de Salas, quem videtis.

20 Hæc mala filia Iovis vel in cælo perfecit, & inter Numina immiscuit; sicut post Discordiæ ingenio pomum in contentionem Dearum proiecit nuptijs Thetidos: quæ quidem cuncta versans animo Iupiter projicere Aten è cælo, iurè decrevit. Homer. d. à v. 125.

Protinus abripuit speciosis crinibus Aten Iupiter, adluratusque instinctus sanctius iræ, Haud iterum posthæc stellantis culmina cæli Scansuram esse Deam, quoniam esset noxia cunctis.

*Illicet hoc dicto Superis ibi feroidus Aten Sedibus exturbat, mortalia lapsa lacescit, &c. Umbra elucet lapsus Luciferi, seu Phosphori; ex quo, odio implacabili misanthropus, atrapelos, ofor generis humani. Observant supremi subsellij AA. Hic Spondanus, Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 101. & Rhodigin. 2. cap. 7. (ex sententia Cardinalis Bessarionis, in *Platonis defensione*) Aten, Noxam, vel Detrimentum, aut Calamitatem Vexationemque per ænigma intelligit Principem tenebrarum & huiusce mundi, de cælo lapsum; Homerumque docuisse, vel ex traditione, vel quia scriinia sacra legisset. Astruerem, nisi fusè fecissem, *Tom.* 4. T. 5. à n. 47. & *Tom.* 8. T. 2. D. 4. à n. 8.*

21 Laurentius Hæchtan. in *Microcosm.* Emblem. 3. & *Natal. Com.* 8. *Mytholog.* cap. 24. huiusmodi lapsum Cupidini attribuunt. Idem planè amor proprius Dæmon est. Unde Euripides in *Medea*, v. 517. ait:

Heu heu! Ingens est, ut Amor, malum.

Eciam Aristophanes in *Pythagoristis* sub Cupidinis larva ruinam indicat, & Amorem de cælo (in terras præcipitem à Iove missum) iurè detrusum; quoniam vel ibi inquietus, factiosus, discordiarum feminator & fomes, auctor malorum, multarum calamitatum incentivum, ipsa pestis & perniciës.

Reiectus est è cælo Amor Deorum calculis decem duorumque: Omnia turbabat ille.

Bella litesque intulit, ubi esset unæ: Quid foret valdè insolens.

Huic arrogantè alas ceciderunt Dei, Volare rursus, ne valeret, ad Polum: Profugam deorsumque expulerunt ad viros. Alas dedere quas habebat; posset ut Exuvias referre victor ex hostibus.

Eadem iterabimus, Hægog. *Octobr.* num. 21. cum alijs circumstantijs pessimis ipsius conditionis & sanguinolentiæ. Ita Cupido phylantus.

Lucifer è cælo sic quoque pulsus erat. Ruit, sed non solus, quia socij in prostratum

Cur dicta Erinnys?

Homer.

Propulsatur è cælo.

In Ate causus Luciferi.

Homer.

Imago.

Eum in Inferni monstrum.

Petron.

Euripid.

Amor proprius Ate, Erinnys & Dæmon.

Aristoph.

Hæchtan.

Cum Ates-
cij descende-
runt in ba-
ratrum.

dam laci: & quos Iupiter expulit, Pluton
lubenter in propria munia atque ministeria
admisit. Virgil. 12. *Æneid.* à v. 846. Uspo-
tè Furias, & pepulit, & odovit Iupiter,

Paribusque revinxit

Serpentum spiritus, ventosaque addidit alas.
Hæ Iovis ad solium, sævitque in limine Regis
Apparent, acuantque metû mortalibus agris;
Si quando letibum horrificum, morbosque
Deum Rex

Virgil.

Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Etsi de Lucifero fabula, ab Anonymo in
Observation. ad *Mytholog.* Natal. Comit.
cap. 4. sumitur pro Eva, uxore Adami (quæ
adinstar Iunonis virum seduxit, & fuit ori-
go malorum, ex cuius curiositate, tanquam
è pyxide Pandora, exierunt mala in mun-
dum, quæ pridem in hominum felicitatem,
reclusa erant. Hesiod. 1. de *Dieb. & operib.*
& in *Theogon.* accinit:

Prius vixere homines, verum absque
dolore,

Hesiod.

Absque malis, morboque gravi, tristisque se-
necta:

At mulier rapto de poclo tegmine, sparsit
Omne mali genus, & morbos, curasque mo-
lestas.

Idem Cyrill. lib. 3. *Contra Iulian.* in prin-
cip. Hygin. lib. 2. n. 16. Palephat. lib. 1. n.
35. Claud. Minos in *Emblem.* 44. Alciat. &
Horat. 1. *Carm.* Od. 3. v. 30. Alia *Ægog.*
Iul. n. 27.

Puerperium
Isidis.

22 Hac etiam die inter Ægypti hiero-
phantas, & sacrorum Mystas puerperium ce-
lebrabatur Isidis, in æquinoctio verno; eò
quòd Horus & Harpocrates nati in Solsti-
tio brumali. Plutarch. de *Iside & Osirid.*
Nos 25. *Decembr.* n. 29. Dicta mater Hori,
idest, splendoris; & *Harpocratis*, hoc est, si-
lentij. Causam excogitat sed temerè Iacob:
Bolduc, 2. de *Oggio Christian.* c. 15. astruens
Isidem apud Ægyptios, non fuisse sceminam,
sed sub huius nomine Sapientiam doctri-
namque præscam à primis post diluvium Pa-
tribus, antequàm ab Ægyptijs fabulis enor-
miter corrumperetur; cum prius ut Numen
pulchritudinis summà maiestatis commen-
datione per orbem universum à cunctis co-
leretur, tot nominibus insignita, quot scien-
tiæ facultatibus ornata: unde dicta *Miner-
va, Diana, Proserpina, Urania,* &c. equidem
mystico nomine gratias ac Veneres cuncta-
rum Dearum continebat. Hoccine supposi-
to cogitamine (cui non suffragor, quoniam
voluntarium ratiocinium, & ludicrum; si-
cut quòd etiam ibidem à cap. 16. affirmat;
apud Græcos vocari Ionen, Inachi, seu Pro-
methei filiam, quam in Ægypto celebratam

Isidem; de quo Ovid. 1. *Metamorphos.* à fa-
bul. 1. 1. Natal. Comes, ibid. & 8. *Mytholog.*
cap. 19. Gyrald. *Syntagm.* 12. n. 55. & 13.
n. 51. Hygin. *fabul.* 145.) exponi valet sensu
aptiore, quo Isis titulo signetur Hori ge-
nitrix & Harpocratis. Inter Ægyptios erat
communis sapientia, & etiam apud Sacer-
dotes occulta, diversis figuris hieroglyphi-
cis, quas nisi inter professores nefas inter-
pretari: quapropter Isis quia Sapientia erat
mater Splendoris: sed quia inter mystas oc-
cultæ; mater etiam Harpocratis, per quem
signabatur silentium, ore digito clauso;
ut sæpe videbimus ex Pier. Valer. Alexandr.
Neapolit. & Kircher. in *Obelisc. Pamphil.* &
Oedip. Ægyptiac.

Quare bor-
dilla mater?

DIES XXIII. MARTIJ.

1 **G** Rad. 3. *Arietis*, cum pluvia, & X. K.
interdum tonat. Est *Æquino-
ctium.* Columel. & Ptol. *Leonis simulacrum
manè occultatur.* Novid. K. P. *Spica Virgi-
nis manè occidit.* Iunon. K. *Astrolog.* Cau-
da *Scorpij* occidit manè. Alsted. *Uranom.*
Sub hac Arietis parte qui nati, iuxta Mater-
num, surdi, monoculi & stolido fatuitatis
furore correpti erunt. *Vir dextrà ostendens
mundi varietatem, sinistra à zone depicta ad-
posita.* Sphær. Arab. *Signat virum dilecto-
rem pacis.* R. Avenar.

2 Dies sexta Orbis, in quo terram iu-
mentis, reptilibus & cæteris bestijs, de hu-
mo formatis, speciosè decoravit Conditor.
Hominem eodem hoc die condidit. Rab.
Abraham. Mihi cum multis supremæ aucto-
ritatis placet, d. 20. fuisse orbis principium.
Fuit decretum Concilij Palæstini sub Victo-
re Papa, quod citat Beda de *Æquinoct. ver-
nal.* Adrich. Ann. 1. *Mundi*, Alap. in *Genes.*
1. 12. Perer. Bonfr. Leonard. Mar. & Suar,
de *Oper. sex dier.* & in 3. p. *D. Tb.* quæst. 35.
Plasmatum hominem in Agro Damasceno
apud Hebron (de quo Adrich. in *Iuda*, n.
145.) transtulit in paradisum, hortum amce-
nissimum, in cuius medio erat arbor vitæ
& arbor scientiæ boni & mali, aliæ variæ ar-
bores, herbæ & flores odori multiplices:
ibidemque fons scatenens, ex quo quatuor no-
bilia flumina, post egressum ab horto in
terram absorpta, & alibi ut universum irri-
gent, emergentia. In paradiso collocatus
Adamus, Hebraicè nomina indidit cunctis
animantibus, iussu Dei ad illum adductis;
eodemque die condidit Evam. Reliqua d.
25. Quæ facta à Deo post expulsionem Ada-
mi de Paradiso in extremo huius diei, dixi-
mus.

Adam con-
ditur.

Transfertur
in paradisi-
sum.

Qualis bor-
dilla?

mus, die 14. n. 10. ex Gafarell. Vid. Abul. in *Numer.* 22. quæst. 10. Addit Alapid. hic v. 3. à Rabbiniis etiam fictum forcipum formam descendisse de cælo: aliàs haud potuisset ab homine excogitari. Cor eorum vanum est.

3 Videnda vanissîma. Die 6. quo formatus est Adamus, e ducta in coniugem Eva; sed Talmudistæ ante illam, quæ producta ex eius costa; aliam è limo terræ formatam, nomine *Lilith*, Latine *Lilis*, habuisse per 130. ann. blaterant: & toto illo tempore ex ea genuisse Dæmones. Elias in *Tisbi*, subdit: *Nostri sapientes dicunt, quod Noamath, soror Tubal Kain fuerit, ex qua Dæmones nati.* Verùm cum suis contradicere videretur, altiùs commentus anilem fabulam, qua pueri paverent. Ita enim insit loc. cit. *R. Salomon dicit Lilith esse nomen Dæmonis. Invenitur porrò scriptum, quod in 120. annis, quibus Adam continuit se ab uxore sua Eva, venerint ad eum Dæmones (ergo iam erant) & conceperint ab eo; sicque genuerit dæmones & Lamiis & Lemures. Alio in loco inveni quatuor esse matres dæmonum, Lilith, Noamath, Ogereth & Machalath. Hæc Lilith dicitur Lamia, & Serix, de eius malignitate in infantes dicemus, 9. Maij. In defensionem præstigiæ Lilith, inter Hebræos plures superstitiones. Paraphrasi Chaldaic. in illud *Cantic.* 8. 3. *Læva eius sub capite meo, & dextera &c.* legitur: *Dixit cæcus Israël: Ego electa sum supra omnes populos; quia alligo frontalia manus sinistra mea & capiti: carthulaque infixa est lateri dextro portæ meæ; cuius tertia pars respicit thalamum, ut non habeant licentiam dæmones ad nocendum mihi.* Alia 26. *August.* n. 9. & 30. in natali *Nephtbes.**

4 Procedit Abraham in terram visionis cum duobus servis & filio immolando, celans uxorem tam propriam sententiam, quam Dei mandatum. Ioseph. 1. *Antiquit.* cap. 14. In via occurrit dæmon, nomine *Samael*, qui Evam tentavit, inhibere intendens obedientiam Isaac erga patrem, & Abraham erga Deum. Adi d. 25. n. 5. Secunda circuitio Iericho à toto Israël: sicque dieb. seq. usque in 28. vid. pridie n. 3. Ab hoc articulo ann. 105. cum fato functus esset Isaac, ut vidimus, die 19. n. 1. Esau secessit ab Hebron (relictâ Jacob) cum omni domo sua in Seir. *Genes.* 36. 6. Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 1. & Comest. hic cap. 85. Iam enim recesserat vivente patre, sed advenerat proximâ morte. *Tornicell. ann.* 23 17. n. 2.

5 Oppugnatur Samaria ann. 14. ab V. C. à Salmanasar, successore Teglat-Phalasar,

sub tempore Osee Regis Israël; qui direptis cunctis, decem Tribus transtulit ultra montes Caspios, vel in Mediam, ut alijs placet cum Osee Rege; post 857. ann. ex quo Maiores eorum Ægyptum egressi, armis & auxilio Dei Chananzos debellarunt. Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 14. & Adrich. *ann.* 32 27. Reuch. ex 4. *Reg.* 17. 18. ubi: *Non remansit, nisi tribus Iuda tantummodò.* Accidit vastatio anno 4. Ezechie Regis Iuda: tuncque captivus in Ninivem adducitur Tobias cum uxore & filio. Ultra non redierunt in patriam 10. Tribus, vel solutâ captivitate Babylonica. *Due tantùm Tribus* (insit Ioseph. d. 11. cap. 5.) *per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem sunt infinita hominum millia. Unde reliqua Israelitarum multitudo assuetum iam domicilium noluit relinquere.* Ex his Antichristus, ut astruit Maluend. lib. 3. à cap. 5. *Per Septentrionem sparsi* (ait Briet. *ann.* 33 14.) *& effusi in Indias, in Americam quoque penetrarunt, si vera sunt Hebræa, quæ insistantur in his regionibus monumenta.* Huc quoque *Iudithæ ortum referas ex maximè probabili sententia.* Salmanasar, ne deserta fieret terra Israël, in illam transtulit Cuthzos & Babylonios. 4. *Reg.* 17. 24. Tobias Regi gratis ab illo fit dispensator Regius. Text. Græc. *Tob.* 1. 14. Maluend. *Agorastes;* de quo munere Iul. Poll. lib. 3. cap. 25. Idest, Opsonator, vel præfectus annonæ Regiæ (Dedicatio templi secundi, seu Zorobabel, hodie signatur à Petro Comestore, in *Judith.* cap. 3. Fallitur: vid. 3. *Februar.* à n. 1.) Interim Osee cum ignominia iacebat vincus in carcere in Media cum reliquis captivis, qui secum adduxerunt vitulos aureos, peæut somniant Rabbi. Iuxta Genebr. *Ann.* 3440. A Phul vexatus est Israël; à Teglat-Phalasar tractus in exilium tribus Ruben, Gad & dimidia Manasse cum Vitulo aureo, qui in Dan. A Salmanasar, Afer, Isachar, Zabulon & Neptali, reliquas vestigales faciens, & secum ferens Vitulum è Bethel: deinde rebellante Osea, Ephraim, & altera dimidia Manasse cum Rege. Videfis, *Tom.* 7. *T.* 9. à num. 3. 22. *Maij*, n. 3. & 5. *Septembr.* n. 4. & transmigrationem per Teglat-Phalasar, 11. *August.* n. 3. Hac in die signantur à Septuaginta scriptæ & obsignatæ literæ absolutoriæ cædis Hebræorum, ab Assuero decretæ, de quibus 23. *Maij*, n. 7. ubi dicemus: Vide Serar. *quest.* 29.

6 Hominis 38. annis apud Piscinam decumbentis erectio à Christo Domino, Paschare 3. & eius iter in Bethaniam proximus

Lilith.

Noamath.

Captivitas Tobias.

Iudith nescitur.

Cuthæi in Iudæa, Tobias honoratur à Salmanasar.

Dedicatio templi, 2.

Transmigrationes Israelitarum & vitulorum, quo ordine & tempore.

Resignatur in Iudæa decretâ cædis.

Abraham tentatur à diabolo.

Esau recedit à Jacob.

Exilium 10 Tribuum.

morti Paschate 4. Reusner. Prædicit hoc in tempore, se post biduum, putâ in die Paschæ, crucifigendum: & hoc in die Judas pacificatur cum Judæis 30. argenteis Magistri traditionem. Alap. in *Chronotax.* n. 67. Ingressus est ad eos, cum in atrio Pontificis Caiaphæ congregati Principes consultabant, quomodo Iesum dolo tenerent & occiderent; caventes, ne tumultus fieret in populo. Adrich. & Marian. in *Diar. Postrem. Pasch.* n. 7. qui n. 6. biduò ante Pascha indicat cœnam apud Simonem Leprosam & cætera, de quibus d. 19. n. 9. Castello placet hac die iterum super caput Iesu, recumbentis cum Simone Leproso, Magdalenam fracto alabastro effudisse unguentum pretiosum; tuncque iratum Iscariotem furiosum decrevisse Magistrum Pontificibus tradere. Idem cogitat Alap. quò supra. Baronius Ann. *Cbrist.* 34. n. 4. ut solvat antilogiam, cogitat hac die factum convivium Bethaniæ biduò ante Pascha in domo Simonis Leprosi; ex *Matth.* 26. 6. *Marc.* 14. 3. omninò distinctum ab illo exhibitio etiam Bethaniæ ante sex dies Paschæ, ubi Lazarus fuerat mortuus; qui simul redivivus discumbebat, ex *Ioann.* 12. 2. Sic antiloquium dissolvitur: igitur iuxta textus varietatem, diversa elucet convivia, discretis diebus, ac domibus.

7 Romæ, dies ultimus ex quinquatrijs; dictus *Tubilustrium*; quo in atrio Sutorio sacrorum Tubæ lustrabantur. *K.V.R.* Reusner. Gyrald. & Rosin. ex Varrone, 4. cap. 7. consentit Bucelin. sed David Origanus in *Kal. Roman.* seu *Epitome Festor.* ait: *Quinquatria Romæ agitari cepta. Primo die sacrificia fiebant, nescis quæ digladiari: sequentibus tribus gladiatorum spectacula edebantur. Ultimo verò ex quinquatrijs Tubalustrum celebratur: dictum quòd in atrio Sutorio (pro quo nonnulli Sutorio) sacrorum tubæ agnâ lustratæ fuerint. Sunt tamen qui non tubas lustratas, verum urbem tubis lustratam esse putent. Festus Pompeius, lib. 18. *Tubilustria* (inquit) quibus diebus adscriptum in Fastis est; Quòd in atrio Sutorio agnâ tubæ lustrantur. Ab eis Tubos appellant; quod genus lustrationis ex Arcadia Pallante eò transferente, venisse dicunt. Ovid. 3. *Fastor.* v. 843. accinit:*

*Summa dies è quinque tubâ lustrare canorâ
Admonet, & Forti sacrificare Dea.*

8 Hic Antonius Constantius genuinè exponit Tubam canonam, pro specialis tubæ lustratione. Sunt (inquit) qui legant: Tubâ quæ Tubæ lustrare canorâ: existimantes consuevisse Romanos hoc tempore tubarum cantu lustrare universam civitatem, ultimo videlicet quin-

quatrium die. Nos autem legendum esse, non dubitamus: Tubam lustrare canoram. Non tubis fiebat lustratio urbis hac die; sed tubam agnâ in atrio Sutorio Romani lustrabant. Quamnam ergo tubam? Famè? Arbitror Bellonæ: quapropter Ovidius addit: *Forti sacrificare Deæ.* Hinc Prisci Bellonam effingebant (ait Chartar. pag. 243.) *interdum flagello pugnâ concientem, nunc tuba bellicum canentem, nunc facem gestantem.* Astruit Statius, 2. *Thebaid.* v. 717.

*Nec magis ardentes Mavors, bastatâq; pugna
Impulerit Bellona tubas.*

Huius ergo Deæ tuba, quæ sonora propter clangorem dicebatur, in atrio Sutorio lustrabatur agnâ: aliæ autem tubæ 23. *Maij*, ut videbimus, teste Ovidio, d. *lib.* 5. v. 725. *Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt:*

Lustrantur pura, quas fecit ille, tubæ.

Propriè huiusmodi festum non erat tubarum; sed Tubæ sonoræ dicatum Minervæ, ita dictæ. *Erat Minerva cognomento Tubæ:* ait Pausanias, cap. 63. A Græcis sumpsit Roma festum, quod vocavit *Tubam-canonam*, seu *Tubilustrium*.

9 Henric. Smet. in *Gloss. Fastor.* inquit: *Tubilustrium, ultima quinquatrium dies, quæ in atrio populus tubæ, & aquâ lustratur. Quid enim si tuba ipsa lustrantur? Vult Ovidius.* Non vult, ut ex eius auctoritate elucet. Non enim dicit *Tuba*, sed *Tubam*, innuens Bellonam. In lustratione Tubarum utebantur sacrificuli Romani libo, placenta ac molâ falsâ; aliquandò thure & mero: in lustratione Tubæ sonoræ Bellonæ agnâ erat victima. Aquâ etiam utebantur in lustratione, vel cum fieret tubis vel sine tubis, quæ *Aqua lustralis* dicebatur (inventâ à dæmone, simia Dei; equidem eisdem ferè ritibus ac materiâ, qua sacra; ut diximus, die 2. n. 2.) conficiebatur, & in locis publicis in expiamen servabatur; de quo die 26. n. 4.) hodieque iuxta Alexandr. Neapolit. 5. cap. 27. in usu erat. *Populum* (inquit) purgari accipimus; ut excerptum vitulum ex fôrda bovâ immolata utero, per Vestalem natu grandiore igni comburerent, exque illius cinere & equi sanguine, adustisque fabarum stipulis suffimen fieret; quo populus purgatur: quod quidem in templo Vestæ, præcipuâ curâ ad dubios casus & incerta fortuna servabatur; hoc modo ab infortunijs populum universum expiari putantes: propter quæ Tubilustria veteres celebrant diebus quibus Martio mense tubæ sacrorum in atrio Sutorio lustrabantur. Etiam de huiusce tubarum lustratione tractat d. *lib.* 2. cap. 22. & *lib.* 3.

Imago Bellonæ.

Statius.

Ovid.

Minerva Tubæ.

Aqua lustralis Est-nicorana.

Quorsum servata in Veste templo.

Antilogia.

Tubilustrium.

Ovid.

quæ Tubæ lustrare canorâ: existimantes consuevisse Romanos hoc tempore tubarum cantu lustrare universam civitatem, ultimo videlicet quin-

cap. 6. Plura diximus de Lustrationibus in Prolog. Galeat. §. 7. à n. 1. & 1. Febr. à n. 4. Salem in aquâ etiam conijciebant, uti observat Natal. Comes, 1. Mytholog. cap. 13. & ramo lauri vel olivæ, vel alterius arboris, quæ esset illi Deo, cui sacra fiebant, consecrata, in illam aquam demerso, locum leniter irrorare.

Sal etiam in aqua lustrali.

Theocrit.

— Tum sal mittatur in undam, Atque coronatû decet hanc perfundere ramo.

Ita Theocrit. Edyl. 24. à v. 95. ex Homero, 1. Iliad. v. 313. In levis maculæ absterfionem utebantur vel Superi huiusmodi aqua lustrali ad ortum Solis. Cratinus, in Chiron. Qua etiam, ubi aliquis fuisset mortuus, vel in locum infauftum vel immundum esset ingressus. Inter Ruffanos cum rem divinam sacerdos peragit, sanguinem, lac & fimum iumentorum accipit, & terræ miscet, inque vas quoddam infundit, eoque arborem scandit, atque concione habitâ, in pupulum spargit: & hæc aspersio pro Deo habetur & colitur. Abrah. Ortel. in Tabul. Ruffia, pag. 104. Pulvis erat lustralis, sicut inter alias gentes aqua vel ad Divos. Quapropter cum Iano descendisset ad inferos, ut pura posset in Olympum introire; cum rediret, aqua fuit lustrata ab Iride. Ovid. 4. Metamorph. fabul. 13. accinit:

Rius usus vel inter superos.

Pulvis lustralis.

Ovid.

Lata redit Iano: quam cœlam intrare parantem

Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.

10 Nescio an ex Hebræis vel Ægyptijs tactum mortuorum horrenter Græci & Romani. Sanè lustratio hac in die tubarum fiebat, quia cum tubis maiores, cum tibijs minores fato functi in foveam efferebantur. Mentio rituum inter Hebræos fit Matth. 9. 23. De Romanis Calphurn. Belog. 1. à v. 65. Altera regna Numa, qui primus ovâtia cæde Agmina, Romaleis & adhuc ardentia castris, Pacis opus docuit, iussitque silentibus armis Inter sacra tubas, non inter bella sonare.

Calphurn.

Hæccine ex Arcadia adduxit Evander, vel eius filius Pallas ut notat Servius in illud Virgil. II. v. 192. It cœlo clamorque virum, clangorque tubarum. De usu in funeribus tubarum & tiliarum, Brod. lib. 4. cap. 30. Hieronym. Magius, 1. Miscell. cap. 13. Senec. in Lud. Claudij, festive. Petron. Satyric. pag. 74. Plutarch. in Gracch. Propert. 2. Eleg. 7. v. 12. Ovid. 5. Trist. Eleg. 1. v. 48. & 6. Fastor. à v. 639.

Tibiæ & tubæ in funeribus.

Temporibus veterum tibiicinis usus avorum

Magnus, & in magna semper honore fuit.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Ovid.

Tom. I. Ephemer.

Quod patriciorum, Senatorum, summorumque Ducum funera clarescerent tubis, plebeiorumque tibijs: voluntarium arbitror. Promiscuè invenio. Cicero pro Milone, ait Clodium elatum sine cantu, sine tibijs. Propert. d. Tibia funesta tristior illa taba. Tibiæ quorumcumque funeribus adhibitz. Ad tibiam utique naniæ, quæ quidem communis plausus in iustis nobillum & Ignobilium, divitum pauperum, iuvenum senumque. Ad Plutarch. de Musica. Cuncta profectò in usu. Verùm quorsùm tubarum vel tiliarum lustratio? Nonnulli censent, quasi armilustrium, de quo 24. April. ut sicut arma lustrabantur, ita purificarentur tubæ; seu potius Tubicines; de quibus in Sacrific. Gentil. Stuck. cap. 198. Tubicines etiam ij appellantur, qui sacerdotes, viri speciosi sacra publicè faciebant, tubarum lustrandarum gratiâ. Sit Ergo: cæterùm quantum auguror, cum tubæ deservirent sacris, ut statim dicemus; lustratione purificabantur, si assumptæ in profanos usus, maxime in funera, eò quod locus esset infauftus.

Cur tubæ purificatæ?

11 Alij cogitant inter sacrificandum solemne fuisse tubis clangere; ut adstantes hilares hilarescerent, vel ut silerent, vel ut paverent, vel ut divinarent: vel denique ne audirentur balatus ovium, aut mugitus taurorum; sicut in sacrificio Moloch. Has itaque causas promit Stuck. d. cap. 199. Inter Ægyptios & Argivos usus tubarum in sacrificijs erat ad Deum evocandum. Eustach. in 1. Homer. Iliad. & Plutarch. 4. Convival. 99. cap. 5. Sententia etiam fuit Porphyrij in sacris Cybeles fanaticis Corybantis: quam iurè refutat Iamblicus, de Myster. Ægypt. 3. cap. 9. Demùm subdit Stuck alludens ad Saturni (in sacris, Moloch.) sacrificia; Huius rei clarum, manifestumque exemplum & testimoniâ habemus inhumanis illis sacrificijs, quæ omnis humanitatis expertia, immanitatum contra plenissima fuerunt; in quibus tympanorum, cymbalorum aliorumque instrumentorum gravissimi soni pulsabantur, ne lamentabiles, miseri funestique illorum, qui igne cremabantur, fletus, elatus, clamores atque vociferationes (liberorum præsertim à parentibus) exaudiantur, quibus illi ad commiserationem atque tristitiam commoverentur. Id enim ni fieret; minime sacrificijs litari Numina, demonia potius, sua placari posse existimabant. Moloch vocabatur etiam Rempham, in cuius simulacri fronte erat gemma adinstar stellæ refulgentis; de quo 12. Ianuar. à n. 8. fuscque 19. Decembr. à n. 3. Ad Adrichom. in Ierusal. n. 186. præter dicta, Tom. 3. T. 4.

Clangor tubarum in sacris, & quo intuitus?

Sæpe Saturni & Molochi tubæ cantu.

Stella Moloch.

n. 49-6. T. 3. n. 47. & 8. T. 12. D. 5. n. 3. reliqua in *Ignis* sacris dicemus.

12 Modò infinuanda infatuatio Ethnicorum per ignem immortalitatis satagentium. Hercules in Trachinia, de quo Sophocli. & Seneca in *Hercul. Oetæo*. Empedocles in *Ætna*. Diogen. Laert. in eo. Plin. 30. cap. 1. Calanus Gymnosophista iuxta Babylonem. Valer. Maxim. 1. cap. 8. n. 10. Alius Indus in Augusti oculis, nomine Zarmarus. Dio Cassius, lib. 54. Etiam infamis & sceleratus Peregrinus Parianus, post appellatus *Proteus*; in ludis Olympicis. Aul. Gell. 12. cap. 11. & Lucian. Dialog. *Peregrin.* Omnes quidem apud homines immortalitatis studio, studio carente voto. Bonif. Rhodigin. in tragœd. *Amata* 1. §. 3. v. 39. cecinit: *Quando erit, ð quando! Impurum hoc ut in igne resurgam?*

Utque *Pyrausta cremet flammis, phœnixque resurgam!*

Huic furori propendentes obœcati permulti, sese dedidere dolori. De insula Chenemg in *Itiner.* à pag. 95. refert Benjamin Tudensis: *Sunt illius insule incola igne colentes. Habet suos sacrificulos per singula loca in templis Igni dicatis. Sunt verò huiusmodi sacrificuli omnium ariolorum & incantatorum totius orbis terra peritissimi in omni vanitate. Ante singula sana campus magnus & latus est, in quo igens ignis omnibus diebus ardet; quem ipsi Elhotha vocant. Solent autem filios suos per hunc ignem transmittere, expiandi causa: mortuos etiam suos in medium rogam conijciunt exurendos. Sunt præterea ex terra magnatibus, qui sese vivos igni devotent. Cum verò quispiam horum, familiaribus, necessarijs ac propinquis suis huiusmodi sibi institutam devotionem indicat; continuò summa omnium gratulatione & communi voce audit: *Beatus tu, & bene tibi erit. Igitur quo die votum exolvendum est, magno convivio primùm exceptus, si dives fuerit, equo vebitur: sin verò pauperior, pedes suorum aliorumque turbâ comitatus, ad campi usque initium deducitur; unde cursu inito, in ignem insilit. Tum verò familiares cognatique omnes & consanguinei tympanis & choreis summa cum letitia exultant & ludunt, quoad ille omninò combustus fuerit. Triduò autem post duo ex sacrificulis præcipuis domum illius adeuntes, familia omni domum parare præcipiunt patri ipsorum, eadem die ipsis affuturo, atque quid ipsos facere oporteat, declaraturo. Advocantur igitur de civitate testes aliquot: & ecce Satan illius speciem imitatus, adest; quem uxor & filij rogant, quemadmodum in illo**

cum illo altero saculo agatur: quibus ille respondens: *Veni, inquit, ad socios meos, à quibus non excipior, donec ea exolvam, quæ familiaribus & propinquis debeo meis. Ex templo filijs res distribuit suas, iubetque debita omnia creditoribus persolveri, & à debitoribus quicquid debeatur, exigi; testibus omnia ipsius verba & mandata excipientibus atque describentibus, à quibus tamen non videtur. Tum verò se viam repetere dicens, evanescit. Huiusmodi itaque errore & mendasio, fraudeque sacrificulorum illorum calliditate, & artibus magicis extructa, vanitatem suam hæc gens tuetur, ac mordicus tenet; seseque nationum omnium terræ beatissimam esse, iactat. Eadem inveniuntur apud Stuck. d. cap. 172. Vide sis diem 6. n. 11.*

13 Quia in diebus plurimis de Ignis cultu agendum, plura missa facio; unde homines stolidi ducti sunt in eius adorationem, cogitantes ut prodigia, quæ ignorabant naturalia. Ignem repente proflire, ab aqua foveri, solum floribus herbâque ornatum, si terra effodiatur, sine læsione utrorumque ignem vomere; mare ardere, & alia huiusmodi (videnda apud Ioan. Bapt. Portam lib. 12. de *Magia natur.* per tot. Vvecher. lib. 3. de *Secret.* Maiol. Tom. 1. colloq. 22. & Iul. Cæsar. Scaliger. exercit. 3.) miracula acclamant, & prodigia pronunciant. De igne Medico asserit Solinus, cap. 24. *Mysia, quas maiores nostri iurè Cereis horreum nominabant; in quarum parte quæ Pontica est, apparet herba, qua inficitur oleum, quod vocant Medicum. Hoc ad incendium excitatum, si obruere aquâ gestas; ardet magis, nec alio sopitur, quàm tactu pulveris. Aliter refert Ammianus Marcellin. lib. 23. cap. 6. quem sequitur Stanleius 2. Philosoph. Oriental. cap. 4. In hac regione (inquit) oleum conficitur Medicum, quo illitum telum, si emissum lentius laxiore arcu (nam ictu extinguitur rapido) base rit unquam, tenaciter cremat; & si aquâ voluerit quisquâ abluere astu excitat acriora incendia. Idem de igne Græco, ut infra videbimus. Quid quod cæci tribuerint igni divinitatem, ut Perlexæ refert Maxim. Tyrius, serm. 28. dum amica videbant contraria flumina flammis. Emmanuel Thesaurus in *Obsidion. Taurin.* astruit, nullum esse in rerum natura vivacius divinitatis simulacrum; quòd nimirum figurâ suâ pyramidalis tendat ad unitatem: quòd natura constet maximè simplicis & maximè actiosa; quòd omnium corporum sit valdè lucidum, & denique quia in cælum motu continuo*

De igne aspicata mortalium immortalitas.

Bonif. Rhodigin.

Ignis uti Natura cultus.

Ritus devotionis in Igne obsequium.

Præfigio Satana.

Mira ex igne ab illo facta, & celebrata à stultis.

Oleum Medicum.

Unde ignis hieroglyphicè cum divinitate.

Ignis Graecus aqua accenditur.

properat, unde venerat. Mirabilis utique qui dicitur ignis Graecus, concitatus sub aqua, & inventus arte ingeniosa à Callinico, uti scribit Cassan. *Catalog. glor. Mund.* Considerat. 18. §. Addo. Bonif. Rhodigin. d. lib. 2. cap. 36. inquit: *In ea Syria parte que Comagena vocatur, palus est linum proferens, quod aqua respersum flammâ concipit. Ignis Graeci temperaturam demonstrat Robertus Valturius. Fit, inquit, bullitio saligni carbonis, salis acerrimi ardentis aquae vitæ, sulphuris, picis thurisque, cum mollis Aethiopicum lana filo & campborâ, quæ vel sola (dictu mirabile) ardet in aqua. Si Prisci vidissent, non solum super elementa, sed ignem collocassent supra Numina; ut pateret phrasî Lucretij, 6. de Rep. natur. v. 39.*

Quo conficitur

Unde volans ignis pervenerit.

Lucret.

Et hinc dominatus, ut extulerit se.

14 Anno V.C. 500. eodem die triumphus Cn. Cornelij Scipionis, cognomento Asina, de Pœnis. Goltz in *Fast.* pagin. 91. etiam collegæ eius C. Sempronij Blæsi, de quo 1. April. n. 16. Cùm anno antecedenti Dij atque homines in Romanorum perniciem, & clades conspirasse viderentur horribili naufragio, de quo 21. *Januar.* num. 4. haud Senatus despondit animum, sed Scipioni Asina Consuli præcepit reparare classem, ut Asdrubal pridem victor è Sicilia fugaretur. Cum 300. navibus Panormum Scipio acerrimè instructis machinis verberans, urbem expugnavit, & cives in deditionem coegit, pactis in singula capita duabus minis; idque factum à quadraginta millibus civium, reliqua triginta millia venierunt. Ita res Romana in Sicilia reparari coepit, & hac urbe captâ naufragij memoria abolita. At nesciebant Romani quod illos manebat fatum: cùm classe victrici & expulatis opibus volens Blæsus trajicere in Africam (illi viriliter obstitit Asdrubal) compellitur deferri in minoris Syrtis brevia, unde onerum iactura vix potuit naves educere. Romani similes victis versus Siciliam direxerunt iter: verùm ad Lilybæum tam atroci tempestate iactati sunt, ut amisissis centum & quinquaginta navibus, undique Siciliæ littora suis naufragijs Romani stravisse viderentur, Malè parta malè dilabuntur. Liv. 22. *sect.* 66. Reliqua de Scipione & quare Asina dictus, & eius mors; iam acta, 22. *Februar.* n. 16.

Triumphum Scipionis Asina.

15 In insula Zacyntho facta Veneri Aeneadi, & ipsi Aeneæ. Egesippus de *Aeneæ navigation.* Haud vidi, sed historiam refert Halicarnasseus *Antiq. Roman.* 1. n. 23. *Zacynthum venerunt* (inquit) *Aeneæ cognatio-*

Veneri Aeneadi sacra.

nis memoria benignè ab insularis acceptis, contriverant ibi aliquantulum temporis, quod tunc mare navigationem non admitteret. Interim Veneri in novo templo à se constructo sacra faciunt, quemadmodum etiam nunc publicè facere solent Zacynthij: & certamina iuventutis proposita sunt, tam cursum, quàm alta varia. Premium accipit quæ primus ad templum cursu pervenit, vocatur quæ Aeneæ cursus & Veneris; & ambobus statuae sunt posita. Idem Abraham Ortelius, in huius Herois navigation. ex Poetis excerptit, sed Lycophron in Veneris Aeneadis templo inter cætera donaria scribit ibi conditorem fani collocasse pyropum, cuius splendore vel noctu illuminabatur templum. Scripsit quod somniaverat, vel cupiebat fuisse. Et si ludicrum arbitror, exponam quicquid de huiusce gemma legi. Pyropus est gemma flammatarum æmulatrix: unde Ovid.

Aeneæ statua.

In illius templo pyropus.

2. *Metamorph.* fab. 1. *Flammæ (ait) imitante pyropo.* Frequentius *Carbunculus* dicitur. Colore igneo in modum ardentis prunæ translucet, & per tenebras lumen diffundit. Si color ignitus iam degener, inter ignitas prunas sistitur: & superfusa aqua, quæ languentes carbones extincti; è vestigio priori gratiâ, seu redivivo colore gloriabundus resplendet: tanto naturæ miraculo; ut carbunculus Epyrotus, seu pyropus, quasi flammæ vibrans vocetur: deinde quia ignem non videatur sentire. Hæc astruit Franc. Ruëus lib. 2. de *Gemmis*, cap. 14. Isidorus verò 16. *Origin.* cap. 20. Aë coronarium vocat Pyropum propter igneam colorem: *Nam in singulas uncias aris, additis auri serupulis senis, pertenui bractea ignescit, flammæque imitatur; unde & Pyropum dicitur.* Hæc conditio gemmarum potissimum splendentium. Plinius, lib. 37. cap. 11. *Pyrites (ait) attritu digitos adurit. In Pblegontide, intus ardere quedam videtur flamma, quæ non exeat.* Nonnullis haud absurdum videtur, cùm luceat & proxima illuminet cicindela.

Unde ei spiritus dicitur è languido resuscitatur?

Gemmae Pyrites & Pblegontides.

16 Originem huius lapilli, iuxta mentem Bonifac. Rhodigin. d. lib. 2. cap. 11. trahit vaga cogitatio ex historia ludicra gemmæ; quam Ciconia grata curatrici feminæ, in eius sinum vomuit: ignotæ prorsus pretiositatis, quousque splendor eius solvit dormientis somnum: maximus enim ex lapillo fulgor exibat, quo radiata tota domus, ut videbimus (ex Aelian. 8. de *Animal.* cap. 22.) 4. *Iul.* n. 1. *Aelianus* (inquit Rhodigin.) *lapidis nomen non effert: probabile tamen videtur, fuisse pyropam (rideas) Nero niano haud ab similem, qui in eius Principis*

Pyropam nomen videtur, fuisse pyropam (rideas) Nero niano haud ab similem, qui in eius Principis

*aurea domo, Solis figuram splendoremque pre-
sa tulit: aut illi germanum geminum, qui
longitudine sesquipedali interius conclave
Magni Tartarorum Imperatoris, in amplif-
sima urbe Issedone Serica (quam Catajam
barbari vocant) nocte concubia perinde illu-
minat, ac si purus dies illucesceret. Hanc au-
tem gemmam, Rubinum vocat Ioann. Mandavillius,
Memorabil. cap. 155. Illam Neronis, Ravisus
Textor, 4. Officin. cap. 65. signat Sphengitem.
Inspidum profecto. Ravisus non dixit gemmam,
sed lapidem, quo perpetuus dies illucebat. Erat
lapis specularis, de quo Plinius, lib. 36. cap. 22.
Aurea domo, in qua foribus apertis, interdium
claritas ibi diurna erat, haud alio quam specu-
larium modo, tanquam inclusa luce, non trans-
missa. Clarius Sueton. in Domitiano, qui
cap. 14. refert: Porticuum, in quibus spa-
tium consueverat, parietes sphengite lapide
distinguit: et cuius splendore per imagines
quicquid a tergo fieret, provideret. Plura
dicenda, 1. April. n. 10.*

17 Ex his ergo AA. testimonijs perpe-
ram probabile gemmam splendentem, ubi
signat Rhodiginus, fuisse pyropum, seu car-
bunculum: igitur hos lapillos videmus, sed
nocturnum haudquaquam lucere. Sensus ergo iuxta
dicta genuinus erit, modo intelligatur, in templo
Veneris genitricis Aeneam sus-
pendisse aereum scutum (non enim illo tem-
pore arma ex ferro, sed ex aere; ut usque-
quaque refert Homerus) levigatum tersissimum,
in quo reverberato lumine, radios emittebat
splendor, quasi ab stella prodirent. Virgil. 12. Aeneid. v. 167. Sidereo
flagrans clypeo. Hoc est, radiante. Propert. 4.
Eleg. 6. v. 26. Armorum radijs. Martial. 1.
Epigram. 71. Fulget imago miri radiata
colossi. Aliquando lapis specularis inferebatur
umboni, vel ex aere (ut olim specula)
levigatum fragmen; in quo repercussione
radiorum Solis, longè lateque vagabatur
splendor. Ex sacris etiam constat. Refulsit
Sol in clypeos aureos, & arcus: resplenduerunt
montes ab eis, & resplenduerunt sicut
lampades ignis. Etiam Virgil. d. lib. 10. v.
271. Et vastos umbo vomis aureus ignes.
Ardet apex, cristisque a vertice flamma. Eo-
dem stylo, Lucan. 2. v. 482-7. v. 211. Apol-
lon. Rhod. 1. Argonaut. v. 544. Claudian. 3.
Panegy. Honor. v. 135. Plutarch. in Eumen.
& Sidon. Apollin. lib. 4. Epist. 20. Haud aliter
intelligendus Propertius, d. Eleg. 11.
v. 21.

Picta nec indulto fulgebat parma pyropo.
Passeratius hic pro nostro sensu, subdit:
Pyropum genus metalli, & pyropum est vo-

cat, quod flammam imitetur. Falli autem
puto, qui gemmam putant esse carbunculum;
nam illic metallum puto significare tenuatum
in laminas. Vernaculè: Dorado: unde radij
& horum splendor. Virgil. d. lib. 2. v. 734.
Arduentes clypeos atque arā micantia. Con-
suletis Frider. Taubmann. in Plauti Mili-
tem, Act. 1. Scen. 1.

18 Statua aenea erecta Athenis Phocioni
a civibus postquam illum cicutā pota-
runt. Mortuo Casandro, ob cuius gratiam
vir insignis neci traditur, retrò annis vi-
ginti, ut praemisimus, die 19. à n. 26. Cum
reipsa appareret, qualem praeceptorem custo-
demque temperantiae & iustitiae amisisset po-
pulus; statuam Phocioni aream Athenienses
posuerunt, reliquias publico sumptu sepelie-
runt & Agnonidem accusatorem capitis sup-
plicio affecerunt. Plutarch. in eo. Pridem so-
licitavit iusta Phocionis in Attica, Deme-
trius Phalereus (de quo 9. Februar. à n. 8.)
qui simul cum illo a populo fuerat damnatus;
sed non valuit vel Athenarum Princeps &
Praeses. Sat innocentia Phocionis ac furor
populi ex illius elucet magnanimitate &
mansuetudine vel tot iniurijs acceptis.
Cuidam amico interroganti (iam iam mori-
turus) vellet ne aliquid filio suo Phoco man-
dare; Mando, ait, ei & sermò, ne iniuria ab
Atheniensibus acceptae memoriam servet. Idem
ibid. & Erasmi. 4. Apophthegm. in eo, n. 20.
qui n. 5. inquit: Demostheni Rhetori dicen-
ti: Occident te, Phocion, Atheniensis; si quan-
do occiperint insanire; respondit: Me qui-
dem, si insanire occiperint: at te si ad sanam
mentem redierint. Demosthenes enim plera-
que ad gratiam apud populum loquebatur, &
blanda potius quam salubria.

19 Inter Argivos sacra Apollini, quia
placatus pestilentiam compescuit. K. Graeci
ille immisit & cessare fecit. Immisit per ser-
pentem, qui halitu aëra corrupit, atque Ar-
gos civibus deletis evacuavit. Corcebus
Rex serpentem interfecit strenuā virtute; sed
Apollo haud placabatur: quod quidem ani-
madvertens iuvenis, morti pro cunctis li-
berandis in Numinis irati obsequium se ob-
tulit; modo residui haud perirent. Placuit
Apollini confessio criminis, & obsequium
devotionis, supplicique pepercit; pestilen-
tiamque semovit: quapropter quotannis
huiusce clementiae inter Argivos celebrata
memoria, ac instituta sacra. Meo sanè iudi-
cio totum a Statio fictum in gratiam cor-
pusque poematis. Unde fabula verbosè can-
tat, 1. Thebaid. à v. 557. & à v. 661. ex Co-
rcebo,

Dū morior depelle globū: fors aqua merentes

Statua Phocioni.

Eius magna
nimitas &
mansuetudo

Demosthe-
nes Athenien-
sibus blan-
diebatur.

Sacra Apol-
lini inter Ar-
givos.

Crimen con-
fessione re-
missum ab
eo.

Re-

Sphengites
lapis.

Et leviga-
tū olim car-
vocabāt py-
ropum?

Propert.

Statius.

*Respicit. Ardentem tenuit reverentia cedis
Latoidem, tristemque viro summissus honorē
Largitur vita. Nostro mala nubila caelo
Diffugiunt: at tu stupefacti à limine Phœbi
Exoratus abis. Inde hac stata sacra quo-
tannis*

*Solemnes recolunt epula, Phœbeaque placat
Templa novatus bonos.*

20 Sæpe ab Apolline Ethnicis prædica-
bant pestilentiam immitti, ut accinit de fi-
lij filiaque Niobes Ovid. 6. *Metamorph.*
à *fabul.* 5. vel malignè sacrificuli, aut ma-
gicè ob quæstus donariorum, vel denario-
rum, instrumenta conficiebant, in quibus
plura aëra corrumpentia; ut dato tempore
mortalibus nocerent, & illi fierent divites
ex donis oblatis, ut placaretur Numen.

Urne Apol-
linis in per-
niciem ado-
rantium.

*Apud Babyloniam in Apollinis templo (nar-
rat Rhodiginus, 8. cap. 12.) auream mira-
venustatis arculam quandoque compertam
legimus: ex qua conscissa, vis pestilentis ac
perniciosissimi aeris sese profuderit, ut dis-
flatus non eos modò qui aderant venenosa ac
lethali infectos tabe conficeret; sed pestifera
incredibilique potestate grassatus longè latè-
que etiam Partibus afflaret. Id prorsum cen-
serem dictu incredibile, ni Ammiani Mar-
cellini lectio compar nobis miraculum sugge-
reret. Prodit enim hic M. Antonini & Veri
temporibus, apud Seleuciam post direm-
ptum templū & perlatus Apollinis simulacrum
Romam, fuisse à militibus inventum angustū
foramen, quod prius Chaldaeorum Vates oc-
clusissent: eoque militari aviditate reserato,
lethiferum atrocemque adeò vaporem exi-
luisse; ut furens sit debacchatum. Leges
dicta, Tom. 2. T. 3. D. 4. n. 17. Idem scri-
bitur de foramine Apollinis Delphi, ex
cuius vaporis halitu furibunda Pythia, effu-
tiens oracula. Pausan. cap. 320.*

21 Anno atatis 26. ac regni 6. Alexan-
der Magnus post ludos ab illo institutos ce-
lebratosque in Phœnicia (quò reversus, post-
quam in Ægypto Alexandriam condiderat)
hac die tertià Munychionis triumphans in-
gressus est urbem; ubi à Dario literas accep-
tit, queis pro redemptione captivorum de-
cem millibus talentum, Asiaticis Euphratem
universa occupatà, atque alterà filiarum
matrimonio copulatà, fœdus secum socie-
tatemque coire, continebatur. Dario au-
tem Alexander rescripsit: *Eum si ad se veni-
ret, summam humanitatem experturum: si
non veniret, se iam ad ipsum proficisci.
Max verò pœnituit facti; cum Darij uxor
in partu perisset: neque dissimulavit dolo-
rem, quem ex neglecta ostentanda clemen-
tia haud vili occasione cepisset. Hæc Plu-*

Litere Da-
rij ad Ale-
xandrum &
rescripta.

tarch. in *Alexandro*, ex Eratosthene. Fere
eadem etsi aliter refert Iustin. *Histor.* lib.
11. ordine legationum discreto. Post pu-
gnam ad Issum & victoriã (de quibus 5. *Jul.*)
captis matre, uxore & duabus Darij filia-
bus, necem plorantibus, dixit Alexander &
Darij vivere, & illas sine ulla iniuria re-
gi tractandas. Darij qui Babylonem pro-
fugerat, pro suarum captivarum lytro sum-
mam promisit: cui Alexander respondit:
*In pretium captivarum regnum velle, non
aurum.* Interiecto tempore aliz epistolæ
Alexandro redduntur, quibus filie matri-
monium & regni portio offertur: sed Alex-
ander, *sua sibi dari*, respondit. Tum spe
pacis amissa, Darij bellum reparat. Ei in
itinere nunciatur, uxorem eius ex collisio-
ne abieci partus decessisse eiusque mortem
illachrymatum Alexandrum, exequiasque
benignè prosecutum; idque eum non amo-
ris sed humanitatis causã fecisse: nam se-
mel tantum eam Alexandro visam esse, cum
matrem filiaque eius parvulas frequenter
consolaretur. Idem refert Curtius lib. 3.
cap. 7. & 8. & hic eruditè Ioann. Freinf-
hemius. Interim priusquam, ut denud vin-
ceretur, Darij innumeris copijs ad Arbel-
lam pervenisset; Alexander curiosè inqui-
rebat, quò urbem novam Alexandriam
ornare posset: in cuius decus invenit cada-
vera Ieremie Prophetæ, & Mercurij Trif-
megisti. At hoc 1. *Maij*, n. 3.

Uxor Darij
obit.

Inventio
Ossium Ie-
remie &
Trifmegisti

DIES XXIV. MARTIJ.

1 **G** Rad. 4. Solis in *Ariete*, in quo
oritur *Libra* cosmicè, ut notat
Grannus. lib. 8. cap. 10. De *Libra* latè in
Sept. Ifag. à n. 1. Hygin. de *Sign. cæl.* n. 13.
& German. Cæsar, in *Arat.* n. 7. *Equus oc-
cidit matutinò: Aquilo fiat. Ptol. Arictis or-
tus. R. Avenar. Aureus* dicitur à Manilio,
uti diximus in *Ifag.* & ab Ovid. 861. *Aries
nitidissimus auro.* In huiusce Signi varietate
tem coloris, retulerunt Poète portenta mu-
tationis coloris gregum. Unde Virgil. *Eclog.*
4. v. 43. de felicitate Pollionis:

*Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo matabit vellerà luto.*
Macrob. 3. *Saturnal.* cap. 7. subdit: *Tra-
ditur in libro Hetruscorum, si hoc animal
insolito colore fuerit indutum, portendi Im-
peratori rerum omnium fecilitatem. Purpu-
reo aureove colore ovis aries se si aspergetur,
principi ordinis & generis summa cum fel-
citate largitatem auget in claritate, latio-
remque efficit. Vide plura exempla apud*

IX. K.

Virgil.

La-Zerd. loc. præf. *Virg. & Caesar. Bulenger. de Prodig. cap. 5. Quid sit color purpureus dixi fusè, Tom. 4. T. 1. à n. 15. In Sphæ Arab. Imago proponitur viri crispo capillo, dextrâ manu accipitrem, sinistra flagellum tenentis.*

2. Dies septima orbis. Dicemus d. 26. n. 2. Iacob audiens à cæteris filijs vivere Iosephum, ac dominari in omni terra Ægypti (spiritu reviviscens, potitus voto, eius fortunæ quem tot diebus optaverat) præ gaudio non credens, videns plaustra & donâ missa à filio & Pharaone; nuncijs assentit, dicitque: *Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus vivit: vadam & videbo illum, antequam moriar:* statimque decernit, quanto cyus proficisci. R. Abrah. ex *Genes. 45. & 46. Adrich. in Chron. & Ioseph. 2. Antiq. cap. 3. Post. 215. ann. hac ipsâ die filij Israël de Mari-Rubro, pervenerunt in Mara, 5. Mansion. ubi secunda murmuratio præ sita, & aquæ acerbitate. Leonard. Mar. Exod. 15. à 22. & Numer. 33. 8. Hodie, non postridiè factum miraculum per lignum à Numine ostensum, dulcedinis aquarum; uti dicemus ibi n. 8. Vide Seder-Ol. cap. 5.*

3. Vidit Daniel iuxta Tigrim, ann. 3. Cyri Regis Persarum (cùm per tres hebdomades se luctu & ieiunio coram Domino afflisset pro captivitate populi) virum lineis indutum, & splendens; siquidem totum corpus quasi chrysolithus cum zonâ ex auro puro, facies ut fulgur, oculi ut flamma, & quæ deorsum usque ad pedes specie zris candentis: à quo docetur Propheta, & de Archangeli Michaëlis patrocinio erga Synagogam, & de bellis inter Reges Persarum & Græcorum: Regum Austri, idest, Ægypti, & Aquilonis, nempe Syriæ. Docetur etiâ de audacia & sceleribus Antiochi Epiphanis Antichristi imaginis, & quomodo delentur sacrificium iuge, & Indæos per annos tres & semis efflictorus. Prophetia plenius adimplenda in Antichristo, qui in fine mundi catholicos vexabit, 1290. d. idest, per tres annos supra dimidium: deinde docetur de mortuorum resurrectione ad gloriam vel cruciamen sempiternum. Daniel 10. à v. 4. Ioseph. 10. *Antiq. 12.*

4. Viderat iam in eodem die (ut ait Rab. Salomon. anno in eunte, iuxta Torniel. in *Tabul. & Ann. 1499. n. 1. cùm, mortuo Evilmerodach, succederet Balthasar ultimus Rex Chaldæorum, in anno primo eius exaltationis, ut dicitur, Daniel 7. à v. 4. quatuor in bestijs, quatuor Monarchias, quas somnium oblecterat Nabuchodonosor in quatuor metallis, scilicet Chaldæorum,*

Persarum, Græcorum, Romanorumque postremò; sub figuris Lezæ, Urû, Pardi, atque alterius bestię singularis, truculentissimæ dentibus ferreis, & decem cornibus. De huiusmodi visione latè Expositores Sacri. Adrichom. Anno 3406. & Seder-Olam, cap. 28. Ex illis decem cornibus parvum aliud, quod oriebatur, autumat Torniel. quò dudum, signare Turcarum sive Mahumetis imperium. Alij alia, sed nos nihil, quoniam nihil de futuris scimus. Si desiderantur nova & inaudita, inveniuntur in Alcazar in *Aporal. 13. Scimus tantum quod astringit Benjamin, in Itinerar. pag. 93. In Kabbipha (ait) Bdellius lapis invenitur, miro natura opere confectus, qui 24. Nisan ros in aqua quidam decidit, quem collectum incola involvunt & concludunt, conclusumque in mare proijciunt, sua spontè demergendum ad fundum usque maris. Medio autem mense Tisri duo homines funibus in Mare demissi reptilia quadam collecta in auras deferunt, & lapides illos proferunt. Inter Expositores de Bdellio summa varietas. Genus gummi sive lachrymæ pellucidæ arboris dicunt alij, sicut electrum apud Ovid. 24. *Metamorph. fab. 3. Alij unionem, margaritum, carbunculum, adamantem ac crystallum appellant, minimè lachrymam. Singularis sententia Maluendæ, Genes. 2. 12. asserentis Bdellium esse aromatis speciem, nimirum piperis, quod abundat in India; de quo die 10. n. 4.**

5. Præmittit Christus Petrum & Ioannem in urbem ut parent nesseria ad cœnam Agni Paschalis; quos ipse secutus vesperè cum discipulis Phasæ celebrat: postquam pedes illorum lavit, Eucharistiam instituit & discipulos communicavit (placet Mariæ de Agrada, Henoch & Eliam Sacramenti cœlestis hodie participes factos) Iudam signo buccellæ Ioanni proditorem indicat, qui perfidus ut perficeret opus, continuo egressus est cœnaculo. Post perfidi abitum sermonem altissimum orditur, prædicatque Petro inconstantiam, quò plus de amore gloriatur. Hymno dicto secedit in hortum cum tribus discipulis oratum Patrem. Sudat præ angore futuræ passionis sanguine: confortatur ab Angelo, mox comprehenditur & vincetus ad Pontifices ducitur, imò trahitur. Alap. *Chron. à n. 68. Adrich. latè, & Marian. d. n. 8. quem sequitur Castell. addens ex Beda de Loc. Sacr. cap. 6. genæ Christi impressa fuisse lapidi super quem oravit ad Patrem, lib. 3. cap. 5. Idem accidisse refert in transitu Torrentis Cedrò; dum cecidit, tractus furenter funibus. Brocard;*

Iacob nuncijs de vita ac fortuna Ioseph.

Mansio 5. Mara.

Lignum in aqua dulcoratum.

Indicatur prædictione qualis futuræ Antiochi Epiphanis.

Indicatur prædictione qualis futuræ Antiochi Epiphanis.

*Vide Daniel 7. à v. 4. be-
stij.*

Quid Bdellium.

Christi gesta.

Card. de Monte Sion; cap. 7. ex Beda de Loc. sanct. cap. 6. Notandum uti fictum (quasi Ecclesia catholica egeret miraculis fictis, cum tot veris illustrata sit miraculis) quod ex Egesippo legitur apud Quaresm. de Quinq. Christ. vulnerib. cap. 2. sect. 3. nimirum, ex sudore sanguineo Salvatoris N. prodisse arborem, in cuius folijs legebatur: *O mors, quam amara est memoria tua!* Etiam commentitium, quod ex guttulis sudoris eliciti natos flores, roseos, purpureos & violaceos; ex quibus Angelus, qui in agonia confortatum venit Christum coronam compegit, qua super caput eius posita, Iesus confortatus est. Ex eodem Egesipp. ferm. in *Parascev.* Denique ludicrum, ibi in lapide, quem Iesus dum caperetur, apprehendit, impressos permanisse digitos servatoris N. Non enim in rope cava qua oravit, sed sciens cuncta quae ventura erant super se, processit obviam ministris, qui in campo retrorsum ceciderunt, cum non solum pervenisset ad iactum lapidis, ubi tres dormierant discipuli; sed quod octo alij discipuli derelicti, qui locus 34. ulnis distat, a sede trium Apostolorum; ut describit Adrichom. in *Ierusal.* à n. 210.

6 Romæ Dies infaustus. In Calendario N. Rom. nihil nec ad sacra, nec ad civilia singulariter notatur. Comitiale fuisse, patet ex his quae dicit Rosin. lib. 4. cap. 7. in expositione mensis. *Dies 24. Martij in Calend. ita (ait) notatus est.* C. Q. Rex C. F. hoc est, *Comitialis* nempe dies, *Quando Rex comitavit, fas.* Ex Varrone & Scaligero. Nefas erat Regem sacrorum in Comitium ire, quippe illi inhibitum non solum gerere magistratum, sed & petere, ut diximus die 20. à n. 14. Unde cum dicitur à Festo Pompeio, lib. 3. *In Comitium nefas, si comitavit, fas:* signat nefas esse in comitium ire, nisi hoc die quo fas. Ideo signatur in Fastis: ibat enim in comitium sacrificij causa. Rosinus, d. *Rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit.* Quid & ex quo Comitium, diximus, 3. *Januar.* n. 10. & Festus loc. cit. inquit: *Comitiales dies appellati, cum in Comitio conveniebant: qui locus à coeundo, id est, insimul veniendo, dictus est.*

7 Hocce munus populo Romano suffegit Iunius Brutus, ut Tarquinius expulsos non reciperet intra moenia; quia libertati odiosum Regis nomen: imò insignia in fastum Regis: qua de causa vel Coll. eligendis detrahenda. *In totum tolli sceptrum ista, & coronas aureas, & purpureas auro intertextas trabeas, nisi statim festis & in pompis triumphalibus assumantur honoris Deorum*

Tom. I. Ephemer.

gratia: rarus enim horum usus invidiosus non erit. Ceterum sella eburnea, in qua sedentes ius reddant populo, relinquenda est, una cum praetexta candida & licitoribus, duodecim securibus preferentibus per vias :: In hunc modum institutis rebus, fruemini bonis gubernationis regia absque agnatis illi incommodis: & ut nomen regium auspicio in hanc civitatem receptum, servetur religionis causa ut sacrum; creetur semper Rex, cui honor hic sit perpetuus & immunitas à militia: nec aliud negotium habeat, quam curam sacrorum, quae per Reges factitabatur antea. Haecenus Halicarnassens lib. 4. n. 58. ex Bruti oratione. Auctoratur argumentum Tit. Livij sententia: *Rerum deinde divinarum habità cura (inquit lib. 2. sect. 5.) & quia quaedam publica sacra per ipsos Reges factitata erant; nec ubi ibi regum desiderium esset, Regem sacrificulum creant. Id sacerdotium Pontifici subicere, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret.*

8 In electionem primi Regis sacrorum à primis Coll. advocatà plebe, suffragijs omnium, potitur munere Manius Papyrius. Astruit Dionys. d. lib. 5. n. 2. *Multa magna beneficia collata videbantur in rempublicam à Regibus: volentes hoc nomen in urbe servari (inquit) & perpetuò; iusserunt, ut Pontifices & Augures designarent unum aliquem è senioribus, ad hoc idoneum; qui sacris tantum praesset, vocareturque Rex sacrificulus: primusque hunc honorem Romae accepit Manius Papyrius, vir patritius, quietis amantissimus.* Eadem apud Pompon. Latum lib. 2. de *Sacerdot. Roman.* lib. 2. cap. 11. qui addit: *Idem fuisse memoratur, qui leges Numa ab Anco Martio in tabulis quærens inscriptas, rursus in publicum traduxit.* Aul. Gellius, lib. 15. cap. 17. asserit, comitijs curiatis fieri inaugurationem Regis sacrorum; sicut Pontificum atque Flaminum. Ad 3. *Januar.* n. 10. Viro sacrorum incubebat sacrum furvis hostijs, tribus diebus totidemque noctibus operari in honorem Ditis & Proserpinæ ad aram Terenti in campo Martio. Ita Festus lib. 17. diximus superstitionem die 10. à n. 12.

9 Regis sacrorum uxor appellabatur sacrorum Regina, quae aliquot sacrificia acmunia facere solebat; sicut uxor Flaminis Dialis. *Roma quoque Kalend. omnibus praeter quod Pontifex minor facit; etiam Regina sacrorum, id est, Regis uxor, agnam in regia Iunonis immolat.* Macrobo. quo infr. cap. 15. & Alexand. Neapoli. 2. cap. 17. quos Rosin. sequitur, lib. 3. rap. 25. *Cuius*

Luz

uxor

Insignia
Julian.

Manius Papyrius
primus Rex
sacrorum.

Regina
sacrorum
mox.

Rex sacrorum
in comitio.

Electus pro
Regibus.

Infigia

uxor Regina sacrorum hoc habet proprium, ut quoties sacra facit, ex malo punico virgulam, quam Miraculum dicunt, pro infula deferat. Alexandr. d. Pro Miraculum, arbitror Inarculum debere dici: Festus enim lib. 9. in rem inquit: Inarculum virgula erat ex malo punico incurvata, quam Regina sacrificans in capite gestabat. Hæc erat familiaris Virginibus Vestalibus, quæ Regi sacrorum sacrificanti, ut litare valeret, dicebant: *Vigilâne Rex? Vigila. Fac quod facis*: maximè dum in comitio pro imperio & populo hostia cadebat. Servius in 10. *Æneid.* Virgil. v. 228. Addit Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 16. *Regem sacrorum, Flamineque non licebat videre feriis opus fieri*: & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens multabatur. Præter multam verò affirmabant, eum qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere: prudentem expiare non posse. Hæcine ergo consuetudine facillè intelligitur nota præfata Kalendarij in hoc die; Q. R. C. F. Ita & genuinè exponit in *Fastor gloss.* Smet. *Quando Rex comitiavit, fas.* Id est, quando Rex sacra in comitio pro populo & imperio fecit, quæ olim Reges faciebant, fas est lege agere, opus peragere: feriis enim ea agere fas erat, quæ necessaria: ante reditum igitur Regis sacrorum è comitio, fas non erat quicquam agere. Ad sacra eunti præco, præcincitator dictus, præire & præmonere solebat populum, ut dum sacra fierent, ab opere cessarent: neque enim Regem sacrorum religiosis diebus etiam feriatis, opus facientem videre, fas erat. Maiolus Tom. 2. *Colloq.* 1.

Honor, Religionis causa, Regis sacrificij.

Munus eius

10 Ibidem officia Regis sacrorum exprimuntur: *In primis (inquit) illius curæ erat, religiones & ceremonias publicas privatasque & res divinas sanctissimè tueri & interpretari, illaque omnia scripta signataque habere; in quibus aris, quibus Dijs, quibus hostijs, quibus diebus, & ad quæ templa fierent; respectum habens, ne qui Romana sacra negligenter, peregrinos ritus adseiscerent: ad quem tam de cœlestium Deorum sacrificijs, quàm de funeribus iustisque exhibendis, placandisque Manibus, infernis Dijs, de sepulchris & votis ritè solvendis, de feriis, de religione, pietate, sanctitate, deque fide & iureiurando, sacrificijs solemnibus plebis (quoties videbatur) tanquàm ad antistitem Deorum immortalium, sacrorum consultum ibant.* Eadem apud Alexandr. Neapolitan. d. qui præfatis addit: *Erat Regi sacrorum munus, dies fastos predicere & nefastos, sacra procurare, & quæ sacrificio usui*

essent. Ideo sacra facturi Regem petunt, & quæque necessaria sacrificio, lanam, farras, fruges, lauros & verbenas. Ad eum tam intra, quàm extra pomerium populi civesque quique in agris agunt imperiti morum civilium, atque unà agricola, de sacris festisque diebus consultum vadunt, & sacra postulant. Ipse feriarum causas, & quid quoque mense faciendum, à quibusque cavendum esset, prædicebat. Quinto Idus Ianuarij Iano arietem immolare debebat, ut ibid. diximus, n. 9.

11 Multos honores aggregarunt Regi sacrorum Romani, sed aliquid pro libertate cupita dignitati derogarunt. Hin Plutarchus, dum quærit: *Cur Regi sacrorum magistratum capere & concionari inhiberetur?* Respondit: *Olim Reges pleraque & præcipua sacra faciebant, ac rebus divinis ipsi cum sacerdotibus cooperabantur. Ut verò insolescere cœperunt, arrogantesque & duriores, Græci detracto eis imperio, solum sacra faciendi Dijs, facultatem reliquere. Romanis Regibus semel expulsis, præfecerunt alium sacris; cui omnem potestatem & concionis habenda ius ademerunt: quo tantum in sacris Regem habere regnumque Deorum causâ existimentur sustinere. Est itaque in foro iuxta comitium solemnè sacrificium: quo perpetrato, fugiens ex foro Rex raptim se subducit. Restat enim inquirendum, quare raptim elabatur ut fugitivus? In memoriam Regifugij Regis Tarquinij (de quo 24. *Februar.* n. 10. & 28. n. 13.) igitur ne à civibus tolleretur è medio; fugit à Romæ mœnibus. Unde post plebiscito & S. C. decretum, Regem sacrorum, impediente religione, non posse occidi. Servius in illud Virgil. 8. *Æneid.* v. 646.*

Ritus eius in sacris Comitij.

Nequibat occidi.

Necnon Tarquinium eiectione Porrena iubebat Accipere. Virg.

Rex ergo fugiebat ad Tarquinij speciem, eum exosâ republicâ, & ne fugientem audax quis memoriâ tyranni iniuriâ afficeret, vel lapide aut telo percuteret; à cunctis sanctum, fugienti nullo modo nocere.

12 Multis præclarisque honoribus, qui tunc fugiebat dignatus à civibus Romanis: quos inter, ut in sacris epulis (dispositis à septem viris epulonum (de quibus 13. *Novembr.*) post Maximum Pontificem, supra Flaminem Dialem, Martialem & Quirinalem accumberet. *Super Flaminem Dialem in convivio nisi Rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit.* Aulus Gell. 10. cap. 15. Semper debebat eligi ex patritijs, ut ait Cicero pro *Domo sua.* Cui stipulatur Alexander ab Alexandr. d. *At licet à principio* (subdit)

Erat ex patritijs.

à populo crearetur ex patritijs, & maleis honoribus functus; post aliquot etates à minore parte populi selectis calatisque comitijs, ex plebe creari cepit; tunc quum Maximus Curio, plebeius Rex sacrorum fuit. Sumpfit ex Liv. 7. sect. 60. qui nominat, dicens: C. Manilium Attellinum primum ex plebe creatum fuisse Carionem Maximum (Cario Maximus dicebatur, qui præerat reliquis Curionibus, quos Numa instituit sacerdotes 33. Curiarum; ut scribit Festus, lib. 3. & Rosin. 3. cap. 13.) & Regem sacrorum; cum nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Liquec honor huius Sacerdotij, eoque fungentem Pontifici Maximo Romani subiecerunt, ne si nullius ditioni fuisset suppositus, iam exacti Reges, reduti esse viderentur. Floccus, d.

Quæ dignitas Carionis Maximi?

Quis primus à plebe Rex sacrorum?

Cæsaris bellum Alexandrinum.

13 Anno V. C. 707. Iulius Cæsar hac die post summa pericula potitus victoriâ ex pugna contra Ptolomeum Dionysium, Ægypti Regem; quanvis usque in 26. April. haud Alexandriam reverfus, unde expulsus, & tanquam victor receptus. Goltz. in Cæsar. pag. 102. Cum Ptolomeo Rege, à quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sanè difficillimum esset: neque loco, neque tempore equo, sed hyeme anni, & intra mœnia copiosissimi ac solertissimi hostis inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnam Ægypti victor, Cleopatra eiusque fratri minori permisit. Sueton. in eo, cap. 35. Obtenta victoriâ à Cæsare, fugiente Cn. Pompeio Magno, & ut fama erat, Ægyptum; è pugna Pharsalica profectus classe in Ægyptum victor Cæsar, illum sequens vel persequens. Ut Alexandriam pervenit, certior factus est de exede Pompeij per Phorinû & Achillam, hunc copiarum præfectum Ægypti, illum nutritium Regis Ptolomei. Unde receptus in regiam quasi iam Ægypti victor regiè sese gerebat. Tunc illi allatum caput Pompeij & annulus. Hocine spectaculo percussus, vultum avertens, alius ingemiscens, casum tanti viri largius lachrymatus (creperum, an ex gaudio, vel lachrymæ soceri omnino fictitiæ) generum, civemque suum subinde appellabat. Illic ergo percussores averfans, caput Pompeij honestâ sepulturâ in Suburbio Alexandriæ dignatus est: & facellum statuit in loco quo caput ipsi oblatum fuerat, titulo Nemeffis, sive Indignationis in monumentum sceleris acti: annulum verò, cui signum leo ensifer cum tribus trophæis, Romanam misit. Goltz. d. pag. 92. Plutarch. in Cæsare, & Ioann. Vaillant, Histor. Ptolomeor. à pag. 134.

Flevit viso Pompeij capite.

Sepelit Alexandriam.

Sacellum Nemeffis.

Pompeij annulus.

14 Alexandriæ præsidium ægrè tulit factum. Tom. I. Ephemer.

stium Cæsaris, quasi Regiâ dignitas minueretur, eò quod præferbantur Cæsaris fasces. Unde crescente tumultu, Cæsar coactus est confugere in regiam, & legiones ex Asia quamprimum adducere; ne facile ab Ægyptijs opprimeretur: at vel cum eis, parum abfuit, invidiam in Cæsarem quoquo modo apud populum & exercitum Photino & Achilla constantibus; maxime cum Reginam Ægypti declaravit Cleopatram. Bellum Alexandrinum à Cæsare nulla necessitate susceptum; sed ob amorem Cleopatræ, eum infamiam simul & magna pericula ista adisse dicunt. Quidam in regios administratos culpam conferunt, Photinum præcipuè, qui potentissimus omnium, Cleopatram è regno eiecerat, ac tunc Cæsari occultè exitium struebat. Plutarch. d. Hæc ergo fœmina (cuius formam & calliditatem idem refert Vaillant in Cleopatra, & Ioseph. 15. Antiq. à cap. 4.) clam à Cæsare ex interiore Ægypti regione accersita, Apollodoro familiari comite assumpto, eo corporis ornatu, ut salvâ formæ dignitate clementiam Cæsaris moveret, sub primas vespertini temporis tenebras ad regiam adnavigavit: & quo custodes falleret, stragulo sive culcitæ in longitudinem involutam, loricæ circumligatam, tanquam sarcinam aliquam in interiorem regiam ad Cæsarem intrò tulit Apollodorus. Cæsar miratus astutiam puellæ, simul gratiam formæ, dulcedine orationis, ipsaque morum suavitate illectus, illi promisit cum fratre reconciliandam; quamquam in Cleopatram, quam in Regem fratrem longè propensior. Itaque Ptolomeum introduxit quò soror erat, & expavit Rex attonitus, sese clamans proditum proiecto diademate; unde tot Cæsari pericula, quippe Ægyptij statim regiam terrâ marique invadunt, & cogunt in Pharam transire, multitudini cedentem.

Qua arte Cleopatra ad Cæsarem introducta?

15 Cùm nec sic tutus esset, in suum navigium desilijt: quod cùm ex multitudine suorum concurrente subsidere inciperet, & hostes undique urgerent; è navi se deiecit in pelagus (profuit illi natate) libellos quosdam & schedas lavâ altiùs super aquam sublata, ne maderent; gestans, ducentorum amplius passuum spatium natando emensus ad proximas naves parvæ suæ classis emerfit. Quidam tradunt (insit Goltz. pag. 99.) persequentibus eum hostibus, diu sub aqua natasse, & prolato capite per intervalla tantum respirasse: quin & paludamentum mordicus inter natandum tenuisse; ne spolio fortiretur hostis. Ceterum postquam eo se gravari sensit, crebrisque telorum & lapidum iactibus interim peteretur, què expeditius

Natans cum libellis, periculis consistit.

Fessus in mare proiectus ab hostibus triginta in trophæis.

nataret, tandem in fluctibus reliquisse; Alexandrinosque à fluctibus exceptum trophæo appendisse. Quota in gratiam victoris facta? Plutarch. d. etiam altruit. Apud Pharum commissa pugna (subdit) ab aggere in lembum desiluit, suisque pugnantibus auxilium tulit: multis verò Ægyptiorum navibus petitus, in mare seipsum coniecit, magnoque cum labore enatavit, lembo in quo fuerat, ab hostibus statim summerso. Ferunt, cum tum libellos multos manu altera tenuisse: eosque, tarretsi. & mergeretur & tellis impeteretur, non dimississe, verum una manu supra aquam extulisse, altera natasse.

16. Rex igitur è Cæsaris potestate his tumultibus fugiens, novos delectus militum colligens, suos iuvavit, se opponens Cæsari, qui plures ex Asia, Iudæaque iam habebat amicos, auxiliaque selectorum militum. Unde ad ostium Nili quod Africam respicit, commisso prælio, exercitum Regis Cæsar subvertit, castra diripuit. Plurimi Alexandrinorum se de vallo acervatim in fossam castrorum deiciens, præcipitio perierunt: quorum cadaveribus fossa repleta faciliorem reliquis fugam præbuit. Rex ipse è castris fugiens scapha exceptus, dum multitudo, nullâ habitâ Regis ratione in eandem se coniecit, navigio pondere demerso perit. Corpus ipsius impulsu fluctuum limo obrutum, ad littus devolutum, inventum, iudicio lorice aureæ cognitum est. Cæsar autem eadem lorica Alexandriam in signum & fidem à se gestæ præmissâ, facile oppidanos omni spe amissâ ad deditonem compulit. Videbimus, 26. April. Ita Dio, lib. 42. Vaillant, d. in Ptolom. 12. & Tit. Liv. lib. 112.

17. Ex huiusmodi certaminibus gloria profectò nonnunquam victricis Romæ; sed maxima ruina reipublicæ literariæ incensâ Alexandrinâ famosâ ac singulari bibliothecâ. Dum Cæsar recessit à regia incursum Ægyptiorum, perveniens invalidus in portum Alexandrinum, naves, quæ ibi erant incendit. Fortè cum flamma longius evecta, proxima navalibus tecta invasisset; cum bona urbis parte etiam nobilis illa quadringentorum, sive septingentorum millium librorum Ptolomei Philadelphi bibliotheca, tum horrea (nonnulli cogitant, quæ sub pyramidibus à Iosepho Patriarcha fuerunt extructa) in quibus frumenta publica recondita erant, simul conflagraverunt. Goltz. d. pag. 95. Iurè Briet. C.V. ann. 706. Hic (inquit) pugnatum est acriter incensa centum viginti Ægyptia naves: tum luculenta Ptolomeorum Bibliotheca, ingenti rei literaria damno. Hu-

ius inestimabilis thesauri memoria fit apud Auctores supremi subsellij. Videtis Orosum lib. 6. cap. 18. & 20. Vaillant. d. in Ptolom. 2. Ammian. Marcellin. lib. 22. & Ioseph. 12. Antiq. cap. 2. & alios quos signavi 9. Febr. à n. 10. ubi de hac alijque Bibliothecis copiose egi.

18. Omnino absumptam arbitratur Maiolus Tom. 5. Colloq. 4. etiam olim Plutarch. in Cæsar. subdens: Exitium classis coactus est Cæsar incendio amoliri, quod à navali grassatum magnam etiam bibliothecam absumpsit. Seneca de Animi tranquillit. cap. 9. Quadringenta millia librorum Alexandria arserunt: inquit. Ex hoc bello dispositio facta, ut illam ingrederetur ceu triumphans Cæsar (ut dicendum loc. cit.) postque ab Octaviano fuisset in Provinciam redacta Ægyptus, uti signavimus, 13. Ianuar. n. 4. Ægyptij à suis Mystis decepti sunt, dum experti Cæsare & Octavio gravissimam servitutem, sperantes gratissimam libertatem. Fertur enim apud Membrim in aurea columna Ægyptijs literis scriptum: Tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani fasces, & prætexta Romanorum. Ita Trebell. Pollion. in Emiliano Imperator. Cuilibet denique difficile videbitur, quomodo unico in anno tot à Cæsare gesta referantur, ut à Saliano, & Brietio loc. cit. & anno. Dubium solvit Goltz. in Fastis, pag. 179. dicens: Hic annus quindecim mensium fuit, in quo Cæsar tertium & Lepidus Coss.

19. Apud Arcades sacra Dominæ. K. Græc. Nil dicerem, ni apud Pausaniam invenissem, cui Deorum nomen generale singulariter concessum, nimirum Heræ, proprio nomine atque vulgari Persephonz. Non enim ausus Homerus (ait idem, cap. 268.) nomen Heræ ad profanos prodere. Ibi lucus Heræ sacer, in quo cunctæ arbores ex una eademque radice: & supra lucum Neptuni Equestris, qui Heræ pater, statua & ara. In hoc luco Pana fistula canentem accolæ dicunt audire: hacque de causa ab Heræ per scalam, seu cochleam fit transitus ad delubrum Panos. Ibi etiam Dianæ ædes: æneum Deæ signum faces præfert. Hinc ad sacrum Dominæ septum aditus est. In porticu verò ad Dominæ fanum sunt Nymphæ & Panes. Ante fanum aræ erectæ: Cereri una Dominæ altera, Deum Magnæ Matri tertia. Signa Cereri & Heræ: solium in quo sedent, & item quod pedibus subiacet, scabellum, è solido & unico lapide sunt: nam neque vestes, nec extranea folij ornamenta ullo vel ferri vel glutinis coagmento compacta sunt; sed

Ptolom.
Dionys. pe-
rit.

Flagrat Bi-
bliotheca A-
lexandrina.

Ægyptus in
provinciam
redacta.

Sacra Heræ
sub Dominæ
titulo.

Eius lucus.

Simulacra
Deorum.

Imago Dia-
ne.

sed uno prorsus omnia lapide constant. Neque verò hunc lapidem aliunde deportatum, sed somnij monitu, quo loco fodiendo tellurem aperuerant, inventum memorant. Ceres ipsa facem dextera præfert, lævam Heræ admover. Hera sceptrum & vas, quod *Cissa* dicitur, genibus sustinet, dextrâ cistæ adhibitâ. Assistit folio Diana, corvinâ pelle velata, ac pharetrâ pendente ab humeris; altera manu lampadem, dracones alterâ gestat. Adiacet canis, de venaticorum genere. Hæc sumpsimus ex Pausania d. cap. 267. Speciem huius throni præmisimus & exposuimus, 26. *Januar.* n. 11. & simul mythologiam è Kirchetò. Hera sumitur pro *Fortuna*, pro *Iunone* ac pro *Tellure*, ut Rhodigin. observat, lib. 2. cap. 3. & 17. cap. 18. Alia dicemus 29. *Octobr.* quò ei sacra dicata sub *Hera* nomine Athenis; equidem inter *Arcades* sub *Dominâ* titulo.

20 Tam *Ceres* mater, quàm *Hera* filia habebat speculum fatidicum: de huius præstigijs diximus 28. *Januar.* n. 15. de illius dicemus, 3. *Septembr.* Heræ *Dominæ* sacra etiam fiebant inter *Bœotos* quotannis in fano insigni. Pausanias cap. 287. Cereri *Eleusiniæ* tribuit & inter *Platænes*. *Cereris Eleusiniæ* *Platæis* sacellum, & *Leiti* sepulchrum: unus hic ex omnibus *Bœotorum Ducibus* è bello *Troiano* domum rediit. Ibi etiam prope annem *Arcefilai* monumentum. Reportasse è *Troia* eius ossa *Leitum*, dicunt. Idem cap. 313. Hic unus fuit è quinque *Bœotorum Ducibus*, qui ad *Troiam* cum quinquaginta navibus advenerunt. *Homer.* 2. *Iliad.* a v. 489. & *Hygin.* *Fabul.* 97. Filius *Arcefilai* fuit *Lichas*, cui etiam cum patre in *Olympia* dicata statua. Hic cum *Lacedæmonijs* ludorum aditus esset interdictus, *Thebani* populi nomine currum introduxit, victoremque aurigam sua manu ipse tæniâ redimivit: at sagris cæsus, suæ temeritatis pœnas *Ædilibus* luit. Refert etiam *Pausan.* cap. 178.

21 Hac in die ex *Masculo Petr.* Polo affirmat *Athenienses* victos à *Syracusanis* in *Sicilia*, amisso toto exercitu, *Ducibus Niciâ* ac *Demosthene*; quorum expeditionem & exitum ad flumen *Afinarum*, fusè refert *Plutarch.* in *Niciâ*: qui non hoc die (sed 24. *Maij*, quo celebrabantur apud *Athenas Carneæ*, vel 24. *Carnij* mensis, *Atticis Metargitnionis*, idest *Iulij*) astruit partem à *Syracusanis* victoriam. Alij asserunt contigisse 17. *Iulij*. Utrobique referemus iuxta *AA.* sententias.

22 Post diem septimum in quo totus *Xerxis* exercitus per pontes transivit in Eu-

ropam, ut vidimus die 18. *Pythius* (qui *Perfarum* Regem magnificè in hospitium exceperat, & epulo eius universas copias, offerens in expensas belli, quas sine numero possidebat divitias, ob cuius obsequia *Hospes*, *amicus*, & *cognatus Regis* est appellatus; ut dictum, die, 19. n. 29. & 5. *Januar.* 18.) dum post *Hellesponti* transitum *Xerxem* gaudibundum vidit, etsi somnio præcedenti nocte perculsus, & aliquatenus peterritus; procedentem Regem fiducia amicitie *Xerxis* & illi ob oblata munera (maximè cum dixisset, nihil illi haud concedendum) rogavit, ut ex quinque filijs qui secum adversus *Græciam* in militiam ducebat, saltem sibi unum in senectutis solatium relinqueret. Improbum tunc miserum *Pythium* appellans, dixit illi: Tu cum beneficii, & alia eiusdem generis promisisti; non gloriaris te supergressum esse Regem magnificentia: postea verò quàm ad impudentiora conversus es, non tu quidem pro merito, sed minora quàm pro merito accipies. Subitò, cum hæc respondisset, imperavit, ut maximum natu filiorum *Pythij* inventum discinderent medium, eiusque discissi dimidium ad dexteram via, & dimidium ad sinistram disponerent, & illac transfret exercitus. *Herodot.* lib. 7. n. 16. Ita instabilis gratia Regum.

23 Ultra gesta ob gratiam optatam, *Xerxi* promisit ampliora. Quota verò ille ipse portio fuit *Pythij* *Bythini* (ait *Plin.* lib. 33. cap. 10.) qui *platanum auream*, vitæque nobilem illam *Dario Regi* donavit (diximus, die 19. n. 29. & 15. *Januar.* n. 18.) *Xerxis* copias; hoc est, septies centena octoginta octo millia hominum exceptit epulo, stipendium quinque mensium frumentumque pollicitus; ut è quinque liberis senectuti suæ delectu unus saltem concederetur? Computat expensas *Budæus de Assè*, lib. 5. educitque quolibet mense summam ad duos miliones; ita ut decem absumeret illis quinque mensibus. Suffragatur numero & *historiz Maiolus*, *Tom.* 1. colloq. 19. Iurè *Rhodigin.* lib. 19. cap. 19. cum *Pythius* regie erga *Xerxem* se gessisset; In virum hunc (exclamat) exerta tamen barbari Regis barbara effèrataque sevities::: Accepimus hunc *Pythium* imparem dolori, quo miserè ob immanem filij necem à *Xerxe* conflabatur, cum paulo moliori animo foret (nec satis haberet roboris ad vindicias secundum libertatè; quâdo nemo potest invitus servire) in monumentum se coniecisse, quod ipse tumuli vertice excitaverat: atque inibi flebiliter, quod supererat vitæ complexisse; summittente illi die-

Xerxes
Pythium
in-
gratus
ve-
rat.

Cereris &
Hera *Do-*
mine.

Reg *Des*
Heræ

Ceres *Eleu-*
sinia.

Status &
aur *Leitor*

Etiâ *Ar-*
cefilao &
Lichæ.

Athenienses
victi *ad*
flumen *Afinarum.*

Quàm *di-*
ves *Pythius?*

Xerxis *copiæ*

Pythius *se-*
vivum *sepe-*
lit.

diebus singulis coëta citharis uxore. Idem Alexander lib. 5. cap. 17. ac hic Tiraquell.

24 Meminit etiam turbulentiæ, insolentissimæ Seneca. Xerxes in ea imitatus est patrem qui plus sanguinolentiæ executus est cum filijs Ebaxi: *Quanto Xerxes facilior, qui Pythio quinque filiorum patri, unius vocationem petenti, quem vellet, eligere permisit: deinde quem elegerat, in partes duas distractum ab utroque via latere posuit; & hac viëtimâ lustravit exercitum. Habuit itaque Xerxes quem debuit exitum: victus & latè longèque fusus, ac fratham ubique ruinam suam cernens, inter suorum cadavera incessit. Hac barbara Regibus feritas in ira fuit.* Ita lib. 3. de Ira, cap. 16. & 17. Ita enim ingratitude lævitiæque Regis attonitus, quasi fulmine percussus, solus vivere statuit, vel mori vitâ decrevit. *Quare* (supposito articulo. Plutarc. de Virtut. mulier. n. ult. inquit) *Pythes abiectio multorum ineptorum & stultorum more, mortem exhorruit; & vitam sensit acerbam. Cum taderet eum vitâ, nec satis animi haberet ad eam deponendam, essetque magnus in urbe agger, perque medium, flumen ferretur, quod appellabant Pythopolitem; in aggere monumentum extruit, flumenque ita avertit; ut fluens per aggerem, annis sepulchrum ablueret. His perfectis ipse in monumentum descendit. Imperio omni uxori & urbe demandatâ (de cuius ingenio dictum 5. Ianuar. n. 19. meminitque Cœl. Rhodigin. d.) vetuit ei accedere: tantum ut cœnam quotidie scapbæ impositam; quousque hæc unâ cum intacta cœna præterflueret sepulchrum: postque quasi mortuo ne amplius mitteret. Ita ille reliquam transegit vitam. Nocuit Pythium opulentiâ.*

25 Memphis statua erecta Thuori. K. Egypt. Kircher. in Oedip. Cop. Tom. 1. Syntagm. 1. Dynast. 19. cap. 10. vocat Thulen, Regemque Ægypti facit, & successorem Prothei, ut vidimus, die 4. n. 20. At Herodot. lib. 2. n. 32. non Regem, sed Prothei præfectum in ostio Nili Canopico; quo tempore Paris cum Helena per mare errans ibi appulsus. Arbitror, etsi Herodotus d. & Manethon in Berosi supplement. haudquaquam nominet mortuo Protheo in folium eius Thulen assumptum fuisse. Alienigena fuit, qui copijs Africâ subiugatâ in Ægyptum transijt. Kircher. d. Ægyptium facit, de illoque subdit: *Cum Ægyptum reverteretur, ingressus templum ingenti fastu, Oraculum sciscitatus his verbis: Dic Omnipotens, Veridice, Beate, qui cœli cursum temperas, quis ante me sibi omnia sub-*

ijcere potuit, aut quis poterit post me? Respondit.

Ipse Deus primùm, dein iuncto flamine Kirchs. *Verbum.*

Hæc tamen existunt simul omnia, & omnia in unum

Distinctum veniunt; cuius sine fine potestas. Tu vero incertum vitâ pede dirige callem.

DIES XXV. MARTIJ.

1 **G**Radus 5. Arietis, in quo iuxta Plin. *Equinoctium vernum.* Ovid. *posttridiè. Pisces tergore emergunt, nix imbri missa cadit. Turbatio aeris. Aries matutinò emergit è mari.* Ptol. *Nox & dies aequales.* Bucelin. in K. prisc. Astron. Sub hoccine horoscopo qui nati, magnarum civitatum erunt præfides, & iudices maximi, meritisque suæ dignitatis omnibus præponetur ut iusti integri & sobrii. Patrum religionem maximâ veneratione tventur, & omni præconio bonitatis ornati morientur. Iul. Firmic. *Planta in pretio: insitio fit, & coalescit.* K. R. P. *Duo viri, alter securi ligna scindens, alter dextrâ sceptrum gestans.* Sph. Arab.

2 Hoc die ab Heriberto Rosveyd. in *Notis ad Martyrolog.* signat victoriam Michaëlis contra draconem: immolationem Isaac (de qua n. 7.) & transitum Israël per mare Rubrum. Egimus. 21. die n. 6. At à multis signatur creatio hominis & lapsus: creatur ergo eius corpus de luto terræ, reatum & perfectum in ætate virili, cui à Domino illatum spiraculum vitæ, anima nimirum rationalis, forma corporis, ad imaginem & similitudinem suam formata, decora intellectu, liberâ voluntate, ac memoriâ, varijsque charismatibus; quæ quidem etiam ornata fuit rectitudine, iustitiâ scilicet originali, qua subderetur omnimodò Conditore, dominans sensibus, & cunctis membris ad nutum: collocaturque in paradiso, ut tum vigore originariæ rectitudinis, tum esu arboris vitæ in perpetuo mentis iubilo, & corporis validâ sanitate felix viveret, ut post in meliora ascenderet; datâ duntaxat in signum subiectionis erga Conditorem, inhibitione (inter tot ligna suavissima palato) arboris scientiæ boni & mali, ex cuius esu mors obvia, ac felicitas evanida, ut illicijs uxoris contigit (quæ hodie etiam ex eius costa ac terra & aere circumstante formata, & in matrimonium coniuncta) quia cum in honore esset, non intellexit. Auditis reis, expeditâ actutum causâ,

VIII. K.

Victoria Michælis.

Creatio Adam.

Labitur.

Sestatua Thuori, seu Thulen.

Ri falso datum oraculum ut Natus nosceret.

& duo expulsi sunt ē paradiso in hanc lachrymarum vallem; induti tunicis pelliceis. A Numine creatis, vel Angelorum ministerio confectis: quæ relictæ Adamo, uti sacerdoti, eisdemque usi sunt in sacrificijs reliqui Patriarchæ ad Aaronem usque. A Rabbinis multa nugamenta. Ad 21. *Januar.* n. 2. Sanè ab illis sacerdotales vestes dicuntur, imò quod Eva fuit Sacerdotissa. Baa-Turim in *Genes.* 3. 22. & plures alij apud Braun. 1. p. cap. 3. n. 8. & cap. 4. à n. 4. Ex animalibus ab Adamo Numini mactatis fuisse pelles, asserit idem. At quando sacrificium? Clausus ex quo peccatum (in signum occlusionis cœli, idest, visionis gloriæ) voluptatis hortus, flammâ vallatus (ut ait Moyses Barcephas) & ante ostium collocato spiritu superiore cum flammeo gladio versatili. *Genes.* 2. & 3. Non denuò creati in corpore distincto ab illo, quo exierunt exules, ut delirarent Gnostici, dicentes (uti observat Irenæus, 1. *Adversus Hæres.* cap. 34.) Adam & Evam prius quidem habuisse levitâ & clara, & veluti spiritualia corpora; quemadmodum & plasmati sunt: venientes autem huc, demutasse in obscurius, pinguius, & pigrius. Vide hic Fevardent. Corpus Adami à R. Maimonid. in *Beib Habbechira*, cap. 1. Halach. 11. dicitur creatum in loco, quò postea templum ædificatū: qua de causa exiens de Paradiso, ibi erexit altare. Idem Rab. Eliezer in *PirKe*, cap. 31. Mirum, potius ludicrum, quod dicitur in *Iemara* ad codicem *Schabath.* pag. 28. ubi: *Bos quem obtulit Adam primum, cornu habuit unicum in fronte.* Expulsum Adamum cum uxore autumat Adrichom. in campum Damascenum, ubi creatus: in *Iuda*, n. 90. & alij ibid. Galdin. libell. de *Appellationib. Nili*, ex Ioseph Eltiphasi asserit, tunc Deum tradidisse Adamo 29. volumina, & cum eis pervenisse in terram Ægypti. Papæ doctor!

3 Hinc Ægyptij dicti *Cbusij* (delirat R. Moses Ægyptius, vulgò Rambam, vel Maimoni lib. 3. in *Morte nebuchin*, cap. 19.) dicunt, quod Adam primò natus est ex masculo & femina, sicut ceteri: & honorabant eum valdè; quoniam è Luna egressus, Propbeta & Apostolus Luna fuit; & quod prædicavit Gentibus, ut seruirent Lunæ, & quod composuit libros de cultu terræ. Narraverunt etiam de Adam; quod quando egressus est de Luna, & de climate vicino Indiæ ad clima Babylonis profecturus; multa mirabilia secum tulerit: scilicet, arborem auri, quæ crescebat cum ramis & folijs, & arborem lapideam, & folia cuiusdam arboris viridis, quæ non comburebatur ab igne: & dixerunt,

quod sub ipsius arboris umbra decem millia hominum continebantur, & altitudo arboris ipsius ad similitudinem stature humane. Attulit etiam secum duo folia, quorum utrumque duos homines cooperiebat. Vid. Tom. 6. T. 1. n. 15. & Kircher. de *Origin. Idololatr.* cap. 1.

4 Chorum delirantium efformant Rabbim. Talmud tract. *Sanedrin*, fabulatur distributionem horarum in hoc die infelicitate ac felicitate celeberrimo. *Horâ primâ* (dicitur) *ab ortu nempe Solis Deus collegit pulverem eius: horâ secundâ, facta est massa corporis: horâ tertîâ, extensa sunt membra eius: quartâ, infusus est spiritus in eum: quintâ, stetit supra pedes suos: sextâ, seu in meridie, imposuit rebus nomina: septimâ, coniuncta est ei Eva: octavâ, ascenderunt ipsi duo ad lætam; & descenderunt quatuor: nonâ, prohibitus est edere de ligno scientiæ: decimâ, data sunt ei alia præcepta: undecimâ, significavit mensam: duodecimâ, ad occasum Solis prævaricatus est Adam.* Ambiguum, an magis blasphemii, quàm deliri, vel fanatici.

5 Iosephus 1. *Antiq.* cap. 2. vocem rationalem dat serpenti (sicut nonnulli astruunt erectum ante Adami prævaricationem processisse) ideoque illi Deus iratus ob malitiam, vocem ademit. At quia parva hæc vine visâ Maimonidi, ubi supr. lib. 2. cap. 31. inquit: *Coluber, seu serpens ille qui Evam decepit formâ cameli erat, super quem sedit Samael, quod nomen præcisè de diabolo dicitur. Ipse inbibere voluit Abraham, ne immolaret filium suum, & Isaac ne obediret patri suo. Creator verò ridebat de camelo & equite eius.* Expulsus Adamus è paradiso, quem valabat oceanus, pedes cum esset gigantes & maximus giganturâ pervenit in nostrum orbem; ex cerebro Moses Barcephas de *Paradis.* cuius cogitationem securus est Ioann. Lucidus 1. de *Emendat. tempor.* cap. 4. ex illo Iosue, 14. 15. *Adam maximus ibi inter Enacim* (idest, gigantes: Numer. 13. 34.) *situs est.* Astruitur ex spelunca & lætis saxeis utriusque coniugis iuxta Hebron longitudine 30. pedum: uti dicemus, 5. *April.* ex Adrich. in *Iuda*, n. 7. Bernard. Bridenbach. Hieronym. in *Matth.* 27. Refutat Pæter. lib. 4. in *Genes.* quæst. 3. n. 99. Mirum, quod dicit Rab. Ioiades, in valle Hebron, ubi fixa Adami & Evæ exulum vestigia, nunquam viridis herba. Diximus, Tom. 6. T. 1. n. 48. At ridiculum, quod sompiat R. Eliezer in *Capitulis Patrum*, asseverans, Tunicas illis datas à Deo, confectas fuisse ex pelle Serpentis. Iocosè Nostrates: *Fueron de la piel*

Fabule Rabbimorum.

Deliria.

Arbores Adami.

Distributio Rabbimica temporis in creatione Adami.

Serpens an vocalis?

An Adamus gigas?

Vestigia eius & uxoris in valle Hebræ?

piel del diablo. Idem refert Alvaresius de Toletis, 2. Histor. Eccles. cap. 12. Quid non commentum Rabbinum? Tunicam Evę descendisse de cęlo in ornatum uxoris celeberrimi illius impostoris Sabbatizebi, plurimis Patriarchatum nominibus infertatam, aureis literis depictam; refert Braun. 1. p. de Vestit. Sacerdot. Hebr. cap. 4. n. 6. A patre Iudęo nuda in campum magicę deducta est, nesciens quod Christiana esset, stupendo prodigio. Sed quid? Dicit ibid. Braunius. Utrum verò celeste illud vestimentum illud, à nova illa nupta, novi Messie, in arca servatum fuerit, an detritum & iam lacrum alicubi inter verpulos lateat, & cui usui hodie inserviat; fateor me nescire.

6 Creatur Adam, labitur, expellitur: & eodem die anno ætatis 930. mortuus est, ut ait Irenęus lib. 5. cap. 32. & ex illo Alapid. in Genes. 5. 5. Illius animę transmigratiorem cervicosę tradunt Rabbinum malę feriatum. Elias Levita in *Thisbi*, testatur: *Hinc est (ait) quod AA. Cabalistici differunt, de revolutione animarum: quorum opinio est, unamquaque animam tribus vicibus creari: q. d. quod ea volvat se per corpora trium filiorum hominis. Unde sic dicitur, quod anima primi hominis volut averit se in corpore David Regis, & inde reversura sit in corpus Messie: idque significari per literas, quę sunt in voce Adam; quarum unaqueque integram dictionem constituit, Adam, David, Messias.* Videfis Kircher. Tom. 3. *Oedip. Copt.* syn. tagm. 13. cap. 1. Insignis profectio audacia, & mentis delirantis furor. Mortuus est Adamus. Eodem die etiam Eva fato functa, sed post 10. annos à morte Adami. Briet. Bucelin. in *Nucleo*, & Marian. Scotus, ex Hebręor. traditione; ut Adami exemplo mori disceret, sicut vir ab illa peccare. Non est traditio (ut inquit Alapid. d.) salvos fuisse Protoparentes; sed de fide. *Sapientia illam qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit & eduxit illum à delicto suo.* Sapient. 10. 1. 2. & August. *Epist.* 99. & de *Tempor.* serm. 104. Irenęus lib. 3. cap. 34. & alij plures apud Alphons. de Castro, *advers. Hæres.* v. *Adam, hæres.* 1. Cadavera illorum in Hebron sepulta sunt. Hieronym. d. *Adrich.* in *Juda*, num. 100. & 145. in spelunca duplici. Hebron prius dicta *Arbee*, postque *Gariatharbee*, idest, Civitas quatuor virorum, Adam, sci. licet, Abraham, Isaac & Jacob. Sub diluvium, Noë religiose collegit in Arcam ossa Adami, & post illa inter liberos distribuit. Semque caput primi parentis, pretiosum munus, contulit, & cum eo terram Iudę.

Moses Barceph. d. lib. 1. cap. 14. Cranium Adami sepultum in Golgotha, eo loco, quod Christi fixum lignum. Dixi, *Tom. 1. T. 5. D. 11. num. 1. & Tom. 6. loc. citat.* Vid. Lorin. in *Sapient.* 10. 2. Cum Christo resurrexisset asserunt Athanas. *Orat. 1. de Passione.* Augustin. in *Genes.* quæst. 161. & Origen. *Tract.* 35. in *Mattb.* Vid. 25. *Februar.* n. 2. Lorinus negat ullam fœminam cum Christo resurrexisse, nec Evam, quia Deipara post Christum primogenita mortuorum. Ita in *Act.* 2. 29. sed Evam resurrexisse, astruit in *Mattb.* 27. Franc. Lucas, & Alap. ibid. Hoc die occisum fuisse Abelę, astruitur ex Chrysofomo, *Homil.* 1. in *Lucam.*

7 Pervenit Abraham in montem *Moria*, quę terra dicitur *vissonis*. Quę, diximus, *Tom. 2. T. 5. n. 29.* Qualis, *Tom. 5. T. 5. n. 29.* Ibi relictis ad montis radicem servis, cum ipse ferret ignem & gladium, & Isaac ligna; in loco signato tanquã victimam gnarum ligat, gladium evaginat, & cum subiectu esset puer, inhibetur ab Angelo; igitur probatum propositum: & ariete inter verpres apparente, illum pro filio obtulit in holocaustum. *Adrichom. ann. 2073. ex Genes. 22. 9. & Ioseph. 1. Antiq. cap. 14.* Dum adoletur agnus in igne pro Isaac (sicut Christus Agnus Dei pro homine) tam pater, quã filius divinã visione illustrati, sed maxime Abraham, quia ex eius semine Verbum caro. Hinc locus ille dictus, *Dominus vidit*; Hebr. *Dominus videbitur.* Genes. 22. 14. quo nuncio lætus videns & optans diem Domini (quem per umbram vidit) valde gavissus est. Ibi enim iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. In eodem loco quod altare ab Abraham extractum, Rebeccam consuluisse Dominum de molestia conceptus, asserunt nonnulli; sed audacter Bolduc scribit modo profano, quasi priscis PP. solemnne, per somnia Dominum consulere & pellibus & ramusculis, quod docuisse Moysen affirmat Strabo lib. 16. n. 9. inquit: *Docebat eis, qui castę ac iustę vivunt, bona somnia offerri: debere itaque pro se & pro alijs eos dormire in templo, & à Deo subinde aliquod donum aut signum expectare.* Mentitur, cum à Deo inhiberetur lege, *Levit.* 19. 26. *Deuteron.* 13. à 3--18. 10. & *Ezech.* 13. 17. ubi v. 20. *Ecce ego ad pulvillo vestros, quibus vos capitis animas volantes.* Hoc delirium confirmare effronte contendit Bolduc in *Ecclesia ante leg.* 3. lib. 3. à cap. 6. usque in fin. retorquendo sacrum textum, ut legenti, vel ploranti constabit, expressã temerariã cogitatione, tanto auctore indignã.

Caput Adami in Calvario.

Surrexit cõ Christo.

Abel occiditur.

Immolatus Isaac.

Ritus Ethnicorum in Dijs consulendis.

Sepulti in Hebron.

Audaciam ipse fatetur. Modus Rebecę in consulendo Deo ab illo refertur (prælibatum 20. *Februar.* n. 2.) additque ibid. *Ad hoc quæsitum respondet per alium Abulensis, per se non audens tam inaudita proferre. Secundum hystoriam scholasticam, inquit, dicitur, quod Rebecca ivit ad montem Morta, quem locum sanctum esse credebat, ubi Abraham altare exstruxerat, cum voluit immolare filium; & factis ibi victimis in holocaustum, posuit se super pelles sacrificiorum ad dormiendum; ut in somnijs à Deo veritatem audiret, sicut contingebat multis prophetis; & ne phantasticis somniorum illusionibus falleretur, sed à Deo nuda veritas patefieret, iuxta morem gentium, folia lauri, qua tripodas vocant & folia agni casti, quę est herba somniorum obvians phantasia, capiti suo supposuit, & sic dormiens à Deo responsum accepit.* Vid. loc. cit. *Februar.* De Ariete, dicemus 1. *Septembr.* n. 2. ubi plura signimenta Rabbinoꝝ & Arabum. Munter. *lib. 4. cap. 74.* inquit: *In fine ieiunij Pascha celebrant in memoriam Arietis Abrabe, ostensi in sacrificium filij loco, noctisque cuiusdam, in qua Alcoranum de celo datum existimant.* Apage putida. Ibi immolatus est Isaac, ubi Christus crucifixus; ut placet pluribus DD. Vid. loc. cit. n. 14. & præclaram allegoriam apud Sedul. *Præf. Carm. Paschal.* à v. 114.

8 Hoc quoque die, cum Moyſes præ amaritudine aquarum populum anxium videret; ad Dominum supplex clamavit proſtitente multitudine: qui pius ostendit Moyſi lignum, quod cum miſiſſet in aquas præ acerbitate impotabiles, in dulcedinem verſe sunt. Leonard. Marius ex *Exod.* 15. 25. *Judith.* 5. 15. & *Eccli.* 38. 5. Haud hodie, sed pridie factum mihi videtur, cum, quia sub vespera, quod pervenerunt in *Mara*, usque in crastinum, non poterat tanta multitudo sustinere sitim, unde illico ut pervenit gustata aqua, orta murmuratio: cum quia triduo è mari Rubro pervenerunt in *Mara*, ibid. v. 22. quare huc adventus videtur die 24. cum exierint de mari Rubro die 21. uti ibi dictum n. 12. Iosephus crucis signum longè fugiens, uti Hebræus comminiscitur dulcedinem aquarum naturaliter evenisse. *Arripi* (ait 3. *Antiq.* cap. 1.) *frustum ligni forte ibi iacens, & medium per longitudinem scissum in aquam mittens, iubet robustissimum quemque certatim puteum exhaurire, dicens, maiore parte evacuatâ, reliquum potabile fore. Quo facto aqua agitatione continua purior reddita, potum iam non aspernandum multitudini exhibuit.* Quorsum in dulcedinem ostenditur lignum, si purior

aqua agitatione virtute moventium? An naturalis in illo ligno esset virtus, aquas dulcorandi, vel miraculosa; disputat Valesius de *Sacr. Philosoph.* cap. 15. Petr. Comestor *Histor. Schol.* in *Exod.* cap. 32. subdit: *Miraculosè factum, ut in solitudine in qua non erat lignum, inventretur lignum. Hebræus dicit, quia illud lignum naturaliter amarissimum erat, & ut mirabiliter innotesceret vis divina; amarum additum amaro dulcedinem operatum est.* Idem R. Salom. Lyran. & Abulens. Malucend. *Hoc lignum è celo vel aliunde allatum.* Comprobatur magnitudo miraculi ex medicina aquarum Iericho per Eliseum: equidem ut re & modo esset maius portentum; in eis iniecit sal, quo amariore fiunt. 4. *Reg.* 2. à 20.

9 Mors & triumphus Samsonis de Philisthæis ann. ætatis 34. ut ait Serar. *Judic.* 16. quæst. 34. n. 8. Concussis columnis Curia Philistinorum, ubi templum Dagon, ædificium totum uno impetu subvertit, suo se pulsus triumpho; igitur secum tria hominum millia, gentis Philisthææ florem & lumen, strenuè excinxit, morte victorijs partis gloriosiore. Reucl. ex *Judic.* loc. cit. Briet. & Adrich. Vid. dicta *Tom.* 4. *T.* 13. n. 6. & Ioseph. d. 5. cap. 10. Samsonem gigantem fuisse asserunt nonnulli, maximè Rabbini. in *Sutab*, cap. 1. R. Simeonis asserit illius humeros adeo latos, ut inter utrumque essent cubiti 60. Impugnat Serar. loc. cit. q. 35.

10 Hoc ipso die post mortem Samsonis ann. 158. iuxta calculationem Turfelini & Briet. accepta per David pestis plaga, serpit luës, à mane usque ad sacrificium vespertinum extinctis septuaginta hominum millibus: tunc David videns Angelum evaginato gladio, supplex se peccasse ac dignum flagris clamat, ut populo parceretur. Hortatu Gad procedit in domum & aream Ornam, seu Areuna, ubi viderat Angelum gladium in vagina recondentem, & ubi olim sacrificium Abrahæ, postque templum; quo in loco ædificato altari offert Domino holocaustum: illoque orante, ignis de celo absumpsit hostiam, cessatque plaga. R. Abrah. ex 2. *Reg.* 24. à 15. & 1. *Paralip.* 21. à 14. Adrich. & Ioseph. d. 7. cap. 10. qui addit, Davidem intelligentem illum locum propter Abrahæ sacrificium, gratum Deo; decrevisse ibi templum erigere: at prohibitus, sciens per filium Salomonem perficiendum; præparat ex omni materia expensas in fabricam. Vide 2. *Iun.* n. 11.

11 Eliseus ferrum securis iacens in imo Iordanis, ligno eduxit. *Præcidit ergo lignum (dicitur 4. Reg. 6. 6.) & misit illuc, natavit aquis.*

Ostentio ligni in deserto ad aquę dulcedinem.

Cessat pestis in Israel.

An gigant

que ferrum. Reucl. ex loc. cit. Hac etiam die convenit Iudas cum nautis, ut conducatur in Tharsis: etenim navis erat ex Iulia Gaditana (Hispanicè, Cadiz) quæ appulerat Ioppen cum cocco, lanà & lino; ut inde portaret in Gades balsamum; cuius navis insigne erat Herculis imago. Claud. Clemens in *Tabul. Chronolog. Hispan.* fol. 100. Tunc præmissis, quæ dicit historia sacra, Ionas deglutitur à ceto. *Die ipso Veneris, & bord ipsa qua Christus morte consummatus fuit, Ionas in mare proiectus & à ceto devoratus.* Solin. Tom. 2. in *Ionam*, quæst. literal. 8. n. 11. Præmisit *Tom. 1. cap. 1. quæst. 91. à n. 4.* Ionam nomen Iesu, cum in mare præcipitaretur, invocasse, & actutum impressum in fronte. Idem Guevara in *Matth. 1. 21.* Observat. 5. n. 32. Chrysost. Homil. 1. in *Luc.* ait: *Qua enim die conceptus est Dominus, eadem passus est. Eadem ipsa die Cæna pura fuit.* Iechonia Regis Iuda è vinculis liberatio, & formatio Adæ de limo terræ, cum annunciatione Virginis Mariæ, designantur ab Elia Reusn. de libertate Iechonia & eius exaltatione, diximus 25. & 27. *Februar.*

12 Reusner. indicat hodie suscitacionem Lazari à mortuis. Gisland. & Mariana in 4. *Pasch.* à num. 8. quos sequitur Alapid. *Chron.* n. 69. & Adrich. *Ann. Christ.* 34. exponunt Christi passionem per horas, quos tu videsis. Crucifixus est in Calvaria monte, quò tot insignia prius in huius operis figuram peracta. Ex pulvere montis fuit formatum corpus Adami, asserit Talmud *Tract. de Bereschit-Rabba*, cap. 23. Ibi sepultum caput Adami, præmissimus, n. 6. & n. 1. creationem & lapsum: eodem ipso die in consummatione sæculorum (Verbi Divini incarnatione, & Dei-hominis morte in ligno) reparandum à ruina genus humanum per primum parentem, à felicitate propter lignum expulsum, quippe Verbum Patris lignum tunc studiosè notavit, ut solveret damna ligni. *Eodem die quo Adam creatus est, & à paradiso eiectus.* Irenæus *Contr. Hæres.* lib. 5. cap. 23. Dulci canenà Ioann. Melo Soufa de *Incarnat. Dom.* lib. 5. à v. 194. accinit:

Sole novo cum vernat humas, cum prata virefcunt;

*Ille dies aderat mundo volentibus annis,
Quo malè primus homo colubri mortale venenum*

*Hauferat, & sobolem fusco subiecerat Orco.
Ille primus dies lechi, primusque malorum,
Qui fuit exitio miseris mortalibus; idem
Reddidit invisi nobis solatia casus.*

Sûpsit & atberens sacra de Virgine carnem

Filius, ut docti perhibent, ac rursus eodem Ipse crucis ligno divinus figitur agnus. Illo namque die perfecta redemptio nostra. Hoc Pater Omnipotens, chari sapientia nati Et pariter cõmunis amor genitoris, & almae Prolis, ut est eadem semper divina voluntas, Una eademque maiestas, unus & idem Omnipotens: at forma tribus divisa figuris, Apparat humana vinci virtute tyrannum.

13 Antequàm expiraret in cruce per tres horas tenebræ factæ sunt per universam terram, & lux Solis, Lunæ atque astrorum defecit, quasi cuncta eclipsim paterentur, quam quidem vel ethnici philosophi cognoverunt. Vid. Vivar in *Flavium Dextr. ann. Christ.* 34. *Commentar. 2.* Illo mortuo (de Magni Panos interitu, 25. *Decembr.* n. 18.) petre scissæ sunt, terra concussa: petre, idest, montes ingentes, uti de Calvario refert Adrichom. in *Ierusal.* n. 252. de Monteferrato, Argais in *Margarit. Catalon.* in Alvernia mons S. Francisci. Uvading. *Annal. Minor.* Ann. 1215. n. 15. in alijs orbis regionibus, Baron. *ann. Christ.* 34. à n. 107. Terra concussa, totus nempe terræ globus quasi è centro suo convulsus. Paul. Orofius *lib. 7. cap. 4.* Huius terræ motus meminere AA, Ethnici, ut notat Eusebius in *Chronic. ad ann. Christ.* 33. Plin. *lib. 2. cap. 84.* Sueton. in *Tiber.* cap. 48. Excisso templi velo ex adytis Sanctuarij egressa est columbia, quæ sedit super Crucis titulum. Ephræm ferm. de *Passion.* Baron. d. n. 127. & Aldrovand. de *Avib.* pag. 407. Tam in Incarnatione, quàm in morte universa mota, autumat Sanct. in 2. *Agg. v. 7. n. 10.* *Ahuc unam modicum est, & ego commovebo cælum & terram & mare & aridam: &c.*

14 Antequàm scinderetur internum velum (de quo egimus *Tom. 8. T. 5. n. 10.*) auditas Angelorum templi custodum voces, dicentium: *Transcamus ex his sedibus;* asserit Hieronym. *Epist.* 150. *quæst.* 8. licet Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 12. signet in die Pentecostes, uti dicemus, n. 16. & 6. *Maij*, n. 8. Additque Hieronym. *In Evangelio quod Hebraicis literis scriptum est, legimus, non velum templi scissum; sed superliminare templi mira magnitudinis corruisse.* E superliminari pendeat velum. Haud dissonum, velù scissum, si superliminare corruit: quod quidem videtur prædictū à Propheta Evangelico, *cap. 6. 4.* ubi: *Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis.* Salvatorque N. expiravit clamore valido. *Marc.* 15. à 37. & *Hebr.* 5. 7. Sceptrum Iuda mortuo Simeone Iusto, defecit in Synagoga magna, idest in concilio Sanhedrim. Nihil mi-

Soufa.

Ionas deglutitur.

Cæna pura.

Educiuntur à carcere Iechonia.

Christi gessit.

Cælum & terra commota in incarnatione & Christi morte.

Columbia egressa è sancto-sanctorum.

fun, si iam vènerat Christus in terras, iuxta Iacobi prophetiam, *Genes. 49. 10.* In folio mos erat, collocare sceptrum in signum regie potestatis, de quo Petr. Cuneus, 1. de *Republ. Hebr.* cap. 11. & Galatin. de *Arca. Cathol. veritat.* 4. à cap. 6. qui cap. 8. inquit: *Hac de causa arbitror & miracula templi unà cum scepro defecisse. Quemadmodum enim Iudai anno ante templi secundi excidium quadragesimo, sceptrum omninò amiserunt; ita eodem quoque tempore, miracula templi unà cum scepro perdidit, ut multis in locis ipsius Talmud habetur. In libro, qui dicitur Ioma, ita legitur: Tradiderunt Magistri, quod 40. annis, in quibus Simeon Iustus ministravit, fuit fors Domini ascendens in dexteram (Allusum ad splendorem adamantis, vel lapidum, qui in pectoris Pontificis Summi dicebantur *Urim & Thumim*, de quibus die 8. n. 5-30. *Februar. 23-15. Septembr. 9. & 17. Novembr. n. 1.*) Ab illo autem tempore, quandoque in dexterà, quandoque in sinistram ascendebat. Erat quoque lingua splendoris albescent: ex eo autem tempore quandoque lingua albescebat, quandoque non. Lumen etiam vespertinum semper ardebat: ex tunc autem aliquando ardebat, aliquando extinguebatur. Ignis quoque preparationis, qui in altari Domini semper arde- re solebat, semper validus erat, nec oportebat ligna illi apponere, exceptis duabus assellis: ex tunc verò, quandoque validus erat, quandoque non; & tamen sacerdotes nunquam cessabant totà die ligna apponere. Immissa erat benedictio in manipulum & in duos panes, & in panes facierum; ita ut cuique Sacerdoti proveniret, quantum oliva, quo comederet & saturaretur, & essent quibus superesset: ex eo autem tempore immissa fuit maledictio in manipulum & in duos panes & in panes facierum; & omnibus Sacerdotibus inde proveniebat quantum una siba:.. Quadraginta verò annis antequàm domus Domini destructa esset (quando scilicet interfecerunt Messiam) extinguebatur lumen vespertinum, & lingua splendoris rubebat ut sanguis, fors Domini in sinistra ascendebat, portaque templi, cum vesperè clauderentur, de nocte seipsas aperiebant, venientisque manè apertas inveniebant. Ita & Rab. Ioann. ben-Zaccai. Modò vera, Rabbiniis erubescere congruit. Hac in die & tempore mortis Christi quid singulare accidit in Imperio Romano, in symbolum libertatis totius mundi pretio sanguinis Salvatoris. Tot fœdis nefarijsq; criminibus Tiberius tot annis infamis, hoc anno egregiè in populum, usaris oppressum, liberalitate usus est, disposito per men-*

Tom. I. Ephemer.

tas millies sestertio, factaque matuandi copia sine usuris per triennium. Ea summa est quinque millionum librarum; eo videlicet tempore quo mundi verus Imperator & Redemptor sanguinem ac merita inestimabilis pretij Sacramenta disposuit; quibus in perpetuum debitis nostris solveremur. Ita Salian. in Epitom. ann. Tiber. 20. Sic in morte Tiberio imperante, sicut in mundum Christo veniente, Augustus combussit chirographa debitorum.

15 Mortuo Iesu, latronum adhuc viventium cura franguntur, & latus Christi lancea à milite aperitur, è cuius vulnere exivit sanguis & aqua. Ad vesperam facultate obtentà à Pilato, corpus deponitur de cruce, quod myrrha & aloë delibutum involvitur sindone, & collocatur à Iosepho & Nicodemo in monumento novo è petra scisso, capite occidentem versus, sceminis cuncta spectantibus. Adrichom. Marian. & Alap. n. 79. Iudai autem propter invidiam (ait Anselm. ferm. de *Passion. Domin.* in fin.) recluserunt Ioseph vivum in muro, quia Christum sepelivit. Uxor autem eius locum filio eius post ostendit: tandem post annos 40. venerunt Titus & Vespasianus Ierusalem destruentes & Ioseph vivum de muro excluderunt. Longè aliter Flavius Dexter; Ann. Christ. 38. n. 2. igitur inquit: *Ierusalem Iudei vehementer insensu Beato Lazaro, Magdalenæ, Marthæ, Marcellæ, Maximino, Iosepho ab Arimathia, nobili Decurioni, & alijs plurimis, navi sine remigio, velisque, ac sine gubernatore eos imponunt, & exulare mandant: qui per mare vastum divinitus delati, ad Mafsiliensem portum incolumes appellunt. Hinc sententiæ suffragatur Vivatius; sed priori, Petr. de Natalib. lib. 4. cap. 2.*

16 Hac in die ann. antecedenti, signat Adrichomius decollationem Ioannis Baptistæ, iussu Herodis Antippe; Ann. Christ. 33. Vide diem, 13. n. 7. & 25. Decembr. n. 26. Genebrard. Ann. 4159. post terræmotum, de quo die, 27. n. 6. subdit: *Ante eversum à Romanis templum, aperuerunt spontè templi portæ; quæ vix à 30. hominibus aperiri poterant. Talmudici, Tract. Ioma. cap. 4. R. Kimbi in 11. Zacchar. Attigitur, quòd in passione Domini templum, velum scissum, &c. Refragor omninò præter velum, quicquid in hunc Genebrardus reducit articulum: quandoquidem Ioseph. 7. de Bell. cap. 12. minimè tunc, sed paulò antequàm Ierusalem caperetur à Tito (ut dicemus, 8. Septembr. n. 2.) refert prodigium, & visum horà sextà noctis.*

Ioseph ab Arimathæa vivus sepelitur, & à Romanis invenitur vivus.

Decollatio Baptistæ.

Fortè templi aperta.

17 Romæ *Hilaria*. Huius festi neque Kalendarium, neque Ovidius meminerunt; ait Rosin. *lib. 4. cap. 7.* Sanè prætermisit Ovidius, verùm in *V. K. R.* apud Eliam *Reusner.* legitur: *Hilaria, Matris Deum festa.* Idem Gyrald. in *Kaled. & Bucelin.* ex varijs AA. *Hilaria* (inquit Herodian. *lib. 1.*)

Hilaria. principio veris celebrata, maximà populi lætitià, ac nobilissimà pompà, popularibus insignia Magistratum sumentibus sine larvis. *Vopiscus* in *Aurelian.* inquit: *Hoc festum Romanorum proprium, in quo omnia festa & fieri debere scimus.* Ab aliquibus hæccine facta Magnæ Matri dicuntur *Megalesia* propter ludos, de quibus, die 28. vel quia in honorem Deorum Matris, quæ etiam appellata *Dea Lætitiæ*, cuius facta ob nimiam foeminarum licentiam ab Augustino dicuntur

Megalesia. *Fugalia*, ut præmissimus, die 17. n. 13. & 24. *Februar.* n. 11. Eius imago foemine ad tripudiantis similitudinem. *Lætitiæ iuvenilis cum Amore & Libidine coniuncta est.* Hanc quoque pro Dea venerati sunt, nomine *Vitula Dea*: nam veteres *Vitulari* dicebant pro gaudere. *Stuck, de Sacrific. Gentil. cap. 42.* *Adi Hemelar. Tabul. 14. Numor. aur.* Hæc pompa à Phrygijs sumpta, quasi pompa *Cybeles.* *Ad VIII. Kalend. April.* (ait *Alexander Neapolit. 4. cap. 20.*) *Romanos Lætitiæ diem colere, quem Hilaria nuncupant:*

quo tempore Sol Zodiaci peragrato spatio per omnium Signorum stationes; ad nos revertens longiores noctibus efficit dies; quibus festa solemnia & ludos publicos & dies bilares concelebrant. Hinc de *Alexandro Severo* dicit in eo *Lamprid. pag. 359.* inter alia festa in hoc edisse ultra assuetam frugalitatem. *Exhibebatur &anser diebus festis: Kalendis autem Ianuarijs, & Hilarijs Matris Deum, & Ludis Apollinaribus, & Iovis epulo & Saturnalibus, fasianus.*

Imago Deæ Lætitiæ. 18 *Henric. Smetius in Fastor. Ovid. gloss.* inquit: *Hilaria Magnæ Matri celebrabantur. Mundi lætitiæ, ob diem illum primam, quem duceret longiorem: in hoc quoque die 25. Cesar Alexandriam recepit.* Videtis pridie, n. 16. & 26. *April.* *Macrobd. d. cap. 21.* huiusmodi festum tribuit *Veneri* (de quo infra) causamque innuit, cur *Veneri* tribuatur, quod *Magnæ Matri* Telluri instituitur. Tunc hilaris *Venus* apparet, quæ pridem culta in imagine tristi. *Stimulacrum* (inquit)

Cur Hilaria dicitur. huius *Dea* fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu levà intra amictum sustinens (eadem imagine tristitia pingitur à *Paul. Bianchi* in *Exeq. Isabel. Regin. Hispan. pag. 42.*) *lachrymæ visone* conspicientium manere videntur. *Qua imago præterquam quod*

Imago Tristitiæ. *lagentis est Dea; Terra quoque hyemalis est, qua tempore obnupta nubibus, sola viduata super: fontesque veluti terræ oculi uberius manant, agrique iterum pro cultu vidui, mœstam faciem sui monstrant: sed cum Sol emerferit ab inferioribus partibus terræ, vernalisque æquinoctij transgreditur fines, augendo diem; tunc & Venus læta, & pulchra virent arva, præta herbis, arbores floribus. Ideo Maiores nostri Aprilem mensem Veneri dicarunt.* Liqueat, quare festa *Magnæ Matri*. Telluris celebrantur titulo *Veneris*: etenim hoc in tempore haud festa *Veneris*, sed venustas plaudebatur *Telluris*.

19 *Similiter Phryges fabulis* (subdit) & sacrorum administrationibus immutatis, circa Matrem Deum, Attinen eadem intelligi præstant. *Quis enim ambigat Matrè Deum terram haberi? Hæc Dea leonibus vebitur, validis impetu atque fervore animalibus* (eadem imago apud *Chartar. de Magna-Matre, pag. 140. & Albricum, de Deor. imagin. n. 17.*) *quæ natura cæli est; cuius ambitu aer continetur, qui vebit terram. Solem vero sub nomine Attinis ornat & fistulà & virgà. Fistula ordinem spiritus inæqualis ostendit; quia venti in quibus nulla æqualitas est, propriam sumunt de Sole substantiam. Virga Solis potestatem asserit, quæ cuncta moderatur. Præcipuam autem Solis in his ceremonijs verti rationem; hinc etiam potest intelligi, quod ritu eorum cataphasi finitâ (idest, inferiore Solis meatu, vel descensu) simulationeque luctus peractâ, celebratur Lætitiæ exordium ad VIII. Kalendas Aprilis; quem diem Hilaria appellant; quo primum tempore Sol diem longiorem nocte facit.* Attinis enim vel *Horus* dictus Sol, quem terra flebat, eò quod sub illa breviores conficiebat dies, quasi Sole capto: verùm ab hoc die *Hilaria*; quia iam Sol ascendebat, & magis hemisphærium splendore illuminabat. De die 21. *Ovid. 3. Fastor. v. 871.* canit.

Tres ubi luciferos veniens præmiserit Eos, *Tempora nocturnis aqua diurna feres.* Idest, *Æquinoctium vernum. Quem diem Phryges Hilaria appellabant* (exponit *Anton. Constant.*) *celebrantes Lætitiæ exordium; quia sperabant diem nocte longiorem.*

20 *Et si Hilaria dicta, tamen quia circulus Æquinoctialis in tempestates influit* (iuxta *Plin. lib. 2. cap. 18.*) uti contigit in recessu *Tiberij*, relicta *Româ.* *Constant. d. Orbatus utroque filio* (inquit in eo *Sueton. cap. 39.*) *secessum Campania petijt. Neque Romam amplius redijt: sed & paucos post dies iuxta Terracinam in prætorio, cui Spe-*

Unde tellus læta & tristis.

Tellus Magna Mater.

Imago.

Sol diæus Attinis.

Ovid.

In Æquinoctij inæqualitas aeris.

In Æquinoctij inæqualitas aeris.

Periculum
Tiberij Im-
peratoris.

Artificium
mirum in re-
ceptionem,
& repulsum
Solis.

Quid Hila-
rij & Hi-
laria.

Pani &
Magne Ma-
tri sacra.

Diamasti-
gosi.

Lavacrum
Veneris.

Venus Cœ-
lestis.

lunca nomen erat incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt; multisque convivarum & ministrorum elisis, præter spem evasit. Hic addit ex Seneca, *Epist.* 55. Iustus Lips. *Ibi spelunca sunt dua magni operis laxo atrio pares, manufacta; quarum altera Solem non recipit, altera usque in Occidentem tenet.*

21 Erant inter Romanos *Hilarij & Hilaria*, quos dies exponit in loc. cit. Vopiscus, Baptista Egnacius. *Habebat aliquot dies idololatra (inquit) quos nuncupabant Hilarios. Horum autem dierum alij erant privati, & Hilarij appellabantur; velut si quis celebravit nuptias, aut si filius natus fuerit. Alij verò erant vulgares seu publici, ut Rex aliquis publicè proclamatus publicas Hilarias subditis exhibebat. & his quidem diebus neque lugere licebat, sed spectacula & sacrificia quotidie perficiebantur publicè; quin & iudicia haberi cessabant, ludos spectabant, & convivijs continuis peragebant dies Hilarijs deputatos. Erant autem Hilaria festum proprium Romanorum in honorem Matris Deum. Videbis Turneb. 24. *Adversar.* cap. 45. Cœl. Rhodigin. in honorem Numinis Panos Hilaria celebrata astruit. *Octavo Kalend. April.* (scribit lib. 7. cap. 16.) quando iam productiores sentiuntur dies, Hilaria: Deo Pani credebantur sacra; quem ut omnium auctorem coluit prisorum vanitas. Hilaria quidem bis in anno celebrabantur, haud ut Polo cum auctore & sine auctore dicit, die 22. *Februar.* sed Bacchi, aut Panos titulo, die 17. *Mart.* ut diximus à n. 13. Hic auctor scribit quod primum occurrit, quadret, vel deviet; sicut hodierna die Spartanorum appingit *Diamastigosi*, quippe placuit, & Gyraldus quem allegat diem non signat, ut constat *Syntagma.* 17. n. 53. Iam de pueris dicemus, 4. *April.* & 13. *August.* & de puëllarum diamastigosi, diximus 26. *Februar.* n. 18. in rem ergo.*

22 Die 25. (ait David Origan. in *Festis Roman.*) *Hilaria celebrata sunt. Sunt qui festa Matris Deum & etiam Veneris putent; in quo à mulieribus Veneri sacra facta sunt. Astipulatur Alexander Neapolitan.* 4. cap. 20. asserens: *Quo mense mulieres Veneri sacrum facere, & myrto coronatas lavare tradunt Athenis.* Hoc festum à Græcis sumptum, & à fœminis Romanis susceptum, de quo nobis 1. *April.* n. 7. Usus lavacri simulacrorum Dearum & à fœminis, frequens inter Græcos & Romanos, uti videbimus die 31. à n. 2. Hæc *Venus* dicta *Magna Mater*, ac *Venus Cœlestis* (quippe eius purissimus animus) secum habens comites *Gratias* seu

Charites, hinc & hinc etiam *Amorem* & *Anterota*, quibus imaginibus mutua exprimitur dilectio, & amor respondet amori. Chartar. d. pag. 344. Hac de causa duntaxat Cœlestis florebat cæsto. Kirch. in *Panth. Hebræor.* cap. 18. Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 13. atque Bulenger. de *Oracul.* cap. 91. Videbis dicta 16. *Februar.* n. 13. ex Luciano (Quid ergo & ad quid Veneris cæstus, dicendum 1. *April.* à n. 8.) qui in *Dea Syria*, subdit: *Cæstum habet, quo solam Venerem, cognomento Cœlestem exornant. Foris autem & aliud illi aurum circumpositum est & lapilli admodum pretiosi.*

23 Alij vocarunt *Uraniam*, quæ eadem cum *Venere Cœlesti*, iuxta Ludov. Nonnij sententiam in Goltz. *Graciam*, Tabul. 2. *Cœlestis* dicitur, quia è cœlo cecidit simulacrum, ut ait Pausanias, cap. 97. & Fornutus de *Natur. Deor.* n. 24. ait: *Venus Cœlestis, quæ gaudet columbâ, quod parum sit animal, & abhorret à sue.* Hinc in compedibus eius imago, uti diximus, die 11. n. 14. & simulacrum armatum *Cœlestis Veneris* esse, quæ quidem Parcarum maxima contra vitia. Pausan. cap. 17. *Inter Græcos* (inquit Chartar. d. pag. 345.) *Venus Urania, hoc est, Cœlestis, à qua purum & syncerum amorem ad nos manare arbitrabantur.* In Laconia à Pausania cap. 106. figitur *Urania Veneris fanum, eorum omnium, quæ apud Græcos Veneri dicata sunt, maxime prisum & sacrosanctum. Deæ signum in armis est.*

Nonnius, quò supra, exponit eius imaginem: nimirum, in dextra pomum, & in sinistra arcus. Pomum quidem, quòd illud à Paride obtinuit in certamine Dearum: arcus verò à filio Cupidine. Eadem imago in numismatibus Alexandri Magni, ut in *Insul. Gracia*, scribit Goltz. & in *Gracia*, Tabul. 33. Adi, 14. *Febr.* n. 13. Hæc singulari cultu adorabatur à Carthaginensibus, quâ postea, ut refert Xiphilin. in *Avit.* Roman. Imperator. & Trebell. Pollion. in uxorem duxit, & nuptiarum more in palatium deduxit, dotemque à Carthaginensibus exegit, cæterisque subiectis provincijs, ut pridem contigerat Athenis cum M. Antonio; de quo 21. *Januar.* n. 3. Apuleius, *Floridor.* 4. vocat eam *Africa musam cœlestem.* Bolduc de *Oggio Christian.* lib. 2. cap. 2. inquit: *Nos verò sic dictam putamus ab Urano, quod est unum de Noe nominibus, atque ab ipso derivatam.* Hæc postea à Simone Mago, ut ait Irenæus de *Hæresib.* lib. 1. cap. 2. ducta in uxorem; quippe quæ in cœlis habitabat, in corpus humanum fuit inclusa, & per sæcula velut de vase in vas transmigraret in alia

Imago.

Sola illa te-
stum habe-
bat.

Diæcra Ura-
nia.

Et Armata.

Imago.

alia muliebria corpora, illo fingente ipsam habere in sponfam. Idem ingessit Numa de Nympha Egexia, ut ait Lactant. lib. 1. cap. 7. & nos, 17. Septembr. n. 13. Eadem metemplicosi Diodor. Sicul. 1. Biblioth. n. 4. refert, quod defuncti Osiridis anima in bovem (Apim) transmigrasset.

24 Plura fana habuit Cælestis Venus: magnoperèque celebrata Carthagine, dictaque Virgo Cælestis; ut refert Tertullian. in Apolog. cap. 23. Unde Augustin. 2. Civ. cap. 4. ait: *Oblectantur Cælesti Virgine. Cur Mater signata Deorum, & simul Virgo Cælestis; dicemus n. 27. & 32. Præ cæteris quidem Dijs (subdit Pausan. de Achæis, cap. 234.) religiosissimè Cælestem Venerem colunt; in cuius adem penetrare viris nefas: in eius verò quam Syriam nominant, Deæ; non nisi statis diebus intrant, ut se & reliquis certo ritu expiationibus, & victus præcipuè moderatione lustraverint.* Non deerant vel Athenis speciales in adorationem cultus. Ipse cap. 14. & Nonnius d. Tabul. 26. scribunt: *In Attica, non multùm à Vulcani templo Urania Veneris ædes abest. Assyrij primi huius Urania cultum instituerunt; quo Paphi in Cypro imitati sunt, ac Phœnices qui Ascalonem in Palestina tenent. A Phœnicibus Cytherij edocti, eadem sacra susceperunt, quæ Ægeus Atheniensibus tradidit. A Porphyrione, quod apud eos est Cælestis Veneris templum dedicatum.*

25 Præter auguror, univèrsa excerpta ex Herodoro, qui lib. 1. n. 32. inquit: *Scythæ, ubi retrocedentes, in urbe essent Ascalone Palestine, bonaque parte illorum nullam iniuriam inferente; pauci aliquot relicti Veneris Urania fanum depopularunt, inter cætera huius Deæ fanum vetustissimum: siquidem quæ in Cypro est ædes, ex hac prodijt, quod etiam ipsi Cyprij referunt. Quinetiam illud apud Cythera delubrum, Phœnices, ex hac Syriæ regione orti, considerunt. At verò ipsa Dea templi spoliatoribus eorumque posteris semper immisit morbum fæmineû, &c. Ex his patet apud Ascalonitas Cælestem, quam adorabant Venerem, fuisse Dagon, de qua Isagog. Febr. n. 6. & alibi agemus. Pausan. cap. 198. vocat Lucinam Cælestem Venerem. Apuleius, lib. 6. Metamorph. Iunonem facit, dicens: Magni Iovis germana & coniuga, sive tu Sami tenes delubra, sive celsæ Carthaginis, quæ te virginem vectura leonis cælo commeantem percolit. Turnebus, 22. Adversar. cap. 25. dicit Uraniam. Hanc Helio-gabalus Imperator Deo suo Alagabalo nuptum dedit. Bulenger. ex Xiphilino, quòd supr. & Carthagine Oraculum habuisse asse-*

rit. Unde Capitolin. in Pertinace, ait. *Vaticinationibus, quæ de templo Cælestis emergunt.* Vives in loc. Civ. cit. ait: *Cælesti Virgini Berecynthiæ Matris Deorum.* Frequenter enim dicitur *Venus & Virgo Cælestis.* Tertullian. d. *Ista ipsa Virgo Cælestis pluviarum pollicitatrix.* Spartian. in 30. Tyrann. de Celso: *Peplio Deæ Cælestis ornatus.* Denique Ammian. Marcellin. lib. 22. *Deæ Cælesti argenteo brevi figmento.* Aptius & in rem Salvian. de Dei provid. cap. 8. *Habent intra muros patrios intestinum scelus, Cælestem illam scilicet Afrorum Damonem; cui ideo reor veteres Pagani tam speciosa appellationis titulum dederunt; ut quia in ea non erat Numen, nomen aliquod esset.*

26 Dicta Cælestis, eò quòd Alma Venus; idest, sancta & pulchra. Festus, lib. 1. Vel quia eius simulacrum pulcherrimum de cælo descendit, & ne ab homine videretur, clausum erat in saxo concavo. Unde in pompam à Coribantibus portabatur in Deæ signum, quasi hierotheca, lapis niger cavus, ut diximus, die 6. n. 21. Pausanias de Venere Hortensi (quia in hortis imago posita, ut arbitratur Gyrald. Syntagm. 13. n. 18.) in nostrum argumentum infit cap. 17. *De ea verò urbis regiuncula, quam Hortos Athenienses vocant, & Veneris in ea templo, signoque quod templo adhsit, figura ut Herma quadrata; nihil fide dignum est. Indicat Cælestem Venerem esse.* Idem placet Nonnio, in Insul. Græc. Tabul. 26. In nullo horum templorum fas erat in libamina effundere vinum. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 13. In cunctis ritus & simulacri forma adinstar Paphiæ Veneris. Unde Tacit. 2. Histor. cap. 3. ait: *Sanguinem aræ offundere, vetitum: precibus & igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus quamquam in aperto madescunt. Simulacrum Deæ non effigie humana: continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum meta modo exurgens; & ratio in obscuro.* Ita etiam simulacrum Veneris Cælestis, seu Magnæ Matris, de quo Chartar. d. pag. 143. Prælibavimus aliquantillum, die 6. cit. & ex professo agemus, 10. Maij, quo de Venere Paphia.

27 Romani mysticè cogitarunt, sed scopum altum, cogitationis non cognoverunt, pingentes & statuum Virginis-Matris, & collocantes in culmine templi Vestæ, ut diximus loc. præcit. n. 8. *In templi culmine Virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat.* Idem, pag. 150. Perpulchra cogitatio. Hæc sanè ut diximus ex Tertull. *Cælestis Virgo.* Vesta signata per ignem & fecundum & sterilem. *Mater Deorum omnium:*

Etiam Alma Venus.

Eius hierotheca.

Et sacra speciali ritu.

Venus Paphia.

Imago singularis Cælestis Virginis Urania.

banc

Mater & Virgo.

Urania Virgo Cælestis.

Reliqui Scythæ eius templi grassantur.

Dagon.

Dicta Cælestis, Iuno, Lucina, uxor Alagabali Dei.

Sicut Oraculum.

hanc enim tametsi prolibus abundantem, tamen virginem dicebant, ut qua esset etiam Vesta: tum quod talis voluit, à patre videri & credi. Ludov. Vives, quò supr. Kircher. d. ex Ælian. lib. 10. *Animal. histor.* cap. 27. inquit: *In Ægypto Venerem religiosè & sanctissimè coli solitam, quam Uraniam, idest, Cœlestem Venerem appellabant; atque Vaccam etiam ideo venerabantur; quia affinitatem & convenientiam cum Dea ipsa habere existimetur. Vacca autem non offerebatur, nisi Isidi.* Alio nomine Cœlestem, & Uraniam vocabant, nimirum Nepotem; ut diximus, 5. *Februar.* num. 21. Apud Arabes Venus Cœlestis vocabatur Deus & Dea Chabar, vel Kabar, quam Planetam Venerem arbitror, seu Phosphorum, hoc est, Luciferum. Unde Ælian. d. lib. 4. cap. 2. inquit: *Huius color ruber, purpureus, aureus; quod pridem de Venere dixerat Anacreon, Carm. 9. & duntaxat applicari valet Planetæ ob varietatem radiorum.* Euthymius Zygabenus, 2. p. *Panopl.* titul. 24. aluit: *Colebant (ait) Luciferam Venerem, quam propria lingua Chabar (quod Magnum significat) appellabant, adorabant.* Alia 10. *Septembr.* n. 7. fusèque tractat Kirch. quò dudum, cap. 16. *Perpicuius cogitatio elucet ex Eusebio, lib. 3. de Vit. Constant.* pag. 144. ubi: *Dies facta erat, qua per Cœlestis invocationem, à cacumine Libani ignis trajiciens, quasi stella per aerem lapsa, in fluvium se mergebat prope fluentem. Dicebant autem astrum hoc Cœlestem esse Venerem.* Idem apud Sozomen. lib. 2. cap. 5. & Iul. Cæsar. *Bulenger. de Oracul.* cap. 104. Denique Gyrard. *Syntagm. de Musis,* minacem illam ac diram Helenæ stellam, Uraniam appellat.

28 Huic Deastræ non solùm templa, sed civitates dicatæ fuerunt. In Thesalia duas habuisse, refert Pausanias, cap. 66. In vertice Atho montis erat Uranopolis, quò habitabant Macrobij longævæ ætatis. *Plin. lib. 4. cap. 12. Pomp. Mela, lib. 2. cap. 2. & 3. cap. 9. & Nonnius, d. Tabul. 24.* Aliqua præmissimus, die 17. n. 31. Congregabantur confluentes in eius templa, quippe potituros conceptis votis eius liberalitate arbitrabantur; qua de causa eam vocaverè etiam Cœlestem Fortunam. Pamel. loc. citat. Tertallian. Unde de illa supplicibus dictum: *Aude & fiet.* Typotius in *Isagog. Symbolor.* Octav. Strada, Tom. 3. pag. 51. Eius imago ibid. comitante Amore, sed cœlesti. Hinc à Sacerdote dicebatur, ut canit Sil. Italic. 17. *Bell. Punic.* à v. 28. *Parcite pollutis contingere vincula palmis, Et procul hinc monto, procul hinc quacunque profana*

Ferte gradus, nec vos casto miseste labori. Dū satis est monuisse Deæ; qua si qua pudica Mente valet, si qua illæst sibi corporis adstat.

29 Hic designantur duæ Veneres & gemini amores; ut ibid. observat Typotius, alijque plures ex Platone in *Sympos.* eò quòd nunquam Amor sine Venere. Venus antiqua cœlestis, sine matre. è cœlo nata: è terra iunior cum Amore vulgari. Cum illa honestas, cum iuniore socia voluptas. Illam comitatur Anteros, idest, inimicus Cupidinis, qui sequitur vagam Venerem. Cicer. 1. *Officior.* Apollodor. 1. *Biblioth.* n. 3. contra Platonis sententiam, ait: *Urania citra concubitum Iunoni nata.* Nil obstat: in fabulis distat linea consequentiz. Apud Mythologos sanè inconcussum, Venerem oppositam Veneri & Amorem Amori; ita ut profanus cedere cogatur cœlesti, fracti sint arcus; & sine luce faces. Marian. ex Græco 4. *Epigr.* sic vertit:

Dic ubi sunt incurvi arcus, ubi tela (Cupido) Mollia quæis iuvenum figere corda soles? Fax ubi tristis? Ubi penna? Tres unde corollas

Fert manus? Unde aliam tempora cinctæ gerunt?

Haud mihi vulgari est, sanè cum Cypride quicquam:

Ullæ voluptatis nos neque forma talit; Sed puris hominum succendo mentibus ignes. Alia, 14. *Octobr.* à n. 10.

30 Habuit templum eius lucernam inextinguibilem, de qua Fortun. Licetus, 1. de *Lucernis Antiquor.* cap. 6. & Grannuyse, 16. de *Propriet. rer.* cap. 12. inquit: *Semel ignis accensus nunquam extinguitur: de quo Gentiles capti sacrilegio, mirabantur. In templo Veneris erat factum candelabrum; in quo erat lucerna sic ardens, ut nulla tempestate, nullo imbre extingui possit.* Eadem apud Isidor. 16. *Origin.* cap. 4. cunctaque excerpta ex Augustino, 21. *Civit.* cap. 6. ubi post relata, inquit: *De isto autem fano Veneris & lucerna inextinguibili, addimus; humanarum & magicarum, idest, per homines demoniacarum artium, & ipsorum per seipos demonum multa miracula. Ergo lucerna illa mechanicum aliquid de lapide Asbesto ars humana molita est; aut arte magicà factum est, quòd homines illa mirarentur in templo: aut demon quispiam sub nomine Veneris; tantà se efficaciâ presentavit; ut hoc ibi prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret.* Ad Ludov. Vives hinc, & què diximus de his lucernis inextinguibilibus, fusè; Tom. 3. T. 4. à n. 22.

31 Venus Cœlestis aram habebat commu-

Sil. Ital.

Germina Veneris & Amores.

Anteros.

Urania sine patre.

Profanus vincit Amor Cœlestis.

Marian.

Lucerna Cœlestis Veneris.

Diæta Isis & Nephte.

Etiã Kabbar.

In eius facris emboliis demonis.

Diæta cur Fortuna Cœlestis.

Eius potentia.

*Cern. somno
& mortuul
ta.*

Alia imago.

*Pandora di-
ta & Dea
Syria.*

munem cum Somno & Morte. Pausan. cap. 99. dicens: *Culus simulacrum ex oraculo dicatum.* Etiam fingebatur cum compedi- bus, tribus aureis, speciosis mallis in sinistra, dextrâ verò Amoris imagine, facie velo operta. Inter Romanos erat hieroglyphi- cum Creusæ uxoris Æneæ; quæ à facie haud velum removit, estò arderet Troia. Iunius, *Emblem.* 2. qui addit ad pedes testudinem, ut Pausanias, cap. 203. quem sequitur Char- tarius, d. pag. 346. uti diximus die 11. n. 15. Hinc virtus, imò virtutes Uranie coleban- tur ab Ethnicis; quippe charismatibus ple- na, ut *Dea Syria* vel antiqua Pandora; de qua in *Theogon.* Hesiod. Origenes, lib. 4. *Contr. Celsum.* Palæfatus 1. *Fabular.* n. 35. Hygin. 1. *Fabul.* 142. & lib. 2. n. 16. Natal. Comes, 2. *Mytholog.* cap. 6. & 4. cap. 6. Gy- rald. *Syntagm.* 13. num. 51. Pausan. cap. 22. alijque palæophili. Apuleius, 4. *Metamorph.* prope fin. de Pſyche loquens, subdit: *Tam præcipua, tam præclara pulchritudo nec ex- primi, aut sufficienter laudari sermonis hu- mani penuriâ poterat. Multi civium & ad- vena copiosi, quos eximij spectaculi rumor studiosâ celeritate congregabat, inaccessæ for- mositatis admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente; ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Adi hic Beroald. & quæ nos diximus, Tom. 5. T. 3. à n. 33. Sherlog. 1. de *Hebraic. Antiq.* Dissertat. 4. sect. 18. n. 138. ingeniosè interpretatur: *At quæ hæc Venus, quam sive nescientes, seu ex mysterij altio- ris conscientia Ethnicis adorabant? Non mè- retricem illam & scortorum patronam; sed aliam, quæ Urania & Cælestis dicebatur; de qua affluenter Petr. Faber, Semestrium, lib. 3. cap. 2.*

32 Haud nobis creperum, altioris con- filij ductu ab Ethnicis plura figurata; quo possimus dicere: *Vos adoratis quod nescitis.* Ratione difficultatis congruebat, arcano- rum veritatem præfigurari; ne ethnici subitò cæcutirent copiâ lucis. Aliqua signanda de *Urania, Cælesti Venere*; ut clareat, unde hæc. Prorsum de nostris sacramentis. Inter Indos fingebatur imago virginis puerum lactantis, cuius simulacrum confectum ex farina granorum universonum seminum; eò quòd in Cælesti Urania invenirentur cun- ctorum gratiæ, & sparsæ perfectiones in or- be. Acolta, 5. *Histor. Indor. moral.* à cap. 23. Eadem apud Ioann. Bonifac. lib. 2. cap. 1. ubi: *In India citra & ultra Gangem, ante predicatum eis Evangelium, depinxerunt mulierem, infantulam complexu tenentem;*

*Imagines
varie apud
varios na-
tiones.*

ad eamque tanquam ad patronam in affli- ctis & desperatis rebus confugiebant. Sic etiam Nieremberg. de *Indis*, aliisque paga- nis astruit, 5. *Histor. natural.* cap. 2. & 8. cap. 17. De Ægyptijs dixi, Tom. 6. T. 1. à n. 60. & proprio in tempore regeram, 25. *De- cembr.* num. 13. Denique Abrah. Ortel. in *Theatr. Geograph.* Tabul. Russiæ Moscoviæ & Tartariæ, fol. 104. ait: *Fœminam cum infante representat simulacrum, quo dicitur Zlatababa, idest, aurea vetula. Idolum hoc sacerdos consulit, quid faciendum, vel quò migrandum; ipsumque (mirum dictu) certa consulentibus dat responsa, certique eventus consequuntur.*

33 Hac etiam die in *Kal. Græc.* signa- tur Achillis obitus in templo Apollinis Thymbrai, sagittis Paridis, & insidijs Polyxenæ, cuius pulchritudinem deperibat: quod quidem contigit iuxta sententiam Ha- licarnassei ante Troiam captam, die septua- gesimo: iuxta Petavij placitum, septuagesimo octavo, ut videbimus, 4. & 12. *Iun.* sed iuxta Ovid. die tricesimo, uti dicitur, 24. *April.* Variè ab AA. refertur historia. Ovid. 13. *Metamorph.* fabul. 2. & Senec. in *Troada*, asserunt, victimam fuisse ad placandos Ma- nes Achillis; è cuius sepulchro vox exivit prædæ destructæ Ilij exoptulans partem. *Itaque Danaï Polyxenam Priami filiam, quæ virgo fuit formosissima, propter quam Achil- les eam peteret, & ad colloquendam ve- nisset, ab Alexandro & Deiphobo est occisus; ad sepulchrum etus immolarunt.* Hygin. fa- bul. 110. Natal. Comes, 9. *Mytholog.* cap. 12. infit: *Hic Polyxena amore captus, significa- vit Priamo per nuncios se pro Troia pugna- turum, si sibi puella concederetur. Priamus pollicitus est: qui cum illa de causa in tem- plum Thymbrai Apollinis convenissent; Pa- ris clam ex insidijs illum sagittâ transfixit.* Mythologicè exponit Palæfatus d. & Ful- gentius, lib. 3. n. 7. *Amore Polyxena perijt; & pro libidine per talum occiditur. Polyxe- ne enim Gracè Multorum peregrina dicitur; seu quòd amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo.*

34 Ossa Achillis post iusta inclusa fue- re in aureo vase, quod iussu Theridis affa- brè fecerat Vulcanus, & ut alijs placet, ei elargitus dono Bacchus. Lycophron. in *Cas- sandr.* At Troiani noluerunt Gracis Achil- lis cadaver restituere, ni reciperent illa ipsa munera, quæ pro redimendo Hectore ei da- ta fuerant: tantum scilicèt auri pondus, quantum esset Hectoris mortui pondus ca- daveris. Idem ibid. cecinit:

Rursus redempto pro altero cadavere

*Achillis
obitus.*

*Polyxena
Priami fi-
lia.*

*Ossa Achil-
lis in aurea
pyxide.*

*Redimitur
eodem pre-
tio, quo ca-
daver He-
ctoris.*

Lycophr.

*Par pondus auri splendidi Paetolij
Ferent.*

Etsi Homerus casum Polyxenæ prætermittat, ferè omnes credunt; ut observat Pausanias, cap. 20. & 342. Aliter historiam refert Philostratus in *Achille*. Polyxenem scilicet (quam Priamus secum adduxerat, cum proficisceretur ad Achillem pro redemptione corporis Hectoris) adamatam nimis à Duce Græco, & tunc factam nuptiarum sponsonem. At cum Achilles fide publicâ inermis descendisset in templum Apollinis Thymbraei, quem testem Paris fecerat fœderis, & ab eo fuisset occisus; Polyxena ad Agamemnonem confugit, fugiens è templo, ac post triduum ad Achillis sepulchrum gladio se confodit, ut cum illo unâ sepeliretur; tuncque umbra Achillis à Thetide vocata, per exercitum transivit. Idem iterat, 4. de *Vit. Apollonij*, cap. 5.

Umbra Achillis Græcis apparet.

35. Ibi ergo ut magicis artibus florentem, demonstraret Apollonium; ab eodem narratur Achillem suscitatum, inter eosque singulare colloquium mirè contextum. *Ostende mihi imaginem tuam* (dixit Apollonius ad sepulchrum accedens) *Hæc cum dixisset, parumper tumulus intremuit, & juvenis quidam apparuit, eblamyde Thessalicâ indutus. Pulchritudinem verò eius nondum pro rei magnitudine satis dignum laudatorem sortitam esse, iudico. Cum itaque quantus primò apparuisset; repente in duplam excrevissent magnitudinem, visus est: & cum multa dixisset, mediocri fulgure emisso, discessit.* Sepultus ergo ad littus, iuxta Patrocli tumulum, in eiusque monumento condita dona aurea, pretiosa, rebus tam ex Græcia adductis, quam ex præda collectis. Denique cum discedere decrevissent, sepulchrum universi amplexi sunt. Ibidem Philostratus, qui d. cap. 3. dicit Achillem clypeo & galea minacem apparere Troianis. Alia, quæ ficta post eius mortem, vel à diabolo cogitata & hominibus suggesta; diximus, 24. *Januar.* à n. 13.

Et Apollonio Tyaneo.

Quomodo Troianis?

Indi Circens.

36. Hac etiam die, ut legitur in *Cronico Alexandrin.* pag. 261. ab Oenomaio instituti Indi certamine equestri; unde ludi Circenses à Romulo primò celebrati, de quibus 1. *Januar.* n. 3--19. n. 11. & 14. *Mart.* n. 18. Quis, dictum ab Hygino, *fabul.* 250. & 253. fusiùsque *fabul.* 84. ubi de eo inquit, habuisse filiam speciosissimam Hippodamiam nomine, sed ab illo incesto corruptam; quam ut nupti daret, constituit, ut quisquis illam ambiret, certare cum illo quadrigis deberet, pœnâ capitis pactâ, si vinceretur; eò quòd accepisset oraculo, A

Quis Oenomaus?

Tom. I. Ephemer.

genero. mortem cavere. Nonnunquam victor è certamine exivit, quippe equos aquilone velociore habuit; quousque à Pelopidis calliditate deceptus. *Adi.* 22. *Februar.* à n. 14. *Natal. Comit.* 7. *Mytholog.* 17. & *Pausan.* cap. 148. & 157.

37. Apud Indos hac die ablutio capillorum Regis cum regio comitatu, pompaque ad flumen. Salas in *Parerg.* Meminit Alexander Neapolit. 3. cap. 18. etiam dies celebris Romæ, felix faustusque sicut apud Indos quum Rex capillos abluat. Quare Romæ instituta festivitas, & servis tunc data libertas; dicemus, 13. *August.* *Strabo lib.* 15. n. 80. inquit: *Cum Rex capillos abluat, magnam festivitatem celebrari, & maxima dona mitti.* Q. *Curt.* 8. *Histor. Alexandr.* cap. 9. describens Indorum regiam, ait: *Regia adeuntibus patet, cum Rex capillum petat.* Et *Persidis.* & ornat. *Freinsh.* hic insit: *Qui locus magnoperè firmat opinionem Casauboni; qui in simili Persarum more, fortè ab Indis vicinis accepto, apud Athenæum, 4. n. 10. ex Herodoto 9. legendum, dicit: Quæ cœna Tista vocata, quotannis eo die, quo Rex Xerxes creatus est, instituebatur: tunc solum Regis caput cum cura abluatur, Persasque strenis donat.* Quæ sit Cœna Tista; diximus 4. *Januar.* n. 15. Aliter refert Philostratus. 2. de *Vita Apollon.* cap. 9. dicens: Rex ad flumen accedit, cum augeri dies incipiunt, & illic equos nigros & tauros flumini tanquam Deo sacrificat. Nigrum Indi albo præferant. Tunc peracto sacrificio modium aureum in flumen demergit.

Ablutio capillorum Regis India.

Et Persidis.

Quæ Cœna Tista?

38. Illo in die cunctis gemma ostendebatur Pantarba, & aurum de fonte Indico, & tempore Xerxis donabantur gladij ex ferro huiusce fontis. Singillatim de cunctis agendum. De Pantarba, seu Pantaura; dicit ex *Cresia in Indis*, Photius in *Histor.* eius interpres: *De Pantarba gemma, & Pantarba quomodo septuaginta septem gemmas & 12. gemmas. pides pretiosos, in flumine proiectos (quæ omnia erant cuiusdam Bactriani institoris) Pantarba retraxerit, inter se coherentes; agit.* Hanc gemmam (quæ in sinu Iovis, & post in eius corona) Indos inclusisse ad singularem ornatum; diximus, *Tom. 6. T. 10. D. 6. n. 4.* Philostratus, 3. de *Vit. Apollonij*, cap. 14. ei refert, dixisse Philosophum Larcham (seu potius fingit, quapropter in *Historia Ludicra* apponit lib. 2. cap. 35. *Balth. Bonifac.*) *De lapillo autem, qui ceteros lapides ad se trahit; causa non est, quin credamus. Poteris enim ipsum videre lapidem; & que in eo sunt, cuncta mirari. Primò autem summa eius magnitudo digiti unguem*

Bbbb

ada-

adæquat: gignitur verò in concavis, terra profunditate passuum quatuor. Tantum verò ipsi spiritus inest; ut intumescat, & plerunque scindatur terra, ubi eiusmodi lapis gignitur, seu concipitur: inquirere autem ipsum, nemini licet: aufugit enim, nisi summa cum ratione trabatur. Soli autem nos partim dicentes, partim etiam aliqua facientes, invenire Pantarbam possumus: qui lapillus noctu diem velut ignis ostendit; quoniam igneus est, ac radiosus. Sin verò post diem aspiciatur, innumeris rutilationibus oculos ferit: id autem, quod in ipso lumen fulget; spiritus est potentia admirabilis. Quicquid enim propè est, sibi conciliat. Quid autem dico propè iacentes lapides ipsum congregare? Quid, cum liceat, petras quocunque velis alicubi demergere aut in mari, aut in fluvio, & illas non propè adinvicem, sed sparsim, utcunque contigerit: postmodum verò hic lapis ad eas demissus, sui spiritus distributione omnes colligit; ita ut coacervati lapides, tanquam examen apum sibi subiaceant. His dictis lapidem simul, & quid efficere posset, ostendit. Hic lapis, ut asserit Kircherus de Magnete, r. p. cap. 4. dicitur Magnes auri, & divina quædam virgula, ad latentes auri venas conquirendas, & thesauros eruendas. Ab alijs appellatur Chrysolola. Vid. Plin. 33. cap. 5. Natura eadem est, quæ Magnetis; nisi quòd trahere quoque aurum, traditur. Hocce tam verum arbitrator, quam quod magnete albo lethaliter homo possit vulnerari sine dolore ex vulneribus, ut alibi dixi ex Gafarell. in *Curiosis. inaudit.* Bonifac. Rhodigin. *Histor. ludicr.* 13. cap. 16. inquit: *Alius est Magnes, quem si acut stylòve affrices, ea cuspidè carnem totam oivi hominis, vel cuiusvis animalis, absque ullo eius dolore, aut effusione cruoris, altissimà plagà poteris perforare.*

39 Eadem inveniuntur apud Caussinum, *symbol.* 49. *lib.* 11. & Bulenger. 2. de *Pictura*, cap. 9. Ioann. Tzetzes, *Cibiliad.* 6. *Histor.* 68. accinit:

Pantarbe lapis existens, lapides attrahit, Simul aurumque quoddam, fossis immiffus. Si verum, sanè mirabile: verum mirabilius, quod affuit Heliodorus, lib. 8. & 10. Histor. Æthiop. nimirum, Pantarben ferens non timeas ignem. Bonifac. d. subdit: *Quicumque illam apud se habet, incombusibilis est: qua fretus Chariclia regie virginis imperterritus animus non dubitavit se in rogam ardentem conficere: è quo ne capillo quidem exusto, evasit incolumis.* Videtis Athen. *lib.* 3. n. 51. sed videtur rotum factum, vel magicum, cum in sua Æthiopia apud Iobum Lu-

dolphum, nec verbum quidem de Pantarbe inveniatur: imò *lib.* 1. *cap.* 7. n. 13. asserit, in Æthiopia nullam gemmam produci, nec concipi.

40 De fonte Indico ex Ctesia etiam ipse Photius inquit: *Dicit etiam de fonte, qui quotannis auro humido impletur: ex quo fonte centum urcei fœtiles singulis annis hauriuntur: idèque fœtiles esse oportet, quoniam aurum dum hauritur, concrevit, ut ad ipsam extrahendum, frangere vas necesse sit.* Fons hic quadratus, altitudinis unius ulnæ. Singuli autem urcei, qui auro pleni hauriuntur, talenti pondus exaquant. De ferro, quod in fundo huius fontis extat (ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse Ctesias, unum à Rege, alterum à Regis matre Parysatide donatum) si in terram defigatur; nebulas, grandines & turbines avertere: & seipsum hæc vidisse, Rege bis periculum faciente, commemorat. Quid de ijs sentiendum, dixit Iarchas Apollonio, ubi supr. De animalibus, aut plantis fontibus, quos huc veniens ipse vidisti, tibi aliquid narrare, super vacuum est: fontes verò aureis aquis manantes; ego in his locis esse, nunquam audioi.

41 Inter Ægyptios Alexandria Arfinoes statua. *K. Egypt. Maiol. meminit Tom. 1. Colloq. 19. Eodem magnete lapide* (inquit Plin. 34. cap. 14.) *Dinocrates architectus Alexandria Arfinoes templum consecraverat inchoaverat; ut in eo simulacrū etiam è ferro pendere in aere videretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolomei (Philadelphii) qui id sorori suæ iusserat fieri. Plura dicemus in statua Serapidis, 25. April.*

DIES XXVI. MARTIJ.

I **G** Rad. 6. Solis in *Ariete*, qui putrealis apud *Dariot.* & *Firmic.* VII. K. quia qui sub illo natus, Regis amicus & illustrium dignitatum insignibus exornatus, & qui omnia in se gloriæ ornamenta circumferat. *Æquinoctium vernum: pluit, interdum & tonat.* Ptol. *Extremitas cauda Leonis manè occidit.* Franc. *Iunctin. K. A. Ovid.* v. 872. *lib.* 3. *Fastor.*

Tempora nocturnis æqua diurna feres. Ovid. *Rex armatus, dextrâ pomum imperiale, sinistra sceptrum tenens.* Sphær. Arab. Anno O. C. 326. Cainan filius Enos oritur. *Entych. Annal. Alex.* iam orbi incipiebat lamentum, quod eius signatur nomine. Vid. 13: *Maij, n. 2.*

2 Dies hic septimus dicitur à prima creatione, Sabbatum Sanctum, quia in ipso

Fons ex auro potabili.

Cuius in fundo ferrū & cuiusnā conditionis?

Arfinoes statua, & templū magnetis cur condecoratum?

VII. K.

Ovid.

Cainan oritur.

Septimus dies orbis.

cel-

Huius proprietates.

Tictz.

Habenti nō ludit ignis.

vai
vati
vion

cessavit Deus ab omni opere quod crearat. *Genes.* 2. 1. Reusner. & alij. Ex his patet falsum, quod Talmudistę dicunt: ignem nimirum Sabbato à Deo conditum. *Tract.* 3. distinct. 4. Etiam commentitium, quod Eva die septimo fuerit ædificata ex Adami costa: igitur in illo cessavit ab omni opere. Eva non solum sexto die producta, sed lapsa, & è paradiso (quod formata, non extrã, ut placet Iosepho 1. *Antiq.* cap. 1. & alijs) expulsa. Nec metaphoricè accipienda creatio Evæ, secundum similitudinem (ut excogitavit hic v. 21. Caietan. & prius Origenes Homil. 1. in *Genes.* dicens: *Haud aliud intelligo per Adam & Evam præter corpus & animam rationalem*) sed corporaliter in individuo, non in ipso Adamo, sed ex ipso: quin obstat quod antequàm Evæ describatur productio, *Genes.* 1. 27. dicatur: *Masculum & fœminam creavit eos*: tunc quia supposita utriusque productione; sicut *cap.* 1. exprimitur ex limo terræ productio viri, ita *cap.* 2. refertur fœminæ ex costa Adami. Masculum & fœminam creavit eos cum distributione accommodata: Masculum scilicet Adamum, & fœminam Evam: quo proculcatur delirium Hebræorum aliquorum, & Eugubini in *Cosmopœia*, asserentium, utrumque creatum simul, sed per terga continuativè adherentes, quos mox seiunxit. Hui! Plato quia Moysen non intellexit, primus in *Sympos.* finxit; ut refert Eusebius 12. de *Preparat. Evang.* cap. 7. Confutat Abulens. Alapid. & Perer. hic.

3 Dies requietionis dicitur perfectis cœlo & terrâ cum omnimodo ornatu, ut decreverat facere ac perficere. Mirè nugantur Talmudistæ, asserentes *Tract.* 4. *distinct.* 3. *Deum ante mundi huius creationem, ne otio torpesceret* (obstruatur os loquentium iniqua) *exercebat se in extruendis varijs mundis, quos ubi condiderat, paulo post destruebat, atque iterum instaurabat, quod ad hunc, quem nunc habemus, mundum facere didicisset.* Non est Deus ut homo, ut faciat poenitentiam, blasphemi & inepti. Hic dies sibi à Deo tanquàm sacer destinatus, & ira institutus cultui speciali Numinis ob memoriam beneficij creationis tam Adamo, quàm posteris, expressus in lege, *Exod.* 20. 8. sed observatus ab initio mundi; ut patet ante legem latam, *ibid.* 16. 26. Vid. Ribber. in *Epist.* ad *Hebr.* 3. 4. & Perer. in loc. cit. *Genes.* Hinc Hebræi dicti *Sabbatharij.* Juvenal. *Satyr.* 6. v. 158. & 14. v. 96. Sabbatum celebrare cum lucernis in tenebris & ramis ante limina *Hebræos*; dixi-

Tom. I. Ephemer.

mus *Prolog. Galeat.* §. 9. n. 1. Omne opus fervile inhibetur in Sabbato. *Deuter.* 5. 14. Non opus spiritale, nec in proximi salutem & charitatem. *Opus salutis & incolumitatis, non est opus hominis, sed Dei*: inquit Tertullian. 4. *contra Marcion.* Prohibetur etiam succensio ignis, scilicet, ad cibos parandos. *Exod.* 35. 3. Superstitiosi nonnulli nec ad frigus arcendum accendere volebant: qui verò struebant, eliciebant è filice, quem non folle, sed arundine sufflabant. Imò si lucerna lumine levis aut languens, minimè foveanda, ni propter infirmum. Vide quod de quodam superstitioso diximus in *Prolog. Galeat.* §. 3. n. 6. Variè Ethnici uti Scripturæ ignari somniant de institutione Sabbati apud Hebræos. Vide Plutarch. 4. *Sympos.* quæst. 5. Tacit. 5. *Histor.* à cap. 5. Iustin. *Histor.* lib. 36. & Ioseph. 2. *contra Apion.* Eò quod Abelis mortis hesternæ die facta memoria, n. 6. occurrit fabula Rabbiorum, in quas summus Hebræorum conatus. Propter mortem Abelis protopatentes in spelunca Hebron latuisse, & separatos deguisse 130. annis ex nonnullis videbimus vitæ comite, 26. *Decembr.* n. 6. tunc Lamech (insignis dementia!) apud illum questus, eò quod propter mortem Cain se uxores fugerent; quibus Adamus præcepit cum marito vivere. At illæ Adamo responderant: *Quod ipse prius suæ satisfaceret coniungi; à qua iam per 130. annos propter scelus Caini esset separatus.* Refert delirium & ineptissimum Isaac Vossius Dissertat. de *Ætate Mundi*, cap. 4. Vide 5. *April.* n. 2.

4 His diebus filij Israël morabantur ad Mara usque in 1. *April.* & victitabant panibus subcinericijs. Leonard. Mar. ibi Moyses populum ad obedientiam Dei hortatur. *Exod.* 15. à 25. ibi dicitur: *Constituit Dominus Israël præcepta.* Quæ præcepta? *Decalogi* (dicit Seder-Ol. cap. 5.) cuius septem præcepta fuerant iam imperata filiis Noe. His verò præceptis addiderunt Israelita super se tria alia isto tempore: *Sabbatum, Iudicia & parentum honorationem.* Abeant ad corvos. R. Salomon apud Lyran. hic asseruit, ne per otium filij Israël declinarent ad peiora, data præcepta de observatione Sabbati, quod continet plures observantias, & præceptum de *Vacca rufa*, cuius è cinere fiebat *Aqua lustralis*: de qua *Numer.* 19. à 2. & Nos d. 2. egimus n. 2. Refutat Abulens. & erroneum fabulosumque arbitratur Alapid. Aqua lustrali usus frequentissimus pro foribus templorum, ut observat Tertullianus de *Baptism.* cap. 3. Erat in foribus Curiz, ad fores privatarum ædium, adducta ex do-

Quid operis in Sabbato licitum & illicitum.

Superstitioses Iudeorum in Sabbato.

Quando Eva formata?

Sabbatum sanctum.

Vacca rufa.

Aqua lustralis inter Ethnicos.

mo non funesta; modò in illis aliquis fano functus. Casaubon. in *Theophrast. Charact.* n. 5. Hac de causa Ascon. in *Divinat. Verr.* Delubra aurum dicitur à labris, quæ ad diluendum habebantur in Templis. Hippocrates de *Morb. sacr.* ait: *Ipsi terminos templorum Dijs designamus; ut nullus qui non purus sit, eos transcendat, & ingressi respersimur: sed si quod etiam prius scelus habemus, purificemur. Ad expiationem opus erat aqua viva & perenni; fiebatque iustialis, dum ramo felicitis oliva erat aspersio, & in labro templi mergebatur titio ardens & flagrans, ab ara sumptus, quando victima adoleretur. Ea enim ingredientes templum sese aspergebant ipsi, vel à sacrificulis aspergebantur.* Laurent. Lucenf. in *Polymathia*, lib. 2. Dissert. 18. Vide dicta die 23. n. 9. & 18. *Ianuar.* n. 15.

5 Hoc etiam die ieiunium Hebræorum ob mortem Iosue. Leonard. Mar. Scaliger. & Genebr. in *K. H.* De huius viri (in cunctis insignis) obitu, 1. *Septembr.* n. 4. et si à Serario in *Iosue* 24. quæst. 8. ex *K. Hebr.* hodie signetur. Cultros, quibus circuncisi filij Israël, & domi Iosue servatos & cum illo sepultos; dicit ibid. quæst. 10. Causin. 10. *Symbol.* 19. ex Cyrill. Alex. 4. in *Ioann.* cap. 51. Septuagint. Interpr. in Edition. 1. Roman. Alapid. in loc. cit. *Iosue* & Nos d. 11. n. 3. Dignum observatione notavit Hieronym. *Mansion.* 34. *Epist.* 127. & ad Paulam *Epist.* 25. Iosue à filiis Israël post mortem non planctum. Aaron (inquit) plangitur, Iesus non plangitur. Moyses plangitur, Iesus non plangitur. Addit in *Paula* epitaph. Maximus Doctor: *In monte Ephraim Iesu filij Nave, & Eleazari filij Aaron sacerdotis sepulchra.* In morte ipsius, maximè cum sepeliretur, montem Ephraim concussum (et si Masio videatur fabulosum, propter allegoriam) pro certo habet Serar. d. quæst. 12. mira alia refert Greg. Turonens. 1. *Miraculor.* cap. 18. sive de *Glor. Martyr.* ubi inquit: *Sunt ad Levidam civitatem aquæ calida in quibus Iesus Nave lavare solitus, quò similiter leprosi mundantur.* In Scriptura dicitur Fons & piscina Gabaon, ut notat Adrichom. in *Beniam.* n. 69. & 70. Addi Turonens. *Prope Jericho habentur arbores, quæ lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarum, testas in circuitu habentia duras, intrinsecus autem plena sunt lana. Ex his enim ferunt, Iesu Nave solere fieri indumenta: sed & hodie tales exhibent lanas, ex quibus nos à quibusdam delatas vidimus, & admirati sumus vel candorem vel subtilitatem earum.* Pro meo captu nihil aliud nisi arbu-

sta gossypi seu xilini; quæ quotidie in testis pro delicijs videmus; in quorum lana mira suavitas, subtilitas & candor: quare qui ibi vidit homo bonæ fidei, vel ut nomine illustraret è terra longinqua parta; vocavit lanas arborum Iosue. Referunt etiam Alap. & Serar. d. Saraceni habitantes Phœniciam, traditione habent, Iosue cadaver possideres quoniam situm in spelunca montis Leopardorum, in qua monumentum visitur viginti sex pedum, quod eius indigitatur sepulchrum. Brocard. *Itiner.* 1. & Adrichom. in *Loc. exteris*, n. 20. Vide 1. *Septembr.* 4. & quæ nuper dicta ex Hieronymo.

6 Hodie à Genebrard. in *K.* etiam exponitur dedicatio Tabernaculi Moysis, & æquinoctium vernalis. Utrumque falsum. De tempore patet: de Tabernaculo, diximus d. 1. n. 2. Ex his & alijs, subit mentem *K. Hebraic.* illius opus non esse; sed ab sciolo inventum, & ut magni haberetur, illustratum magni huius viri nomine. Patet, quia ibid. d. 22. signat *Octavam Pasche*, cum Pascha Octavam non haberet, sed tantum septem dies Azymorum usque in d. 21. uti vidimus, & notat Leonard. Mar. Ionas mare pererrat quietè in ceti ventre, quousque in Pontum Eaxinum pervenit, ad cuius littus Prophetam eiecit. Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 11. Pervenisse in Mare Rubrum autumat R. Salomon, dicens: *Ostensum fuit Propheeta à Deo mare caricofum, & quomodo transissent Israelita per medium eius. Erant oculi piscis instar duarum fenestrarum, & contemplabatur & videbat quicquid erat in mari.* Adi Franc. Fevardent. in *Ion.* Salin. quæst. 15. liter. n. 11. Sanct. in *cap.* 2. n. 39. & fusè Pined. de *Reb. Salom.* lib. 4. cap. 12. Ibi oravit, & exauditus est cognoscens hospitem, & nil amplius esse ceti. Paulinus celebrat *Carm.* ad Cytherium, à v. 211.

Commenta Domini mira: mersus aequore, Intactus undis fluctuat.

Vivit voratus, quique glutivus, manet Vivente ieiunus cibo:

Et præda cum sit, esca non est belluæ, Domoque ventris utitur.

Idem Sedulius, lib. *Carm.* à v. 192. Causam orationis comminiscitur singulari figmento idem Rabbini. Prius (inquit) absorptus fuit Ionas à pisce masculino, in quo cum magis habitaret laxè, & minus incommodè, neque oraret, cum minus illum uteri urgerent angustia; iussit Dominus pisci masculino, ut Ionam vomeret in os piscis femina pregnantis, in quo locum invenit angustiore, ut potè occupatum à factu: & iccirco clamare cepit ad Dominum & orare. Quasi non suffice-

Dedicatio
Tabernaculi

Ionas vaga-
tur per ma-
ria.

Paulin.

Fabula Rab-
binica.

Ieiunium ob
mortem Io-
sue.

Sepulchrum
eius & Elea-
zari.

Fons Iosue.

Arbores la-
nata.

ficerent bini ceti oculi, addit: *Habuit piscis ille septem oculos.* Adi Sanctium in *Ion.* 2. n. 31. & *Tom. 6. T. 4. n. 28.*

7 Perculit Ezechiam Samariæ devastatio per Salmanasar, quoniam fratres (est pravorum) videbat extrahi per trucem tyrannum; proclives, cum patria abdicere legem: & licet cum illo haud esset bellum rebellavit contra Regem Assyriorum. Reuclin, ex *4. Regum,* 18. 7. Nonnulli intelligunt de tributo pacto ab Achaz cum Teglah-Phalasar, patre Salmanasar, de quo, *5. Septembr.* n. 3. sed melius alij, *rebellari* accipiunt pro resistere, nec de victoria partâ gratulari, nec uti dominum, Regemque supremum cognoscere; dum insolenti videbatur, illic tradendas claves urbis sanctæ, ac facturum specie pacis, quicquid pater fecerat, uti ibid. dicimus. Vid. Lyran. & Abulens. Unde *Rebellavit*, prout subditur, idem est ac *Non seruire.* Q. d. vel illâ insigni celebrique victoria Regi Assyriorum nec obsequiū præstitit. Adhuc victorem non timuit, spe in Deum fretus; quoniam si Iuda Metropolim Salmanasar vellet expugnare, Deus ab eius conatibus atque viribus mirabiliter defenderet, ut post sub filio Sennacherib: quare sine læsione Urbis cum suis captivis reversus est in Assyriam.

8 Post duodecim dies à morte Antiochi Epiphani, venit nuncius è Perside, missus à Philippo, cui pessimus ille insignia regni filio suo Antiocho, tradiderat; ut vidimus die, 12. n. 5. ex *1. Machab.* 6. 14. Exiit è mundo, qui mancipatus Orco; & post biduum Antiochus filius eius, relicto Demetrio, filio Seleuci fratris Epiphaniæ pro illo Romæ obside, à Lysia (qui eum educaverat, & pædagogus erudierat) constitutus, & assumptus est in Epiphaniæ solium; etsi non haberet regni insignia, quæ secum tulit Philippus, emulatione Lysia, ac timore novi Regis ab illo electi, dum etiam cum cadavere Epiphaniæ fugit Ægyptum ad Philometorem Ptolomeum, *2. Machab.* 9. v. ult. Lysias autem ægrè tulit puerum creditum à patre Philippo, quem uti suum habebat: unde ut gratiam iniret, & glorioso nomine novennem lactaret, vocavit eum *Eupatorem*: hoc est, bonum patrem, *1. Mach.* 6. 17. Exemplò, amoto Ptolomeo Macro, qui olim miserat Nicanorem adversus Iudæos, quorum cognitiâ innocentia fuit post cladem amicus (ut placet hic Expositoribus Serar. Alapid. & Sanctio) constituit Eupator Lysiam Ducem Phœnicis & Syriæ (*2. Mach.* 10. 11.) secum in aula tunc habens, uti primarium mini-

strum, quem Principem etiam designavit super cuncta negotia regni (Græcè, *Protarchum*) quod ille maximopere ambiebat, ne rivalis Philippus introiret in Regiam. Etiam ductu Lysia Eupator Præfectos militiæ designavit Gorgiam, Timotheum & Bacchidem. Nicanor autem, cum prætermissum, seu abdictum se videret; Romam fugit ad Demetrium, cuius comes ut veniret in regnum, volupè factus, & familiarissimus amicus: *Amicorum charissimus, simul & fidiissimus; qui etiam Româ fugienti comes fuerat.* Iosep. 12. *Antiq.* cap. 17. & Tornell. *Ann.* 3893. n. 2.

9 Anno 1. prædicationis Christi, postquâ flagellatis in templo negotiatoribus insignia fecit miracula, quæ visa à Nicodemò Pharisæo, hic nocte ad illum accessit; sed recessit fide imbutus erga singularia legis. Gratia arcana: de Baptismo scilicet, & necessitate ad salutem hominum mortis Christi, decretæ in ligno crucis. Alapid. n. 13. Castell. signat 17. *April.* quoniam sequitur Lunationes. Reufnerus signat secessum à Ierusalem in Ephrem, postquam consilium de morte illius sumptum à Principibus Sacerdotum, Præside Caipha, ante ult. Pascha: at in sententia communi DD. hac die corpus Iesu, pridie sepultum, in tumulo iacuit, adhibitis custodibus ad sepulchrû, ob signatum sigillo Præsidis Romani & Principis Sacerdotum. Alapid. n. 79. Baron. & Adrichom. ex *Matth.* 27. 62. Quæ facta à Virgine-Matre illo in die, & discipulo dilecto; refert Maria à Iesu, *Tom. 2. Mystir. Civit.* lib. 6. cap. 25.

10 Romæ sacra *Iovi Inventori.* Labeo Antifilius. Ita cognominatus & cultus à Romanis; cuius ora prope portam Trigeminam, ab Herode instituta inventis bobus, à Caco sublatis; in cuius sacris iuvenca vitima. Gyrard. *Syntagm.* 2. n. 30. Ubi Cacus bobes Gerionum abdidit, Spelunca dicta *Caci*, qua parte Aventinus Palatium videt, quò nunc ædes Virginis Mariæ in Schola Græca. Blond. ex Virgilio, *8. Æneid.* v. 233.

Stabat acuta flex, præcisâ undique saxis Spelunca dorso surgens altissima visu. Dirarum nidis domus opportuna volucrum. Aptius situm signat Marlianus, dicens cap. 77. *Topograph.* & in *Epitom.* lib. 5. cap. 3. *Arbitramur igitur Caci speluncam è regione S. Mariae Aventinae adis fuisse; ubi mons ipse plurimum attollitur, rupeque tota est scabra, & speluncis aptissima prope portam Trigeminam. Hercules clavâ Caco mactato & speluncâ eversa, aram Iovi Inceptoris*

Nicanor feciatur Demetrio Soteri.

Christi gesta

Iupiter Inventor.

Spelunca Caci.

Virgil.

ab Herode

ere-

Ezechias floci habet potentiam Salmanasar

Antiochus Eupator Syria Rex.

Lysias eius vicarius in regno.

erexit, ei loco proximam (illustri hypotiposi pingit Virgil. d. à v. 225. & Ovid. 9. *Metamor.* fab. 3.) *Cacus autem secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen habet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum ac furem. Cacus enim Græcè Malus. Scalæ autem ad ipsam speluncam fuisse fabulantur. Hercules nihilominus expugnavit, bobesque recepit, & aram Iovi Inventori construxit. Virgil. libid. v. 262.*

Virgil. *Pāditur extēplō foribus domus atra revulsis, Abstractæque boves, abituratæque rapinæ Cælo ostenduntur.*

11 Fusè historiam sive fabulam refert Dionys. Halicarnas. lib. 1. n. 18. cuius mythologiam exponit Iovianus Pontan. lib. 7. de *Rebus cœlestib.* & Physiologiam inter pres Hesiodi in *Hercul. scuto.* Natal. Comes in 11. *Metamorph.* Ovid. & in *Mytholog.* lib. 7. cap. 1. Fulgentius Placiad. lib. 2. n. 7. ac Albricus, de *Deor. imagin.* n. 22. *Dormiente Hercule (inquit Dionysius) paucas aliquot boves in propinquam speluncam, ubi degebat, abdidit. Hercules paulo post somno excitus, cum non inveniisset, speluncam adiit. Caco autem stante pro foribus, & cum rogaretur, negante se vidisse, nec tamen inquisitionem permittente; confuso Herculi & inopi consilij, tandem venit in mentem; reliquas boves ad speluncam agere: quarum vocem, consuetumque odorem ubi senserunt inclasæ, furtum prodiderunt mugitu reddito. At Cacus in maleficio deprehensus, decrevit uti viribus, simulque pastores suos convocat: tum Hercules vociferantem clavâ prostermit, eductisque bobus (quoniam videbat locum aptū latronibus in receptaculum) speluncam baculo diruit. Cumque ca dem expiasset aqua fluminis; in proximo aram Iovi Inventori posuit, quæ est Roma prope portam Trigeminam, & ob inventas boves, Deo iuvenum unū sacrificat. Hæc sacra etiam atate meâ Romani Græco ritu faciunt, quemadmodum ab illo instituta sunt. Postea cognitus filius Iovis: & ex oraculo Evander ei extruxit aram, captans gratiam; quod primus Herculem, cum adhuc viveret, divinis cumulasset honoribus. Extunc enim dicta Ara maxima, ab Hercule iterato convivio, ac instituto festo; ut diximus d. 8. à n. 17*

12 Boves Hercules abduxit in Argos, qui eius apotheosi dissipati fuere, ac simul venundati, ex quibus unum, pretio dato, habuit Ithacæsi Pyrrhias; cuius propositum in *Græc. qq. 34.* refert Plutarchus. *Quis fuit (ait) qui bovem benefactori immolavit?*

Navis prædatoria erat apud Ithacæsiam in statione; in qua erat senex cum amphoris picem continentibus. In eam fortè intentus erat portitor Ithacæsius Pyrrhias nomine, qui senem liberavit à Pyratibus, precibus eius & misericordiâ adductus; quia illius cum nihil interesset, seni in clasico favit, & amphoras custodivit: itaque accepit præmium, instante senes; cuius mers intra ventrem amphorarum. Postquam prædones abscesserunt, securus iam senex adduxit Pyrrhiam ad amphoras, in quibus magnam auri & argenti in picem coniecti vim esse demonstravit. Factus igitur qui pauper, pecuniosus; tum aliam curam habuit senis, cum bovem ei quasi Numini immolavit. *Ea res in proverbium cefsit (subdit Plutarch.) Bovem benefactori nisi Pyrrhias immolavit nemo.*

13. Eodem die sacra *Æsculapio & Hygie.* Mafur. Albin. *Memorabil.* Hoc festum bis celebrabatur cum *Hygia* filia sive *Valetudine*; quod totum sumptum à Græcis, ex quo Romam adductus serpens tanquam *Æsculapij* signum, de quo actum, 1. *Ianuar.* à n. 13. Ideoque iuncta eius imagini bonæ *Valetudinis* simulacrum; ut diximus *ibid. n. 15. & 4. n. 8.* Indicat *Pausanias, cap. 65.* ubi: *Æsculapio in throno sedenti assidet bona Valetudo: cuius imaginem nullus videre quibat præter sacrificulos, queis fas aspiceret. Signi Æsculapij sola se facies, manus & imi pedes ostendunt: partes cetera lanea tunica albâ & pallio velantur. Eodem ferme & habitu est Hygia signum: nam & hoc non facile conspicias: velatum enim undecunque est partim comis, quas Dea mulieres detonderunt; partim verò Babylonia vestis lacinijs. Qua verò cunque re litare quis voluerit; eadem traditum est, illud etiam Numen placari, cui Hygia nomen. Valetudinem bonam nos appellamus. Idem cap. 54. & 48. A demone per miracula ficta commendabantur Deastrorum venerationes. *Æsculapij* sanam iam nihil est præter rudera: illud olim crexit *Phalyfius* ex oculis laborans ferè usque ad cecitatem; qui ad *Æsculapium* misit poetriam cum tabulis obsignatis. Eas per visum in quiete mulier sibi accipere visa fuerat; & vero eventa res est comprobata: nam cum vigilasset, tenuit in manibus obsignatas literas. Naupactum igitur cum appulisset; amoto signo iubet *Phalyfium* tabulas perlegere, aspiceret quas non poterat, qui oculis captus. In spem tamen erectus quasi ab *Æsculapio* aliquid salutare, tabulis resignatis, in ceras aspexit, & simul se oculorum calamitate levatum sensit. Idem cap. 356.*

14. Arma *Hygia* dicabantur; cum felix

Acron in picem.

Sacra Æsculapio & Hygie.

Bona Valetudo.

Eius imago cum utriusque.

Imaginum forma & ornatus.

Cui etiam diruit aram

Que & quosum Aram maxima Herculi

exitus ex gravi periculo, ut diximus, 12. Ianuar. n. 7. de Alexandri Magni armis in Æsculapij templo pro salute suspensis. Ibi enim fulgebant Lorica & hastæ cuspis. *Proditum monumentis est* (inquit Rhodigin. 15. cap. 5.) *periculo ingenti circumventum in India Magnum Alexandrum quodam prælio, concussis armis, Barbaris visum lumen fundere, monstro se ante illum ostentare.* Arbitror fuisse in expugnatione Cyropolis, antequam perveniret in Tanaïm, ubi circumdatus à Barbaris percussus ingenti saxo; ut videbimus, 11. Maij, n. 9. Ad Curtium lib. 7. cap. 6. & Plutarch. in eo. Habuit Æsculapius præter dicta loc. cit. puteum aquæ per dæmonis præstigiis salutiferum. De illo ait Aristides Rhetor: *Iam autem aliquis, cum è puteo Æsculapij bibisset; è muto factus est vocalis, ut qui ex occultis & sacris fontibus, cum biberint, fiunt Vates.* Addit Photius, pag. 567. *Incidit in fœminam sacram, cuius natura divina & admirabilis. Aquam enim puram è puteo infundens poculo, videbat in aqua imagines futurorum; quibus inspectis, futura prædicebat.* Videtis Iul. Cæsar. Bulenger. lib. 3. de Ration. divinat. cap. 9. In Hygiæ sacris conferebatur Maza dulcis, quæ dicebatur *Buccella salutaris.* Athen. lib. 3. n. 7. & lib. 15. n. 15. Symbolum Eucharistiæ vocat Balthaf. Bonif. 9. Histor. ludicr. cap. 7. In novo orbe Deorum simulacra ex omnium frugum farragine, humano sanguine macerata, formabantur; ut refert Cor-tes. 2. Relation. cap. 21.

15 Anno V. G. 571. obiit Linternis P. Cornel. Scipio Maior dictus Africanus. Raminerius de Prado in *Parerg.* Primus inter Romanos Cæsar fuit appellatus. *Necatis matribus ortus est auspicior; sicut Scipio Africanus prior, qui defunctâ parente, quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum Cæsar dictus est.* Solin. cap. 4. Ab incubo genitum, sicut Alexander Magnus, & Augustus Imperator, arbitratur ex pluribus AA. Maluenda lib. 3. de *Anti-Christ.* cap. 4. diximusque conceptum plaudî à Iove sub draconis specie; 21. Ianuar. n. 6. Obiit & hoc anno Pub. Cornel. Scipio Africanus Linternis, ubi & sepeliri voluit & tumulum ei ab uxore excitari; ne eius ossibus ingrata patria frueretur. Huic Roma debuit incolomitatem, & extractum ex Italiæ visceribus Annibalem, cui ei sciendo debellandoque parvus fuit: & quem si vicisset Annibal, ut ipse fatebatur; se Alexandro Magno anteposisset. Briet. ann. cit. & Salian.

16 Plures eius insignia gesta referunt;

sed Cornel. Nepos de *Viris illustrib.* n. 49. epitomen floridè textit. P. Scipio (ait) *ex virtutibus cognominatus Africanus, Iovis filius creditus; nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris eius apparuit, & ipsi parvulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capitolium intempesta nocte eunti, nunquam canes allatrarunt: nec hic quicquam prius cepit; quam in cella Iovis diutissimè Merita sedisset, quasi divinam mentem accepisset. Decem & octo annorum, patrem apud Ticinum singulari virtute servavit. Glade Cannensi nobilissimos iuvenes, Italiam deserere cupientes, suâ auctoritate compescuit: reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Vigintiquatuor annorum Prætor in Hispaniam missus, Carthaginem qua die venit, cepit. Virginem pulcherrimam ad cuius aspectum concurrebatur; ad se vetuit adduci, patrique eius, ac sponso restitui iussit. Asdrubalem Magonemque, fratres Annibalis Hispaniâ expulit: amicitiam cum Sybace Maurorum Rege, coniunxit: Masinissam in societatem recepit: victor domum regressus, Consul ante annos factus, concedente collegâ in Africam classe traiecit: Asdrubalis & Sybaces castra una nocte perripuit. Revocatum ex Italia Annibalem superavit. Victis Carthaginensibus legem imposuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit; captumque filium gratis recepit. A Petilio Acteo Tribuno plebis, repetundarum accusatus, librum rationum in conspectu populi scidit. Hac quidem die, inquit, Carthaginem vici: quasi bonum actum, in Capitolium eamus & Dijs supplicemus. Inde in voluntarium exilium concessit, ubi reliquam egit ætatem. Moriens ab uxore petijt, ne corpus suum Romam referretur. Videtis hic Andream Schott. & Erasmus Apophthegm. lib. 5. n. 2. cum Valer. Max. 4. cap. 3. n. 1. 17 Idem à varijs AA. et si aliter, refertur. Quod de Olympiade Philippî Regis uxore, Alexandri Magni matre, in historia Græca scriptum est (inquit Aul. Gel. lib. 7. cap. 1.) idem de P. Scipionis matre, qui prior Africanus vocatus, memoriæ datum est. Nam & C. Oppius & Iul. Hyginus, & alij qui de vita & rebus Africani scripserunt, matrem eius diu sterilem existimatam tradunt, Pub. quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in cubiculo atque in lecto mulieris, cum absente marito cubans sola obdormisset, visum repente iuxta eam cubare ingentem anguë, eumque ijs qui videbant territis, & clamantibus, elapsam inveniri non quovisse: id ipsum P. Scipionem ad aruspices retulisse: eos sacrificio factò, respondisse fore*

Continentia

Exul factus voluntarius

Arctus & diaboli in Republica imperium

fore

Alexander cur illi deditur armis?

Embolia dæmonis in Æsculapij fanis.

Panis salutis.

Scipio maior inter Romanos primus cur dicitur Cæsar?

Genitus ab incubo.

Hinc gissa.

fore ut liberti gignerentur; neque multis diebus postea quam ille anguis in lecto visus, mulierem concepti fetus signa, atque sensum pati: exinde mense decimo peperisse; natumque esse P. Scipionem Africanum, qui Annibalem & Carthaginenses in Africa bello Punico secundo vicit: sed & cum impendio magis ex rebus gestis, quam ex illo ostento virum esse virtutis divina creditum est. Id etiam dicere haud piget, quod eidem illi qui supra, literis mandaverunt: Scipionem hunc solitavisse noctis extremo priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare ac iubere aperire cellam Iovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consulentem de Republica cum Iove; edituosque templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem, canes semper in alios savientes, neque latrarent eum, neque incurrerent. Aliqua praemissimus, 21. Ianuar. n. 6. Habitus divinus novus Hercules, ut filius Iovis. Ludicrum: melius post gesta acciperet, quam ostentis accessisset.

18 Saniore iudicio refert Tit. Liv. lib. 26. a. sect. 64. Fuit Scipio (ait) non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam à iuventa in ostentationem earum compositus. Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut veluti divinitus mente monita, agens, sive & ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque velut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur. Ad hac iam etiam ab initio preparans animos; ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ad eum consideret, & plerumque tempus solus in secreto teneret. Hic mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere vulgata opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divina virum esse: retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius saepe visam prodigij eius speciem; intervenitque hominum evolutam repente, atque oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso illusa fides est; quin potius aucta arte quadam. Multa alia eiusdem generis, alia vera, alia simulata admirationis humanae in eo invene excesserant modum, &c.

19 De statua eius in Capitolio semper fixa, diximus in Prolog. Galeato, §. 8. n. 14. etfi Appian. in Ibericis, dicat: Adhuc in pompis imaginem Scipionis solius ferunt ex Capitolio, aliorum è foro; quia saepe solus inibat in Capitolium, & fores clauderat, quasi ali-

quid à Iove doceretur. Eadem Bulenger. in de Picur. cap. 23. De sepulchro Iis est inter Historicos. Alij dicunt Romæ mortuum, alij Linternis Campaniæ vico (de quo 16. Septembris, ex Plutarch.) alij denique Caietæ, ubi in marmoreo sepulchro, aeneaque urna hac scripta reperiuntur:

De victo Annibale, captà Carthagine & aucto Imperio, hos cineres marmore tectos habes. Cur non Europa, non obstitit Africa quondam? Respice (res hominum) quam brevis urna premit.

Alia loc. cit. Ab hinc anno 155. à Reufnero hac die signatur triumphus Marc. Valer. Messalæ Proconsulis ex Gallia. Verum fallitur. Tabulæ enim Capitoliæ, & Goltz. in Fastis, pag. 204. signant 25. Septembr. uti videbimus.

20 Ab hinc anno 22. post triumphum concessum Tiberio Claudio secundum Cofs. ab Augusto, interventu matris Livie; de quo actum, 11. Februar. n. 8. Augustus Imperator, ut Caij & Lucij Cæsarum audaciam reprimeret, qui in nobili fortuna educati maiores animos sumebant, petitis etiam ante tempus consulatibus; Tiberio Claudio Neroni in quinquennium Tribunitiam potestatem concessit, simul & Armeniam deficientem mandavit; quo Cæsarum iram in Tiberium accendit. Hanc ille natura sagax subodoratus, secessit Rhodum, quasi disciplinæ causâ; reverâ ut se eorum oculis & manibus subduceret, quos norat cuncta impunè posse. Erant enim nepotes Augusti, ex M. Agrippa & Iulia, quos affe & librâ emit à patre (quid huiusmodi formula; diximus, Tom. 3. T. 9. n. 2.) tenerosque adhuc ad curam Reipublicæ admovit, & Cofs. designatos circum provincias exercitusque dimisit. Sueton. in August. cap. 64. & hic multa Casaubon. Expofuit Tacitus: *Genitos Agrippæ Caium & Lucium (ait 2. Annal. cap. 17.) in familiam Cæsarum induxerat: necdum postâ puerili pretextâ, Principes iuventutis appellari, designare. Consules specie recusantis flagrantissimè cupiebat.* Hæc Tiberius cavens, in Rhodum recessit, maximè cum æmulum haberet Agrippam; ut idem refert lib. 6. cap. 51.

21 In insula mansit per octo annos, ut ait in eo Sueton. ibique multa indigna pertulit ac callidè simulavit vel confictatus. Inter contumelias sustinuit insolentiam Diogenis Grammatici, qui Sabbatis ibi disputare solebat, & Tiberium ad se advenientem, ut ipsum extra ordinem audiret, non admisit, sed per servulum illi dixit, quod veniret post septimum diem. Is cum

Hypocritis
in commenda-
tione ex-
cellentie.

Ubi sepul-
chro

Plutarchi

Triumphus
M. Valer.
Messalæ.

Tiberius Ne-
ro recessit &
quare Rhodum?

Eius calli-
ditas.

rum Romam venisset, & pro Cæsaris foribus adstaret, cupiens Tiberium salutare; per nullum illum insit, post septimum annum venit. Festivè arrogantiam vel rusticitatem ultus est, vel dum erat in throno; quod quidem annum ab eius favissimo genio. Erasim. *Apost. begm.* lib. 6. in eo, n. 6. Ab ingressu Tiberij in insulam ann. 42. & V. C. 790. fato functus hac in die. Sueton. In eo, cap. 73. & Briet. q̄ ait, obiisse, cum Trasylus Mathematicus decem annos vitæ promiserat, & Tacit. d. cap. 9. à Macrone dicit interfectum iniectione multæ vestis. Alij suffocatum fuisse à Caligula, vel veneno adhibito. Ioseph. 18. *Antiq.* cap. Huic mortuo populus & Tiberim & Gemarias scalas imprecatus est; quas toties innoxie sanguine funestarat: & maiori etiam flagrasse apud posteros odio; ni naticem, ut ipse de Caligula prælagiebat, fovisset sinu, & successorem declarasset: in quo sanè ostendit naturam quid vitia possent cum summa auctoritate coniuncta: igitur in orbe nec melior servus inventus est, nec deterior dominus; uti patuit in imperio.

22 Signa tanquam prognostica mortis, plurima habuit maioris formidinis, eiusdem respectu superstitionis. Erat ei in oblectamenti serpens draco (de quo 1. *Februar.* n. 13.) quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum formicis invenisset; ostento territus, monitus est, ut vim multitudinis caveret. Imaginem Apollinis speciosissimam, quam Vetres furari decreverat (ut ait Cicero in illum *Accusat.* 4.) è Temeno vico in Syracusis Romam devexit, & ei templum erexit, vel ut alijs placet, ut collocaret in Iovis bibliotheca: sed in somnijs audivit vocem sibi affirmantem, *Non posse se ab ipso dedicari.* Etiam in eius terrorem ostentum aliud contigit: nimirum, turrim Pharum, quæ adinstar Alexandrinæ, Capreis erat, terræmotu concidisse. Sueton. d. cap. 74. quò Lips. ex Papinio, subdit:

*Trepidus ubi dulcia nautis
Lumina noctivagæ tollit Pbarus amula Lunæ.
Cinis è favilla* (ait Iul. Cæsar Bulenger. de *Divinat.* lib. 3. cap. 11. sed excerptis ex eodem Suetonio, d.) *ad calefaciendum Tiberij cubiculum illatus, extinctus: & iam frigidus exarsit repente primâ vesperâ & in multam noctem luxit, mortem Tiberij portendit.*

Si causa quaeritur, nulla alia, nisi quòd eius imperij prognosticū fuit ignis in aris spontè exiliens, ut videbimus, 10. *August.* Extra Romam sepultus, qui in Amphitheatro semiustulatus, quippe per milites deportatus; ut arridet Suetonio cap. 75. Brevi vitam

morefque refert Cornel. Tacit. 6. *Annal.* cap. ult. *Morum tempora illi diversa: egregium vitâ famâque, quoad privatus, vel in imperijs sub Augusto fuit: occultum aut subdolum fingendis virtutibus. Idem inter bona malaque mixtus incolumi matre. Eius intestabilis sævitia, sed obiectis libidinibus, dum Sertanum dilexit, timuit. Postremò in scelera simul & dedecora prorupit, postquam remoto pudore & metu, suo tantum ingenio utebatur.* Huius statua, quantumvis abominabilis cunctis, constituta & erecta in noxiorum asylum. *Erat asylum Tiberij, statuaque sanctiores illis in locis venerabiliores, quàm Iovis Olympij simulacrum habebantur; ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quòd servum suum verberasset, qui drachmâ argenteam Tiberij imagine signatam gestabat.* Philostrat. 1. de *Vit. Apollonij*, cap. 11. In ornatum præsentis diei signat etiam Bucelin. ludos *Lustrales Martijs*, quibus aquila arma & tubæ lustrabantur. De tubis diximus, die 23. num. 11. de Armis, agendum, 24. *April.*

23 Inter Græcos maximè Spartæ sacra *Risui*. K. Græc. & tempus signat Cœlius Calcagninus in *Risus encom.* apud Dornav. in *Amphitheatr.* & Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 86. quod sacrum imitata Roma.

*Vernis intexens floribus arva
Risibus & grandes mirata est Roma cachinnos.*

Æditum debebant Lacones constituere Democritum, *Senes conveniebant in laudem bonistarum rerum (ait Platarch. in Lycurg.) aut vituperationem turpium, cum ioco & risu: admonitionem mistam habent, ad correctionem comiter. Nec enim usquequaque erat austerus Lycurgus. Ab eo dedicatum Risus simulacrum; ut qui iocum quasi condimentum severæ vitæ rationis opportunè conviçijs, idque genus conventibus immiserit.* De Tibarenis ex Ephoro Rhodiginus, 18. cap. 30. scribit, *Lusum amplexari in primis acrisus, quod in ijs maximam felicitatis partem arbitrentur constitutam.* Idem Ravil. Textor, 7. *Officin.* cap. 48. & Gyrald. d. subdit: *Theffali huic Deo Risui quotannis rem divinam in summa letitia faciebant.* Canit qui supr.

*Mæror abi: subeat Risus: mihi peiora Risus
Impleat, & leto saltant præcordia Risa.*
Risus enim Diviū atque hominum est aterna voluptas:

Quin etiam fuerat sanctus lege Lycurgi, &c.
24 Haud Apuleium fugit huiuscemodi amentie commendatio. *Solemnis dies, dicit Byrtbena, à primis cunabulis huius Urbis.*

Mors.

Caligula indoles.

Ostenta in Tiberij fatum.

Eius draco.

Apollo Temenus.

Statius.

Ignis Tiberij omni exal rationis & casus.

Mores.

Statua dicitur asylum.

Ludi Lustrales Martijs.

Sacra Risui.

Calcagninus.

Ut Nomen habitus.

Idem.

Libitina: Libitinæ continuò patebat fatale fererrum, eò quòd *Libitina Venus* esset, in cuius fano sepulchralia insignia custodirentur; ut coram oculis esset quid finis & vita hominis: per *Venerem Genitricem* vita prorsum habetur; & amittitur per *Venerem Mortem*, Parcarum maximam: initio atque fini idem Numen. Apud Ægyptios *Venus, Mors & Victoria* dicebatur *Nephte*; ut dicemus, 30. *August.* Vide quæ exposuimus, die 23. n. 3. Imago ergo *Mortæ* erat fœminæ ferè truculentà immanioris, dentibus curvis, aduncisque unguibus. Pausan. cap. 149. & Chartar. d. fol. 203. Hinc proposito nostro canit Claudian. 1. de *Raptu Proserp.* à v. 51.

— *Quarum sub iure tenentur Omnia, quæ seriem fatorum pollice ducant, Longaque ferratis evolvunt secula pensis. Primaque Læthesia clamabat talia Regi, Incultas dispersa comas: O maxime noctis Arbiter, Umbrarumque potens, cui nostra laborant*

Stamina, qui finem cunctis & semina præbes; Nascendique vices alternà morte rependis; Qui vitam lethumque regis, &c.

28 Hoc intuitu Mortem Ethnici collocarunt cum *Nenia Deo*, sed funerum. Eius sacellum extra portam Vinalem dicatum. Rosin. 2. cap. 19. Augustin. 6. Civ. cap. 9. per *Neniam* intelligit exitum vitæ hominis iuxta Varronis sententiam. Ipse Varro (4. de *Vita pop. Rom.*) enumerare Deos cæpit à conceptione hominis, quorum numeros exorsus est à *Iano*, eamque seriem perduxit usque ad decrepiti hominis mortem; & Deos ad hominem pertinentes clausit ad *Neniam Deam*, quæ in funeribus senum cantatur.

Cum Nenia Dea. Hæc Augustin. quem Gyrald. sequitur d. n. 81. *Nenia* (ait Festus, lib. 12.) est carmen, quòd in funere laudandi gratià cantatur ad tibiam. Alex. ab Alexandr. 2. cap. 4. *Nenia* sacellum, quòd cantu querulo funeribus præesset: & lib. 3. cap. 7. *Nenia* à præficiis, quæ cantu & funebri carmine lamentarentur, vitamque & præclara gesta, summasque virtutes non sine miseratione laudarent. Nonnunquam mimos, qui personas effingerent, adhibebant. Plura diximus de huiusmodi more, & insanijs præficarum à quibus *Neniæ*; Tom. 2. T. 7. à n. 13. In funeribus apud Romanos dicebatur huiusmodi dementia eximia funeris pompa. *Ibi à muliere, quæ optimà voce esset, per quam laudari; deinde Neniam cantari solitam ad tibias & fides.* Proprio sanè nomine *Nenia*, idest, ineptiæ; ut ait Crinitus: *Frustrà inerti lacrymans Nenia*; & Nonnius, *Nenia* dicitur quòd ineptum & futilitate insulsum. Ita præ-

fica carmen, quòd adducta mulier, ijs quibus propinqui non erant, mortuis cantabat. Ita quidem *Rifus* iungebatur Morti: etenim adstantibus, ex mortui memoria quòd excitabat fletum, ex ineptijs præficarum desinebat in risum.

Quare dicebatur *Rifus*?

29 Nihil mirum, si inter Ethnicos, quibus in risum mors, sicut Tartarus, de quibus sæpe in nostris *Tautol.* Mirum quòd inter Catholicos (ni tropologicè in meliorem sensum retorqueatur, quòd fecimus, Tom. 5. T. 9. D. 3. n. 6.) maximè tristitiæ tempore, iustique mæroris. In medio *Quadragesima*, quo quidem tempore *Ecclesia* nos ad letitiam adhortatur (ait Ioann. Boëmús, de *Morib. Gentium*, lib. 3. cap. 15.) *iuventus ex stramine imaginem contexit, qua mortem ipsã, quemadmodum pingitur imitetur. Inde hasta suspensam, in vicis pagosque vociferas portat. Ab aliquibus perhumaniter suscipitur; & lacte pistis siccatisque pyris refecta, domum remittitur. A cæteris, quia mala rei (utputa mortis) prænuncia; nihil percipit, sed armis, sed ignominia etiam adfecta à finibus repellitur. Eodem tempore & talis mos observatur. Intexitur stramine vetus una lignea rota, atque à magno iuvenum cœtu in editiorem montem gestata, post varios lusos, quos in illius vertice illi tota die, nisi frigus impediatur, celebrant; circiter vesperam incenditur, & ita flammans in subiectam vallem ab alto rotatur: stupendum certè spectaculum præbet, ut plerique qui prius non viderint, Solem putant aut Lunam de cælo descendere.*

Conditio mortis advenientis.

Rota ignea.

30 Dionys. Lebeus-Barill. Emblem. 1. in Parcarum figura, ut supr. n. 26. Mortis conditionem astruit; & multijugà eruditione confirmat, mortem longè aut propè quemque manere. Etiam Embl. 3. in horologio solari symbolum promit succinens: *Sic quã hora solis sectatur ut umbra fugaces, Mors omnem ad vitã fleçtitur umbra notã.* Achill. Bocch. symbol. 142. lucernam ardentem & extinctam, inter utramque pendente perpendiculo; signat graphicè, vitam felicem pendere ex morte atque mortem ex norma transactæ vitæ.

Symbolum mortis & vitæ.

Lebeus Barill.

Achil. Bocch.

Calvaria calta uti Numen.

pag. 6. Rabifusque 7. *Officin. cap. 48. Efsedones (infir) Scytharum Afaticorum populi solent ex ofibus capitum conficere sibi pocula. Caput enim defuncti parentis denudatum purgatumque inaurant, eoque pro simulacro utuntur, & quotannis ceremonias eide faciunt.* Ex hacine actione barbara, prodit pulcherrima tropologia. Videtis fabulam alaudæ (Æliano referente, 16. *Histor. Animal. cap. 5. & Causino, 3. Symbol. 38.*) *Tom. 8. T. 12. D. 6. d. n. 6.*

31 Inter Indos dies famigeratus præstigijs demonis venatione Solis. Ctesias in *Indic.* & ex illo Phocius. Iul. Cæsar Bulengerus, de *Oracul. cap. 105.* tribuit Herculi in oraculo quod habuit Mesopotamiæ. Tacitus, 12. *Annal. cap. 13.* eidem Numini tribuit Afsyriæ in monte Sambulo, quin ab illo designetur dies, quanvis status indicetur. Apud Castellum in præfato monte, Parthorum Rex vota Dijs loci suscipiebat, præcipuâ religione Herculis: *Qui (lubdit) tempore statio, per quietem monet sacerdotes, ut templum iuxta equos venatui adornatos sistant. Equi ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi, nocte demùm vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rursus Deus quâ silvas pererraverit nocturno visu demonstrat; reperiunturque fusa passim fera.*

32 Hac in die Xerxes crexit titulum ex lapidibus montis Athos, cum pervenissent Chalcidem ad Euripum. *K. Græc.* Trophæum hoc lapideum construxit, quasi iam Græciam expugnasset, de quo Herod. 7. n. 45. quippe haud cogitaverat visa oppugnatione Græcorum illuc pervenire; qua de causa etiam è multis civitatibus Græciæ accepisset ignem & aquam; *Xerxes neque Athenas neque Spartam legatos terram petitem miserat, ob id quod quos ante Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in baratrum, alios in puteum deiecerant; iubentes illos illinc terram & aquam ferre ad Regem.* Idem ibid. n. 32. At sine ultione haud prætermiffa fractio iuris gentium fide læsâ: quapropter visum Areopagitis & Archonti, Athenas non alia de causa exultas, ut dicemus, 7. *August.* Ephoris verò Spartæ, mittendos esse duos viros, qui se pro reipublicæ devoverent furori Regis Persarum; ut fecerunt Susas profecti; quibus ante expeditionem in Græciam pepercit Xerxes. Ibid. numer. 33.

33 Ab hinc anno 150. Alexandri regni 6. ætatis, 26. & V. C. 424. iuxta Briet. sententiam, post pugnam ad Arbelam, Alexander victor Persepolim diripit & incendit, & quasi quid egregium egisset matri exponit

in Epistola, quod etiam astringit Callisthenes in *Diar.* Post præfatum triumphum tumidus, Susas profectus sedit in folio Darij: ibique Sisigambem eius matrem, filias & puerum Ochum relinquens simulque magistrum, à quo linguam Græcam edicerent; velociter Persepolim advolavit, quò non expectatus intrat, tuncque monitus à Tiridate, ne regia gaza à præfidiarijs militibus diriperetur; custodes ordinavit. Urbem igitur splendidissimam atque ditissimam, ut captaret gratiam, militi Græco spoliandam offert, & incendendam, ut illatam Græcis à Xerxe cladem ulcisceretur: imò & inflammari iussit temulentus arcem nobilissimam & speciosam, invitatus à Thaide meretrice: postquæ eum facti uti turpis altè pœnituit & propter incendium & propter auctricem. *Salian. Urbs (inquit Rhodigin. 14. cap. 15.) regia nobilissimaque, quæ Græciæ terror, totius Orientis & regni Persarum splendor, ab illo capta, fuit obruta; actis in planum montibus, aut perfossis: sed ad unius meretriculæ, & eius temulentæ nutum temulentus ipse succendere sustinuit; ut monumento deflagraret opulentissima urbs tantâ vastitate, ut eius ne staturum quidem vestigium fuerit.*

34 Strages crevit in summum, uti fecit Susas ingrediens, de quo 18. *Octobr.* ubi substitit, quousque aperto vere posset Persepolim progredi, ut Darium persequeretur, interimque Persepoli in computatione ebriosa & lasciva amicis se socium præbuit. Ergo ingressus urbem, quò totius Persiæ opes congefserant Barbari, aurum argentumque cumulatam erat, supellexque non ad usum modò, sed ad ostentationem luxus comparata; excidio urbis parentare decrevit Manibus Græcorum ex bello Medico, post spoliationem. In huius urbis gaza fuisse centum & quadraginta millia auri, asserunt Curcius, lib. 5. cap. 6. *Dior. Sicul. 17. cap. 71. & Arrianus, 3. cap. 4.* Hinc exijt ad expugnandum Mardos, & voto potirus, trigesimo die posteaquam à Persepoli profectus erat, eodè redijt, tuncque Persepolim fecit Troiam, nutu scorti Atticæ, Ptolomei Lagi meretricis; ut ait Plutarch. in *Alexandr. graphicè describens excidium.*

35 Nec deterius Curtius d. cap. 7. *Ex bis una Thais & ipsa temulenta, maximam abud omnes Græcorum initurum gratiam, in convivio affirmat; si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum urbes Barbari delissent. Ebrio scorto de tanta re ferente sententiam, unus & alter & ipsi mero onerati assentiunt; Rex quoque fuit avidior, quàm patientior, dicens:*

Quin

Alexander
Persepolim
diripit &
incendit.

Venatio Her-
culis.

Trophæum
Xerxis.

Ultio fidei
læse in iure
Gentium.

Ooalentia
urbis.

Quenam
Thais.

Eius sententia in urbis alexim sequitur ebrius Alexander.
 Quin igitur ulciscimur Graciam. & urbi faces subditimus? Omnes incaluerant mero. Itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus Rex ignem regia iniecit, tum conviva & ministri, pellicesque. Multa cedro edificata erat regia, quae celeriter igne concepto, latè fudit incendium. Hunc exitum habuit regia totius Orientis. Sed quid non ab insano furente iuvene & vano, fortunæ sponso? Vide Achillem Bocchium qui Symbol. 66. fingit pro hominis cerebro Alexandro bellæ fortunam imposuisse caput.

A fortuna inebriatus.

Achill. Bocch.

Vero hominis regno spoliat se prorsus, & ingens

Bellua fit captum multorum, luminis expers.

Templum Deæ Syriæ.

36 Inter Syros Deæ Syriæ erectum templum, uti orbis miraculum pro reparatione orbis. Lucian. de Dea Syria, in princip. A Deucalione ædificatum in gratiarum actionem post diluuium, astruit, & in eo loco, seu voragine, quæ aqua rursus ad mare defluxit (latè agemus 29. August. hic tantum aliqua de templo indicabimus.) Deucalionem ritum ac legem templi instituisse asserunt; ad testandam cladis pariter & beneficij memoriam. Omnium templorum quæ in Syria, augustissimum est; quippe quod intus auro multo splendet, tectum habens totum aureum, divinum flagrans odorem ex aromatis Arabiæ, de quorum vaporum suavitate, testificantur vestimenta, in quibus vel longè intendentium manet fragrantia.

Simulacra in eius ornatum.

37 Ipsa ades (infit Lucian. ibid.) simplex non est, sed & penetrare quoddam alterum intra se factum habet; in quod & ipsum, ascensus modicus est. Foribus autem exornatum non est, sed ex aduerso totum patet. In magnam adem omnibus ingredi licet, in penetrabile autem sive cellam, solis sacerdotibus: nec ijs omnibus, sed illis tantum qui divini maximè sunt; quibus omnis cura & studium in templum impenditur. In hoc autem adyto simulacra Deorum posita sunt: Iunonis videlicet, & quem Iovem existentem, ipsi alio nescio quo nomine, appellant. Ambo autem aurei sunt, amboque sedentes finguntur; sed Iunonem quidem leones portant, Iupiter autem tauris insidet; atque adeo & Iovis quidem simulacrum per omnia Iovi assimilatum est & capite & oculis & sedenti habitu: neque ipsum alteri, ne si velles quidem assimilare potueris. Iuno autem, si propius contempleris, haudquaquam unius speciei formam pra se fert: nam in universum quidem, quod verè dixeris, Iuno est; ceterum habet quippiam & Minerva & Veneris & Lunæ & Rhea & Nemestis & Parcarum: & altera

Imagines Iovis & Iunonis.

quidem manu sceptrum tenet, altera autem collum & radios capite gerit & turrim & cestum habet; quo solam Venorem Cælestem exornant. Foris autem & aliud ornamentum est: aurum & lapilli valde pretiosi: alij candidi, alij cærulei, multi etiam rufi, & sardoniches multi & hyacinthi & smaragdi; quæ omnia afferunt Egyptij & Indi & Æthiopes & Medi & Armenij & Babylonij, &c. De Lapide Lychni in eius templo, agendum, 4. April.

Lapilli Deæ Syriæ.

38 Hæc Dea dicta Dea Dearum, Cælestisque Pandora, Venus Cælestis, Iuno, Astarte, Decerto, Adargatis, & Anaitis; cuius prima statua (ut ait Bulenger. de Persis, Eclog. 4. & de Pictura, 1. cap. 19.) nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret in templo Anaitis posita dicitur. Direpta est Antonij Parthicis rebus. Summa semper veneratione culta, uti dicemus loc. cit. & 17. August. Eius imago à Chartario, pag. 119. tribuitur Iunoni, & pag. 140. Magnæ-Matri. Adi 26. Ianuar. n. 11.

Dea dicta Dearum.

Anaitis.

DIES XXVII. MARTIJ.

1 **G**Rrad. 7. Arietis, in quo Nox & dies aequales, iuxta Ptol. Corvus vesperè totus apparet. K. R. P. De hac constellatione egimus 14. Februar. num. 1. Cataphractus sagittam manu gestans. Sphæz. Arab. Cauda Cygni vesperè occidit. Franc. Iunctin. in K. Astrologic.

VL K.

2 Consummatum matrimonium primiparentum post expulsionem è paradiso. Adrichom. Alapid. in Genes. 4. 1. & Torniell. Ann. 1. n. 23. Rabbini alij à Talmudistis de quibus d. 25. n. 4. censent lapsum atque exilium luxisse per centum annos, abstinentes ab usu coniugij. Perr. Comest. in Genes. cap. 25. tantum signat 14. & ann. sequenti natiuitatem Cain. Alij alios ante Cain asserunt habuisse filios, de quibus tacetur in Scriptura, quippe nihil memorabile: quod quidem falsum, ut ex verbis matris elucet loc. cit. Adi Perer. lib. 7. in Genes. disput. 1. Obitus Iared. ann. 1422. Tunc dicit Eutyechius, Anval. Alexandr. fol. 17. & Tolet. lib. 2. Hist. Eccl. cap. 22. quod filij Dei qui ex Seth, descenderunt, ubi erant Cainitz, etsi non omnes, quod causa perditionis orbis: ideoque propheticè à patre dictus Iared, quod descensum sonat. Hic fuit maximus mundi descensus, sive declinatio in religione & moribus: ait Genebr. Hic vir optimus iamiam moriturus, vocavit Mathusalem, Lamech & Noe, exponensque aliorum stirpis

Luxus primiparentis pro lapsu.

Obitus Iared.

pis suæ prævaricatorum ruinam, ut capite alieno saperent; seridò commendavit, ne è loco in quo habitabant, discederent, propter filias Cain. Non enim longo tempore ibi fessuri. Deus providebit: sed toto annisu iubere quenque illum diem visurum; tollere corpus protoparentis, ac sepelire, quò Numen diserneret. Sacrificaturo Abrahamo, agnus pro Isaac ministratur in victimam. Beyerlinck. Fallitur. Vid. d. 25. n. 7. De agno Abrahami, 1. *Septembr.* n. 2. Nascitur Zabulon ex Lia Iacobo filius sextus. Torniiell. ann. 2289. n. 1. Tunc Iacob agebat ætatis, 91. ann. Vid. 6. *Octobr.* n. 1.

3 Victoria Banaia de viro Ægyptio proceræ stature, quinque nempe cubitorum; ad quem descendit virgà tantum, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hastà sua. Reuclin. ex 2. *Reg.* 23. 21. Abulens. hic *quest.* 26. & Sanct. n. 73. facinus hoc egregium Ioiadæ patri, non filio Banaia tribuunt; ex 1. *Paralip.* 11. 22. ubi: *Banaias filius Ioiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat.* Relativum patet de patre, non de Banaia. Eodem die retrò annis 916. nunciata est mors Samsonis fratribus seu cognatis, habitantibus in funiculo Dan, prope Gazam. *Iudic.* 16. 31. de quo die 25. n. 9. decrevitque cuncta cognatio, vel invitis dominantibus, in tribum afferre corpus, quod è ruderibus audacter eruerunt, ut honorificè sepelirent virum, & Iudicem Israël, & tam amicis, quàm inimicis spectabilem, propter singularem fortitudinem, vitam & mortem; ex quarum articulo Ethnici suum finxerunt Herculem. Serar. *quest.* 36. Vid. 3. *April.* n. 5. A Beniamino Tudelens. in *Itinerar.* pag. 21. dicitur: *Roma in crypta iuxta Tiberis fluvij ripam, vidi Samsonis simulacrum lapideum, globum in manu tenens, & Absalonis filij David.* Insulsum profectò: sumptum absdubiò utpotè à Iudæo signum Herculis, vel Milonis pro Samfone, & Absalomi pro Adonide, vel Hyacintho.

4 Vomitur Ionas à ceto, quasi è sepulchro; ea hora, qua Christus à mortuis excitatus est: sub mediam scilicet noctem, aut non longè ante lucem. Sanct. in *Ionam*, 2. n. 39. v. 11. *Ea hora restitutus vitæ, qua Christus immortalitati.* Salin. *ibid. quest.* 8. liter. n. 11. In eundem Ioppæ portum à ceto restitutum autumat idem Tom. 1. *quest.* 93. Hierosolymamque cum nautis, in portu adhuc manentibus, adiisse; pro se & nautarum incolumitate solvisse vora, & fecisse sacrificia. Cogitarem, ut veritati responderet figura, ut eum viventem viderent, qui

mortuum arbitrabantur. Ex haccinè sacrâ historia orta est inter Ethnicos fabula Andromedæ, ait Sanct. in 1. *Ionæ*, n. 24. de quo Isag. *Novembr.* n. 24. & etiam Herculis à ceto vorato, & ad superos restituto. Ad *Isag. Maij*, n. 16. & in *Tautolog.* pluribus in locis. Reliqua gesta Prophetæ, d. 30. Iudas Machabæus primo sui principatus anno, sciens Nicanorem adversus eum advenisse; ieiunat in Maspha, & clamat in cælum pro auxilio; de quo postridiè, n. 5. Post duos annos ab exaltatione Ionathæ Machabæi in Principem, revocatur in terram Iuda à falsis Iudæis Bacchides, Præfectus Demetrii I. Regis Syriæ; qui victus à Ionatha. Unde ut in Antiochiam rediret, occidit viros iniquos, qui ei consilium dederant, ut veniret in regionem. Cùm iret, misit ad eum Ionathas consilio Simonis legatos de ineunda pace: quod quidem libenter accepit, iurans nihil mali se facturum Iudæis omnibus diebus vitæ suæ, reddens captivos de Iudæa, & quæcunque abstulerat: iudicanteque Ionathâ regionem, & exterminante impios, cessavit gladius in Israël. Reuclin. ex 1. *Machab.* 9. à 57. Vide dicta die 15. à n. 7.

5 Paschate secundo invenit Iesus paralyticum ante triduum sanatum, in templo, monetque de relapsus periculo. Reusn. (in *Lucern. Iudaor.* dicitur hunc ingratum & improbum dedisse alapam Iesu coram Pontifice Anna) sequitur coram Pharisæis disputatio de Sabbati observantia, & reliqua apud *Ioann.* cap. 5. Ante ultimum Pascha, qui à Reusnero signatur d. 2. *April.* Christi pernoctatio in Bethania: sed fallitur; quippe hac die surrexit parto triumpho de morte, diabolo & inferno. Gisland. Ordinem resurrectionis & diversarum apparitionum, videtis apud Adrichom. Marian. d. à n. 1. & Alapid. à n. 80. qui nervosè in *Matth.* 28. 1. exponit Antilogias. Visum reapse quod finxerunt Ethnici de Hercule: quandoquidem, cùm mors irrueret in Alcestim (intellige naturam humanam) & illa moreretur, adveniente Hercule, mors deterrita aufugit, & ille redivivam marito Admeto restituit. Euripid. in *Alcest.* & Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 1. Sæpe apparuit illo in die Dominus N. Gloriosus; sed commendabilior facta est apparitio euntibus in Emauntem, de qua *Luc.* 24. à 13. Fuit patria Cleophe. *Vitriac. cap.* 63. In pago urbi prope trivium, in quo Assertor N. discessum ab eis signavit; est fons mirabilis, in quo loti à qualibet ægritudine curantur. Ferunt Christum cum discipulis è via ad fontem illum divertisse; in eoque lavisse pedes: & ex eo tem-

Agnus pro Isaac.

Zabulonis ortus.

Victoria Ionathæ.

Afferretur in Dan cada- ver Samsonis.

Iudas ieiunat ante pascham.

Fædus inter Ionathâ & Bacchidem.

Christi gesta.

Resurrectio.

Victoria Herculis de morte.

Fons Emmaus.

potè aquam vim morbis medendi habuisse. Uvilhelm. Tyr. lib. 7. *Bell. sacr.* cap. 24. *Dicitur à quibusdam* (ait Adrichom. in *Iuda*, n. 112.) *quod ipse Christus domum Cleopha in Ecclesiam consecrasset.*

6 Ipsomet die quo resurrexit, coram militibus sepulchri custodibus, dum illud gloriosè reliquit, ab Angelo factus est terremotus, quo custodes nimis territi, Resurrectionem à mortuis Salvatoris evulgarunt, quin compescerentur, vel acceptis pecunijs, ut refert Pilatus, *Epistol. ad Tiber. Cæsar.* apud Syft. Senens. 2. *Biblioth. Sanct.* lit. P. Ex hoc terremoto, qui Iudææ tantum ad fragorem; eodem die & eadem horâ in Natolia absumptæ fuere duodecim civitates: fuitque maximus mortalium memoriâ. Genebrard. *Ann.* 4151. & Casaubon. in *Sueton.* cap. 48. *Vit. Tiber.* Plin. lib. 2. cap. 84. *inît: Maximus terræ memoriâ mortalium exitit motus, Tiberij Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asia, una nocte prostratis.* Plura diximus, die 25. n. 13. & Maiolus, *Tom. 1. Colloq.* 1. attribuit non resurrectioni, sed Salvatoris morti. Ibi videtis selectiora. Genebrardus, multa alia etiam attribuit, de quo loc. cit. Hoc in die legebatur à Iudæis in Synagoga à 14. *Levitic.* 1. usque in 26. exclusivè; & 2. *Reg.* 7. 3. ad fin. cap. Lamy.

7 Romæ Dies ater, quia cultores Magnæ Matris, Idæi Dactyli, plangere & lamentari incipiebant, æmulantes eius fletum, cum Attim amisit. *Mæstissima omnia apud Romanos* (inquit Alexand. Neapolit. 4. cap. 20.) *sext. Kalend. April. quo die cultores Matris Deorum, plangere incipiunt.* Ita ergo in *Adonijis*, apud Græcos, de quibus, 15. *Iul.* Dies nonnunquam inauspicatus; quod antiquitus infaustus haberetur, quo die cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt. Sueton. in *Othob.* cap. 8. & Gyrald. *syntagm.* 4. De causâ lamentationis variant AA. unusquisque refert, quod finxit. Attis tunc adolescens florebat pulcherrimus, cuius Cybele amore capta, cum repulsa fuisset ab Atte, insanijt, & domum paternam deserens cum fistula & tympano passis capillis errabunda vagabatur. Unde in Phrygia orta lue, oraculo cives iussi Cybelem & Attim venerari cœperunt. Gyrald. d. *Vives.* in 2. *Civ.* August. cap. 5. & Natal. Com. 2. *Mytolog.* cap. 1.

8 Brevis compilabo quæ fusè Diodorus Siculus, lib. 3. *Histor. Mythic.* profert, à n. 133. Primò dicta est *Basilea*, idest *Regina* & etiam *Pandora*, & *Rhea*, quæ castimoniâ & prudentiâ possens fratres puerulos Titanes enutrivit; & ob id Magnæ Matris cognomen

adepta est: at cum vidisset Helion & Selenen (idest, Solem & Lunam) qui post in Luminaria maiora conversi, à Titanis truncatos; cestro furoris icta, sumptis Selenes crepundijs, susque deque sparsis crinibus, divagabatur, & cum tympanorum strepitu, lymphantismore discursitans eiulabat, commiserationem ciens: cum ad illam compescendam manus lugentium apponerentur; illa evanuit, ortâ subitò imbrium fulminumque procellâ.

9 Aliud inserit commentum, n. 34. Hæc à patre exposita in Phrygia Cybello monte, numinis dispensatione à pardalibus lactata, & uberibus bestiarum nutrita, à fœminis indigenis inventa *Cybele* dicta est. Puella viribus & annis aucta, pulchritudine, continentia ingenijque vigore mirificè florens, fistulam multis contextam calamis, tympanaque & cymbala ad lusum choreasque subtiliter invenit: & ob singularem diligentiam & benevolæ mentis affectum erga pueros, quos per incantationem sanitati reddebat, *Magna mater* dicta est. Ideo eius imago in

cuiusdam matronæ similitudinem depicta, quæ apertâ manu dextrâ, opem omnibus dare velle prætendebat: panem verò manu sinistra pauperibus porrigebat. *Rosin.* 2. cap. 4. *Cybele* autem pubertatis annos ingressa, adolescentem, prius *Attim*, deinde *Papam* vocitatum, amavit: inde prægnans sub id tempus à parentibus agnoscitur, & in regiam initio pro virgine pater acceptat; sed cognito stupro, *Attis* è medio tollitur, nec sepelitur. *Cybeles* præ amoris erga iuvenem impatientia & mœrore, furore correpta in agros excurrit, ubi sola diffusis capillis ululata, & tympani strepitu universam implevit regionem. Exinde *Apollo* cytharâ tibijque in antro *Bacchi* dedicatis amore *Cybelis* inflammatus, ad *Hyperboreos* usque cum ea oberavit. Cum autem Phrygiam invaderet sterilitas; consultum de remedio *Oraculum*, *Attidis* corpus sepeliri & *Cybelen* pro *Dea coli* iussit: *Phryges* ergo, cum nihil de cadavere scire possent; imaginem *Attidis* finxerunt, quam lamentis, & planctu alijque honoribus ad funus eius perficientes, piaculi à se commissi *Furias* mitigarunt; quod ad nostram quoque ætatem constanter quotannis peragunt, & *Cybelæ* in *Pesinunte* Phrygiæ urbe, magnificum postmodò extruxerunt templum; quo eius imagini adiunxerunt

pardales & *Leones*, quòd ab eis fuisset nutrita. Hæc ex *Theodor.* *Sicul.* usque in n. 136. Huius mœroris Festa ad ritum Phrygiæ imitabantur *Romani*, deductis in *Gallias* (ita dictis à Gallo fluvio ibi) qui imita-

Mors Solis & Lunæ.

Cybele exposita à bestijs lactata.

Imago.

Attidis obitus.

Sacra utriusque instituta, & imaginæ.

Templum.

Sacerdotes Galli.

ban-

Terræmotus qualis in Asia resurgente Christo.

Lamentatio Magnæ Matris.

Adonia.

Cultores Magnæ Matris.

Quæ de causa instituta lamentum?

Attis qui?

Cur dicta Magna Mater?

bantur Cybelæ Attim lugentem. Arnob. *Adversus Gentes*, lib. 5. & Augustin. quò sup. ubi: *Cœlestem Virginem, Matremque Deum* nominat; de quo diximus die 25. à n. 22. dicemusque 12. *April.* quando ex Pefinunte Romam advecta.

10 Pausan. *cap.* 223. refert apud Achaos templum floruisse Magnæ matri, Attidique dicatum. Attis cum adolevisset in Lydiam migrans, ibi ritus cultus Magnæ matris edocuit: & tanti apud Deam habitus, & honoribus dignatus; ut molestè tulerit Iupiter, qui in segetes Lydorum immanem aprum misit, quo interemptus cum alijs ipse Dindymenæ matris Attis sacrorum antistes. Ægrè ferens Cybele, nec ulcisci valens, instituit lamentis funus seu apotheosim Attidis celebrare; quod postea eius cultores imitati, planctus & lamentationem Magnæ matris pro Attide sacrum dixere. Haud mire ris, quòd dixerim Apotheosim: Agdistis filius Iovis, ab illo impetravit; ne qua in posterum corporis Attis pars putresceret, aut tabesceret. Idem ibid. & Chartar. pag. 143. qui aliter intexit fabulam. *Attis pulcherrimus adolescens* (inquit) à *Magna Matre adamatus in pinum est conversus. Dea ergo eius amore capta, ad se adscivit, ei sacrorum administratione credità; ita tamen, ut virginitatem coleret: quod ille & iuramento confirmavit se facturum: sed postea pulchritudine Nymphæ cuiusdam captus, promissus est oblitus: quod cum Dea rescivisset; statim nympham de medio sustulit, adolescentem verò à se expulit: qui peccati conscientia per-motus in eum furorem adactus est, ut montes peragraret semper vociferans, ululans & caput concutiens. At Dea eius tandem commiseratione mota, in pinum eum convertit: utque significaret, se adolescentis memoriam retinere; pineis ramis se coronari voluit.* Ovid. 10. *Metamorphos.* fab. 2.

— *Hirsutaque vertice pinus, Grata Deum Matri: siquidè Cybeleius Atys Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.* Sequitur Vatem Fulgent. Placiades, 3. *Mytholog.* n. 5. Natal. Comes, lib. 2. *cap.* 1. & 9. *cap.* 5.

11 Cybele seu Mater Deorum etiam dicta *Tauribola*: Iul. Firm. & Suidas. Causa apud Dempster. in *Rosin.* 2. ad *cap.* 4. quæ Dea post Attidis fatum cum illo in venationem per nemora vagatur; ut depingit Catullus *Epigram.* 62. Simul cum illo templum habuit. Pausanias, quo dudum, *cap.* 226. Est (ait) *Matris Dindymenes templum, in quo delubro Atys etiam colitur; et si nullum eius monstratur simulacrum. Nul-*

lum igitur nullibi, quia eius cadaver infertur, nisi in Phrygijs sacris; de quibus de *Errore Profan. religion.* inquit Firmicus: *In sacris Phrygijs, quæ Matris Deum dicunt, per annos singulos arbor pinea ceditur, & in media arbore simulacrum iuvenis subligatur.* Obiurgavit supersticiosos Arnob. d. in fin. dicens: *Pinus illa solemniter quæ in Matris infertur sanctum Deæ; nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Atys manus intulit, & genitrix Divum in solatium sui vulneris consecravit, & in solatium tanti mœroris assumpsit? Quis & qualis Atys, ipse dicit apud Catull. quò dudum. Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,*

Ego gymnasij flos, ego eram decus olei Ego innuber.

Videsis Servium in 9. *Virgil. Aneid.* v. 116. totamque fabulam floridè pulchrèque ab Ovidio descriptam, 4. *Fastor.* à v. 223.

12 Anno V. C. 459. iuxta Goltz. in *Fast.* pag. 73. & ut Briet. ac Saliân. placet, 460. de Samnitibus & Etruscis triumphavit L. Postumius Megillus, collega in Coss. M. Attilij Reguli, qui ægrotante Postumio cum Samnitibus adverso Marte pugnavit. Ideo Postumius vix recreatus à morbo, maturavit iter, & Miloniam urbem occupans, penitus vastavit: postque in Etruriam procedens victore exercitu, felicissimè pugnavit. Obtinuit tandè, tametsi ægrè à plebe, triumphum; quod eius victoriæ Cadmeas sapere viderentur. Post abhinc 32. ann. & Urb. Condit. 492. triumphavit de Carthaginensibus; ut refert Modius & Briet. d. Eodem in die post 242. ann. triumphavit quoque de Africa L. Cornel. Balbus. Goltz. d. pag. 208. cum Augustum iuvisset in Sextum Pompeium, bis victo Octaviano. Unde in hunc diæterium libello famoso, ut observat in eo Sueton. *cap.* 70.

Postquam bis classe victus naves perdidit Aliquando ut vinctus ludit aleam.

Solinus *cap.* 32. apud Draudium, *cap.* 38. inquit: *Garamantas Cornel. Balbus subegit, & primus ex hac victoria triumphavit. Primus sanè de externis, utpotè qui Gadibus genitus, accessit ad gloriam nominis triumphalis.* Regiones Garamantum illudusque inexpugnabiles, materia fuere triumphi, quem describit Plin. 5. *esp.* 5. *Cyrenaica Africa à Syrti minore.* Omnia armis Romanis superata, & à Cornel. Balbo triumphata, unius omnium externo curru, & Quiritium iure domato; quippe Gadibus nato Civitas Romana data est. Omnia oppida ab eo capta (id est, simulacra) ducta in triumpho.

Catullus.

Triumphus
L. Postumij
Megilli.Et L. Corneli
Balbi.

Sueton.

Qui primus
externorum
hoc honore
potius.

Quis

Atys sacra
instituit.Eius apo-
theosim.In pinum
conversus.

Ovid.

Cybele di-
cta Tauri-
bola.Venatio de
Atys.

Quis hic ibid. lib. 7. cap. 43. dicitur: Fuit & Balbus Cornel. maior Consul, sed accusatus, atque de iure virgarum in eum, iudicium in consilium missus; primus externorum, atque etiam in oceano genitorum usus illo honore, quem Maiores Latio quoque negaverunt. Hic Dalecamp. subdit, de Balbo prædictum à Virgilio 7. *Aeneid.* v. 612. Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino Insignis, reserat stridentia limina Consul. Virum triumphalem vocat Strabo lib. 3. Non solum fuit Consul, ut notat Goltz. d. pag. 189. sed Consul maior, ut vidimus. Quid sit, ibid. signat Dalecamp. & Cœl. Rhodigin. 12. cap. 8. Alexand. Neapolit. 3. cap. 3. & Briffon. 3. cap. 14.

Virgil.

Diana Agrotæra.

Imagines.

De Cupidinis triphas.

Hæchtan.

Minerva Alalcomenides.

Eius simulacrum sine igne combustum.

13 Inter Arcades sacra Dianæ Agrotæra, K. Græc. Vocatur quoque *Venatrix* sive *Agrestis*, vel *Caprea*, de cuius instituto & templi origine dicemus *Isag. Decembr.* n. 8. ex *Pausan.* cap. 223. & 264. Collocatum simulacrum cum *Æsculapio* & *Bona Valetudine*. Videtur, 1. *Februar.* num. 18. Imago erat fœminæ pulchræ, radiatæ, cuius symbolum Luna inter septem stellas. Hemelar. *Aur. numism.* Tab. 26. Fulgebat enim velut inter ignes Luna minores; quia eadem Luna & Diana. Albric. de *Deor. imagin.* num. 7. Diana, que & Luna, *Proserpina*, & *Hecate* pingebatur (ait) in specie unius dominæ, comâ dissolutâ, que arcum tenebat & sagittam: cervos quoque in venatione insequi videbatur, circa quam chori *Dryadum*, *Naiadum* & *Nereidum*, cum choris *Satyrorum*, qui *Dij* dicebantur agrorum: & post cervos navicula cum homine navigante & velificante erat etiâ figurata. A *Laurentio Hæchtan.* *Emblem.* 12. fingitur ridens *Cupidinem*.

Hanc Amor insequitur iaculans; neque caditur ullo
Vulnere, sed frustra missa sagitta volat.

14 Inter Bœotos solemnia *Minervæ Alalcomenidis*. *Theopomp.* lib. 17. in princip. In eâ priscum erat signum ex ebore (inquit *Pausan.* cap. 3.) *Sylla* illud ipsum quod *Halcomenis* fuit, *Minervæ* signum eripuit. *Licetus de Lucern. Antiq.* lib. 1. cap. 1. *Simulacrum Minervæ Alalcomenidis* (inquit) spontanea flammâ combustum est, nullo igne subiecto. *Historiam* perspicuius refert *Ælian.* in *Var.* lib. 12. cap. 58. *Accedente Alexandro* *Thebas* cum copijs in earum excidium; tum in civitate in delubro *Cereris*, aranea iuxta faciem imaginis suam artem exercuit, consuetamque telam duxit. *Simulacrum etiam Minervæ Alalcomenidis cognominatæ*, spontanea flammâ combusta est, nullo igne subiecto.

Tom. I. Epbem.

Æto. Plin. 36. cap. 4. *Simulacrum Minervæ* è cœlo postea tactum est. Eodem die mors *Alexandri Magni* signatur apud *Plutarch.* in eo. *Decrevit* sepeliri in templo *Ammonis*. *Sched. in Mund. registr.* pag. 75. *Dicemus*, 6. *April.*

Alex. Magni obit.

15 Inter *Ægyptios* pompa capitis *Arietis*, hoc est pompa *Iovis Ammonis* sub imagine *arietina*. *XXVII. Pharmuthi festum* celebrant propter regnum *Ammonis*. *Diar. Egypt.* in quo *Porta Deorum*, ut diximus, 20. *Februar.* n. 25. Totum mythologicum: Unde *Kircher.* 2. *Oedip.* p. 2. class. 7. cap. 2. inquit: *Est enim Amun Numen Arietinum fœcunditatis Præses, cuius maximè sese exerunt indicia, Sole in Ariete ascendente, sub veris principium: eodemque tempore festa celebrabant, que profligationem Typhonis dicebant: & teste Plutarcho, crocodilum occidebant, cuius Typhon symbolum. Occultè hisce ritibus insinuabant, Sole in Arietem, seu Ammonis domum conscendente, tenebras & frigoris vehementiam, Tryphonia virtutis effectus, profligari, & Ammonia virtute dispelli. Idem præmittit in Obelisc. Pamphil. 4. Hierogrammatism. 2. nosque die 21. à n. 1. In hunc sensum Abeneph. in *Astrolog.* de *Ægyptijs* ait: *Indicantes caloris vim in mundo, arietem pingebant.* In pompæ institutum de *Isid.* & *Ostrid.* *Plutarch.* *Mense Pharmuthi* caput arietis circumferre solebant. *Sacerdotes varijs redimiti coronis, Thyrsis frondibusque instructi, Numinis dominium demonstrantes, inauditisque vocibus inclamantes: Audi corniger Amun.**

Pompa Ammonis.

Profligatio Typhonis.

Ritus in p̄pa.

16 Græci intendentes duntaxat in fabulas (quos Romani fecuti) pompam dicunt ab *Ægyptijs* agi propter exaltationem *Arietis* in cœlum, ut princeps esset *Signorum*. *Liber in Indiam* (inquit *Hygin.* *fabul.* 133.) cum aquam quæreret, nec invenisset; subito ex arena aries dicitur exisse, quo dace *Liber* cum aquam invenisset, petijt à *Iove*, ut eum in *astrorum numerum* referret; qui adhuc hodie *Equinoctialis Aries* dicitur. In eo autem loco, ubi aquam invenerat, templum constituit, quod *Iovis Ammonis* dicitur. *Addit lib. 2. n. 21.* *Iupiter Arietem inter sidera figuravit, ita ut cum Sol in eius Signo, omnia nascantia recrearentur, que veris tempore sunt. Præterea duodecim Signorum Principem voluit esse; quod ille optimus exercitus fuerit ductor. Apud Thebas Ægyptias simulacra faciunt Ammonis cum capite cornuto; ut homines memoriâ teneant, arietem primum ostendisse. Qui autem Libero factum voluerant assignare, quod non petierit ab Ammone, sed visum ad eum sit adductus; si-*

Templum Iovis Ammonis.

Imagines.

Dadd mu

mulacra illi cornuta faciunt, & arietem memoriæ causa inter sidera fixum dicunt. Pompea ergo Ammonis iam in cœlum elevato Ariete, effigiatur in *Tabula Bembina*, figur. 20. ac in *Isaca mensa*, à Kircherò, *syntagm.* 1. cap. 5. simulacris ferentium ampullas Niloticas, vario florum frugumque habitu sacra peragentium; quo die Sol Arietem ingrediebatur, Ammonium influxum in inferiora superiore potestate, immisso calore, signante columnâ florida, cui insilit Nilotica ampulla.

17 Caput duntaxat ferebant in pompa, & ea figurâ, quam exhibuimus die 21. n. 2. quoniam illius solummodò facies ostendebatur, quæ ferè latebat præ villorum copia, quæis cooperiebatur; ut videtur apud Isaac. Vossium in *Melam*, 1. cap. 8. Ex Sil. Italic. patet, non nisi caput ostendi cum arietinis cornibus, inter quæ columbæ imago sedebat; de quo 30. *Februarij*, n. 20. Martian. Capell. 1. de *Nupt. Philolog.* aliter arbitratur. *Ammon apparuit* (ait) *cum cornibus arietinis & vestimento lanicio, sitientibusque undam fontis exhibuit.* Hinc nonnulli, maximè Arcades, adorabant, vestitum arietis pelle, ut exhibet Chartar. pag. 116. sed solummodò caput cornutum ostendebatur, quod positum in basi formæ quadratæ ad similitudinem Hermarum Mercurij. Ibid. & Kircher. 1. *Oedip. Syntagm.* 3. cap. 6. ex Pausan. cap. 270. Verùm aliam fabulam commententi sunt Græci in pompam ostensionis capitis Iovis Ammonici. Quapropter Herodotus, 2. n. 13. inquit: *Itaque Thebani, & quicumque propter illos ovibus parant, aiunt, sibi conditam banc legem; quòd Iupiter quòum ab Hercule, cernere eum volente, cerni nollet, tandem exoratus, hoc commentus sit: ut amputato arietis capite, pelleque villosa, quam illi detraxerat, induta sibi, ita sese Herculi ostenderet: & ob id Ægyptios instituisse Iovis simulacrum facere arietinâ facie: & ab Ægyptijs Ammonios accepisse, qui sunt Ægyptiorum atque Ethiopum coloni. Qui etiam mihi videntur, ideo se Ammonios cognominasse, eò quòd Ægyptij Iovem, Ammonem appellant. Ob banc rem arietes non maculantur à Thebanis; sed eis sacrosancti sunt. Certo tantum die quotannis in festo Iovis, unum demùm arietem obruncant, cuius pellem detractam hunc in modum Iovis simulacrum induunt: ad illudque deinde ducunt Herculis simulacrum. Hoc acto cuncti qui circa templum sunt arietem verberant: deinde urnâ sacrâ eundem sepellunt. Eadem apud Chartar. de *Imagin.* pag. 113. & Kircher. quò dudum,*

Quomodo
visus ab Her-
cules

18 Ubi nunguam, nequibat non interveni-
re Rabbini. Nectanebus Magus ut Olympiæ uxori Philippi Amyntæ fucum faceret (de quo 6. *Aprilis*) dixit ex Iove Ammone parituram inclytum filium: & cum illa Numen aspicere cupit; dixit ad Reginam Nectanebus. *Scias, quòd unus ex maioribus Dijs, de quibus tibi dixi, amplexabitur te: & ipse quæret te, & adiuvabit te in omnibus quæ desideras: & dixit Regina: Quis est iste Deus, & quæ forma eius? Et dixit: Nomen illi Deo est Ammon. fortis; & vocatur hoc nomine, quia ipse confirmat & adiuvat omnes confidentes in eum. Et dixit illa: Ostende mihi speciem & figuram eius, qui veniet. Ille dixit ad eam: vir est rectus statura, non senex nec iuvenis, & in fronte eius cornua, sicut cornua bovis, & barba eius sicut canis; & ex illo nascetur tibi filius. Profectò Numinis speciosa formâ! Hæc effutit R. Ioseph Ben-Gorionis, in sua *hystor.* cap. 6. lib. 1. Totum fabulâ, ut videtur ex his quæ Gellius scribit. *Olympiadem Philippi uxorem* (ait lib. 13. cap. 4.) *festivissimè scripsisse legimus Alexandro filio.* Nam cum is ad matrem ita scripsisset: Alexander Iovis Ammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit; *Olympias ei rescripsit: Amabo, inquit, mi fili quiescas, neque deferas me, neque criminare adversum Iunonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, quòum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scitæ atque prudentis erga ferocem filium comitas, sensim & comiter admonuisse eam visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victorijs & adulantum blandimentis, & rebus supra fidem prosperis, imbiberat, genitum esse sese de Iove. Idem asserit Varro libell. de *Oreste*, seu de *Insania*, & Erasmi. 6. *Apophthegm.* n. 97.**

Embolium
Nectanebi.

19 Recesserunt ab Ægyptijs Arabes in habitu imaginis & habitudine corporis: equidem quin pellis arietinæ meminerint, Iovem Ammonem figurarunt simulacro staturæ proceræ, manibus repandis, uti inventa idola in insulis Fortunatis. Memorant (legitur in *Geograph. Arabic.* Climat. 1. p. 1.) in hisce insulis simulacra quedam esse ex lapide fabricata, & longitudo uniuscuiusque ex ijs centum cubitorum est, & supra unumquodque horum figura, seu aliud simulacrum ex ære manibus repandis, seu retrò tortis (hoc est, expansis digitis) & dissex esse huiusmodi idola. Unam ex ijs in manu vas quoddam habens & aures acuminatas. Kircher hic addit: *Certè huiusmodi Ammonis statuam non Libyam tantum, sed & totam Afri-*

Africam, & insulas Oceani ei circumfusi pervasisse; historia Indica abundè testatur: & Ethiops de similibus à me consultus affirmans, dicens: Noveris quòd patres nostri cum gentilibus & paganis passim commiscerentur; inceperunt discere opera eorum, & fecerant sibi Deos privatos & adoraverunt eos. Erant autem idola eorum ad similitudinem animalium vituli, arietis & canis: & ego adhuc multa in Ethiopia in Barnagaseb vidi: erant enim magna, ex parte referentia caput Leonis & Arietis: nomen eorum Amuna: & dicitur ex prædecessoribus nostris; quod Salomon & Saba quoque in ijs prævaricati sunt; quæ prodierunt ab antiquis Magis Egypti.

Salomon & Regina Saba adorarunt Ammonem.

20 Mercurius Trismegistus in suo Zodiaco pro huius temporis statione Ammonem constituens domum Solis; pingit juvenem elegantis formæ tutulato capite, tenentem utraque manu flagellum, frontemque cornutam. Huius iconis mythologiam exposuimus, 20. Februar. n. 25. Herodot. 4. n. 45. describens in Libya theriodem (id est, plagam feris, serpentibusque scatentem) subdit: *Supercilium soli sabulosum est, porrectum à Thebis Egyptijs ad columnas Herculis. In hoc supercilio ferme decem dierum itinere sunt grumi grandes salis iucundi in collibus, & singulorum collium vertices è medio sale ei aculantur aquam dulcem pariter & gelidam; circa quam homines habitant vitimi solitudinem versus. A Thebis itinere dierum decem, primi Ammonij, tenentes templum ad Thebanj Iovis efficiem: etenim Thebis, aspectu arietino Iovis simulacrum est. Cornibus ornatum Iovis simulacrum ferè in cunctis AA. legimus: huiusmodique insigne Numini videtur planè deforme; estò deauretur bracteis prædictarum fabularum: quapropter auguror, cornua, quæ affixa dicuntur Ammonis imagini, pro radijs sumenda; testante Macrobio, 1. Saturnal. 22. Iovem assumi pro Sole. Unde in Iove dicuntur cornua, atque in Apolline radij. Nec novum sacris in literis. Cornuta dicitur facies Moysis, quippe radiata. Exod. 34. 29. & Habacuc, 3. 4. Splendor eius ut lux erit: cornua in manibus eius. Arietem signum cœlestè in Bemabina Tabul. figur. 10. pingebant Egyptij capite corusco, ex illo binis flammis erumpentibus. Hic est Aries Chrysovellus de quo Isagog. n. 4. Solin. cap. 30. In gleba luci, seu saltus Ammonis (inquit) lapis legitur: Ammonis vocant cornu, nam ita tortuosus est & inflexus, ut effigiem reddat cornu arietini: fulgore aureo est. Prædivina somnia representare dicitur, subiectus caput*

Imago.

Cornua ei pro radijs.

Aries Chrysovellus.

incumbentium. Idem Plin. 37. cap. 10. & Bulenger. 2. de Pictura, cap. 9. Vives in Augustin. 4. de Civit. 10. Iovis capiti tegmen igneum: ait. Pro maiestate enim cornua Principes in fronte portabant, & quasi radijs Numina imitantes in coronis splendebant. Ita Alexander hæccine insignia portans gaudebat & fingi & pingi, bicornemque vocari. Freinshem. in Curtium, 3. cap. 3. & 4. cap. 7. Idem subsequentes Macedonia reges usurparunt, gestantes in casside cornua. Uvolfang, Lazius, 1. Rer. Græcar. & Zamofius, in Analectis antiquitatum Dacicæ. De Lysimacho refert Nonnius in Græc. Goltz, Tabul. 36. Appian. in Syriac. Angel. Politian. Miscellan. cap. 79. & Rhodigin. 20. cap. 12. Huiusmodi fastus plures Romanor. Imperatorum æmulati, ut refert Goltz. tam in Fast. quàm in Augusto; qui ad instar Apollinis effigie radiorum caput studiosè ornabat.

Cornua pro potentia.

21 Denique Ammonius Iupiter, ut asserit Guillerm. Choul de Religion. Roman. 54. & Claud. Dauisqueius in Sil. Italic. 3. v. 3. pingebatur tutulatus talari tunicà cum sceptro super arietem sedens. Ideo & Ammonem quem Deum, Solem occidentem Libyes existimant (inquit Macrobius, d. cap. 21.) arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet, sicut radijs Sol. Sic figuratus umbilici specie. Id quod pro Deo colitur (inquit Curtius 4. Histor. Alexandr. cap. 7.) non eandem effigiem habet, quam vulgò Dijs artifices commodaverunt: umbilico maxime similis est habitus, smaragdo & gemmis coagmentatus. Aptè Volsius pro Umbilico, legit Umbriculo: id est eius habitus exterior umbella; quippe imago non apparebat, sed erat Umbriculo tecta, ut videbimus in varijs antiquitatis imaginibus, 10. Maij, in sacris Veneris Paphiæ. A sculptoribus excogitatum (ait Chartar. de Imagin. à pag. 113.) Deorum imagines absque hominis vel animalis alicuius figura effingere. Sicionij Iovem pyramidis instar habuerant; quo eiusdem effigies in inferioribus partibus nudi, & superioribus tecti referebantur. Dum hanc vitam vivimus, divina illa minus intueri possumus, quæ acutis mentis obtutibus sunt sub propria cernenda; quos pyramidis cuspis adumbrat. figura. Apud Troglodytas Iovis Ammonis simulacrum, quod nullam cum cæteris similitudinem haberet; sed ad instar umbilici, esset ex smaragdis alijsque lapillis preciosis coagmentatum; subtilius quidem latum & rotundum, quod paulatim versus cuspidem attenuaretur. Idem iterat, pag. 341. Sub umbriculo ergo portabatur Ammonis imago, ob ma-

Ammonis imago non sub propria figura.

iorem reverentiam & maiestatem: qui quidem ut indicaret inestimabile Numen erat ornatus lapidibus pretiosis, formâ monticuli ex smaragdus. Apuleius, 11. *Metamorphos.* inquit: *Isidis effigies non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipsius cõsimilis*: tamen ibi sub forma speciosissimæ fœminæ exponit imaginem, quæ sub umbriculo gestabatur ad speciem pyramidis, non feræ, nec avis, nec pecoris.

22 Forma pompæ Iovis ibidem à Curcio promitur, *Hunc cum responsum petitur (infit) navigio aarato gestant Sacerdotes, multis argenteis pateris, ab utroque navigij latere pendentibus: sequuntur matronæ virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes; quo propitiari Iovem, credunt, ut certum reddat oraculum.* Diodor. Sicul. lib. 17. n. 589. *Simulacrum Dei (inquit) è smaragdus, & quibusdam alijs est coagmentatum: & peculiari novoque vaticinandi genere oracula edit. In aurea enim navi à Sacerdotibus octoginta circumfertur; qui bumeris Deum gestantes, eò tendunt, quò fortè fortunà Dei nutus illos agit.* Singulare cogitamen, in pascua missum, fuit Ioann. Georg. Hervvart, erga umbilicum & ornamenta navis Ammonis, accipiendo allegoricè, seu hieroglyphicè, sicut interpretatus totam Tabulam Bembinam; ut exhibet in suo *Hieroglyphicor. Theatr.*

23 *Oraculum (scribit in lib. de Magne- te) Ammonis, quod infallibile dicebatur; nihil aliud fuisse, quàm chartam, quam vocant maritimam, pyxidi nauticæ, seu magneticæ ritè iunctam: qua vel cardines quatuor mundi, vel reliquos octo rhombos principales (Rhombos, idest, spatia quæ sunt inter Signum & Signum cœleste, voce Ægyptiaca) vel denique residuos ventus intermedios designabat. Cum itaque Iupiter iste Ammon, ut responsum det, navigio fuerit gestandus; quisnam amplius dubitabit ad rem nauticam eum pertinere? & quidem ad directionem navis Pratoris, quam Strategidum vocant, ut quæ deaurari fuerit solita, idque eo magis, ut ab ipsis sacerdotibus, tanquam navis gubernatoribus, fuerit gestatus. Patere verò argentea ex utroque huius aurati navigij latere pendentibus, sine dubio pyxides illæ nauticæ sunt, quæ in Charta marinæ circumferentia, octo vel sedecim numero circuncircæ, equali spatio se invicem distantes, delineari solent. Vel maiores vel minores naves eiusdem classis, quæ navem Pratoriam comitantur arte magneticâ: atque noctû & interdii lampades & facès ardentes secum Pratoria gerit: noctû quidem flammam, & interdii su-*

mum è longinquo cernentes, subsequantur & comitantur. Præclarum phantasiæ ratiocinium! Id. Tumne iam usus pyxidis nauticæ atque magnetis? Ridendus vel irridendus.

24 Figura Ammonis cum navigio Horo alijsque insignibus excussa est in Tabula Bembina, iuxta Ægyptiorum mentem longè alia significatione, cuius imaginem ac mythologiam nervosè exponit Kircher. in *Mensa Isac.* Syntagm. 1. cap. 5. à figura 48. *Navis (inquit) est Ammonia, qua Ammon & Horus coniuncti; per Universum delati id fœcunditate replent. Ammonem fœcunditatem refert Aries biceps bisulcâ stammâ fulgens. Horum navis gubernatorem exprimit. Aries biceps est, quia tùm superiorem, tùm inferiorem mundum respicit. Unde non sine causa biceps pingitur cum bisulcâ flamma in capite, quæ ignea virtutis calorisque diffusionem notat (maximè Sole Horo ingrediente in Ammonis Arietis signum) in Universo. Puppis navigij accipitrino capite, & tutulo ei imposito fulget; quo Horns & Ammon indicantur esse lucis igneique caloris per universa mundi penetralia rectores: qui operationes suas effectusque sortiuntur constitutis temporibus; quæ per appositum quadrantem Astronomicum innuuntur.* Hæc navis Ammonicæ insignia, & genuina mythologia in arcana philosophiæ hieroglyphicæ. Etiam pingebatur Ammon figura serpentis, veçti in navigio à sacerdotibus, dum consulitur; uti observat Matth. Rader. in *Chronic. Alexandr.* pag. 339.

25 Apud Ilienfes in Phrygia Hæctori singularis erecta statua post mortem. Nymphodor. de *Reb. Barbaricis.* Meminit eius Philostrat. *Heroic.* in *Hæctor.* sed expressius in *Protesil.* ubi: *Est (inquit) Hæctoris statua: Semideum refert hominem, multosque præ se fert affectus; si quis accuratè diligenterque spectaverit: etenim elata est, ac terribilis alacrisque & cum suavitate vigens, ac sine ulla coma insignis pulchritudo. Est autem usque adeo spirans, ut ad se tangendam spectatores attrahat. Hæc in circumspecto quidem Ilij loco erecta est. Multa verò cum publicè, tùm privatim operatur bona: unde ipsi supplicent, & sacrificij vice certamen celebrant. Quando iam adeo fervida efficitur, atque Enagonios (hoc est, certamini addicta) ut ex ipsa defluat sudor. Si verum, magicè factum: at arbitror à Philostrato fictum, uti ab Homero 24. *Iliad.* à v. 412. in sepulchro incorruptum iacere, & Auroræ rore in pristinum statum sine ullo vestigio vulneris, permanisse.*

————— Duodecimus autem dies est ei

Idem Isidis

Imago Ammonis cur gestabatur in nave?

Navis Ammonica.

Hæctoris statua.

Eius cadaveris abolita vulnera.

Homer. *Iacenti, nec in aliquo ei corpus putrescit. Aurora quando diuina apparet, mirareris, Qualiter roscidus iaceat. Circū ablutus est, Nec alicubi pollutus. At vulnera omnia conclusa,*

Quacunque inflicta fuerant.

Sic ibi curant beati Dij filium suum, &c.

Statua aerea 26 Statuam aream versam in auream, in auream conversa. refert Iacob. Gaffarel. cap. 4. de *Curiositatib. inaudit.* Modò in Hectore huiusmodi fabulis claret in auream adducta hominis statua terrea. Totum elucet commentitium, cum in Thebis Bœotię signet Hectoris sepulchrum Pausanias, cap. 295. & Rhodigin. 21. cap. 21. Dicemus, 22. Iul. Magis ludicrum illud apud Maxim. Tyrium, *serm. 27.* ubi: *Quid autem? Nonne & Hector, ut est in Iliensibus fama, eorum regionem inhabitat? Sapissimè visitur imago subsultim campum excurrere, atque emittere fulgorem.*

Apparet Hector splendens.

Demonis prestigia in Deorum apparitione.

Vana sint vanis. Ipsemet destruit, dum astruit, subdens: *Ego tamen, ut de me ipso loquar, nec Hectorem vidi: Dioscuros vidi fulgentes, ut stellas navi insidentes, eamque contra tempestatem adiuvantes. Esculapiū vidi, non tamen in somnis: Herculem quoque, sed vigilans vidi.* Papæ.

Vir galeatus, ceterà inermis, dextrà ballista: Sphær. Arab. Spica Virginis vesperè oritur. Iunctin. K. Astrologic.

2 Hoc in die expugnatur Iericho, incepta urbis circuitione d. 22. uti diximus, n. 3. Seder-Ol. cap. 11. Leonard. Mar. & Serar. in 6. Iosue, quæst. 31. Septimo circuitu Sacerdotes longiore sonitu tubis clangendo, omnisque populus intensiore voce clamans, accedunt in Urbem; & ecce muri illicò à radice corruerunt: tunc Israëlité qua quisque steterat, irruentes, urbem ingrediuntur, regemque captum suspendunt, cuncta igni ferroque vastant. Rahab cum suis servatur, quæ post Salmoni nupsit. Aurum, argentum & cetera Iericho sacra Domino anathemate, imprecante Iosue diras urbis reedificatori. Prævaricatur Achan, & quiescunt Hebræi, semoto obice in terram Chanaan. Adrich. & Briet. ex Iosue loc. cit. Prævaricatio Achan describitur, cap. 7. à 21. & ubi signatur *Regula aurea*, iuxta Hebræos, *Lingua aurea*; placet Villalpando in *Apparat. Urb. & Templ. p. 2. cap. 23.* fuisse enssem appositum idolo (cui honoris gratià stratum stragulum illud Babylonicum, quod in Bibl. dicitur *Pallium coccineum*, & oblati ducenti sicli argenti) ut eius virtute servaretur civitas ab oppugnatione Israëlitarum. Astruit variarum ritu Gentium, pro Numine gladium adorantium: de quo Nos 5. *Maij.* Quavis dicatur *Virga seu lingua aurea*; erat nitens sita in ore idoli, in signum potentia, ut habetur *Isai. 11. 4. Apocal. 1. 16-19. 15. & 2. Thessal. 2. 8.*

Capitur Iericho.

Rahab sola salvatur.

Quodnā idolum in oppugnatione Ierichæ?

DIES XXVIII. MARTIJ.

V. K. 1 **G**Rad. 8. Solis in *Ariete*, in quo qui nati stellarum testimonio athletæ erunt, & quos illustrium virtutum merita nobilitent. Hi post multa insignia biothanatà morte peribunt. Si benevolæ stellæ radiarint, vates erunt, maxima in animo divinitatis insignia præferentes. Iul. Firmic. *Scorpius occidit: vehemens stat ventus, pluviasque cum tonitribus commiscens.* Ptol. De Regia *Scorpij* loquitur idem, & nos Itag. *Octobr. n. 2. & 4.* quæ *Lucida Scorpij*, diciturque *Cor nepæ.* De Regia propriè loquitur Iovian. Pontan. 4. *Uran.*

Regia Scorpi.

Si quaras Siculi mores, geniumque tyranni, Et regnum crudele, aulamque cruore madentem,

Sparsaque per duos hominum præcordia sentis.

Martius horreti feret hæc tibi Scorpius astro Exoriens, seu cum medio dominatur Olympo: Et vicina micat crescenti lumine Phæbe.

Non toto quisquam cælo crudelior ignis: Vel savit face, vel flammâ violentius astrum. Hinc & opes summa, summo & cum iure potestas

Insidijs armata, & cadibus usa nefandis, Grassatorque animus, & sparsa cruore libido,

Pontan.

3 *Lysias*, Princeps in Regia Antiochi Epiphani, genere regio, magni præ cunctis habitus (igitur filium Eupatorem illi educandum tradiderat) haud abdixit credita ab Epiphane in Persidem profecto, de exterminatione Iudæorum; uti relatum 26. *Januar. num. 7.* Quare ut mandata perficeret, tres in Duces insigniores elegit: Ptolomæū Ducem Cœlesyriæ, Nicanorem, & Gorgiam, viros in militia industrios, & amicos Epiphani, ut copijs quas secum habebat, iungerent promptis stipendijs delectus militum. 1. *Machab. 3. à 38.* Verùm occurrit, quòd *lib. 2. cap. 8. 8.* dicitur totum structum à Philippo Phryge, quod factum præmittitur à *Lysia*. Variè solvit Sanctius hic, n. 33. quem videris. Magis arridet cogitatio Alapide hic & Torielli, *Ann. 3889. n. 4.* scilicet, *Lysiam*, præut Rex iusserat, cuncta disposuisse, commendasseque præfatis Ducibus facinus: ceterùm cum illi expeditionem creditam protraherent, & Iudas quotidie victorijs, animis, viribus & copijs, ad eum cer-

Lysia in-fruit bellū in Machabæum.

Antilogia.

certatim confluentibus, aleret potentiam; Philippus, quem Rex præfecerat Ierosolymis sibi cavebat: quapropter Ptolomæo scripsit, ut à Phœnicia auxilia mitteret. Quod fecit, ut videbimus.

4 Tunc Machabæus cum toto exercitu venit in Maspha (quò ante templum ædificatum erat oraculum totius Israël) & indutus cilicio, scissis vestibus, & imposito cinere super caput, ieiunavit in die illa; exponens coram Domino libros legis, ornamenta sacerdotalia, signa in frugibus decimarum ac primitiarum, cæsaries Nazareorum (quoniam isthac universa iam non erant, profanato templo à Gentibus) ut hæc abolita in pietatem moverent Numen, & iuaret contra hostes potentissimos, maximè clamantes in cælos. Tunc commilitones monuit de adventu Nicanoris: formidantes valere iussit, & ordinato exercitu illa nocte movit castra in Emauntem; quò post Christus Dominus sua præsentia post resurrectione duobus discipulis apparuit: huicque civitati inditum nomen *Nisopolis*. Hieronym. in *Loc. Hebraic. Vitriac. cap. 63. Uvil. Tyr. lib. 14. Bell. sacr. cap. 12. Saligniac. Tom. 10. cap. 6. & Ioseph. 3. de Bell. cap. 2. Pridiè ergo hæccine peracta, ut insigni hodie Machabæus potiretur victoriâ. Rauclin. ex 1. Machab. 3. 46. & lib. 2. cap. 8. à 12.*

5 In pugnam præmissus est Nicanor arrogans, & timidus, ita ineptissimâ spe de victoriâ conceptâ; ut mercatores acciverit in emptionem captivorum, quos Epiphanes abundè solvere quibat annum vectigal Romanis. Gorgias vir bellator, comes Nicanoris statuit sine cæde Iudam & Iudæam opprimere, invadens noctu Machabæi castra. Præsentit Iudas exercitus divisionem, castraque sua deserens, sed in eis relictis multis facibus; irruit in Nicanorem non expectatus, quem vicit, & castra obtinuit (illo fugiente) in quibus mercatores & pecuniam & vitam amiserunt. Suos à prædâ repressit Machabæus, illis indicans superesse Gorgiam. Hic statim apparuit, in quem Iudas progressus victricibus copijs; tantum ei terroris iniecit, ut cum suis fugeret in vicinam Philistinorum regionem, victoriam Machabæo relinquens plenissimam. Iudas reversus ad spolia castrorum, invenit aurum multum & argentum, & hyacinthum & purpuram marinam & opes magnas; ex quibus diviserunt spolia etiam debilibus, & orphanis & viduis. Dux ergo cum toto exercitu, quia nullus desideratus, Deo benedicens, gratias in hymnis agebat; quia facta

est salus magna in die illa. Ab his qui fugerant cognovit Lysias, vicarius Antiochi in Antiochia, quæ facta fuerant in Iudæa cum clade suorum; & tabescebat animo consternatus, quoniam percussura Epiphanen; decrevitque per se acceptam ignominiam abolere. 1. Machab. 3. à 38. & 4. à 1--2. Machab. 8. à 9. Hic Petr. Comest. cap. 2. Ioseph. lib. 12. *Antiquit. cap. 11. Adrichom. Chronicon. Ann. 3800. Genebrard. 3926. Salian. Turfellin. & Briet. 3889. Torniiell. n. 5. & Pettav. lib. 10. de Doctrin. tempor. cap. 50. & Rationar. 1. p. lib. 4. cap. 10.*

6 Occurrit etiam in hoc articulo antithesis alia: igitur 2. Machab. 8. 16. dicitur Iudam classicum cecinisse cum septem millibus: sed lib. 1. cap. 4. 6. tantum signantur tria millia. Variè diluitur. Sanctius in loc. cit. lib. 2. ait: E septem millibus tria millia ante pugnam recessisse; quippe metus perculerat; sed postquam viderunt victoriam de Nicanore, redierunt in aciem; ut post etiam contigit sub Ionatha, lib. 1. cap. 11. 73. Dionysius hic, asserit, septem millia fuisse, sed ex his tria millia fundibularios, vel sagittarios, qui nulla alia arma habebant. Nihil placet. Septem millia in aciem Iudas eduxit; sed illa nocte irruit cum suis in Nicanorem, quem vicit, expectans diem sequentem, ut cum Gorgia decertaret. *Cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantum, quæ tegumenta & gladios non habebant.* Certaverant nocte præcedente cum viginti millibus: quid mirum, si multorum gladij, lorice & arma fracta? Inter septem millia tantum inventa sunt tria millia, qui ex priorî certamine nec offensiva nec defensiva arma haberent: sed his non obstantibus, tamen hostes, Gorgiæ milites, loricati, adorsus, in fugam vertit; ut vidimus.

7 Hac ipsa die post triennium, & mortem Machabæi, de qua die 21. n. 13. exaltatio Ionathæ fratris eius in Ducem & Pontificem præfigitur à Rauclino, ex 1. Mach. 9. à 28. Cecidit ille inclutus. *Cæsis hostium plurimis (ait Ioseph. 12. Antiquit. cap. 19.) lassitudine magis, quàm vulneribus confectus cecidit non inultus; ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore addito. Simon autem & Ionathas fratres, inducijs factis, recepto Iudæ cadavere, delatum in Modim magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquam multos dies honoraverunt eius memoriam.* Ita decuit colere & recolere patriæ patrem, Ducem & Pontificem; qui vel moriens triumphavit, quandoquidem victor Bacchides

Antilogia.

*Anat pugna
ieiunij &
exercitij sa-
cris à Deo
Machabæus
petit victo-
riam.*

*Victoria pri-
ma de Nica-
nore.*

De Gorgia.

*Ionathas
suffectus pro
Iudæ adachs
b. eo.*

*Iudas tu-
mularum ma-
gnificè.*

cruentà & Cadmæa victoriâ potius est: pretiumque tantum habuit ex cadavere redempto. Petr. Comestor, in *Machab.* cap. 8. Gladium verò Iudæ, quem Apollonij ex spolijs sumpserat, secum sibi Ionathas adduxit, ut post eius obitum in monumento collocaretur. Ioseph. Gorionid. in *Histor. Iudæic.* lib. 3. à cap. 23. Mira refert, sed quo fulcro, nescitur: ait enim Dominum præcepisse Iudæ, ut diem suum clauderet, colligereturque ad populos suos Asidæos. Recolunt Serarius & Sanctius hîc n. 3. Idem de mortis genere subdit, milites fugisse, sed non Iudam neque ad sinistram, neque ad dexteram. Habebat autem gladium evaginatum in manu sua; nec poterant ad eum pertingere inimici, sed currus & equites concluderunt eum, & sagittarum tela proiecerunt in eum, vulnerantes plurimum donec corruens moreretur. Fides penes illum.

8 Ut mortuus est Iudas, qui siluerant improbi virtute eius ac potentiâ; non solummodo in perfidiam erupere, sed prævaluerunt, confugientes ad Bacchidem, qui constituit illos totius regionis Præpositos, inquirentes pios legi addictos & Iudæ factioni quasi venaticos canes, adducentes ad eum in torturam & mortem; quapropter immisit Dominus in regionem famem validam. Ubi supr. à v. 23. Hinc ut tantæ occurreret calamitati, electum & suffectum pro fratre in Principem, & Sacerdotem Summum acclamarunt Ionatham: & surrexit Ionathas ac suscepit tempore illo principatum: v. 29. Bacchides, ut cognovit, dolo voluit comprehendere; sed frustratus fuit proposito, fugiente Ionathâ cum suis in desertum Thecuz, ad aquas Asphat; de quibus locis Hieronym. de *Loc. Hebræic.* Uvil. Tyr. 8. *Bell. sacr.* cap. 1. & Adrichom. in *Iudæa*, n. 39. & 236.

9 Ibi ergo ut pervenerunt, Ionathas & Simon miserunt fratrem suum Ioannem ad Nabathæos, trans Iordanem, Gad in confinibus, cum quibus erat fœdus, percussum à Iuda (de quo, 11. *Decembr.* n. 5.) ut apud eos impedimenta deponeret, donec armis cum Bacchide decertarent. Ita Ioseph. 13. *Antiq.* cap. 1. Hic sæpe, temerè mentitur: quandoquidem, ut dicitur loc. cit. v. 35. *Ut commodarent sibi apparatus suum, qui erat copiosus: à quo quidè ipsi erant nudi, aut nō admodum instructi.* Pro auxilio erat missus, scilicet ut illorum afferret arma, equos & alia instrumenta bellica. Malè celsit illa legatio; filij namque cuiusdam Iambri, inter illos Arabes Principis, Ioannem interceperunt, eumque ac socios interimentes, præ-

dati sunt quicquid secum Ioannes attulerat. Ubi supr. à v. 35. Petr. Comest. cap. 9. Adrichom. in *Chronic.* Ann. 3805. Genebr. 3944. Salian. 3894. quem sequuntur Tursellin. & Briet. sed Torniiell. 3895. n. 3. Maximo dolore tulere nuncium tragediæ fratres, & propter dilecti, egregij Ducis mortem, & propter subsidij & auxiliorum frustramen. Serar. & Sanctius hîc, n. 19. Ultio videnda 30. die à n. 7. Iosippus in *Anacephaleos.* Gorionid. ait: *Quatuor menses totos post mortem Iudæ, Græci, duce Alcimo pseudopontifice, occuparunt Ierosolymam, & populum Domini acerbè afflixerunt; sed tandem eam recuperavit Ionathas.* Idem ex eodem refert Genebr. Ann. 3944.

10 Anno ultimo Christi, in domo Simonis Leprosi cum eo & Lazaro à mortuis excitato, iam cenasset, pedes soror Lazari Magdalena pretioso perfudit unguento, fremente Iuda Iscariote. Reufner. de quo diebus præcedentibus dictum: at nonnullis placet ex *Matth.* 26. 6. & *Marc.* 14. 3. primum nardum effudisse super caput; postque libram nardi pretiosioris effudisse super pedes: vel econtrâ Ioann. 12. 3. Hęc signantur ab illis hoc in die; quippe astruunt Salvatoris resurrectionem contigisse 5. *April.*

11 Romæ hac in die decretum è Phrygia devehi Matrem Deorum, seu Matrem Iudæam sive Cybelen; de cuius adventu in urbem ex Ostia dicendum 12. *Aprilis.* Contigit 2. bello Punico, cum esset & victor Annibal in Italia, & exercitu Romano laborante gravi lue, in spemque salutis, duos Soles visos, & nocte interluxisse, & facem ab ortu Solis in Occidentem porrigi visam, portas & muros de cœlo tactos, in æde Iunonis Sospitæ Lanuvij cum horrendo fragore editum strepitum. Unde novendiale sacrum indictum, eò quòd de cœlo lapidatum esset. Hęc refert, ut solet Livius, lib. 29. sect. 37. *Civitatem (dicit sect. 28.) repens religio intravaserat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inspectis: scilicet, quandocumque hostis alienigena terræ Italię bellum intulisset, eum pelli Italiã, vincique posse; si Mater Idea Pessinunte Romam advecta esset. Id carmen à Decenviris inventum eò magis Patres movit, quòd & legati qui donum Delphos portaverant, referebant: & sacrificantibus ipsis Pythio Apollini, omnia læta exta fuisse: & responsum oraculo editum, maiorem multò victoriam, quàm cuius ex spolijs dona portarent, adesse populo Romano. Itaque quo maturius faustis ominibus oraculisque portendendis sese victoriæ compotes essent; id*

Eius gladius magni habitus.

An illi præcepti quòd moreretur?

Mortis modus.

Exaltatur Ionathas.

Ioannes Machabeus occiditur.

Christi gesta.

Decernitur deportatio Cybeles ex Phrygia, & causa.

Portenta.

Simulacrum
Cybelæ de
cælo descen-
dit, & Phry-
gijs locuta.

*cogitare, que ratio transportanda Romam
Dei esset.* Quinque viri illustres ad legatione
electi, qui Delphos cum ascendissent, à Py-
thiâ audierunt, per Attalum Regem Perga-
mi voti compotes fore. Ovid. 4. *Fastor.* fingit
Attalum precibus Romanorum inficias
ijisse, tuncque (canit, v. 265.)

Ovid.

*Mira! Longo tremuit cum murmure tellus,
Et sic est adytis Diva locuta suis:*

Ipsa peti velui: nec sit mora: mitte volentem:

*Dignus Roma locus, quod Deus omnis eat.
Hoc simulacrum de cælo descendisse, Pe-
sinunteque sedisse; ait Raphael Volaterr.
Urbanor. Comment. lib. 29. & Rom. Res-
publ. pag. 214. Obsecutus est igitur Atta-
lus Legatis Romanis, quibus commendavit
quoque, ut cum Romam Deam devexissent,
curarent, ut vir qui optimus Romæ esset,
hospitio acciperet. Ita Legati Pergamum ad
Regem venerunt. Is Legatos comiter accep-
tos, Pesinuntin in Phrygiam deduxit: sa-
crumque ijs lapidem, quem Matrem Deum
incola esse dicebant; tradidit, & portare Ro-
mam, iussit: Tunc Iudi Romani ter, Ple-
beij septies instaurati. Ibid. sect. 30.*

12 Anno sequenti, V. G. 548. acces-
sit consultatio de Matre Idea accipienda:
quam præterquam quod unus ex legatis re-
gressus actutum, in Italia fore nunciaverat;
reccens nuncijs aderat, Tarracinæ iam esse.
Eligitur Scipio Nasica, qui cum omnibus
matronis Ostiam obviam ire Deæ iussus: if-
que eam de nave accipere, & in terram dela-
tam tradere ferendam matronis. Postquam
navis ad ostium amnis Tiberini accessisset,
Nasica sicut fuerat iussus, in salum nave eve-
ctus, à sacerdotibus Deam accepit, detulit-
que in terram. Matrone primores civitatis,
inter quas unius Claudia Quintia in signe est
nomen, accepere; cui dubia ante fama, clario-
rem ad posteros tam religioso ministerio pu-
dicitiam fecit. Liv. ibid. sect. 38. Hæc enim
male audiebat; sed singulari prodigio com-
probata fuit eius castitas; cum hæreret sa-
bulo Tiberini amnis navis, qua in urbem
portabatur Magna Mater Divum: igitur zo-
na, cingulo, aut taniâ eduxit navem, quam
multa boum millia movere non potuerunt.
Navim qua simulacrum Matris Phrygiæ ve-
hebatur immobilis redditam, tantis homi-
num boumque conatibus, una muliercula zo-
nâ alligatam, ad sue pudicitia testimonium
movit & traxit. Augustin. 10. *Civit.* cap.
16. In signum puritatis Claudie imaginem
reponendam arbitratur Chartar. pag. 143. &
dicemus, 4. *Novembr.*

13 Describit articulum Cornel. Nepos
de *Viris illustrib.* n. 46. Annibale (inquit) I-

taliâ devastante, ut responso librorum Sa-
byllinorum Mater Deum è Pesinunte accer-
sita, cum adverso Tiberi veberetur, repente
in alto stetit: & cum moveri nullis viribus
posset; ex libris cognitum est, castissima
demum fæminæ manu moveri posse. Tunc
Claudia Virgo Vestalis falsò incestus suspe-
cta, Deam oravit, ut si pudicam sciret, se-
queretur; & zonâ impositâ navem movit, &
simulacrum Matris Dei adduxit. Eadem ap-
ud Cicero. De *Aruspis. respons.* Sueton. in
Tiber. cap. 2. Plin. 7. cap. 35. Fenestell. de Sa-
cerdot. Rom. cap. 12. Lactant. 8. cap. 8. He-
rodian. lib. 1. & Solin. cap. 7. qui subdit: Na-
vis à Phrygia gerula sacrorum, dum sequitur
vittas castitatis; contulit Claudia principa-
tum pudicitie. Hac de causa eius statua
(Claudie erecta propter huiusmodi prodi-
gium) illæsa ab igne, cum esset locata in ve-
stibulo templi Matris Deum, æde incendio
bis consumptâ. *Quinta* Claudie statua in ve-
stibulo templi Matris Deum (ait Valer. Ma-
xim. lib. 1. cap. 8. n. 11.) bis ea æde incen-
dio consumptâ; prius P. Nasica Scipione &
L. Bestia, item M. Servilio & L. Lamia Coss.
in sua basi flammis intacta stetit. Sil. Ital.
lib. 17. à v. 34. accinit.

Claudia non aqua populi malè credita fama, Sil Ital.
In puppim versis, palmisque oculisque pro-
fatur;

Cœlicolum genitrix, Numen quod Numina
nobis

Cuncta creas, cuius proles terræque fretūque
Sideraque & Manes regnorū sorte gubernat,
Si nostrum nullo violatū est crimine corpus;
Festis Diva veni, & facili à me solve carinâ.
Tunc secura capit funem, fremitusque leonū
Audiri visus subitò, & graviora per auras
Nulla pulsa manu sonuerunt tympana Divæ:
Fertur prona ratis: ventos impellere credas,
Contraque adversas ducentē prævenit undas.

14 Quomodo inter Ethnicos intelligen-
da sint eiusmodi rara signa; dicit Augustin.
d. & per indicem præmisimus, 13. *Februar.*
n. 2. Tertullian. cap. 23. in *Apologet.* La-
ctant. lib. 2. cap. 17. Minut. Felix in *Ostæv.*
& D. Thom. quest. 16. de *Potentia*, art. 5.
luculenter. Huic superstitioni aliæ & aliæ
imponerentur, ut cultores imaginariâ ludi-
ficatione deciperentur, uti cum incuriâ Ve-
stalis Virginis extinctus est ignis in ara, vel
quod Mater Deum ipsum ignem arbitra-
bantur sub titulo Vestæ, vel quod ei maxi-
ma veneratio igne vigili, sub nomine Matris
Deorum. Cum olim defecisset ignis (inquit Dio-
nysius Halicarnas. lib. 2. n. 40.) negligenti-
us asseruante *Amilia*, que alteri è virgi-
nibus novicijs, & adhuc rudimenta cultus
discen-

In castitatis
testimoniis,

Eius statua
illæsa ab i-
gne.

Sil Ital.

Pere centum.

Quomodo
intelligen-
damè

Scipio Na-
sica excepit.

Claudia
Quintia il-
lustre faci-
nus.

Æmilia i-
gnem velo
excitavit in
foculo Ve-
stæ extin-
ctæ

discensibus eam curam commiserat; ferunt
admodum civitatem turbatam; inquisitionemque
habitam à Pontificibus, ne forte pa-
rum castè sacrum focum Sacerdos tractave-
rit. Tum verò Æmiliam insontem, sed ino-
pem in tali casu consilij, sacerdotibus ceteris-
que virginibus spectantibus, ad aram manus
tendentem, dixisse: *Vestæ Romanæ urbis cus-
tos si tua sacra sanctè ac purè per 30. ferè
annos obij casto animo & illibato corpore;
ades mihi nunc & fer opem, nève dispicias
tuam sacerdotem miserrimo perituram exitio:
quod si quid incestum admisimus, meo
supplicio tollatur civitatis piaculum. His di-
ctis abscissam carbastinæ fole quam erat indu-
ta, laciniam iniecit foculo. Ad eas preces è
frigido cinere, ac ne scintillam quidem reti-
nente, flammâ emicantem corripuisse carba-
sum; ita ut nec procuratione ullâ, nec instau-
rato aliâ igne civitati opus fuerit: sed mira-
bilis est quod dicam & similis fabule. Suf-
fragamur Ethnici iudicio, cuius articulum
retulimus, 20. Ianuar. n. 13. Astipulatur
Valer. Maximus. *Maximæ Virginis Æmi-
lia discipulam* (infit lib. 1. cap. 1. n. 7.) *extin-
cto igne, tutam ab omni reprehensione, Vestæ
Numen præstitit: qua adorante, cum carba-
sum, quam optimam habebat, imposuisset fo-
culo; subito ignis emicuit. Ei post erecta sta-
tua in templi vestibulo, Vestæ dicati. Resp.
Rom. pag. 200. Damnata & effosa dicitur
Æmilia, vel in sensu, quo ut suprâ, Claudias
vel alia eiusdem nominis damnata fuit, ann.
V. C. 637. ut refert Florus in Liv. Epitom.
lib. 63.**

Ei statua
erecta.

15 Aducta ergo prædictis circumstan-
tijs pervenit Ostiam cum Phrygio sacerdo-
te navis sacra; & accepit simulacrum Scipio
Nasica, ut præmisimus à n. 12. Refert Tit.
Liv. d. Plutarch. in Scipion. African. Ovid.
4. Fastor. v. 347. *Nasica accepit, & Briet.
Ann. V. C. 550. Ita mutuo Romani plaude-
bant quasi adventu Magnæ Matris Annibal
esset ab Italia longè pulsus; quod quidem
factum non præsentia mythici Numinis, sed
virtute Scipionis Maioris. Pompa ergo in
Urbem solemnissimè instructa. Matrone ac-
cepere* (infit Livius, d.) *Ea per manus suce-
dentes, deinceps alia alijs, omni effusâ civi-
tate obviam, thuribus ante ianuas positis,
atque accenso thure precantibus; ut volens
propitiaque Urbem Romam iniret: isque dies
festus fuit. Populus frequens dona in Pala-
tium tulit, lectiferniumque & ludi fuerit
Megalesia appellata. De ludis loquemur,
12. April. à n. 9. Floridè Ovid. d. à v. 341.
Exululant comites, furiosaque tibia flatur
Principumque dati Mater honoris habet.*

Pompa Ma-
gnæ Matris
Idææ.

Ovid.

Tom. I. Ephemer.

*Claudia præcedit lato celeberrima cultu:
Credita vix tandem teste pudica Dea.
Ipsa sedes plaustro, portæ est ingressa Capenæ.
Spargunt iunctæ flore recente boves.
Tunc claruit, quam Dijs acceptus Nasica.
Vir optimus Nasica Scipio iudicatus est* (ait
Solin. cap. 7. & Plin. 7. cap. 34.) *non pri-
vato tantum testimonio, sed totius Senatus
sacramento; quippe quod inventus dignior
non fuit, cui præcipua religionis crederetur
mysterium, cum Oraculum moneret arcessi
sacra Deum Matris Pefinuntia. Ridet Au-
gustin. 2. Civit. cap. 5.*

Nasica præ-
bita.

16 Ergo rideamus simul quid ex Phry-
gia Nasica acceperit, atque suis concivibus
vanitate tradiderit; cum illi continuis pro-
digijs seducti mutuo congauderent etiam
religione peregrinâ: *Quo anno Mater Deum
Romam advecta est, messem maiorem ea eta-
te; quam decem antecedentibus annis factam
esse, tradunt. Horat. 1. Epist. 12. v. 28. ac-
cinit:*

— Aurea seges

Italla pleno diffugit copia cornu.

*Plaudite saxum. Deam istam, hoc est, ingens
saxum in Ida, quam incolæ Deorum Matrem
vocabant. Prudent. in Peristeph. v. 3500.
vocat Nigellum lapidem. Describit Arnob. 6.
Adversus Gent. inquires: Sacra Matris Deum.
Allatum ex Phrygia nihil quidem aliud scri-
bitur missum Rege ab Attalo, nisi lapis qui-
dam non magnus, ferris manu hominis sine vl-
la impressione qui posset, coloris fævi atque
atri, angulis prominentibus inæqualis; &
quem omnes bodie ipso illo videmus in signo
oris loco positum, indolatum & asperum, &
simulacro faciem minus expressam simulatio-
ne præbentem. Briet. quod dudum pag. 71.
Devectus est (infit) Romam lapis ille sacer, de-
lapsus è cælo, quem incolæ dicebant Deam.
Idem invenitur apud Chartar. de Imagin.
pag. 143.*

Orat.

Simulacri
Magnæ Ma-
tris Lapis
niger.

17 Non ita stupidos nonnulli arbitra-
ti sunt Romanos, quod purum putum saxum
coluerint. Unde exponunt illum lapidem
fuisse concavum intra cuius claustra fuisse
imaginem de cælo lapsam, uti prius ha-
buere Vestam, quam Matrem Deorum et-
iam dicebant; de cuius artificio plura præ-
misimus, die 6. à n. 21. Sub eadem forma
prisca Mater Deum ab illis culta, dum Æ-
neas traxit secum è Roma Penates. Unde
Ovid. d. à v. 251. succinit.

*Cum Troiam Æneas Italos portavit in agros Ovid.
Est Dea sacriferas penè secuta rates.
Sed nondum satis Latio sua Numina posci
Senferat, assuetis substiteratque locis.*

Sub eius
concaitate
erat imago
cælestis.

Mater abest: Matrè iubeo Romane requiras:

Eccc

Cum

Cum veniet, casta est accipienda manu, &c.
Frequens in antiquitate usus includendi imagines spectabiles sub thecis figuram habentibus longè à pretiositate iconum latentium. Constat præter dicta, in Silenis Alcibiadis; de quibus Pier. Valer. lib. 6. cap. 14. & Rodigin. lib. 16. cap. 5. nosque, i r. Jul.

18 Decretum ergo Deastræ statim instante Naficâ, à toto Senatu templum; & interim quo extruebatur, simulacrum reposuerunt in æde Victoriæ in Palatio sita. Tit. Liv. d. Vives in 2. *Augustin.* cit. & Rosin. 2. cap. 4. Anno sequenti ædem ei propriam in Palatio locarunt M. Livius & C. Claudius Censores. *Per id ferè tempus* (subdit Liv. lib. 36. sect. 87.) *ædes Matris Magnæ Idææ dedicata est. Cornel. Nafica advectam ex Asia in Palatium à mari detulerat. Locaverant ædem faciendam ex S. C. & tredecim annis postquam locata erat, dedicavit eam Marc. Iunius Brutus.* Hæc ædes videtur facta ex donarijs populi: qua de causa splendor templi subsistebat, quotannis stipe à Sacerdotibus petita, ex quo cœpit Q. Cæcil. Metellus: signat Ovid. d. à v. 350.

Ex eleemosynis constructum.

Dic, inquam, parvâ cur stipe querat opes? Contulit es populus, de quo delubra Metellus Fecit, ait: danda mos stipsis inde manet, &c. Fiebant sodalitia in collectionem. Constant. hic ex Cicerone in *Caton.* Frequentabantur convivia, quibus apponebatur *Moretum*, hoc est, ferculum in quo placenta rustica, ex herbis, caseo & lacte confecta. Paul. Marf. Tunc etiam Deastræ fiebat Lectisternium, quod nihil aliud quàm mensa opipara (uti apud Persas, *Cœna Ticta*, de qua 4. *Ianuar.* n. 15.) coram simulacris, quorum Numen colebatur. De Lectisternijs diximus in *Prolog. Galeat.* §. 7. n. 3. & quibus instruebantur: fusiùs 13. *Novembr.* in *Epulo Iovis.* Magnæ Matri erat quintum in ordine. Videtis dicta, 18. *Februar.* n. 14. Fiebat itaque in templo, ideoque dicebatur Convivium sacrum, ordinatis pulvinaribus Dijs quasi cubaturis & epulaturis. *Halicarnass. lib. 2. Antiq. Roman.* n. 12. *Gyrald. Syntagm.* 17. n. 52. *Rosin. 4. cap. 15.* & *Stuck. de Sacrif. Gentil.* cap. 115.

Quid moretur in convivijs Magnæ Matri?

Ei Lectisternium

19 Scitè exponit Ioann. Hemelar. in *Numism. aur. Tabul.* 13. præmissò Vestæ templo, exhibet duas sellas Curules cum corona laurea: simulque mensam, & lectulum cum fulmine superposito; & siccine Icones interpretatur: *Hæc due sella designant honorem Lectisternio publico habitum, quod fiebat in templo hoc ritu. Instruebatur Dijs epulum & mensa. Iovis Capitolini statua in frato superbè lecto accumbentis ritu reclina-*

batur. Alijs Dijs vel Deabus maxime, sedes posite erant in quibus excipiebantur, ut matronæ Romanæ accumbere solent. Tum tota urbe convivia publicè fiebant, ad qua promiscuo omnium rerum usu in propatulo posito, ignotique passim advena humaniter excipiebantur, & cum inimicis quoque gratiam usque fiebat reconciliatio, ac vinciti omnes nexu & catenis solvebantur: eaque latitia & festivitas per plusculos dies celebrabatur. Eadem inscriptio habet Iovis fulmen & pulvinar eius, sive lectulum, Lectisternio celebrato, in Capitolio ei positum, & in summo ramulum palmæ. Aneas Vicus signat Sellam Iovi sacram cum galea imposita, & aliorum Deorum effigies sellis stratis sedentium. Sunt qui hoc symbolo Clementiam Principis significari autem: fortè quòd fulmen, supremi imperij telum, in molli thorulo reclinetur: idest, Clementia austeritas succumbat. Hæc Hemelar.

20 Haud aliter convivia parabantur in Lectisternio Deorum Matris, ut vidimus ex Ovidio, Constantio & Marfo. Cur si Matri Deorum Lectisternium parabatur, totus apparatus in templo Iovis Capitolini; dicit Valer. Maxim. 2. cap. 1. n. 2. ex quò 13. *Novembr.* De huiusmodi epulis & Deorum per convivia cultu, loquuntur Eustachius in 1. *Iliad. Homer.* & Athen. lib. 8. n. 3. ex quibus addit *Stuck. d. cap. 115. Antiqui, hominum cupiditatem, qua vehebantur præcipites in voluptates, ut coercere ac refrenare possent; certa tempora & festa & sacrificia ante epulas instituerunt, ipsosque Deos humanâ specie atque formâ præditos, ad primitias atque libamina venire finxerunt: quo nimirum homines, illorum præsentia moti, tantò magis sibi ab intemperantia ac lascivia abessent, & magna cum modestia, verecundia atque sobrietate illas sacrorum atque convivorum festivitates obirent. Intuitus, modò ita esset, profectò bonus; sed longè planè convivorum sacrorum exitus; igitur in illis lascivia celebrabatur cum ebrietate effrenis, & luxus fastusque ad æmulationem Divùm extendebat hominum infana vanitas, ut contigit Augusto, utente fortunæ insolentiâ, quasi esset Iupiter novus. Cœna quoque eius (in eo, cap. 70. ait Sueton.) secretior in fabulis fuit; qua vulgò Dodecatheos vocabatur: in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas; & ipsum pro Apolline ornatum. Exprobratum, & sine auctore notissimi versus:*

Clementia præstantia.

Cur instituta convivia in Deorum sacris?

Augusti arrogantia, & impia.

Impia dum Phœbi Caesar mendacia ludit, Dum nova Divorum cœnat adulteria; Omnia se à terris tunc Numina declinant.

Sueton.

21 Dea itaque Cybela, seu Matri Divum dicati Iudi dicti Megalesia, quæ festa etiam à pluribus hoccinè signantur die; de quibus latè die 12. April. Præter alias Imagines alijs in diebus obiectis de Vesta, quæ quoque Idæa & Cybele; Albricus n. 12. inquit: *Cybele dicta Terra Mater Deorum; quam & Deos genuisse dixerunt & gigantes: cui antiqui Philosophi talem imaginem depinxerunt. Erat ergo virgo femina in curru sedens, lapidibus pretiosis, & metallorum diversorum varietate vestita: Pingitur iuxta eam in curru Attyis puer nudus, quem illa amasse dicitur, &c.* In Achaia sacerdotiam mulieri decernitur, quo statim recepto (inquit Pausan. cap. 233.) vitam illa agit castitatem omne ætatis reliquum tempus. Taurini sanguinis haustu periculum faciunt, quo illa epoto, si legi fraudem fecerit, statim flagitium morte luere.

22 Ad huiusce Deæ ampliorem cultum institutum adorantium sodalium, post primam Cybeles pompam, quam quotannis maiore impudentià hilares prosequantur. *Veris initio* (inquit Volaterran. d.) *stato solemnique die, quem Megalesia vocant, Romani pompam Matri Deum celebrant, prælatà divitiarum pompâ magnâ: permissumque cuique, personas eod. die induere, quas cuique libitum, & ante simulacrum huius Deæ ludere.* Ita in cultum lascivix plurimi initiabantur ritu impudico, de quo ex Clement. Alexandr. in *Protreptic.* cap. 3. dicemus, 18. Septembr. n. 10. etenim quæ in Orgijs Bacchi, inquit Clemens: *Hæc mystica sacra peragunt Phryges Attydi & Cybela & Corybantibus.* Hæc execranda sacra instituit per totam Phrygiam Idæus Deucalionis filius. *Condito Matri Deum templo, mysteria & sacra instituit, quæ ad hæc usque tempora durant:* subdit Halicarnass. 1. n. 30. Etiam post illud temporis spatium, ut patet ex Tertuliano, Carm. in *Senator.* A monte enim Ida ubi fanum & à structore illa dicta *Mater Idæa.* Huiusmodi superstitio in alias nationes suggerente dæmone, serpsit. De Germanis præmissimus 24. Februar. n. 14. A Romanis hæc festa dicebantur *Græca sacra.* Ad diem 11. n. 4. Sed aptius *Ferix Stultorum;* de quibus, 17. Februar. n. 11. & 18. n. 14. Nos signamus *Bacchanalia,* & Matris Idææ *Hilaria,* quia quando illius simulacrum veheretur, erat Hilaritas, quasi adventu & discessu lætitiâ mœroremque pareret. Smet. in *Fasor. gloss.* Assipulatur Volaterran. d. *Videre igitur licet has esse personas, quas nostri seculi pestilentia non uno die nec sacrorum, aut comœdia tantum causâ, sed duos*

Tom. I. Ephemera.

continuos menses per Ferias Stultorum permittit; sub quibus inveterata passim licentia, cuique licet scelerato esse, omnique libidinis exemplo uti. De alijs ritibus maximè in illius simulacri lavacro, die 31. à n. 3.

23 Ann. M. C. 2871. iuxta Briet. Æneas emenso mari Ægæo Siciliam appulit, hoc in die 5. Kal. April. pervenisse; asserit Plutarch. de *Dieb.* quem sequuntur Salas & Prado in *Parerg.* in vere factum refert Halicarnass. 1. n. 31. *Sequenti anno* (ait) *qui ab urbe capta fuit primus, circa æquinoctium autumnale Trolani solventes à terra, Hellepontum trajecit, delatique in Thraciam, exegerant ibi hyemem* (Vid. 17. Septembr. n. 12.) *colligentes profugos, & futuræ navigationi sese apparantes. Ex Tracia verò primo vere profecti, emensi sunt medium spatium usque in Siciliam: in eius portu manserunt usque ad eius anni exitum; ubi etiam altera hyems exacta est.* Ibi tunc mortuus Anchises, filij pietate, quam suâ virtute clarior, iustaque eius Æneas solvit etiam ludis aliisque honoribus, quos fingit Virgilius & dilucidant Commentatores in 3. *Æneid.* à v. 707. Ibi templum Veneri erectit. *Templum nempe Veneris & sacellum Æneæ* (inquit Ludov. Nonn. Tabul. 5. in *Græc. Goltz.*) *prope parvum theatrum, in quo visebatur parva statua priscti operis, huius Heroi consecrata; cui quotannis Sacerdotes victimas offerebant, quas illi Amphipolos vocabant.* Ad diem 23. à num. 5. & Halicarnass. 1. n. 76.

24 Eodem die Ann. V. C. 659. triumphus M. Atilij Reguli de Volsonibus & Sannicibus. Modius de *Triumphis,* & Goltz. in *Fest.* pag. 74. de illo & illius doribus constantiaque virtutis, diximus 23. *Januar.* n. 9. & 25. n. 11. Item hoc die funus Corvi saluatoris signatur à Plinio, quem sequitur Bucelinus. *M. Servilio, & C. Cestio Gosi. ad V. Kal. April.* funus Corvi. Vide postridie n. 20. etiam Bucelinus indicat sacra Iano & Concordiæ. Dicemus die 30. à n. 9.

25 Inter Græcos sacra Laodamiæ. Daretus 5. de *Bell. Troian.* Hæc sacra vera sed falsa fabulâ, de qua Palæophili passim. Hæc Heroïna, cum vir eius Troix sub mœnibus cecidisset Proteusilaus Hectoris lanceâ; tanto amore vel mortuum profecuta est, ut superstes esse noluerit: sed antequàm sibi mortem conscisceret, petijt in solatium à Dijs, ut umbram occisi videret. Ovid. *Epist.* 10. Diocles in *Rebus fabulos.* ac Possidon. Idem sed aliter refert Hygin. *Fab.* 103. & 104. *Laodamia cum andisset* (inquit) *Protesilaum perisse; sens petijt à Dijs, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret. Quo impetrato, à*

Æneas Siciliam appellit.

Obit Anchises.

Status Æneæ in Veneris templo.

Triumphus M. Atilij Reguli.

Corvus saluator.

Sacra Laodamiæ.

Protesilaus revixit.

Mercurio redactus, tres horas cum eo collo-
cuta est. Quare iterum eum obiisset Protefi-
laus; dolorem Laodamia pati non potuit, nec
fletum. Itaque fecit simulacrum areum si-
mile Protefilai coniugis, & in thalamis po-
suit, sub simulatione sacrorum, & eum cole-
re cepit: quod cum famulus matutino tem-
pore poma vera attulisset ad sacrificium; per-
rimam aspexit, viditque eam ab amplexu
Protefilai simulacrum tenentem, atque oscu-
lantem; astimans eam adulterium facere,
Acasto patri nunciavit: qui cum venisset,
& in thalamos irrupisset; vidit effigiem Pro-
tefilai: & ne diutius torqueretur iussit si-
gnum & sacra, pyrâ factâ, comburi: quod se
Laodamia dolorem non sustinens, immisit,
atque usta est. Agendum etiam, 3. Novembr.
de Protefilao.

26 In Epiro statua erecta Gorgiæ, à pa-
tria Epirota dictus, ad differentiam Leonti-
ni Gorgiæ (de quo 21. Februar. n. 9.) Dio-
nyf. Gothofred. in Leg. 2. liter. E. Meminit
Quintilian. lib. 9. Mira narrantur de eius
fortitudine, ita ut novus Hercules diceret-
tur: de quo Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8. n. 5.
Gorgiæ Epirota (ait) fortis viri clara (pro-
rara) fuit origo: qui in funere matris utero
elapsus, inopinato vagitu suo lectum ferentes
consistere coegit, novumque spectaculum pa-
triae præbuit, ex ipso genitricis rogo lucem
& cunas affecutus: eodem enim momento
temporis, altera iam fato functa, parit: alter
antè elatus, quàm natus est. Mortuâ genitri-
ce sæpe visum, foetum edi in lucem; sed ex-
so utero, quapropter Cæsares dicti, & pri-
mus Scipio Africanus, ut ait Plin. 7. cap. 9.
& nos die 26. n. 15. Etiam dicebantur Cæso-
nes. Tertullian. de Anima, cap. 25. Possu-
mus (inquit) illos recogitare, qui execto ma-
tris utero, vivi aërem hausere. Verùm quòd
foetus mortuâ matre, per se egrediatur ex
utero, iurè dicitur rara nativitas; sicut econ-
trâ infantem natum reverti in genitricis
uterum, sicuti refertur à Plin. d. cap. 3. in
bello Saguntino, quo ab Annibale deleta ci-
vitate. Sed non credendum. Videtis dicta
Tom. 6. T. 9. n. 14. Numa ut ait Ovid. 3. Fa-
stor. v. 153. accinit:

Ovid. — Hoc à Samio doctus, qui posse renasci,
Nos patat.

Et Horat. Carm. secular. v. 10. Aliusque &
idem nasceris. Denique Senec. Epist. 192. In
alium naturæ sumitur partum.

27 Hoc demùm die inter Ægyptios sa-
era fontium (ut apud Romanos Fontinalia;
à quibus ut ait Kirch. in Pantb. Hebr. sum-
pta superstitio, eò quòd ex aque haustu sæ-
pe eliciebatur vaticinium à fanaticis) Ari-

fid. Rhetor. At Iamblicus de Myster. Ægy-
ptior. haud in Ægypto signat, sed in Acha-
ia. Colophon (inquit) subterraneum esse lo-
cum, in quo fons erat, de quo Sacerdos statis
noctibus, sacris operatus gustabat, reddeba-
turque invisibilis, & consulentibus responsa
dabat. Meminit huius ritus & vanitatis Vi-
ves in 7. Civit. August. cap. 35.

DIES XXIX. MARTIJ.

1 **G**Rad. 9. Arietis, in quo Scor-
pius occidit, & Septentrio stat
pluvius. Ptol. Cervix Corvi oritur vesperè.
Altedius, Uranometr. In huius stationis ho-
roscopto qui nati, perfidi erunt & irreligiosi,
ac prima atate morientur varijs vitiis
valetudinibus. Iul. Firmic. In hoc gradu Lu-
cida Arietis oritur. R. Avenar. Ideo rutilat
magis, quia obscuriores aliz. Unde Ger-
man. Cæl. in Phænom. Arat. n. 16.
Clarave non illi est facies, nec sidera possunt;
Officiat si Luna suâ virtute nitere:
Sed querendus erit Zona ratione micantis.
De influxu vid. postridiè. Vir capite nudus;
cetera vestitus, lava gladium tenens. Sphær.
Arabic.

2 Deflagratio urbis Iericho. Serar. in
6. Iosue, quæst. 31. Cuncta post devastatio-
nem tradita sunt igni: sicque die postero post
pauculas diei horas incensa undique & con-
cremata. Idem ibid. Deinde in auri, argen-
ti aliorumque metallorum collectione, & in
castra exportatione reliquum temporis con-
sumptum. Tunc Achan pallium coccineum,
regulam auream & 200. siclos argenti sub-
ripuit, & in terra contra suum tabernacu-
lum abscondit: de quo 2. April. n. 3. & 3. n. 2.
Urbs trucidatis repleta, postremò incensa rogè
defunctis præbuit, in agros quoque pari se-
viente incendio. Reliquias autem urbis, que
incendio supererant, ferro Iesus diruit. E di-
reptione ingens vis argenti ac auri, atque
etiam aris in unum acervum est redacta, ne-
mine edictum non observante, aut sibi præ-
dam querente. Eas manubias Iesus sacerdo-
tibus in thesauros reponendas tradidit. Io-
seph. 5. Antiquit. cap. 1. Pluvia serotina pe-
titur à Domino in terra promissionis à to-
to Israël, inter utramque messem, quæ terræ
commodissima. Genebr. ex Zachar. 10. 1. In
Iudæa à Luna Aprilis usque in Lunam Se-
ptembris non pluere. Hieronym. in Amos 4.
7. In his locis (inquit) in quibus nunc degi-
mus, præter parvos fontes omnes cisternarum
aqua sunt: & si imbres divina ira suspen-
derit; matus sitis, quàm famis periculum est.

Adi

Gorgiæ Epi-
rota statua.Eius rara
nativitas.Falsum, in
lucem edi-
tum, in ute-
rum matris
posse regre-
di.

Ovid.

Sacra fon-
tium.

IV. K.

Lucida A-
rietis.

Germ. Cæl.

Iericho in-
cenditur.Prævarica-
tur Achan.Pluvia se-
rotina.

Adi Sanct. hic n. 38. *Terra enim ad quam ingrederis, non est sicut terra Egypti (alloquitur Moyses Israël, Deuter. 11. 10.) ubi facta semine in hortorum morem aquæ dicuntur irrigue; sed montuosa est & campestris, de cælo expectans pluvias, quam Dominus Deus tuus semper invisit à principio anni usque ad finem eius, &c.*

Lapsus David.

3 Lapsus David. R. Abrahami: fusè 2. Reg. 11. Briet. Ann. 2998. Adrichom. Ann. 2901. & Ioseph. 7. Antiq. cap. 7. Anno seq. eodem die expugnavit Rabbath. Ioab gloriæ Regis sollicitior, quam suæ, eum evocavit in castra. Rex adventu tantam alacritatem militi addidit, ut statim civitas debellaretur. Savitum in Ammonitas, divini & humani iuris violatores exquisitis supplicijs; dum alij carpentis ferratis contriti, alij in laterum fornaces iniekti. Prædæ ibidem quoque allata incredibilis copia, ex qua sepositum idoli Melchom diadema 125. librarum, seu unius talenti, ex auro & gemmis. Ex eo conflata Davidis corona; ut quod fuerat superstitionis insigne, fieret ornamentum legitimæ potestatis. Briet. d. ann. seq. *Urbem captam (inquit Ioseph. d.) militi diripiendam permisit: ipse vero ex prada nactus est Ammonitarum Regis auream coronam, talentum pendentem & pretioso sardoniche insignem: quam postea capite gestare solebat.* Quomodo exponendum, videsis apud Sanct. in 2. Reg. 1. 2. 30. Alap. Maluend. Caietan. & Abulenf. Tunc super filios Ammon constituit pro Hanon, Regem, fratrem eius Sobi, qui gratus respondit fugitivo David, præbens utensilia & cibaria, dum esset in Manaim, uti dicemus, 11. Iun. n. 4. ex 2. Reg. 17. 27. & Rabbin. apud Hieronym. hic, in Tradition.

Capitur Rabbath.

Coronæ Melchom.

4 Tempore famis per septem annos, de qua 26. Septembr. misertus homo. pius angusti victus filiorum Prophetarum, quos secum in instructionem habebat Eliseus, huic attulit 20. panes hordeaceos, qui dicuntur panes primitiarum, quoniam recenter messis seges; & frumentum novum: in pera sua: idest, spicas virides, seu granâ tritici in folliculis spicarum; ex quibus tollis fiebat polenta apud Hebræos: quæ iuxta R. Salomonem in 1. Reg. 17. 17. nil aliud est, nisi farina ex spicis plenis virentibus; quæ postquam exsiccata sunt, torrentur in furno: Oblationem, ut vidit Eliseus dare iussit in refectio-nem præfatis pueris. Minister annonæ expavit, dixitque: Quantum est hoc; ut apponam centum viris? Apposuit & iuxta verbum Elisei, postquam saturati sunt, non exigua superfuere reliqua. Reucl. ex 4. Reg. 4. 242.

Eliseus multiplicat panes.

Quid sit polenta?

5 Triennio ab huiusmodi miraculo, cum in scelera magis ac magis laboretur ex instantiâ Athaliæ, uxoris eius, Ioram Rex Iuda, ut nec Ierusalem, ubi templum Domini, exempta esset idollis, uti dicitur, 2. Paralip. à 10. Edom recessit à regno ac Regibus Iuda, sicut & Lobna, civitas munitissima iuxta Philisthijm, in tribu Dan (cui Adrichomius signet in Iuda, n. 176.) vel ut Satrapie Geth iungeretur, vel ut Respublica regeretur; quam posterioribus temporibus expugnavit Sennacherib, 4. Reg. 19. 8. Edom sibi tunc Regem constituit: causaque indicatur à Rab. David, in Amos, 2. scilicet, Regem Idumææ, qui cum Iosaphat processerat in Moabitas, indignatum fuisse, ex eo quod cum Mesa, Rex Moab, ceperit aliquâ prælij velitatione, vel secum haberet obsidem filium Regis Edom; ut liberaretur ab obsidione, vel commotus in patrem, auxiliantem Regibus Hebræorum; primogenitum Idumææ Regis in muro iugulaverit. *Fait indignatio magna (ait) super Israel Regis Idumææ, & contra Israel ab illo die in posterum, eò quod combussisset Rex Moab filium Regis Edom in bello, in quo socius erat Israel.* Hinc loc. cit. Amos, dicitur, v. 1. *Eò quod incenderit ossa Regis Idumææ usque ad cinerem.*

Idumæa recedit à subiectione Regum Iuda, & Regem sibi constituit.

Filius eius iugulatur & ussus à Rege Moab.

6 Hoc planè Rabbinicum, cum constet ex sacro textu primogenitum suum, non Regis Idumææ in muro immolatum post iugulum à Mesa, Rege Moab, 4. Reg. 3. 27. Deinde: quia non filius Regis Edom, sed ipsum Regem exhumatum fuisse; ut dicitur Amos d. & hoc factum à Moabitis, asserunt Hebræi; quia cum clam consuleretur Rex Edom à Mesa, quo pacto liberaretur ab obsidione, præfatum consilium suggessit: quapropter cum post ad manum vivus haberi non posset; sepultus exhumatus fuit, ossaque eius in cinerem redacta, à Moabitis, quia sine successore ex Mesa inventi sunt, dato & accepto consilio Regis Edom, de sacrificio pueri, ut recederent à muro filij Israël. Adi Alap. Paul. Burgens. Lyran. Sanct. Riberamque in cit. loc. Amos. Tornicell. Ann. 3139. num. 6. huiusmodi odium aptius attribuit indignationi Regis Moab, eò quod cum exiret è Kir-hareseth cum septingentis viris, ut fugeret; à Rege Edom, vicino & pridem amico, præclusus sit exitus. Propterea odio in Idumæam flagrans, cum de vivente ulcisci non valeret; datâ occasione in fato functum sevirè haudquaquam erubuit: rabie enim percussus, cadaver illius furtim sublatum in cinerem reduxit. Sanctius, d. 2. 4. autumat post de Idumæa victorem Regem

Exhumatur à Rege illo cadaver Idumææ Regis, & quæret.

gem Moab, in ludibrium exhumasse ac combussisse cadaver Regis Idumæ.

7 Recessit ergo Idumæa à Rege Iuda Ioram impio, crudeli, & nequam, ac sibi civem constituit Regem, quem semper habuit in posterum, excutiens iugum; quod prædixerat Isaac, *Genes. 27. 40. Vives in gladio, fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excutias & solvas iugum eius de cervicibus tuis: ut diximus, 23. Ianuar. num. 1.* Nec cæspites, quia cum Princeps Idumæa comes esset Israël adversus Moabitas, dicitur Rex: *4. Reg. 3. 9.* igitur, ut observat hic Caietan. *Erat Rex quidem officio, quanvis non titulo.* In diebus itaque Ioram sumpsit sibi titulum Regis: *ibid. 8. v. 21. & 2. Paralip. 21. 8.* Statim, ut defectionem Ioram rescivit; abiens in Seir, vicit quidem valide resistere aulos; sed levi accepto damno, in speluncas & silvas Idumæi se receperunt metu gravioris cladis: verum recedente in Ierusalem Ioram, tentata perferunt, regemque habuerunt deinceps. Unde supr. Comestor, hic, *cap. 13. & Ioseph. 9. Antiq. cap. 2.* Post addidit Ioram sceleribus scelera, & fratres suos filios Iosaphat interfecit, & perfundedit Religionem; in cuius execrationem accepit epistolam ab Elia è paradiso, ut videbimus, *24. Decembr. n. 2.* Iam ex multo tempore iugum excutere meditabantur Idumæi: quandoquidem (etsi sub regno Iosaphat, iustissimi & pii) alienigenis in auxilium contra Iudam sociabantur. Quo utique intelligitur illud *2. Paralip. 20. 1.* ubi: *Congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis.* Quinam, si Ammonite in exercitu, hi Ammonitæ geminati? Sunt de Idumæis, actu socijs Ammonitarum, cum quibus insurrexerunt adversus Iosaphat. Ad rem Hieronym. hic, in *Tradition.* subdit: *Idumæi ob reverentiam fraterni nominis nolebant in pristino habitu arma movere contra Israel, sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum.*

8 Anno Christi 34. suscipitur à civibus Ierosolymitanis cum pompa & plausu, fausta illi deprecantibus, quasi signantibus palmis triumpham futurum. Reusner. & Giffland. Iam actum, die 20. 8. *Pompa Christi regia Ierosolymas intrantis, eiusque pernoctatio in Bethania.* Reusner. De huiusmodi articulo & die discordes sunt AA. Tertullianus, Torniellus, Beuther, & Alva: sequimur (misso Beyertinck) probabiliora. Iuxta sententiam Alapid. peracto itinere triduo à Nazareth, Virgo Maria hac die exivit è Ierosolymis in domum Zachariæ; Elisabethque visitavit Verbo divino plena.

9 Romæ Sacra *Æternitati.* De sacris inter Ægyptios cum imaginibus, diximus *20. Ianuar. à n. 17. fusè.* In præsentiarum duntaxat addi possunt imagines aliæ Æternitatis. Pingebatur scemina pulcherrima & facie & cultu in curru Circense; habitu Deæ Cybeles, turrato capite, clavem lavæ gestans; dextrâ crotalum seu sistrum, cuius pilentum vehebatur à leonibus, alijsque insignibus proprijs genitricis Deorum; de quibus diebus præcedentibus egimus, ex Chartario & Albrico. Ei dicatum templum in cuius porticu erat statua hastata, sed hastâ purâ. Hemelar. *Aureor. numism. Tab. 41.* Etiam hoc in die sacra *Amicitia & Fides.* De Fide suo loco agendum, *5. Jun. De Amicitia,* aliquid præmissimus, *20. Ianuar. n. 16.* Eius imago dextrâ iunctâ super quas cor unum, & epigraphe: *Fides, Amor:* hic medius sistitur inter Honorem & Veritatem, de quo emblemate dicendum loc. cit.

10 Ita ergo laudata amicitia Damonis & Pythiæ, ut ait Cicero de *Offic. lib. 3.* Damon & Pythias Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt; ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque interficiendus tempus peteret; ut res suas domum profectus, ordinaret; alter vadem se pro amici reditu, dedit in vincula. Solutus erat periculo mortis, qui collum securi subiectum habuerat, & amicus qui securâ vitâ fruebarur securi cervices subdidit. Manente in vinculis ad propria amicus recessit, cunctis expectantibus, & tyranno maxime, exitum ancipiti articulo; sed appropinquante supplicij definita die, nec ullo redeunte, unusquisque stultitiæ tam temerarium sponsores damnabat: at nihil se de amici constantia metuere prædicabat sponsores. Vinculatus duci iubetur; sed eodem momento & horâ à Dionysio constitutâ, qui eam acceperat, supervenit. Admiratus amborum animum tyrannus, supplicium remisit propter eximiam utriusque fidem: insuperque eos rogavit, ut se in societatem amicitie tertium admitterent; sodalitijs gradum intimâ culturum benevolentia. Notat hæc Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 7.* Methodus est Platonicæ scholæ, & Socraticæ disciplina: *Amor amantibus efficit* (ait Rhodigin. *23. cap. 4.*) *animi cultum: quin etiam pro altero morti. Amicitiam verò cum duorum consensu ad capeffendum animi cultum connitatur; nil esse aliud proutnd, quàm duorum animorum summam evigilantemque concordiam. Unde trium coaritur benevolentia, quando hominibus duobus ita affectis tertius accedit amator*

Ætologia.

Idumæi habitus hostiis sumebant in bello contra Israel.

Christi gesta.

Sacra Æternitatis.

Imagines.

Sacra Fidei & Amicitie.

Imagines.

Amicitia Damonis & Pythiæ.

Quid sit Amicitia.

tor qui amicitie Indissolubilis est nodus cu-
stosque perpetuus. Nomina Damonis & Py-
thia in Moerum & Selinuntium, non Diony-
sio, sed tyranno Phalari, mutat Hyginus,
fabul. 257. ut videtis.

11 Placuit Laurentio Hæchtano metri-
cè utriusque describere tractum in *Micro-
cosm.* Emblem. 56.

*Carceribus Damon miser est inclusus acerbis,
Evinctus geminas ad sua terga manus.*

*Consensu Regis patriam remeare petiit,
Disponat rectè rebus ut ipse suis.*

Hæchtan.

*Ecce subit Pythias (quo charum solvat amicū)
Carceris interea vincula dura gravis.*

*Tempus adest, lueret pro fido morte sodali,
Ducitur ad mortis (res miseranda) locum.*

*Interea Damon rediens, ait, optimè iudex,
Hunc dimitte virum, me rape, meque neca.*

*Protinus admirans iudex dimisit utrumque,
Atque inter socios tertius esse cupit.*

12 Nulla inter Græcos Amicitia figu-
ra; sed inter Latinos planè ingeniosa. Ami-
cicia exprimebatur iuvenis forma, detecto
capite, tunicà rudī, in cuius fimbria erat
scriptum: *Mors, Vita.* In fronte: *Æstas &
Hyems.* Habebat latus apertum usque ad
cor, & brachium inclinatum, digito cor
ostendens fulgore plenum; ibique scriptum:
Longè & propè; ac super illum corona. Cau-
sin. lib. 2. n. 11. Dionys. Lebeum-Batili-
us, Emblem. 63, & Hæcht. præfat. Emblem.
55. ubi succinit:

*Roma erecta fuit Iuvenis florentis imago,
Vestimenta ferens viridi depicta colore;*

*Nomine Amicitie referens: qua semper eundè
Invariata suum novit retinere vigorem.*

*Fronte tenebat Hyems, Æstaque, notantia
veros*

*Adversis simul, & latis in rebus amicos.
In medio hac duo verba Procul propè pectus*

habebat;

*Quo simul absentis notat & presentis amorè.
Quòd Mors Vita stetit vestis sub margine*

scripta;

*Signant amicitiam nunquàm succumbere
morti,*

*Verùm perpetuum vitæ servare tenorem;
Tempore quisque suum duro cognoscit ami-
cum.*

13 In ea pictura suberat explicatio (in-
fit Greg. Gyrald. Syntagm. 1. n. 87. quem
sequitur Causin. d.) *Forma iuvenilis indicat
amicitiam semper florentem, nullàque tem-
poris diuturnitate resescentem. Nudum ca-
pit, ut omnibus pateat, & amicus nullo un-
quàm tempore amicum publicè suum fateri
erubescat. Rude autem indumentum ostendit,
quòd amicus nulla ardua, extremamque ino-*

Probatio
series ami-
ci.

*piam pro amico subire recusat. Vita & Mors
in vestimento scripta, quòd qui verè diligit,
usque in mortem amat. Æstas & Hyems,
quia & in prosperis & in adversis equè ami-
citiã servat. Longè & propè, quia vera ami-
citiã nullo tempore aboletur, nec locorum in-
tercapedine disiungitur.*

*Exemploque monet, tales nos querere amicos, Idem.
Quos neque disiungat fœdere summa dies.*

*Fufius eodem sensu zigma atque antithe-
ses exsolvit, quò dudùm Dionysius. Non de-
bet esse defultoria amicitia. Amicus certus
in te incerta cernitur. Distantia haud pendet
à locis, sed à cordibus. Non est amor; &
errat, si finem querit amans. Parvus, modò
circino vitalitatis: finis eius nec in fine.
Oth. Vznus. Amor. Emblem. 124.*

*Serò probatur amor, qui morte probatur: Oth. Vzn,
Et Mors solliciti finis amoris erit.*

*Omnia cum rapiat mors non extingit amorè:
Antiquus necdùm pectore cessit amor.*

*Ita hyperbolicè de Amicitia decantat Ovid. Amicitia ul-
tra mortem.
Epist. 18. v. 206--23. vers. 48. & Iaochim.
Camerar. lib. 1. Emblem. 31.*

14 Etiam per hieroglyphica Amicitia
à multis expressa. Pier. Valerian. lib. 54.
cap. 32. inquit: *Amicitia modis plurimis hierogly-
phicè pingi sculptique potest, in Punica
cum myrto: amant enim se invicem. Imò (ut
observat Mattheolus in Dioscorid. lib. 1.
cap. 117.) ad Punicorum feracitatem, myr-
tus iuxta serenda est. Ideoque mutus earum
insitio mirificè fecundat. Si quis igitur fru-
ctiferam amicitiam Aegyptiorum in morem
scribere voluerit; aptè coronam myrteam
malis Punicis ornatam faciet: corona enim
ipsius forma, amicitiam qua quis mutuo de-
vinctus est, poma illa fructum & utilitatem
inde susceptam, indicabunt. Non alio intui-
tu quàm in concordia animorum signum,
redimiri myrto Sylla iussit commilitones,
in triumphum (ut in eo refert Plutarch.) ac
in Ludis sic sedere. Cum Concordia eius
collocata imago, uti diximus die 2. n. 22. &
20. Februar. n. 18. De fœdere Nasamonum
in amicitiam, diximus, 22. Februar. n. 17.*

15 Ampliorem plausum à Romanis me-
ruit (præstigijs circulatoris dæmonis) trans-
latio Penatium Deorum cum Vesta igneque
sacro à Lavinio in Albam-Longam; de qua
Plutarch. in *Dieb.* & etiam libell. de *Liber-
tat. Thebar.* Adduxit Ascanius in Albam ex
Lavinio, sed tota sacra supellex spontè La-
vinium per aera regressa. Fuit *Vestalibus*
(inquit Alexand. Neapolitan. 5. cap. 12.)
*ignis perpetuus in penetralibus sacris & pe-
na Vestæ velut sanctiore recessu conditus; in
quo Palladium & Dij Penates Troia advecti,
fata-*

Paladij re-
gressus in
pristinū lo-
cum & ady-
tum.

fatale pignus imperij colebatur: ad quod nulli hominum nisi Vestalibus & Pontificibus adire fas erat. Qui quidem Dij fuere duo iuvenes veteris artis & opere parvis imagniculis sedentes (Adi 31. Ianuar. à n. 1.) & militari more pila tenentes. Tamen Palaadium ab Ænea advectum, nonnulli Apollinem & Neptunum ferant (ut Macrobr. 3. Saturnal. cap. 4.) alij Troianam Palladem Romæ & Lavinij demonstrari tradunt; quia ab Ænea in Italiam allati, Lavinij manserunt primum: mox ab Iulo in Albam, à se conditam translato, pristinam Lavinij sedem suam sponte repetisse dicunt. Sumpsit à Strabone, lib. 6. n. 70. quem etiam secutus in articulo Valer. Maximus. Referam (ait lib. 1. cap. 8. n. 9.) quod suo seculo cognitum manavit ad posterum, Penates Deos Æneam Troià advectos Lavinij collocasse: inde ab Ascanio filio eius, Albam quam ipse condiderat, translato, pristinum sacrarium repetisse: & quia id humanam manu factum existimari poterat; relatos Albam, voluntatem suam altero transitu significasse. Nec me præterit de motu & voce Deorum immortalium humanis oculis auribusque percepta, quam in ancipiti opinione æstimatio versetur. Lavinij sacer est lucus magnus & opacus, iuxtaque eum (ait Ælian. 11. de Histor. Animal. cap. 16.) ades Iunonis Argolidis. In eo latibulum est amplum ac profundum draconis cuivile. In lucum quotannis virgines certis diebus ingrediuntur; que mazam gestant manibus, oculos fascijs devincta: eas rectè ad latibulum divinus quidam spiritus deducit. Progre-diuntur illæ sensim ac pedetentim sine offensione, ac si detectis oculis viderent: quod si virgines fuerint; cibos tanquam puros, & Deo gratæ animanti convenientes, admittit draco: sin minus, non attingit; corruptas esse intelligens, ac divinans, &c.

16 Halicarnass. lib. 1. à n. 33. refert Albe-Longæ edificationem ab Ascanio, subditque: Dum autem conderetur, accidisse ferunt mirum prodigium: nam cum Penatibus quos Æneas à Troia advectos, Lavinij collocaverat, templum extructum esset cum adyto & delubra Lavinio translata, in intimum templum recondita; sequenti nocte clausis ut cum maximè foribus, & inviolatis tecto simul atque parietibus, sponte sua simulacra in pristinas bases transisse, reperta sunt: denuòque Lavinio transportata cum votis & sacrificiorum placationibus; in eundem locum rursus reversa sunt. Dubitatum est diù, quidnam factu opus esset; cum neque sine Dijs Patrijs habitandum censerent, neque in semel relictas sedes remigrandum: tandem

placuit sententia, quæ & religioni Deorum & utilitati hominum satis faceret. Visum enim est, simulacra suo loco sinere, & viros qui sacrorum curam gerant ex Alba ad Lavinium habitandum reducere, &c. Hæc prodigia etiam Augustinus refert; & factum dicit sed verè, demonum operationibus, sicut & alia, de quibus egimus, 20. Ianuar. n. 13-13. Februar. n. 2. ac pridie, n. 14. Vi ac potestate eorum fieri satis evidenter apparet; ut est, quod effigies Deorum Penatum, quos de Troia Æneas fugiens advexit, de loco in locum migrasse referuntur. Ita Augustin. 10. Civitat. cap. 16. Plura de Palladio dicemus, 15. Iun. Qua fraude ac dolo commendatum, Prolog. galeat. §. 8. n. 12. Ubi cecidit de Cælo; Isag. Octobr. n. 27. Quomodo ab Ulysse raptum; Isag. Septembr. n. 31. Unde restitutum Æneæ, ut in Italica colonia abdite custodiret, quando & à quo; videsis, 24. Ianuar. n. 10. Ita ergo priscus renovatus ritus, ac si priscus esset locus; quum sine Troianis, quibus Palladium concessum, esset profanatum, uti accinuit Virgilius, 2. Æneid. à v. 165. de Ulysse & Diomede: Tydides, sedenim scelerumque inventor.

Ulysses

Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladium, cæsis summa custodibus arcis, Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis

Virgil.

Virgineas ausi Divæ contingere vittas.

17 Anno V. C. 638. per Fab. Maximum Eburnum Romani nacti insignem victoriam de Arvernīs, & Allobrogibus, iuxta opinionem Orosij, lib. 5. cap. 14. Iuxta Saliāni & Briet. ann. 633. Eodem enim signat eius triumphum Goltz. in Fast. pag. 150. Fabius Consul Bituito Regi Arvernorum Galliæ bellum maximo apparatu instructoque comparanti; occurrit cum parvo exercitu, ita ut Bituitus paucitatem Romanorum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse iactaret. Qui cum sibi ad transferendas copias, pontem Rodani fluminis parvum esse intelligeret; alium compactis lintribus catenisque connexum superstratis confixisque tabulis instruxit. Conferta pugna & diù graviter agitata, victi Galli; conversique in fugam, dum quisque sibi timet, coacervatis inconsultè agminibus, & præpropere transitu; pontis vincula ruperunt; ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt. CLXXX. milia armatorum in exercitu Regis fuisse, traduntur; ex quibus CL. millia vel cæsa, vel mersa sunt. Huic cladi sequior alia. Bello aggressi Galli, qui sub radice Alpium, cum se vide-

Victoria Fab. Max. Eburni.

In prælijs agimen canum.

rēt copijs Romanis circumseptos, belloque impares; occisis coniugibus ac liberis, in flammās sese proiecerunt: qui verò præoccupantibus Romanis, peragenda tunc mortis suæ copiam non habuerunt, capti; alij ferro, alij suspendio, alij abnegato cibo, sese consumpserunt: nullusque omninò vel parvulus superfuit; qui servitutis conditionem vitæ amore toleraret. Hæc ex Paulo Orofio, quò supr.

18 Florus verò lib. 3. cap. 2. *Maximus Barbaris terror (ait) elephantis fuere, immanitati gentium pares. Nil tam conspicuum in triumpho, quàm Rex ipse Bituitus discoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Utriusque victoria quod quantumque gaudium fuerit; vel hinc existimari potest, quòd & Domitius Anobarbus & Fabius Maximus ipsis quibus dimicaverant in locis, faxeas erexere turreas, & desuper exornatas armis hostilibus, uti trophæa fixere. Nunquàm enim Pop. Rom. hostibus domitis victoriam suam exprobravit. Causa qua Romani trophæa averfabantur, non alia, nisi ut victi iugum patientiùs subirent, nec huiusmodi dedecore datà occasione rebellerent; quanvis aliquando trophæa à Senatu permessa, ut præfatis Ducibus, & Pompeio Magno, qui devictis Hispanis & Alpinis gentibus, trophæa in Pyreneis iugis, qua in Hispaniam iter est, excitavit. Alexand. Neapolit. 1. cap. 22. Ut singulare observavit Strabo, lib. 4. n. 25. Ibi Q. Fab. Maxim. Emilianus triginta vix militum millibus, ducenta Gallorum millia ad internecionem dedit; & è lapide candido ibidem trophæum erexit: Marti quidem unum, Hercali verò alterum. Videtis Freinshem, in præf. Florum, lib. 2. cap. 17. Triumphum videbimus, 8. August. Captus à nonnullis dicitur Bituitus, sed Brietius d. subdit: Ipse spontè Romam, ut purgaret sese profectus; Alba in custodia detentus est, eiusque filius Congentianus Romam mitti iussus. Tunc Narbonensem Galliam in provinciam redegerunt Romani.*

19 Hoc in die (à Bucelino pridie) ann. V. C. 695. signatur sepultura magnifica Corvi saluatoris per Romanos. Quid insulsius? Huiusmodi ritus apud varias nationes inolevit; de quo fufe Ravif. Textor, 7. Officin. cap. 32. Tempore Augusti factum nonnulli autumant; sed nequaquam concors chronologia. De Augusto ait Macrobr. 2. Saturnal. cap. 4. *Sublimis Actiaca victoria revertebatur, & occurrit ei inter gratulantes, Corvum tenens; quem instituerat hoc dicere: Ave Cæsar, Victor, Imperator. Mi-*

Tom. I. EpheMER.

ratus Cæsar officiosam avem, viginti millibus nummum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate pervenerat, affirmavit Cæsari, illum habere & alium Corvum, quem ut afferre cogeretur, rogavit. Allatus, verba quæ didicerat, expressit: Ave Victor Imperator Antoni. Nihil exasperatus, satis duxit, iubere illum dividere donativum cum contubernali. Salutatus similiter à pfitaco; emi iussit eum: idem miratus in pica, hanc quoque redemit. Exemplum sutores pauperem sollicitavit, ut Corvum instrueret in partem salutationem; qui impendio exhaustus, sæpe ad avem non respondentem, dicere solebat: Opera & impensa perijt. Aliquando tamen Corvus cepit dicere dictatam salutationem. Hac audità, dum transit Augustus, respondit: Satis domi saluatorum talium habeo. Superfuit Corvo memoria, ut ex illa quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret: Opera & impensa perijt. Ad quod Cæsar risit, emique avem iussit, quasi nullam adhuc emerat. Idem Erasmi. in August. lib. 4. Apophth. n. 42. & 43.

20 Haud assentior, respectu anni signati à C. V. sub tempore Augusti exequias Corvo saluatori factas. Consules signati Plin. 10. cap. 43. M. Servilium, & C. Cestionem, peractaque iusta præfenti in die, seu potiùs dicamus expressam palàm fatuitatem Romanorum. Nec sic quidem constat Chronologia: igitur M. Servilius Consul factus. V. C. ann. 355. imperante Augusto, nec collegam habuit Cestionem, sed L. Ælium Lamiam; uti refert Goltz. in Fast. pag. 224. & Cassiodor. in Chron. Conciliet Lector. Plinius ergo d. subdit: *Tiberio Principe (usque in ann. 767. haud assumptus in imperium) ex factu supra Cæstorum eadem genitus pullus, qui in oppositam sutrinam devolvit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is maturè sermoni assuescens, omnibus matutinis involans in Rostra forum versus; Tiberium, dein Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat. Postea in tabernam remans (Hispan. Roperia) plurium annorum officio assiduo mirus. Hunc sive amulatione incitatus vicinitatis maniceps proxima sutrina, sive iracundià subitè, ut voluit videri; exanimavit, tanta plebei consternatione, ut primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit: funus innumeris aliti celebratum exequijs: constratum lectum super Æthiopicam duorum humeros, præcedente tibicine, & coronis omnium generum, ad rogam usque (quæ constructus dextrà viæ Appiæ ad secundum lapidem, in campo Ridiculi appellato)*

FFFF

stus

Corvus es
aves saluta-
tores Augu-
sti.

Corvi salu-
tatoris re-
gimū funus.

Triumphus
Fab. Max.

Quomodo
Allobrogum
Rex Bitui-
tus ductus
in triumpho?

Quare raro
trophæa ex
Romanorū
victorijs?

fitus fuit. Adco satis iusta causa populo Romano visa est exequiarum ingenium avis, aut supplicij de cive Romano in ea urbe, in qua multorum Principum deduxerat nemo funus: Eadem apud Salmafium. Textor, quò dudum, Corvi interfectorem à populo in decretis insigni (mirum, si non S.C.) lapidatum fuisse; asserit. Illustrissimum facinus! Contemplerur Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

21 Apud Athenienses sacra *Hecates*, seu *Mysteria*. Dionysius Milesius, 1. *Argonaut.* Plura de illa diximus, 1. *Ianuar.* à n. 21. expositis varijs imaginibus. Filia dicitur Cereris & Iovis, viribus validis & staturà pollens, cui Iupiter summam concessit potestatem in cuncta elementa; ideoque illa missa à Iove sub terras ne noceret; quippequam nil noxium, quod ab illa non inventum, maga in cunctis sub nomine Circes. *Prima dicitur invenisse mortiferas ac venenatas radices, & venenorum peritissimam fuisse.* Gyrald. *Syntagm.* 12. & Rhodigin. 20. cap. 16. *Hecaten inferni velut Reginam* (ait ex Theodoro Chartarius, pag. 78.) *pro suo imperio demonum aliquos in aerem adlegasse, alios in aquam, multos quoque in terram.* Plura & fatuissima huiusmodi futuris effutit Pfellus de *Operat. demon.* Hinc *Hecate* vocata Mænida, eò quòd ab illa arbitrantur Ethnici furorem immitti; tuncque canis ei immolabatur, quippe canis larratus carmina solvit, sicut æris tinnitus. Quapropter Virgil. *Ecolg.* 8. v. 107.

Nescio quid certè est: & Hylax in limine latrans.

Alij, quia unam ex tribus formis ostendebat, nimirum canis, sub cuius specie in terrorem apparebat. *Hecaten ipsam eas formas induere* (ait Chartar. pag. 79.) *atque meridie sese videndam præbere; cum scilicet quibusdam ritibus Manes expiantur.* Alij quia mærentibus offerebatur spectrum, tuncque signabatur *Empusia*, de qua loc. cit. vel *Lamia*, ut sæpe diximus, in *Tautologijs.* Lucian. *Dialog.* 57. *Videbis* (ait) *saltatores eodem in tempore subito in aliam transmutari speciem, atque ipsum referre Proteum; quin & Empusiam, qua sese in innumerabiles vertit formas.* En fax in illud Hæi. 13. 21. *Pilosi saltabunt ibi: idest, Demones*, ut exponit Hieronym. Virgil. d. *Ecolg.* 5. v. 73. *Saltantes Satyros.* Ad Jul. Pollucem, lib. 4. cap. 14. & Kircher. in *Obelisc. Pampbil.* lib. 4. *Hierogrammatism.* 3.

22 Erasmus ex Scholiaste Aristophanis in *Ranis*, inquit. *Empusiam spectrum quod-*

dam esse; quod ab Hecate soleat emitti videndum miseris & calamitosis. Id subinde consuevit, alijs atque alijs formis exhibere sese. Quidam existimant, meridianis horis apparere solitum bis qui parentant Manibus. Sunt, qui ipsam hanc, Hecaten affirmant esse: narrant autem uno videri pede. Aristophanis carmina hunc habent sensum:

*Maximam profectò video belluam
Novam, quæ in cuncta subito vertitur.
Modò bos, mula, rursus foemina
Pulcherrima: rursus haud est foemina,
Imò iam canis. Empusia proinde est.*

Hoc enim *Empusiae* nomine notata fuit Leucothoa Æschinis mater à Demosthene. *Oration.* in eum; quoniam quæstus gratià ubique appareret, & quidvis faceret. Fusc de *Empusia*, dæmonio meridiano, tractat Gyrald. *Syntagm.* 15. dæmon hic (asserit) vocatur *Canis Terrestris*, & apparere in pulcherrima forma adinstar *Lamiarum*; quarum facies est mulieris fornosæ quidem: vbera & pectora longè pulcherrima, quæ neque meliùs pictor possit effingere: color splendidissimus, gratià quædam & venustas ab oculis, ac mansuetudo in animum incidit, quoties aliquis spectaverit: reliqua pars corporis dura, ac aspera propter squarumas confertas: inferiora sunt serpentis, ut ima pars in caput desinat serpentis, & quidem valdè horrentis. *Terrestrium omnium hæ velocissimæ*, ut nullum possit eas animal effugere. Cætera animalia viribus expugnant homines: hæ solùm fraude ac deceptione pectora aperiunt, & ubera ostentant, veneficijque cogunt aspectantes in confabulationem; qui tãquam ad fœminas speciosas accedunt: sed accedentes incautè unguibus rapiunt, ac devorant. Hęc Gyrald. d. n. 14. & Platò in *Politic.* Philostrat. 4. de *Vita Apollonij*, cap. 8. historiam singularem fingit de quodam Menippo & *Lamia*. Refert etiam Maluend. 7. de *Anti-Christ.* cap. 8. cum alijs magicis narrationibus, quas videsis, & Chartar. d. à fol. 198.

23 Imagines *Hecates*, quia illam finxerunt nutritam in silvis & expositam in trivio, præsci exponebant in portis. Nonnulli ritum signant, ne ingrederetur *Lilith*, vel *Lamia* adversus pueros, ut videbimus, 9. *Maij.* Econtra Pier. Valerian. lib. 51. cap. 2. ubi: *Hecate quoque quercu coronari solita est, in cuius manu hasta imponebatur, & bumerus multis draconum spiris implicabatur. Huiusmodi Dæe simulacrum ante ianuam dedicari solitum, idque incantationum amuletum habebatur.* Tribus capitibus statuam eius constasse, Equi scilicet, lupi vel apri

Aristoph.

Quid canis terrestris?

Quid Lamia?

Imagines Hecates.

Mysteria Hecates.

Quæ & quæ hii?

Virgil.

Cur picta cum cane comitè?

Dicitur Empusia & Lamia.

Qualis Empusia.

Mysteria. aprī & canis, diximus loc.cit. inter Æginetas, quotannis sacra, quæ dicebantur mysteria, in quorum die plures initiabantur. *Præceteris Dijs* (ait Pausanias, cap. 72.) *Hecaten colunt Ægineta; cuius initia quotannis celebrant. Initiorum auctorem Thracem Orphecū perhibent. Macerīa templum ambitur: in eo ligneum signum, cuius unicum os, ut corporis truncus unus: nam primus Alcamenes Atheniensibus triplex fecit iunctis corporibus Hecates signum; iuxta involucris Victoria adem possum.* Multiplicabantur eodem in loco Hecates simulacra iuxta portas. *Utera Lucina sanum* (inquit Pausan. cap. 65.) *est Hecates delabrum. Dea signum è marmore: atque è regione sunt duo eiusdem Deæ signa ex ære.* Rhodigin. d. & Gyrald. ex Strabone lib. 14. n. 9.

Templum simulacra. Illa etiam dicta & titulo Canis. Unde *Hecate Cynocephale.* Rhodigin. 16. cap. 15. Etiam Diana dicta. Chartar. pag. 78. cui canis comes, quasi in venationem. *Inferorum enim Deo Hecate canis est sacer: inquit & Plutarch. de Iside & Osirid. inquit: Anubis dicitur, Canemque specie exprimit. Hanc apparet apud Ægyptios habere auctoritatem Anubis, quam apud Græcos Hecaten, quæ infera simul & cælestis est.* Plures Hecates imagines videris apud Kircher. Tom. 2. *Oedip. Ægypt.* p. 2. *Class. 11. cap. 6.* & Georg. Hervv. in *Tesaur. Hieroglyph.* à figura, 100. Singulariter notatur à Gyrald. d. supèr obscura, subter perlucida. Iconem imitati sunt Ephesij sed ampliore splendore in commendationem imaginis. *In magna admiratione est* (ait Plinius, lib. 36. cap. 5.) *Hecate Ephesi, in templo Dianæ post adem; in cuius contemplatione admonent editui, parcere oculis: tanta marmoris radiatio est.* In die mysteriorum ad initiationes in Hecatis sacra (sicut ab Atheniensibus inferebatur vitex, sive Agnus-Castus in *Thesmophorijs*, uti dicemus, 16. Octobr.) ad castitatem in æde dormiebant sub herbis Leucophyllorum. Refert *Causin. lib. X. Symvol. XLV.* ex *Ctesippo 2. Rerum Scythicar.* ex cuius verbis totum sonat Magiam. *In Phaside fluvio nascitur virga Leucophyllus, quæ dum celebrantur Hecates mysteria, invenitur circa diluculum ad divinum Panis afflatum sub ipsius veris initium: quam postquam zelotypi homines collegerant, circa virginalem thalamum spargunt; ut spuria prolis expertem thorum conservent. Quod si quis impurus, amoris violentiâ insolentiùs accesserit; alienatur à mente, & statim consitetur coram omnibus, quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui verò astant, hominem cor-*

Ritus in Myserijs. *Cur dicta Canis?* *Leucophyllus herba.* *Tom. I. Ephemer,*

ripiunt, & insutum culeo in stomion (impiorum voraginem quandam) impellunt, quæ proiectam corpus post triginta dies in Meotidem paludem eructat, vermibus undique refertum. Vultures verò repensè apparentes iacens cadaver discerpunt. Addit *Causinus: Hac illi portentorum scriptores, quæ ad castitatis emblemata exornanda facere poterunt.*

Hinc magica virtus.

25 Frequenter ut vidimus, AA. cum Diana confundunt; sed alij cum Proserpina. Pausanias verò, cap. 41. ex Hesiodo de *Fœmin. illustrib.* inquit: *Megareses Iphigenia etiam heroicum monumentum monstrant, atque eam Megaris mortuam, aiunt. Longè secus de Iphigenia Arcades narrant. Neque ignoro Hesiodum scripsisse, eam non esse casam; sed Dianæ Numine Hecaten factam. A quibus nihil discrepant quæ scripsit Herodotus, Tauros scilicet in Scythia, naufragos Virgini immolare: Virginem verò apud ipsos nuncupari Iphigeniam Agamemnonis filiam.* Dicemus ritus ex Herodot. lib. 4. num. 28. Hæc apud hos Hecate, apud alios glia; sed diversis in sacris ritibus. Unde cum Diana iudicaretur Apollinis soror, contrarijs officijs sacrificium fiebat. *Delphis assuetum est* (inquit Alexand. ab Alex. 4. cap. 17.) *ut immolantes victimas, exclusis ceteris vescantur, ad quas extraneos admittere, nefas erat. Contrà in sacris Hecates: in quibus quæ sacrum fecit, de sacrificio vesci non permittitur: quæ quidem extra veru ass apponabantur semper; cum heroicis temporibus non vescerentur elixis.* Servius ex Platone, 3. de *Republ.* ad illud Virgil. l. v. 216. *Verubusque trementia figunt.* Observat etiam *Tiraquell. de Nobilitat.* cap. 31. num. 173. Alij denique Hecaten non Dianam, sed Isidem dicunt comite Cane. *Ovid. 9. Metamorphos. fab. 12. succinit:*

Iphigenia facta Hecate.

Quæ Dea; dicta Virgo.

Ritus in sacrificio.


Etiam dicta Isha.

Inashis ante thorum pompa comitata sacrorū, Aut stetit, aut visa est: inerant lunaris fronti Cornua cum spicis, nitido fulgentibus auro, Et regale decus, cum qua latrator Anubis.

Ovid.

26 In Diario Alexandri Magni, 9. Mynychionis, signatur, postquam Cyri viderat sepulchrum, eius profectio in Persepolim, quam igni tradidit ebrius, ut præmisiimus, die 26. n. 33. *Curtius, lib. 5. cap. 7.* & *Briec. ann. V. C. 428.* *Plutarch. in eo, refert Regiz stragem, priusquam Cyri vidisset sepulchrum. Sit ergo quicquid illis ariserit, quàm omnia flocci.*

Persepolis ab Alexandro flammis corripitur.



DIES XXX. MARTIJ.

III. R.

I **G**Rad. 10. *Arietis*, in quo iuxta

Albumasarem, & Grannuyf, lib.

8. cap. 10. oritur stella, aëra serenans, quæ ab

Arabibus dicitur *Almareth Alpheta*. Hæc est

Lucida Arietis.

Lucida Arietis, ut diximus pridie, cuius influxus signantur à Iovian. Pontan. 4. *Uran.*Nam cui nascenti generoso effulserit astro,
Ille potens opibus, regum notescet in aula,
Et multo terram diæces proscindet aratro.

Pontan.

Ille reget populos, & magna potētibus armis,
Dux geret, & factis famam sibi quaeret ab
ipsis;Decumbens fato placido, insignisque feretro
Effertur, lacrymas interque atque ultima
dona.

Statio prima Lunæ.

In hocce Arietis gradu prima Lunæ statio, quæ dicitur *Inimicorum infestatio*, &*Venter Ceti*. Kirch. 2. *Oedip. Copt. d. cap. 10.**Auster stat & pluit.* Ptol. *Jordanis incipit mergi in oceano.* K. R. P. Nugæ profectò &ignorantia supina. *Vir ursum cuspide trans-*

Orbis renascentis.

figens. Sph. Arab. Apud Ægyptios, ut mundi renascentis signarent imaginem, hęcine

figura usi sunt Altrologi. Simulacrum erat hominis una manu hippopotamum trans-

gentis, alterà ibidem vorantem serpentem ostentantis. Idem ibid. cap. 7.

2 Plenum fuisse hunc mensem apud Hebræos, docent Seder-Olam, cap. 5. Leon.

Mar. & Hieronym. *Epist. 127.* Mans. 7. Hac die conventio David & Ionathæ de emissione sagittarum iuxta lapidem Ezel (de quo

Conventio David & Ionathæ de emissione sagittarum.

Adrich. in *Beniam.* n. 64. Pagnin. arbitrat lapidem in bivio ad utriusque viæ exitum) in indicium succensionis vel placidianimi Saulis erga David; nesciente puero misso, sagittas emissas tollente, quid portenderet, *Sagitta intra te*, vel *Sagitta ultra te*:sicque pridie Kalend. Iar seu Zio, inito scedere discedunt. 1. *Reg. 20. 5.* & à v. 18. iuxta

Denuò in Niniuè mittitur Ionas.

Chald. text. Alapide arbitrat non Kalendas, sed Sabbatum; quod celebrari solemniter convivio mos fuit. A textu sacro Kalendæ dicuntur, in quibus Neomenia. Ioseph. 6. *Antiq. cap. 14. Sequenti die novilunium.*

3 Hac etiam in die post an. 194. intimatur Ionæ denuò à Domino expeditio in Nini-

ven, ut prædicet in ea, quam iratum in illam Numen propter scelera civium ac Sardana-

pali Principis; qui conversus cum civitate ad Deum insigni pœnitentiâ. Vide 4. *Maij*,

n. 7. Abhic ann. 244. iuxta Salian. reparatur sacrum templum per Iosiam: quo

Iosias reparat templum.

tempore Helcias incidit in librum legis in-

ter alia quæ erant in gazophylacio (collocato in Atrio Gentium, ut observat Adrich. in

Ierusal. n. 103. & unde Christus bis eiecit ementes & vendentes) qui quidem mittitur

Regi, eiusque lectione pavens scidit vestimenta sua, misitque ad Oldam propheti-

dem, ut consulendo Dominum, indicaret de minis voluminis. Illa respondit, inducenda

super Iudam cuncta mala in libro scripta, ob transgressam legem à prædecessoribus

Regibus; Iosiam verò prius in pace dormitutum. Reucl. ex 4. *Reg. 22. à 3. & 2. Paralip.*34. à 14. Adrich. in *Chronic.* & Ioseph. d. 10. cap. 5. Librum hunc Deuteronomium arbitratTorniell. *Ann. 3885. n. 7.* quod scripserat Moyses. Exemplare; Chrysof. Homil. 9. in *Matth.* Tempore Manasses ita profanatus Dei cultus, ut liber legis tanquam resnova dicatur inventus. Ita Caietan. Ex R. Salomone Lyranus inquit: *Cum Abaz quæ-*

reret libros legis ad comburendum; iste fuit absconditus in muro templi, & sic cum repararentur muri fuit inventus. Addit Gene-

brard. *Ann. 3526.* librum hunc absconditum fuisse, regnante Manasse, qui legem abole-vit, & Gentilium superstitiones introduxit. Rab. Kimhi in 8. *Oseæ*, inquit: *Helcias Pontifex aperiens Arcam, ut pecuniam è templo**afferret ad ipsius restorationem; invenit librum Deuteronomij, quem Moses in ea reposuerat, & fortassè manu sua scripserat.* Nonquòd alioqui nulli eius essent alij codices: nam quòd legitur, *librum legis deperditum reperisse, sic est intelligendum: Moses tredecim**exempla sua legis manu sua exaraverat, singula singulis tribubus dederat.* Helcias fuit

Propheta, & vir ille tot retrò annis antequam nasceretur, nominatus ab Isaia: sed

fallitur; quia *Urias* est. *Isai. 8. 2.* Olda ad quam remissus liber, tunc scholas Ierosolymitanas moderabatur. Hebræi apud eundem. Vide Seder-Olam, cap. 21. Ludicrum.4 Retrò annis 69. hoc die comite Raphaële, spatio undecim dierum (etsi numerus tantus minimè ardeat Torniello, *Ann. 3329. n. 3.*) ex Haran pervenit Tobias iunior (ut relatum die 19. n. 5.) in Rages, civitatem Medorum, quò habitabat Raguel. Serar. in 11. *Tobia, questum. 4.* Cum iam in itinere interrogasset comitem cœlestem, in quæ medicamina, quæ servata de pisce tigris; & respondisset, cor in expulsionem dæmonum: & fel in cæcitatem oculorum; tacuit: veràm cum non haberet tabellam de hospitio (de quo usu prisco, idem in cap. 6. *quest. 3. & Sanct. n. 46.*) dixit Raphaëli: *Ubi vis, ut maneamus?* v. 10. hoc est, pernoctemus? Angelus dixit: apud Raguelem, propin-

Liber legis inventus.

Quinam & cuius liber?

Qualis Olda.

pinquum tuum, quæ unicam habet filiam, quam te oportet accipere coniugem, ut in te veniant fortunæ patris. Resiliit Tobias, quoniam sciebat, quæ contigerant alijs maritis, ut relatum die 12. n.2. Excussit illicò Raphaël è corde formidinem & salutâribus documentis in coniugium, & præsentî medicaminè iecoris piscis in expulsionem dæmonum. His creditis, ingredientes ad Raguelem, cum gaudio suscepit; aucto ex quo cognovit, cuias esset Tobias, exultantibus simul uxore & filiâ Sarâ. Visam, adamatamque, sibi à patre dari uxorem postulat. Raguelem tergiversatur. Causâ cognitâ ab Angelo, timorem expellit, Raguelem spondet, datâque dextrâ Saram Tobias in coniugem accipit, quas nuptias ipse Raguelem benedixit.

Tobias iunior Saram accipit uxorem.

5 Illâ itaque nocte celebratæ sunt nuptiæ & magnificè & regie; verùm & timide, ab imprecantibus bona: igitur simul cum strato geniali thalamo, etiam aperta fossa fuit, qua novi mariti conderetur cadaver. At frustra, quoniam in hostem Tobias præpta ad usum habebat medicamina, quorum appositione ad speciem, Asinodæus discessit; sed re verâ abactus à Raphaële, cuius potestate virtus dæmonis fracta est, & ipse relegatus & simul religatus in Ægypti superiori eremo, ubi nocere non possit. Parentes virginis tremuli vigilabant, suspicantes, ne quid simile præcedentibus nuptijs contigisset; sed statim illis corsalium ex ancilla furtim ingressâ, ac nunciante illos incolumes somno deditos, quo optato nuntio paratur solemne convivium & amicis & vicinis; simulque cuncta necessaria iter agentibus. *Tobia*, 8. à 1. Quæ postridiè facta narrantur, perendiè videnda, quoniam inter Hebræos menses Lunares: & præsens 30. dierum, ut observat Leonard. Mar. & Scaliger. in *Kalend.*

Antilogia.

6 Occurrit in argumento præsentî, scire, quo pacto die crastino, rogatur Raphaël proficisci in Rages Medorum (*Tobia*, 9. 3.) ubi habitabat Gabelus, soluturus in chirographo contenta; cum iam essent in Rages, quo morabatur Raguelem? Facilis solutio nodi. Mons erat in Media dictus *Ecbatanis*, in cuius tractu duæ erant civitates eiusdem nominis; sed ubi tunc erant Raphaël, Tobias & Raguelem, quippe Metropolis, dicta fuit antonomastice *Ecbatanis*, Hebr. *Echmatha*, erecta ab Arphaxad, vel à Deioce, ut dicit Herodot. *lib. 1. num. 31.* Alia in ipso monte erat Rages, quæ non *Ecbatana*, sed quæ in *Ecbatanis*, uti expressè habetur hic, *cap. 5. 8.* ubi: *Gabelus moratur in Rages, civitate Medorum, qua posita est in monte*

Ecbatanis. Rages enim commune erat nomen locis inaccessis; quippe sonat *scopulos, confragosum, & acclivum.* Unde trique civitati nomen, propter locationem situs prærupti & interrupti. Hac enim de causa, ut distinguerentur, alla absolute dicitur *Rages*, & *Ecbatana* alia. Briet. & Sanctius hic, 9. n.2. Maluend. *Ecbatana non multum ab Arfacia, sive Rages distasse.* Quo conciliantur loca, quæ videbantur contraria in *Tobie*, 3. 7. & 9. 3. Claret in discrimen, aliam dictam *Arfaciam*, & *Ecbatanam* aliam, *Rages*que utramque ratione situs. Hebr. in *cap. 5. 7.* legit: *Rages quidem est in monte: Ecbatana autem in planitie campi.* Quo aliter extricari videtur præposita difficultas, sed contra dicta; igitur in locis fragosis retulimus utramque sitam. Diodor. Sicul. 2. *Bibliothec.* n.72. favet lectioni Hebrææ, dicens: *Ecbatana urbem in campestribus sitam.* Polyb. priori expositioni, *lib. 10. fol. 597.* ubi: *Sita est in montana regione, quæ radicibus Orontis subsistet.* Conciliat Plinius. *Ecbatana oppidum translatum est à Dario Rege ad montes.* Plura congerit & selecta eruditione, Maluend. hic, *cap. 1. 16.*

7 Stantibus Ionatha & Simeone ante congressum cum Bacchide, in deserto Thecne cum mœlitudine summâ ex morte Ioannis fratris eorum, uti diximus die 28. n.9. venit ad eos nuntium etiam, interfectores fratris, magnâ ambitione & nuptiali plausu traducere sponsam filiam unius de magnis Principibus, ex Gabatha in Nabathæam regionem. Ut ulciscerentur fratris sanguinem, insidiosè effusum; elegerunt locum aptum assultui in latronum exterminium. Ut verò in conspectum venit sponsus cum nova nupta, & amicorum comitatu cum tympanis & sistris, hymineoque cantico; tunc ex improviso adorti incautos, omnes ad unum interfecerunt, & cum ornamentis cæteraque præda ad Iordanis ripas se receperunt; ut ibi Bacchidem in procinctu expectarent: e quidem sabbato aggredi illos decreverat, ut specie religionis nec arma fumerent. 1. *Machab. 9. à 37.* & *Ioseph. 13. Antiq. cap. 1.*

Ionathas vindicat fratris Ioannis necem.

8 Ann. Christi 34. Reusnerus apponit detestationem fici in itinere Bethaniæ, & Phariseorum, ac Sadduceorum acrem oburgationem: ac denique denuò urbis Ierusalem denunciaturum excidium. Similiter fallitur Beyerlinck signans ingressum Christi in Iericho & cæcum in lumen restitutum. Etiam Alva, dum cogitat Salvatorem hac in die passum, mortuum ac sepultum fuisse.

Christi gestus.

9 Romæ facta *Concordiæ, Salutis & Pacis.* K.V.R. Ianum plures in sacris addant.

Un.

Sacra Iani,
Concordiæ,
Saluti, Paci
& Cereri &
Iulianæ.

Ovid.

Unde Rosin. in *K. Rom. Iani, Concordia, Salutis, Pacis*. Reufnerus verò in *K. V. Sacra Iani, Concordia, Salutis, Pacis & Eleufina Cereris*. Ovid. 3. *Faſtor.* v. 875.

Ianus adorandus, cum quo Concordia mitis, Et Romana Salus, araque Pacis erit.

Præfatis ergo hodie sacrificabatur : ut nonnullis placet, seorsim ; ut alijs, simul : eundem salus ex pace, pax ex concordia, concordia ex prudentia, in Iano significata. De Iano diximus, 1. 6. 7. & 8. *Ianuar.* De Concordia, eiusque imaginibus ; 16. *Ianuar.* à num. 9. & 11. *Februar.* num. 4. De Pace, 27. *Ianuar.* num. 21. & 30. n. 4. quæ etiam cum Cerere culta. Ibid. De Salute, seu bona Valetudine, eiusque augurio, 1. *Ianuar.* num. 16. & 24. *Februar.* n. 15. Variè cogitant Auctores, cur ijs simul sacra & à quibus instituta? Placet sententia Baronij, ann. *Christi.* 1. n. 10. nimirum nato Assertore N. ab Augusto cunctorum horum Numinum festa instituta & celebrata. Eodem ipso anno, quo Iani portæ sunt iterum clausæ ; idem Augustus, collat à sibi pecunià à Senatu, populoque Romano, ad imagines faciendas (ait) nullam sibi ; sed tantum Salutis Publicæ, Concordiæque & Paci posuit. Idem ex Dione, lib. 54. & ut inquit Cicero, de *Divinat.* lib. 2. Illo in tempore, ex oraculis Sibyllinis prædictum, affore Regem, à quo tantum speranda salus. Ianus enim simul colebatur ; quia supposita Pace, & civium concordia, saluteque ; eius belli ferreas, geminas portas Octavianus clauferat. Goltz. in *August.* & Iust. Lips. in Sueton. *August.* cap. 22. (ad illud : *Ianum Quirinam, terrà marique pace partà, ter clausit*) inquit : Quintum quoque clausit Ianum idem Imperator circa tempora natiuitatis Regis & Pontificis Summi Iesu Christi Domini N. Ex abusibus Ethnicorum (maximè oraculis Sibyllarum ; ad illorum illuminationem, qui fideles futuri) astruit Ecclesia, quæ uti umbræ nitentes ministrabant occasionem ad aperiendam splendide infallibilem veritatem ; ut fecit Paulus, cum Athenis legit in ara *Ignoto Deo*. Benè omnia etsi non à bonis ; cum omnibus nasceretur Princeps pacis. Isai. 9. 6. In proposito articuli plura dicemus, 25. *Decembr.* à n. 25.

10 Aliam hanc arbitror ædem, vel templum ab illo famosissimo extructo à Vespasiano spolijs Orientis, maximè Iudææ, ut fusè diximus, 11. *Februar.* à n. 5, igitur haud cohæret nato Christo illud templum corruisse, vel Pacis statuam, antequam ædificaretur : quapropter (ut asserit Baron. d. n. 11.) etsi à pluribus orthodoxis referatur ; profectò sine fulcro in historiæ veritatem.

Dicunt itaque à Romulo Paci templum & rectum statuamque dedicatam ; ac consueti utriusque permanentiam ; ab auguribus, vel Oraculo, dictum : *Quousque Virgo pariat* : eodemque momento quo Virgo gloriosissima Maria mundo edidit Salvatorem, in comprobationem illudusque non visi miraculi, imaginem Pacis, templumque corruisse. Ita auditur, ita legitur. Dicam cum Bernardo, *Epist.* 174. *Honor Regina iudicium diligit. Virgo regia falso non gaudet honore, veris cumulata bonorum titulis, infulis dignitatum.*

11 De Salutis æde, erecta ante Octavianum locuti sumus, etsi per transfennam, 1. *Ianuar.* n. 16. & quanvis sub titulo *Salutis publicæ* ; non est, quæ erecta cum præfatis Numinibus, hac in die etiam celebrata, ab Augusto, sed à C. Iunio Bubulco, apud Portam dictam *Salutarem* à Salutis proximâ æde, ut ait Festus, lib. 17. Collis etiam eandem ob causam dictus *Salutaris*. Varro, 2. de *Ling. Latin.* Casaubon. in Sueton. *August.* cap. 71. autumat, per hanc portam fore exire Prætores vel Proconsules Provinciarum, cum Urbem relinquerent : quæ in loco mutuo valedicebant, & salutationibus bona amici precabantur. *Publica Salutis* hac in die sacrum fiebat, ut refert Ovid ; vocatque *Romanam Salutem* ; eò quòd pro salute Rom. populi, & incolumitate in æde litabatur. Constant. & Marfus, hic. Eodem in die in eadem æde renovavit Augustus Augurium Salutis. In *Pontificatu nonnulla etiam ex antiquis ceremonijs paulatim abolita, restituit, ut Salutis augurium*. Sueton. in eo, cap. 31. Intermittebatur festum tempore belli, uti observant Tacit. 12. *Annal.* cap. 23. Bulenger. de *Augur.* cap. 17. Cicero. 2. de *Divinat.* & Dio lib. 51. & 58.

12 Plures augurium Salutis intellexerunt de Bono Genio, mensaque Fortunæ (de qua actum, 7. *Ianuar.* n. 13. & agendum, 5. *August.*) sed propriè sumitur pro pace, & concordia. Exponit ingenue 7. & 30. *Historiar.* Dio, dicens : *Tunc verò etiam salutis augurium longo intervallo fecerunt. Est autem modus augurij, ut si Deus permittat, salutem populo poscant ; quasi ne salutem quidem à Dijs petere fas, ni prius hoc ipsum Dijs concessoerint. Instituebatur autem dies una quotannis, in qua nullus ad bellum proficisceretur exercitus : nemo se contra pararet, nemo pugnaret. Quocirca in assiduis periculis, maximèque civilibus, neutiquam fiebat : nam & arduum, in primis puram rebus his omnibus diem servare, & perquam absurdum videri poterat, vitro seditionibus de-*

Templum &
imago Pacis
cur Roma
construeretur

Salus Publica

Cur Porta
& Collis di-
ctus Salutaris

Augurium
Salutis

Quid sit, &
quando fe-
batur

Donabarna-
ne naturæ
Acta, dum
Deus in no-
stra natura.

Fuit in or-
be Princeps
pacis.

trimenta sibi ipsis incredibilia conciliare, cum & victis ea res futura esset, & item victoribus perniciofa, mox autem à Dijs immortalibus salutem petere. Caterùm tum fieri quidem augurium eiusmodi potuit: sed ne id quidem purum processit, quoniam aduersè quaedam aves devolarunt, unde augurium captum, aliaque item signa inauspicata apparuerunt. Aves infaustæ contra Salutis auspicium erant noctua & bubo. Aliter etiam à festo lib. 14. exponuntur *Auspicia piacularia*, scilicet, cum sacrificantibus tristia portendebant: cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidisset. De his latè Buleng. de *Augurijs & Auspicijs*, tot. lib.

13 Per quadraginta quatuor annos Salutis augurium intermissum fuisse, ait Dio, d. lib. 37. In huiusmodi sacrum pro collegio *Augurum decretum est* (infit Festus) quod in Salutis augurio *Pratores maiores & minores appellarentur ad vim Imperij*. Adi Rosin. lib. 2. cap. 18. Priùs bellis intestinis haud sacrum Salutis perfici potuit: sed ab Augusto pace terræ marique parta, & Iano clauso, neque non Salutis augurio factò, quod ante multas causas erat omissum. Angel. Politian. *Sillog.* 1. cap. 13. & Schild. in loc. cit. Sueton. Pingebatur quidem in augurio Salus armata: unde *Hasta salutis*, apud Rhodigin. 21. cap. 17. & apud Tacit. 15. *Annal.* cap. 53. *Pugionem templo Salutis detraxerat, gestabatque, velut magno operi sacrum*. Restat Ceres cui etiam hoc die iuxta Reufner. cum relatis Numinibus sacrum fiebat. Quantum auguror, huiusmodi veneratio magis ad mythologiam, quam ad simulacrum spectabat. Ceres dicta *Panis*: eiusque alijs imaginibus iungebatur imago; quoniam sine pane inter homines nec erat concordia, nec salus, nec pax, neque prudentia, imò etiam inter amicos hostilitas: cum paneque, etiam incommoda minùs ingrata. Vernaculè: *Los duelos con pan son buenos*. Aliter, *Probitas laudatur & alget*, ut canit Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 71.

14 Augurium ergo fiebat, dum cuncta in Salutem confona, atque corda sine pugna, & odia prorsùm sopita. Hinc in dextra pacis collocata herba *Lysimachia*, qua animi averfi conciliantur; ut diximus, 7. *Februuar.* n. 22. de illa refert Plin. 25. cap. 8. *Lysimachia odorem fugiunt serpentes*. Hæc herba ab alijs vocatur *Antony*: flore purpureo: alioque nomine, *Filius ante patrem*. Nonnius. *Causa me fugit*.

15 Hoc ipso die & sub Augusto efforma-

to Triumvirato, consentiente Marc. Antonio, & Æmilio Lepido, statua ut virtutis insignis, M. Cæsio Scævæ erecta. Goltz. in *August.* Plures constantiam & eius fortitudinem celebrant. Plutarch. in *Cæsar.* Appian. *Civil.* lib. 2. *Scæva* dictus, quia utraque manu pro dextra utebatur. Hic Centurio Cæsaris, cui commiserat castellum iuxta Dyrachium, ingenti Pompeianorum vi oppugnatus, multisque vulneribus acceptis (centum & triginta millia sagittarum hostilium intra vallum inventa sunt, ut ait Sueton. in *Cæsar.* cap. 68.) adduci tamen non potuit; ut castelli sibi crediti custodiam desereret. *Scæva excusso oculo* (infit Sueton.) *transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit*. Idem Cæsar refert 3. de *Civil. bell.* & Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2. n. 23. inquit: *Scæva Imperatoris Centurio, cum pro castello, cui præpositus erat, dimicaret: Cnei Pompeij præfectus, iussu eius, summo studio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur, omnes qui propius accesserant, interemit, ac sine ullo regressu pedes pugnaret super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corrui; cuius capite, humero, femore faucij, & oculo eruto cæci, scutum centum & viginti ictibus perfossum apparuit*. Floridè speciosèque pugnam & eius virtutem decantat Lucanus, *Belli Pharsalic.* lib. 6. à v. 144. qui à v. 184. succinit, *Tunc densos inter cuneos compressus, & omni Vallatus bello vincit quem respicit hostem. Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra.*

Illum tota premit moles, illum omnia tela.

Parque novum fortuna videt contendere, Lucan.
bellum

Atque virum. Fortis crebris sonat ictibus umbo.

Ac veritus credi clypeo, levàque vacasse, Aut culpà vixisse suà; tot vulnera belli Solus obit, densamque ferens in pectore silvâ. Vires pugna dabat. Labentem turba suorum Excipit atque humeris defectum imponere gaudet:

Ac veluti inclusum perfosso in pectore Numè Et vivam magna speciem Virtutis adorant. Eius arma in templo Martis suspendit Cæsar. Hugo Grotius, hic v. 251.

16 Etiam hoc die celebrarunt Romani *Dionysium Rectum*, factò Salutis augurio. Salas in *Parerg.* Cultà Cerere, congruebat celebrare Bacchum, ne frigeret tantorum taliumque Numinum venerabile festum. A Græcis in urbem receptum sacrum: in quo videbatur mens sobria, quæ Bacchi titulo,

Virtus M. Cæsij Scævæ

Imago Pacis in augurio.

Cur sacris Pacis iuncta Ceres?

Lysimachia herba in sacris Pacis.

Bacchi Res. Hæc.

iudicabatur sopitis viribus ebria. Origo huius festi fingitur ab ipso Baccho seu Dionysio, apud Athenæum, lib. 2. n. 1. equidem Rex Athenarum ab illo didicit curvos senecture erigi. Unde Princeps in Horarum sacello aram *Dionysio Recto* dicavit (illè enim fructum vitium nutriunt) atque etiam aram ornavit imaginibus Nympharum; quia Bacchi ardorem effusis lymphis mitigasse perhibetur. Sine Nymphis sacratur Ebrietati, maxime dum merum omnibus horis; quod adversatur Saluti, quam in augurio colebatur. *Prorsus ut iure dici possit* (inquit Plin. 14. cap. 5.) *neque viribus corporis utilis, aliud; neque aliud perniciosus, si modus absit.* Idem lib. 7. cap. 56. asserit, non à Baccho, sed à Sileni, eius socij, doctrinà manasse huiusmodi cultum in bibentium commodum. *Vinum aquà misceri Staphylus Silenti filius, invenit.* Unde Anacreon, *Carmin.* 7. ait: *Aquam puer dato, vinumque effunde.* Ita salubre, postquam aquà pluviali didicere temulenti iuxta Athen. lib. 15. num. 5. citra ebrietatis periculum, suavitatem potionis: ex quo inter Græcos primum poculum (quod aquà dilutum ministrabatur post cœnam) Iovi Servatori libabant. Longè Catullus, *Carm.* 27. inquires.

*Minister vetuli puer Falerni
Inger mi calices amariores:
Et vos quò lubet, abite lymphæ
Vini pernicies. Hic merus est.*

17 Ut illo potu cresceret altera fitis, condiebatur. *Vini antiquissima claritas* (inquit Plin. quò suprâ cap. 4.) *neque enim fabulosa, præter Aristæum primum omnium, mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque natura spontè provenientiis.* At vinosis vino mel, ipsummet vinum. Facetè Aufonius de Meroe ebriosa, *Epigram.* 19. *Infusum sed quòd vinum non diluis undis:
Potare immistum sueta, merumque merum.* Videtis Bonifac. Rhodigin. *Histor. ludicr.* lib. 18. à cap. 11. ubi cap. 13. subdit: *Bacchus ergo ut ijs etiam regionibus, qua vites non aliunt veneni sui quippiam affunderet, nullaque uspiàm gentes ab ebrietatis insaniam immunes forent; zythum Egyptis, celiàm Hispanis, baccham Celtis, ciceram Iudeis, cervisiam Germanis, syrmasam & critibnon varijs nationibus dedit.* In pluribus harum regionum non sunt vites? Historia ludicra. Suidas in *Poma*, observat; vino ebrios cadere pronos, cervisià supinos. Præfatum sacrum haud institutum his qui cadunt, sed qui vino surgunt sub titulo *Bacchi Recti*: quod fit temperantiâ & sobrietate: qua quidem parè vino hausto, ingenia adinstar Pe-

gasi volucriâ; tollit in ætherâ. Laurent. Hæchtan. *Microcosm. Emblem.* 10. canit: *Insuper & terris attollit ad ardua mentes,
Confortat nervos, ingeniumque iuvat.* A Romanis iuxta V. K. etiam celebrabatur Lavacrum simulacri Matris Deorum; de quo posttidie, num. 2.

18 Athenis, imò in tota Attica celebrabantur *Demetria*. Meurs. in *Græc. feriariat.* Dicebantur priùs *Dionysia*, postque *Demetria*, eò quòd cum Athenas venisset, exceptus fuit eadem pompâ, qua Ceres & Liber-Pater publicè ferebantur, die 30. Munychionis. *Inventus est quidam, qui Demetrium* (refert Plutarch. in eo) *quoties Athenas veniret, eo modo excipi, quo Ceres & Liber-Pater excipiuntur, & ei qui splendore hospitij ei præbiti, ceteros magnificentia superasset; publicè argentum ad sacrum donarium dedicandum dari lege latâ iuberet. Denique & mensem Munychionem Demetronis, & mensis uniuscuiusque ultimum diem Demetriadis nomine ornarunt, & Bacchanalibus Demetria appellationem fecerunt. Horum pleraque prodigijs divinitus significis sunt reprehensa. Peplus enim intextis; uti statutum fuerat præter Iovem & Minervam, Demetrio & Antigono; cum per Ceraunium deferretur, turbine venti correptus, mediusque ruptus est. Circum aras eorum multum cicuta suppallavit, qua aliqui ea in regione haud frequens nascitur, quo die Bacchanalia agebantur, ingenti gelu, quod præter anni tempus obortum fuit; coacti sunt pompam intermittere: pruina quoque densa cecidit, qua suo frigore non solum vites & ficus, sed segetes propè omnes in herba adussit. Unde dictum in Cœmedia:*

*Pruina cuius ob impietatem vineas
Adussit, peplus & ruptus sacer est medius,
Deorum honores hominibus quòd tribueret;
Populo exitialia sunt hæc, non Cœmedia.*

19 Alij arbitrati sunt, huiusmodi honores illi ab Atheniensibus exhibitos, quia Athenis hostiles Thebas expugnavit, nondum decem à restauratione actis annis, Pythiaque fecit Athenis. Erat re verà tragicus *Demetrii habitus* (subdit Plutarch.) *qui non contentus caustorum* (erat regium capitis tegmen) *duabus tanijs ornatarum gestatione, purpurarumque auro prætextarum; calceos etiam ex sincera purpura compacta, auroque tintâ ferret. Chlamys quoque ei texebatur, superbum & multo tempore absolvendum opus, in quo mundus & sidera cœlestia depingerentur; quam ob mutationem rerum, imperfectam nemo Regum gestare ausus. Hac de causa Athenis decreta singulis mensibus*

Car eius imago cum Nymphis

Etiam cum Horis.

Vinum dilutum saluti prodest.

Catull.

Contra merum.

Aufon.

Discrimen ebrietatis ex vino, vel cervisia.

Hæchtan.

Lavacrum Magne Matris.

Demetria.

Dionysia, & Bacchanalia.

Athenienses Demetrium Poliorceten nimis honorant.

Offensa honori aduersa.

Plutarch.

Thebas hostias expugnavit.

Eius luxus.

pompā. Alexand. Neapolit. 3. cap. 24. signat in memoriam & plausum Demetrii diem primum & ultimum cuiusvis mensis. Haud minore honore dignandus, cui à Macedonica tyrannide Athenæ libertatem debebant.

20 Etiam sacra dicabantur hæccine Cereri, & dicebantur *Demetria*. Præter pompam præfatam ex Hesychio refert Meursius d. electo sacerdote Deæ tantum ex familia Pemenidarum, hoc se festo Athenienses verberabant flagello de cortice contexto. Subodoror Cereti sacra tunc facta; quippe præcipua in honorem *Ialysi* vel *Iasionis* amatij Cereris, ut ait Apollodor. lib. 3. *Biblioth.* n. 21. & Hygin. *fabul.* 270. latèque Natalis Comes, 5. *Mytholog.* cap. 14. nosque *Isagog. Maij*, à num. 8. quem Iupiter zelotypus fulminavit. Hac de causa Demetrius, cum esset Athenis Eleusinijs sacris fuit initiatus. Diodor. Sicul. lib. 20. n. ult. Ex huiusmodi excellentia orta quasi è religione reverentia in Cererem, Iasionem vel Ialysum; de qua Cæsar Rhodigin. 21. cap. 37. Plin. & Plutarch. d. ita ut à Rhodi obfisione recederet. *Rhodum insulam* (inquit Aul. Gell. 15. cap. 31.) *celebritatis antiquissimæ, oppidumque in ea pulcherrimum ornatissimumque obsidebat oppugnabatque Demetrius, dux ætatis suæ inclutus, qui à peritâ disciplinæque faciendi obsidij, machinarumque solertiâ ad capiendâ oppida re-pertarum, cognomentum Poliorcetes fuit, dum ibi in obfisione illa ædes quasdam publicè factas, quæ extra Urbis muros præsidio erant, aggredi & vastare atque absumere igni parabat. In his ædibus erat memoratissima illa imago Ialysi Protogenis manu facta (vix septem annis absoluta, ut dicunt qui supra memorati AA.) cuius operis pulchritudinem præstantiamque irâ percutus Rhodij invidabat. Mittunt Rhodij legatos ad Demetrium cum his verbis: *Quæ (malum!) inquit, ratio est; ut tu imaginem istam velis incendio adsum facto, disperdere? Nam si nos omnes superaveris, imagine quoque illâ integrâ & incolam per victoriam potieris. Sin verò nos vincere obfido nequiveris; petimus, consideres, ne turpe tibi sit, quis non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audivit; oppugnatione desistit, & imagini & civitati pepercit.* Tunc Demetrius pro tessera (Alexand. Neapol. 4. cap. 2.) *lorem & Victoriâ assumpsit.**

21 Multorum ficcine conciliavit animos, & eximie præ cunctis de Athenibus

meritus. Unde hi *libabant in mensa vinum, nominato Demetrio*; ait Iul. Casar Bülenger. 3. de *Conviv.* cap. 24. cum reliquis honoribus memoratis, & gloria in blandimen illius iactantiz & aviditatis canodoxiz. *Ob quæ communi decreto* (inquit Diodor. Sicul. d. n. 757.) *à populo sciscitar; ut Antigoni Demetriique statua ex auro prope Harmodium & Aristogeitonem in curru erigantur, & uterque CC. talentum corona insigniatur; araque ipsis dicata Servatorum appelletur. Ad decem præterea tribus alias duas Antigoni-dem & Demetrianam adijciant. Denique ludos pompamque & sacrificiam quotannis exhibeant; ita ut uterque Minerva peplo intextatur.* Idem Chronic. Alexandr. pag. 341. Alia de huiusmodi honore, 23. *Iun.* Sat in eius vanitatis expressionem quod in profcenio Athenarum repræsentatus fuerit, orbe terrarum vêtus. Meurs. d. lib. 2. lit. D. De eius imagine Plin. 35. cap. 11. Hæc Cereris Demetria, cuius tunc effigies erat femina sedentis, ad pedes propter mysteria habentis sphingem, atque cornucopiam in sinistra: ad dextram aliam feminam cum tympano, sub qua arbor, & in ea involutus serpens. Hervvart, *Tbesaur. Hieroglyph.* figur. 58. & Ianus Iacob. Boissard. 3. p. *Topograph. Romæ*, pag. 133. Adifis Athanas. Kircher. Tom. 3. *Oedip. Copt.* Syntagm. 15. cap. 1.

22 Inter Indos principium venationis Draconum. Paludan. 1. p. *India Oriental.* & Nymphodor. de *Rebus Barbaric.* Cæsar Rhodigin. 6. cap. 11. ait: *Curiosius sollicitiâque rimandum opinatus, comperiebam scitu digna. Primum esse in Indorum tractu draconum vim quàm multitudine, tum magnitudinis mirandam. Eorum duo ferme genera dici: quippe palustres pigri sunt, tardique & sine cristis; montani acriores grandioresque, sed cristati. Horum caputibus inesse ferunt lapillos specie aspectuque floridos ac lucundos, viribus & potentia mirabiles; quod annulus testatur quo esse potitum Gygem, constans opinio est.*

23 Totum excerptum (ni fallor) à Philostrato, 3. de *Vita Apollonij*, cap. 2. *Sunt enim* (ait) *palustres longitudine triginta cubitorum, & vix caput attolentes, terga habentes subnigra, & ceteris minus squamasa. Tradant, alios in radicibus aut cacuminibus montium habitare; qui venationis causa quandoque in planicem descendunt, ea quæ ad paludes pertinent, rapientes. His autem cristis nascitur: juvenibus, mediocriter prominens; provecitibus vero ætate grandior, & ob id in alteram partem deflexa. Qui verò es-*

Honoratur
ut Numen

Eius arro-
gantia.

Imago Ce-
reris in De-
metrijs.

Venatio dra-
conum.

Demetria
Cereri.

Ritus.

Imago Ia-
lysi vel Ia-
sionis.

Propter il-
lam recessit
Demetrius
ab obfidio-
ne Rhodi.

Figura
conditio In-
dian.

loris ignei sunt; & in dorso squamas emi-
nentes, tanquam ferram habent; ijs etiam
barba adnascitur; & alius cervicem attol-
lunt, squamæque tanquam ex argento lucent.
Oculorum autem pupilla lapides sunt, tan-
quam ignis fulgentes; quorum vis maxima
ad morbos plures tollendos. Quapropter &
lucris venationibus afferunt campestres dra-
cones, quoties elephantum invadunt, quia
ab occurrentibus venatoribus plerumque cum
elephanto simul interficiuntur. Draconem
capientibus premia sunt oculi pellis & den-
tes. Montani verò dracones coloris sunt ful-
vi in squamis, barbâ setosâ coloris aurei;
supercilia profundiora habent. Oculi super-
cilijs subsunt, torvè aspicientes: quibus per-
inde ac si essent ærei resonant, quando in
terra serpunt: è cristis verò, quæ rubra sunt,
ignis scintillare videtur. Plura huiusmodi
furfuris, & quomodo etiam volantes occur-
rant, equidem vel navigia vorant, & qua-
si pro ientaculo equitem, fumum halantes;
quapropter Ignis dicuntur Cælestis; videris
apud Maiol. Tom. 1. Colloq. 8. & abundè Æ-
lian. de Hist. Animal. lib. 2. cap. 21--10.
25. 48--11. 17. 26--12. 39.

24. Modus venationis Draconum hor-
um in India à Philostrato etiam describitur
ibid. Indi pallium coccineum literis au-
reis superintextum ante cubilla extendunt:
scripta autem incantatoria verba somnum
dicuntur inducere. His draconum oculi, quam-
quam durissimi, superantur: ipsi quoque
plurima verba ex arcana sapientia superin-
textantes; eò draconem perducunt, ut lite-
ris pallio intextis superdormiant: dormien-
ti autem instantes Indi cervicem securi fe-
riunt, excisoque capite lapillos intus exstan-
tes auferunt. Traditur enim montanorum
draconum capitibus inesse lapillos, splendo-
rem quandam coloribus inducentes, viribus
autem potentiâque mirabiles; qualis annu-
lus fuit, quem habuisse Gygen vulgatum
est. De Gygis annulo, eiusque lapillo, &
conditio; Rhodigin. d. & nos 23. Maij.
Cum verba sint Magi Apollonij, virtutem,
de qua stupidè gloriabatur, ob blandimen
extendit in Indos. Quo supra cap. 3. Phi-
lostratus infit, dixisse de Civitate Paraca: In
eius medio plura suspensa draconum capita.
Huius urbis homines animalium conceptus,
admurrationesque intelligere; si draco-
nis hepar aut cor comederint. Præstigijs ve-
terator dæmon imponebat præstigijs; ut
diximus de draconibus Epiri, 15. Ianuar.
n. 8. & videbimus, 20. Maij.

Modus ve-
nationis.

Eorum ocu-
li post mor-
tem lapilli.

Annulus
Gyges.

Vesperæ Si-
ciliæ.

25. Hac die posterioribus temporibus
Siciliæ vespere, sub quibus Gallorum 8000.

pariere in acie gladij. Reufner. in Diar. &
Bucelin. in Kalend. Historic. Die 30. Mar-
tij, sive 3. Pharmuti (quia dies primus men-
sis in 27.) apud Ægyptios pompa Vaccæ &
Tauri, Isis videlicet & Osiridis. Diar.
Ægypt. Horum imagines collocabantur in
mœnibus urbis, quasi aberruncatrices ma-
lorum adversus Typhona. Inter Latinos in
ritus allusionem, eò quod mœnia sacrosan-
cta, signabantur fundamenta illorum ara-
tro, tracto per taurum & vaccam: & ut
portarum spacia metirentur, aratrum ex-
trahebant, portas signantes in commer-
cium, quasi quid profanum, & muros in-
tangibiles per sanctitatem Vaccæ & Tauri,
Numinum imaginum. Quare lege inter Ro-
manos 12. Tabul. indicitur: Nemo nisi per
portas urbem ingreditor, nève egreditor:
mœnia sacrosancta sunt. Totum ex Varron.
4. de Ling. Latin. Rosin. 1. Antiquitat. Ro-
man. cap. 3. & Bonifac. 3. Histor. ludicr.
cap. 41.

Pompa Isi-
dis & Osiri-
dis.

Cur mœnia
dicebantur
sacrosancta
& nò offia?

26. Aliter cogitat Bolduc 3. de Oggio
Christian. cap. 4. sed cabalisticè, signans per
taurum, virum insignem, ac per vaccam
sapientiam divinam, hieroglyphicè ab Æ-
gyptijs adumbratam per arcana, iuxta al-
lud Plurarchi de Iside & Osirid. ubi: Stan-
dum igitur in hoc est, non quidem ut hono-
rentur huiusmodi bestia; sed per illas qua
relucet in eis divinitas, tanquam in clario-
re & lucidore speculo; ut eas tanquam Dei
totum hunc mundum regentis ac moderan-
tis, instrumentum teneamus & opificium.
Ideo præcitat. Auctor cum legisset idola Ie-
roboam modò Vaccas, modò vitulos vo-
cari; somniavit, totum factum à Rege in
Iosephi Patriarchæ honorem. Principis er-
go Iosephi persona in Tauro (infit) eius ta-
men sapientia in Vacca honorata est: imò
divinam sapientiam, quæ ante tempora Io-
sephe tot diversis nominibus, utpotè Seme-
lis, Cybelis & Isis, nominata fuerat; nul-
lum post Ioseph maritum habuisse: & proin-
de Iosephi sapientiam ubique in Asia & Eu-
ropa honoratam fuisse. Inde credo factum,
ut Palladia (hoc est Palladis seu Minerva,
vel etiam divine sapientiæ simulacra) tam
personam, quam sapientiam eius represen-
tarent. In figura quidem fœminea, sed quæ
manu dextrâ lanceam strenui Ducis; sini-
strâ verò fusum, fœminis proprium, tene-
ret symbolum. Præclare, si Dijs placet! sed
arbitror, vel ipsis Cabalisticis displicere. Sa-
nè ex sacra pagina Gentiles simulacra suo-
rum Numinum excerpterunt. 1. Machab. 3.
48. haud econtrâ; ut contendit toto in
opusculo Bolduc. Cum Hieronymus, Epist.

Palladij
imago.

84. dicit: *Quis nesciat & in Moyse, & in Prophetarum voluminibus, quaedam assumpta de Gentilium libris?* intelligendum non est, quoad doctrinam; sed quoad nomina fabulosa Deorum, ut mutuo intelligerentur. Vide Maxim. Doctorem in *Amos*, 5. 8. & Doctiss. Sanctium, in *Iob* 9. 9—21. 33. & *Iudith*. 16. 8. n. 18.

DIES XXXI. MARTIJ.

Prid. K.

I **A** Pud Roman. *Ventorum procelle, & saepe pluit.* Ptol. *Grando cum nivibus interdum.* Umbilicus equi *Pegasi vesperè occidit.* Iunctin. in *K. Astrologie.* Mors hodie signatur *Amos* Prophetæ. Martyrolog. Roman. Non fuit hic pater *Isaiæ*, ut ait Hieronym. in *Proem. Amos*, & in *Isai.* cap. 1. Passus est tempore *Ieroboam* II. Regis XIII. *Israel*, filij *Ioas*; sed non ab ipso martyrio sublatus, sed ab *Amasia*, sacerdote *Bethel* (ubi erat unus è *Vitulis aureis*, de quibus 15. *Octobr.* 4.) & filio eius *Ozia*, clavâ ferreâ in temporibus adaectâ, contra quos prophetarat, ut patet, cap. 7. à 10. Mirum, quod excusis dentibus clarè in tyrannos loqueretur. *Doroth.* in *Synops.* cap. 2. *Isidor.* de *Vita & obit. Prophetar.* cap. 43. & *Epiph.* cap. 12. Non icètu illicò mortuus, sed in *Thecuen* deventus, ubi natus, ibi decessit, & sepultus est cum patribus suis; cuius sepulchrum adhuc existeret ætate Hieronymi. *Adrich.* in *Juda*, n. 236. & in *Chronic.* Ann. 3166. Totum describitur à *Comestore*, in 4. *Reg.* cap. 10. *Felicitate* (de qua 13. *Octobr.* n. 3.) *Ieroboam* elatus, fecit malum coram Domino, & missus est *Amos Thecuite*, *Propheta de pastoribus in Samariam*, ut prædiceret *subversionem Ieroboam*, & calamitatem populi: quod cum significasset *Amasias* sacerdos *Bethel* *Ieroboam* Regi *Israel*, ex mandato Regis prohibuit *Amos*, ne ultra prophetaret in regno decem tribuum (latè in *Amos*, 7. à 7.) & cum *Amos* nollet cessare; affixit eum *Amasias* plagis: tandem filius eius *Ozias* frequenter eum increpans, veste per tempora transfixit, & semivivus relatus est in terram suam; ubi mortuus & sepultus. *Vid.* 3. *Iul.* n. 3. Ex quo patet à quo *Amasia* & *Ozia* sublatus *Amos*, qui quidem non fuit *Isaiæ* pater; maximè, quoniam iuxta *Seder-Olam*, cap. 20. & *Genebrard.* Ann. 3356. pater *Isaiæ* dicitur frater *Amasie*, Regis *Juda*. *Baronius*, dum hac die signat mortem *Amos*, haud sequitur *Kalend. Hebr.* quo *Martius* non habet dies 31. sed *Romanum*, cui aptatur.

Tom. I. Epbem.

2 Hac in die ut astruit *Rufinus*, lib. 20. cap. 12. aliàs, 17. confusio ex technis diaboli maxima *Hebrais* accidit: Fallor: *Turbati* articulo, sed non sunt confusi. Multa *ludibria* propter abominationes suas & scelerata obcæcati diversis in temporibus sunt perpessi: at vel ipsis malis erubescere nescierunt, renuentes agnoscere resipiscentiam. *Quidam ex Aegypto venit Ierolimam, vatem se esse profitens* (refert *Ioseph.* 20. *Antiquit.* cap. 6.) & plebi suadens, ut *secura se in montem Oliveti ascenderet*, qui è regione urbis ad quintum abest stadium: illic enim visuros suo iussu cadere *Ierolimorum* moenia; ita ut per eorum ruinas aditus in civitatem pateat. Quo cognito *Præses* iubet milites arma sumere, stipatusque multis equitibus ac peditibus, erumpens inoadit turbam seductam ab *Aegypto*. *Aegyptius* ipse pugna elapsus disparuit: Impositores autem & Magi turbas illeceas post se traherant in solitudines, pollicentes se divinitus ostenduros eis clarissima signa & prodigia: persuasique multitudo mox pœnas luit dementiæ. Quomodo, narratur in *Histor. tripart.* lib. 12. cap. 9. scilicet, quendam *Moysem* sollicitasse *Hebræos*, ut *Christianorum* iugum excuterent; se enim à Deo in libertatem missum *Ducem* asserentem, ut per mare in terram promissionis (non aliter ac *Moyse* alius olim factitaverat) transveheret. Ergò statâ die *bardos* stupidosque homines comitatu mulierum & puerorum impostor & tenebrio in prærupta adduxit & perduxit, ostendens rapem unde se præcipientes in mare dederent, ut evaderent; se quidem post illud divisurum asserens, ut transirent, & iter tutum per undas festivè haberent. Plurimi insiluisse, inexplorato fundo credentes, qui temerè absorpti sunt. Intereaque ille *Moyse* evanuit. Tradidit illos quippe *Deus* in reprobum sensum, incredulos veritati, fidem ultrò mendacijs præbentes. Multi haud sine fulcro credere *cacodæmonem* illum pseudo-*Moysem* fuisse sub hominis larva.

3 Pro *Messie* adventu laborant, illum ut illi concipiunt expectantes; verum missos in cunctorum redemptionem non credentes, neque illum: unde si sæpe demoni, interdum etiam hominibus in ludibrium ansam tribuere; quin nec risu universonum frugi redeant, & aliquando sapiant. *Quidam* adolescens *Judææ* virgunculæ captus amore, ut voto potiri valeret, astu iuxta *Hebræorum* ludicram cogitationem, nactus est, quod concupierat. Se fecit ornatum Angelico habitu, splendore apparente, includi in arcam & induci quasi sacram

Gggg 2

ur-

Ludibria
Iudæor.Mors Amos
Prophetae.A quibus
occisus?

urnam in puellæ cubiculum. Intempestâ nocte ex arca prodijt, dixitque puellæ Messiam ex se parituram; unde summa illius, generisque felicitas. Intumuit puellæ venter, cunctis credentibus per illam Servatoris adventum, & gaudibundis, expectantibus puerperium; sed mentita est iniquitas sibi, igitur pro puero Messia, puellam peperit; quo Hebræi deciderunt à cogitationibus suis, risui ludibrioque cunctorum expositi. Spes illorum, vah, tanquam hybernalis glacies tabuit; sed velamen super cor eorum fuit expansum cum diploide. Vid. Bonifac. Rhodigin. *Histor. Iudic.* lib. 20. cap. 5.

4 Anno Christi 32. ait Reusner. excusario discipulorum Sabbato spicas vellentium: & circa ult. Pascha, parabola de vinea, conciones de censu Cæsari dando, resurrectione mortuorum, extremo iudicio, Solymæ excidio: item passionis suæ prædictio, & eiusdem unctio in domo Simonis leprosi. Quomodo coherent cum his, quæ signavit d. 28. n. 10. ipse viderit. Deinde fallitur, quia apud Hebræos nullus mensis excedebat dies 30.

5 Romæ lavacrum simulacri Magnæ Matris. Bucel. Reusner. Rosin. K. V. R. eò quod cum primùm è Phrygia advecta in urbem, antequàm ingrederetur suscepta à Scipione Násica, & Romanis tradita Matronis (uti præmisimus die 28. à n. 11.) eius statua vel figura ad confluentem duorum fluminum abluta est. Unde mos Romanis quotannis emanavit; ut simulacrum Deæ cum magna pompa in amnem duceretur Almonem, & à sacrificio lotum, in templum plausu honorifico reportaretur. Ovid. 4. *Fastor.* à v. 337. describit:

Est locus, in Tiberim quæ lubricus influit
Almo,

Et magno nomen perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos

Almonis, dominam sacrisque lavit aquis
Exululant comites, furiosaque tibia flatur.

Ibi etiam carpentum quo imago vehebatur, Sacerdotes Corybantes, & ipsorum gladij lustrabantur undis Almonis. Chartar. pag. 144. In hac pompa currum præcedebant & nudis pedibus Numini addicti & devoti; sed parùm pura canentes de illa & Aty amasio, sine ullo frontis pudore; cum palàm cunctorum oculis ita Virginis cœlestis (sic illam tunc plaudebant) pompa lavacti celebraretur. Quapropter Deorum Mater pingebatur duæ regio curru à leonibus, tympanum pulsans, & sub pino Atys cum lituo,

sacerdotis insigni; & in manu crepitacula gestans; ut demonstrat Ioann. Georg. Hervart. in *Tbesaur. Hieroglyph.* figur. 47. & per indicem exhibuimus, 27. *Februar.* num. 14.

6 Invehitur in huiusmodi pompam (quæ plus habebat auctoritatis Floræ quàm Deorum Matris velamine religionis) acerrimè ut par est, Augustinus 2. *Civit. cap. 4. Cœlesti Virgini Berécynthia, Matri Deorum omnium* (inquit) *ante eius lecticam die solemnè lavationis eius, talia per publicum cantabantur, & à nequissimis scenicis; qualia non dico Matrem Deorum, sed matrem qualiumcunque Senatorum, vel quorumlibet honestorum virorum, imò verò qualia nec matrem ipsorum scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipsa nequitia possit auferre. Illam enim turpitudinem dictorum atque factorum, scenicos ipsos domi suæ, proludendi causâ, coram matribus suis agere puderet; quam per publicum agebant, coram Deorum omnium Matre, spectante & audiente utriusque sexus frequentissimâ multitudine. Quæ si illecta curiositate adesse potuit circumfusa: saltem offensâ castitate, debuit abire confusa. Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sacra? Aut quæ inquinatio, si illa lavatio? Hæc, Fercula appellabantur; quasi celebrarent convivium, quo velut suis epulis immunda demonia pascerentur, &c. Vide dicta die 28. cit. & canit Prudent. in *Peristeph.* à v. 3500.*

Nudare plantas ante carpentum scio:

Lapis nigellus evehendus esse do,

Quem ad lavacrum exeundo ducitis,

Almonis usque perventis rivulum.

Proceres togatos Matris Idææ sacris,

Muliebris oris clausus argento sedit,

Pedes remotis atterentes calceis.

7 Ad hanc pompam veris initio, solemnè die Matrem Deum Romani cunctos invitabant; qui quæ apud quemque erant pretiosæ materiæ, divitisque suppellectilis, vel eximij artificij in ostentationem honoremque festi Cybeles ferebant, & coram imagine demonstrabant gaudibundi. Chartar. d. pag. 145. Ad plausum pompæ; ut ait Lucan. 1. v. 600.

Tum qui fata Deum secretaque carmina
servant Lucan.

Et lotam parvo revocant Almonè Cybellen.

Marlian. in *Topograph.* Romæ, cap. 73. &

Epitom. 4. cap. 24. Situm & originem Al-

monis rivuli describit, subditque: *In hoc*

singulis annis Mater Deorum à Gallis sacer-

dotibus abluebatur. Prodigium, ut fomes

per-

Christi ge-
sta.

Lavacrum
Magnæ Ma-
tris.

Ovid.

Diæa Virgo
cœlestis.

Imago.

Prudent.

Emblemata
diaboli in
pompa.

peristeret in lasciviam, quoad speciem sub Augusto dæmon exhibuit. *Antequam duce- ret Liviam* (inquit Dio, *lib. 48.*) *cum simulacrum Matris Deum ad mare ferretur; Dea cum longè abhuc à mari abesset, à terra in mare progressa est: ibique diu morata, vix tandem redijt.* Idem refert Bulenger. de *Prodigijs*, cap. 20. Hic erat ultimus dies mensis in quo Cybeles lustrabatur simulacrum. Henric. Smet. in *Glossis Fast.*

8 Usus lavacri imaginum inolevit in nationibus; quo prætextu ut securò cum imagine Dianæ, fratre Oreste, ac Pylade posset fugere Iphigenia è Tauris Scythiæ in Græciam; dixit Regi instanti, non fore hospites captos Dianæ immolari, quin eius simulacrum lavaretur; quippè hospitum aspectu violata puritas Numinis. Acquievit Thoas, ut postridie mactarentur: interimque inter fasces abscondentes Dianæ imaginem, tres fugerunt à Scythia. Euripid. *Iphigen. in Tauris.* & Hygin. *Fabul.* 120. Agemus laxo calamo, 13. *August.* Patet hinc veterum religio, & cautio, ne impurè fierent sacra: quandoquidem non solum lustrabantur ministri, sed ipsamet Numinum simulacra. Constat etiam ex Callimacho in *Dianam Hymn.* ibique Scholiastes subdit: *Certo quodam & instituto die mulieres Argivæ accipiebant simulacrū Minervæ, ferebantque ad fluvium Inachum, ibique lavabant.* Observat etiam La-Zerd. in *Virgil.* 2. *Aeneid.* v. 720. n. 9.

9 Etiam pridie Kalend. April. sacra Romani celebrabant Lunæ seu Dianæ in Aventino colle. Ovid. 3. *Fastor.* v. 877.

Luna regit menses: huius quoque tempora mensis

Finit Aventino Luna colenda iago.

Sequuntur Vatem Gyrald. in *Kalend. Ro-* fin. 4. cap. 7. Bucelin. & Hospinian. de *Fest.* cap. 12. Holiia erat taurus, cuius cornua in similitudinem Lunæ, de quo infra. Gyrald. *Syntagm.* 12. num. 35. templum Dianæ distinguit à Lunæ templo, quod etiam in Aventino erat: ex quo (ut refert Tit. Liv. 40. *sect.* 3. & dicemus 19. *April.*) atroci tempestate forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, ventus raptam tulit, & in posticis parietibus Cereris templi affixit. In hoc Lunæ templo pro vestibuli ornatu suspendebantur cornua boum, cum in Dianæ templis duntaxat cornua cervorum; quæ de causâ dictâ Elaphobolia, uti vidimus, 1. *Februar.* à num. 19. At licet utcumque templa Dianæ cervorum cornibus ornarentur; eius templi vestibulum in Aventino

colle ex boum insignibus constabat, ut astruunt Plutarch. *Roman.* qq. 4. Constant. & Marfus in loc. Ovid. cit.

10 Causa assignatur ab ijs & pluribus alijs, cum assignent templum Dianæ in Aventino erectum fuisse à Servio Tullo; tuncque acceptum augurium de æternitate imperij Populi Romani. Æde ergo erecta, in agro Sabino bos apparuit magnitudinis miræ, oraculumque prolatum, imperium orbis illum populum habiturum, cuius civis bovem immolasset: quapropter Sabinus bovem ducebat in Aventinum collem, & oraculum Romano Sacerdoti exposuit: tuncque victimam adducenti dixit: Prius oportere ablui vivo flumine, in cuius munus Romanus dum Tiberim descendit, ut Roma orbis haberet imperium; in Aventino bovem immolavit. Hac de causa cornua bovis in felix omen suspensa fuere in æde Dianæ Aventinæ; quanvis templis alijs essent cervorum. Plutarch. d. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 90. & Liv. 1. *sect.* 154. ex quo Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 3.* num. 1. *Tullio regnante* (inquit) *cuidam patrifamilias in agro Sabino præcipue magnitudinis & eximia forme vacca nata est; quam oraculorum certissimi auctores in hoc à Dijs immortalibus editam responderunt; ut quisquis eam Aventinensi Dianæ immolasset; eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Latus eo dominus bovem cum summa festinatione Romam actam, in Aventino ante aram Dianæ constituit; sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus: de qua re antistes templi certior factus, religionem hospiti intulit, ut prius victimam hanc caderet, quam proximi amnis aqua se lavisset: eumque alveum Tiberis petentem delusit, & vaccam Romanus Diana Aventina sacerdos immolavit; & urbem nostram tot civitatum, tot gentium dominam, pro sacrificij furto reddidit.* Quanta commenta à diabolo, & Romanorum vanitate titulo religionis!

11 Patet ex narratione Halicarnassæ, 4. *num.* 23. Ad concordiam coacto concilio, invitavit Serv. Tullus Latinos exemplari Amphictionis; erectis huius prudentiæ, optabili arque spectabili decreto, templis Dianæ Ephesinæ & Apollini Epitropio (de quibus suis in diebus, 2. *April.* & 20. *Iun.*) subditque: *Horum & his similium exempla secutus, animum adiecit ad constituendum velut unum corpus ex Latinorum populis; ne intestinis bellis & disidijs debilitati, subiugarentur à finitimis barbaris. Id postquam apud se statuit; optima-*

Cur cornua bovis in templo Dianæ Augustinæ?

Prodigiū in signū æternitatis imperij apud Romanos.

Mos lavandi imagines Deorum.

Ovid.

Sacra Lunæ & Dianæ Aventinæ.

Quare templum & à quo erectū?

Diana Ephe- sina & Apollo Epitropio.

is convocavit à singulis urbibus, & in banc sententiam longa oratione suavit eis, ut templum cum inviolabili refugio communi sumptu Romæ construerent; quod convenientes civitates quotannis, privatim simul & publice sacra facerent: & si qua offensa populis incideret, inter sacra Deorum conciliarentur ex aliorum populorum arbitrio. Hæc & alia multa commoda proponens, quæ consequerentur ex communi concilio; collatis deinde oppidatim pecunijs, Dianæ templum edificavit in Aventino eminentissimo urbis cumulo, & fœderis leges conscripsit civitatibus, ritusque celebrandi festi: & ne ulla iniuriâ temporum abolerentur; in arca columna incidit decreta concilij, quæ in Dianæ templo dedicata, inscripta literarum characteribus Græcanicis. Idem sine nugis posterioribus refert in principio Livius, d.

12 Duo templa elucet fuisse in Aventino sacrata Dianæ: unum sub titulo Venatricis, aliud sub Lunæ nomine. Adifis Marlian. Topograph. d. cap. 76. & in Epitom. lib. 5. cap. 2. Fornutus, in Speculat. de Deor. natur. num. 32. ait: Concinnè Luna appellatur Diana. & Germanicus Cæsar in Arati Phœnom. num. 39. In biga equum album, & aliam nigrum dicitur habere (infit) Diana autem Luna dicta est, quasi Diane; eò quòd die ac nocte apparet ipsa. Luna, eò quòd luceat. Trivia eò quòd tribus fungatur figuris: nam eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina vocatur; id est, cœlestis, terrestris & infernalis. Hecate etiam dicitur, quasi morborum expultrix. Quapropter Plutarch. de Facie in orbe Lunæ, inquit: Cavitates sunt Lunæ, quæ videntur macule, & specus; quorum appellant maximum Hecates recessum. Ubi duo tramites: per eos pervadunt animi modò ad tractum Luna cœlo, modò terra obversum. Vocatur tractus Luna qui cœlum spectat, Campus Elysius: qui huc, Persephones, quæ nostra premit vestigia. Porrò non perpetuò in Luna Genij commorantur; sed ad Oracula procuranda huc se demittunt, ac summis intersunt ceremonijs, easque concelebrant. Vindices sunt, atque observatores scelerum, salutareque bellis, & per equor pressò. Ain mi homo! Mira effutit Magister barbatus.

13 Eadem prorsus Luna & Diana, in eodemque colle culta. Hinc Deam Aventinam nonnulli volunt Lucinam dictam (ait d. Anton. Constant.) cum Dianam sive Lunam Palatinam, Noctilucam vocarent; quòd in Palatio, ut Auctor est Varro, templum

eius noctu luceret. Toto corpore lucida depingitur à Chartario d. pag. 83. Ita etiam imaginem descripsimus, 7. Ianuar. à num. 16. De eius palatio & venationibus cum arcu & sagittis intra Lunæ orbem, 1. Februar. à num. 19. quid cœcis mirum? Martian. Capella, Philolog. 1. asserit, hanc ingressam in Orbem Lunæ, ibi sinistra multa, Cereris faces, Dianæ arcum, Cybeles timpana, cestum Veneris, illamque triforem figuram vidisse. Apud Chaldæos dicebantur Lunæ sacra Hecaticus Strophalus, ut ait Psellus in Oracul. Zoroastr. pag. 69. Est ergo (inquit) sphaera aurea, quæ includit saphirum, loro bubulo agitata, referta characteribus. Hanc Chaldæi circumrotantes invocabant Deos aut demones. Rotam moventes, sonos inconditos vel belluinos edunt, ridentes & aera verberantes. Docetur igitur, quomodò peragatur ritus, seu motus Strophali, vim arcanam mirè continens. Vocatur autem Strophalus Hecateus, quia Hecate dicitur. Hecate quidem Dea est apud Chaldæos ad dextram habens virtutum fontem. Vide Ioann. Gerard. Vossium, de Theolog. Gentil. lib. 2. cap. 29. & Ioann. Seldenum de Dijs Syris syntagm. 1. cap. 2. Apud Ægyptios Hecate dicitur Ada, id est, Una: Proclusque lib. 6. cap. 11. Theolog. Platonic. asserit, Hanc unam constare tribus unitatibus, quarum primam Dianam Virginem, secundam Proserpinam, tertiam Minervam vocant. Ioann. Grec. in Indic. Philologic. ad Philosop. Oriental. Stanl. inserit: Primam unitatem vocant Hecaten, secundam Animam, tertiam Virtutem. Unde Hecates nomen apud Chaldæos habebat ad dextram fontem virtutum; ad sinistram autem, fontem animarum. Apud eisdem arte Magicà ut verum ex oraculis audirent, fiebat invocatio cum lapide Mnizurin. Psell. d. Hic lapis (infit Stanleus, 1. Philosoph. Oriental. sect. 2. cap. 29.) vim habet eliciendi alterius maioris demonis; qui inconspicuus accedens, verum quasitarum veritatem insufurrabit. Indicat autem nomen, quo potest elici, unà cum sacrificio lapidis.

14 Dianæ Aventinæ simulacrum sicine Romani apud Mafilienses collocarunt; qui aliquando summa felicitate ex Romani populi amicitia floruerunt. Strabo, lib. 7. num. 7. Inter Græcos Diana alata pingebatur. Sed quamobrè volacrem fecerint; non facile dixerint (ait Pausan. cap. 167.) Humeris certè ala applicata sunt: dextrâ pardalium defert, Leonem alterâ. Nobis profectò facile, quippe in cursu nullus ex Pla-

Eius imagines & regia.

Hecaticus Strophalus.

Dea Ada.

Lapis Mnizurin.

Alis ornata.

ne-

Luna dicta Diana.

Quid Hecates recessus?

Campus Elysius in Luna.

Diana Palatina.

neris Lunà velocior. Ita pennata profertur à Pier. Valerian. quoniam spatio 27. dierum transcurrit totum Zodiacum. Alia videre vales hoc in volumine sparsa. Afsyrijs erat Dea *Belbis*, sive *Balaath*, domina, vel domina mea; quam Deum infessorem Lunæ arbitrabantur. Ioann. Clericus, vulgò, Crec. in *Indic. Philologic. Philosoph. Oriental.*

15 In honorem Lunæ apud Romanos quoque *Nudipedalia* celebrabantur; tuncque dicebatur *Luna Diana*, ad imitationem *Cretensis*; quem etiam ritum exercebant in Vestæ obsequium, ut fusè dicemus, 9. *Iun.* Ab Ægyptijs sumpta formà.

Ex Pelusiaco præfulget flamine vertex.

Discinctis mos thura dare, atque è lege parentum

Sacrificam lato vestem distinguere clavo:

Pes nudus, tonsa coma.

Accinit Sil. Italicus, lib. 5. à v. 25. Virgilius ritum excerptum arbitratur à Carthaginensibus, cum hi à Phœnicia traxerint. Unde 4. *Aeneid.* à v. 13. canit:

— *Ad Lunam queruntur ahenis*

Pubentes herbe nigri cum lacte veneni.

Ipsa mola, manibusque pijs altaria iuxta

Unum exuta pedem in veste recincta.

A Lacedæmone derivatum festum in rotam Græciam, asserit Euseb. Cæsariensis, lib. de *Tempor. Coel. Rhodigin.* 15. cap. 6. In templis aliquibus Ethnicorum nisi nudo pede sisti, religio vigeat. An nudis pedibus vel nudo tantum linitro; videbimus loco cit. quo etiam ritus in sacris, ut puritas inesset adorantibus; quod quidem sumptum ex illo Exod. 3. 5. *Solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Idem Iosue, 5. 16. De Berenice Regis Agrippæ sorore inquit, lib. 2. de *Bell. Iosephus: Venerat Ierosolymam, ut vota Deo solveret. His enim qui morbo vel alijs necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies antequàm immolent bestias, abstinere quoque vino, & capillos radere: quem morem Berenice Regina exercens diebus, nudipes etiam ante tribunal stetit.* Plura diximus *Tom.* 3. *Tautolog.* 5. à n. 17. Fallitur Æschil. dum astruit in *Persæ*, v. 610. *Nudipedalia* primò Lacedæmone instituta & acta, ubi in votorum gaudium Spartæ Principi dicit:

Rex accede, appropinqua:

Veni ad summum cacumen crococinæsum;

Tollens calceum pedis.

16 Anno V. C. 722. T. Pompon. Atticus fato fungitur. Reufner. & Buccelin. ex Plutarch. in eo. Vir profectò singularis,

qui adolescens in Athenas transijt acceptus summè cunctis, ubi gestis etiam illa atate præclaris statuas meruit, maximè cum enixim recusasset. Studium prorsum fructuosum: igitur Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Hinc cognomen Attici. Nunquam cum illo sine aliqua collatione cœnatunt amici; ut non minùs animo convivè consulèrent, quàm stomacho; summà delectatione ex utroque. In amicitijs felix: expriment neq; ad illum tot & frequentes epistolæ Ciceronis; Augusti & Antonij: de quo articulo Plutarchus, quò dudum ait: *Hoc quale sit, facilius existimabit, qui iudicare poterit, quanta sit sapientiæ, eorum retinere usum, benevolentiamque inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtestatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere necesse inter Cæsarem & Antonium; cum se uterque Principem non solum Urbis Romanæ; sed orbis terrarum esse cuperet.* Quàm cunctis acceptus constat ibidem, & ex articulo regressions in patriam. *Amicis, urbana officia præstitit* (ait Cornel. Nepos in *Vit. Græcor. Imperat. & Roman.*) nam & ad comitia illorum ventitavit, & si qua res maior acta est, non defuit; sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit, cui ex patria fugienti L. L. S. ducenta & quinquaginta millia donavit. *Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam: quem diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est; ut lacrymis desiderij futuri dolorem indicaret. Ita fecit, ut verè dictum videatur: Sui cuique mores effingunt fortunam. Elegans non magnificus, splendidus non sumptuosus, omni diligentia munditiam non assuetam affectabat.* Medicinis, cum iaceret æger produxit vitam, sed dolores auxit; unde decrevit fame perire, & voto potitus, septem & septuaginta annos cum compleset, pridie Kalendas Aprilis. Elatus est in lectica, sine ulla pompa funeris, ut ipse præceperat, & sepultus est in monumento Q. Cæcilij avunculi sui. Eadem apud Æmil. Probum.

17 Pompeius Magnus hac in die fugavit superans Mithridatem, ac profligavit in Colchos. Plutarch. de *Diebus.* Tunc excelluit, quanti duxerit Menophilus libertatem, & honorem Regis, licet victi. In supremo periculo gloriam Mithridatis haud omisit. *Ingenti prælio superatus à Romanis Rex Ponticus, & Pompeio* (refert Ammian. Marcellin. lib. 16.) *fugiensque ad regna Colchorum, filiam adultam nomine Dripetinam,*

Belbis Dea.

Nudipedalia.

Sil. Italic.

Virgil.

Æschil.

Pompon. Atticus obiit.

Gesta.

Monumentum.

Facinus illustre Menophili.

*Sexatam asperitate acerba morborum, in
castello Sinhorio Menophilo commissam reli-
quit: qui pius virginem omni remediorum
solatio plenè curatam, patri tutissimè ser-
vans; cum à Manlio Prisco, Imperatoris le-
gato, monumentum quo claudebatur, obside-
ri cœpisset, defensoresque eius deditio-
nem meditari sentiret, veritus ne parentis oppro-
brio puella nubilis captiva superesset & vio-
lata; interfecta illa, mox gladium in visce-
ra sua compegit. Placuit ingenium Mithri-
dati, & gavius de proprio honore; utrum-
que regie iustis magnificis tumulavit. Modò*

*in veris stationem studium suavius cœlamus
recurrat. Iam enim hyems transijt. Pingit
Adrian. Iunius in Epigrammat. canens:*

*Effraesi mentire senis speciem algida Bruma;
Hispida barba riget: pellitus tempora cudo:
Corpus abolla duplex operit, plantasque
calones,*

*Exanguis que manus focus fovet igne co-
ruscus.*

*Congruunt fanè: equidem uti accinit Ioan-
Stigelius de Ortù & occasu stellar.*

*Cynthius Austrino radijs à cardine fractis,
Luce brevem spargit debiliore diem,*

Adrian.
Iun.

Stigel.

FINIS.



INDEX GENERALIS.

Prior numerus paginam, secundus marginalem: §. Prologum signat.

A

AARON.

NAscitur. 440. n.2. Occurrit fratri Moyfi, à Deo legati ad Pharaonem. 191. n.2. Cum illo ad Regem ingreditur. 233. n.1--238. n.2--250. n.2. Consecratur cum filijs in Sacerdotem. 363. n.2. Officio fungitur. 419. n.5. Suffocantur duo ex eius filijs. n. 7. & 364. n. 5. Virga eius in Tabernaculo collocatur. 476. n.3. Unde hæc virga? 486. n.2. Floruit in Tabernaculo. Ibid. Eius uxoris felicitas. 419. n.6. Vestis ad sacra. 119. n.3. Apud se retinuit Herodes Ascalonita, sed sacerdotibus restituta à Romanis. 460. n. 17. Perficitur Aaronis, talaris tunica. 122. n.2. Propter Aaron data Israelitis columna ignis. 431. n.3.

Abaris.

Scythia, quis? 68. à n.17. Sagittà volante & ille post illam venit Athenas. n.18. Insignis Magus. n.17. Discipulus fuit Zamolxis. 69. n.18--227. n.18.

Abazæ.

Quenam & eorum sacra, & qualia? 96. n.15.

Abdemelech.

Ieremiam de lacu educit. 150. n. 5. Muneratur propter pietatem. Ibid.

Abdon.

Index Israhel. 138. n.2. Moritur. 388. n. 4.

Abel.

Nascitur. 314. n.2. Eius sacrificium. 264. n. 2. Interficiatur à fratre. 552. n.6. Velum templi ex eius pelliculis, sanguine manans. 156. n.1. Liber Abelis. 322. n.6.

Abiathar.

Fugit ad David. 64. n.3. Deponitur à Salomone, & deinde in sacerdotium revocatur. 20. n.6.

Abiron.

Deglutitur à terra. 458. n.10.

Abner.

Carpitur ab Isbofeth. 128. n. 2. Mittit nuncios ad David in fœdus. 132. n.2. Invisit. 307. n.3. Occiditur à Ioab. 334. n.2. Sepelitur honorificè. n.3.

Abraham.

Nascitur. 363. n.2. An interfuerit ædificationi turris Babel? Ibid. Vocatur à Deo in Chanaan. 466. n.1. Illuc revertitur post migrationem in Ægyptum. Ibid. Non fuit Rex Damasci. n. 3. Omnicifus iudicatus ab Ægyptijs. 523. n.30. Filius ei primò promittitur. 466. n. 1. Eius præcipitur immolatio. 530. à n. 2. Tunc à diabolo tentatur, & quo astu? 537. n. 4. Implet præceptum. 552. n.7. Ei revelatur afflictio nepotum in Ægypto. 466. n.1. Ducit Ceturam. 39. n. 2. Quæ dona dedit filijs ex illa? Ibid. Solicitat uxorem filio suo Isaac. 106. n.3. Mittit servum in Mesopotamiam in nuptiarum munus. 112. n.2. Prima Dei apparitio Abraham. 466. n.1. Noqa. Ibid. Moritur. 314. n. 3. Dominus Abraham in Haran. 426. n.5.

Absalom.

Filius David. Eius pulchritudo & capillitium. 215. n. 3. Calliditas, & vassitudo. Ibid. Post fratris necem admittitur

in Davidis gratiam. Ibid. In eum perduellis. 389. n.7. Eius statua Romæ. 574. n.3.

Abundantia.

Eius imago. 423. n.24. Vid. *Amalibea, Anius, & Ubertas.*

Accipiter.

Conditio & oblatio accipitrum, cum hieroglyphicis. 722 n.8. Accipitrum ossa auri magnas. Ibid.

Achan.

Prevaricatur in expugnatione Iericho. 581. n.2--588. n.22

Acherusta.

Ostium patens in infernum, qua ingressus est Hercules. 416. n.20.

Achilles.

Ei sacra inter Eleos. 127. n. 15. Post fatum redivivus. 126. n.14. In insulam translatus à matre Thetide. n. 13. Unde & qualis insula Achilles? Ibid. Præstigiæ & illusiones diabolicæ in ea. n.14. Ossa eius in pyxide aurea. n. 13. & 560. n.33. Corpus eius à Troianis redemptum & quo pretio? n.34. Post mortem apparet Argivis. Ibid. Et posterioribus temporibus Apollonio Tyaneo. 35. Iusta in funus quàm magnificè. 437. n.19. Templum ei non clausum tempore belli. 127. n.15. Redivivus in insula Helenam duxit. n.14.

Acconitum.

Ex spuma canis Cerberi. 417. n.20.

Achimelech.

Occiditur à Saule. 64. n.2. Accusatur à Doeg. Ibid.

Actius.

Navius, Magus. 99. n.9. Eius ficus. 231. n.6. Novacula. 99. n.9. Botrus. n.10. Disparuit. n. 9.

Ada.

Dea, quæ? 606. num.13.

Adad.

Vel *Adar Gexer.* revertitur ex Ægypto in Idumæam. 272. n.6. Fugit Davidem. 283. n.26.

Adam.

Creatur. 536. n.2--550. n. 2. Transfertur in paradysum. Ibid. Labitur, & luget prævaricationem. 314. n.2--573. n.2. Eius spelunca in solum transgressionis. 314. n.2--573. n.2. Distributio horarum condito Adamo. 551. n. 4. Vestigia eius & uxoris in valle Hebron. 551. n. 5. Eorum lectuli saxei. Ibid. Quid Deus fecerit, postquam illos expulit è paradiso? 458. n.10--537. n. 2. Fabulæ de primo die Adami. 550. à n.2. Eius à Deo vestis pellicea, an sacerdotalis? Ibid. Deliria Rabbinarum. n.3. & 5. Spelunca in qua Abelem flevit. 563. n.3. Moritur. 456. n.1--552. n. 6. Sepultus in Hebron, sed caput in monte Moria. Ibid. Cum ossibus etiam à Noe collecti libri Adam. 322. n.6--551. à n.2. Eius Testamentum. 456. n.1. Columnæ. 321. num.4. Quisnam liber generationis Adam? 321. n.6. Fuit sapientissimus. Ibid. An fuerit statura gigas? 551. n. 5. Surrexit cum Christo. n.6.

Adonia.

Festa prisca in Adonis honorem. 263. n. 22. Adonis Athenarum. 244. num.24.

Index Generalis.

Adonias.

Interficatur à Salomone. 20. n. 5.

Adonibezec.

Superatur. 307. n. 2. Moritur. Ibid.

Adonis.

Quis? 283. n. 22. An Iobus? à n. 23.

Ades.

Ades in sacris quid? §. 8. n. 16. Quid ædícula? Ibid.

Adilitas.

Quando Romæ cepit huiusmodi magistratus? 448. n. 19. Munia Ædiliam. 534. n. 17.

Aegyptus.

Sentina idolatriæ & superstitionum. §. 10. n. 2. Quando & quare illius idola corruerunt? 182. n. 5--457. n. 5. Festa Ægyptiorum. §. 2. n. 7--466. n. 36. Ferie: 370. n. 18. Præstigia. Ibid. Neomenia Toth. §. 2. n. 7. Phæco tempore quo Hebræi. 466. n. 36. Flagellatio Ægyptiorum. 159. n. 9. Redacta Ægyptus in Provinciam. 548. n. 18. Festum lucernarum in honorem Osiridis. 326. n. 21. Quodnam velum Cereris, & quare apud Ægyptios? 369. n. 18. Nutritio bestiarum, & ritus fatui. 69. n. 19.--245. n. 18. Quo delirio apud illos animarum transmigratio? 427. n. 23. Pagna sustiaria in templo. 465. n. 35. Cur victimæ Israelitarum abominaciones Ægyptiorum? 327. n. 1. Plaga prima. 257. n. 2. Quo in loco? 250. n. 2. Secunda. 300. n. 2. Tertia. 314. n. 3. Quarta. 327. n. 1. Quinta. 363. n. 2. Sexta. 377. n. 2. Septima. 393. n. 2. Octava. 410. n. 2. Nonna. 409. n. 4. Nunciatur decima. 425. n. 2. Insiguitur. 457. n. 5. Alia tuac patrata miracula. Ibid.

Æmilia.

Vestalis damnatur, sed miraculo absolvitur. 584. n. 14.

Æmilii.

Pauli Æmilij Victoria de Pyrrho. 338. n. 16. Pervenit Romam. 125. n. 11. Destruit templum Isis. 53. n. 19. Eius porticus incensa. 74. n. 5. Eius bibliotheca, & Basilica. 141. n. 16. Mori. 138. n. 17.

Æneas.

Erigit templum Veneri. 541. n. 15. Siciliam appulit. 587. n. 23. Cum Venere suam collocat statnam. Ibid. Penates in Lavinio collocat. 255. n. 19.

Ænobarbi.

Unde illorum familia? 140. n. 13.

Æolus.

Ventorum Deus, sacris honoratus, cum templo & simulacro. 436. n. 15. Sacra pro maris tranquillitate. 436. n. 15. Imago. Ibid.

Æoria.

Quæ & cui sacra? 153. n. 17.

Æpytus.

Quis & quare mortuus? 57. n. 15.

Æquator.

Quid ab Astrologis dicitur? §. 4. n. 9.

Æquinoctia.

In illis nonnunquam inæqualitas aeris. 556. n. 20. Æquinoctium vernum. 526. n. 8--528. n. 15.

Æquitas.

Eius Imagines & sacra. 247. n. 11.

Ærarium.

In templo Saturni. §. 6. n. 8.

Æsculapius.

Ei sacra. 13. n. 13. Ei capra cur victima? n. 11. Salvator dicitur corporis. n. 15. Fulminatur. n. 13. Fit in sphaera Serpentarius. Ibid. Eius templum in Epidauris. n. 14. Læus & puteus. n. 11. Eius curationum technæ. n. 14. Tempa eius erant Xenodochia, & collocata extra mœnia. n. 11. Ritus captandi somnia in eius templis. n. 12. Imagines n. 13. Cum Salute simul. n. 15. & 30. n. 8. Cum Hygia & Bono genio. 14. n. 15. & 566. à n. 13. Cum Musis. 13. n. 13. Cum Hercule. n. 11. Cum Minerva & Victoria. n. 16. Æsculapio & Hygiæ arma sacra vit Alex. Magnus. 567. n. 14. Cur ei etiam angues dicati. 12. n. 10. Embolia demonis in eius templis. 567. n. 14.

Æternitas.

Sacra Æternitati. 110. n. 17--590. à n. 9. Æternitatis Imagines. Ibid.

Æthiopes.

Solem adorant. 438. n. 20. Aurum apud illos in vincula tantum. Ibid.

Æthra.

Mater Thefei captiva ducitur à Diocuris. 347. n. 24.

Ægnodice.

Quænam sub virili habitu femina, medicinæ studiosissima? 14. n. 15.

Ægnus.

Paschalis. Vid. Hebr. Festa. Agnus sacrificatus pro Isaac. 574. n. 2. Agnus castus herba in animi puritatem. 465. n. 33.

Ægon.

Et *Ægonalia*. Sacra. 61. n. 10. Ægon pro quolibet ludo. Ibid.

Ægraria.

Lex fomes seditionum inter Romanos. 53. n. 21.

Ægrippa.

M. Vipianus ædificat Pantheon. 404. n. 16. Infirmatur. 195. n. 15. Moritur. 200. n. 11. Eius sepulchrum. Ibid.

Ægronia.

Sacra, quæ & cui? 391. num. 18.

Æbialon.

Iudex Israel, quis? 59. num. 3.

Æbias.

Propheta, quis? 98. n. 4. Prædixit regnum Ieroboamo. Ibid. Viso de electi apostasia. Ibid. An cum illo Ægyptum fugerit? 128. num. 3.

Æiax.

Telamonius precibus Herculis natus, & per illum invulnerabilis. 520. n. 21. Robur & gesta. Ibid. Ab Ulyssè victus. Ibid. Quare furore se peremit? n. 22. Arma Achillis sibi denegata virtus cum Nemese ad eius sepulchrum perulit. Ibid. Sepulchrum eius & templa facta asyla. n. 24. E tumulo apparet, & ibi etiam arma movet. Ibid. Liberat Neoprolemam & dirat. 522. n. 24. Voce ibi conviciantur terret. n. 26. In quemnam florem mutatus? n. 23. *Æiax Oliei* sacrilegium & poena. 46. n. 23--528. n. 17. Propter eius scelus virgines ex Locris iugulandæ mittebantur Ilium. num. 18.

Æius.

Deus inter Romanos. 235. n. 8. Ara & Templum. n. 9. Ades. 280. n. 13.

Index Generalis.

Alba.

Dez, quanam & quorsum? 131. n. 17. Vid. *Furia*.

Albinus.

Aulus, Dux Romanus, sub iugum à Ingurtha missus. 38. num. 17.

Albogalerus.

Quid & cuius sacerdotij insignes? 77. num. 2.

Alcibiades.

Atheniensis: statua eius cur Romæ in Comitio? 104. n. 11--118. n. 6. Occiditur & infomnium in cladis indicem. Ibid. Exaudoratur classe victa, vel illo absente. 383. n. 33. Stemma ipsius clypei. 118. n. 3.

Alcimus.

Eligitur Simoniacè in summum sacerdotem. 65. n. 7. An ex semine Aarón? n. 9. Cum exercitu venit in Iudæam adversus Machabæum. 88. n. 6. Insidiatur Iudæ & Abdaris. 128. n. 5. Compefcitur à Machabæo. 192. n. 5. Redit ad Rëgem Demetrium. 328. n. 6.

Alcyones.

Earum avium nidus, dies incubationis, conditio & metamorphosis. 295. num. 1.

Aletida.

Sacra quæ, cui & quare? 153. num. 17.

Alexander.

Magnus: ex incubo specie draconis conceptus. 31. n. 14--114. n. 16. Nascitur. 201. n. 15. Per aera ducitur inclusus crystallis, ut orbem videat. 71. n. 6. Invitatur & indicitur ab Angelo in Persarum expugnationem. n. 5. & 118. n. 8. Transit in Asiam. 71. n. 5. Phisiam auream in mare proicit. n. 6. Mare ei cedit in transitum. n. 5. Tunc Iovi, Musisque sacrificat. n. 6. Sudas in trahitu statua Orphei. Ibid. Pervenit Nilum & dedicat arma Minervæ, aliaque sumit ex fano. 75. n. 7. Honorat Achillis sepulchrum, & Hephæstion Patrocli. Ibid. Post Afæ debellationem dedicat arma Esculapio & Hygiæ. Ibid. & 567. n. 14. Pugnante, ex illo vibrantur scintillæ, & solminat iras. 107. n. 5. Transit Ierosolyam. 91. n. 15. Adorat Pontificem occurrentem cum pompa. n. 8. Iudæis favet. n. 9. Præliantem cum monstam præcedebat. 567. n. 14. Eius imago cum fulmine & hasta. 379. n. 9. A fortuna inebriatus. 573. n. 35. Obsidet Tyrum. 107. n. 6--409. n. 31. Perit auxilium à Iudæis, sed non impetrat. 107. n. 5. Expugnat Tyrum. 350. n. 8. Prodigia ante pugnam. n. 9--410. n. 32. Furiosus sibi divinitatem arrogat. 450. n. 20. Invenit in Ægypto sepulchra Ieremie Prophetæ & Mercurij Trismegisti. 543. n. 21. Literæ ad Darium. Ibid. Incendio tradidit Persepolim. 572. n. 33. Ducit Rhoxanem. 256. n. 21. Apparatus, sumptus & luxus nuptiarum. n. 22. Circundatur à Barbaris & graviter vulneratur. 567. n. 14. Mors. 201. n. 15--577. num. 14.

Alexander.

Bala, quis? 93. n. 4. Regnat in Syria. n. 5. Ionathæ Machabæo favet. n. 6. Ingulatur. 297. n. 6.

Alexander.

Iamens, Rex Iudæorum, truculentus & crudelissimus. 97. num. 1.

Alexandra.

Iudæorum Regina. Eius gesta & mors. 59. n. 5.

Alexandria.

A Cesare capta. 548. n. 16. Eius bibliotheca exusta. Vid. *Bibliotheca*.

Alpheus.

Fluvius, ubi? 283. n. 75. Eius aqua in sacra Iovis Olympij. Ibid.

Altare.

Quid apud Ethnicos? §. 8. n. 16. Altare sacrum Holocausterum perficitur. 177. n. 3. Etiam alrare Thymiamaticis. 112. n. 2.

Amalthea.

Quenam? 361. n. 8. Eius capra. 414. n. 12. Cornu copiosa unde & quare? 361. n. 8.

Aman.

Quis? 335. n. 6. Deturpatur à filia. 488. n. 6. Exaltatur ab Aducro. 335. n. 6. Impetrat à Rege exterminium Iudæorum. n. 8. Per sortes conatur scire opportunitatem in facinus. Ibid. & 446. n. 4. Scribuntur decreta in exidium. 452. n. 5. Affliguntur Sufis. 459. n. 13--477. n. 7. Aman illudicitur à Mardocheo & quare? 284. n. 3--335. n. 7. Quomodo? 477. n. 8. Aman socius in eunachorum coniuratione. 284. n. 6--488. n. 9. Accensatur ab Esthere. n. 9. Ab illa invitatur in regale convivium. 477. n. 7. Præco factus in Mardochei pompa. 487. n. 5. Suspenditur & clavis suffigitur. n. 7--477. n. 9. Unde lignum crucis Aman? 488. n. 7. Filij eius vel post mortem in crucem acti. 247. n. 9. Imago Aman à Iudæis comburitur. 251. n. 7.

Ambrosia.

Sacra. 96. n. 14. Qualia? Ibid.

Amburbia.

Quæ in Iustrationem Urbis? 172. n. 12.

Amenophis.

Ægypti Rex, quis? 24. n. 2. An Memnon? Ibid. & 58. n. 17--400. n. 3.

Amicitia.

Vid. *Fides*. Sacra. 590. n. 9. Quid sit Amicitia? n. 10. Amicitie probatio. n. 13. An ultra mortem? Ibid. Imago. 110. n. 16. Singularis & ingeniosa. n. 12. Hieroglyphica. n. 14. Aliquorum insignis amicitia. 590. n. 10.

Amida.

Quæ Dea? Imago & sacra. 28. n. 18.

Amilcar.

Occiditur, illusus ab aruspice verbis ambiguis. 333. n. 23.

Amon.

Et *Amon* & *Aman*. Vid. *Iupiter*. Pampa Amonis, & ritus. 529. n. 19--577. n. 15. Imagines & templum. n. 16. & 20--577. n. 16. Quomodo visus ab Hercule? n. 17. Quis templum eius erexit? 162. n. 21. An cultus à Salomone & Regina Saba? 579. n. 19. Cornua eius simulacri pro radijs. n. 20. Eius imago non sub figura propria. n. 21. Quare in navi à sacrificulis portabatur? n. 24. Unde eius Oraculum? 211. n. 18--580. n. 22. Vid. *Aman*.

Amor.

Vid. *Amicitia*, *Fides*, *Cupido*. Amor celestis Cupidinem vincit. 207. n. 12--559. n. 29. Amor geminus. Ibid. & 533. n. 12. Eius potentia cedunt Terminis & Mors. 294. n. 9. Plura ac præclara Amoris insignia. 591. n. 12. Amor mancipium Fortunæ. 110. n. 16. Adversus fortunam comite fide. 534. n. 15. Gesta egregia & efficitus. Ibid. Imago cum Anterote. 110. n. 16--533. n. 12. Cum Nemesi. 554. n. 13. *Amor proprius* cur dicitur Erinyes? 534. n. 31. Eius imago in gymnasijs inter Mercurium & Herculem? n. 13.

Amor.

Propheta ex Minoribus, occiditur. 603. n. 1. A quibus? Ibid.

Index Generalis.

Amphiaraus.

Magus. 202. n. 21. Unde accepit vaticinandi virtutem? n. 21. Fulminatur & deglutitur à terra. n. 20. Ei dicitur templum, quod oraculum. n. 21. Eius lancea, fons, puteus & antrum, cum ritibus consulentium. n. 22.

Amphion.

Magiæ disciplinis imbutus. 318. n. 16.

Amun.

Quoddam Numen inter Ægyptios? 357. n. 3- 524. n. 2- 577. à n. 15. Eius statio dicta Porta Deorum, & Deus incognitus. 290. n. 25. Eius imagines. Ibid. Etiam imagines eius stationis. n. 8. & 19- 526. n. 8. Sacra. 289. n. 25. Eius signa erant amuleta. n. 26. Figura Amun. Ibid. Apud Arabes. 579. n. 19. Quid Amun & Phra? 524. n. 2. Imagines. Ibid. Pampa Amun, & imago. 529. n. 19- 577. n. 15. Templum. n. 16. *Amuna*, quæ Numina? 579. n. 19.

Anæthes.

Dij, qui fuerint? 77. n. 17- 151. n. 14. Templum eorum. 360. n. 7.

Anagogia.

Sacra. 179. num. 6. Ritus. Ibid.

Anaitis.

Quæ Dea? 227. n. 17. Eius imaginis status ex auro solida. 573. n. 38. In eius templo ignis perpetuus, & sine cinere. 402. n. 10.

Ananias.

Pseudopropheta. Frangit cærenas lignas, quas fecerat Ieremias. 35. n. 5. Moritur. 393. n. 4.

Anaxagoras.

Eius vaticinium de lapide è cælo ruente. 387. num. 35. Quando cecidit? Ibid.

Anaxarches.

Gesta ac nex. 348. num. 28.

Anchises.

Obitus & iusta. 587. num. 23.

Ancilla.

Ferit. 510. n. 28.

Ancylia.

Quid fuerint? 366. n. 11. Quando mota? 427. num. 7. Quare mota? 512. n. 24. Lustratio Ancylionum. à num. 23. Motio, ominosum Romanis. 367. n. 11. Ritus movendi Ancylia. n. 12. Ancyle è cælo cecidit Romanis in protectionem. 512. n. 23. Gravi pondere ancyle. 523. n. 28.

Andabata.

Franambuli. Vid. *Ladi*.

Andromeda.

Eius vincula in Ioppe. 166. n. 5. *Andromeda* sphaeræ constellationis. Eius stellæ & influxus. n. 4.

Andronicus.

Antiochi Epiphaniis vicarius, occidit Oniam sanctum. 103. n. 5. Illam eduxit dolo è Daphnæ alylo. n. 6.

Anima.

Apud Rabbinos transmigrationis animarum. 552. num. 6. Apud Ethnicos. 558. num. 23.

Animalia.

Ex quibus singulares victimæ singulis Dijs? 16. n. 20.

Anius.

Quis? 423. n. 23. Eius filix quare ex Andro advectæ De-

lon? n. 24. Conversæ in insulas Cycladas. Ibid. Quicquid tangebant, in oleum, vinum ac frumentum vertebatur. Ibid.

Anna.

Mater Samuelis. Eius votum. 459. n. 11. Vid. *Samuel*.

Anna.

Perenna, quæ & qualis Dea? 469. à n. 10. Imagines. n. 12. Deludit Martem. n. 13.

Annibal.

Prodigia ante eius adventum in Italiam. 57. n. 14. Eius truculentia & perfidia. Ibid. Victoria ad Trebiam. num. 13. Serpentes pro armis in hostes disperfit. 385. num. 29. Astus pro servandis opibus in fuga. 79. n. 8. Statuæ. 57. n. 14.

Annulus.

Seleuci Nicanoris. 139. n. 6. Thefei. 409. n. 29. Polycratis. 90. n. 11. Pyrrhi. 218. n. 14. Epiphaniæ. 446. n. 7. Epicureorum. 109. n. 15- 114. n. 7. Puellæ desponsæ. 50. n. 11. Virginis Deiparæ. 125. n. 9. Annulis iniectis placabatur mare. 436. n. 15. Vid. *Tempestas*. Honor annuli Regis inter Persas. 498. n. 7.

Annus.

Astronomicus, Lunaris & Solaris. 5. n. 1. Annus sacer. 363. n. 2. Annus Dei & Sothicus. 345. n. 18. Annus dicitur tantum Soli. 5. n. 8. Annus inter Romanos. 5. n. 6- 345. n. 17. Inter Mexicanos. 18. num. 25. Inter Malabares. Ibid. Finis anni apud Mexicanos. 326. n. 22. Apud Sinas. 347. n. 22. Anni arborum. 18. n. 24- 505. n. 30. Stationes anni & imagines stationum. 525. à n. 5. & 8. In vere statio anni dicta Ammonica. 525. n. 5. Imagines varæ quatuor temporum anni. n. 4. Mytheria apud Ægyptios in anni stationibus. 346. n. 19- 526. n. 8. Imagines. Ibid. Annus Bisextilis, & dierum intercalatio apud varias Nationes. 345. à n. 17. Cur quinque dies intercalationis additi, dicti Natales Deorum? 346. n. 10. Tria olim anni tempora, & eorum nomina, non quatuor. 526. n. 9. Quatuor. 528. n. 15.

Anser.

In Romanorum pompa. 58. n. 2. Imago illius in cella Capitolina Iunonis. 67. num. 12.

Antæon.

Eius sepulchrum à quo inventum? 427. n. 9.

Anteros.

Anteros, cur geminus? 533. à n. 12. 559. à n. 29. Imagines. 110. n. 18- 513. n. 13. Quid Eros & Anteros? n. 12. Quare cum Venere Cœlesti? 557. n. 22.

Antigonus.

Indæus, filius Aristobuli II. servatur à morte à Ptolomeo Menæo. 216. n. 7. *Antigonus*, Rex Macedoniæ. Eius gesta & honores. 22. n. 14.

Antilogia.

Sacræ expositæ conciliantur. 20. n. 6- 43. n. 14- 53. n. 2. & n. 4- 59. n. 2. & 4- 67. n. 2. & 9- 73. n. 1- 98. n. 3- 180. n. 1- 186. n. 1- 192. n. 6- 198. n. 5- 211. n. 3- 234. n. 4. & 6- 239. n. 5- 246. n. 5- 271. à n. 3- 285. n. 6- 301. n. 6- 302. n. 8- 303. n. 14. & 15- 315. n. 7- 327. n. 2- 335. n. 5- 393. n. 3- 411. n. 2- 433. n. 5- 446. n. 7- 447. n. 9- 466. n. 1- 467. n. 2- 478. n. 10- 497. n. 7- 498. n. 8- 531. n. 5- 538. n. 6- 581. n. 3. & 6- 590. n. 7- 597. n. 6.

Antiochia.

Conditur. 286. num. 13.

Antiochus.

III. *Magus*, Rex Syriæ, vincitur à Ptolomeo Philopatore. 223. n. 5. Recuperat Indæam. 371. n. 4. Vincit Ægypti præfectum. 411. n. 4.

Index Generalis.

Antiochus.

IV. *Epiphanes*, Rex Syriæ, nascitur. 178. n. 3. Quam pessimus prædicatur. 544. n. 3. Præcursor Anti-Christi. 447. n. 7. Cur *Epimanes* pro Epiphane dicitur? n. 6. Spoliat Templum Ierolymitanum. 20. n. 7. Non introivit in Sancta-Sanctorum. n. 8. Eius persecutio quandiu duravit? num. 9. Sufficit pro se præfectos eiusdem furfuris. n. 10. Per Apollonium vexat cives & urbem. Ibid. Summum pontificatum Onie tribuit Iasoni. 87. n. 2. Dolo captat regnū Ægypti. n. 3. Pacificè ingreditur Iudæam, denuoque inde Ægyptum invadere cogitat. 393. n. 5. Occidit Andronicum propterea eadem Sancti Onie. 133. n. 4. Pergit Persidem pro belli sumptibus. 134. n. 7. Moritur. 446. n. 5. Eius annuli sigillum, & an Musca? n. 7. Gesta in Deorum honorem. 446. n. 6. Instrumentum illius necis. n. 7. Fastus in eius imagine. Ibid.

Antiochus.

V. *Eupator*, Rex Syriæ, Epiphane filius, pro illo in solium sufficitur. 565. n. 8. Templum restituit Iudæis, & concedit legitima genti. 467. n. 6. Cæditur. 65. n. 6.

Antiochus.

VII. *Sidetes*, Syriæ Rex, fugit Tryphonem. 308. num. 9. Occiditur. 73. n. 1.

Antipater.

Idumæus, pater Herodis Ascalonitæ, quis fuerit? 129. n. 6. Iuvat Hyrcanum adversus fratrem Aristobulum. 459. n. 15. Iul. Cæsar eum summè honorat. 129. num. 7. Occiditur dolo. n. 8. Herodes iussu Cæsarij ulciscitur mortem patris. Ibid. *Antipater*, filius Herodis ab ipso truncatur. 304. n. 19.

Antonius.

Marcus, triumvir. Eius iocus gravis in Athenienses. 116. n. 3. Eius blandimenta in Cæsarem. 472. n. 23. Technæ in ambitum. 474. num. 27. & 28.

Anubis.

Deus inter Ægyptios & eius imago. 115. n. 8. An Beel-sephon? 516. n. 4.

Aod.

Index Israel obit. 377. n. 2. Eius gesta. Ibid.

Apega.

Nabidis uxor, quæ femina, & eius dolosum simulacrum? 202. n. 18.

Apes.

Earum inventum & mellificatio. 2. n. 2.

Aphrodisia.

Sacra quæ & cui? 252. num. 9.

Apis.

Deus Ægypti. Vid. *Serapis*. Eius imago, & cum Salute cultus. 145. n. 11.

Apius.

Claud. Decemvir nequam & furiosus. 188. n. 9. Suffocatur in carcere. Ibid. Vid. *Virginia*.

Apocope.

Unde huiusmodi affectio? 204. num. 25.

Apollo.

Cognomento *Ægyrus*. 449. n. 19. *Alexicurus*. 520. n. 19. *Apollo Aloxas* cur ita dicitur? Ibid. *Delphicus* & eius simulacrum specie lupi. 154. n. 18. *Epitropius*. 605. à n. 11. *Episcurius*. 110. n. 15--503. n. 25. *Hyperboreus*. 261. n. 16. Vid. *Hyperborei*. Ibi Apollini sacra celebrantur à cynis. 262. n. 19. Eius ut tutelaris, & propter auxilia conservatoris insignia. n. 20. Imagines. à n. 18. *Hyrcani*. Eius fons, sacra, flores & oracula. 382. n. 18. *Lycius*. 153. n. 18. Cur ita dicitur? n. 19. Eius oraculum & fons. n. 20. *Ismenius*. 213. num. 13.

Cur laurus in sacris Ismenij? 520. n. 19. Templum & donaria. n. 14. Lucus Ismenij flagrat. 520. n. 20. *Leucadius*. 466. n. 37. *Palatinus*. 408. n. 26. In eius templo libri Sibyllini. Ibid. *Parthicus*. 503. n. 25. *Pythius*. Ibid. & 261. num. 16. Unde huiusmodi titulus? Ibid. *Phileus*, qua de causa? 442. n. 6. Imago. Ibid. *Sandalarius*. 8. n. 4. *Temenus*. 569. n. 22. *Thyrseus*. 382. n. 18. Eius sacra arcana apud Thebanos. 237. n. 15. Apud Epirotas. 86. n. 8. Inter Argivos. 542. num. 19. Urnæ Apollinis in perniciem adorantium. 543. n. 20. Eius templum Delphicum invaditur à Brenno. 130. n. 13. Defenditur prodigijs. n. 15. A Minerva & Heroibus. num. 17. Idem contigit sub Xerxe. 424. n. 27. De cælo in invasores prodigijsè pugnatur. n. 28. Tandem templum spoliatur. Ibid. In templo Delphico ignis in ara perpetuus. 402. n. 10. Columba in humero Apollinis. 237. n. 15. Atheniensium navis Salutaris cum donarijs missa Delon. 340. n. 24. Quæ donaria è Salaminæ victoria? 482. n. 21. Sacra Maiora. 520. n. 19. Eius templi lucus. n. 20. Apollo templum primum Delphicum misit Hyperborcis. 261. n. 17. Quotplex templum? 462. n. 24. Parcit crimen consentienti. 542. n. 19.

Apollonius.

Tianus. Quis & qualis? 463. n. 29. Eius præstigiæ sub virtutum larva. n. 30. Mors stupidis mirabilis. Ibid. Sepulchrum. n. 32. Fons. n. 31.

Apomagdalia.

Sacra quæ & quo intuitu? 17. n. 21.

Apophoreta.

Seu stranæ. 8. n. 4. Vid. *Strena Dea*. Quæ strenæ, donaria, seu apophoreta feminarum, & quando? 169. n. 3.

Aqua.

Lustralis. 370. n. 2--538. n. 9--563. n. 4. Apud Ethnicos. Ibid. Cur servata in templo Vestæ? 538. n. 9. Sal etiam in illam spargebatur, qua vel superi lustrabantur. 539. n. 9--563. n. 4. Aqua Stygia. n. 25. Aqua-Virgo Romæ unde dicitur? 71. n. 4. Aqua sacra. 405. n. 17. Aqua in vinum conversa. 37. à n. 13. Aqua fervens è templo Iani. 11. n. 8. Aqua marina in arte Minervæ Atheniensis. 57. n. 15. Sacra aquæ & ritus factorum. 101. n. 15. Adoratur à Persis. Ibid. Et 561. n. 37. Ritus. Ibid. Quæ & quare inter Hebræos aqua Contradictionis? 440. n. 2--445. n. 1. Quid puteus aquarum viventium? 431. n. 3. Aqua per Moysen dulcoratur abolitâ amaritudine. 544. n. 2--553. n. 8. Aqua maris unde dulcis? 571. n. 30. Aqua Stygia. 570. n. 25.

Aquarius.

Signum cæleste. Eius stellæ, & influxus. 1. à n. 1. Dicitur Bonus Dæmon. Ibid. Fabulæ de hoc signo, & Imagines. n. 11. Regiæ Aquarij influxus. 451. n. 1. Ortus. Ibid.

Aquila.

Constellatio. Eius influxus. 24. n. 1. Lucida Aquilæ, & eius influxus. Ibid. Aquila aurea Herodis in templi porta Orientali. 115. n. 1--459. n. 16. Signum aquilæ in prodromo Olympico. 318. n. 17. Aquilæ amar erga Vulcanum. 24. num. 1.

Ara.

Quid inter Ethnicos? §. 8. n. 16. Ara Deorum Ignotorum. 18. n. 26. Ara Salutaris. 171. n. 10. Ara Maxima Herculis. 129. n. 8--421. n. 17--566. n. 12.

Araber.

Eorum ritus in fœdera. 90. n. 12.

Aratus.

Dux in Dionysium Siracusarum tyrannum, occidit. 214. n. 16. Eius honores, & sacra instituta. Ibid.

Araxa.

Quæ femina, mater Scytharum? 71. n. 4.

Index Generalis.

Arbores.

Uti Numina cultz. §. 8. n. 17. Initium anni arborum. 18. n. 24--505. n. 30. Ritas illius diei. Ibid. Vid. *Lucus*. Arbor Persica unde? 359. n. 5. Arbor Asphodelus, seu Regis virga. 379. n. 10. & 13. Malus Punica duntaxat in Iunonis honorem. 443. n. 10. Arbores Adami. n. 551. n. 3.

Arca.

Noc. Vid. *Noc*. Sedit post diluuium super montes Armeniz. 486. n. 1. *Arca fœderis* perficitur. 123. n. 3. Quæ in illa? n. 4. Collocatur in Tabernaculo. 363. n. 2. Sine pondere portabatur. 432. n. 4. An pridem inter Hebræos alia Arca & Tabernaculum? 300. n. 3. An Fœderis Arca revelabitur tempore Anti-Christi, & quid de ea post nebularum interitum? 150. n. 6.

Arcadia.

Eleusina. Sacra Cereri Cidariz, & quo rita? 493. n. 26. Sacrum Arcadium. 517. n. 11.

Archelaus.

Rex Indæ, Herodis filius, funerat magnificè patrem. 412. n. 7. Eius Truculentia. 460. n. 16.

Archemorus.

Quis? 202. n. 17. In eius honorem hyemalia Nemea. Ibid.

Arctophylas.

Constellatio. Eius stellæ & influxus. 222. n. 11.

Arcturus.

Stella, & eius influxus. 300. n. 1.

Areopagus.

Concilium Atheniense, unde sic dictus? 117. n. 5. Ornatus. Ibid. Merita, Munia, auctoritas, & iudicandi modus in electis. n. 4. Quando Senaculus pervius? n. 5. & 141. n. 17. Quando clausus? 159. n. 10. Sacra Marti in Areopago. 455. n. 17.

Argea.

Sacra. 491. n. 19. Qui Argei? 103. n. 9. An fuerint Cafores? 492. n. 20. Ritas Flaminiæ Diali in Argeorum functione. n. 19.

Argo.

Navis, ex Syrtibus educitur, & humeris supportatur ab Argonautis. 137. n. 18. Argo constellatio oritur. 456. num. 1.

Argonautæ.

Eis prædicatur templum extractum dicendum posterioribus temporibus Virgini-Matri. 383. n. 23. Eisdem apparet Michael spectabili forma. Ibid. Vide *Iason*. Cur templum æxere Minervæ Cretean? 486. n. 35.

Ariadna.

Filia Minois. Eius corona quibus floribus ornata à Theleo? 382. n. 18--418. n. 1. Vid. *Corona*.

Aries.

Signum celeste. Eius stellæ & influxus. 351. à n. 1. Anni principium. n. 4. Imagines. n. 11. & 523. à n. 1. Cum Iove figuratus. n. 3. Cur in cœlum Aries euectus? 577. n. 16. Cur tribuitur Minervæ? 529. n. 18. Lucida Arietis. 596. n. 1. Pompa capitis Arietis. 524. n. 3. & 19--579. n. 15. & 20. Vid. *Ammon*, *Amun* & *Iupiter*.

Aries.

Chrysovellus, quis & qualis? 358. n. 4--579. n. 20.

Arimanius.

Hofis fratris Oromazi. 33. à n. 16. Sacra. Ibid.

Arion.

Equus vocalis, & pede humano. 121. n. 9.

Aristæas.

Eius magicæ præstigiæ & technæ. 289. n. 21. Cultus uti Numen. 22. Instrumentum demonis in embolia. n. 23. Descendit in antrum Trophonij & quo iatuitu? 463. n. 29.

Aristæus.

Quis? 2. n. 2. Per illum ventus Euri in æstate. Ibid.

Aristides.

Eius probitas. 298. n. 12. Patienter ostracismum pertulit. Ibid.

Aristobulus.

Priscus, unus è Sept. Interpretibus, quis? 259. n. 8--285. n. 9. Aristobulus. II. frater Hyrcani Pontificis, regnum affectat. 60. n. 6. Vincitur à fratre, & recedit Ierolymam. 459. n. 15. Retinetur in vinculis. 297. n. 7. Sistitur Pompeio. 151. n. 8. Capitur, & cum filio Romam mittitur. 459. n. 15. Fugit. Ibid. Post liber honoratur à Cæsare, tuncque veneno tollitur. 212. n. 6. Eius cadaver melle servatur. num. 7.

Aristodemus.

Defendit virgines ab iniuria. 190. n. 16. Petulans ab alijs capitur, ligatur, sed solvitur. Ibid. & 237. n. 14.

Aristoteles.

Instituit bibliothecam publicam. 117. n. 9. Imagines & ingenium. 449. n. 15. Quid peplus eius? Ibid. De coenocœmia Platonis. Ibid.

Arma.

Post victoriam dicabantur Dijs. 75. n. 7--567. n. 142. Anima Martis spontè mota malum omen. 461. n. 22.

Armilustrium.

Quomodo lustratio armorum & exercitus apud Romanos & Persas? 422. à n. 19.

Ars.

Sacra Arti. 438. n. 22. Cum Senectute & Paupertate. Ibid. Ars Aruspicina. Vid. *Aruspicina*.

Arfinoc.

Regina Egypti illustris. Eius imago, & statua ex Tapanzio. 143. n. 21. Templum singulariter speciosum. 562. numer. 41.

Arueris.

Quis Deus inter Egyptos? 18. n. 24. Vid. *Horus*.

Artaxerxes.

Vcl *Assuerus*, *Longimanus*, conditione nobilis & benignus. 477. n. 6. Natale suum celebrat post Cyrum fratrem devictum & mortuum. 350. n. 7. Eius convivium regiam, insigne. 349. n. 5. Locus, tempus & causa. Ibid. & 526. n. 7. Sedere voluit in Throno Salomonis. 350. n. 6. Cur non valuit? Ibid. Pro voto alium similem graphicè fecit. Ibid. in illum insurgere cogitarunt Eunuchi? n. 4. Quare iratus voluit occidere Estherem, dum ad illum ingressa, non vocata? 477. n. 7. Decernit exaltare Mardocheum. n. 9. Suspendit è Cruce Amanum; & literas mittit in salutem Iudæorum. 537. n. 5. Divitias Aman confert Estheri, & anulum Mardocheo. 488. n. 9. Vid. *Aman*, *Esther* & *Mardocheus*. Decorat locum, in quo pro igne inventa est aqua crassas. 181. n. 3.

Artemisia.

Herba. Eius conditiones. 232. n. 2. Regina, vid. *Xerxes*. Quam bellatrix! 481. n. 18. Suadet illi regressum in Asiam. 482. n. 24.

Index Generalis.

Arsuspicina.
Ars quam valida apud Ethnicos? 267. n. 16. Vid. *Magia*.
Futuitas artis. n. 18.

Asara.
Dea, culta à Manasse, Rege Iudæ. 251. n. 3.

Asclepiades.
Medicus. Eius sciencia, dexteritas & mors. 204. n. 24.

Asclepius.
Medicus. Eius fatum & apotheosis. 256. n. 13.

Asdrubal.
Dux Carthagenensium in crucem actus. 99. n. 8.

Asidat.
An ex Rechabitis, & cur trucidati ab Alcimo? 128. n. 5.
Vid. *alcimus*.

Asinus.
Fabula de Asino culto ab Hebræis. 123. n. 3.

Aspasia.
Eius columba, & sanitas per Venerem. 179. n. 7.

Asphodelus.
Arbor, & quare *Hasta Regis* dicta? 379. n. 10. Eius proprietates. n. 13.

Affuerus.
Persarum Rex, Longimanus. Vid. *Artaxerxes*.

Afarte.
Dea Phœniciz. 410. n. 31. Eius sacra cum Urania. Ibid.
Regina cœli & Luna. 485. num. 31.

Asterismus.
Apud Astrologos, quid sit? §. 4. n. 1.

Astronomia.
Eius obiectum & discrimen ab Astrologia. §. 4. n. 5.

Asylum.
Romanum, & pompa ad illud. 173. n. 13. Ibi draco nuntiebatur à Vestalibus. Ibid. Institutum à Romulo actu. 415. n. 16-448. n. 12. Quo intuitu translatum? à num. 13.
Cur negatum feminis? n. 12. Asyla varia inter Gentes, & quare? 416-416. n. 17-448. n. 12. Ritus eorum qui ex asylo exibant bonâ fide pro iudicio. 100. n. 13. *Asileas* Numen. 416. n. 17.

Ate.
Dea, seu *Erinyes*. 534. à n. 18. Inferni monstra cum ea. n. 19. Imago. Ibid. Pellitur de cœlo. n. 20. Typus Luciferi, & Philauriz. Ibid. Socij illius descenderant in barathrum. n. 21. An expresserit Evam? Ibid.

Athena.
Paria virorum illustrium, & earum infelicitas. 483. n. 24. Athenarum Adonia. 244. n. 24. Cur earum insigne, noctua? 483. n. 25. Bibliotheca à Sylla Romam advecta. 369. n. 16. Ab illo captæ. Ibid. Exultæ & cur à Xerxe? 572. n. 32. A Lyfandro etiam captæ. 482. n. 23. Portentum ante expugnationem. 61. n. 12. Etiam Antigoni Demetrius Polyorcetes expugnat. 600. num. 18.

Athenienses.
Unde crepundia puerorum imaginibus serpentium? 360. n. 7. Pompa puellarum, quo intuitu? 409. n. 29-424. n. 27. Vid. *Theſeus*. Quid apud Athenienses Salutis pharmacum? 170. n. 8. Detestabilis ipsorum lustratio urbis ex crudeli perispermate. Ibid. Victoria de Dario Hyllaspis ad Marathonem. 200. n. 12. Ad Salamfinam de Xerxe. 481. n. 18. Prodigia ante victoriam. n. 22. Portenta varia in pugna, &

victoria trophæa cum donarijs. à n. 21. Draco in conflictu pro Atheniensibus. n. 22. Statua eiusdem victoria. num. 21. Victoria ad Artemisium. 228. n. 21. Victi ad flumen Abnarrum. 549. n. 21. A Lyfandro ad Ægos-Potamos. 386. n. 33.

Atilius.
C. Atilij virtus bellica & constantia. 481. n. 20.

Ablas.
Gigas, multatus pondere cœli. 268. n. 19. Eius in cœlo munus. 387. n. 35.

Attis.
Vel Atthys, quisnam? 575. n. 7. & 11. Eius imago. n. 11. In pinum conversus. n. 10. Obitus. n. 9. Templum, num. 10. Sacra cum Cybele. n. 9.

Attimis.
Quodnam Numen? 556. n. 19. Imago. Ibid.

Avaritia.
Sacra. 480. n. 16. Opposita statere Virtutis. 208. n. 16. Et Concordiz. 462. n. 23. Dij Avaritiz. 480. n. 16.

Augurium.
Quid augurium Salutis? 49. num. II. 598. num. II. Eius species. 341. n. 2.

Augustus.
Cæsar Octavianus. Concipitur ex incubo, draconis specie. 114. n. 6. Salutatur Pater patriæ. 194. n. 14. Summè acceptus pop. Romano. n. 15. Somnium de ira Iovis Capitolini. 173. n. 14. Eius arrogantia ex fortuna. 579. num. 20. 586. n. 20. Felicitas. 493. n. 24. Crudelitas. 474. num. 28. Ostentum in eius felicitatem. 493. n. 24. Ter Ianum clausit. 11. n. 8-45. n. 21-78. n. 4. Fit Pontifex Maximus. 397. n. 18-407. n. 25. In pontificatu de Vestalibus egregiè meritus. 405. n. 17. Libros Sibyllinos fictitios exulsit, num. 26. Quare dictus *Augustus*? 78. n. 4-90. n. 12. Honoratur tribunicia potestate. 96. n. 13. Et dignitate Imperatoriæ. Ibid. Quo intuitu petijt stipem, quasi pauper? 174. n. 15. In eius obsequium in Indæ ab Herode instituta certamina atletica. 112. n. 2. Etiam ibi sita statua aurea. 115. n. 2. Triumphi. 45. n. 21. Ludi triumphales. 78. n. 4. Aves *Augustam* salutantes. à n. 19. Chirographa combulsi debitorum. 555. n. 14.

Aviola.
Civis Romanus, revixit in rogo. 204. n. 25.

Auriga.
Constellatio. Eius stellæ & influxus. 360. n. 7.

Aurora.
Ei in cursum à Iove concessus Pegasus. 3. n. 4.

Aurum.
Apud Æthiopes usus eius duntaxat in noxiarum vincula. 438. n. 20. Magnes auri ossa accipitris. 72. n. 8. Gallinarum ossa aurum consumunt. Ibid. Ferrum in foete auri potabilis. 562. n. 40. Aurum absconditum in pice. 566. n. 12. Quid aurum Tolosanum? 120. n. 7-130. à n. 14.

Axa.
Filia Caleb, ducitur ab Othoniele. 215. n. 1.

Azymi.
Panis Azymi. 457. n. 7-467. num. 3.

B.

B A A L.
Vid. *Bel*. Eius idolum, & cur in Ephrâ. 25. n. 5.

Baalgad.
Quodnam Numen? 50. num. 11.

Index Generalis.

Babel.

Tarris ædificatur, & quoto tempore? 418. n. 2. Quoto tempore erecta? Ibid. Non solum ibi divisæ linguæ, sed & mutatae ædificantium facies. Ibid. Dissipatur. 418. num. 2. Quomodo? 502. num. 21. Propositum ædificantium. 418. num. 2.

Babylon.

Ædificatur. 418. num. 3. In illa duo orbis miracula. 308. n. 8. Eius insigne columba. 227. à n. 17. Captivitas Babylonica. 301. n. 6. Soluta. 459. n. 12.

Bacchanalia.

Indagorū. 123. n. 2-393. n. 4. Inter Ethnicos dicta *Diosyssa* & *Nyctivalia*. 61. n. 10. Romana. 489. à n. 13. Cur dicta *Liberalia*? n. 17. & 587. n. 22. Bacchanalia campestris. 469. à n. 10. Græca. 600. n. 18. Sacra fiebant humano sanguine. 171. n. 8. Bacchanalia etiam *Bromalia* appellata. 74. n. 4.

Bacchus.

Natalis. 324. n. 15. Mytheria Bacchi. 490. à n. 16. Pompa. n. 25. & 74. n. 4-490. n. 16. Cur dictus Liber-Pater? 489. n. 13. Imago sacra quo ritu? Ibid. In illo colebatur ebrietas. n. 14. Cur dictus *Bacchus Rellus*? n. 599. à n. 16. Sacra apud Gallos. 190. n. 17. Cur dictus Dionysius? 113. n. 5. Et *Zagreus*? Ibid. Eius imago cum Tritone. 310. n. 23. Cum *Cerere*. 490. n. 16. & 600. à n. 16. Cum *Nymphis* & *Horis*. Ibid. Variæ Bacchi imagines. 37. n. 14-225. n. 9. & 325. n. 18. Quid Bacchi umbraculum? Ibid. Cur Baccho tributa Solis imago? n. 19. Fuga Bacchi à foeminis, & harum fuga à sacerdote Bacchi. 392. n. 19. Unde dictus *Sabbazius*? 113. à n. 5. Bacchi mystici pompa. 493. n. 24.

Bacchides.

Eligitur Dux cum Alcimo in Iudæam. 65. n. 7. Antiochiam revertitur. 118. n. 5. An à Ionatha captus? 468. n. 8. Fœdus cum illo. 574. n. 4.

Bagoas.

Quis & quid fecerit? 47. num. 4.

Bala.

Nascitur. 92. n. 1. Haud cooperata vigil incestui Ruben. Ibid.

Balana.

Fabula de binis balanis à Deo conditis. 530. n. 2.

Balbus.

L. Cornel. Balbus, quis fuerit & eius triumphus. 576. num. 12.

Balsamum.

Hortus balsami. 182. n. 5-278. n. 4. Celebris planta in Iudæa, 108. n. 10. Quando balsami hortus in Ægyptum deportatus? 182. n. 5-278. n. 5. Ibi irrigatur à fonte Iesu, unde mira. Ibid. Ne extirparetur à Iudæis, defenditur à militibus Romanis. n. 7. Plantam in Iudæam advexit Regina Saba. n. 4. Collectio balsami. n. 6. Qua arte & modo? n. 7. Collectio inter Arabes. n. 5. Viperae ibi cuiusnam conditionis? Ibid. Natura & proprietates balsami. n. 4.

Bansias.

Eius victoria de viro Ægyptio. 574. n. 3.

Baruch.

Liber eius coram legitur. 411. n. 3.

Basilica.

Quid? 68. à n. 16.

Bathkol.

Quid? 55. n. 8.

Bdelium.

Quid? 544. n. 4.

Beelzebōn.

Quodnam Numen, & ad quid? 457. n. 5-516. n. 4.

Bel.

Quis? 25. n. 5.

Belkerophon.

Præceps expellitur à Pegaso. 3. num. 4.

Bellona.

Dicta Minerva. 512. n. 23. Eius columna cuius usus? n. 14. Tuba Bellonæ. 538. num. 8. Imago. Ibid. Cum Erinae. ne. 535. n. 19.

Bellum.

Socias inter Romanos, ad quod portenta horribilia. 116. n. 2. Syllæ & Marij. 30. n. 9-213. n. 12. Cæsaris & Pompeij. 390. à n. 13. Portenta. n. 14-416. n. 19. Bellum per fœdiales denunciatum. 512. n. 23. Imago belli sopiti. 143. num. 21.

Belthis.

Assyriorum Dea. 607. num. 14.

Benadad.

Suffocatur & inter Deos refertur. 322. num. 8.

Beniaminitæ.

Constuprant Levitæ uxorem in interitum usque. 119. n. 5. Defendunt flagitium. n. 6. De Duce belli in illos Numen consulitur. 143. n. 1. Vincunt copias Israel. 149. n. 2. Secundò. 176. n. 2. Vincuntur & penè tribus extincta. 187. n. 3. Cur pauci salvi ex illis? n. 4. Consilium de reparanda tribu. 459. num. 11. Invitantur ad puellarum raptum. Ibid.

Bensira.

Quis? 103. n. 7.

Berenice.

Eius coma. 144. n. 5.

Berbagla.

Civitas. 92. n. 2-119. num. 3.

Bibliotheca.

Tempore Machabæorum. 370. n. 7. Bibliotheca Alexandrina. 216. n. 8. 547. n. 17. Quo in loco? 217. n. 11. Numerus voluminum. n. 10. Bibliotheca Palæstina. 211. n. 2. Bibliotheca Pergamea. 217. n. 12. Thebana. n. 11. Athenicis Romam translata. 369. n. 16. Institutio publicæ bibliothecæ inter Græcos, Aristoteles. 217. n. 9. Inter Romanos Asinius Pollio. n. 12. Huius bibliotheca cum statuis auctorum. 68. n. 8.

Bidental.

Quid? 68. num. 17-170. num. 6.

Bisbea.

Sacra. 248. n. 15.

Biton.

Antiga Amphiarai, cum illo & curru à terra absorptus. 202. n. 20.

Bituitus.

Rex, quomodo victus & ductus in triumpho? 593. n. 18.

Bizantium.

Conditur. 22. n. 14.

Bona Dea.

Quænam? 323. n. 12. Bonus-Deus, & eius imago. 474. num. 30. Bonus Eventus cum fortuna. 462. num. 26. *Vid. Eventus.*

Bos.

In Ægypto saccr. 115. n. 8.

Index Generalis.

Bottium.

Sacrum Bottium inter Athenienses, quid? 195. n. 17.

Branchion.

Quis? 442. n. 7. Cur ita dictus, & dilectus ab Apolline? Ibid.

Brennus.

Dux Gallorum vincit Romanos ad Alliam. 235. n. 8. Egreditur à Roma expugnata, & vincitur. 280. n. 12. Brennus Minor adoritur templum Delphicum. 130. n. 13. Eius avaritia. n. 14. Cædes. n. 15. In eius exercitu terror Panicus. n. 16. Ex illo infelix aurum Tolosanum. 120. n. 7-130. à numero. 14.

Brizo.

Quæ Dea? 86. num. 7.

Bruma.

Cur in bruma Christus natus? §. 2. n. 6.

Bromalia.

Sacra. 96. n. 14. Bacchi. 74. n. 4. Græca. n. 5.

Brutus.

Iunius. Vid. Iunius. M. Bruti insignis. 473. n. 25. Cuius Cæsar & alij Cæsarem occidit. à n. 22.

Bubo.

Ex apparitione sanctum omen. 416. n. 19. Lustrabatur Roma, si visus in Capitolio. 170. n. 6.

Busris.

Quisnam? §. 8. n. 19. Starna. Ibid. Heliopolim combussit. Ibid.

C.

C A B A L A.

Hebræorum. 238. n. 17-411. n. 2. Quando tradita? Ibid.

Cabar.

Quæ Dea? §. 8. n. 17-559. num. 27.

Cabiria.

Veneria. 57. n. 16. Templum, lucus & imagines. n. 17. Supplicia violatorum in sacris. n. 16. Templum demolitum. n. 17. Qui viri Cabirici? n. 16. Qui Diji? 141. n. 14.

Caccus.

Interficitur ab Hercule. 565. n. 10. Eius spelunca dissipatur. num. 11. Quare? Ibid.

Cadmus.

Quid Cadmi pax? 156. num. 4.

Gaduceus.

Eius forma & symbola. 156. n. 4-373. à n. 13.

Capius.

Vide Capius.

Cærus.

Quodnam Numen? 317. à num. 12.

Cæsar.

C. Iul. Eligitur Pontifex Maximus. 397. n. 4-407. n. 25. Equus Cæsaris. 45. n. 20-473. n. 26. Cathedra. 408. n. 25. Principium belli civilis. 390. à n. 14. Transiit Rubiconem. n. 13. Expediit contra Pompeium. n. 10. Huius ploravit visus capite, & Alexandria singulari titulo sepelivit. n. 13. Quæ passus bello Alexandrino. 547. n. 13. Ingredditur urbem, &

fugatur. n. 14. Natans libellis intactis, discrimen evasit. n. 15. Eius vestis in mari ab hostibus capta, erigitur in trophæum. Ibid. Alexandria expugnat, & ovans ingreditur. n. 16-548. n. 18-556. n. 18. Tunc urbis bibliotheca combusta. 548. n. 17. Victoria ad Mundam de filijs Pompeij. 492. à n. 22. Portenta. 492. n. 24. Ovario. 135. n. 11. Triumphus. 45. n. 20. Eius cæna triumphalis. Ibid. Eius clementiæ templum extractum. 27. n. 11. Et etiam columna in foro. 474. n. 28. Imò templum dicatum. n. 26. Statua ei in templo Veneris Genitricis. 422. n. 18. Eius honores. 473. n. 26. Cæditur. à n. 23. Cause necis. n. 24. Cur cædes eius, urbis dicta natalis? n. 25. Quare nex appellata parricidium? n. 26. Prognostica in eius cædem. 455. n. 16. & 22-461. à num. 22. Ea ridet Cæsar. Ibid. Funus & funeris pompa. 473. n. 27. Apotheosis. n. 29. Victoria de Belgijs. 113. n. 4. Transiit in urbem concedit ædificationem murorum Ierusalem. 129. n. 7.

Cain.

Nascitur. 562. n. 1-573. n. 2. Eius sacrificium & quales? 264. n. 2.

Cainam.

Oritur. 562. n. 1. Obiit. 334. num. 1.

Caiphas.

Deponitur è pontificatu. 460. n. 17.

Caleb.

Hebron ei sine sorte signatur. 370. n. 2. Occupat Dabit. 211. n. 2.

Calanus.

Indus, relicta patria venit ad Alexandrum. 399. n. 26. Eius mania, & cavillatio adversus ambitionem. Ibid. Flagrat ut immortalis crederetur. 540. n. 12.

Calchas.

Mors. 142. n. 18.

Caligula.

Imperator. Eius præva adolescens. 569. n. 21. Insolentia. 140. n. 10.

Callimachus.

Præfectus bibliothecæ Alexandrinæ. 217. n. 10.

Calpurnius.

Flamma, quisnam? 100. num. 11.

Calvaria.

Culta ut Numen. 571. num. 30.

Calumnia.

Dea. 63. num. 16. Imag. Ibid.

Cambleta.

Voravit uxorem. 97. n. 16.

Cambyfes.

Perſæ Rex, Egyptum occupat. 58. n. 17. Combussit imagines Cabirorum. Ibid. Etiam templum. Ibid.

Camillus.

Furius, Iustitia Faliscos subingavit. 422. à n. 20. Ingens ei spiritus vel ægro corpore. 390. n. 12. Egregium facinus. 423. n. 20. Expugnat Veios. 243. n. 20. Triumphi. 235. n. 10-243. n. 21-280. n. 13. Solvit matronis aurum donatum in honorem Apollinis. 235. n. 10. Alius triumphus sine pugna. 422. n. 21. Exultat sponte. Ibid. Obiit. Ibid.

Campus.

Martius Romæ. Qui ibi locus dicitur Terentius & quare? 434. n. 12.

Index Generalis.

Candalus.

Eius astus in pecuniarum congeriem. 132. n. 18.

Canicula.

Cœlestis. Ei Argivi sacrificabant canes. 253. n. 11. Cur apud Egyptios dicitur *Sotbi*? Ibid. Amasius fingitur Procyon Lucidæ Tauri, & quare? 4. n. 5. Cur extunc dicitur Solis canis? Ibid.

Canis.

Crucifixus inter Romanos. §. 8. n. 2. Canis & anseris pompa. Ibid. Sacrum. 253. n. 11. Canes cur extra Delum. 86. n. 7. Quid canis turrestris? 594. n. 22. Canis sacrificium Genetæ & Illithyis. 323. n. 11. In prælijs canum aliquando agmen. 592. n. 17.

Cantica.

Canticorum. Quisquam huius dramatis intuitus inter amasios? 271. n. 5.

Canopus.

Stella. III. n. 1. *Deus Egypti.* Sacra & imago. 46. n. 24. Canopus dicitur Aquarius. III. n. 1.

Capella.

Constellatio. 360. n. 8.

Capilli.

Inter Indos ablutio capillorum Regis. 561. n. 37. Dicat Hygie. 566. à num. 13.

Capitolium.

Vetus Romæ. 66. n. 11. Inchoatum novum, & cur ita dicitur? n. 10. Extractum. 293. n. 8. Opus insignis. 66. n. 11. Ambitus in cellas trium Numinum. n. 12. Ornatus & donaria; statuarum & templa. n. 8. & 13. Capitolium incensum. n. 14. Multa eius ornamenta in campum Martiū translata. Ibid. Clavus quotannis fixus in Capitolio à Consule. 8. n. 4. Stips ab imperatoribus emendicata pro Iove Capitolino. Ibid. n. 13. Iudæi pendebant binas drachmas. Ibid. Prodigium erat, Capitolium de celo tangi. 67. n. 14. Sed fulminatam. 119. n. 10. Etiam Capitolia apud varias nationes. 66. n. 11. Signa Capitolij tempestate deiccta. 108. n. 11. Eius quadrigæ siciles & tintinnabula. n. 12. Ludi Capitolini. 68. n. 15-280. n. 12.

Capra.

Eius iecoris conditio. 81. n. 1. Capra cœlestis. 413. n. 9. Capræ Amaltheæ sacra. 414. à n. 11. Eius pellis scutum Iovis. Ibid. In ea scripta hominum flagitia. n. 14. Cornu huius capræ cur dicitur Cornucopia? n. 12. & 361. n. 8. Pluviz ex pelle Capræ Iovis. 415. n. 14.

Capricornus.

Signum cœleste: stellæ & influxus. I. n. 1. Fabellæ de Capricorno. 167. n. 6. Stella clara Capricorni. Ibid. Cur Christus sub hoc Signo natus? §. 2. n. 6.

Caput.

Resectum locutum. 421. num. 5.

Capys.

Conditor Capuz. 455. num. 16.

Caranus.

Primus Macedoniæ Rex quo omine? 80. n. 9.

Carcer.

Ubi dicitur *carcer Theaurus*? 319. n. 20. Lacus *Carcer*, quid inter Hebræos? 150. num. 5.

Carina.

Quæ Dea. 8. num. 4.

Caristifia.

Vel *Caristia*, sacra. 288. num. 17.

Carmentia.

Dea iurisprudentiæ. 70. n. 3-85. à n. 5. Eius flamma & templum. Ibid. An Sibylla? 502. n. 20. Carmentalia prima. 70. n. 3. Secunda. 85. num. 5.

Caro.

Pluvia carnis. 189. n. 10. Corruptela morum in carnisprivio. 253. num. 12-587. n. 22.

Carthago.

A civibus corona dicata Iovi Capitolino. 67. n. 12. Crudelitas in Artillium Regulum. 99. n. 8. Origo tertij belli Punici. 460. n. 19. Carthaginensium desperatio. n. 21.

Cassander.

Reedificat Thebas ab Alexandro dirutas. 22. n. 15.

Cassandra.

Dicta Sibylla. 502. n. 22. Habita in oraculis fallax & furibunda. 46. n. 22. Arca eius & templum. n. 23. Statua. n. 22-90. n. 11. Mors & sepulchrum. 46. n. 23.

Cassiopeia.

Constellatio. Stellæ & influxus. 222. n. 1.

Cassius.

Spurij Cassij triumphus, staruarum, nex. 53. n. 21.

Cassitas.

Eius imago. 14. num. 16.

Castores.

Amor eorum singularis. 140. n. 12. Dicti Lares. 159. à n. 1-470. n. 16. Pugnans pro Romanis. 140. n. 11. Etiam victorias enunciant. n. 12. Equi Castorum vestigia imprimunt vel in silice. n. 13. In procellis apparentes, dicuntur stellæ. n. 14. Quare? n. 15. An Castores sint Argei. 492. n. 20. An Dij Anaætes & Cabiri? 141. n. 14. Sacra. n. 10. Templum. n. 11. Pompa Castorum. 470. n. 16. Imagines 140. à n. 12. Eorum statuarum cum Victoria & Alexandro Magno. n. 15.

Catharma.

Quid? 170. n. 8.

Catharsia.

Sacra, quænam? §. 7. num. 4.

Catienus.

Philotinus. Eius pietas. 79. num. 6.

Catilina.

Ostentum in eius coniurationem. 188. n. 10.

Cato.

Censorinus. Eius natalis. 174. n. 16. Censura. 207. n. 10. Eius insolentia, perfidia & dolus. 461. n. 21. Eius consilium de delenda Carthagine, adversus Nasicam. 460. n. 19.

Cecrops.

Quis & an Aquarius? 2. n. 3-360. n. 7.

Cedrion.

Quid & quorsum? 82. num. 4.

Cencus.

Geta, Magus, discipulus Zamolxis. 227. n. 18.

Census & Censura.

Census Urbis exactio, qua forma? 447. n. 11. Creatio
Cen-

Index Generalis

Censurum. 368. n. 13. Censur institutus à Servo Tullo inter Romanos. 447. n. 1.

Cerberus.

Canis per Herculem extractus ab inferis. 416. n. 20.

Ceres.

Eius speculum & fons. §. 10. n. 14-147. n. 25. Plectuntur eius templi grassatores. 83. n. 7. Fons & ignis in eius templo. Ibid. Rapitur Ceres à Neptuno, sed evanuit. 370. n. 18. Eius pepili pompa. Ibid. Quid Mundus Ceteris. 416. n. 17. Eius sacra Demetria. 601. n. 20. Ceres, Isis. 464. n. 33. Velum eius apud Egyptios. 370. n. 18. Apud eisdem Ceteris pompa cum Baccho. 417. n. 23. Ceres. *Ægila*. 190. n. 16-236. n. 14. *Ceres Cidaria*. Eius sacra & lapides. 493. n. 26. *Deprana*. 146. num. 15. *Falcisera*. Ibid. *Eleusina*. 493. num. 26. Eius lapides. Ibid. Eleusina Cereri statua. 549. num. 20. Ceres cum Hera. n. 19. Cur dicta *Lusia* & *Lysia*? 397. n. 21. Imago. Ibid. Cur *Spanda*? 135. n. 10. Eius imagines. n. 11. *Erinnys* & *Furisy*. 397. n. 19. Imago cum *Furijs*. Ibid. Dicta *Milefia*. 83. n. 7. & §. 10. num. 1. Dicta *Nigra*. 397. n. 21. *Segesta*. 324. n. 14. Etiam dicta *Onto* & *Opnia*. 96. n. 16. Illius variz imagines. 135. n. 11-147. n. 15. Paci iuncta Ceres. 599. n. 13.

Certamen.

Mopsi & Calchantis. 142. n. 18. Certamen camelorum. 28. n. 15. Puellarum. Ibid. Elephantorum. 145. n. 11. Osculorum. 441. n. 6. Certaminis Colophonij ritus. 449. num. 17. Medorum & Lydorum. 513. n. 28.

Cerva.

Suffecta pro Iphigenia. 175. num. 17. Cerva Diomedis & Ægathodæ. n. 18. Sertorij. 427. n. 9. Cervæ Numinum. 175. num. 19.

Cete.

Figmenta Rabbiorum de Cete à Deo creatis. 530. n. 2.

Cetura.

Non est Agar. 39. n. 2.

Cbam.

An fascinaverit patrem? 75. n. 8. Eius columna. 321. n. 4. An factus Iupiter Ammon? 354. n. 21.

Chamos.

Quodnam Numen, & eius sacra. 75. n. 8.

Charilea.

Sacra, & qua de causa instituta? 417. n. 22. Charibœus draco. Ibid.

Charitas.

Eius sacra cum Virtute & Amore coelesti. 207. num. 12. Cur in Phœnicie symbolum? n. 13. Speculum Charitatis ex Concordia. 288. n. 17. Hieroglyphica & imagines Charitatis. 107. n. 12. Imago singularis. n. 14.

Charondas.

Iustitiz amator. 209. n. 20. Mortem quare sibi confecerit? Ibid. Post mortem à civibus dictus Mercurius. n. 22. Quznam & qualis lex eius de abroganda aut fulminanda nova lege in republica? Ibid.

Cherubim.

Arce Fœderis perficiuntur. 223. n. 4.

Chiomara.

Regina. Eius illustre facinus. 393. n. 17.

Cicero.

M. Tull. Oritur. 16. n. 11. Revocatur ab exilio. 113. n. 4. Audacia. 162. n. 8. Occiditur. 517. n. 20.

Ciconia.

Benefactori grata, ingeni pyrope. 540. n. 16.

Cimon.

Sustinetur ceteris patris, ut eius cadaver sepeliret. 201. n. 13.

Cinna.

Eius fatale insomniun. 461. num. 22.

Cippus.

Civis Romanus. Statua eius & parentatio. 94. n. 9.

Circuncisio.

Instituta. 7. n. 2. Universi Israël. 440. n. 3. Quid factum de cultris huius functionis? Ibid.

Circulator.

Ludibrium grave cuiusdam post virus potum. 509. n. 13.

Circus.

Maximus. Eius ornamenta. §. 5. n. 7.

Citeria.

Quid? §. 6. n. 6.

Claudia.

Q. Eius facinus singularare. 584. n. 12. Eius statua illæsa ab igne. n. 13. Claudia, filia Apij Claudi cæci, ob procacitatem multata. 225. n. 10. C. Clæuz Clæuzæ, maximæ Vestalium laus. 368. n. 13. Vid. *Clælia*.

Claudius.

Poleber. Clæuz illo duce perit. 225. n. 10. Liberatur à morte raro casu. n. 13.

Clæuzus.

Figitur in Capitolio per Consulem. 8. n. 4.

Clementia.

Templum. 27. n. 11. Vid. *Miseriordia* & *Pietas*. Præstantia Pletaris & Clementiz. 586. n. 19.

Cleopatra.

M. Antonij uxor, infesta Herodi Magno. 116. num. 3. In Egyptum transfertur hortum balsami ex Iudæa. 182. n. 5-278. n. 5. Quâ arte introducta in aulam Cæsaris? 447. n. 74.

Clælia.

Obses fugit. 145. n. 9-193. n. 11. Tiberim tranat. Ibid. Pugnât, & ei ob certamen statua equestris erigitur. Ibid. Dicta *Valeria*. 220. n. 22.

Clæuzum.

An liber scriptus? 496. n. 2. Commotum in Christi passione. 554. n. 13.

Cœna.

Quæ & qualis apud Hebræos *Cœna pura*? 457. n. 7-554. n. 11. Quæ *Cœna Tilla*? 32. n. 15-562. n. 37. *Cœna Urbani*. 248. n. 14. *Cœna aurea* Pythij. 38. num. 19. *Cœnz familiares*. 365. n. 6. *Cœnz ferales*. 280. num. 15. Quid in illis *Marthæ*? n. 16. Cur sacre Manibus & à demone cupitur? n. 18. Quibus pro cœna lapides? Ibid. *Feralis cœna Domitiani*. 348. n. 27.

Cæpius.

C. Servilius, trucidatur. 110. n. 7.

Colifens.

Quid? 267. n. 15.

Collecta.

Quznam quotæque apud Hebræos. 168. n. 2-527. n. 18.

Colofus.

Sali dicatus in Rhodio. 121. n. 11. Quanta moles. n. 12. *Baina*. n. 11. *Colofus* etiam Romæ Sals facit. n. 13.

Index Generalis.

Columba.

Effra de templo in Christi morte. 156. n. 1--554. n. 13.
Columba in humero Apollinis. 237. n. 15. Signum Caelestis Veneris. 557. n. 13. Abitus & reditus columbarum. 179. n. 6--226. n. 17. Columbae rubrae. 227. n. 17. Ministræ Veneris. Ibid. & 493. n. 24. Columba Asparæ. 179. n. 7. Figura columbae in vexillis Assyriorum. 227. n. 17. Columbae nutriciae Semiramidem expositam. Ibid.

Columna.

Scientiarum. 321. à n. 4. Columna Magica. 506. num. 3.
Columnæ Adam, Seth, & Cham. 321. n. 4. Columna nubis & ignis. 363. n. 2--527. n. 11. Evannit. 432. n. 4--458. num. 11. Meritis Aaron concessa. 431. num. 3.

Cometes.

Prognostica illius in Aquario. 2. n. 2. In Piscibus. 165. n. 2. In Ariete. 357. n. 2. Cometes horribilia. 91. n. 15.

Comitium.

Romæ magnum & eius templum. 104. num. 11. Dicitur *Roftra*. Ibid. Eius ornatus & statua. Ibid. Quæ Comititia Curia, Centuriata & Tributa? 25. n. 10. Qui dies Comitiales? Ibid. & 545. n. 6. Quid in Comitio Adoptio & Arrogatio? 104. n. 11.

Comitalia.

Sacra. 73. n. 3.

Concordia.

Sacra, templum & eius ornamenta. 89. à n. 10--230. à n. 7--598. n. 9. Sacra. 462. n. 23. Aedes Concordiæ à Camillo. 89. n. 10. A Livia. Ibid. & 230. à n. 3. Imago cum Saturno. 288. n. 17. Cum Amicitia. 376. n. 22. Imagines Concordiæ. 90. n. 11--230. n. 4--288. num. 18. Concordia cum Charitate. Ibid. n. 17. Quænam Concordia candida? 89. n. 9. Symbola Concordiæ. n. 12--230. n. 4. Concordia plebis cum Patriijs. 469. n. 12. Quo ritu in concordiam paciscuntur Arabes, Medi & Scythæ? 90. n. 12. Templum Concordiæ Romæ exultum & reparatum. Ibid.

Confutius.

Eius schola, templum & imago. 23. n. 18.

Conon.

Vincitur à Lyandro. 386. num. 34.

Conscientia.

Symbola conscientiæ lætæ. 17. num. 22.

Constantia.

Sacra. 129. n. 10. Imago cum Pietate & Fortuna. Ibid.

Constellatio.

Quid sit? 5. 4. à n. 4. Constellationum imagines & facta. Ibid. Ordo constellationum in firmamento. à n. 7.

Consules.

Creatio Consulum. 7. n. 4--469. n. 13. In templo Iani inaugurabantur. 56. n. 11. Eorum purpuræ privilegium prima die. 8. n. 4. Mappa missa in ludos Circenses. 7. num. 3. Inibant Magistratum. 368. n. 14. Institutio prima Consulum. 308. n. 10.

Contumelia.

Eius sedile. 36. n. 12. Ara. 149. n. 21. Culta cum Impudentia. Ibid.

Convivia.

Cur instituta in sacris Deorum? 486. n. 20.

Cor.

Seditio. 451. n. 2. Deglutitur à terra, & quo hiat? 458. n. 10. Filij eius quomodo salvi? Ibid. Plaga ignis in Israel propter Coræ seditionem. 467. num. 2.

Cornificius.

Publ. Eius honores. 298. num. 11.

Cornua.

Pro gloria radijs & potentia magna. 579. n. 20. Saepe in templis Deorum. 605. à n. 10. In templo Dianæ Aventinæ. n. 8. Cornua victuorum aurata, quando? 16. n. 19. Cornu Amaltheæ. 361. n. 8. Cornu Ammonis gemma. 579. n. 20.

Corona.

Borealis, Constellatio, oritur. 418. num. 1.

Corus.

Ventus. 300. n. 1.

Corvus.

Saluator pop. Romani interficitur, & regiæ sepelitur. 587. num. 24--593. à num. 20.

Cortina.

Sanctuarij perficiuntur. 115. num. 1.

Corybantia.

Sacra. 190. n. 18--539. num. 11. Vid. *Cybele*.

Cosa.

Deus Idumæorum. 30. num. 6.

Cossus.

A. Cornel. Eius spolia opima. 243. num. 20.

Crassus.

Marc. Ingreditur in Sancta-Sanctorum, & templum spoliat, per quod illi clades & nex. 507. num. 5.

Crater.

Quid inter Iudos Crater Veni? 5. 7. num. 7.

Crates.

Statua. 23. n. 15.

Creon.

Thebærum Rex. 121. num. 10.

Creusa.

Uxor Aeneæ. Eius imago. 560. num. 31.

Crocodylus.

Constellatio. 291. n. 1. Mactatio crocodilorum. 80. num. 10. Industria in capturam. Ibid.

Cræsus.

Eius arbor aurea corrui. 101. num. 16.

Cronia.

Sacra. 253. num. 13. An Iano, vel Saturno? Ibid.

Cruz.

Altior criminosis. 488. num. 8. Cruz Aman unde? num. 7.

Cupido.

Imagines & varij effectus. 533. n. 12. & 14. Planctus Cupidinis. 441. n. 5. Deceptus à femina. 166. num. 4. Sacra Cupidinis, & singularis imago. 157. n. 6. Socius Ebrietatis. 13. num. 14. Imago in Græcorum gymnasijs. 533. num. 13. Inter Romanos cum Mercurio & Hercule. Ibid. Vid. *Amer*, *Asteros*, *Venus*.

Curiositas.

Quàm nocua? 499. num. 12.

Curio.

Quæ dignitas Curionis Maximi? 547. num. 15.

Index Generalis.

Curius.

M. Dentatus. Eius triumphus, resque gestae. 337. n. 16.

Curtius.

M. Devotio ab aede Concordiae in foveam. 99. n. 12.

Curulis.

Sella, qualis? 448. n. 14.

Cuthaei.

Transiunt in Samariam. 101. n. 2—537. n. 5. Infestantur à leonibus. 102. n. 2. Quae illorum religio? n. 3. Ludibrio habiti inter Hebraeos. n. 4. Quae Numina secum adduxerunt. n. 3. Vid. *Samaritani.*

Cyane.

Dea. Eius sacra & oraculum. 382. num. 18.

Cybele.

Thronus & eius curus tractus à leonibus. 575. n. 9. Cur Magna Mater dicta Cybele? Ibid. Illi pantheon dicatum. 404. n. 16. Imago. Ibid. Rapitur ab Apolline. n. 9. Sacra cum amasio Athyde. Ibid. Templum utriusque. n. 10. Vide *Magna Mater*, & *Mater Idaea*. Quis sacra instituit? 587. n. 22. An Athys? 576. n. 10. Cybele dicta Taurobola. Ibid. n. 11. Venatio eius. Ibid.

Cylon.

Quis? 513. n. 28. Seditio, & exitus ex asylo. 100. n. 13. Proditio patriae ex oraculi ambiguitate. 513. n. 28. Deportatio in Urbem, & causa. 583. à n. 11. Simulacrum de caelo descendit, & Phrygius loquitur. Ibid.

Cymbri.

Quis? 374. n. 17. Illorum terras inundavit Oceanus. n. 18. Prodigia in illorum cladem. n. 19. Eorum adventus in Italiam. 478. n. 11. Eorum iuramenta super taurum zneum cum felicitate. Ibid. Eorum Rex in singulare certamen Marium provocat. n. 12. Pugna ex qua clades. n. 13. Post Marij victoriam pugna cum mulieribus. n. 12.

Cyneas.

Orator clarissimus. 373. num. 12.

Cynegyrius.

Virtus, fortitudo & in pugna furor. 481. num. 20.

Cynisca.

Quenam femina? & eius tumulus. 441. num. 4.

Cyrus.

Rex primus Persarum, solvit Hebraeorum captivitatem. 303. n. 13—364. n. 4—459. n. 12. Cur dictus *Mulus*? 308. num. 7.

Cythreus.

Heros apparuit in pugna Salamina. 482. n. 22.

D.

D A B I R.

Academia Palaeinae & bibliotheca, expugnatur à Caleb. 411. num. 2.

Dadalia.

Sacra maiora & Minora. 376. à n. 23. Quid olim & pompa? num. 24.

Demon.

Quid Dæmon Bonus? 50. num. 13. Eius poculum. Ibid. Sacra demonibus. 22. numer. 13. Apud Tartaros. 348. n. 26. & 28.

Dagon.

Quae Dea? 167. n. 6. Dicta *Urania*. 558. n. 25. Imago apud Aegyptios. 363. n. 1. Eius corrui templum. 553. n. 9.

Dalila.

Eius exitus. 187. n. 4. An mater Michae? Ibid.

DaluKa.

Regina Aegypti, & quando? 516. n. 4.

Damon.

Cum Pythia amicitia. 590. à n. 10.

Danae.

Lectulus aureus in custodiam. 359. n. 5. Ex illa inclutus Perseus. 210. n. 13.

Daniel.

Captivatur infans. 233. n. 2. Traditur cum alijs in disciplinam Chaldaeorum. n. 4. Visio de quatuor Monarchijs. 544. n. 4. De malignitate Antiochi Epiphane. n. 3. Quando eius caeperunt hebdomadae? 527. n. 13.

Danitea.

Ieiunium propter illorum praevicationem. 119. n. 4.

Daphne.

Situs locus iuxta Antiochiam, & eius amoenitas. 265. n. 8. Ibi templum Apollinis cum asylo crexit Epiphanes. n. 7. Flagravit fulmine propter superstitiones. n. 9. *Daphne Dea*. 520. n. 19. Dicta *Psaphae*. Ibid.

Daphphoria.

Sacra, & imagines cum pompa. 520. à n. 19. *Pompa*. Ibid.

Darius.

Medus nascitur. 302. n. 11. Quisnam fuerit? n. 9. An Nabodinus? Ibid.

Darius.

Hystaspis. Aperit sepulchrum Semiramidis. 514. n. 33. Vaticinium. Ibid. Illi devota Aegypto negatur status. 6. 8. n. 6. Expeditio in Scythias. 494. n. 28. Fuga. n. 29. Dona illi à Scythijs missa. Ibid. Dum revertitur decoratur à Pythio vite & platano ex auro. Ibid. In Chalcedonio succenset. Ibid. Castrari iussit eorum pueros. 114. n. 7. Perit ab Atheniensibus ignem & aquam. 572. n. 32.

Darius.

Codomanus. Eius literae ad Alexandrum. 543. num. 21. Uxor eius captiva obit. Ibid.

Dathan.

Eum terra absorbet. 458. num. 10.

David.

Liberatur à Michol. 80. n. 1. Reconciliatio eius cum Sanel, sed ficta. 53. n. 1. Cum Ionatha conventio. 156. n. 2—596. n. 2. Scyphum & hastam Saulis arripit. 81. n. 1. Fugit iterum in Geth. 60. n. 1. Reposcit Michol à fratre Isobeth. 138. n. 3. Recipit. 307. n. 3. Abnerem recipit perhumanè. Ibid. Eius necem plangit, & honorifice sepelit. 334. n. 3. In illius sepulchrum caput Isobeth intulit. Ibid. & 388. n. 5. Constituitur Rex super universum Israel. n. 6. *Labitur*. 589. n. 3. Pœnitentia illius. 192. n. 4. Expugnat Rabbath. 589. n. 3. Nascitur illi Salomon. 558. n. 4. *Cœnitet* census. 516. n. 7. Patitur populi luem. 531. n. 4. Quae cessat per sacrificium igne descendente de Caelo. 553. n. 9.

David.

Elois, quis? 485. à n. 31. Praestigia. n. 31. *Conditur*. num. 33.

Index Generalis.

Dea.

Syria, Dearum maxima. 196. n. 20. Imagines. à n. 21. Magnæ Deæ quæ? 268. num. 19.

Debora.

Nurix Rebecca. Eius funus. 92. num. 2.

Decerto.

Quæ Dea? 165. à n. 2--514. n. 30. Imago. Ibid.

Delos.

Insula apparet. 39. n. 3. Cur circumdant Cyclades? 86. n. 7. Exposita Deli, & sortes in templo. Ibid. Pridem erat insula natans. 240. n. 25. In ea sanum Appollinis. Ibid.

Delphin.

Amasius pueri. 195. n. 18. Imago in hypodromo Olympico. 318. n. 17. Delphinia Constellatio oritur. 28. n. 1.

Delphos.

Delphica Iultralia. 86. num. 7.

Deltoton.

Constellatio Eius stellæ, influxus & fabulæ. 359. n. 6.

Delubrum.

Quid? §. 8. num. 16.

Demarchus.

Ex lupulo in hominem. 254. num. 17.

Demetria.

Sacra. 600. à n. 18. In honorem Ceteris. n. 20. Imago. num. 21.

Demetrius.

Polyorces. Expugnat Athenas. 600. num. 18. Thebas Bœotias. n. 19. Ab Atheniensibus ut Numen colitur. n. 21. Eius honores, luxus & arrogantia. à n. 18. Demetrius Nicator deseruit à Tryphon. 531. n. 7. Vincit. 378. n. 5.

Demetrius.

Phalereus, quis? 216. n. 8. Ornat bibliothecam Alexandriam. n. 10.

Demogorgon.

Vid. *Æternitas*. Eius nomen ineffabile & imago. 110. num. 18.

Demosthenes.

Corrumpitur Harpali donis. 369. n. 17. Blanditur Atheniensibus. 542. num. 18.

Desidia.

Eius sacra sub nomine Murceæ. 435. n. 13. Vide *Otium* & *Secordia*.

Deucalion.

Quis? 2. n. 2. Diluuium. 257. n. 3. Eius sepulchrum. Ibid.

Deus.

Vide *Dij*.

Dialis.

Sacerdotis, quodnam insignis? 77. 2. 2. Vid. *Flamen*.

Diamastigosis.

Puerorum. 523. n. 18--557. num. 21. Puellarum. 325. num. 18.

Diana.

Eadem ac Luna. 606. n. 12. Vincit Cupidinem. 577. n. 13. Eius currus tractus à cervis. 175. n. 17. Urse Dianæ quæ? 369. num. 15. Eius tituli. 115. num. 8. Imagines. 606. n. 11. Cum insignibus aliarum Deorum. Ibid. Cur

alata? Ibid. Singularis imago arte optica. 176. num. 21. Simulacrum cum face. 548. num. 19. Diana *Agræstis*. 577. n. 13. *Agrotera*. 175. n. 18--577. n. 13. *Apanchomene*. 195. n. 19. Aristobula. 209. n. 18. *Aventina*. 605. n. 8. Cur cornua in eius templo? n. 8. Quis & quare ædificatum? n. 9. *Bubastis*. 115. n. 8--118. n. 7. *Caprea*. 577. n. 13. Cum Esculapio & bona Valetudine. Ibid. *Cariatid*. 190. à n. 14. *Sacra*. n. 15. *Condiliatis*. 195. n. 19. Imago. Ibid. *Cyndia*. 190. n. 14. *Coryphea*. 159. n. 10. *Dyffina*. 175. n. 18. *Elaphia*. 176. n. 20. *Elaphibolia*. n. 21. *Ephesina*. 605. n. 11. Imagines. n. 13. *Hyampolis*. 282. n. 24. *Munychia*. 369. n. 15--484. n. 28. Templum & origo sacrorum, quorum victimæ puellæ. Ibid. *Nanca*. 73. n. 2. *Orthofia* & *Orthia*. 175. n. 17--325. n. 18--523. n. 28. *Poliadis* cum igne perpetuo. 402. n. 10. *Patroa*. 512. n. 25. *Palatina*, eiusque templum. 606. num. 13. *Priapina*. 269. n. 20. Simulacrum surreptum. Ibid. *Sospita*. 409. n. 29. *Laurica*. 175. n. 17. *Triviva*. 174. num. 23. *Venatrix*. 175. num. 18--577. num. 13.

Diafia.

Sacra. 512. à num. 25.

Dies.

Prima orbis. 496. n. 2. *Naturalis* & *Civilis*. §. 3. num. 14. Ordo dierum apud Hebræos. n. 6. Apud Romanos & illorum notæ. n. 2. *Dies Aegyptiaci*. Ibid. *Dies ater* quis & quare? 21. n. 12. *Comitialis*. 26. n. 10. *Dies siderales*. §. 4. à n. 1. *Triumphales*. §. 6. à n. 1. *Ludicri*. §. 5. à num. 1. *Iultrales*. §. 7. à n. 1. *Felices*. §. 9. à n. 1. *Notabantur margaritis*. n. 4. *Dies festi*. §. 8. à n. 1. *Qui dies didi* *Soles albi* & *nigri*? §. 9. n. 2. Cur signati calculis nigris & albis? n. 1. *Dies libera*, quæ? 491. n. 17. Quando & quomodo dies intercalabantur apud Romanos, Hebræos & Aegyptios? 345. à num. 16.

Dij.

Theogonia Deorum. 441. n. 14. *Deus ignotus*, quis? 105. à n. 15. *Qui Dij boni & medi*? §. 10. n. 5. *Origo Deorum*. §. 8. n. 21. *Dij novensiles*. 183. n. 10. *Tutelares*. 134. n. 9. *Anactes*. 57. n. 17. *Geniales*. 323. num. 13. *Dij Maiores* & *Consuales*. §. 10. n. 2--16. n. 19. *Dij Materæ*. 379. à n. 10. *Dij Matres*. 289. n. 24. *Dij Minores* & *dæmones*. §. 10. n. 2. *Indigetes*. n. 3. *Rustici* & *Consentes*. Ibid. *Virtutes* & *vitia* vocabantur *Dij*. à n. 4. *Dij Superi*, qui & *orum sacra*? 16. n. 19. *Ritus sacrorum inferi* superstitiosi & *abominabiles*. 169. n. 5. *Qui Dij Magni*? 160. n. 1. *Ignoti*? 18. n. 26--115. n. 16. *Quæ animalia in victimas singulorum Deorum*? 16. n. 20. *Fuga Deorum timore Typhonis*. 358. n. 3. *Simulacra olim ex argilla*. 67. num. 13. *Cum pedibus lancis*. 183. n. 10--519. n. 16. *Ligabantur eorum simulacra*. 236. à n. 11. *Etiam in illos adorantium minæ*. 398. à n. 14. *Et ludibria*. n. 26. *Ritus varij pro varia statione Deorum*. 434. n. 12. *Modus consulendi*. 12. n. 12--552. n. 7. *Dæmonis præstigiæ in Deorum apparitione*. 581. n. 26. *Modus lavandi simulacra*. 605. n. 8. *Deorum natales*. 346. n. 20. *Sacra Semideis*. 50. n. 13. *Cur instituta convivia in Deorum sacris*? 586. n. 20.

Diluuium.

Ex universali siccata terra superficies. 363. n. 2. Apparent cacumina montium. 106. n. 2. *Diluuium Deucalionis*. Vid. *Deucalion*. *Ogigis*. 39. n. 3--475. n. 32.

Dina.

Nascitur. 149. n. 1.

Dio.

Syracusanus tollitur. 58. n. 18--247. *Portentum*. Ibid.

Diocles.

Quis? 441. n. 6.

Diomedes.

Rex Thraciæ colitur Numen. 449. n. 18. *Quæ dicantur eius equæ*? Ibid.

Index Generalis.

Diomedes.

Tydei. Statuæ. 125. n. 10. Restituit Palladium Aeneæ. Ibid. Obiit. Ibid.

Dionysia.

Sacra Baccho. 61. n. 10-493. à n. 15. 600. n. 18.

Dionysius.

Deus. Vid. *Liber-Pater*, *Bacchus*. Eius natalis. 324. n. 15. Ab Iunone nutritur. n. 16. Cur dictus Dionysius? n. 17. In eius mysterijs diamaestigosis puellarum. n. 18. Mystera bis in anno celebrata. Ibid. Quæ Dionysiades? 283. n. 26.

Diptera.

Iovis quid? 415. n. 14.

Discordia.

Eius imagines. 63. n. 16-143. n. 21. Cur dicta Furia & Erinny? 535. à n. 19.

Ditis.

Ara cum Proserpina. 394. n. 10-434. num. 12. Vid. *Pluto*.

Dodecades.

Victimæ. 16. n. 20.

Dodona.

Quando ibi oraculum cepit? 310. à num. 17. In templo quot præstigij? Ibid. Qualis fons? n. 20. Arbore vocales & columbæ. n. 18. Unde columbæ venerunt? n. 19. Cur geminæ? Ibid. An sacerdotes distæ columbæ? Ibid. Imago Iovis Dodonci & schola. n. 20. Pelves in strepitum. n. 21. Templum in quo monte extructum? num. 22. Spoliatum & demolitum. Ibid.

Doeg.

Quis? 77. n. 1. Delator malignus. 64. n. 2. Sacerdotes Nove trucidat. Ibid. Vaticinium de eius miserabili interitu. num. 3.

Dolabella.

Triumphus, gesta, portenta, & nex. 145. num. 11. Eius sententia de Cæsaris cæde. 473. n. 25-474. n. 28.

Domitianus.

Eius infania. 509. num. 14.

Domitius.

Centurio insigne facinus. 512. n. 24.

Domus.

Cælestes Astrologica. Earum ordo & nomina. §. 4. à n. 19. Domus dicta *Bonus demon*. I. n. I. *Malus demon*. 164. n. 1. *Vita*. 356. n. 1.

Draco.

Lavini. 592. n. 15. In asylo Romano. 173. n. 13-407. n. 23. Nutriebatur à Vestalibus. Ibid. Draco in templis Deorum. 12. n. 11. Dicitur Asculapio. à n. 10. In Minervæ arce. 16. n. 20. In æde Iovis Olympij. 407. n. 24. Dracones custodes infantij Neronis. 152. n. 13. In crepundijs Atheniensium. 360. n. 7. Draco in pugna Salamina. 482. n. 22. Venatio draconum inter Indos, & modus capturæ. 601. n. 22. Horum conditio & forma. n. 23. In oculis post mortem pretiosi inveniuntur lapilli. n. 24. Draco Charibæa. 417. n. 22. Influxus capitis & caudæ Draconis. §. 4. num. 11.

Dryops.

Dryopis sacra. 75. n. 6.

Duillus.

Caius: Victoria, honores & statua. 297. à n. 10.

E.

EBRIETAS.

Sub imagine Bacchi culta. 490. n. 14. Cum Cupidine.

13. n. 14. Cum Fortuna. 49. n. 11. Cum Silentio. 224. n. 8. Imagines. Ibid. Curus, effectus & amuletum. n. 9. Sacra. n. 8. Discrimen Ebrietatis ex vino vel cervisia. 600. n. 17. Contra ebrietatem ova nocturæ & amethystus. 224. à n. 8. Sacra Ebrietati. Ibid.

Ecbatanis.

Quæ, qualis à quo & ubi civitas. 597. n. 6.

Echo.

Terribilis è Parnaso in expugnatione Gallorum pro ara ro Delphico. 131. n. 16.

Eclipsis.

Quid & ex quo? §. 4. num. 9. Horribilis ante pugnam Pharallicam. 416. n. 29. Solis eclipsæ pugnantis amici facti. 513. n. 28.

Ecliptica.

Quid dicatur? §. 4. n. 9. Unde gradus Solis innotescat in ecliptica? n. 21.

Elaphobolia.

Sacra. 174. n. 17. Celebratoria in Chio. num. 21.

Elcana.

Eius & familiaris sacrificium, & quando. 459. n. 11.

Eleazarus.

Summus sacerdos sub Epiphane nascitur. 287. n. 16.

Electrum.

An ex arboribus? 459. num. 22.

Elephantes.

Funambuli. 167. n. 5. Ex vitro obsidiano. 90. num. 11. Elephantes missi in Hebræos captivos. 98. à n. 5-315. n. 8.

Eleusina.

Arcadica. 493. num. 25. Vid. *Ceres*.

Elias.

An præsens omnium circumcissioni? 7. n. 2. Scribit Israhmo è paradiso. 590. n. 7.

Eliezer.

Servus Abrahamæ, iurat adducturum virginem ex Mesopotamia in uxorem Isaac. 106. num. 3. Egreditur de terra Chanaan. 112. n. 2. Pervenit in Aram & ad fontem occurrit Rebecca; quæ spondetur illo in die. 143. n. 1. Revertitur cum illa ad Abraham. 149. num. 1. Condit Eliezer Damascum. 106. n. 3.

Eliseus.

Reducit ferrum ex profundo lacus. 553. n. 11. Multiplicat panes. 589. n. 4. Vadit Damascum, & ungit Azazelem in Regem. 314. n. 4. Cæcitate Syros percussit. 507. num. 4. Sanat cibos. 516. num. 6-553. num. 8.

Elotia.

Sacra. 36. n. 11.

Elysijs.

Campi, an in Lunæ orbe? 606. num. 12.

Embarus.

Atheniensis, quis? 369. num. 15.

Empedocles.

Philosophans, quisnam? 463. n. 29. Eius calcei aurei cum tircinnabulis. Ibid. Immortalitatem mentitus. 539. n. 12.

Empusia.

Quæ, & qualis? 17. n. 23-594. n. 22. Imago. Ibid.

Encania.

Quotæ inter Hebræos? 181. num. 2.

Index Generalis.

Endymion.

Quis fuerit & eius sacra gestaque. 317. à n. 14. Eius monumentum in Olympia. num. 15.

Enepb.

Vel *Emepb.* Quodnam Numen? 23. n. 17-28. n. 17. 312. num. 24.

Epbemerides.

Quid sint? §. 8. n. 21.

Epicturus.

Nascitur. 109. n. 15-114. n. 7. Eius Icaedes. 109. n. 14. Eius delirium de Solis & astrorum conditione. n. 15.

Epipyrgidia.

Vid. *Hepipyrgidia.*

Epimenides.

Somnus eius. 104. à n. 13. Sacerdos Mithræ. n. 14. Venit Athenas in eorum expiationem. 100. n. 13. Ritus. 101. n. 15-170. n. 7. Eius dotes. 105. n. 14. Imposturæ. n. 16. Fuit Magus. n. 14. Eius anima errabunda. Ibid. Pellis corporis scripta. n. 16. Sepulchrum. num. 15. An ab illo ara Ignoto Deo? Ibid. Post cultus ut Numen. Ibid.

Epinicia.

Quænam encomia? §. 8. num. 18.

Epione.

Uxor Æsculapij. 13. num. 15.

Epirota.

Eorum sacra. 86. n. 8.

Equiria.

Festa. 151. n. 10. Puerorum. à n. 11. Priora. 253. n. 11-329. n. 9. Sacra Marti. Ibid. Descendebat de celo in spectaculum. n. 10. Quæ Equiria posteriora? 452. à n. 8-460. num. 18.

Equus.

Qui desultorij equi? §. 5. n. 5. Equus Arion. 121. n. 10. Equus Scianus, fatalis possessoribus. 194. à n. 12. Equi Sybaritarum. 343. n. 11. Equus C. Cæsaris. 473. n. 26. Equi Oenomai. 561. n. 36.

Eriethonius.

Constellatio. Eius stellæ, influxus ac fabulæ. 360. n. 7.

Erigone.

Filia Ægypti, liberatur à Diana. 153. n. 17. Accusat Orestem, & suspenditur, eò quòd à iudicibus absolvitur. Ibid.

Erinnys.

Vid. *Furiz.* Ceres *Erinnys.* 397. à n. 19. Sacra & imago. Ibid. Vid. *As.*

Eros.

Cur pro *Anteros* in Amore? 533. num. 13.

Eriphyle.

Uxor Amphiarai. 203. num. 20.

Esau.

Nascitur. 527. n. 11. Recedit à fratre Iacob. 537. n. 4. Vid. *Idumæa.* Filij excutiunt iugum Iacobitarum. 129. n. 6-589. num. 5.

Esdras.

Notarius Synagogæ magnæ. 239. n. 6. Ab illo characteres Hebraici cum figuris floridis. n. 8. Cum captivis ex Euphrate pergit Ierosolymas. 445. n. 3. Amandat à Iudæis uxores alienigenas. 7. num. 2-364. num. 4.

Esther.

Impetrat quòd Mardocheus possit ingredi fores Palatij. 284. n. 3. Promittit, vel cum vitæ periculo ingredi ad Re-

gem. 459. n. 14. Eius & Iudæorum icisium. Ibid. & 246. à n. 10-452. n. 5. Præparat convivium. 467. n. 5. Adit Regem non vocata. à num. 6. Invitat in convivium Assuerum cum Amano. n. 7. Exponit Regi huius nequitiam. 488. n. 7. Estheri donantur Atmani opes. n. 9. Denuò non vocata pro salute populi ingreditur ad Regem. 497. num. 6. Icisium. Esther festum Iudæorum. 239. n. 9. Eius sepulchrum. 389. num. 9.

Eva.

Formatur, labitur, moritur decennio senior Adamo. 550. à n. 2-563. n. 2. Surrexit cum Christo. 552. num. 6. Vid. *Adam.* Eius vestis. num. 5. Apud Ægyptios dicta *Isis.* 51 num. 15.

Evadne.

Quænam, & eius ad maritum fides. 221. n. 10.

Eubotas.

Eius industria in fugam Laidis. 142. n. 20.

Eucharistia.

An post Anti-Christi interitum collocabitur in ipsa arca fœderis? 150. n. 6.

Eventus.

Quid Bonus eventus? 50. n. 13-462. n. 26.

Eunostos.

Heros. 320. n. 23. In eius lucum haud ingreditur femina. n. 24.

Euripides.

Nascitur. 480. n. 17. Eius ingenium & encomia. Ibid. Sepulchrum eius de celo tactum. 147. n. 16.

Europa.

Raptus, & sacra. 36. n. 11. Traditur à Iove draconi & cani custodienda. Ibid. Eius fons, & arbor & apotheosis. Ibid. Europæ imago. 398. n. 23.

Expiatio.

Templi sacri per Ezechiam. 364. n. 4. Nota expiationis totalis inter Ethnicos. 170. n. 7. Vid. *Lustratio.*

Exploratores.

Sub Iosue mittuntur Iericho. 363. n. 3-370. n. 2. Latebent. 377. n. 2. Revertuntur. 387. n. 2-392. num. 2-400. n. 1.

Ezechias.

Purificat vestibulum templi. 364. n. 4. Interiora. 420. n. 8. Perficit opus. 476. n. 4. Renovat cultum. 476. n. 4. Negat tributa Sennacheribo. 349. n. 2. Despicit eius arrogantiam. 565. num. 7.

Ezechiel.

Oritur. 497. n. 5. Occiditur. 434. n. 10. Non fait Pythagoras. 497. n. 3. Captivatur. 302. à n. 6. Ubi sepultus, & quanto in honore monumentum eius. 434. n. 10. Synagoga eius, liber, lampas & bibliotheca. Ibid. Eius visio de templo materiali & mystico. n. 9. Sciographia templi in exedra portæ orientalis. n. 10. Ad sepulchrum eius recessit Iechonias, postquam liber. Ibid. Iuxta illius sepulchrum, etiam trium puerorum sociorum Danielis. n. 10.

F.

F A B I A.

Gens illustrissima, Romæ decus. 242. n. 18. Cædes Fabiorum. Ibid.

Fabij

Ex hac familia. Q. Fabius Maximus *Rullianus* damnatus à Papyrio cursore, Romam fugit. num. 19-244. n. 22. Q. *Fab.*

Index Generalis.

Fab. Gerges triumphat. 275. n. 17. Q. *Fab. Max. Ambustus* interficit Gallum ex copijs Brenni. 235. n. 8. Q. *Fab. Maxim. Cunctator*, eligitur in Annibalem. 243. num. 19. Utriusque cædes. *Ibid.*

Fabricius.

C. Lucinius. Eius dives paupertas & magnanimitas. 395. n. 13. Monet Pyrrhum de proditione Medici. n. 14. Eligatur Censor. 85. num. 6. Dicatur statua. 395. num. 14. Triumphi. 368. num. 13--395. num. 13.

Facies.

Quid in Signis cœlestibus? §. 4. num. 16.

Fames.

Sub Lamech. 277. num. 3.

Fanum.

Quid dicatur? §. 8. num. 16.

Fascinus.

In curru triumphantis. §. 6. num. 5.

Fasti.

Romani promulgati. 428. num. 11.

Fatua.

Dea, quæ *Fauna*. Sacra & imagines. 323. n. 12. Victima. *Ibid.* Soror Fauni. 241. num. 16.

Faunalia. Faunus.

Festa & sacra. 240. n. 14. In honorem Fauni. *Ibid.* Faunus dictus Hermes & Deus aureus. n. 17. Cultus cum Pico. num. 14. Eius antrum, fons & templum. *Ibid.* Imago. n. 15. Oracula. n. 16. An Mercurius Trismegistus? num. 17. Ritus sacrorum. *Ibid.* Deus Lupercus & *Lycæus*. 252. num. 10. Imago. *Ibid.*

Faustulus.

Sepulchrum & statua. 104. num. 11.

Fax.

Festum Facis. 437. num. 18.

Februa.

Sacra. 169. num. 2.

Februarius.

Menfis imago. 167. n. 6. Nomen per lustrationes & februa. *Ibid.* & 252. n. 11. Ultimus olim mensum. 348. n. 1. Cur dies eius numero pares. 330. n. 19. In anno intercalari dictus *Secundus Adar*, apud Hebræos, vel *Beadar*. 345. num. 15.

Feciales.

Inter Romanos bellum denunciabant. 512. n. 23.

Felicitas.

Nulla secunda micat. §. 9. n. 4. Symbola. 340. num. 24. Ex quo vita felix? 454. num. 15.

Felis.

Ei dicata etiam sacra & festa. 409. n. 30.

Feralia.

Romana. 280. à n. 15. Inter Iaponios. 257. n. 24. Cœnz feræles. 280. num. 15.

Feria.

Vid. *Festa*. Rebus sacris & necessarijs haud violantur *Feria*. 324. n. 14. *Feriz* nomine ludorum. §. 5. n. 7. *Feriz* Sementinæ. 125. n. 10. *Feriz* Fauni. 240. n. 14. *Feriz* ancillarum. 510. n. 18. Carmentis. 85. n. 5. *Ægyptiorum*. 369. n. 18. *Feriz* stultorum. 266. n. 11--274. n. 14--587. n. 22. Iuturnæ. 70. n. 4. *Feriz* Latinis cur addita alia dies? 90. n. 10. *Feriz* Latinæ Iovi Latialis. §. 8. n. 1.

Ferrum.

Quo vulnus insensibile? 562. num. 40.

Festa.

Romanorum stata & conceptiva. §. 8. n. 1. *Græcorum*. n. 18. Qui dies festi. *Ibid.* à n. 1. Inter Hebræos instituntur festa. 425. n. 2. *Neomenia*. 7. n. 2. *Phase* indicitur seu *Pascha*. 431. n. 2. Celebratur. 457. n. 7. Instituitur sacrificium de Agno Paschali. 377. n. 2. Eligitur agnus sacrificandus, ac domum perducitur. 431. n. 2. Secundum *Phase* in Sina. 458. n. 10. Ab exitu de *Ægypto* quot *Paschata* ad ingressum in *Chanaan*? 467. n. 3. Portentum mirabile, dum in *Phase* alijsque festis omnis masculus apparere debebat in *Ierusalem*, ædificato templo. 457. n. 7. Quid tunc Hebræis *Cœna* pura? *Ibid.* Primum *Phase* in terra *Chanaan*. n. 11. & 467. n. 3. Ritus *Ægyptiorum* in die *Paschatis* Hebræorum. 466. n. 36. Dies *Azymorum*. 457. n. n. 2--467. n. 2. Manipuli hordei in spicis oblatio. 476. n. 2. *Kipuria* & causa festi. 425. n. 2. Cœtus ad collectas in alijs festis. 168. n. 2--527. n. 12. Festum libertatis. 459. n. 12. Natalitium patris. 295. n. 2. *Teruma*, sive primitivæ. 168. n. 2. *Bacchanalia*. 123. n. 2. Festum dictam *Jeiumlum Esher*. 239. n. 9. Festum *Pbwirin*, & dies *Sortium*. 246. n. 4--251. n. 5. Convivia in hoc festo, & ritus cum ludibrio imaginis *Aman*. à n. 7. In *Synagogis* mimicè Hebræi imitantur tragediam. 240. num. 12. Quare modò inhibitum huiusmodi festum? 252. num. 8.

Ficus.

Astij Navij. 231. n. 6.

Fidenates.

Eorum habitus in pugna. 368. num. 13.

Fides.

Sacra. 590. à n. 9. Cum *Amicitia*. *Ibid.* Utriusque imago. *Ibid.* Cum *Termino*. 294. n. 9. *Fides* publica fracta, atque punita perfidia. 459. n. 15--572. n. 32.

Firmamentum.

Conditur. 526. n. 10. Fabula de eius parte *Aquilonari*. *Ibid.* Ordo in eo *Constellationum*. §. 4. n. 7. *Fabulæ*. 526. n. 10.

Flamen.

Dialis. Unde sic dictus? 519. n. 16. Eius insigne albo-galerus. 77. n. 2--519. n. 15. Cætera insignia. *Ibid.* In munus ingrediens convivium *Vestalibus* & sacris ministris exhibebat. *Ibid.* Eius virga & lana. n. 16. Lapsus eius pilei malum omen cum alijs *superstitionibus*. *Ibid.* Leges & honores, aliaque ludicra. n. 17. *Flaminis* *Saturnalis* astus in luxuriam. 327. num. 24.

Flaminia.

Sacra. 78. num. 5.

Flaminica.

Uxor *Flaminis* *Dialis*, univira. 518. n. 14. Munus in *Argeis*. *Ibid.* & 491. n. 19. Habitum in *Mamuralijs*. 367. n. 12. In *Argeis*. 491. n. 19.

Flamininus.

Quint. Lutius. Eius furor & infamia. 207. n. 10. Removetur à *Senatu*. *Ibid.* Eius frater *T. Q. Flamininus*. Eius acceptio inter *Achæos*. 78. n. 5. Ab illo pax data *Greciæ*. 202. num. 18.

Flaminus.

Caius. Ostenta in cladem. 469. à n. 14. *Procurator*. n. 15. Cæditur ad lacum *Trasimenum*. 225. n. 11--437. n. 17.

Flavius.

Cn. *Ædilis* promulgavit fastos Romanos. 428. n. 11. Eius ars ingenium pro *Ædilitatis* honore. *Ibid.*

Fletus.

Vid. *Lachrymæ*. Quisnam locus *Fletus*? 92. n. 2.

Index Generalis.

Flora.

Cur Dea culta, & cum Mercurio? 528. n. 15. Eius statua in templo Castorum. 140. num. 10.

Flores.

Ex sanguineo Christi sudore, ludicrum. 545. n. 5.

Fecunditas.

Eius imago & sacra. 212. num. 10.

Fœmina.

An aliqua fœmina cum Christo surrexerit? 552. num. 6. Senaculum fœminarum. 445. n. 15. Olympia. 226. n. 14. Eis incongrua scientia facultativa. 511. num. 19. Puerperæ purificatio. §. 8. n. 19. Puniz fœminæ pro choreis. 253. n. 12. Earum dotes. 444. n. 15. Ex quo illarum pulchritudo? n. 16. Quando & quomodo ab eis Veneri dicabatur speculum? Ibid. Strenæ fœminarum. 169. n. 3. Matronalia, & Saturnalia fœminarum. 365. n. 7--475. n. 31. Crines fœminarum in machinarum funes. 461. n. 21.

Fœnerator.

Ferebat in manibus chirographa debitorum, & hi illum sequebantur. 11. n. 9.

Fombus.

Quodnam Numen & sacra? 28. n. 18. Imago. Ibid.

Fons.

Solis. 354. n. 19. In ea oraculum. Ibid. Fons balsami. 182. n. 5. Fons Iesu. Ibid. & 278. n. 7. Fons Canabur. 528. n. 17. Fons virginitatis. Ibid. *Cereris Milesia*. §. 10. n. 1--83. n. 7. *Iosue*. 34. n. 5. *Iovis Dodonei*. 311. à num. 19. *Memoria & oblivionis*. 462. n. 26. Fons *Alyson*. 74. n. 5. *Apollinis*. 454. n. 13. Fons *Cassalius*. 265. n. 7. *Daphne*. 264. n. 6. *Hippocrinte*. 3. n. 4. *Iovis Horci*. 414. n. 13. Fons *Gerasa & Cibiris*. 44. n. 18. *Tyanæ*. 464. n. 31. Fons in Andro. 37. n. 13. Fons *Liberi-Patrii*. Ibid. Fons *Perfarum*. 101. n. 15. *Colophonius*. 588. n. 27. *Apollinis Lycij*. 154. n. 20. Fons *Arne*. 465. n. 33. Fons *Indicus* ex auro potabili. 562. n. 40. Fontes in vinum conversi. 44. n. 18. Fons eiusdem conditionis in Naxo. 37. n. 14. Fontinalia *Ægyptiorum*. 588. num. 27. Fons *Arad*. 393. n. 3. *Iosue*. 564. n. 5. *Emmaus*. 574. n. 5. Fons *Stellæ*. 40. n. 6. *Samsonis*. 198. n. 4.

Forcipes.

A Deo inventæ iuxta Rabinos. 537. n. 2.

Fornacalia.

Fornax, & *Fornacal* Dea. Sacra. 266. à n. 12. Culta cum Vesta. num. 13. Imagines. num. 14.

Fortuna.

Diæa *Virgo Cœlestis*. 558. n. 25. Nutrix Iovis. 15. n. 17. Fortuna plena, & nulla. 174. n. 15. Cur duplicis faciei albæ & nigræ? 158. n. 8. Mensa Fortunæ. 9. n. 5--49. à n. 11. Nemo Fortunæ. 503. n. 23. Prænestina & Anteatina. 14. n. 17--158. n. 8. Sortes. 15. n. 17. Bona Fortuna. 49. n. 11. Speculum Fortunæ. §. 6. n. 5. Fortuna defultoria. 532. n. 10. Prospera cum Matuta. 427. n. 7. Tempia exusta. n. 8. Sortes. n. 7. Fortuna *Cœrrentens*, *Videnis*, *Sperans*. Ibid. Iuncta bono Eventui. 462. n. 26. Fortuna *Calva*. 532. num. 9. Quæ? Ibid. *Clauda*. 213. n. 11. *Mascula*. 427. n. 7. *Muliebris*. 220. n. 23. *Felix*. 427. n. 8. *Naufraga*. 31. n. 9. *Primi-genia & Parva*. 427. n. 7. *Prospera*. Ibid. Sortes. Ibid. *Forti Fortuna*. 31. à n. 10. *Fortuna Seia*. n. 11. *Mala Fortuna & Fortis*. n. 10. Fœnestra Fortunæ. 427. n. 7. Comes Fortunæ *Necessitas*. 62. n. 15. *Ædes Romæ* propter victoriam de Cymbris. 478. à n. 12. Fortuna *Vialis*. 158. n. 8. Fortuna *Galbæ*. 532. n. 11. *Variz* imagines. 15. n. 17--31. à n. 9--532. n. 11.

Forum Boarium.

Ibi statua Herculis triumphalis, & Ara Maxima. 421. n. 17.

Fuga.

Fugia & Fugalia. Sacra & Numina. 309. à n. 11--489. n. 13. Cum Dea *Lætitia*. 556. à n. 17. Fuga Deorum. 358. num. 3.

Fulmen.

Iovis surripuit *Typhon*. 358. n. 3. Vibratum à Iove propter orbis crimina. 415. num. 15.

Furca.

Militaris, seu iugum, quale? 329. n. 11. Furcæ *Caudinæ* Romanorum dedecus. Ibid. Sub iugum qui miserunt, ab illis misit fure. n. 12.

Furia.

Cur albæ & nigræ? 36. n. 12. Furiz cum *Gratijs*. Ibid.

G.

GABAEON.

Quare Excelsum *Gabaon* dicitur Maximum? 92. n. 3. In *Gabaon* crucifiguntur septem filij *Saul*. 487. n. 4.

Gabij.

Perfidiosè & dolo maligno capti. 316. n. 9.

Gad.

Propheta mittitur ad *Davidem* ut eligat supplicium. 516. num. 7.

Gades.

Ibi templum & oraculum *Herculis*. 535. num. 16. An ibi *Herculis ossa*? Ibid. *Cives* defendit. Ibid.

Galantis.

Quænam fœmina & eius metamorphosis. 35. n. 10.

Galba.

Imperator. Eius Fortunæ simulacrum. 532. n. 11. Eius patris perfidia. 470. n. 18. Accusatur & absolvitur. Ibid.

Galli.

Quæ Romæ *Busta Gallica*? 380. n. 14. *Senones*, post urbis incendium coronam auream dicant *Iovi Capitolino*. 67. n. 12. Romam deserunt. 279. n. 12. *Galli Cybeles* unde sic disti? 575. n. 9. *Gallorum* commentum de orbis imperio. 503. n. 23. *Impostura* in *Hispanos*. n. 24.

Gamelia.

Sacra. 22. n. 13.

Ganymedes.

An *Aquarius*? 2. n. 2.

Garus.

Quid? 344. n. 12.

Gedeon.

Cur *Gedeon* dictus *Ierobaal*? 25. n. 5. Ei apparet *Angelus*. 19. à n. 2. Unde cognovit *Angelum esse*? n. 3. Erigit altare supremo Numini, & destruit aram *Baal*. Ibid. Signa, & quare tot petijt? à n. 4. Convocat contribules ut in provinciam sint. 156. n. 2. Primum signum in victoriam. 169. n. 2. Secundum. 178. n. 3. Exercitum ornat. 393. n. 3. Venit ad fontem *Arad*. 451. n. 3. Probat milites ad aquas. 459. n. 11. Vincit *Madian*. 476. n. 3. Quibus potentes. Ibid. Comprendit *Oreb* & *Ceb*. 487. n. 3. *Cebec* & *Salmana*, quos interficit. Ibid. & 497. n. 3. Fabricat *Ephod*. Ibid. Quid eius *Ephod*? 516. n. 5. Quomodo in illo prævaricati sunt filij *Israël*? Ibid. Obit. Ibid.

Gelon.

Sacra. 505. n. 26. *Victoria* de *Carthagenensibus*. 484. n. 29--505. n. 26. Imperium cedit, sed depositio haud admititur. n. 27. Inhibet humanam victimam. num. 28. Eius do-

Index Generalis.

naria & currus. Ibid. Obitus & sepulchrum. n. 29. Statua. num. 27.

Gemma.

Alethorius 383. n. 24—428. n. 12. *Chrysocholla*. 562. n. 38. *Pamartia*. Ibid. *Amethystos*. n. 30. Cornu Ammonis & eius conditio & usus. 579. n. 20. *Amethystus*. 224. n. 8. *Anamcbites*. 232. n. 10. *Onobasis*, qualis & quorsum? 501. n. 18. *Pyritis* & *Phlegontides*. 540. n. 15. *Heliotropium*. 104. n. 12. *Pyropus*, & unde eius splendor? 540. n. 15.

Geneta-Mana.

Quæ Dea? 323. n. 12. Dicta *Bona Dea*, & *Illisbia*. Ibid. Imago. n. 13. Victima canis, & quare? n. 12.

Genius.

Quid *Genius-bonus*? 49. n. 11. Imagines. n. 12. Quid Malus? Ibid. Sacra. 33. n. 18. Genius populi Romani. §. 7. n. 7. Ab ethnicis Bonus & malus Genius locabantur in orbe Lunæ, & etiam eorum officia. 606. n. 12.

Gentilitas.

Eius felicitas unde? 106. n. 2. Prognosticum conversio- nis. 383. n. 3. Gentiles proprio sanguine eliciebant ignem è cælo. 403. num. 11. Vid. *Ignis*.

Genius.

Rex Illyrici ductus in triumphum. 275. n. 18.

Geryones.

Eorum arbores. 439. num. 22.

Get.

Festum & sacra. 79. n. 6.

Gessem.

Quæ terra in Ægypto? 342. n. 4.

Gigantes.

Suffocantur Gigantes. 3. num. 3.

Gladus.

Ligneus quibus in præmium? §. 5. n. 6.

Glaucus.

In vitam revocatur. 430. n. 20. Quomodo surripuit va- ticinia à magistro? Ibid.

Godolias.

Nex. 59. num. 5.

Gorgias.

Dux Epiphanes victus. Vid. *Iudas Machabæus*. Leonti- nus: ei tota Græcia statuam erexit, imò sibi posuit. 294. n. 9. *Epirata*. Eius rara nativitas. 588. n. 26.

Gorgones.

Quænam & eorum communis oculus. 358. n. 5.

Gracchi.

Statuæ eorum cultæ ut simulacra Numinum. 100. n. 12.

Græcia.

Græca sacra. 441. n. 4—587. n. 22. Græciæ Sapientæ. 213. n. 13—496. n. 34. Imago Græciæ & Salutis propter victoriam de Persis. 482. n. 21.

Græci.

Audacissimi in fisiones. §. 8. n. 10. Græcorum sacrificium Romæ in foro Boario. 171. n. 10. Victoria ad Maratho- nem. 481. n. 20. Ad Artemisium. 228. n. 21. Ad Platæas. 201. n. 15. Ad Salaminam. 481. n. 18. Viri fortissimi in pugna. n. 20. Donaria Apollini Delphico. num. 21. Draco in pugna. n. 22. Insignia. Ibid. Victi ad Ægos-Poramus à

Lyfandro. 386. n. 33—482. n. 23. Ad flumen Afinarum. 549. n. 21.

Gratia.

Sacra Gratiarum. 135. n. 12. Dicitur cur Charites? n. 13. Honores & imagines. n. 14. Lapsum in puteum in cælum fu- gerunt. n. 15. Quare nudæ? n. 12. Etiam cur indutæ? n. 15. Qualis Gratiarum arca. Ibid. Templum in urbis & nunquam clausum. n. 13. Forina sunt Veneris. 248. n. 13. Cum Venere. Ibid. Cum Parcis. 136. n. 14. Cum Iunone & Iove. 135. n. 12. Cum Nemese, Mercurio & Apolline. Ibid. Cum Horis. n. 15—22. n. 13—525. n. 7. & 17. Imagines. n. 7.—135. à num. 13.

Gala.

Imago Deæ & sacra. 96. num. 16.

Gyges.

Pastor. Eius annulus mirabilis. 602. n. 24.

H.

HABACUC.

Propheta, quis fuerit? 84. n. 2. Vaticinari incipit. 128. num. 4. Obit. 84. num. 2.

Hæretici.

Stultissimi apparente sapientiâ. 429. n. 15.

Harmodius.

Et *Aristogiton*. Eorum nomina servis imponere, nefas. 339. n. 20. Statuæ illis d'catæ à Xerxe ablatæ, & à Seleuco resti- tutæ. Ibid. Proiectæ in mare Rhodam appulerunt, ubi maxi- moperè honoratæ. Ibid.

Harpalus.

Fugit cum thesauris Alexandri Magni, & occiditur. 369. num. 17.

Harpocrates.

Cur filius Isis? 536. num. 22. Eius imago. 28. n. 18—33. num. 18.

Hasta.

Quænam *hasta pura*? 14. n. 15. Ex qua arbore hasta Re- gis? 379. n. 10. Ethnicis hasta Numen. Ibid.

Hazael.

Ungitur ab Eliseo in Regem Syriæ. 314. n. 4. Suffocatur Benadad. 322. n. 8. Inter Deos relatus. Ibid.

Hebdomades.

Danielis quænam, & quando cæperunt? 498. num. 10, 528. num. 13.

Hebe.

Dea iuventutis. 2. num. 2.

Hebraei.

Ingrediuntur Ægyptum. 277. n. 3. Etiam perveniunt & in- grediuntur Memphis. 314. n. 1. Eorum persecutio prima in Ægypto. 24. n. 2. Secunda. 97. n. 2. Tertia in suffoca- tione infantium. 101. n. 1. In Ægypto servierunt idolis. 25. n. 4. Libertas è populo barbaro. 457. n. 8—466. n. 1. Servi- tus per 400. annos. Ibid. Quanta miracula in exitu! 457. n. 5. Et in itinere per 40. annos. 426. à n. 3. Nullus infirmus, nec in prælio mortuus, in quorum vestigijs nec pulvis, nec in solitudinibus motio arenarum. Ibid. An tunc muratus ordo Universi? 458. à num. 8. Transiunt Mare Rubrum, & quomodo? 506. n. 4—527. n. 11. In eos plaga ignis. 467. num. 2. Eorum mansiones, vid. *Mansiones*. Promulgatio ad ingressum terræ Chanaan. 410. n. 2. Abiit ad Jordanem.

Index Generalis.

399. n. 1. 425. n. 3. Transcutit sicco pede fumen. Ibid. & 432. n. 4. Circumciduntur in Galgalis. 440. n. 3. Serviant in terra promissionis Madianitis, sed excutitur iugum. 476. n. 3. Captivantur & transferuntur à Salmanasar. 537. n. 5. Quo ordine ducti & à quibus? Ibid. Quando captivitas Babylonica? 302. n. 9. Moera missa in Ierusalem à sechonia aliisque captivis. 411. n. 3. Solvitur captivitas à Cyro. 303. n. 13--364. n. 4-459. n. 12. Cœpit in patriam reditus. Ibid. Numerus redeuntium. 303. n. 15. Dimittunt uxores alienigenas. 7. n. 2--364. n. 4. Privantur privilegijs. 47. n. 3. Pendebant quotannis aliquid pro instaurando Capitolio. 67. n. 11. Dies illorum libertatis in Alexandria. 198. n. 5. Victoria eorum de Galatis. 378. num. 4.

Hecate.

Quæ Dea? 17. à n. 22. Cur dicta *Epipegidia*, *Phantasma*, *Empusia*, *Diana* & *Luna*? n. 23--594. à n. 21. Dicta *Ipsi*. n. 25. Etiam *Canis*. n. 24. & *Canis terrestris*. n. 22--17. n. 23. & *Lamia*. 594. n. 22. Quid Hecates recessus? 606. n. 12. Cur dicta *Ada*? n. 13. In Hecatem cœversa Iphigenia. 595. n. 25. Mystra Hecates & ritus, templum & simulacra. à n. 23. Sacrificia. n. 25. Quale Numen & forma? n. 21. Sacra. 17. n. 21. Imagines. n. 22--594. à n. 23. Cœna Hecatis. 17. n. 21. Quare Hecate comite canes? 594. n. 21. Quid Hecaticus strophalus? 606. num. 13.

Hecatombe.

Quodnam sacrificium? 17. n. 22--386. n. 31.

Hector.

Post mortem apparet splendidus. 580. n. 25. Cadaveris vulnera abolita. Ibid. Vindicta in conviciantem. Ibid. Plura alia fictitia. num. 26.

Helena.

Eius aquila. 221. n. 27. Rapitur à Thesco. 347. n. 24. An ex ovo nata & mater Nemesis? Ibid. Rapitur à Paride, & Troiam ducitur. 183. n. 11. An illa rapta vel eius simulacrum? 221. n. 26--385. n. 30. Sæpe liberatur à morte. 221. n. 26. Dicta flamma, vel flammula. n. 29. Etiam *Venus Sospita*, sitque Dea. n. 30. Plauditur Dea pulchritudinis, cum templo. n. 25. Eius imago Romæ & dicta *Meretrix*. n. 31. Fax Helenæ. n. 26. Tripos. 496. num. 34. Crater, calix & monile. 221. n. 28--386. n. 31. Suspenditur ligno infelici. 221. n. 29. Sepulchrum. Ibid. In honorem eius sacra *Helenia*. n. 25. Ritus. n. 30. Etiam *Helenaphoria*. n. 25. Post mortem fit uxor Achillis. 126. n. 14--222. 30. Excæcat Homerum & Sresichorum. Ibid. Ei tribuitur herba *Helenium* & *Hepentbe*, seu herba lætitiæ. n. 27--386. n. 31. Quænam stella Helenæ? 559. num. 27.

Heles.

Suffocatur in Ponto, vel rapitur à Neptuno. 357. n. 2.

Heliogabalus.

Imperator. Eius impudentia & audacia. 406. n. 22. Heliogabali Dei imagines. Ibid.

Heliotropium.

Gemma & herba. 104. num. 12.

Hempba.

Quodnam Numen? 23. n. 17. Imago. Ibid.

Heniachus.

Constellatio. Eius stellæ & influxus. 306. n. 7.

Hephestion.

Ornat in illo sepulchrum Patrœcli. 75. n. 7. De eius sepultura Ammonem Iovem consulit Alexander. 277. n. 21. Ei iusta magnifica instruit. Ibid. Declarat Deum. n. 22. Ei dicat templum. Ibid. Ei dar in uxorem filiam Darij. Ibid. Quæ sacra *Hephestia*? 45. num. 22.

Hera.

Quæ Dea, eiusque templum. 548. n. 19. Eius speculum. 147. n. 15. Imagines cum Cerere. Ibid. & 549. n. 19. Sacra sub titulo *Domina*. 548, n. 19. Lucus in quo Deorum statua. Ibid.

Heraea.

Quæ sacra? 226. n. 14. Pompa sacrorum. Ibid. Certamina. n. 15. Herza Arcadica. Ibid.

Herba.

Mirabilis ad pedes statua *N. Salvatoris*. 420. n. 10. Herba *Spartana*. 249. n. 18. *Nymphæa*. 276. n. 19. *Liospermon*. 417. n. 20. *Heraclea*. Ibid. *Lachrymâ Iob*. Ibid. *Leucophyllus*. 595. n. 24. *Lysimachia*. 210. n. 22--599. n. 14. *Hephestion*, vel *Auriconum*. 570. n. 24. *Artemisia*. 232. n. 10. *Æthiopioidis*. Ibid. *Heliotropium*. 104. n. 12. *Pæonia*. 241. 16. *Zacclus*. 37. n. 14. *Moly*. Ibid. *Modmodin*. 196. n. 22. *Hepembe*. 221. n. 27--386. n. 31. *Helenium*. 221. num. 27. *Onomus*, *Berberaca*, *Osirites*, *Ananchites*, *Achemenides*. 232. n. 10. *Verbenaca*, & ad quid? 232. n. 10. *Heracleon*. 417. n. 20. *Latax*. 423. num. 24.

Hercules.

Ambitruonis, oritur. 35. n. 8. Lactatus à Iunone. 62. n. 13. Gestâ. 352. n. 15. Fuit gigas. n. 12. Præcum vicit & Atlantem fessit. n. 13. Occidit Cycnum, subijctæ cœlum. Ibid. Mala Hesperidum sustulit. Ibid. Eius canis *Ortho*. n. 15. Columnæ Herculis. Ibid. Qua arte Iovem vidit? 578. n. 17. Herculis olea. 159. n. 10. Crater præ navigio. 352. n. 12. Cur in pugna gigantum dictus Virtus Deorum? 276. n. 19. Dignatus signanter propter victoriam à singulis Dijs. Ibid. Eius clava ferrea in arborem. 276. n. 19. Ex ea orta herba *Nymphæa*. Ibid. Eius victoria de morte. 574. n. 5. Sepulchrum eius incognitum. 206. n. 6. Sagittæ inventæ post eius mortem. 184. n. 12. Mirabilis victoria de Ligurijs. 178. n. 4. Iuvat Gaditanos. 353. n. 16. Ibi templum utrique Herculi, & quæ in templo? 439. n. 22. Imago Hispaniæ cum Hercule. 553. n. 16. Eius oraculum & ossa in templo Gaditano. Ibid. Venatio Herculis quomodo fiebat? 572. n. 31. Interfecit Cacum, & speluncam diruit. à n. 10. Plutum cur fugit? 276. n. 19. Variæ imagines. §. 6. à n. 2--352. n. 14. & 16--439. n. 22. Quæ in foro Boario veste triumphali. §. 6. n. 2--§. 8. n. 14--421. n. 16. In templo Herculis nec musca, nec canis. n. 17. Sacra, quia Cerberum extraxit. 104. num. 11--416. num. 20. Quæ arte Iupiter ab illo visus? 578. n. 17. Iæu lapidis expertus furoris. 376. n. 22. Eius navis capillis fœminarum tracta. 475. n. 31. Ara Maxima Herculis Romæ. 421. n. 17--566. n. 11. Sacellum. 422. n. 17. Cur decimas Herculi dicant? 351. n. 11. & 381. n. 16. Quid Nodus Herculis? 373. num. 14. Cum Iove contendit in Olympijs. 421. n. 15. Illi favet Iupiter vel offensus. n. 16. Hercules *Alexicacus*. 566. à n. 10. *Canopicus*. 385. n. 30. *Erythraus*. 475. n. 31. *Gaditanus*. 553. n. 16. *Ognius*. 439. n. 22. *Index*. 351. n. 10--442. n. 9. *Lindius*. 149. n. 21. *Victor*. 421. n. 15. *Invictus*, cui *Heraclea* dicata. 416. n. 20. *Triumphalis*. 421. n. 16. Herculi vel viventi ara extracta. 566. n. 11. *Hercules*, Constellatio. Stellæ & influxus. 166. num. 5. *Dictus Ingeniculus*. Ibid.

Herma.

Cuiusnam generis statua? §. 8. n. 10--137. n. 19--293. num. 6.

Hermeneæ.

Sacra propter Orestis absolutionem. 36. n. 12.

Hermocrates.

In eius sacrificio cor victimæ rapuit aquila. 255. n. 20.

Hermodorus.

Instructor legum duodecim tabularum, & quàm probus! 298. n. 12.

Hermotimus.

Claxomemus, magus & eius praestigia. 105. n. 13.

He-

Index Generalis.

Herodes.

Ascalonita oritur. 60. n. 7. Vocat in patriam Hyrcanum Pontificem. 507. n. 7. Et interficit. n. 6. Pervenit Brundisium. 187. n. 5. Ulciscitur mortem Antipatri patris. 129. n. 8. Vadit in Aethiā ad Augustum, & confirmatur in regno. 507. n. 8. Templum sacrum restaurat splendide. 489. n. 11. Statuam auream locat in porta Orientali. 115. n. 1. Cæsarem ædificat in Augusti honorem. 69. num. 2. Etiam Sebasten seu Samariam, cum certaminibus athleticis. 112. n. 2. Invadit sepulchrum Davidis. 70. n. 2. Eius animus athæus. 507. n. 7. Combussit naves Magorum. 193. n. 7. Innocentium infantium carnificina. n. 6-323. n. 11-489. n. 12. Inter illos suum etiam filium iugulavit. 193. n. 9. Cur carnificinam aliquandiu distulit? n. 8. Includi iubet primores civitatis, ut illo mortuo moriantur. 212. n. 8-420. n. 9. Illo mortuo incolumes dimittuntur. 336. num. 11. Moribundus infici iussit filium Antipatrum. 304. num. 19. Moritur. 336. n. 10. Funeris pompa. 344. num. 10. Eius parentatio. 412. n. 7. Habitus Messias ab aulicis. 344. n. 12. Titulum percipivit. 489. num. 11. *Herodis Ashippe* natalis & cœna. 452. n. 7. Exilium. Ibid.

Herodiani.

Eorum secta è Sadducæis. 345. n. 15. Qui fuerint? à n. 12. An ex columbis? n. 13. An à Manahem? n. 14. Natale sectarij celebrant Herodis. 60. n. 7.

Herodias.

Fato fungitur miserè. 452. num. 6.

Heroes.

Ubi campus Heroum? 201. num. 14.

Herfilia.

Facta Dea. 274. num. 14. Vid. *Hora*.

Hethum.

Quoddam Numen & sacra? 309. n. 14.

Hesperides.

Earum aurea mala surripuit Hercules. 351. n. 12.

Hiero.

Exponitur & ab apibus nutritur. 63. n. 18. Eius dotes & apothæosis. Ibid. Frater Gelonis & successor. 504. à n. 26. Victor & victus semper amicus populi Romani. 492. n. 21. Eius aurum simulacrum. 518. n. 12.

Hilaria.

Quenam festa & sacra? 528. n. 15-532. n. 9-556. à n. 17. Vid. *Megalesia*. Cur dicata Risui? 570. n. 24. Quid dicantur Hilaria & hilarij dies? 557. n. 21. Hilaritatis imago. n. 17. & 312. n. 23. Cur sacra Hilaria dicta? 556. n. 18. Sacra Magnæ-Matri & Pani. 557. n. 21.

Hilaira.

Et *Phœbe*, uxores Castorum. 347. n. 23. In illarum templo ovum ledæ. num. 24.

Hillel.

Quisnam? 218. à n. 16. Per illum & Sammai divisio scholarum. n. 17. Eius sapientia & honores. Ibid.

Hippodamia.

Sacra & statua. 318. n. 18. Ossa eius translata in Olympiam, quò culta ut Dea. Ibid. Filia Oenomai. 561. n. 36.

Hippolita.

Eius baltheus, & monumentum. 159. n. 10.

Hippona.

Quæ Dea, & ex quo? 81. num. 6.

Hispertateis.

Regina Ponti in habitu virili Mithridatis sequitur fortunam. 534. num. 16.

Hispipyle.

Quenam femina? 79. n. 7-203. n. 17-430. 18.

Hirtia.

Filia Sefostris, Vates. 400. num. 2.

Hispania.

Eius imago cum Hercule. 353. n. 16.

Histia.

Dea sacra & imago. 229. num. 23.

Hædi.

Stellæ, & fabulæ. 361. num. 9.

Holopbernes.

Exit ex Assyria in Adām. 497. num. 5.

Homerus.

Excæcatus ab Helena. 222. num. 30.

Honor.

Ei templum dicatum & dedicatum. 174. n. 16.

Horæ.

Sacra, quæ *Horæ* dicebantur. 136. n. 15. Horæ in ovo Oromazis. 33. n. 16. Præsides portarum cœli. 525. n. 7. & 17. Quare præcinctæ? 136. n. 15. Horæ & Gratia. 22. n. 13-528. n. 17. Cum Baccho. 600. num. 16. Imagines. 526. num. 7.

Horatius.

Cœles: quanta ei virtus & animus! 103. n. 9-144. n. 7. Eius statua deiecta è cœlo, in nobiliorem locum collocata. 104. n. 10. Eius statua Romæ prima. n. 9.

Horologium.

Primum Romæ. 178. num. 4.

Horus.

Ei sacra, & sacrificia. 312. n. 23. Simulacrum & imagines. n. 24. Placentæ. n. 23. Vid. *Soi* & *Apollo*. Imago. 580. n. 24. Ubi natus. 339. n. 22. Cur Apollo dicitur? n. 25. Eius conceptio singularis. 346. n. 20. Natus cum Osiride & Isis. n. 21. Cur semiratus. 312. n. 23. Imago inter Ægyptios. 526. num. 9. Cur filius dicitur Isis, & frater Harpocratis? 536. n. 22.

Hostia.

Quenam singulis Dijs? 16. num. 20. Hostiæ dodecades. Ibid. *Quæ dicit Arabegnia?* 8. num. 4. Hostiæ Maximæ cum cornibus auratis. 16. num. 19.

Hyacinthus.

Qualis flos, in quem mutatus Ajax? 521. à num. 22. Vid. *Ajax Telamonius*.

Hygia.

Dea Salutis, cum Esculapio. 14. n. 15. Illi capilli dicati. Ibid. Imagines. 566. n. 13. Panis Salutaris in Hygiæ sacris. 567. num. 14. Quare Pentagonus in Hygia signum salutis? 378. num. 4.

Hyperbolus.

Quis, & quomodo dyfcollus? 306. n. 26.

Hyperborei.

Populi grati Apollini. 261. n. 17. Illorum mores & insulæ clima. Ibid. Ibi videbatur templum primam Delphicum, instructum ab apibus. Ibid. Cycni in eius sacris. 262. n. 19. Ad insulam descendit Appollo & cithara canit. n. 18.

Hy-

Index Generalis.

Hypermetra.

Accusata de pietate & absoluta. 437. n. 18. Dedicat statuam Veneti Victricis. Ibid.

Hyrcanus.

Iannus mortem sibi consciscit. 124. n. 6. Iohannes Hyrcanus I. filius Simonis Machabæi, fungitur munere Ducis & Summi Sacerdotis. 55. n. 8. Debellat Idumæos & subigit in circumcissionem. 29. n. 5. Hyrcanus II. Rex & Summus Sacerdos, vincit fratrem Aristobulum. 459. num. 15. Ei favet Pompeius Magnus, 151. n. 8. Herodis dolo vocatur in Iudæam. 507. n. 7. Ab illo tollitur. n. 6.

I.

IACOBUS.

Patriarcha, oritur 527. n. 11. Emit à fratre primogenitum. 112. n. 2. Latet in domo abavi Heber, 119. n. 2. Proficiscitur in Mesopotamiam. 229. n. 2--475. n. 1. Vidit schalam. 515. n. 2. Detinetur à Laban. 87. n. 1. Transit reverens Iordanem. 530. n. 2. Vadit Ægyptum. 544. n. 2. Transit in Sichem. 186. n. 1. Benedixit filios & obiit 410. n. 1. Tumulatur in spelunca duplici. 119. n. 3. Filij Iacob ingrediuntur Memphim. 341. n. 1--277. n. 3. Patriarchæ Israel, filij Iacob, quò sepulti? 186. n. 2.

Iaddus.

Pontifex, ad dictus Regibus Persarum sacro sedere. 107. n. 4. Abiit Alexandro Magno auxilia. n. 7. Pompa sacra in Alexandri occursum. num. 8. Adoratur à Rege, & quare? Ibid. Ostendit illi Danielis vaticinium. n. 9. Alexander concessit illi quicquid optavit. num. 10. Siclus Iaddi Pontificis. Ibid.

Ialifus.

Eius sacra, & imago. 601. num. 20.

Iamblicus.

Philosophus, insignis magus. 533. n. 12.

Ianes.

Et *Mambre*, Magi Hebrai in Ægypto. 25. n. 4.

Iannual.

Quid esset? 9. num. 6.

Ianus.

Deus Deorum, dictus *Pan* & *Vertumnus*, ac Philantropus. 9. n. 6. Custos Capitolij. 10. n. 7. & 11. n. 8. Polymorphon. 56. n. 11. Dicitur *Claudius* & *Petulcius*. 11. n. 8. Quid *Ianus Medius*? 11. n. 9. Quadrifrons. 55. n. 10. Bifrons. 10. n. 7. Geminus, cuius insignia clavis & sceptrum. Ibid. Iani 55. filij. n. 11. Imagines. 5. à n. 7. In eius templo inauguratio Consulum. 56. n. 11. Instituit fasces. n. 12. Idem ac Saturnus. Ibid. Collocatus cum Pace & Concordia. 599. n. 13. Eius in Italiam adventus, & articuli imago. 48. à n. 6. An dicitur Ianus Noe, vel Iaphet? 49. n. 8. An fuerit Iapho, cuius mira gesta? 56. n. 12. Iani sacra & sacrificium. 55. n. 10. Primitiæ & vinum ei dicata. 10. n. 6. Ei etiam dicatus Annus. Ibid. Eius templum cur clausum & apertum? 11. n. 8. Eius donaria. n. 7. Aquæ calidæ in hostes à templo egressæ. n. 8. Ab illo primus anni mensis dicitur *Ianuarius*. i. à n. 1. & n. 7. Eius imago. Ibid. Superstitio Ethnicorum Kal. Ianuarij. 9. n. 5. Augustus templum Iani clausit. 11. n. 8. & T. Manlius. 437. n. 16.

Iared.

Obit, 573. n. 2. Curat de ossibus Adam. Ibid.

Iason.

Dux Argonautarum. 357. à n. 2. Eius gesta. 382. n. 19.

Quo pharmacho invulnerabilis & immortalis? n. 20. Ne noceretur ab igne. 21. Ei datur amuletum pro vitanda Venere, Motecilla. Ibid. Eius Lapis fugitivus. 382. n. 19. Ei apparet Michael. 383. n. 23. Portentum in dedicatione templi ab illo & socijs erecti. Ibid. Deprædatur vellus aureum. 357. à n. 2. Eius Tripos in libertatem. 137. n. 18. Ei dicata sacra. 382. n. 19. Templum diruitur. Ibid. *Iason Iadæus*, frater Oniæ Sancti, deponere eum curat & emit Pontificatum ab Epiphane. 87. n. 2. Tunc extinctus in templo sacer ignis. n. 4. Mittit argentum in sacrificium Herculis. Ibid. Construit gymnasium more Græcorum. n. 2--371. n. 6. Deponitur ab usurpata dignitate. n. 5--394. n. 7.

Iason.

Eius scitissima imago compescit hostilitatem Polyoretæ. 601. num. 20.

Ibides.

Earum adventus in Ægyptum. 450. n. 21. Conditio, & descriptio illarum ac serpentium. Ibid. num. 22. Mercurius sub Ibides figura. Ibid.

Icades.

Epicuri. 109. n. 15-- & 114. num. 7.

Ithon.

Vel *Ithbon*. Quid apud Ægyptios? 28. n. 17--167. n. 6--291. num. 1.

Idea.

Quænam Dea, & sic vocata. 584. n. 11. Vid. *Magna Mater*. *Idea* Palatina, & eius imagines. 606. n. 13.

Ideus.

Institutor sacrorum Cybellis. 587. n. 22.

Idola.

Quare in idolorum veneratione Ethnici utebantur. circum? 530. n. 21. Idololatria in fatuationem mentis insuit. 510. n. 2. Idola Ægypti contrita. 457. n. 5. Idolum Iericho. 581. num. 2. Beelsephon. 457. n. 5--516. n. 4.

Idumæa.

Recessit à Regibus Iudæ, & constituit sibi Regem. 589. à n. 5. Quando planè excussit ingum Iacob? 129. n. 6. Cadaver Regis Idumææ exhumatur & uritur à Rege Moab. Ibid. & 589. n. 5. Idumæi muta banthabitum præstantes in Israelitas. 7. Coguntur in ritus Iudaicos. 29. n. 5. Quodnam illorum Numen, *Cosa*, vel *Cozo*? num. 6.

Idus.

Sub tutela Iovis, & in eis sacra, quæ dicta *Idualia*, vel *Idulia*. 77. n. 2.

Iechonias.

Rex Iudæ, deponitur è folio. 301. n. 6. Captivatur. n. 7. Remittit è Babylone munera templo sacro. 411. n. 3. Coniicitur in vincula ante expeditionem Nabuchi in Ægyptum. 138. n. 4. An eductus è carcere à filio Nabuchi? 307. à n. 6--554. n. 11. Exaltatur præ cunctis captivis Regibus. 315. à n. 5--328. n. 4. Quare ita ab Evilmerodach? 84. n. 1--307. n. 6. Quare extunc vocatus *Neri*? 328. n. 5. Quò post libertatem recessit? 434. n. 10. An ad sepulchrum Ezechielis? Ibid.

Iebu.

Expugnat Ramoth-Galaad. 389. n. 9.

Ieiunium.

Varia Hebræorum ieiunia. Propter mortem filiorum Aaron. 364. n. 5--419. n. 7. Propter mortem Moyfis. 105. n. 5. Propter mortem Mariz. 431. n. 3. Propter mortem Iosue. 564. n. 5. Seniorum etiam qui floruerunt post illum. 34. n. 3--53. n. 1. Propter idolum Michæ. 119. n. 4. Propter coniurationem in tribum Benjamin. Ibid. Propter con-

Index Generalis.

versionem Ninivitarum. 291. n. 2. Propter partem libertatem de oppressione Chaldæorum. 303. n. 13—426. n. 5. Propter divisionem scholæ inter Hillel & Sammel. 218. à n. 16. Propter festum Phurim. 239. à n. 9. Pro ieiunio Esther. Ibid. Ieiunium Danielis. 378. n. 3. Ieiunium Ethnicorum in cultum Lunæ. 341. num. 27.

Jeremias.

Propheta. Includitur in carcerem à Ioachim. 234. num. 3. In eum instillat. n. 6. Visio eius de ficibus. 307. n. 5. Natus in lacum mittitur. 150. n. 4. Extrahitur ab Abdemelech, cui bona prophetat. 150. n. 5. Carcer eius post templum. Ibid. Invehitur in Hebræorum idololatriam. 133. num. 3.

Iericho.

Edictum de eius circuitione ad expugnationem. 467. n. 3. Circuitur. 530. num. 3. Cadunt eius muri. 581. num. 2. Incenditur. 588. n. 2. Quoddam Idolum in defensionem à civibus erectum. 581. n. 2. Cuncta in anathema. 588. n. 2.

Ieroboam.

Ei à Propheta prædicitur regnum. 98. à n. 3. Visio post vaticinium. n. 4. Quare in eum indignatus Salomon? n. 3. Fugit in Ægyptum & quare? 128. n. 3. An cum illo Ahias? Ibid. Eligitur in Regem Israel. 334. n. 4. Eius vituli. 537. num. 5.

Ieros. Gamos.

Sacrum in nuptijs & Iovis 528. n. 17.

Ierusalem.

Pars urbis quæ in plano expugnatur à tribu Iuda. 327. n. 2. Pestis in illa cessat. 553. n. 10. Portenta ante eius excidium. 468. & num. 9. Prodigiola meteora in ea ante adventum Epiphaniæ. 393. n. 7. Obsidetur & capitur à Pompeio. 304. num. 17. Visitas in ea à Ptolomeo Legi. 216. à num. 6. In ea ars Græcorum gymnastica. 87. n. 2—371. n. 6. Porta aurea spontè aperta, Christo triumphante. 517. n. 8. Alia portenta. Ibid.

Iesus.

Sacerdos à fratre in templo occiditur. 47. n. 3. *Iesus Si-rach*, quando floruit. 285. num. 9.

Ignavia.

Dea. Vid. *Socordia.*

Ignis.

In templo sacro perpetuus lucebat, & cuiusnam erat proprietatis. 419. n. 6. Descendit de cælo in sacrificia. 180. n. 1—419. n. 6—553. n. 10. Redardescit ex aqua. 180. à n. 1. Ut Numen cultus. 540. n. 12. Inter Persas immortalis. 33. n. 17. Quando apud illos extinctus? Ibid. Novus ignis in ara Vestæ. 365. n. 6. Ignis sine cinere. 402. n. 10. Ex igne auspicata immortalitas mortalium. 540. n. 12. Ritus devotionis in ignis obsequium. Ibid. Ignis Græcus quo conficitur, ut accendatur aqua? n. 13. Cum gemma Pantarba innocuus. 562. num. 39. Unde ignis symbolum divinitatis? 540. n. 13. Ignis flamma prognosticon exaltationis. 569. num. 22. Ignis sacra. 401. num. 7. Ignis lustratio. §. 7. num. 6. Perpetuus etiam apud varias nationes? 402. num. 9. Excitatus in lustrationibus singulari materia. §. 7. num. 6. Ignis Cereris Milefiz. 83. num. 7. Quomodo ignis in sacris extincti fiebat innovatio? 310. num. 16. Si aliquando extinctus, malum omen. 403. num. 12. In eius custodiam Romæ virgines Vestales. n. 14. Vid. *Vestales.* Ignis dictus Romæ genius. n. 13. Ignis sacer apud Indos. 327. n. 23. Præstigiæ dzemonis & Sacerdotum in devotione ignis. 540. à n. 12.

Ilitbyia.

Mater Amoris. 212. n. 10—366. n. 9. Venit Desam ab Hyperboreis, ut Latoniam iuvaret in partu. 325. n. 13. *Diæ Genesla-Mana.* num. 12. Imagines. 212. num. 10.

Imagines.

Magice loquates. §. 8. 14. Vid. *Therapim.* In placentis impressæ imagines Numinum. 267. n. 14. Inago ænea Salvatoris. 420. n. 11. Dejicitur à Iuliano Apostata. n. 12.

Imperator.

Votum pro eius salute. 30. n. 8. Donaria. 8. n. 4.

Impudentia.

Eius ara cum Contumelia. 100. n. 14.

India.

Circuitus Indorum in honorem Numinum. 530. num. 21. Sacra ignis. 327. n. 23. Devotio in obsequium ignis. 540. n. 12. Præstigiæ. Ibid. Festum apud illos ablutionis capillorum Regis. 561. num. 37.

Infans.

Falsum, quod semel natus possit regredi in uterum genitricis. 588. num. 26.

Infelicitas.

Eius lustratio. §. 7. n. 4. Latet sub felicitate. §. 9. n. 4.

Ingeniculus.

Constellatio. Eius stellæ & influxus. 167. n. 5.

Ingratitudo.

Eius symbola & imagines. 110. n. 16.

Innocentia.

Eius sedile. 36. num. 12. Innocentium passio. 187. num. 6—192. à num. 6—323. n. 11—489. n. 12.

Ino.

Dea. 52. n. 18—357. n. 3. Nutrix Dionysij. 325. n. 16.

Insula.

Tyberina. 11. n. 10—337. n. 14. Eius templa & ornatus. n. 15. Insula Achillis. 126. num. 13.

Interpretes.

Septuaginta perficiunt translationem. 285. n. 7. Cunctorum eadem verba. Ibid. Tota Scriptura translata. n. 12. Quare eorum lectio non penitus iuxta textum Hebraicum? n. 10. Donis honorati remittuntur in patriam. n. 9.

Interrex.

Quando Romæ constitutus? 95. n. 11. Quando cessabat eius potestas & auctoritas? 141. n. 16.

Invidia.

Eius imago, & monstruositas. 63. n. 16.

Ioab.

Cur inter Davidis fortes non nominatur, cum interfecerit Abner? 334. num. 2. Revertitur à censu populi. 516. n. 7. Interficitur. 25. num. 6.

Ioachaz.

Filius Iosiz, eligitur in Regem Iudæ. 53. n. 2.

Ioachim.

Vide *Iechonias.*

Ioanan.

Benzachem, quis? 218. n. 17. Cuius discipulus, & gesta. Ibid.

Ioannes.

Baptista, Decollatur & sepelitur. 452. n. 7—555. n. 16. *Ioannes Machabæus* occiditur. 583. n. 9.

Ioatham.

Rex Iudæ, gesta eius. 29. num. 2.

Index Generalis.

Iocus.

Vid. *Rifus*. Eius imagines. 570. n. 25.

Ioiada.

Dux exercitus David. Eius insignis victoria. 574. n. 3.

Ionas.

Propheta. An gygas? 291. n. 2. Deglutitur à ceto. 554. num. 11. Tunc nomen Iesu in fronte eius impressum. Ibid. Vagatur per mare. 564. n. 6. Eijcitur in litus. 574. n. 4. Deinde ei indicitur prædicatio. 596. n. 2. Revertitur à Nive. 291. n. 2. Moritur. Ibid.

Ionathas.

Machabæus constituitur Dux & Pontifex. 482. à n. 7. Vindicat fratris Ioannis necem. Ibid. Eius secunda victoria de Bacchide. 468. à n. 7. Cum illo foedus. 574. n. 4. Privilegia & honores illi à Regibus concessi. 93. à n. 5. Auxiliatur Alexandro Balæ. n. 8. Induitur purpurâ. n. 6. Obsidet arcem Sion. 531. n. 6. Adhæret filio Alexandri Balæ. 378. n. 6. Summè honoratur cum fratre Simone. n. 7--531. n. 6. Victoria mirabilis de Ducibus Nicatoris. Ibid. Interripitur à Tryphone. 258. à n. 7. *Ionathas Ben-Uziel*. Quis? 218. n. 17.

Ioppe.

Vide. *Andromeda*. Quæ urbs & in ea facta? 166. n. 5.

Ioram.

Rex *Israel*, obsidet Ramoth-Galaad. 335. num. 5. Ibi graviter vulneratur. 389. n. 8. *Ioram* Rex Iuda scelestus literas accepit ab Elia. 590. num. 7.

Jordanis.

Ex eius aiveo educuntur lapides, in quibus scripta lex. 432. n. 4.

Iosaphat.

Rex *Iudæ*. Eius victoria mirabilis. 451. n. 4. Triumphus. 487. n. 4.

Iosedech.

Captivatur. 302. num. 9.

Ioseph.

Filius Iacob, nascitur. 39. n. 3--342. n. 4. Portentum in eius ortu. 39. n. 3. Exaltatur. 506. num. 3. Horrea eius, & columna. Ibid. Flagrant. 548. n. 17. Fratres *Egyptum* denud advenientes invitat ad mensam. 341. n. 1. Aruspicem se fingit. n. 2. Embolium ludicrè festivum. n. 3. Se ipsis manifestat. Ibid. & 387. n. 1. Patrem in *Egyptum* advocat. 342. n. 4. Locat fano-fundum in Hebron. 119. num. 3. Revertitur ad Pharaonem. 122. n. 1. Pervenit *Egyptum*. 291. n. 2. Quomodo ossa eius inventa? 457. n. 6. Quæ dicitur *Ovis Ioseph*? Ibid. Quis dicitur apud Ethnicos, & an Serapis? 506. num. 3. Annulus eius cum figura Crucis. Ibid. *Ioseph Eyræanus*, placat muneribus Ptolomeum Evergetem. 144. n. 3. Sibi mortem consciscit. 124. n. 6. *Ioseph Decurio* seu *Abarimathæa* sepelitur vivus in muro, & invenitur ita à Romanis expugnantibus Ierosolymas. 553. n. 15. Exulat cum Magdalena, & socijs. Ibid.

Iofias.

Purificat templum, cum esset Rex *Juda*. 433. n. 6. Illuc portat Arcam Fœderis. Ibid. Illam recondit cum Manna, Virga Aaron, Lapidibus Urin & Thumin, atque oleo unctionis Regum. Ibid. Librum invenit minacem in Idololatrias *Israel*. 596. n. 3. Qualis & cuius? Ibid. Phasè insigne eius in tempore. 459. n. 11. Redigit in pulverem fragmina serpentis ænei. 34. n. 5. Moritur, steretur, & sepelitur. n. 3. Iuxta eius sepulchrum fons & arbor. n. 5. Qui filij eius & quo ordine regnaverint? 54. num. 3.

Iosue.

Succesor Moysis, nascitur. 119. n. 3. Eligitur post Moysen in Principem *Israel*. 198. n. 2. etiam in Imperatorem.

399. n. 1. Repletur spiritu roboris & fortitudinis. 410. n. 2. Ducit *Israelitas* in terram promissam. Ibid. Educit ex Iordane lapides, & in eis scribit decalogum. 432. n. 4. Tunc Arca sine pondere. Ibid. Mittit exploratores in Iericho. 364. n. 3. Ingressitur urbem. 581. n. 2. Circumcidit *Israel*. 440. n. 3. Stare fecit Solem. 564. n. 3. Eius lapis fœderis. 92. n. 2. Obiit. 564. à n. 5. Fons & arbores prodigiôsæ iuxta sepulchrum. n. 6. Cum illo sepulti cultri circuncisionis *Israelitarum*, in Galgalis factæ. 440. n. 3--564. n. 5. Siclus Iosue, & quibus insignibus. 441. num. 3.

Iphigenia.

Pro illa sufficitur cervæ 175. à n. 17. Quomodo ab arapra? 126. n. 13. Dicitur *Dea-virgo*, dum converfa in Heccatem. 595. num. 25.

Isaac.

Nascitur. 7. n. 2--566. n. 1. Ducitur ad iugulum. 552. n. 7. Ducit Rebeccam. 283. n. 2. Cognoscit non errasse in benedictione Iacob. 119. n. 1. Moritur. 506. num. 2. Cum Christo surrexit. Ibid.

Isaias.

Propheta, monet Regem Manassen & minatur. 251. num. 3.

Isofethb.

Ab illo extorquet David uxorem Michol. 138. num. 3. Occiditur. 388. num. 4.

Isis.

Dea Egypti. 165. n. 3. Dicitur *Virgo-Cœlestis & Urania*. 559. n. 27. *Dea maxima*. 196. n. 20. Eius imago. num. 21. Alia imago. 526. n. 9. Quæ & qualis *Dea*? 523. n. 31. Natalis *Isidis* & imagines. 51. n. 16. Fana. Ibid. Festum lucernarum. 326. n. 21. *Ceres-Isis* & eius sacra & imagines. 465. n. 33. Quare Tergemina? n. 35. Culta cum Sphinge. 52. n. 19. Navis *Isidis*. 498. à n. 23. Avis Meleagris, seu pavo. Ibid. Dicitur *Magna-Mater & Bona-Fortuna*. 52. n. 19. Fovet ægros & mortuos. n. 18. Noxios plectit. Ibid. Antrum *Isidis*. 398. n. 24. Dicitur *Mammosa*. 51. num. 16. Statua. num. 18. Proiecta in Tiberim & Templum dirutum. n. 20. Aventus eius in Romam ex *Egypto*. n. 14. Multa templa ei dicata in urbe, quæ sæpe fornices. n. 19. Tituli *Isidis*. n. 15--115. n. 8--179. n. 8. Eius imagines. 51. à n. 14--522. n. 22--580. n. 21. Puerperium *Isidis*. 536. num. 22. Pompa *Isidis* apud *Egyptios*. 522. n. 27. Pondus eius imaginis importabile in pompa. n. 28. Filios habuit Horum & Harpocratem. 536. n. 22. Ministrum habuit ad sacra Mercurium Trismegistum. 262. num. 21. Mors *Isidis* & sepulchrum, in quo insigne Meleagris. 249. à n. 19. Eius campus sacer. Ibid.

Ismael.

Filius Abraham oritur. 76. n. 1. Obiit. 475. n. 1.

Iudai.

Vid. *Hebraei*. Ludibria in Iudæos. 603. à n. 2.

Iudas.

Machabæus. Eius victoria de Apollonio. 65. n. 4. Sibi sumit occisi gladium. Ibid. Ieiunat in victoria gratitudinem. 133. n. 6. Victoria de Serone. n. 7. Ieiunat ante vicoriam de Nicanore. 574. n. 4--582. n. 4. Victoria prima de illo. n. 5. Nicanorem conciliat. 447. n. 10. Illum post deviat. 229. n. 2. Victoria de Gorgia. 582. n. 5. Victoria prima de Lyfia. 372. n. 7. Secunda. 296. n. 2. Subingat Iudæam denuo. 187. n. 5. Etiam Hebron & Azotum. Ibid. Compescit Alcimum. 192. n. 5. Somnium ante vicoriam de Nicanore ultimam. 229. n. 2. Vincit. 240. n. 10--452. n. 5. Romam mittit legatos. 256. n. 3. Ad eum Romanorum literæ. 468. n. 6. Cadit. 527. n. 13. Quo mortis genere? 583. n. 7. Tu mulatur magnificè. Ibid. An illi à Domino præceptum, q. nõd moreretur. Ibid. Eius gladius magni habitus. Ibid.

Iudi-

Index Generalis.

Judith.

Nascitur. 537. num. 5. Vir eius moritur. 537. n. 5.

Jugurtha.

Vicit A. Alvinum. 38. n. 17. Eius iudicium de Senatu Romano. Ibid. Mors. 15. num. 18.

Julianus.

Apostata. Eius arrogantia & imago. 185. num. 18. Occiditur. 507. num. 5.

Iunius.

Brutus. Eius ingenium simulatâ fatuitate. 318. num. 11. Primus Consul. 94. n. 10--208. num. 10. Expellit ab urbe Tarquinius. 316. n. 12. Mors, funus & statua. 337. n. 13--372. num. 10.

Iuno.

Nuptiæ cum Iove. 528. num. 17. Mala aurea Hesperidum in dotem. 351. n. 12--528. num. 17. Decepta imagine Platæ. 376. n. 23. Illi dicatæ Calendæ. 7. n. 3. Irata Iovi reconciliatur. 376. n. 23. Imagines. 226. n. 16--389. à n. 11. Cum Dea Syria. 573. n. 37. Cum Penatibus, & Vesta. 173. n. 14. Iuno velata. 208. n. 17--261. n. 15. Marer sine Iove cœlestis Uraniz. 559. n. 29. Pavo ei facer. 216. num. 16. Templum Iunonis incensum. 558. num. 25. Draco in eius luco. Ibid. & 592. n. 15. Iuno *Argolidis.* Ibid. Pœna feminz impuræ eius aram tangentis. 390. n. 12. Imago & templum 172. n. 12. Lachrymata est. Ibid. Eius simulacrum locutum? 259. n. 10. Istrum. n. 13. Romam è Veijs translatum. n. 11. Eius imago lignea sine pondere. Ibid. Iuno *Castrensis.* 389. n. 11. *Fœbrua.* 252. n. 10. *Feronia.* 416. n. 18. *Ilithyia.* 389. n. 11. *Gamelia.* 22. n. 13. Imago. Ibid. *Iaga.* Ibid. *Lucetia.* 366. à n. 8. *Lucina.* Ibid. Lucus eius & imago. n. 9. Iuno *Matrona.* n. 7. *Moneta.* 389. n. 11. Cur Iuno *Regina,* dicitur Iuno *Moneta?* 260. n. 12. Regia eius & templum. n. 13. *Pompa.* n. 14. *Peplum.* n. 15. Iuno *Regina.* 259. n. 10--389. n. 11--416. n. 18. Imagines. 260. n. 13. Iuno *Nuptialis.* 22. n. 13. *Sospita.* 172. n. 12. Spelunca Iunonis *Sponsæ.* 376. n. 24. *Iuno Vidua.* 260. n. 13. Iuno *Aspicegardis.* 226. n. 14. Imago. Ibid. *Iunonia* facta. 416. n. 18. *Iunonia.* Ibid. *Sacra Argis.* 523. n. 28.

Iupiter.

Planeta. §. 4. n. 11. *Deus,* dicitur *Matri-pater.* 324. n. 15. Zona eius ex stellis. 165. num. 2. Parturit Liberum-Patrem. 324. n. 15. Imago. Ibid. & num. 17. Etiam in templo Syriæ *Dex.* 573. n. 37. *Trioculus.* 294. n. 10. Sine auribus, & multis auribus ac oculis. 126. n. 12. *Monopes.* 137. n. 19. Iovis imago sub cavo lapide. 406. num. 21. Quid & ex quo diphthera Iovis? 415. n. 14. *Sacra Iovi puero cum Salute.* 104. n. 12. *Sceptrum.* 453. n. 10. *Curtus.* 505. num. 32. *Aula.* 398. n. 24. *Iuramenta amatorum ridebat.* 414. n. 14. *Iupiter Ammon,* & eius oraculum, templum & situs regionis. 353. à n. 17. & num. 23. Quando templum erectum & quare? n. 19. Forma simulacri. Ibid. & 357. n. 3. Fons in luco. 354. n. 19. Imago. n. 20. & 524. à n. 1. Quid significet *Ammon?* Ibid. *An Cham?* Ibid. Cur huiusmodi oraculum sine voce? 355. n. 22. Ibi sepulchrum *Phaethontis.* n. 20. Imago *Dijovis.* 413. à n. 9. *Iupiter Diabaterius.* 494. n. 29. *Dapsalis.* 28. n. 1. *Dodoneæ.* 310. à n. 17. *Eleuterius.* 340. n. 22. *Feretrius.* §. 6. n. 10. *Herceus.* 294. num. 10. *Horcius.* 414. n. 15. Fons & imago. Ibid. *Iupiter Inventor.* 565. n. 10. *Iupiter Lapis.* Ibid. *Larialis.* §. 8. n. 1. *Lycæus.* 254. n. 16. Cur ita dicitur? n. 13. & 295. à num. 10. Eius ara & lucus sine umbra. Ibid. Fons. 254. n. 14. *Arctæ ibi lupus.* n. 17. *Medius-Fidius.* 414. n. 13. *Milichius.* 512. n. 25. & 28. *Niger.* 415. n. 14. *Olympius.* Eius *Sacra.* 18. n. 15. *Ara ex cinere.* 283. n. 25. *Ignis ibi perpetuus.* 403. n. 10. *Palatinus Iupiter unde dicitur?* 499. n. 12. Templum Romæ cum libris Sibyllinis incensum. n. 12. In atrio templi imagines *Magiæ.* n. 13. *Pbitius.* 268. n. 19. Templum. Ibid. *Oraculum.* 355. n. 24. *Tonans.* 109. n. 12--173. n. 14. *Tinnabula in eius templo.* 109. n. 12. Eius imagines. Ibid.

Thebanus. 376. n. 25. *Veiovis.* 413. à n. 9--452. à num. 8. *Imago.* 74. n. 5. *Imagines eius infantis, pueri.* &c. 413. n. 10. *Dictus Anxyrus.* Ibid. & 416. n. 18. *Ultor.* n. 13. Ei dicitur *Phantoon.* Ibid. & 404. n. 16. *Victor.* n. 11--421. n. 15. *Vindex.* 414. n. 13. *Ultor.* Ibid. *Urius.* 142. n. 19. *Uffarcbus.* 23. n. 17. *Sacra Iovis inter Tyrios.* 23. n. 16. *Sacra Iovi Scatori & quare?* 77. n. 2. *Iupiter cur primum simulacra Iovis sicilia?* 67. n. 13. *Cur dicitur Elicius?* §. 8. num. 15. & *Tanais.* 114. n. 13--174. n. 15.

Iustitia.

Eius symbolice imagines. 295. n. 11. *Ministrat Iovi fulmina.* 415. n. 15. *Iustitia deprecatrix.* 36. n. 12. *Quantum in cunctis iustitiæ presentia?* 288. n. 18. *Quare iuncta imago cum Veritate?* 295. num. 11.

Iturna.

Dea eius *sacra & feriz.* 70. num. 4.

Iuvenius.

Tibius mortuus ex gaudio. 455. n. 15.

Iuventus.

Dea. Eius *sacra.* 2. n. 2--293. n. 8. *Qui principes iuventutis.* 152. n. 12. *Iuvenes colaphizati à puell.* 596. n. 15. *Libera toga in Iuventutis æde.* 491. n. 18. *Vel coram Penatibus.* Ibid.

L.

LABRUM.

Æneum Sanctuarij perficitur. 191. n. 2.

Lac.

Que terra lactea & quare dicitur Lac Virginis? Ibid.

Lachryma.

Quodnam & cuius idolum fletus, cui Lachrymæ sacrificium? 92. n. 2. *Ubi locus fientium? Et quò plangit Ægyptis?* Ibid. *Festum lachrymarum.* 333. n. 21. *Fluxerunt è simulacro Iunonis.* 260. num. 13.

Lacedæmones.

Forum virtus. 24. n. 1. *Ex studium in sacra.* Ibid. *Eorum sortes perturbat à Simia.* 80. n. 8. *Flagellatio puerorum.* 557. n. 21. *Puellarum.* 225. n. 18. *In pugna non usi rubis, sed tibijs.* 136. num. 17. *Ab illis Pyrrica saltatio.* 147. à num. 17.

Latitia.

Dea. *Vid. Hilaria.* *Quodnam pharmacum Latitiæ?* 583. n. 31. *Imago Dex Latitiæ.* 556. à n. 17. *Eius sacra dicenda Fugalia.* Ibid.

Lais.

Laidis speculum. 445. num. 16.

Lamech.

Pater Noe moritur. 277. num. 2.

Lamentum.

Sacrum. 72. num. 7. *In honorem Magnæ-Matris.* 575. num. 7.

Lamia.

Quid? & eius imago. 594. n. 22. *Vid. Lilit.*

Lanificium.

Unde tractum & à quo doctum? 262. n. 21.

Laodamia.

Heroïna. Eius *sacra.* 587. num. 25.

Laodice.

Ælia Priami, una ex Pleiadibus. 294. n. 10.

Index Generalis.

Lapis.

Curita appellatus Iupiter? 414. n. 13. Magnes albus. 562. n. 38. Magnes aurif. Ibidem. Quisnam lapis errantium? 438. à n. 20. Lapis Manalis. §. 8. n. 2—323. n. 13. Lapis Pictatis. 79. n. 7. Lapis fugitivus. 382. n. 19. Lapis otiolus. 36. n. 12. Lapides Mechæ. 530. n. 21. Lapis niger. Ibid. Lapis Onobaris qualis & quorsum? 501. n. 18. Vid. *Gemma*. Lapis Mulsurim. 530. n. 21—606. n. 13. Superfitiones. Ibid. Lapis *Sphengites*. 540. n. 16. Specularis. n. 17.

Lar.

Constellatio. Eius stella Regia. 168. n. 11

Lara.

Quæ Dea? 282. num. 22.

Lares.

Quisnam apud Hebræos? 161. n. 10. Illorum munia. n. 11. Apud Ethnicos Lares Tutelares erant serpentes. 11. à n. 11. Sacra & ornatus. 385. n. 6. Qui & eorum sacra? 159. à n. 1. Imagines, templum, flores, coronæ & victima. n. 3. Primitiæ fructuum & ciborum illis dicatæ. num. 5. Pueri crepundia, puella pupæ & milites arma dicabant. Ibid. Lares dicebantur Castores. 470. n. 16. Lares quid apud Tartaros. 161. n. 4. Ægyptios. num. 6. Sarmatas. n. 7. Imagines Larares quænam & quorsum? n. 9. Lares, Penates & cætera nil præter ignem. Ibid. Unde origo Larum? n. 8.

Ladona.

Dea. Ubi nata? 261. n. 18. Nutrix Solis & Lunæ. 340. n. 25. Specie colebatur lupæ. Ibid. Etiam mater Apollinis & Dianæ iuvatur in partu. 323. n. 13. Vid. *Ilithyia*. Templum singulare inter Ægyptios, & oraculum. 340. n. 25. Ad illud missa navis ab Atheniensibus. n. 24. Alia etiam Delon, ubi peperit. Ibid. Eius ibi imago horribilis & deformis. n. 26. Vid. *Deior*.

Laverna.

Dea fauatrix latronum, & furum. 512. n. 24.

Lavinium.

Conditur. 255. n. 19—592. num. 15. Troiæ Penates & prognostica felicitatis Romani Imperij. Ibid. Lucas & draco in probationem Vestalium. Ibid. Vide *Paladium* & *Penates*.

Laurus.

Virtus lauri in vaticinia. 520. n. 19. Usus in sacris Appollinis Ividenij. Ibid. Laurus triumphantium facta post pompam. §. 6. num. 2.

Lectisternia.

Quomodo fiebant? 28. n. 1. Quid in Iustrationibus? §. 7. n. 3. Quid in convivio Magnæ-Marris. 586. n. 18. Ritus in lectisternis. num. 19.

Leda.

Eius ovum, & an ex illo Helena? 347. n. 24.

Legatus.

Iure gentium inviolabilis. 572. n. 32. Quid sit legatus in exercitu? 169. n. 5.

Lemos.

Eiusdem insule expiatio. 430. à n. 17. Ibi terra sigillata & quare? n. 18. Factor seminarum ibi, unde? n. 17.

Lenæa.

Sacra in Bacchi honorem. 490. n. 16.

Leo.

Signum Caleste. Eius Regia oritur. 122. num. 1—168. num. 1.

Leonidas.

Pro patria occubuit. 244. n. 25. Insigne eius monumen-

tum, cum effigie leonis. Ibid. Offa translata. Ibid. Iudi in eius honorem ad sepulchrum. Ibid.

Leucada.

Rupes. Ab illa saltu in oblivionem cupidinis. 466. n. 37. Quid in saltu contigit Nereo, & cuidam Lacedæmonio? num. 38.

Leucippides.

Quæ foemina? 283. num. 26.

Leucophilus.

Magus & eius præstigiæ. 595. num. 24.

Levite.

Sola tribus Levi non adoravit vitulum in Horeb, nec in Ægypto Idola. 25. n. 4. Historia Levitæ de Cader in monte Ephraim. 39. n. 4. Vadit in Bethleem. n. 6. In Gabaa. 69. n. 2. Eius uxor malè tractatur & moritur. 119. n. 5. Eius cadaver dividitur per frustra inter tribus Israel. 69. num. 2—120. num. 6.

Lex.

Vetus quare dicitur Scripta? 223. n. 4. Qui liber legis sub Iosia inventus, qualis & cuius? 596. n. 3. Leges duodecim tabularum. 321. n. 5.

Lia.

Uxor Iacob, nascitur. 92. num. 1.

Liber-Pater.

Vid. *Bacchus*. Sacra, & ritus. 51. n. 13. Fons vini in eius templo. Ibid. Lucas & ara in Tracia. Ibid. Eius simulacrum in arca Cassandræ. 46. n. 23. Furore correptus liberatur in Dodone. 312. n. 22. Eius Triton. 320. n. 23.

Liberalia.

Sic dicta sacra Liberi-Patris. 489. à n. 17. Liberalia Græca & Romana. n. 13.

Libertas.

Per pugionem & pileum signata. 473. n. 25.

Libri.

Num. 81, à n. 3. Sybillarum. 499. à n. 12. Servati in Capitolio & cella Iunonis. Ibid. Sub Augusto in templo Iovis Palatini. 408. n. 26. Exusti fœditij. Ibid. & 499. n. 12. Libri Sibyllini quæsti avidè. Ibid. Cur etiam ab Imperatoribus Ethnicis vel post Christum? n. 13. Libri Adam. 551. à num. 2.

Licinius.

Publ. Licinius Crassus. Eius avaritia, & ira, queis trucidatur. 330. n. 14. *M. Licin. Crassus*. Eius mors horribilis. 507. num. 5.

Lilit.

Quæ Dea? 537. n. 3. Superfitiones Hebræorum ad removendam Lilit. Ibid.

Lindia.

Sacra. 149. à num. 21.

Lingua.

Caracteres linguæ Hebræicæ à quo efformati vel inventi? 320. à num. 2.

Linus.

Ei sacra, in quibus panis cælestis. 106. n. 17.

Literæ.

Hebræicæ, an à Seth, Moysæ, Esdra, vel ab Adamo? 320. n. 2. Literæ humaniores sacrarum servæ. §. 10. n. 1.

Litbolia.

Quæ & cui sacra? 83. n. 7.

Livia.

Uxor Augusti, quænam facit. 230. n. 3. Eius porticus. num.

Index Generalis.

num. 4. Pretiosa crystallus. 67. n. 13. Convivium in triumpho Tiberij. 232. num. 8.

Locutus.

Dens. Vid. *Aius*.

Lotus.

Iunonis Lucinz. 366. n. 8. In lotum nympha conversa. 75. n. 6. Lotus capillata Vestalium. 405. n. 16.

Lua.

Quæ Dea? 172. num. 11.

Lucerna.

Pro morte & vita. 571. num. 30. Lucernæ in Deorum lucis, & etiam domibus in festis quasi luminaria. §. 8. n. 27. §. 9. n. 1-9. n. 5.

Lucifer.

Princeps tenebrarum. 535. num. 20.

Lucina.

Dea, dicta Virgo Cælestis. 558. num. 25. Sacra & imagines. 366. num. 9.

Lucretia.

Collativi. Eius funus. 337. num. 14.

Lucullus.

Eius de Mithridate victoria. 269. n. 20. Prodigia. Ibid. Illi apparet Minerva Ilciensis. Ibid.

Lucus.

Quid apud Ethnicos? §. 8. num. 17.

Ludi.

Varij. §. 5. n. 2. Pompa ludorum. à n. 3. Ornamenta. n. 7. Ludus *Pythagus*. 9. n. 5. *Scaperda*. 493. n. 25. Ludi *Agonales*. 61. n. 10. *Augustales*. 408. n. 28. *Chironomi*. 68. n. 15. *Capitolij*. 280. num. 12. Cur deridiculus senex in his ludis? n. 13. *Apullinares*. 157. n. 5-330. n. 13. *Circenses*. 7. à n. 3-460. n. 18-561. n. 36. Colores *Circensium*. 8. n. 3-525. h. 6. *Compitalitij*. 61. n. 11-73. n. 3. *Deulsatorij*. §. 5. n. 5. *Floresales*. 230. n. 3. *Geniales*. Ibid. *Lustrales*. 569. n. 22. *Marij*. Ibid. *Megalenses*. 259. n. 10-585. à n. 15. *Nemæi*. 201. n. 16. *Palatini*. 499. n. 13. *Plebei*. 584. n. 11. *Paliij*. 452. n. 8. *Pæaurij*. 152. num. 15. *Pontificales*. 408. n. 28. *Pyrrhici*. §. 5. n. 3-68. num. 15-136. n. 17-147. n. 17. Unde origo? n. 19. *Habitus ludentium*. n. 20. *Instauratio ludorum Romanorum*. 441. n. 5-584. n. 11. *Seculares*. 435. n. 12. *Triumphales*. 78. num. 4. *Troiani*. 151. à n. 11. Qui in illis pueri *Maiores* & *Minores*? n. 13. Quis illorum princeps? n. 12. *Votivi*. 337. n. 15. *Puerorum antiqui ludi*. 508. n. 11. Ludus *Epichyris* qualis? 161. n. 4.

Ludiones.

Personati quo in festo vagabantur per urbem? 9. n. 5.

Luna.

Vid. *Sol*. *Natalis*. 526. n. 10. *Sacra*. 61. n. 2-83. n. 8-605. n. 8. Eius nomina. 606. num. 13. *Imago cum lauri ramo*. 605. n. 9. *Luna Regina cæli*. 485. n. 31. Eius vestis inaptabilis corpori. 17. n. 23. *Imago*. Ibid. & 465. n. 35. Cur dicta *Furia* & *Ada*? 606. n. 13. *Diana*? n. 12. Quid de eius lumine commenti *Rabbini*? 7. n. 2. In illa locabantur *Elysiij campi*. 606. n. 12. *Jeunium in Lunæ obsequium*. 341. n. 27. *Sacra*. 61. n. 12. *Apud Ægyptios*. 484. num. 30. In plenilunio. 465. n. 35. *Luna imago*. Ibid. *Lunæ Eclipsis*. §. 4. n. 9-513. n. 28. *Statio prima Lunæ*. 596. n. 1. *Vigesima quarta*. 101. n. 1. *Vigesima quinta*. 149. num. 1. *Vigesima sexta*. 229. num. 1. *Vigesima septima*. 307. num. 1. *Vigesima octava*. 410. num. 1.

Lupercal.

Quid? 253. num. 11. *Lupercalia*. 252. num. 10. *Victima canis*. num. 11.

Luperci.

Statuæ Deorum *Lupercorum*, *Panos* & *Fanni*. num. 19. *Expiatio Lupercorum*. n. 11. *Ara Ponos Luperci*. num. 12. Eius locus animalibus asyllum. n. 18.

Lupus.

Lupi funus. 340. n. 25. *Homines mutati in lupos*. 254. n. 17. *Quis Deus abactor luporum*. 154. n. 19. *Etiam lingua*. Ibid. *Larona in Lupam conversa*. 341. n. 25.

Lustratio.

Et *Lustralia sacra*. Eorum pompa & ritus. 169. num. 4. *Diversæ ceremoniz*. n. 7. Et *victimæ*. n. 8. *Lustralia Romana*. à n. 4. & 416. n. 19. *Lustralia Græca*. 170. à n. 8. *Lustratio exercitus*. 58. n. 19-169. n. 5. *Apud Romanos*. 422. n. 19-447. n. 11. *Apud Persas*. Ibid. *Apud varias nationes ritu speciali*. 170. à n. 7. *Apud Macedones*. 423. n. 22. *Cellæ Iovis Capitolini*. n. 6. *Infelicitatis*. §. 7. n. 4. *Prodigiorum*. à n. 1. *Partus monstrosi*, & *templi de cælo tacti*. 170. n. 6. *Militum*. n. 11. *Summi Sacerdotis*. Ibid. & 366. n. 10. *Agrorum*, *urbium*, *gregis*, *clasis*, *Deorum* & *hominum* à *crimibus*. §. 7. à n. 5. *Quid Tabilustrium?* 538. n. 7. *Lustratio urbis apparenta bubone*. 170. n. 6-416. n. 20. *Lustratio populi post censum*. 447. n. 11. *Inter Rusianos*. 539. n. 9. *Ostentorum in cladem*. 470. num. 15. *Lustratio Thesalica*. 437. n. 19. *Lustratio inter Ægyptios*. 484. n. 30. *Navis Ildis* & *clasis*. §. 7. n. 5-436. à n. 15. *Instrumenta lustrationum*. §. 7. n. 4. *Quid lustratio Catharica?* Ibid. *Pelvisaria* & *lectisternia ad lustrationes*. n. 3. *Lustratio Ancyliorum*. 512. n. 24. *Lustratio Delphica*. 386. num. 7. *Lustratio Maris*. 436. à n. 15. *Apud Venetos* & *Syracusanos*. Ibid.

Lycæa.

Sacra. 253. num. 13. *Ritus*. Ibid.

Lycæon.

Quis? 254. num. 16.

Lycnophoria.

Vel *Lycnophoræia*, sacra. 179. n. 8.

Lycurgus.

Gesta & apothecis. 147. n. 16. *Pompa*. num. 17. *Sepulchrum eius fulminatam*. n. 16. In eius honorem instituta *Lycurgia*. Ibid. *Qui dies Lycurgidæ*. n. 17. & 20.

Lysander.

Vicit Athenienses ad Ægos-Potamos. 386. à n. 33-482. à n. 23. *Porrenta in victoriam*. 386. n. 35. *Habitus Dens*. n. 36. *Capit Athenas*. 482. à n. 23. *Imponit illis in regnum triginta tyrannos*. n. 24. *Corruptit oracula*. n. 26. Et *Duces hostium*. n. 27. Eius insolentia atque vaficitas. n. 23. *Arrogantia*. n. 24. Plus quam profuit ambitione nocuit *Spartæ*. n. 25. *Ambit regnum*. n. 26. *Ei sacra, dicta Lysandria*. n. 27.

Lysias.

Instituit bellum in Iudam Machabæum. 581. n. 3. *Regem Syriæ constituit filium Epiphaniis*. 565. n. 8. Eius *viciis* in regno. Ibid.

M.

MACEDONES.

Inter illos ex victorijs nullum trophæum. 80. n. 9. *Quæ caper insigne Macedonia?* Ibid. *Lustratio eorum exercitus*. 58. num. 19-423. num. 22.

Index Generalis.

Machabei.

Martyres. 292. num. 3.

Magi.

Reges. Stella illorum ductrix visa Romæ etiam & Hispaniæ. 40. n. 6. An eorum stella prædicta à Seth? n. 7. Dona illorum ab Abraham. n. 10. Imò ab Adamo. Ibid. & 456. n. 1. Recessus illorum in specum terræ Virginis. n. 11. Tota illorum historia. à n. 8. Translatio ossium illorum cum prodigijs. n. 12. Cadavera prius mortuorum in loculo medium recipiunt Gasparis. n. 13. Stemmata illorum. qualia? Ibid. In illorum capite hærent capilli sine pellicrario. Ibid.

Magia.

Quid sit Magus apud Persas? 41. n. 8. Magia quanti olim? 322. n. 10. Sub specie scientiæ & religionis. 227. num. 18. Herba Magicæ. 232. n. 10. Collis Magorum in India. 290. num. 27.

Magna.

Mater. Cur sic dicta? 575. à n. 8. Eius antrum Coricium, & quæ ibi, & quibus statæ. 339. n. 21. Templum dicatum. 575. n. 9—586. n. 18. Eius sacerdotium. n. 21. Initiatio ad sacra. n. 22. Eius sacerdotes dicti Galli. 575. n. 9. Sacrorum inscriptor Idæus. 587. n. 22. Etiam Athys. 575. n. 10. Qui ritus in sacris? n. 11. Romam asportatur nomine Cybelis. 583. n. 11. Quo portento. Ibid. Simulacrum de cælo descendens, locutum Phrygibus. n. 11. Miraculo astruit castitatem Virginis Vestalis. n. 13. Templum ei ex elemosynis constructum. n. 18. Eius adventus in urbem. à n. 11. Tota historia mythica. 585. n. 16. Templum & porta mirabiliter aperta. Ibid. Sacra eius vocabantur *Hilaria*. 557. n. 21. & *Megalesia*. 583. à n. 11. & 22. Lamentatio Magnæ Matris. 575. n. 7. Lavacrum. 600. n. 17—604. n. 5. Venatur in filvis cum Athyde. 576. n. 11. Imago eius latebat sub lapide nigro. 406. n. 21—585. n. 16. Illius comes *Sphinx*. 332. n. 18. Sub lapidis cavitare erat imago cælestis. n. 17. Ministrorum furor in pompa lamenti, & causa. 575. à n. 7. Magna Mater dicta terra. 556. n. 19. Imago. Ibid. & 587. n. 21. Etiam Mater *Idæa* & *Cybele*. 583. à n. 11. In eius sacris convivia & quo ritu. n. 18. Ei decretum iustificernium & laudi. num. 21. Dicta etiam *Dindymena*. 576. n. 11. Eius imago. num. 9. Dicta *Tauribola*. n. 11. Virgoque Cælestis, cuius speciosa imago. 604. n. 5. Prodigia in pompa. à n. 4. Pompa in urbis introitum. 585. num. 15. Embolium diaboli in pompa. 604. num. 7.

Magnanimitas.

Cum Munificentiâ & Magnificentiâ. 462. n. 23. Cum Concordiâ. Ibid.

Magnes.

Albi magnetis mira conditio. 562. à n. 38. Vid. *Lapis*.

Mahometes.

Iuxta hunc tenebrionem à quo constructum templum Mecha? 530. num. 21.

Malabares.

Ritus eorum in anni principio. 18. n. 25.

Malachias.

Propheta oritur. 25. n. 7. Obit. Ibid. & 81. num. 2—279. num. 9.

Malaleel.

Moritur. 370. num. 2.

Mambre.

Magus, quis fuerit? 25. num. 4.

Mamuralia.

Sacra. 367. à n. 11. A quo instituta, & eius apud Romanos memoria. Ibid.

Manabem.

Auctor scilicet Herodiani. 344. n. 14.

Manabem.

Rex Israel vocat Phul in auxilium. 47. n. 2.

Manasses.

Rex Iudeæ impius, sacrilegus & sanguinolentus. 246. n. 3. Erigit Deæ Asaræ simulacrum & lucum idololumque cum luco collocat in templo sacro. 251. n. 3.

Mana.

Genete, quid? 323. à num. 12.

Manarcovil.

Quale Numen? 91. num. 16.

Manes.

Dij Manes qui, & cur eis Cœnæ dicantur ferales? 281. n. 17. Præstigiæ demonum in eorum apparitionibus. 522. n. 25. Diversa hieroglyphica Manium. 282. n. 20.

Mania.

Quæ Dea? 282. num. 22.

Manilia.

Geni. Unde illi cognomen Torquatorum. 206. num. 9—437. num. 16.

Manlius.

Marcus Manlius præceps deijcitur è rupe Tarpeia. 95. n. 11. *Tit. Manlij* victoria de gigante. 206. n. 9. Pietas in patrem. 437. num. 16.

Manna.

Cessat in castris Israel. 458. n. 11—467. n. 3—487. n. 2. Quando creatum iuxta Rabbinos. 458. n. 10.

Manfiones.

Hebræorum exeuntium de Egypto in terram promissam, Prima, *Rameffen*. 457. à n. 5. Secunda, *Sochoth*. n. 8—476. n. 2. Tertia, *Etham*. 486. n. 2. Quarta, *Phiniroth*. 515. n. 3. Quinta, *Mara*. 527. n. 12—544. n. 2. Trigésima tertia, *Cades*. 377. num. 2.

Mantbo.

Fœmina fatidica & eius stella. 214. n. 14.

Moazim.

Quodnam Numen? 73. num. 2.

Mappa.

Quid, & mappa missa? 9. n. 4—7. n. 3.

Mardocheus.

Petrus Estheris. Eius somnium de exitio Aman, & neptis exaltatione. 349. n. 4—364. n. 4. Interventu Estheris habitat cum ianitoribus aula. 284. n. 3. Cur Amanum renuit adorare? Ibid. Qua arte calluit cogitationes Eunuchorum. n. 5. Honoratur ab Assuero. n. 6—335. num. 7. Mœnet Estherem de periculo populi, rigidèque ieiunat. 459. n. 14. Tunc Amano exprobrat servilem conditionem. 477. num. 8. Exaltatur. n. 9—487. n. 5. Cause eius exaltationis. n. 10. Ei conceditur annulus regius. n. 9. Eius vestis. 487. num. 5. Qui dies inter Hebræos dicebatur Mardochei? 246. n. 4—251. n. 5. Moritur, & sepelitur cum Esthere. 389. n. 9.

Mare.

Scinditur Rubrum in duodecim semitas. 527. num. 11. Maria aperiantur in navigationem. 436. num. 15. Ritus & pompa, quia maria aperta. Ibid. Sacra. 508. à n. 12. Quomodo fiebat desponsatio cum maris aqua inter varias nationes. 536. n. 15. Vid. *Tempesta*.

Maria.

Soror Moysi. Putcus aquarum datus per Mariam. 431. num.

Index Generalis.

num. 3. Obit. 363. n. 3-377. n. 2-431. n. 3. *Maria Virgo Deipara* sub titulo *Isidis*. 51. n. 15. Eius desponsatio & annulus pronubus. 125. n. 9-413. n. 8-508. n. 9. *Visitatio Elisabeth*. 590. n. 8. *Fuga in Aegyptum cum filio*. 181. n. 5. *Purificatio*. 178. n. 3.

Marius.

Caius oritur & moritur. 78. n. 4. *Victoria de Cymbris*. 478. à n. 12. *Prodigium in triumphum*, arbor arida virescens. n. 13. *Victoria de Teutonibus*. 375. n. 21. *Prognosticum eius felicitatis*. 479. n. 13. *Insignis virtute bellica*. 374. num. 16. *A Scipione habitus spes altera Romæ*. Ibid. *Tribunus factus plebis*. Ibid. *Sacrificat filiam*. n. 19. *Tuba cur in illo sacrificio?* Ibid. *Victoria prædicta à Matre Deorum*. Ibid. *Et ab areolis*. n. 20. *Victoria urbi enunciata à Castoribus*. Ibid. *Præ splendore vultus hanc illum valuit interficere ficarius*. 479. n. 13. *Mors*. 78. n. 4-96. num. 13. *Exhumatur à Sylla*. 213. num. 12.

Mars.

Deus, unde *Mars*? 455. n. 17. *Sacra in Arcopago*. Ibid. *Dicitur Arii & Baal*. Ibid. *Genitus à Iunone ex floribus tactus*. 366. n. 8. *Imago*. 456. n. 18. *Una cum Venere*. Ibid. *Eius statua tenebatur in vinculis*. 236. à n. 11. *Sacra in Arcopago*, & *oraculum*. 455. n. 17. *Apud Nasamonos*. 300. n. 17. *Ibi singularis imago*. Ibid. *Apud Thulitas*. 305. n. 23. *Ibi sacrificium truculentum*. Ibid. *Imagines*. Ibid. *Eius scutum*. 165. n. 2. *Eius templa extra mœnia*. 236. n. 13. *Mars Virgator*. 372. n. 10. *Imago*. n. 11-236. n. 13-305. n. 22. *Dicitur quare Quirinus?* 272. n. 8. *Radiatus*. 305. n. 22. *Quomodo à cultoribus iurabatur in pugna?* 456. n. 18.

Martha.

Soror Magdalene, an fuerit illa *Hæmorrhœissa*? 420. num. 10.

Martius.

Mensis. Eius nomen unde & imago? 362. n. 12. *Cur dicitur Porta Cæli & animarum mundi, Ammoniumque regnum?* n. 11.

Masilia.

Eius civium fides erga Romanos, & eorum privilegia. 280. num. 14.

Maspha.

Duplex locus & ubi? 120. num. 6.

Matera.

Dez, quznam? 289. n. 24-379. n. 11.

Matbuselem.

Oritur. 349. num. 1.

Matronalia.

Festa & sacra. 365. num. 7-169. n. 3.

Mattæa.

Quæ sacra & convivia? 281. num. 16.

Matua.

Dea cum fortuna. 427. num. 7.

Mazaltob.

Idolum Gad pro stella Iovis. 50. n. 21.

Meander.

Hospitio recepit Xerxem. 38. n. 20.

Mecba.

Deliria Mahometi de eius templo. 530. n. 21. *In eo qui lapis Niger?* Ibid.

Medicina.

Dea, indicata per serpentem. 12. n. 10. *Eius & Medici imago*. 13. num. 13.

Medusa.

Detruncatur. 27. num. 14.

Megalesta.

Sacra, & ludii. 556. n. 17-587. n. 21.

Melampus.

Festa eius & vaticinia. 430. n. 19.

Melchon.

Vid. Moloch.

Meleagris.

Avis, imago *Isidis*. 250. n. 20. *Quznam sit avis?* Ibid. *Cur dicta avis Pharaonica?* Ibid. *Ab illis Penelope nutrita*. Ibid.

Melius.

Spur. Trucidatur. 206. num. 8.

Memnon.

Eius statua Magica. 24. n. 2-400. à n. 4. *An naturalis illa musica?* 400. à n. 3. *Muta illa statua, quæ facit*. Ibid. *Quæ aves Memnonides?* num. 4.

Menach.

Quisnam, & eius insignis sapientia? 219. n. 17.

Menalippe.

Fons. 3. num. 4.

Menedemus.

Philosophus. Eius infamia titulo reformationis morum. 397. num. 20.

Menelaus.

Argivus. *Vid. Helena*. *Menelaus Iudeus*, emit sacerdotium ab Epiphane, Isioni perfido perfidus. 371. n. 5. *Quam pessimus!* Ibid. *Seditio inter utrumque*. n. 6. *Eius industria Onias Sanctus tollitur ab Andronico*. 103. n. 5. *Servatur improbus in duriorum mortem*. 133. n. 5. *Constituitur Præses Templi Garizim, in Samaria*. 21. n. 10.

Menæcea.

Sacra. 61. n. 13. *Menæcei mors ex devotione pro Thebanorum victoria*. 332. n. 20. *Eius sepulchrum, & malum Punicum*. Ibid. & 61. num. 13.

Menippus.

Dicitur à se affector Iovis. 397. num. 20.

Menophilus.

Eius fides pro Mithridate. 607. n. 17.

Mens.

Sacra Mentibus celestibus. 22. num. 13. *Imago Mentis apud Aegyptios*. 362. num. 11.

Mensa.

Templo sacro dicata à Prolomeo Philadelpho, quam pretiosa? 285. num. 8.

Mensis.

Eorum inter Ethnicos Patroni, signa, imagines & nomina inter nationes varias. §. 2. à n. 7. *Menses civiles, naturales, Solares & Lunares*. n. 1. *Romanos menses fecerunt duo Signa Zodiaci*. n. 4. *Nomina illorum aliquando à Signis, interdum à Dijs*. n. 8. *Omnes dicati Dianæ, idest, Lunæ, & Idus Iovi*. §. 3. num. 8-76. n. 2. *Quid sint Idus?* Ibid. *Unde varietas nominum Mensium in Sacris?* §. 2. num. 5. *Quid mensis Lunaris Lyudicus, & Periodicus?* n. 1.

Mercurialia.

Et Mercurius. *Sacra*. 31. n. 12-190. n. 17-373. n. 14. *Etiã sanguine humano*. 171. n. 2. *Mercurio tenui cur dica?*

Index Generalis.

dicat? 293. n. 6. Quæ tunc illi figura & ornatus? Ibid. Sub
Ibidis figura cultus in Ægypto. 450. n. 22. Eius caduceus.
556. n. 4. 373. à n. 13. Forma & nodus quid signent? n. 14.
Cum cornucopia. Ibid. Hieroglyphica. n. 15. Iuncta eius
imago Floræ. 528. n. 15. Dicitur *Agoræus*. 32. n. 13. Oracu-
lum. Ibid. *Mercurius Legatus*. 373. à n. 12. Imagines. n. 13.
Apud Ægyptios. n. 14. Apud Romanos. n. 15. Dicitur *Hercules*
Ognius. n. 12. Dicitur *Sothis* singulari imagine. 526.
num. 9.

Mercurius.

Trimegistas, quis? 32. n. 12. Ter Maximus. 185. n. 17.
Dicitur *Thoth*, & *Teutates*. Ibid. Ei sacra. Ibid. Dotes & ima-
gines, cultusque uti Ægypti legislator. Ibid. Inter Roma-
nos sub nomine *Anubis*. n. 18. & nomine *Faunus*. n. 17--242.
num. 17.

Merodach.

Concilium de monarchia universali. 531. n. 4. Non per-
cussus ab Angelo sub Ezechia. Ibid.

Mesa.

Rex Moab in viciniam Moloch iugulavit filium. 589. à
num. 5.

Messis.

Hordei in Iudæa. 486. n. 2--497. n. 4. Tritici. Ibid.

Metella.

Pro illa in sacrificium suffecta virgata. 175. n. 18. Rapta in
Sacerdotium draconis. 407. n. 24.

Metellus.

Propter Vestæ libertatem, orbis lumine. 74. n. 5--406.
n. 20. Restituit templum. 586. n. 18. Cæna *Metelli* *kij*. 248.
n. 14. Eius factus. 428. num. 10.

Metempsychosis.

Apud Ægyptios. 417. num. 13.

Metecora.

Horribilia in Ierusalem. 393. n. 7.

Metæcia.

Sacra & solemnitas. 195. num. 17.

Metis.

Dea, quæ, & à Iove deglutita. 97. n. 16--247. n. 12--510.
num. 16.

Michael.

Archangelus. Eius victoria de Dracone. 550. n. 2. Appa-
ret in rubo Moyfi. 177. à n. 2. In mari Rubro. 527. n. 12.
Iosue in Iericho. 467. n. 3--527. n. 13. In Galgalis, & loco
sentium. 92. n. 2. Gedeoni. 19. n. 2.

Michas.

Eius idolum. 35. n. 4. Quo supplicio affecti filius & ma-
ter. 187. num. 4. Ieiunium propter Idolum. 119. n. 4.

Micheas.

Morabites, incipit prophetare. 29. n. 2. Moritur. 84. n.
2. *Filius Iembla*. Occiditur à Ioram, præceps è sexo. Ibid.
& 401. num. 5.

Milo.

Crotoniater. Victor in Olympiâ. 383. n. 24. Vires, & ima-
gines. n. 26. Unde vires habuit? Ibid. Eius gemma in certa-
mina. n. 24. Vicit Sybaritas. 443. n. 10. Mors infancta. 384.
n. 26. Sacerdos Iunonis, & ut Numen cultus. 443. num. 10.
Imago. Ibid. & 384. num. 25.

Miltiades.

Atheniensis. Accusatur, in vinculis moritur & sepultura
negatur. 200. n. 11. Sacrificium caprarum pro victoria Ma-

rathonia. n. 15. In eius sepulchro strepitus armorum. n. 14.

Minerva.

Nata è capite Iovis. 27. n. 13. Felicitas orbis *Minervæ*
natalis. 510. n. 17. Tunc auro pluit. Ibid. Unde huiusmo-
di conceptio? 248. n. 12--510. à num. 15. Cum illa natum
Rolarium. 510. n. 17. Quò nutrita? 27. n. 15. Tunc puella-
rum certamen. Ibid. Simulacrum de celo delapsum. 511.
n. 19. Imago cum noctua & stulticia. 429. à n. 13. Vestis
eius servata. 61. n. 12. Clypeus quando à simulacro lapsus?
512. num. 24. Quare natalis *Minervæ* festum puerorum &
puellarum. 510. n. 17. Apud Ægyptios *Isis* picta cum Sphin-
ge. n. 21. Olea *Minervæ*. 27. n. 12. Exusta crevit. Ibid. Tem-
plum Athenis exultum. 61. n. 12. Lucerna templi. 310. n. 16.
Extincta. Ibid. 368. n. 16. *Minerva Alalcomeni*. 577. n. 14.
Eius simulacrum sine igne combustum. Ibid. *Area*. 36. n. 12.
Affisa. 417. n. 21. *Chalcidica*. 306. n. 25. *Cretensis*. 486. n.
35. *Craena*. 282. n. 23. *Frenatrix*. 3. n. 4. *Iliensis*. 269. n.
21. Templum & quæ in eo. Ibid. *Lucus*. n. 22. An esse Pa-
ladium? n. 21. Veneratur *Xerxes*. n. 22. *Alexander Magnus*.
75. n. 7. *Minerva* ex Illo venit in auxilium *Cizyciorum*. 249.
n. 16. *Lucullo* apparet. 269. n. 20. *Polradis*. 339. n. 22. In
eius templo ignis perpetuus. 402. n. 10. Imago. Ibid. *Sai-
lis*. 179. à n. 8. Imago, templum & in eo simulacrorum ar-
tificium. n. 9. *Tritonia*. 27. n. 14. *Minerva Tuva*. 538. n. 7. *Vi-
trix*. 316. n. 11. Imagines. Ibid. *Aliz*. 511. à n. 21. *Minerva*
Capta. n. 15--517. n. 9. Dicitur *Bellona*. 512. n. 23. Quare
bellijs delectata *Minerva*? n. 22.

Minerval.

Vel *Minervium*, quid? 368. n. 13--511. n. 20. Quando
duplex? Ibid.

Miraculum.

Inter Ethnicos quo sensu intelligenda miracula & pro-
digia? 109. n. 13--238. n. 2--584. n. 14--592. n. 16.

Misericordia.

Eius ara. 415. n. 16. Inter *Ismaelitas*. n. 17.

Mithras.

Quæ dicebantur scilicet *Mithræ*? 403. n. 11. Initiatio mi-
nistrorum per summa tormenta. 159. n. 9. *Mithras* pro So-
le. 403. n. 11.

Mithridates.

Occiditur à filio. 279. n. 8. Recedit à *Cizyci* obsidione
prodigijs. 249. n. 16. Vincitur ad *Granicum* à *Lucullo*. 269.
n. 20. In eum præliatur *Minerva Iliensis*. Ibid. Eius dacty-
lothea. 67. n. 13. Statua singularis è lapillis. 5. 6. num. 3.
Eius staruz veneratio. 5. 8. n. 14. Fides erga illum uxoris.
534. n. 16.

Mola.

Salsa, quid in sacris? 266. num. 18.

Moloch.

Eius stella. 539. n. 11. Sacra. Ibid. Corona eius idoli
inter *Ammonitas*. 589. num. 3.

Molon.

Festum quale? 75. n. 6.

Moneta.

Vid. *Pecunia*. *Agnus*, *ovis*, *arcus*, *gladius* & *fagitta* fi-
gurata in monetis. 186. à num. 2.

Monophagia.

Quodnam sacrum? 49. n. 10. Dicitur *Tbisfes*. Ibid.

Monstrum.

Mira singularitas in monstro bicorpore. 5. 3. n. 4. Expi-
ationes in ortu monstrorum. Ibid.

Montes.

Moti & inter se concurrentes. 116. num. 2.

Index Generalis.

Mopsus.

Mors. 142. n. 18. Qua de causa? Ibid.

Moretum.

Quid in convivio Magnæ-Matris? 586. n. 18.

Mors.

Cur qui fato functus dicitur Bonus? 324. n. 13. Mors ex gaudio. 454. n. 26. Mortis imago exhibita in convivio. 97. n. 17. Mors & Mortis Dec. 570. n. 26. Imago. n. 27. Rifus & Nænia cum morte. n. 28. Condicio varia mortis adventientis. n. 29. Mors apparens. 104. num. 25.

Motacilla.

Quæ avis? 383. n. 22. Condicio. n. 21. An Picus-Marcus? n. 22. Ex illa omina. Ibid.

Moyfes.

Prenunciatur. 198. num. 2. Nascitur. 204. num. 2. Circumciditur. 245. num. 2. Igne nutritur. 204. num. 2. Visio rubi ardentis. 177. num. 2-457. num. 5. Occurrit Aaroni. 191. n. 2. Signa profert coram filiis Israel. 223. n. 3. Vox ad illum ex igne post Signorum ostensionem. Ibid. Ingreditur ad Pharaonem. 233. n. 1. Mittitur in carcerem, sed liber exit. n. 2. Denud ad Regem ingreditur, qui viso Moyse, obmutuit. 238. n. 2-250. n. 2. Incipit plagas infligere. Vid. *Aegyptus*. Educit Israel. 467. n. 2. Secum tulit ossa Ioseph. Vid. *Ioseph*. Roborat exeuntes & revocat à desperatione. 516. n. 5. Traducit per mare. 527. n. 11. Quæ rube miracula? Ibid. Dulcorat aquas. 544. n. 2-553. à n. 8. Quo depulsa amaritudinem? Ibid. Unde lignum? Ibid. Ei præcipitur Tabernaculi erectio. 300. n. 2. Erigit & consecrat. 363. n. 2-564. n. 6. Mitit legatos ad Regem Edon. 451. n. 3. Probatqr ad aquas Contradictionis & arctetur à terra promissa. 440. n. 2. Singulis tribubus singula exemplaria legis donat & aliud reponit in Arca. 595. n. 3. Multis diebus voce clara legem populo exponit. 7. n. 2. A Domino de crastina morte monetur. 198. n. 2. Benedicit tribus signanter. 204. n. 3. Confirmat Iosue in Ducem, cui tradidit volumen legis, & ascendit in Phasga, ut promissam prospiciat terram. Ibid. Obiit. 156. n. 2-168. n. 2-204. n. 3. Idem die quo natus, moritur & tollitur à conspectu præsentium. n. 3. Transferretur cadaver de monte in vallem Moab, & in vultu manet splendor prisens. Ibid. Sepultus ab Angelis. n. 5. An mortuus, vel veniet cū Elia & Enoch? n. 3. An eo mortuo defuerit Manna? Ibid. & 431. n. 3. Ieiunium ob eius mortem. 205. n. 5. Surrexit cum Christo. Ibid. Virga eius Thaumaturga unde? 486. n. 2. Scripta nomine Iehova? 223. n. 3. An collocata in Tabernaculo post eius mortem? 205. n. 5. Primò conversa in colubrum. 238. n. 2-250. n. 2. Synagoga Moyfis. 506. n. 3.

Mundus.

Eius imago. 312. n. 24. Dies primus mundi. 526. n. 10. *Mundus Cereis*, vide *Ceres*.

Munificentia.

Eius sacra & imago. 462. num. 23.

Munychia.

Origo & ritus factorum. 368. à n. 14-437. n. 18-484. n. 18. Pampa. 513. n. 26.

Murces.

Dea. 435. à n. 13. Arx. n. 14. Qui dicti *Murcij*? n. 13.

Muri.

Vocales, & cur sacrosancti in urbibus & non portæ? 602. num. 25.

Musa.

Eis sacra. 136. n. 17. Sine tibijs & corosis cum Martæ. Ibid.

Muta.

Dea. Quznam & quare? 282. num. 21.

Mutius.

Mutius Scaevola. Eius virtus. 112. n. 3-144. à n. 7.

Miagrus.

Deus. 422. n. 17. Quare Deus Mascarum? Ibid.

Myrtilus.

Quis? 366. n. 7. Quare occisus à Pelope? Ibid.

Mysteria.

Aegyptiorum quznam? 76. num. 2. Quam abominabilia? Ibid.

N.

NABIS.

Eius tyrannis & mors. 202. n. 18. Inventio statuz eius uxoris. Ibid.

Nabuchus.

I. Cum Merodac etiam evadit in clade Sennacherib. 531. n. 4. II. pater Nabuchi Magni trucidatur. 233. à n. 2. III. qui *Magnus* dictus, an ipse, & non avus, incolumis in clade Assyriorum sub Ezechia? 531. n. 4. Succedit patri in regno. 233. n. 2. Comprehendit Iocim Regem Iuda, & captum cum filio, Daniele & socijs ducit in Babylonem. Ibid. Regem remittit in Iudæam & Danielem cum socijs tradit disciplinz Chaldeorum. n. 4. Ad expeditionem adversus *Aegyptum*, incarceratum Iechoniam coniecit in vincula. 138. n. 4. Quare vel illo extra thronum cecido, nulla regni perturbatio? 84. n. 1. Ille vaticinatur de Babylonis excidio. 308. à n. 6. An post huiusmodi vaticinium evanuerit ab oculis. n. 7. Gestæ eius insigniora. n. 8. Moritur. n. 6. & 314. à n. 5. Sepelitur. 322. n. 9. Exhumatur, & vulturibus minutim exponitur. n. 10. Quare sub specie & forma Martis, eius aurea statua? 455. n. 17. In formam Orionis. 402. num. 8.

Nadab.

Filius Aaronis suffocatur igne. 419. n. 7.

Nænia.

Dea, quæ? 571. à n. 28. Nænie in funtibus rifus. Ibid.

Nabum.

Propheta, insillat in Niniven. 29. à n. 3-128. n. 4.

Nanea.

Quæ Dea? 73. à num. 1. Imago. Ibid.

Nasamones.

Eorum mores. 300. n. 17. Quam deridicali? Ibid.

Natagai.

Quodnam Numen? 161. num. 4.

Natalis.

Patriz inter Hebræos. 295. num. 2.

Navis.

Dicta *Barys* inter *Aegyptios*. 398. n. 24. *Navis Ammonica*. 580. n. 24. *Tberis*. 430. n. 17. *Navis Herculis*. 475. n. 31. *Navis Salutis*. 340. n. 24. *Causa*. Ibid. Cur dicta *Felicitatis*? Ibid. & 509. n. 13. Quid naves Rostrate? §. 6. n. 9. Instrationes navium. §. 7. n. 5. Naves papyraceæ. 398. n. 22. Quid sit, Navale facere? §. 6. n. 9. Quid *Nannachis*? §. 5. num. 7.

Necessitas.

Sacra & imagines. 62. n. 15. Vilis est. 462. n. 23. Necessitas.

Index Generalis.

Etatis filie sunt **Parez.** 63. n. 15. **Necessitas Fortunæ** comes. *Ibid.*

Nebao.

Pharao. Fugit Sennacheribum, & quod in expugnatione Ægypti. 34. n. 3. Eius victoriæ. 233. n. 2. Pugnât in Charamis & occiditur. num. 3.

Nesabannus.

Embolia, 578. num. 18.

Nebemias.

Comes individuus Zorobabelis, 303. à n. 13. Apparet vixit Assuero, & optata impetrat. 498. n. 9. An ab hoc de creto principium hebdomadarum Danielis? 498. num. 10-528. n. 13. Datur ignis mirabiliter in eius sacrificium. 181. à n. 1. An illi revelata Arca & cætera supellex & quando? 150. n. 6. Finito Ducatus tempore Susas redit. 212. num. 5. Commendat Esdræ continuationem Bibliorum. *Ibid.*

Nemea.

In cuius honorem instituta sacra. 202. num. 17. Nemea priora. n. 16. Exercitia in eis ludentium. *Ibid.* Origo ludorum. n. 12. Qui victores primis in ludis. n. 17. Quando Nemea certamina iustificat. 19. In Nemeis libertas data Græciæ. num. 18. Post Achaia. *Ibid.*

Nemesis.

Dicta **Eriynys.** 397. n. 20-452. n. 9. Sacra. n. 9. Dicta **Minerva, Venus, & Furia.** à n. 10. Etiam **Fortuna, & Vita felix.** à n. 14-532. n. 9. Helene cur dicta mater? 347. n. 24. Inimica Superbiæ. 453. n. 11. Eius officia. n. 10. Cum Spe & Fortuna. n. 14. Imagines. à n. 9. Eius facellum. 547. n. 13. Plures Nemeses. n. 12. Dicta etiam Angelus Iudicij. n. 10. Cur dicta **Venus Nemesis?** n. 13.

Neomenia.

Cuiuslibet primo die mensis. 7. n. 2. Quo tempore iniuriam solemnitas? §. 2. n. 3. Quare instituta? *Ibid.* Neomenia Turcarum. §. 3. n. 8. Apud Ægyptios Neomenia Thoth. §. 2. n. 7.

Neoptolemia.

Sacra. 294. n. 10. **Neoptolemi** mors & sepulchrum. *Ibid.* **Neoptolemus, Tragedus** invenit thesaurum in sepulchro Aiæcis. 522. n. 24.

Nephte.

Apud Ægyptios dicta **Virgo-Cœlestis.** 559. n. 27. Sacra. 196. à n. 20-571. num. 27.

Neptunus.

Sacra. 57. n. 15. Apud Scythas. 249. n. 18. **Neptunus Rex.** 339. n. 22. **Equestris.** 318. n. 17. **Taraxipa.** *Ibid.* Converterus in agnum. 465. n. 33. Imagines. 57. n. 15-318. n. 17. Templum. 214. num. 14.

Nereus.

Eius saltus ex Leucada rupe. 466. n. 38.

Nero.

Imperator. Eius infantie custodes dracones. 152. n. 13. Vestales ad spectacula duxit. 409. n. 28. Quam improbus? 233. n. 10.

Neurobata.

Qui in ludis? 152. num. 15.

Nicanor.

Dux Epiphane, vincitur à Machabzo. 582. n. 5. Fugit Romam ad Demetrium Soterem. 447. n. 8-565. n. 8. Venit eius iussu ad versus Machabzum. 328. n. 7. Sollicitat eum eo pacem. 344. n. 10. Init fœdus. 447. à n. 8. Eum Iudas recipit in convivium. n. 10. Denud vincitur, trucidatur, & eius cadaver ignominie exponitur. 240. n. 10.

Nicias.

Enguinus. Eius calliditas & fœcio proficua. 289. n. 24.

Nilus.

Fluvius, in vinum conversus. 44. n. 18. Delta Nili. 359. n. 6. **Constellatio,** ita ut fluvius perfluat iuxta mœnia cœli. 3. n. 3.

Ninive.

Vid. Ionas. Conversio Ninivitarum. 291. n. 2. Propter conversionem institutum ieiunium inter Hebræos. *Ibid.* Quomodo deleta Ninive? 29. à num. 3.

Ninus.

Ducit Semiramidem. 514. num. 31.

Nitocris.

Aethiopiæ, eius gesta. 127. num. 16.

Nixidia.

Quam Numina? 366. n. 9. Imagines in Capitolio ad cellam Minervæ. 67. n. 12.

Noamat.

Quam femina? 537. n. 3. Dicta Lilit. *Ibid.*

Nobe.

Civitas sacerdotalis destructa à Saule. 64. n. 3.

Noctua.

Cum Minerva. 429. n. 15. Quorsum eius effigies in Atheniensium moneta? 483. num. 25.

Nocturna.

Sacra, potius execranda. 493. num. 25.

Noe.

Oritur. 363. n. 2. Servat libros Adam. 322. n. 6. Aperit post cataclysmum Arca fenestram. 363. n. 2. Mittit corvum & columbam. 59. n. 2-69. n. 2. Denud columbam. 87. n. 1-97. n. 1. Tertio. 127. n. 1-307. n. 1. Egreditur de Arca. 19. n. 2. Inebriatur. 106. n. 2. Fascinatur à Cham. *Ibid.* Obiit. 34. n. 2. Arca Noe, vid. **Arca.** An inter gentes **Ianus?** 49. num. 8.

Novendialia.

Quæ festa? §. 7. n. 2-§. 8. n. 1-56. num. 13.

Novensiles.

Dij. 183. n. 10. Discrimina inter reliquos. *Ibid.*

Numa.

Rex, natus est canus. 82. n. 5. Libri eius Magici. num. 3. Quo pacto sine corruptione multis annis extiterunt? n. 4. Eius sepulchrum. n. 3. Insignis Magus. n. 5.

Numenia.

Sacra. 16. n. 20. Quid panes Numenij? *Ibid.*

Nundina.

Quid & quo intuitu instituta? 60. n. 9-188. n. 7. Unde illarum mutatio infansum omen? 60. n. 9.

Nuptia.

Fictæ hominum cum Dearum imaginibus. 116. num. 3-557. n. 23. Imaginum cum imaginibus. n. 25.

Nyctivalia.

Sacra Baccho. 61. n. 10. **Vid. Bacchus & Liber-Pater.**

Nymphae.

Sacra Nymphis, in honorem **Dryopæ.** 75. n. 6.

Index Generalis.

O.

OCCASIO.

Sacra. 317. n. 13. Imago cum Fortuna, Spe & Tempore. Ibid. Cum Fortuna Calva. 532. n. 10. Enigma Occasionis 317. n. 13. Vid. *Eventus-Bonus*.

Oceanus.

Eius filia capta à Sole. 520. num. 20.

Oedipus.

Patrem occidit. 331. n. 15. Matrem duxit. n. 19. Se excæcat, & spontè exulat. n. 20. Eius monumentum in Arcopago. 117. n. 5--332. n. 19. Fons Oedipi. n. 15.

Oenomaus.

Quisnam, & eius gesta. 360. n. 7--561. n. 36.

Oenone.

Nympha Xanti. 184. n. 11. Vates, quæ se suspendit. Ibid.

Ogyges.

Diluvium, quando? 39. n. 3--257. n. 3--475. n. 32. Portenta ante cataclysmum. 257. n. 3.

Olda.

Quisnam fœmina? 596. num. 3.

Olea.

Minerva, vid. *Minerva*. Olivarum humor mirè fluens, & oleum Medicum. 540. n. 13. *Olea Pygmalionis*. 439. n. 22. *Herculis*. 159. n. 10.

Olympias.

Mater Alexandri. Eius somnium. 32. n. 14. Decepta à Nectabano. Ibid. & 578. n. 18. Repudiatur à Philippo. 32. n. 14. Coarguit filium de vanitate & phantasia. 578. n. 18.

Olympus.

Ludi in honorem Iovis. Vid. *Jupiter & Ludi*. Quæ dicta Olympia fœminarum? 226. n. 14. Delphinus & Aquila in hipodromo Olympico. 318. n. 15. Quid Taraxippus in ludis Olympicis? n. 16.

Omomus.

Herba. 232. n. 10.

Onesilus.

Eius sacra, & prodigium. 340. n. 23.

Onias.

II. Pontifex negat tributum Ptolomeo Evergeti. 144. n. 2. Onias III. *Sanctus* diluit calumnias. 198. n. 6. Deponitur à dignitate per Epiphancem. 87. n. 2. Pro fratre simoniaco Numen precatur. n. 4. Deserit urbem. n. 5. Fugit in asylum Daphnes. 264. à n. 6. Occiditur Menelai consilio ab Andronico. 103. n. 5. Embolium, ut de asylo exiret. n. 6. *Onias* eius filius fugit in Ægyptum, & quo intuitus? 88. n. 4--124. à n. 5--371. n. 4. Ædificat in Ægypto templum simile Ierosolymitano. 124. n. 7--224. n. 6. Dedicat. 76. n. 8. fuit Dux exercitus Cleopatrz adversus Physconem. 125. n. 8--315. n. 8. *Onias*, civis Ierosolymitanus, quis, & eius mors. 426. n. 5--459. num. 15.

Onkelos.

Rabinus quis & quanti fuerit? 219. n. 17.

Onoscelis.

Vel *Onoscelis*, quæ Dea? 83. num. 6.

Opimia.

Vestalis, damnatur. 199. num. 9. Portentum in criminis manifestationem. Ibid.

Opinio.

Sacra, & imagines. 136. num. 16.

Opportunus.

Deus, vid. *Occasio*. Imagines, ex quibus nonnullæ duplici facie & colore. 317. n. 12.

Oraculum.

Quid sit? §. 8. à n. 16.

Orbis.

Natalis. 358. num. 4--496. n. 2--515. n. 2--526. n. 10. Vid. *Mundus*. *Orbis* renascens. 596. n. 1.

Orestes.

Nascitur. 397. n. 19. Liberatur à morte per sororem Electram. 153. n. 17. Infectatus liberatur à Furijs. 36. n. 12. Vidit illas ex atris albas. Ibid. Eius lapis, laurus, & Tabernaculum. Ibid. Tumulus eius incognitus. 206. num. 6. Offa translata ex Aricia Romam. Ibid.

Orion.

Constellatio. Eius figura. 451. num. 1.

Oromazes.

Ovum, & sacra. 33. n. 16. Imago eius & fratris Arimani. n. 18.

Orpha.

Mater Goliath & ex quot illum concepit. 387. n. 2.

Orpheus.

Eius statua fudat. 71. n. 5. Magnus insignis. 318. n. 10. Strophæ in osium eius translatione. 326. n. 20. Imago Orphei, statua, & columna. Ibid.

Osculum.

Certamen osculorum. 442. n. 6. Vid. *Philessa*.

Ostris.

Cur dictus Bacchus? 494. n. 27. Et Hercules Ognius? Ibid. Imago. Ibid. & 526. n. 9. Pompa Isis & Osiridis. 602. à n. 25. Ingressus Osiris in Lunam. 326. n. 21. Sacra cum silentio. 232. n. 10. Pompa. 158. p. 8. Imago. 176. n. 22. Cuncta Numina in Osiride culta ab Ægyptijs. 233. n. 11. Osiridis sepulchrum cum Iside, & ubi? 249. n. 19. *Ostris* herba. 232. n. 10.

Ostracismus.

Abolitur. 306. n. 26. Quando & quorsum institutus? Ibid.

Orthoniel.

Expugnat Dabir. 211. n. 2. Ducit Axam. Ibid.

Otbrayades.

Quis? 122. n. 14. Quare mortuus vel victor? Ibid.

Otium.

Deus. 237. n. 17. Cum Cupidine & Fame. Ibid. Vid. *Desidia*. Otium & delitiz Sybaritarum. 443. n. 11.

Ovatio.

Quid sit? §. 6. n. 1--396. n. 14.

Ovidius.

Nascitur. 517. n. 10. Mors & in sepulchro epitaphium. 15. n. 18.

Ovum.

Oromazi. §. 10. n. 5--33. à num. 16.

P.

PÆONIA.

A Pico-Martio. 241. n. 16. Eius conditio. Ibid.

Paganalis.

Sacra, & *Paganica*. 134. n. 9. Dicata Cerri & Ithuri. n. 10. Liba ex lacte & melle. Ibid.

Palestra.

Dea, & eius imago. 185. num. 16.

Index Generalis.

Palamedes.

Ab Ulyssis interficitur. 184. n. 13--529. n. 17.

Palladium.

Quid. 159. à n. 1. Quo delo commendatum? §. 8. n. 12--591. à n. 15. Restituitur raptum à Troia Aeneæ. 125. n. 10--592. n. 16. Pignus imperij Romani. 406. n. 19. Imago. 602. n. 26. Palladium priscum Minervæ Iliensis. 269. n. 21. Romæ locatum in æde Vestæ. 406. à num. 19. Cur Palladium sub lapide concavo? num. 24. Simulacra Palladij ficticia, & quorsum? n. 20. Audax Heliogabalus adytum ingreditur. Ibid. Eius regressio in locum pristinum, à quo extractum. 591. à n. 15. Palladium Metellus Pontifex extraxit flagrantem templo. 406. n. 20.

Pamylia.

Sacra apud Ægyptios. 46. num. 24.

Pan.

Deus rusticus Athenis Deus ignotus. 105. n. 16. Ara Panos Luperci. 253. n. 11. Unde dictus Lycæus? n. 16. Eius iotago. n. 18. Eius locus asylum. Ibid. Terror Panicus unde? 131. n. 16. Ei dicata Hilaria. 557. n. 21.

Panathenea.

Majora. 508. n. 12. Causa sacrorum. Ibid.

Pandaria.

Sacra. 333. n. 21. Pandarus qui? Ibid. Eius filiz capte ab Harpyis, & tradite Furij. Ibid.

Pandrosus.

Dea, & sacra. 61. num. 12.

Panes.

Numerij quid? 16. n. 20. Amphiphones. 369. n. 13. Paes celestis. 106. n. 17. Panis Salutis. 567. n. 14.

Pantarba.

Gemma. Eius proprietates. 561. à n. 38. Habentem non lædit ignis. num. 29.

Pantheon.

Romanum Cybelæ dicatum. 404. n. 16.

Papyrus.

Curator. Eius severitas in militari disciplina. 178. n. 4--244. n. 22. Lenitas & alia gesta. Ibid. Dicitur Alexander Magnus. 330. n. 12. Eligitur Dictator. 595. n. 12.

Paradisus.

Qualis hortus? 536. n. 2. Flammâ vallatus. 551. n. 2.

Parca.

Filiz Necessitatis. 62. n. 15. Parca maxima quare Venus? 570. n. 27. Imago cum Morte. n. 26. Aliæ imagines. 62. n. 15--570. n. 26.

Parentalia.

Sacra anniversaria. 266. num. 11.

Paria.

Serpens, cuiusnam conditionis. 13. n. 14.

Paris.

Filius Priami. Somnium Hecubæ antequàm in lucem mitteret. 184. n. 14. Exponitur, ab urfa nutritur, & à morte liberatur. Ibid. Cognoscitur & in gratiam parentum recipitur. n. 15. Eius perfidia. Ibid. Interficitur à Philoctere. n. 11. Apparet vivus & victor, dum eius funus cogitabatur. n. 15.

Parmeniscus.

Sine risa ex antro Trophonis. 341. n. 26. Quomodo ei restitutus? Ibid.

Parthenope.

Nympha sequitur columbam ab Apolline missam pro colonia. 237. num. 15. Imago. Ibid.

Partunda.

Dea. 87. num. 6.

Pascha.

Inter Israelitas. Vid. *Hebraei & Festa*. Quot Paschata ab exitu ex Ægypto usque ad ingressum in terram Chanaan? 467. n. 3. Quot à Christi prædicatione mortem usque? 426. num. 6.

Patroclus.

Invitatur fato functus ad Achillis insta. 437. n. 19. Eius sepulchrum ornatur ab Hephæstione. 75. n. 7.

Pavor.

Eius sacra. 570. à num. 25. Vid. *Mors*.

Paupertas.

Sacra. 438. à n. 22. Cum Senectute, & Arte. Ibid.

Pausanias.

Filius Cleombroti. Eius gesta, fastus & Græciæ proditio. 305. n. 24. Nex & urgente matre. Ibid. Apparet ei in morte femina quam occiderat. n. 25. Lapis è caelo cecidit, dum moreretur. n. 24.

Pax.

Sacra & solemnitas, dicta *Pachalia*. 156. à n. 3. Eis iuncta sacra Cereri. 599. n. 13. Pacis ara. 156. n. 3. Eius imagines. n. 4--143. à n. 21. Templum & imago Pacis cur Romæ corruerunt? 598. n. 10. Ara cum herba Lyfimachia. n. 14. Aliæ imagines. 231. n. 7. Templum Romæ prodigium orbis. 152. n. 14--598. n. 9. Exultum. 230. n. 5. Quæ ibi munera, donaria & ornamenta? n. 6. Erat academia & xenodochium, ubi ficus ad templum Pacis. Ibid. Quæ victimæ in sacris? 156. n. 3--231. n. 7. Corruit templum nascente Christo. n. 5--598. n. 10. Eius imago cum Abundantia, & Fortuna. n. 4. Cum Concordia & Salute. 89. n. 9. Cum Pluto. 231. n. 7. Quæ Pax optima & imagines? n. 22. Christus tantum Princeps Pacis. 598. n. 9.

Pecunia.

Sacra. 479. à num. 14. Imago cum Fortuna. Ibid. Vid. *Avaritia*. Cur in pecunia fulmen excusum? n. 15. Cultrix Pecuniæ Paupertas. Ibid. Deorum imagines cum marsupijs. num. 16.

Pegasus.

Constellatio. Eius stellæ, influxus & fabulæ. 3. n. 4. Datur Auroræ. Ibid.

Pegmata.

Quid? 152. à n. 15. Quomodo in illis saltantes ab igne circumdati, illæsi. Ibid.

Pellonia.

Dicta *Fugia*. 309. num. 11.

Pelops.

Quis? 299. num. 14. A Mercurio accipit sceptrum Iovis. Ibid. Eius Thronus, & gladius. Ibid. & 361. n. 8. Currus. n. 7. Statua & quadriga. 299. n. 15. Tripos. 496. num. 34. Sepulchrum. 299. n. 14. Unum ex ossibus fatale Troiæ. n. 15. Eius translatio. Ibid.

Penates.

Dij sacrorum, apud Syros. 165. n. 2. Apud Romanos. 159. à num. 1. Vide *Paladium*.

Penelope.

Uxor Ulyssis exposita à Melcagride nutrita. 250. n. 20.

Pentagonus.

Cur nobilissimus Salutis Signum? 14. n. 15--378. n. 4. An sigillum Salomonis? 14. num. 15.

Index Generalis.

Peripsema.

Quid, & pud Athenienses. 170. n. 8. Apud Gallos. Ibid. Qui optimus civis apud Albanos & Phoenices. Ibid. Inter Masilienses qui pauperior. n. 9. Inter Persas femina virgo. Ibid. Inter Carthaginienses. n. 10. Inter Romanos. n. 11.

Perisfera.

Eius metamorphosis in columbam. 179. n. 7.

Perpenna.

Occiditur à Pompeio Magno. 428. n. 10.

Perpetuitas.

Eius imago. 111. num. 19. Vid. *Aeternitas.*

Perseus.

Ex Danae, disco interficit avum Acrisium. 210. num. 23. Sacra constituit igni. 359. n. 5. Quis & unde missus in Medusam. Ibid. Mors. 210. n. 23. *Perseus Constellatio.* Eius stellas & influxus cum fabulis. 166. n. 4-359. n. 5. Cur eius arma finguntur vitrea? 148. num. 20.

Perse.

Apud illos eximius honor, aureo donari annulo. 498. n. 7. In natali à Rege nil denegabatur. 350. n. 7. Oppositio in Israelitis Angeli Perfarum. 377. n. 3. Adorant maxime ignem. 402. à n. 9. Perfarum lex pro lege nova vel abroganda. 210. n. 21. Superstitio Regum Perfarum in nuptijs. 529. n. 20. Festum ablutionis capillorum Regis. 561. num. 37. *Perseica Sacra.* Vid. *Misbras.* Victi Perse ad Artemisium. 228. num. 21. Ad Mycalem. 201. num. 15. Ad Salaminam. 480. à n. 18.

Persepolis.

Diruitur & incenditur. 572. à n. 33. Eius opulencia. n. 34. Regia totius Orientis. num. 35.

Petaurista.

Qui in Iudis? 152. à n. 15. Illi transibant per ignem. num. 16.

Petra.

Firmissimæ motæ. 116. n. 2.

Phaethon.

Per eum Epyroses. 257. n. 3. Eius sepulchrum in templo Ammonis. 354. n. 20.

Pharao.

Sen *Magnus*: natalis eius. 476. n. 3. Somnium. 497. n. 3. Exultat Ioseph. 506. num. 3. Applaudit eius adventibus fratribus. 342. n. 4. Somnia Eanuchorum revelata. 467. n. 2. Qualis fides Pharaonis? 182. n. 7. *Pharao Cenebres* summergitur. 527. à n. 11. Quæ tunc mira facta? n. 12. *Pharao Necteo* occidit Iosiam. 34. à n. 3. Occiditur. 233. à n. 2.

Pharisai.

E quibus samplerunt, quas vocabant traditiones? 219. n. 20. In monte Sion eorum achademia. n. 18.

Pharus.

Turris edificatur. 287. num. 14. Erigitur iussu Ptolomei Philadelphii. n. 13. Artificis Softrati astus pro fama. num. 15. Dedicatio Turris Dijs servatoribus. Ibid. Eius singulare speculum, & à quo fractum Ibid.

Phengites.

Gemma, & eius proprietates. 541. n. 16.

Phiala.

Unde symbolum divinitatis. 6. 8. à n. 13.

Philautia.

Vid. *Amar.* *Disa Eriomyi,* *Furia,* *Lacifer.* 535. à n. 20.

Philemon.

Et uxor Baucis susceperunt in hospitium Iovem & Mercurium. 439. à n. 23. Aqua tunc in vinum conversa. Ibid. Domus illorum in templum, & illi in arbores. Ibid. n. 24.

Philesea.

Sacra. 441. n. 6. Unde Apollo Phileseus? n. 8.

Phileta.

Cur latrones ira disci inter Aegyptios? 442. n. 7.

Philippus.

II. *Amyntæ* filius, Rex Macedoniæ. Ei nascitur Magnus Alexander, & quid tunc dixerit? 174. n. 15. Somnium. 32. n. 14. Nuptiæ cum Cleopatra. Ibid. Cometa ante eius necem. 91. n. 15. Cæditur. 91. 15. *Philippus Phryx,* collactaneus Ephiphanis, pro illo sufficitur in urbe ad Iudæorum vexationem. 21. n. 10. Ab Epiphane insignia regalia creduntur, ut illa tradat filio Empatori. 446. n. 5. Fugit in Aegyptum cum Epiphanis cadavere. 565. n. 8. *Philippus IV.* Rex Macedoniæ, Romanos fugit. 391. n. 16. Vincitur. num. 18. Prodigia in cladem. num. 17.

Philo.

Priscus, unus ex Septuag. Interpretibus. 285. n. 9.

Philostetes.

Ulcris fetore segregatur à Græcis. 184. n. 12. Sanatur terra sigillata. 430. n. 18. Industria in significationem sepulchri Herculis, & Gagitarum. 184. n. 12. Illis interfecit Paridem. Ibid.

Philopæmen.

Dux Achaiz. Eius insignis virtus, industria, dexteritas & in armis claritas. 319. n. 19. Capitur à Melenis & perimitur. n. 20. Quasi triumphans fertur in patriam & regiè sepelitur. n. 21. In clade Corinthi eius statua immota. n. 22.

Philoxenus.

Eius deridiculum vetum. 97. n. 16.

Phinees.

Filius Eleazari summi Sacerdotis. An Elias ex Rabinis? 192. n. 3. An eius vita usque ad Samostem? Ibid.

Pblegontides.

Gemma, & eius conditiones. 541. num. 15.

Phorion.

Dux Athenarum. Eius magnanimitas & mansuetudo. 542. n. 18. Respuit Alexandri dona. 87. n. 10. Mors. 512. n. 26. Sepulchrum. n. 27. Post mortem reportatur Athenas, & statua honoratur. n. 27. & 542. n. 18.

Phæbe.

Sacra. Vid. *Hilaris.* Eius in sacris ritus. Vid. *Magna Mater.*

Phæbus.

Vid. *Sol.* Eius imagines & festa. 49. n. 9-267. n. 15.

Phænix.

Constellatio. 4. n. 4. Natalis avis Phœnicis. 528. n. 35.

Phryne.

Qua arte absoluta ab Arcopago. 117. n. 4. Eius imago cum Cupidine. 157. n. 6.

Phryxus.

Aries eius cum aureo vellere. 377. n. 2. Socrus eius summergitur. Ibid.

Phta.

Quid? 524. n. 2.

Index Generalis.

Pbul.

Rex Assyriorum vocatur à Manahen in auxilium. 47. n. 2.

Pburim.

Festum Sortium. Vid. *Festa*, *Esber*, *Aman* & *Mardocheus*.

Picus.

Martius. 240. à n. 14. Mutatus in avem, Romulum & Remum infantes pavit. Ibid. Amat Pzonimiam. num. 16. Eius antrum & fons. n. 14. Picus-Martius an Motacilla. 383. num. 21.

Pietas.

Sacra. 79. n. 6. Imagines & exempla pietatis. Ibid. Hieroglyphica & pietatis laxum. num. 7.

Pigritia.

Vid. *Desidia* & *Otium*.

Pilatus.

Pontius, quando in nemore Fortunæ. 503. n. 23. Lacus Pilati. Ibid. Sese occidit. Ibid.

Pindarus.

Domus eius illæsa in Thebarum excidio, 22. n. 15--62. n. 14. Opes, honores & eius icella. Ibid.

Piper.

Collectio piperis inter Æthiopes. 438. n. 20.

Pisces.

Quis Piscis Notius & eius constellatio. 165. n. 3. *Pisces*, cælesti Signum stellæ, fabulæ, &c. 164. à n. 1--377. n. 1. Nodus eorum, cur dictus Iovis Zona, & Martis scutum? 165. n. 2. Clara Piscium oritur. 425. n. 1. Delirium de pisce passionario. 501. n. 16. Pisces in augurium. 154. n. 20.

Piscina.

Probatica. Ibi ignis sacer in aquam conversus & econtrâ. Etiam ibi inventum lignum in Christi cruce, cuius aqua rubens. 181. n. 2. Iuxta illam Virgo Mater primam lucem vidit. Ibid. Unde dicitur Templum? n. 3. Quando facta? Ibid.

Pithægia.

Festa. 96. n. 14.

Planeta.

Canctorum qualitates & naturæ. §. 4. n. 11. Eorum essentialia dignitates, ac domus, & quibus in Signis. n. 12. Facies. n. 16. Triplicitates. n. 14. Fortuna & virtus. num. 12. Exaltationes. n. 13. Fines & termini. n. 15. Aspectus & radiationes. n. 17. Quid sit, Planetas esse in carpento? n. 16. In corde Solis? n. 12. Quid Planeta Vacuus, ferinus, peregrinus & combustus? n. 16. Qui illorum gradus luridi & puteales? n. 18. Art. Planetarum. 382. n. 18.

Plataa.

Nympha: eius spectro delusa Iuno. 376. n. 23.

Platanus.

Pythij aurea, donata Dario. 85. n. 4.

Plantus.

Pœta. Eius ingenium & sales. 298. n. 13. Obit. Ibid.

Plotinus.

Platonicus: eius mors & funus. 51. n. 14.

Plutus.

In sinu Pacis & Fortunæ. 231. num. 7.

Pluvia.

Deus pluviz. 313. n. 26. Pluvia scrotina inter Hebræos. 588. n. 2. Dolia in pluviam & siccitatem. 313. n. 26. Plu-

via aurea nascente Minervâ. 27. n. 13. Ex pelle capræ Iovis descendit. 415. n. 14.

Plyntberia.

Sacra vel Adonia. 244. num. 24.

Pœnitentia.

Eius imago. 63. n. 16.

Polenta.

Quid sit? 589. n. 4.

Polycrates.

Tollitur in crucem. 91. n. 13. Eius annulus in signum felicitatis. 90. n. 11. Somnium filiz. n. 13.

Polydamas.

Quis & eius virtus? 97. n. 17. Gesta & fatum. Ibid.

Polydus.

Eius draco & medicina. 431. n. 20. Spiritum vaticinandi dedit Glauco, cui vitam restituit. Ibid.

Polyxena.

Priami filia. 560. n. 33. Se interimit ad Achillis sepulchrum. n. 34.

Pompeius.

Magnus favit Hyrcano adversus Aristobulum. 151. n. 8. Vitis aurea ei ab Aristobulo dono concessa. 84. n. 3- 151. n. 7. Obsidet Ierusalem. 297. n. 7. Expugnat. 304. num. 17. Obsidet templum. n. 15. Illustre Pompeij facinus. 428. n. 10. Fides eius erga Syllam. 381. n. 17. Pompeij annulus. 547. n. 13. Eius caput tumulatur Alexandriæ ad columnam. Ibid. Eius sacellum titulo Nemesis. Ibid. Eius filius *Cneus* occiditur. 492. n. 22. *Sextus* fugit & occiditur. n. 23. Miserabilis fuga. Ibid.

Pomponius.

Atticus. Eius gesta, fatum & monumentum. 607. à n. 16.

Pontifex.

Maximus inter Romanos. Eius domus in 2de Vestz. 404. n. 15. Proventus dignitatis unde? n. 25.

Porrina.

Quæ & quorsum Dea? 85. num. 6.

Porfenna.

Etruriz Rex. Eius cum Romanis foedera. 144. n. 7. Liberalitas. n. 8. Fuit aruspex. n. 101. Eius labyrinthus. Ibid.

Porta.

Templi sacri spontè aperta. 555. n. 16.

Portenta.

Sacra. 31. n. 9--99. n. 9--188. à n. 10--441. n. 5--567. n. 14--593. n. 20. Prodigium singulare. 411. n. 5--584. n. 13. Ad quæ portenta adhibitz procuraciones? §. 7. num. 2. Varia prodigia. 171. à n. 10--369. n. 16. Varia expiamina. §. 7. à n. 1.

Postuerta.

Quodnam Numen? 85. num. 6.

Potentia.

Imago & sacra. 189. n. 13--379. à n. 9. Discrimen Potentiz & Potestatis. num. 10.

Præsepe.

Constellatio. Quare dicatur Iovis? 312. n. 22.

Prætexta.

Quid inter Romanos? 448. n. 14. Quando qui Prætores exuebant vel in sella Curuli? Ibid.

Index Generalis.

Pratores.

Forum electio & quando prima? 448. num. 14. Insignia Prætorum. Quid Prætor Urbanus & Peregrinus? Ibid.

Praxidice.

Sacra & imago. 189. à num. 12.

Praxiergida.

Orgia & sacra. 244. num. 24.

Primogenitus.

Eius privilegia inter Hebræos, & cæli Egyptianorum. 457. à num. 5.

Priſtrix.

Piſtris, vel Priſtris, Constellatio, dicitur Piſcis Notius. 165. num. 3.

Proba.

Falcom. Eius dotes & nobilitas. 276. n. 18.

Procyon.

Vid. Canicula. Fabula scitula de Procyone & Tauro celesti. 4. n. 5.

Prodigia.

Vid. Portenta. Quæ & quanta in exitu Israel de Egypto, & in itinere per 40. annos. 426. à n. 3-457. n. 5. Etiam exhibita Ethnicis è caelo. 383. n. 23. Prodigia in caelo & terra in Incarnatione & morte Christi. 554. n. 13. Etiam in resurrectione. 575. n. 6.

Prætus.

Eius certamen cum Acrifio. 210. n. 23. Mutatus in saxum viâ Gorgone. num. 23.

Progamia.

Festa. 68. n. 16.

Promachia.

Sacra. 91. n. 14.

Prometheus.

Eius facula. 403. num. 11.

Propitiatorium.

Arce federis perficitur. 223. num. 4.

Proscomia.

Inventio in eradendam pecuniam. 132. n. 18.

Proserpina.

Eius ara sub terra cum Plutone, seu Dite. 394. n. 9-434. n. 12. Templum & ritus sacrorum. 58. n. 18. Dicitur Proserpinalia, dicata Cereri & filia. Ibid. & 249. n. 17. Quanta in illis diaboli embolia! n. 16. Interrupta signo crucis. n. 17. In illis Proserpina apparebat. Ibid.

Protelea.

Sacra. 68. n. 16. In honorem Proteſlai, qui revixit. 587. n. 25. Sepulchrum eius ornavit Hephæſtion. 75. n. 7.

Proteus.

Quis? 385. n. 31. Templum & sacra Proteæ apud Egyptianos. 392. n. 20. Cur dicitur polyformis? Ibid.

Prothagoras.

Philosophus, Magus, athæus, ab Atheniensibus proſcriptus. 38. num. 30.

Providentia.

Eius sacra. 157. à num. 5.

Provincia.

In formam Provincias redigi, quid apud Romanos? 78. num. 4.

Prudentia.

Sacra & imago. 295. num. 11.

Pſammenitas.

Vel Pſammeniticus. Eius singulare ſepulchrum. 179. n. 8.

Pſyche.

Pulcherrima, cuius pulchritudinis ſignum? 560. n. 31.

Ptolomeus.

Lagi, quis? 215. num. 5. Dolo capit Ierusalem. n. 6. Ab illo erecta Alexandrina bibliotheca. n. 8. Ptolomeus Philadelphus, eius filius, additus literis. n. 13. An ab illo vel à patre congeries librorum? n. 8. Bibliothecam Dijs quibus dedicavit à n. 13. Per illum habemus translationem. 70. Interpret. n. 15. Eius mensa aurea in templo sacro. 285. n. 8. Interpretes remittit preciosis muneribus honoratos. 285. à n. 8. Tunc Turris & in ea Pharos erigitur. n. 13. Vid. Pharos. Ptolomeus Evergetes, cur ita dicitur? 144. n. 4. Irascitur in Iudeos, & Oniam II. n. 2. Placatur liberalitate Iosephi Tobie. num. 3. Vincit Seleucum Gallinicum, & reducit in Egyptum simulacra deportata à Cambyſe. Ibid. Interficitur à filio. n. 5. Ptolomeus Philopator. Eius victoria de Antiocho Magno industria sororis. 223. n. 5. Compescitur divinitus à clade meditata in Iudeos. 98. n. 5. Obiit. 412. n. 5. Ptolomeus Philometor. Eius embolium in Demetrium Sotere. 93. n. 4. Favet Ionathæ Machabæo. 296. n. 5. Rex fit Aſiæ. num. 8. Fato fungitur. 412. n. 5. Ptolomeus Pſyſcon, seu Evergetes II. Eligitur in Regem. 315. n. 8. Mendacissimus. 296. n. 4. Terretur, ne in Iudeos mitteret elephantos. 98. n. 5-315. n. 8. Ptolomeus Dionysius moritur. 547. num. 16. Ptolomeus Abobi quis? 55. num. 7. Iugular soecrum Simonem Machabzum. à num. 5. Obsidetur à Ioanne Hyrcano. 89. num. 7. Liberatur. n. 8.

Publius.

Dux Romanus post mortem locutus. 412. n. 5.

Pulli.

Gallinacæ. Augurium ex eis. 225. num. 11. Unde omen mortis vel faustum? n. 12. Quid illorum tripodium solistinum? Ibid.

Pulvinaria.

Quid in sacris? 9. 7. num. 3 - 274. n. 14.

Pulvis.

In lustrationem. 339. num. 9.

Purpura.

Privilegium tangentis purpuram in creatione Consulam. 8. num. 4.

Puteal.

Quid? 99. n. 9. Qualis expiationum puteus inter Indos? 9. 7. num. 7.

Pygmalion.

Eius olea. 439. num. 22.

Pyrene.

Eius incendium. 257. n. 3. Unde nomen? Ibid.

Pyrites.

Gemma. Eius conditiones. 541. n. 15.

Pyropus.

Unde ei splendor è langido restituatur? Ibid. Nostri an coruscet? n. 16. Quid olim pyropus? n. 17. An in Veneris Encadis templo? num. 15.

Pyrrhias.

Quis? 566. n. 12. Cur dicitur gratus? Ibid.

Pyrrhus.

Epirotæ. Eius annulus. 218. n. 14. Recedit ab Italia proſtra-

Index Generalis.

Arato exercitu. 337. n. 16. An ab eo Pythica saltatio? 127.
n. 15. Vid. *Ludi Pythici*.

Pythagoras.

Quid Iudus eius ad Lunam? 9. n. 5. Habuit Abaridis sagittam. 69. num. 18. Magus insignis, cum raris imposturis. 146. à n. 12. Eius studia pro Magia. n. 13. Sortilegia. n. 14. Preceptor fuit Zamolxis. 127. n. 18. Eius vanitas rideatur à rustico. 146. n. 14. Exultus perit. Ibid. Quando in Italiam venit? 91. n. 13. Eius statua in comitio. 104. num. 11. Descendit in antrum Trophonij. 463. n. 29.

Pythia.

Certamina. Vid. *Ladi*. Quanti plausus? 261. n. 16.

Pythias.

Et *Damon*. Eorum singularis amicitia. 590. à n. 10.

Pythius.

Quam dives? 38. n. 19--185. n. 4--549. n. 23. Munus insignis donatum Dario Hytaspis. 85. n. 4--513. n. 29--549. n. 23. Unde eius opes? 38. num. 19. Quomodo retractus ab avaritia? Ibid. Convivium exhibuit Xerxis copijs, à quo de-honoratur. 549. n. 23. Filium Pythij trucidavit ad instructionem copiarum. n. 22. Se vivum præ morte sepelivit. à n. 23. Modus. n. 24.

Python.

Serpens. 261. n. 16. Vid. *Draco & Serpens*.

Q.

QUERCUS.

Sichem, Bethel & quercus *Fictus*. 92. n. 1.

Quies.

Ut Numen culta. 237. n. 17. Vid. *Orium & Desidia*.

Quinquatria.

Maiores. 508. à num. 10. Unde Quinquatria dicta? Ibid. Continuatio festi. 517. à n. 9. Ritus. 538. n. 7. Facta quia maria aperta. 508. num. 12. Dicata Minervæ. num. 10. Translata. n. 14. Quid in quinquatrijs circulariori contigit? num. 13.

Quirinus.

Romulus. Ei ædes dicata. 178. n. 4. Quid & unde sacra *Quirinalia*? 272. n. 8.

R.

RABBATH.

Capitur à Davide. 589. num. 3.

Rachel.

Nascitur. 92. n. 1.

Raphael.

Occurrit Tobie juniori. 467. n. 4. Liberat eum à vorace pisce. 472. n. 5.

Rapsaces.

Tactus de caelo moritur. 128. num. 4.

Razias.

Arsidæus obit. 229. num. 2.

Rebecca.

Occurrit servo Abrahæ ad fontem. 143. n. 1. Illa in die spondetur. Ibid. Proficitur in Chananaam. 149. n. 1. Per-venit & nubit Isaac. 222. n. 2. Consuluit Deum de conceptu molestia. 283. n. 2--553. n. 7. Quomodo & ubi consuluit? 552. n. 7.

Regifugium.

297. n. 9--308. n. 10. 337. n. 13. Portenta in fugam. 308. num. 11.

Regulus.

M. Atilius vincit Carthaginenses. 95. n. 13. Tunc serpens occurrit immanis. Ibid. Victus sub fide Romam mittitur pro pace, quam in Senatu dissuadet. 99. n. 8. Cruciat in mortem, quam pertulit superior tormentis. Ibid.

Rempham.

Quis Deus? 76. n. 8. Eius stella. 539. n. 11. Vid. *Molech*.

Remus.

Ei cum Romulo dicatum templum. 304. num. 21. Eius statua in Romuli folio. Ibid.

Rex.

Sacrorum quare inter Romanos? 309. n. 11. Eius fuga? Ibid. Electus pro Regibus. 545. n. 7. Honores Regis sacrorum, & insignia. Ibid. Quis primus? num. 8. Quis primus è plebe? num. 12. Munia. num. 10. Ritus in Comitijs. n. 11. Nefas occidi. Ibid. Reginz & sacrorum dignitas officium cum infulis, quia uxor Regis sacrorum. 9. num. 3. 545. num. 9.

Rhampsanites.

Rex Ægypti. Eius ludus cum Cere in inferno. 370. n. 18. Gestæ. 424. n. 25. Ab inferis reversus est. 417. n. 23.

Rhamnusia.

Vid. *Nemesis*.

Rhea.

Vid. *Magna-Mater, Idea & Cybele*. Eius spelunca, in qua sacra, & imago. 474. num. 30.

Ridiculus.

Deus. 570. à n. 25. Quare ita appellatus? Ibid.

Rifus.

Sæcra. 569. n. 23. Victima sales & dicitia. num. 24. Eius imago cum Morte & Timore. n. 25. Cur nazia dicitur *Rifus*? n. 28. Qui è Trophonij lacu sine risu. 463. n. 27.

Roboam.

Rex Indæ, quis? 307. n. 4. Amittit regnum Israel. 327. num. 3.

Roma.

Vaticinium de eius existentia & magnitudine. 517. n. 11. Unde patria communis? 416. n. 17. Nolz Magicæ. 499. n. 13. Undique superstitionissima. §. 8. num. 20. Prodigium in æternitatem. 605. n. 10. Dea habitæ. §. 8. num. 20. Scutum celeste in eius protectionem. 387. n. 11. Quid Genius Urbis? §. 5. n. 7. Unde Capitolium? 35. n. 8. Romæ imago in Circo Maximo. §. 5. n. 7. Quænam sacerdotia Romanorum? 519. n. 17. Clades ad Alliam fluvium, & prodigium ad cladem. 235. n. 8. Galli Romam deserunt. 279. n. 12. Expiatio urbis post Gallorum discessum. n. 13. Clades ad Trebiam. 56. n. 13. Principium belli Gallici. 235. n. 8. Romanæ matronæ aurum offerunt honorarium in Apollinem Delphicum, quod solvitur à Camillo. n. 10. Decemviratus instituitur. 188. n. 3. Extinguitur. n. 9. Portentum in magistratus huiusce exterminium. n. 10. Recessio plebis in montem Aventinum. 469. n. 12. Primi tribuni plebis. Ibid. Quando creatio Regum. 151. n. 10. Seditio pro uno Consulatum è plebe. 90. num. 10. Quare Romæ genius Vesta & ignis? 404. n. 13. Unde Lanula in calcis Romanorum? 70. n. 3. Primum horologium Romæ. 178. n. 4. Romani studiosi in Indæor. 468. n. 6.

Romulus.

Illo nascente agnus locutus. 183. n. 9. Eius lituus & scutum inventa. 35. n. 7. Lituus illætas ab igne. Ibid. & 305. n. 22. Lancea floruit. 183. n. 9. Quando exaruit? Ibid. Templum ei & fratri Remo. 304. n. 21. Imago Romuli. 272. n. 8. Fabula de duratione eius statuz. Ibid. Opus in montibus

Index Generalis.

bus ad fugam. Ibid. Ludos Soli instituit. 8. n. 3. Trucidatur à Senatoribus. 272. à n. 9. Apothecosis. n. 10. Templum in eius honorem, quod incensum. n. 11. Porticus templi. n. 12. Ibi myrti in augurium. n. 11. Et lituus, & statua & equi marmorci. n. 12. Dicitur *Quirinus*. n. 10. Summè castus & pulvinaribus honoratus. n. 14. Forma & ornatus ædium. 178. n. 4-305. n. 22. Omnia tradita igni, sed restaurantur. n. 19. Sepulchrum Romuli. 104. n. 11. Latet. 206. n. 6.

Rosa.

Collectio rosarum. 529. n. 20. Tunc oratio magica ad Solem. Ibid. Color albus in purpureum. 263. n. 24. Rosarium ortum, nascente Minerva. 510. n. 17.

Rostrum.

Quis Romæ locus, & naves rostratæ? 56. n. 9.

Roxane.

Nuptiæ cum Alexandro Magno. 256. à n. 21. Inter feminas pulcherrima. n. 22. Infelix felicitate. Ibid. Mors. Ibid.

Rubus.

In Horeb illæsus ab igne, & quæ tunc miracula. 177. n. 2. Visio rubi ardentis. 418. n. 4-457. n. 5.

Rufus.

P. Rutilius. In eum Senatorum iniquissimum iudicium. 200. n. 10. Quam probus & constans in sententia improbè iara! Ibid.

Rusticus.

Equus & statua cuiusdam rustici Romæ liberatoris. 274. num. 13.

Ruth.

Venit in terram Israel. 497. num. 4.

S.

S A B A.

Regina, attulit in Indæam balsami plantam. 278. à n. 4. An adoraverit Ammonem? 579. num. 19.

Sabazia.

Festa execranda. 113. n. 5. Sabachus quis & unde? 118. num. 7.

Sabbatum.

Sanctum cur dictum? 563. n. 3. Superstitiones Iudæorum in Sabbato. Ibid. & 3. n. 7. Quid operis in illo licitum & illicitum? 563. num. 3.

Sabbaticebus.

Quis, & unde vestis eius uxoris? 552. n. 5.

Sacellum.

Quid dicatur? 3. n. 16.

Sacerdos.

Summus inter Hebræos, & eius privilegia. 497. num. 3. Sacerdotium in familiam Eleazarum. 64. n. 2.

Sacrarium.

Quid sit. 3. n. 16.

Sacrificium.

Inge quando cœpit? 419. n. 8. Cognitio litationis. n. 5. An ei quomodo per lapides Urim & Thumin? Ibid. Ordo & ritus apud Ethnicos. 3. n. 4. Ignis tunc ex quibus lignis? 3. n. 7. Tunc quo ritu incensum? 79. n. 6. Imposturæ sacrificulorum in miracula ficta. 37. n. 14. Ritus varij pro statione Deorum. 434. num. 12.

Sagitta.

Constellatio oritur. 34. n. 1. Sagitta-Abaris. 68. n. 17. Caput ornabatur sagittis quasi radijs. 190. n. 13.

Sale.

Obit. 271. num. 1.

Sallij.

Qui inter Romanos? 367. num. 11.

Salmanasar.

Rex Assyriæ, capit Samariam. 537. n. 5. In eam mittit Cuthzos. Ibid. & 101. num. 2. Honorat senioyem Tobiam. 537. num. 5. Obit. 349. num. 2.

Salmonens.

Thronus magicus & eius inventiones. 267. n. 15.

Salomon.

Nascitur. 258. n. 4. Firmatur in regno. 7. n. 2. Reponit & revocat Abiatharem ad sacerdotium. 20. n. 6. Interficat Adoniam. n. 5. Ioab & Semei. 26. à n. 7. Optat Sapientiam & impetrat. 92. n. 3. Iudicium de vera matre in lite mulierularum. 150. n. 3. Nuptiæ cum filia Pharaonis. 271. n. 2. Edificat muros Ierusalem. n. 6. Thronus eius in Persidem vectus, in quo haud valuit Assuerus sedere; & similem extruxit in votum. 350. n. 6. Accipit à Regina Saba plantam balsami. 278. n. 4. Sigilla Salomonis. 14. n. 15. Ter admonitus à Deo in respicientiam. 59. n. 4. Illi indicitur regni divisio. Ibid. Moritur. 211. n. 4. Unde illi mors? Ibid. Stans mortuus est. Ibid. Eius sepulchrum. Ibid. An adoraverit Iovem Ammonem? 579. num. 19.

Salandicus.

Quis? 471. n. 21.

Saltatio.

Pyrrhica. 3. n. 3-127. n. 15-136. n. 17-147. n. 17. Dicta *Enoplia* & *Belliepepa*. Ibid.

Salus.

Sacra. 104. n. 12-310. n. 15-598. n. 11. Aedes. 14. n. 16. Exusta. 145. n. 11. Templum. 598. à n. 9. Imago & ara. 14. n. 15-172. n. 12-310. n. 15-378. n. 4. Cum Iove & Hercule. 104. n. 12. Mensa. 49. n. 11. Porta. 598. n. 11. Augurium Salutis. 49. n. 11. Inter Aegyptios. Ibid. Quid & quando fiebat? 598. n. 12. Coma Saluti dicata. 173. n. 12-310. n. 15. Salus publica & imago. 14. n. 16. Imago Pacis in augurio Salutis. 599. n. 13. Collocata cum Fortuna & Castitate. 14. n. 16. Cum Esculapio. n. 15-30. n. 8-49. num. 11. Cum Pace & Concordia. 90. à n. 10-598. à n. 9. Imago. n. 13. Symbolum. 14. n. 15. Unde Romæ porta & collis salutaris? 598. n. 11.

Samael.

Quisnam malus Angelus? 537. n. 4-551. n. 5.

Samaria.

Capitur. 537. n. 5. Cur Samaritani dicti Idioræ? 239. n. 8. Vide *Cathai Samaritana* mulier Fotina. Eius conversio & pugna pro fide. 48. num. 5.

Samson.

Nascitur. 264. n. 4. Sternit Philisthæos cum maxilla asini. 198. n. 3. Tunc illi data aqua miraculosè. n. 4. Supportat ostia Gaza. 245. n. 2. Tertia victoria de Philisthæis. Ibid. Moritur. 553. n. 9. An gigas? 247. n. 2. Sepelitur in Dan. 574. n. 3. Fons Samsonis. 198. n. 4.

Samuel.

Optatur à matre. 459. num. 11.

Sanabalete.

Deficit à Dario in Alexandrum Magnum. 107. n. 7.

Index Generalis.

Sanctuarium.

Promoveantur opera in eius ornatus. 19. n. 2. Cuncta pertineant. 278. num. 3. Vid. *Templum & Tabernaculum.*

Sanitas.

Eius imago. 210. n. 15. Vid. *Salus.*

Sara.

Uxor *Abrahe.* Eius mors. 322. n. 7.

Sara.

Raguelis. Orat ex contemptu ancillae procacis. 445. n. 2. Eius oratio exauditur à Deo. 459. n. 12. Nubit *Tobia* iuniori. 597. n. 5.

Saturnalia.

Vel *Saturnia.* 365. n. 7-539. n. 11. Saturnalia ferivorum. 339. n. 22. Fœminarum. 365. n. 7. Apud *Troezenos.* 339. n. 22. *Saturnus* idem cum *Iono.* 49. n. 8. Navis *Saturni.* n. 7. Eius in *Italiam* appullus. Ibid. *Ærarium publicum* in eius æde. Ibid. n. 8. & §. 6. n. 8. Dicitur *Moloch.* 504. n. 28. Cum illo sacra peracta. 539. n. 11.

Satyræ.

Illorum habitus in ludis. §. 5. n. 3. Quando creati iuxta *Rabbinos.* 458. num. 10.

Saul.

Ungitur in *Regem.* 76. num. 1. Confirmatur in comitijs *Maspha.* 432. n. 5. Prophetat. 47. n. 1. Truncat *Sacerdotes.* 64. à n. 2. Quare septem eius filij crucifiguntur. Ibid. & 487. num. 4.

Scava.

M. Cæsius. Eius virtus. 599. n. 15.

Scavola.

Vid. *Murius. Q. Scavola* fides pro amico. 213. n. 12.

Sceptrum.

Juda. 554. n. 14. *Romuli.* 35. n. 7.

Schola.

Ardeliones in scholis. 429. n. 15. Illorum audacia & veritas. num. 16.

Scientia.

Columnæ Scientiarum. 321. num. 4.

Sciencia.

Festum quale? 325. n. 18.

Scilla.

In quodnam munus illorum usus? 465. n. 34.

Scioli.

Thracones, vaniloqui, & eorum audacia. 429. n. 16.

Scipio.

Maior Africanus, dicitur, à succubo sub forma draconis. 114. n. 6-567. à n. 15. Patrem liberat à morte. 56. n. 13-567. n. 16. Inter Romanos primus dicitur *Cæsar.* num. 15. Commendabilis continentia. n. 16. Eius hypocritis. n. 18. Exul voluntarius. n. 17. Sepulchrum. n. 19. *Scipio Asiaticus,* unde ita notus? 297. n. 10. Occiditur. Ibid. *Scipio Minor,* etiam *Africanus* dicitur, & *Æmilianus,* & *Numantinus,* provocantem *Hispanum* interfecit. 471. n. 21. Mors. 115. n. 2. *Scipio Asiaticus.* Eius gesta. 338. n. 18. *Scipio Nasica* signatur ad Matrem Deorum è *Phrygia* suscipiendam. 584. n. 2. Eius probitas ob quam suscepit. n. 15.

Scorpius.

Lucida stella Signi dicitur *Cor Nepæ.* 581. n. 1. Influxus. Ibid.

Scotusa.

Conditio aquæ eius lacu. 27. num. 17.

Scutum.

Martis. 165. n. 3. Cæleste in *Romæ* protectionem. 367. n. 11. *Minerva* è simulacro lapsum. 512. num. 24. *Scutum* stemma militantium. Ibid. In scuti umbone lapis specularis. 542. n. 17.

Scylla.

Quæ nympha & monstrum. 165. num. 3. Imago. 231. num. 6.

Scyra.

Et *Scyrophoria* sacra. 449. num. 17.

Scyrus.

Lapis. Eius conditio. 230. num. 4.

Scythæ.

Unde? 71. n. 4-494. à num. 28. Munera eorum ad *Darium.* n. 29. Ritus in eorum federe. 90. n. 12. Aurum eorum prodigiosum. 494. n. 28. Sacra & illorum ritus. 249. num. 18.

Scriba.

Quis scriba inter *Ægyptios,* & insignia ministerij? 107. num. 1.

Securitas.

Eius imago cum Severitate. 380. n. 12.

Sedecias.

Rex *Juda,* an frater *Iechonix?* 54. n. 4. Præficitur prius varus quinque *Regibus.* 302. n. 10. Renuit tradere urbem vel consiliante *Ieremia.* 215. n. 4. Obiit. 328. n. 5.

Segatia.

Dea. Eius sacra & imago. 324. n. 14. Nefas eam nominare. Ibid. n. 9.

Seius.

Cneus, quis? 194. n. 12. Eius equus. Ibid.

Selene.

Sacra. 575. n. 8. Quæ femina & cur dicta *Magna-Mater?* Ibid.

Seleucus.

Nicanor, Rex *Syriæ,* munera mittit templo sacro. 139. n. 5. Omen in regnum, & annulus eius. à n. 6. Amissus reperitur. n. 7. Ignis in eius felicitatem spontè accensus. Ibid. Unde felix & infelix? n. 8. Mors. Ibid. Redit *Milesijs* statuam quam tulerat *Xerxes.* 442. n. 6.

Selum.

Occidit Regem *Israel.* 47. n. 2. Occiditur. Ibid.

Sem.

Filius *Noc,* obiit. 334. num. 1.

Semele.

Ridicula *Bacchi* conceptio. 324. n. 15. In arca inclusa morti exponitur. n. 16. *Arist.* n. 15.

Semiramis.

Exponitur. 227. n. 17. Nutritur à columbis. Ibid. & 513. n. 30. Eius altus in regnum. n. 33. Eius filia. n. 30. Consultit oraculum *Iovis Ammonis.* n. 31. Ab illa condita *Babylon.* Ibid. Non apparuit in columbam conversa. Ibid. Mors. n. 32. Sepulchrum. à n. 33. Eius stola. n. 31. Imago. num. 34.

Semma.

Eius victoria & singularis virtus. 198. n. 5.

Senatus.

Legitimus quid sit? 60. n. 9-183. n. 9-240. n. 14. Senatus *Senatus* propter por tentam sub *dio.* 60. n. 9. *Senatus* fœminarum. 61. n. 11.

Index Generalis.

Senectus.

Eius sacra cum Paupertate. 438. n. 22.

Sennacherib.

Rex Assyriæ, regnat. 349. n. 2.

Sephora.

Uxor Moyſis circumcidit filium. 186. n. 3-191. n. 8.

Sepulchrum.

Semiramidis. 514. n. 33. Terci, & victima in iustis. 281. n. 18. Quare olim inhibet oblationes super sepulchra? n. 16. Theſauri in sepulchris. 70. n. 2. Vid. *David*, *Herodes* & *Ioan. Hyrcanus*. Sepulchrum Antzi. 427. n. 9. Trium puerorum sociorum Danielis. 434. num. 10.

Serapis.

Imago. 346. n. 16. An Apis Serapis? Ibid.

Serpens.

Paradisus qualis? 551. n. 5. Serpens Charibœa. 417. n. 22. Annus signatus per serpentem. 10. num. 7. Etiam medicina. à n. 10. Serpentes cogitabantur Lares. n. 11. Serpentes sacri sepulti in templo Iovis Thebani. 377. n. 25. Serpentes in templis, vid. *Dracones*. Serpens immanis. 95. num. 13. Quorsum serpens stipiti circumplexus? 486. n. 1.

Sertorius.

Fugit Syllam, & cæditur. 417. n. 9. Erexit Oſcæ achademiam. n. 10. Eius cerva. num. 9.

Servilius.

Marcus. Eius victoria de Carthagenſibus. 213. n. 22. *Q. Servilius* Cæpionis perfidia. 471. à n. 20.

Servitus.

Sexta servitus filiorum Israel in terra Chanaan, excutitur. 198. n. 3. In Ægypto fuerunt idololatæ, servientes simulacris. 25. n. 4. Servi olim à sacrificio expulsi. 22. n. 13.

Servus.

Tullus oritur. 35. n. 8. Interex creatus occupat regnum. 95. n. 12. Censuſ populi ab eo institutus. 447. n. 11. Erexit templum Dianæ Aventinæ. 605. à n. 9.

Sesac.

Quis? 401. n. 4. Spoliat Ierusalem & templum. 400. n. 2. A Sesostris, & à quo victus? num. 6.

Sesostris.

Natalis, gesta ac statuz, 86. n. 9-108. n. 8. Eius colofus harmonicus. Ibid. Navigium cur ei dicatum? num. 7. A quo victus? n. 8. & 400. n. 2. Quæ fecerit? n. 3.

Setb.

Filius Adam nascitur. 320. n. 1. Eius encomia, libri, rapta & revelationes. n. 3. Columnæ. n. 4. Splendor vultus. n. 3. An ab illo characteres Hebraici? n. 2. Eius volumina. n. 3. Moritur. 327. n. 1. Sepulchrum. n. 3.

Severitas.

Sacra. 379. n. 9. Imago. num. 12. Cum Securitate. Ibid. Cum Superbia. n. 13.

Sextilia.

Virgo Vestalis suffoditur. 11. num. 3.

Sibylla.

Nomen commune feminis fatidicis. 502. n. 22. Quid vaticinata? 500. n. 14. Earum libri. Ibid. Exulsi. num. 13. Illarum imagines & prophetiæ. num. 14. Nomina Sibyllarum. Ibid. Sibylla *Cumana* an eadem cum *Cumea*? 501. n. 18. Desistit Apollinem. n. 19. Imago. n. 18. In eius tem-

plo cur lapis Onobatis? Ibid. Eius Sepulchrum. Ibid. Cur mortua? n. 21. An illa floruerit sub Tarquinio? n. 12. *Sibylla Tybartina*. Eius imago, lucus, fons, sortes & vaticinia. 381. à n. 15. Alia imago. 501. n. 17. *Sibylla Erythraea* unde. n. 12. & 15. Ur nata locuta. Ibid. Eius Sepulchrum & imago. Ibid. Cur dicta *Cumea* & in vocem redacta? n. 11. *Sibylla* nomine *Carmenta*. 501. n. 20. *Cassandra*, *Sarnia*, *Herophile* & *Sambete*, filia Noe. n. 22. *Troiana*. 46. num. 22. *Sibylla Lugdunensis*. 503. num. 23.

Stelion.

Sacrum. 465. num. 34.

Sibem.

Vid. *Samarria*. 92. n. 2. Ibi sepulchrum Ioseph & eius fratrum. 186. num. 2.

Siclus.

Tempore circumcissionis Israel. 441. num. 3. Qua figura Iosue formavit? Ibid.

Signa.

Cœlestia. Eorum imagines, qualitates, facies, triplicitates, fines, termini, influxus, & fabulæ. Vid. *Ilagog*. Mensuræ. Nomina Signorum. §. 4. n. 8. Qui illorum gradus? n. 9. Quomodo notus Solis ingressus in Signa? n. 21. Signa Borealia & Australia. n. 6. Eorum ascensiones rectæ & obliquæ. n. 10. Quæ Signa mobilia, fixa, communia, masculina, feminina, diurna, nocturna, orientia, occidentia, audientia & videntia, &c. Ibid.

Simeon.

Iustus, discipulus & filius Hillelis? 218. num. 17. Eius in tempore florebant in Sanctuario præca prodigia. 554. num. 24. Mors. 21. num. 11-182. n. 7.

Simia.

Perturbat sortes, ut cognoscatur religionis veritas. 79. num. 8.

Simon.

Beniaminita. Eius calumnia in Oniam sanctum. 198. n. 6. Frater Menelai, pseudo-pontificis. 571. num. 5. *Simon Machabeus*, expugnat Bethsuram. 378. n. 7. Sufficitur pro Ignatha in Ducem & Pontificem. 259. n. 8. Paciscitur cum Nicatori 336. n. 9. Sub illo suscitatum regnum Iudæorum. 372. n. 8. Occiditur à genero. 54. à n. 5-265. n. 9. Sepelitur. 55. n. 8.

Simulatio.

Dec. 295. n. 11. Quo intuitu? Ibid.

Sina.

Quæ apud illos dies nihil, & civium protervia in fine anni? 347. n. 22. Proterebant & urebant suorum Numinum simulacra. 398. n. 27.

Socordia.

Eius zdes & imagines. 435. à n. 13. Vid. *Oriam*. Socordia animal. 435. n. 14.

Socrates.

Oritur. 201. n. 15. Eius nex cur dilata? 340. n. 24.

Sol.

Eius productio. 466. n. 1-523. à n. 1-526. n. 10. Stetit sub Iosue. 364. n. 3. An eius cursus mutatus in exitu Israel de Ægypto. 458. n. 8. Quatuor Solis uræ. 525. n. 5. Nomina. Ibid. Equi. n. 6. Tres Solis. 145. n. 11. Sol dictus *Attinus*. 556. num. 19. Imago inclusa crystallo. 10. num. 7-438. num. 20. Sol in antro. 325. num. 19. *Orbiticus* Solis. §. 5. num. 7. Templum. 10. n. 7-265. n. 9. Apud Iudæos. 438. n. 20. Templum Soli & Lunæ. 376. n. 22. Mors

Index Generalis.

Solis & Lunæ. 575. n. 8. Eius aræ cum igne perpetuo, & quomodo? 403. n. 11. Imago Solis cum malleo & clavâ ferrea. 397. n. 27. In templo Deæ Syriæ imago suspensa in aere 573. n. 37. Collocata inter Necessitatem & Violentiam, inter Amorem & Venerem. 63. n. 17. Sub Hori specie. 580. n. 24. Eius facies ex quatuor ætatibus. 325. n. 19. Solis stationes. Ibid. Fons Solis. 354. n. 19. Cur dies dicti Soles albi & nigri? §. 8. n. 3. Imago Solis pennata. 37. n. 15. Cum Granis. 135. n. 12. Sol invictus & eius imago. 207. n. 11. Cur Phileus dictus? 442. num. 6. Colossus Solis radiatus. 122. n. 13. Spelunca duplex, quarum una semper illustrata Sole, alia nunquam. 557. n. 20. Cur Sol & Luna in spheris non habent facies? §. 4. n. 15. Sol, vel Horus, Rex Ægypti eius festum, & quare? 438. n. 20. Mulier pariens Solem. 442. num. 6.

Somnia.

Varia. Pharaonis. 497. n. 3. Scrvorum eius. 467. num. 2. Nabucbi. 308. num. 7.

Sopater.

Philosophus, Magus. 313. n. 26.

Sophocles.

Tragicus curatus ab Hercule. 442. n. 9. Fatus. Ibid. & 206. n. 6. A filijs dementiz accusatus. 442. n. 9. Diluctus Æscalapio & Libero-Patri. Ibid.

Sortes.

Vid. Aman. Sortes terræ promissæ. 370. n. 2. Fortunæ Præsentinz. 15. n. 17. Ubi perturbatæ à Simia? 79. n. 8.

Spectacula.

Romæ quotidiana. §. 5. n. 1. Vid. Ludi.

Spectra.

131. n. 17-189. num. 11.

Specula.

Dicta Sanctuarijs. 191. n. 2. Speculum in insula Pharo. 287. n. 15. Ex ære. 542. n. 17. Speculum Laidis. 445. n. 16. Quo in speculo videatur species mulierum. Ibid.

Spelaita.

Sacra Magnæ-Matri. 339. n. 21.

Spelunca.

Duplex. 552. n. 6. An in ea sepulti filij Iacob. 186. n. 2. Spelunca Regum Magorum. 42. n. 11.

Sphæra.

Cælestium spherarum varietas & ordo. §. 4. à n. 3. Eorum Genij, Præfides & Decani. à n. 4. Domus. n. 19.

Sphinx.

Laij Regis Thebarum filia. 332. n. 20. Monstrum, & cuiusnam formæ. n. 16. Cur facie virginis & capite leonis? n. 18. Sphinx Memphisica. n. 17. Thebana. n. 19. Eius ænigma. Ibid. Comes Magnæ-Matris. n. 18. Cum Minerva & Idæ. 311. à n. 21. Quorum mysteriorum symbola apud Ægyptios Sphinges? 331. n. 17.

Spolia.

Quid in triumphis spolia opima? §. 6. n. 10.

Stata.

Mater, Eius templum & sacra. 422. n. 18. Eius imago contra ignem. Ibid.

Statua.

Aurea in templum Ierosolymitano. 115. n. 1. Unde apud Ethnicos statuarum ornatus & veneratio? §. 8. n. 4. Quanta? n. 14. Quæ Pariter, Magnæ, Maiores, Maxime, & quibus? n. 10. Acbillæ, Militares, Togæ, Triumphales, & Equæ-

stret? n. 9. Quæ, & quibus Iconicæ n. 13. Dedicatiois forma. n. 11. Sub alicuius Numinis tutela. n. 4. Infania Græcorum erga statuas. n. 7. Nec moveri, nec tangi quibant. n. 14. Ritus in statuibus Deorum. n. 15. Quandiu Romani sine illis? n. 7. In triumphis & funeribus delatæ. n. 12. Illarum inventio, & honor, & unde? à n. 3. Statua indigno ignominia. n. 6. Qui despexerit? n. 3. Intuitus in erectione. Ibid. Materia, habitus, & situs forma. à num. 9. Statua. Ibid. Quando asylum? à n. 14. Quæ prima Romæ? n. 11. Statua Magicæ & fatales. n. 12. Arte dæmonis motæ. 591. à n. 15. Statuis pluit. §. 8. n. 17. Ex montibus statua formata. n. 5. Statua portentosa. Ibid. Ex margaritis extracta. n. 10. Cur denegata Dario Hystaspis Victori Ægypti? num. 6. Statua Theodorici Regis prognostica. n. 12. Statua ærea in auream conversa. 581. n. 26. Portentum statuarum Diomedis. §. 8. n. 14-125. n. 10. Statua in bibliothecis. §. 8. n. 8. Statua Larales quarum & quorsum? 162. n. 9. Qua de causa statua Equestres concessæ? 113. n. 4. Statua Ægiæ. 206. n. 27. Adiaci. 482. n. 22-522. n. 24. Emiliæ, virginis Vestali. 528. n. 16. Æneg. 540. n. 15. Alexandro Magno. 72. n. 7. Memnenio Agrippæ. 469. n. 12. Annibali. 57. num. 14. Amilcari. 333. n. 23. Antigono primo. 22. n. 14. Antonio Musa. 14. n. 16. Arcefilao. 569. n. 20. Aristæ. 289. n. 21. Aristogitoni. 339. n. 20. Aristoteli. 449. n. 15. Arsinæ Reging. 143. n. 21. Asclepiadi medico. 204. n. 24. Augusto. 115. num. 1. Cassandæ. 46. num. 22. C. Iul. Cesari. §. 8. num. 13. Cum Venere Genitrice. 422. num. 18-473. num. 26. Catoni Censorino. 461. n. 21. Cæopi. 159. n. 11. Chimoni. 221. n. 7. Cippo. 94. num. 9. Claudie. 368. n. 13-584. n. 13. Cleostrato. 232. n. 9. Coeliæ. §. 8. n. 11-220. n. 22. Crateri. 23. n. 15. Cynisse. 441. n. 4. Diomedis. §. 8. n. 14-125. n. 10. Duilio. 298. n. 11. Epaminondæ. 347. n. 23. Euclidis. 439. n. 25. Europæ. 398. n. 23. Eubotæ. 142. n. 20. Fabricio Susicino. 395. n. 13. Faustulo. 104. n. 11. Geloni. 504. n. 27. Grachis. 100. n. 12. Gorgiæ Leontinæ. 294. n. 9. Gorgiæ Epirotæ. 588. n. 26. Harmodio. 339. n. 20. Hætori. 580. n. 25. Herennio. 421. n. 16. Hermodoro. 298. n. 12. Hippodamio. 318. n. 18. Hiramio Tyri Regi. 23. n. 16. Horatio Cælii. §. 8. n. 11-103. n. 9. Isidi. 52. n. 18. Iun. Bruto. 337. n. 13. Iun. Valenti. 95. n. 12. Laito. 549. n. 20. Leonidæ. 244. n. 25. Lichæ. 349. n. 20. Lino. 106. n. 17. Lycargo. 147. n. 16. Lyfandro. 387. n. 36-484. n. 27. Mamilia. 528. n. 16. Mamurio. 367. n. 12. Manio Martio. 534. n. 17. C. Mario Gratidiano. 78. n. 4. Melampo. 430. n. 19. Miltiadi. 200. n. 12. Miloni Crotoniæ. 384. n. 26-443. n. 10. L. Minutio. 106. n. 8. Mitbridati. §. 6. n. 3-§. 8. n. 14. Mnësibulo. 283. n. 24. Nabucho. 455. n. 17. Ællio Navio. 99. n. 9. Nicofrato. 91. n. 14. Nitocri. 127. n. 16. Nama. 82. n. 5. Othavio Herennio. 421. n. 16. Oibotæ. 333. n. 22. Orpheo. 326. n. 20. Pausania, Spartæ Regi. 306. n. 25. Pelopi. 259. n. 15. Philippo Amyntæ. 72. num. 7. C. Fur. Pbiloni. 449. n. 16. Philopemini. 319. n. 19. & 22. Pbaronio. 154. n. 18. Phocioni. 513. n. 27. Phryne. 23. n. 15-83. n. 7-157. n. 6. Polycii. 86. n. 7. Polydamanti. 97. n. 17. Pompeio ex margaritis. §. 8. n. 10. Porseæ. 145. n. 8. Promacho. 91. n. 14. Protefilao. 587. n. 25. Pyndaro. 62. n. 14. Pythagoræ. 104. n. 11-146. n. 12. Rhampsintho. 424. n. 25. Rustico Mago. 274. n. 13. Sabazio. 118. n. 7. Samsoni. 574. n. 3. Scævæ. 599. n. 15. Scipioni. 568. n. 19. Semiramidi. §. 8. n. 5. Seiano. n. 13. M. Sergio. 15. n. 17. Marc. Servilio. 212. n. 12. Servo Tullo Sestofri. 86. n. 9. Sibyllis, Cumæ. 104. n. 11. 501. à n. 18. Tyburring. 380. à n. 15. Silvano. 15. n. 17. Simoni Mago. §. 8. n. 13. Socrati. 337. n. 14. Sepocii. 442. n. 9. Soli, Ægypti Regis. 438. n. 20. Spurio Cassio. 53. n. 21. Syllæ. 213. n. 12. Taurostheni. 300. n. 16. Themistocli. 200. n. 12-209. n. 18-439. n. 22. Theodorico Regi. §. 8. num. 12. Theodoro. 158. n. 8. Tbulæ. 550. num. 25. Tiberio. 569. num. 22. Trafibulo. 178. num. 7. Trebio. 534. num. 17. Tuori. 550. num. 25. M. Tritano. 428. num. 12. Iun. Valenti. 95. num. 12. Valeria. 220. num. 23. Vexori. 63. num. 17. Ad. Varroni. 121. n. 8. Xenocrati. 276. n. 20.

Stella.

In Firmamento duntaxat 1022. præter Planetas. §. 4. n. 5. Quid illarum ortus & occasus Cosmicus & Heliachus? n.

Index Generalis.

1. Ordo & numerus Constellationum. à num. 5. Qui Polus stellis vacuus, & qui ornatus sideribus? n. 6. Quid sint phenomina & myriogenes illarum? n. 2. Deliria & phenomina. n. 4. Vanitas influxus stellarum in actiones libera. 9. 3. à n. 4. Stellæ Veneris mutatus situs, color & splendor. 475. num. 32.

Stefichorus.

Poeta. Eius natalis. 222. n. 32. In eius ore Luscinia cecinit. Ibid. Excæcatur, sed lumini per Helenam restituitur. n. 30. Monumentum. num. 32.

Strenæ.

Dea, & eius imago. 8. n. 4. Quid strenæ & à quo? Ibid. Cur strenæ inhibitz in Ecclesia primitiva? n. 5. Etiam inhibitz strenæ feminaram. 169. n. 3. Strenæ Augusti Imper. n. 15. Strenæ Iovis. 368. n. 13.

Stultitia.

Eius imago & quare cum Minerva? 429. n. 13. Unde sapientia velamine stultitiz? n. 14--94. n. 10--318. num. 11. Stulti sapientiâ, qui? à n. 15.

Suffibulum.

Quid, & virginibus Vestalibus quarus honor! 405. n. 17.

Suovetaurilia.

Sacra. 172. n. 12.

Superbia.

Eius imago cum Severitate. 380. n. 13.

Sybaris.

Destructa. 443. à n. 10. Quo stratagemate? Ibid. Equi in illa tripudiarij. n. 11. Omen in garo ad eius ruinam. n. 12. Causa cladis. Ibid.

Sylla.

Cornel. qui Felix dictus. Eius fortuna. 31. n. 9. Somnium. Ibid. Caput Athenæ & bibliothecam furatur. 369. num. 16. Mors. 381. n. 16. Morbus. Ibid. Funus & pompa. num. 17. Erga Syllam fato functum fides Pompeij. Ibid.

Synagoga.

Prima Synodus Synagoge sub Iosue. 411. n. 2. Quinta sub Cyro Rege Perlatum, quæ dicta *Synagoga magna*. 238. à n. 4. Qui ibi interfuerunt, & qui Præses? n. 6. Decreta. n. 7. Tunc mutata forma chatacterum Hebræorum. num. 8. Esdra huius Synodi notarius. n. 6. Sexta Synodus sub Alexandro Magno. 102. n. 4. Decima sub Herode Ascalonica. 35. n. 6.

Syria.

Dea. 165. n. 2. Imago. Ibid. & 573. à n. 37. Dea Deorum. n. 38. In eius templo mira & varia simulacra, & gemmæ. n. 36.

Syrophanes.

Quis? 162. num. 8. Gesta. Ibid.

T.

TABERNACULUM.

Sacrum. Promouentur opera in eius erectionem. 19. n. 2--87. n. 1. Consummantur cuncta. 284. n. 2. Erigitur. 300. n. 2--363. n. 2. Consecratur. Ibid. & 564. num. 6. Oblatio Principum in dedicatione à die primo Nisan. num. 2. In illo Arca & tabulæ legis, propitiatorium & Cherubim. 223. à n. 4--363. n. 2. Altare Thymiamatis. 112. num. 2. Holocaustorum. 177. n. 3. Candelabrum. 363. num. 2. Labrum æneum. 191. n. 2. Velum. 155. n. 1. Divisum in atrium, Sanctum & Sancta-Sanctorum divisione cortinarum. 115. n. 1. An ante Tabernaculum Fœderis intèr Hebræos alia sacra Tabernacula? 300. à n. 3. Transferitur to-

tum in Silo à Iosue, quod pòst in Gabaon. 64. n. 3. Quæ urbs Tabernaculorum? 24. n. 3.

Tacita.

Dea, & quare dicta Tacita? 282. n. 20.

Tages.

Deus. 267. n. 16. In forma pueri pro magia apparuit & disparuit. n. 17.

Talo.

Præco Minois, cuiusnam conditionis? 485. n. 34. Complexu urebat delinquentes. n. 33. Interfectus à Medea. n. 35.

Tanaquilis.

Imago ex imagine Minervæ. 511. n. 19.

Tanes.

Quæ civitas in Ægypto? 250. n. 2.

Tarpeia.

Proditio eius, funestaque mors. 35. n. 8.

Tarquinius.

Vestalis honoratur à populo Romano, vel expulsi cognatis. 337. n. 14.

Tarquinius.

Superbus perfidus & dolosus. 316. n. 9. Sextus Tarquinius patrem imitatur. Ibid. Tarquini expulsi. n. 10. Prognostica. Ibid. & 309. n. 11. Superantur. 337. n. 20. De illis victoria Romæ denunciatur à Diocuris. 140. n. 13. Tarquiniolorum aula diruta. 329. n. 10.

Tartari.

Eorum ferale convivium. 348. n. 16.

Taurilia.

Seu *Taurobolia* sacra Magæ-Matris. 576. n. 11.

Taurosphenes.

Victoria & prodigium. 300. n. 16.

Tellurus.

Deus. 309. n. 12. Sacra & ritus. Ibid.

Tellus.

Vel *Terra*. Sacra. 309. n. 12. Templum & imagines. à n. 13--135. n. 11. In eius templo armamentum. 309. n. 12. Cur dicta læta & tristis? 556. n. 18. Tellus Magna-Mater & imago. n. 19. Vid. *Temis*. Cur vocata *Heribum*? 309. num. 12. Ritus sacrorum. num. 14.

Temorlanus.

Vel *Tamorlanus*. Eius donaria pretiosa. 84. n. 4.

Tempestas.

Prognosticon tempestatum. 9. 4. n. 22. Quomodo tempestas placabatur. 436. à n. 15. & 21--493. n. 23. Imitans sacris Cabirijis immanis à tempestatibus. 58. n. 17.

Templum.

Quid apud Ethnicos? 5. 8. n. 16. Quæ vela in templo sacro? 155. n. 1--554. à n. 13. Vid. *Tabernaculum*. Expicitur per Ezechiam. 420. n. 8. Templum secundum per Zorobabelem perficitur. 303. n. 16. Dedicatur. n. 1--420. n. 8--537. n. 5. Obsidetur à Pompeio. 304. n. 18. Dum restantur ab Herode, interdum non pluit. n. 7. Scelus aures in Herodis templo. 115. num. 1. Portæ eius suavitèr ponderis spontè apertæ. 555. à n. 14. Eius ornamenta in templo Pacis Romæ collocata. 230. num. 5. Templum Indæorum in Ægypto. 124. à n. 5--224. n. 6--371. n. 4. Diruitur. 135. n. 8--224. n. 6. Prodigia in templo cum sceptro Indæ, quando defecturum? 555. n. 14.

Index Generalis.

Tempus.

Quantor tempora & imagines. 525. à n. 4. Olim duntaxat signabantur tria tempora. n. 9. Imago Temporis. 317. n. 13. Vid. *Occasio*.

Terentius.

Quis & quibus locus in Campo Martio? 434. n. 12. Ad quid? 545. n. 8.

Tereus.

Sepulchrum eius & cœna feralis. 281. n. 18.

Terminalia.

Sacra. 292. n. 4. *Terminalis Deus*. Ibid. Quis & quo cultu? num. 5. Corona, victimæque. Ibid. Figura. n. 6. Quare ad illum acervati lapides? Non cessit Iovi. num. 8. Cessit Amori. n. 9. *Ænigma Termini*. Ibid. Imago cum Fide collocata. Ibid.

Terra.

Sigillata unde, quare & ubi? 430. n. 18. Vid. *Tellus*. In terra motio singularis patiente Christo. 554. n. 13.

Teruma.

Quid? 168. n. 2.

Teucer.

Eius baltheus in Herculis templo. 439. n. 22.

Teutones.

Eorum arrogantia & clades. 375. à num. 21. Vid. *Marinus*.

Tbais.

Eius lubitu Alexander Magnus incendit Persepolim. 572. n. 35. Quænam femina? Ibid.

Tbales.

Eius disputatio & honor. 130. n. 12.

Tbamar.

Nurus Iudæ ennititur geminos. 87. n. 1.

Tamyris.

Quis? 167. num. 5. Eius gesta. Ibid.

Thare.

Pater Abrahami primus fictor imaginum. 163. n. 11. In Deum vetum conversus à filio. Ibid.

Thebe.

Beotia. Pompa quotannis, qui muri erecti ac civitas oraculo Apollinis. 23. n. 15. Mœnia musica edificata. 22. num. 15. Capta Thebæ à Thecæo. 121. num. 10. Obsessa & diruta ab Alexandro. 22. num. 15. Reparata à Phryne. Ibid.

Themis.

Imago. 247. n. 11. Quæ & qualis Dea? Ibid.

Themistocles.

Ad egregia excitabatur gestis Miltiadis. 200. num. 12. Astus post victoriam ad Salaminam. 481. num. 19. Infolentia. n. 22. Petacitas, & quomodo repulsa? 209. num. 19. Perfidia & ambitio. Ibid. Fugit ad Xerxem. 132. num. 19. Honoratur summopere. Ibid. Eius statua in templo Dianæ Aristobulæ. 209. n. 18. Cum Miltiade. 200. n. 12. Themistocles oraculum ex statua. 439. n. 22.

Theophane.

Quænam femina? 358. num. 4.

Theoroepa.

Sacra. 178. n. 5. Ritus & à quibus? Ibid.

Thecæa.

Sacra. 409. n. 29. *Thecæus*, quis? 167. num. 5. Indoles. 347. à n. 25. Helenam rapit. n. 24. Ducit. Ibid. Sacra singulis mensibus. 57. n. 15. Pompa puellarum. 409. n. 29. 424. n. 27. Mittitur in Cretam. 409. n. 29. Ex eius & suorum libertate quotannis mittitur navis in Delum. 340. n. 24. Cur illa dida navis Salantis? Ibid. Fulgore coronæ eductus dicat statua Dianæ Sospitæ. 409. n. 29. Eius annulus. Ibid. Obsidet & expugnat Thebas. 121. n. 10. Partionus unde factus Athenarum. 57. n. 15. Ab illo stratus Minotaurus. 409. n. 29. Eius gesta. 347. n. 25. Apothecosis, cui dicatur templum. 409. num. 29.

Theismophoria.

Sacra. 595. n. 24.

Thetis.

Abcondit Achillem, qui invenitur ab Ulyssæ. 184. n. 13.

Thiasos.

Quodnam festum inter Æginetas? 49. n. 10.

Thibareni.

Eorum deridiculi mores. 325. n. 17.

Thracæ.

Sævisissimi. 227. n. 19. Adorant Otium. 237. n. 17. Causinam conditionis lapis *Thracius*? Ibid.

Thyrsus.

Quid? 305. n. 22.

Tiberius.

Imperator. 231. n. 8. Eius capitis periculum. 557. n. 20. Rhodum secedit. 568. n. 20. Eius calliditas. num. 21. Ignis omen in eius exaltationem. n. 22. Ostenta in eius fatum. Ibid. *Mors*. n. 21. Mores. Ibid. Eius draco. n. 22. Statua in stylium. n. 21. Solvit pecunia propria debita populi. 555. num. 14.

Tibicines.

Larvati, vagi per urbem. 9. n. 5--77. n. 3.

Tibullus.

Poeta. Eius natalis. 517. num. 10.

Timoleon.

Eius expeditio in Siciliam, & prodigia in victoriam. 214. num. 15.

Timon.

Philosophus, quisnam? 333. num. 20.

Timor.

Eius ara. 570. num. 25. Cum Morte & Rifu eius imago. Ibid.

Titus.

Imperator, qua arte interfectus à fratre? Titus Livius. Eius encomia & mors. 15. n. 18. Titus Manlius interficit Gallum & torquem in spoliis eligit. 206. n. 9.

Tobias.

Senior. captivatur. 537. n. 5. Honoratur à Salmanasar. Ibid. Eius virtutem exprobrat uxor. 433. n. 7. Quo intuitu illa in domum attulit hœdum? num. 8. Vir optat mori, & quare? Ibid. & 445. num. 2. Eius oratio exauditur in solatium. 459. num. 12. Mittit filium cum Raphaele. 476. num. 5. *Tobias junior* cum patre capitur. 537. num. 5. Iter aggreditur cum Angelo comite. 476. num. 5. Quoti dies peregrinationis eorum? 433. n. 8. Liberatur à bellua, cuius cor & fel in medicamina. 476. Ibid. Pervenit à Chanaan. Ibid. In Rages. 596. n. 4. Saram Raguellus dicit. n. 5. Post mortem patris vadit in Ecbatana. 349. n. 3. Moritur. 497. n. 5.

Toga.

Pura, quæ? 491. n. 17. Libera, nivea, candida? num. 18. Toga virilis in *Inventuris*. ædè. Ibid. Pura coram Penatibus. Ibid. Togæ discrimina. Ibid.

Tomarus.

Mons, fœcundatur centum fontibus. 312. n. 22.

Tribonius.

Caius. Eius nex. 145. num. 11.

Trinitas.

554. n. 12. Umbra mysterij. 312. n. 24. 415. n. 2. Expressa Oraculo ethnico. 550. n. 25.

Tripos.

Pelops, Helenæ & Croesi. 496. n. 34. Græciæ Sapientum. 214. n. 14.

Tristitia.

Imago. 556. n. 18.

Tritanus.

Viribus vicit Milonem. 428. num. 12.

Triton.

Sacra. 137. num. 18. Triton Liberi-Patris. 320. n. 23.

Triumphus.

Quid inter Romanos? §. 6. à n. 2. Pompa, forma, obfus, victimæ, Reges vinciti aureis catenis, vel illorum simulacra. Ibid. Triumphantis habitus, corona, fascinus, nola, flagellû, & alia insignia, cum facie minio litâ. Ibid. Ministri, exercitus victor, & sacrificia. n. 7. Lictores & larvæ in risum. n. 6. Cæna triumphalis, honores & in cæna ritus. n. 8. Laurus triumphantium lata post triumphum. n. 2. Et corona deposita in sinum Iovis Capitolini. n. 7. & 67. n. 13. Triumphus navalis. §. 6. n. 9. Triumphus in monte Albano. num. 10. Triumphus post mortem. num. 4. Discrimen Triumphi ab Ovatione. 1. Qualis triumphus inter Græcos? Ibid. Triumphus varij. *M. Pauli Emilij*. 113. n. 4. 338. num. 17. *Scipionis Asiæ*. 528. n. 16. 541. n. 14. *Scipionis Asiatici*. 338. n. 18. *Augusti Cæsar*. 45. n. 21. *Cornel. Scipion. Barbati*. 382. n. 9. 441. n. 5. *L. Cornel. Balbi*. 576. à num. 12. *Sempron. Blæsi*. 528. n. 16. Eius naufragium. 541. n. 14. *C. Iun. Bubulci*. 35. n. 9. *Spur. Cassij*. 53. n. 20. *M. Atilij Calatin*. 100. n. 11. *Q. Lutat. Catali*. 168. n. 13. *L. M. Censorini*. 15. n. 18. *Lutat. Cerconis*. 368. n. 13. *Valer. Corvi*. 470. n. 17. *L. Papyr. Cursorii*. 244. n. 22. 330. n. 12. *Curionis Dentati*. 337. n. 16. *C. Dolabellæ*. 145. n. 11. *C. Duilij*. 298. n. 10. *Fab. Maximi Eburni*. 592. n. 17. *Fabij Piætoris*. 174. n. 16. *Q. Fab. Rullij*. 275. n. 16. *Q. Fab. Max. Verrucosij*. 174. n. 16. *C. Fabricij Lusciniij*. 368. n. 13. 395. n. 13. *Fausuli*. 104. n. 11. *C. Flaminiij Nepotij*. 437. n. 17. *L. Q. Flamininiij*. 207. num. 10. *L. Anicij Galli*. 368. n. 13. 275. n. 18. *C. Sulpicij Galli*. 288. n. 19. 368. n. 13. *Publ. Furij*. 449. num. 16. *Q. Fab. Gurgitij*. 275. n. 17. *Poppli Legatij*. 275. n. 15. *Corn. Lentuli*. 244. n. 23. 368. n. 13. *L. Iul. Liberni*. 135. num. 11. *Tit. Manlij*. 137. n. 16. 437. n. 16. *M. Claud. Marcellij*. 368. n. 13. *C. Marij*. 18. n. 16. *Emil. Mamerci*. 168. n. 13. *Papyr. Mafonij*. 395. n. 14. *Emil. Papi*. Ibid. n. 15. *Pompon. Mæternij*. 470. n. 17. *C. Metij*. 113. n. 4. *Postum. Mægillij*. 576. n. 12. *L. Metellij*. 75. n. 5. *Valer. Mæstale*. 492. n. 21. 568. n. 19. *Tib. Claud. Neronis*. 15. n. 18. *Fulv. Nobilioris*. 288. n. 19. *D. Iun. Pera*. 195. n. 16. *M. Emilij Pauli*. 113. n. 4. *Emil. Paponis*. 196. n. 15. *L. Anton. Pietatis*. 15. n. 18. *Fulv. Patini*. 109. n. 14. *Q. P. Philonij*. 449. n. 16. *Val. Poplicæ*. 368. n. 13. *Emil. Regillij*. 174. n. 16. 288. n. 19. 587. n. 24. *M. Atil. Reguli*. 130. n. 11. 587. n. 24. *Sempr. Sophi*. 309. n. 11. *L. Corn. Syllæ*. 157. n. 5. *Tiber. Imperatoris*. 89. n. 9. 231. num. 8. *Cn. Manlij Vulsonei*. 396. n. 15. 470. num. 17.

Troæren.

Ibi natus Horus & Theseus. 339. num. 22. Illic confugerunt feminæ Athenienses sub bello Persico. Ibid. In loco Hippolyti erat templum, quò imagines Iovis Eleutherij, Neptuni Regis, & Minervæ Poliadiæ. Ibid. Ibi Diana Sospita. 409. num. 29.

Troia.

Eius incenia opus Neptuni & Apollinis. 160. n. 1. Principium belli Troiani. 183. n. 11. Prodigia in excidium. n. 14. In illam fatum sagittæ Herculis & reliquiæ. n. 12. Oportet etiam Pelopis. 299. n. 15. Achilles quoque præsentia. 184. n. 13. Troiæ Penates in Lavinio. 255. n. 19. Præstigia demonis in apparitione Manium occisorum in Troia, maxime Græcorum. 522. num. 25.

Trophæa.

Cur rara inter Romanos? 593. n. 18.

Trophonia.

Sacra. 462. à n. 24. Quis Trophius & qualis? 25. Lucis Templum, Simulacrum. n. 24. Origo oraculi. n. 25. Ritus. n. 26. Ibi qui fontes? Ibid. Falsum, ingredientes in antrum amittere ritum, & brevi mori. 27. Qui descendentes Vates fiebant. Ibid. Qui ingressi? n. 19. 341. n. 26.

Tryphon.

Recedit à Nicatore. 531. num. 7. Coronat Antiochum, filium Balæ in Regem Syriæ. 378. n. 5. Demetrium Nicatorem fugat. Ibid. Honorat regie Ionatham. n. 6. Regnum Syriæ ambit. 258. n. 5. Ionatham intercipit, & in vincula tradit. num. 7. Regnat in Syria, interfecto patre Rege. 308. n. 9. Insolentis truculentus. 336. n. 9.

Tubæ.

Quis fuerit & eius gesta 56. num. 12.

Tuba.

Tubæ & tibis in funcribes. 539. num. 10. Tubæ in sacris quo intantur? n. 11. Quæ tuba canora? n. 8. Tubilæstrum. n. 7. & 11. 569. n. 22. 539. n. 11. Tubis instrabatur Roma. 538. n. 7.

Tucia Vestalis.

Quo prodigio astruxit virginitatem? 109. n. 13.

Tuoris.

Eius oraculum & statua. 550. num. 25.

Turnus.

Merdonius, quis? 316. num. 9.

Tutilina.

Dea. 532. n. 9. Eius sacra & ritus. Ibid.

Tydeus.

Quare immortalitatem amisit? 203. n. 20.

Typhon.

Ægypti Deus. Eius profligatio. 465. n. 35. 577. n. 15.

Tyridates.

Magus. 233. num. 10.

Tyrones.

Qui & in quod? 491. num. 17.

Tyrus.

Expugnatur ab Alexandro Magno. 530. à n. 2. Prodigia ad expugnationem. n. 9. 236. n. 12. 410. n. 31. Quæ obsecra? Ibid. n. 31 & 107. n. 6. Ex insula facta pennis. 350. num. 9.

Index Generalis.

V.

VAGGA.

Vaga, ad aquiam Iustalem inter Hebræos. 307. n. 2. — 563. num. 4.

Valeria.

Filia Poplicolæ. Eius virtus. 220. n. 23. Et dicata statua equestris. n. 22. Nascitur dentata, & deportatur extra urbem. n. 23. Prima sacerdos fortunæ Muliebris. Ibid.

Valerius.

Pub. Poplicola, primus de Coll. triumphavit. 368. n. 13. Sufficitur in Consulem pro Colatino, & sepellit collegam Brutum. 337. n. 13. Etiam sepelivit Lucretiam. Ibid. n. 14. Mors & funus. 394. n. 10. *M. Valerius*, frater Poplicolæ. Eius honores & portentum ante pugnam. 220. num. 24. Triumphus. Ibid. Per illos gens Valeria floruit. 394. num. 12. *Valer. Flaccus*, captus assumptus est in Flamen Dilem. 518. n. 14. *M. Valer. Leuimus*. Eius victoria de Macedoniz Rege. 391. n. 18.

Vallis.

Lachrymarum, ubi? 314. num. 2.

Varro.

M. Terentius, doctissimus, proscibitur. 121. n. 8. *P. Terent. Varro*, Poeta. Ibid.

Vaticanus.

Deus. Quis, & quare sic dictus? 235. n. 9. Vid. *Aius & Locutius*

Vaticinium.

Unde facultatem vaticinandi habuerant Ethnicæ? 430. n. 19. Per sputum communicabant. n. 20.

Vbertas.

Eius imago. 462. n. 23. Vid. *Abandonia*. Per herbam Lataxem. 423. n. 24.

Veftigalia.

Quando locata? 368. num. 13.

Veij.

Diruti & cives exterminati. 243. n. 20. Vid. *Iuu.*

Vellus.

Aurum. 357. n. 2. Vid. *Iafon*, & *Argonautæ*.

Velum.

Sacri Tabernaculi & eius speciosa pretiositas. 155. n. 1. Ex quo confectum & quibus tutilabat prodigijs? Ibid.

Venatio.

Venatio olim in spectaculis & ludis. §. 5. n. 6. Præstigiæ diaboli in Herculis venatione. 572. n. 31.

Venti.

Sacra. Vid. *Etesia*. Uræ pluviz & ventorum. 326. n. 23. Venti venales. 313. n. 26. Vulturino. 187. n. 1. Zephyro, cum artificio status in eius templo. Ibid.

Venus.

Dea. Quæ dicatur Gemma Veneris? 248. n. 13. Columbe ei dicata. 227. n. 17-493. n. 24. Vid. *Columba*. Cur Parcarum Maxima? 571. n. 27. Imago cum Cupidine, quia uterque in pisces mutati. 165. n. 2. Venus in vinculis. 444. n. 14. Cum Testudine. n. 15. Cum Sole & Amore. n. 16. Venus Armata. 148. n. 20-444. à n. 14. Imago. n. 15. Cum Marte. 456. n. 19. Lavacrum Veneris. 437. n. 18. Inter Græcos. Ibid. & 557. n. 22. Quænam *Venus Cælestis*? 444. n. 15-557. n. 22. Imago. Ibid. Dicta & quare Pandora? n. 31. Sola illa cæsto figebat. Ibid. 573. n. 37. Dicta *Urania*. 557. n. 23. Mater

& virgo. n. 24. Eius imago singularis. n. 27. & 31. Dicta *Ipsi*, *Cobar*, & *Nephte*. n. 27. *Dea Syria*. n. 31. In eius sacris embolium dæmonis. n. 27. Signatur *Fortuna Cælestis*, & quantæ potentie? n. 28. Cum Somno locata & Morte. n. 31. Eius Simulacrorum forma apud varias nationes. n. 32. Lucerna *Cælestis Veneris*. n. 30. Quare Venus signata per columbam purpuream? 227. n. 17. Plectit sui templi graf-fatores. n. 25. Dicta *Iuno*, *Lucina* & coniux Dei Alogabali, cum famoso oraculo. Ibid. Etiam *Alma Venus*. n. 26. Eius hierotheca, & ritus specialis in sacris. Ibid. Geminæ Veneres & Amores. 559. à n. 29. Venus Nigra & Cælestis. Ibid. *Venus Eneadis*, in cuius templo pyropus. 540. n. 15. *Venus Calva*. 475. à n. 31. *Gloacina*. 367. n. 13. *Venus Egyptia*. 196. n. 20. Imagines. n. 21. *Enapolia*. 149. n. 20. *Erinyss*. 397. n. 21. *Equestris*. 444. n. 14. *Erycina*. 179. n. 6. *Felix*. 248. n. 13. Imago. Ibid. *Genitrix*. 422. n. 18-473. n. 26-571. n. 27. Ludi in eius plausum. 474. n. 29. *Hospita*. 221. n. 30. Lucerna. 558. n. 30. Eius facellum. 392. n. 20. *Libitina*. 366. n. 8-571. n. 27. *Millita*, vel *Milista*, cum Sacris. 237. n. 16. *Venus Morbus*. Ibid. & 444. n. 13. Imago. Ibid. *Murcea*. 435. n. 13. *Paphia*, quæ sub cavo lapido. 406. n. 21-558. n. 26-579. n. 21. *Vidrix*. 248. num. 13. Imagines. Ibid. & 560. n. 32. Inter Græcos. 437. n. 18. Venus cum Sole & Amore. 445. num. 16. *Venus Planeta*, quando penitus eius mutati color, situs & splendor? 475. à n. 32.

Venustas.

Gratia est & forma pulchritudinis. 248. n. 13.

Ver.

Novum in discrimen veteris, cum imagine. 526. n. 7.

Veritas.

Quænam portæ Veritatis? 295. n. 11. Locata cum Iustitia. Ibid. Templum Veritatis clausum in sacris Opinioni. 136. n. 16.

Veronice.

Vel *Veronice*, quæ fuerit, & fecerit? 420. n. 13.

Vesta & Vestalia.

Dea. Sacra. 173. n. 14-401. à n. 7. Edes à Numa. 303. n. 13. Cur ædes Vestæ templum non erat. n. 14. Ibi ignis perpetuus. n. 9. Quo intuitu eius ignis dicebatur Genius Romæ? n. 13. Quando Vestæ sedes templum iudicabatur? n. 15. Forma templi. n. 16. Iuxta eius templum Pontificis domus. n. 15. Mater dicebatur & virgo. à num. 7. Cur per ignem signata. Ibid. Extinctus ignis, si aliquando lava fors, nonnunquamque malum omen. n. 11. Præstigijs dæmonis aliquando è coelo delapsus. Ibid. Ignis novus in eius templo excitabatur quotannis. 365. n. 6. Quæ propriè Vestalia? 405. n. 18. Eius templum incensum. 74. num. 5. Vestæ parentalia. 240. n. 14. Vestæ imagines. 14. n. 15-405. n. 19. Quomodo eius simulacrum sine imagine? Ibid. & 407. n. 25. Adytum quid in Vestæ templo? n. 21. Quare simulacrum sub concavo lapide? n. 22. Quorsum aqua lustralis in eius templo? 538. n. 9. Unde Vesta Palatina? 404. n. 15. Draco Vestæ. 407. n. 24. Ignis pendulus non in foco servabatur. 402. n. 10. Vel in Asbesto lino. n. 12. *Virgines Vestales*, celebrabant *Vestalia*. 405. n. 18. Rapta in ignis custodiam. 404. n. 14. Inter Vestales quæ dicta Maxima? Ibid. Eius munus in expiatione populi. 538. n. 9. Earum ministeria. 404. n. 14. Lecticis vehebantur in spectacula. n. 17. Privilegium in spectatione ludorum. Ibid. Sedes Augustæ inter illas. 409. n. 28. Imagines Vestæ & Vestalium. 406. n. 21. Honores. 404. n. 16. Unde turpis illarum integritas? n. 17. Earum exercitia, & aqua sacra. Ibid. Lotus capillata. n. 16. Earum fucus in Heliogabulum Imperator. 406. n. 20. Draco in probationem Vestalium. 592. n. 15. Forma captivæ Vestalis. 408. n. 27. Cur dicebantur captæ? 509. à n. 15. De illis Augustus præclare meritis, modestæ consuluit & verecundiæ. n. 28. Nero corruptus. Ibid. Earum ornatus. 405. n. 16. Habitus sacerdotalis, tenuis & infulæ. num. 17. Cum illo Vestalis dicebatur Armata. Ibid. In honorem illis

Index Generalis.

concessum suffibulum. Ibid. Nutriebant draconem in alylo Romano. 407. n. 23. Monebant Regem sacrorum in litationem. 545. n. 9.

Vexoris.

Regis pompa. 63. n. 17.

Victima.

Quodnam discrimen inter victimam & hostiam? 160. n. 3. Victimarum differentia. Vid. *Dij*.

Victoria.

Sacra Victoriae. 517. n. 11. Templum. Ibid. Ei arma data. 55. n. 6. Victoria aurea imperatorum imago in cella Iunonis. 67. n. 12. Simulacrum aureum insigne. 518. n. 12. Tactum de caelo. Ibid. In templo Victoriae hospitat Magna-Mater. Ibid. & 585. n. 18. Quae Victoria virgo? n. 11. Imagines variae Victoriae. à num. 12. Victoria sine alis. 236. num. 11.

Vinalia.

Priora. 279. n. 10—294. n. 9. Vinalia Iovis. n. 10.

Vindemia.

Veris. 490. n. 15. Causa. n. 16. Simulacrum vindemiae. n. 14. Cur vindemiae in Vere? n. 16.

Vindicta.

Eius imago. 229. n. 1.

Vinum.

Vid. *Ebrietas*. Fons Liberi-Patris. 37. n. 13. Aquae in vinum conversa. Ibid. Quae vina pura & spurca? 279. n. 11. Cur vinum dicitur Luctator vas? 225. n. 9. Vini imago cum Salute. 600. à n. 16. Econtrà vinum merum. n. 17.

Violentia.

Eius sacra & comites. 63. num. 16.

Virga.

Moyfis. 486. num. 24. Aaronis. Ibid. Principum tribuum Isracl. 476. n. 3.

Virgines.

Atticae. Earum mania in suffocationem, & remedium. 153. n. 17. Virgines Cariaides. 190. num. 14. Virgines Loreneses. 46. n. 13—529. n. 18. Earum Sors ad Ilium. Ibid. Fons Virginitatis. 528. n. 17. Virgines currebant in Olympijs. 226. n. 14. Virgines suffocatae in lustrationem exercitus. 172. n. 9. Virgo puerum lactans. 4. n. 6. Virgo Signum caeleste. Ibid. Eius insignis imago. Ibid. Oritur. 349. n. 1—581. n. 1. Occidit. 270. n. 1. *Virgines Vestales*. Vid. *Vesta*.

Virginia.

Czdes eius, funus & pompa. 188. n. 9.

Viriatus.

Iuventa. 470. n. 18. Eligitur in Ducem. num. 19. Vicit summos Duces Romanorum. Ibid. Triumphus eius & trophaea. n. 21. Perfide occiditur. num. 20. Eius Sepulchrum. num. 21.

Virtus.

Animi. Sacra. 208. n. 13. Imagines à n. 16. Inrer Veritatem & Opinionem. Ibid. Eius Umbra Invidia. Ibid. Cur in virtute itatera? n. 16. Virtus è desperatione. 461. n. 21.

Vita.

Mors est. 570. à n. 26. Symbola vitae & mortis. 571. n. 30. Quae & ex quibus vita felix? 454. n. 15.

Vitis.

Aristoboli. 84. n. 3—151. n. 7. Aurea vitis in templo. 84. n. 3. Vitis, nobilitatis signum. Ibid. Ex auro munnera regia. num. 4.

Vitium.

Arripit vestem virtutis. 208. n. 15. Plus nocet, dam adoratur. 160. n. 14.

Vitrum.

Murus Vitreus. 322. n. 8. Arma vitrea. 148. n. 20.

Vituli.

Ieroboam quando translatus in Alyriam & à quibus? 537. n. 5. Vitula Dea. 556. num. 17.

Ulysses.

Fingit amentiam, ut fugiat Troiam. 184. n. 13. Invenit Achillem à matre absconditum. Ibid. Eius argolica calumnia in Pallamedem. Ibid.

Unguentum.

Dicendum, quale? 83. num. 8.

Votium.

Sacrum, quid inter Athenienses? 195. n. 17.

Votum.

Pro Principe. 22. n. 12—30. num. 8.

Urania.

Vide *Venus Caelestis* & *Magna-Mater*.

Urim.

Et *Thumim*. Oracula Hebraea. 355. n. 23—419. n. 5.

Urfa.

Maior & Minor, earumque constellatio. 204. n. 1.

Uua.

Navij Astij. 100. n. 10. Vid. *Alius Navius*.

Vulcanalia.

Graeca. 45. num. 22.

Vulnus.

Quo vulnera sine dolore? 562. n. 40.

Vziel.

Ionathas *Ben-Uziel*, quis & quae scripserit? 218. n. 17.

X.

XANTICA.

Sacra. 58. num. 18.

Xenia.

Seu munuscula. 8. n. 4—169. n. 3.

Xenocrates.

Eius gesta, mors & honores. 276. n. 10.

Xerxes.

Rex Persarum assumitur in folium Cyri. 32. n. 15. Eius convivium quotannis. Ibid. Eius cena Tigra. 457. n. 7—561. n. 37. Meditatur expugnare Graeciam. 154. n. 21. Movetur in somnijs spectro. n. 22. Iccatur. n. 23. Aliud somnium. n. 24. Petit à Spartanis ignem & aquam. num. 21. Modus pompae procedendo in Sardes. 505. à n. 32. Illum hospitat Meander. 38. n. 20. Recipitur in convivium à Pythio. n. 18. Pervenit Ilium, & terretur à Minerva. 269. n. 22. Pervenit in Abydum, ut in Europam transiret. 495. num. 30. Spectat Copias letabundus & plorat. Ibid. Infamia. n. 33. Vinum ibi illi vertitur in sanguinem. n. 31. Quanta illius copiae! 505. n. 32—549. n. 23. Lustrat crudeliter. 549. à n. 22. Tunc arbores locute. 495. n. 33. Destruo pontem Hellepontis, mare colaphizat, verberat, inquit, & compedes inijcit. 482. à num. 21. Eius fatiditas. Ibid. & 495. n. 31.

Index Generalis.

Arrogantia & vana confidentia. 505. n. 31. Placet mare. n. 31. & 436. n. 15—505. n. 31. Transit in Europam. 505. n. 31. Prodigia. Ibid. Recenset exercitum & classen. n. 32. Ex Abydo mittit Sufas Artabanum, ut nunciet expeditionis 13. Felicitatem. 495. n. 30. Scripsit monti Athos minaciter. n. Cœna Abderitana, postquam Athon perdidit. n. 32. Etigit titulum. Ibid. & 572. num. 32. Expilare conatur templum Appollinis Delphici. 524. à num. 27. Expoliat. n. 28. Quæ tunc portenta? Ibid. Vincens vincitur ad Thermopylas. 244. n. 25—386. n. 32. Ad Artemisium. 228. n. 21. Ad Salaminam. 480. à n. 18. Prodigium in pugna. n. 19. Eius pyxis. 83. n. 8. Transtulit Persiam statuas Heroum. 339. n. 20. Inter illas pueri Branchidis. 442. n. 6. Artemisa pugnam navalem dissuadet Xerxi. 480. num. 18.

Z.

ZABULON.

Nascitur. 574. num. 2.

Zacharias.

Undecimus inter Prophetas minores, nascitur. 26. n. 8. Eius visiones. 123. n. 4. Lapidatur. 66. n. 9. Zacharias pater Baptistæ, an occisus & quare? 181. n. 4.

Zamanus.

Se proiecit in ignem. 178. n. 4—540. n. 12.

Zamolx.

Sacra ei dicata. 227. n. 18. Deus habitus. 171. num. 9. Magus insignis, & magiæ princeps. 227. n. 18. Eius sacrificia & ritus factorum. n. 19. Quam sevus! Ibid. & 171. n. 9.

Discipulus eius Abaris. 227. num. 18. Eius præstigia & dogmata. n. 20. Ille magiam didicit à Pythagora. n. 18.

Zaran.

Nascitur. 87. num. 1. Vide *Thamar*.

Zelus.

Idolum Zeli quid, & cuius Numinis imago? 96. n. 16.

Zlatababa.

Quoddam Numen apud Moschos. 560. n. 32.

Zodiacus.

Qualis cœlestis circulus? §. 4. num. 5. Ordo Signorum in illo. num. 8.

Zona.

Iovis. 165. n. 2. Orionis. 191. num. 1.

Zoroaster.

Quis? 75. n. 8. Cur dicitur Oromazes? 33. n. 17. Quare Stella viva? 402. n. 8. Sepulchrum eius ex se apertum, & scripta varia inventa. 196. n. 23. Eius oracula. n. 24. An eius? n. 25. Corpus eius quo sensu dicitur lucidum? n. 24. Quis Zoroaster Pamphilus? 76. num. 9.

Zorobabel.

Cur ita dicitur, qui Barachias vocabatur? 303. n. 13. Cum filijs captivitatis egreditur à Babylone. n. 14. Prodigia. Ibid. Eius disputatio coram Dario & impetrat ædificare templum & urbem. 291. n. 2. Annunciat felicitatem veniens à Susis in Babylonem, & educit populum. 303. n. 14—564. num. 4. Templum ab eo Ierosolymis perfectum. 303. n. 16. Dedicat. 180. à n. 1—537. n. 5. Phasce Zorobabelis. 459. n. 12. Tertio redit Babylonem, ibique moritur. 303. n. 16.



REFLEXIONES AD SACRA.

SINE HUIUSMODI APPENDICE VOLUMEN PRÆSENS IN lucem prodijt; quo viso, desideratæ ab amicis reflexiones ut argumenta aptarentur sacris, fueruntque nostra, quæ tenebris erant furtim alienissima, & superstitionibus à summa veritate degeneria. At in sententia Augustini, de *Doctrina Christiana*, lib. 2. cap. 40. *Si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt Philosophi; non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam, tanquam iniustus possessoribus, in nostrum usum vendicanda.* Hinc iussit Deus de tenebris lucem splendescere; ut dum in nostris proceditur de claritate in claritatem; ex tenebris Ethnicorum transferatur in admirabile Lumen. Haud omnia retorquentur, sed aliqua & breviter, ut aliquid sibi ingeniosus lector arroget: nequaquamque signata proprijs diebus, sed quæ sparsim, ut complacent tanquam inventa, & non exposita; & exoriantur in & ex tenebris lumen rectis.

A.

AMOR.

Christi. Signa egregia, & ultra finem flamma. 554. à n. 15--591. à num. 12. Vid. *Amor & Fides*.

Angeli.

Cæsares. Eorum officia. 453. n. 10. Cura erga homines. 57. num. 17--140. n. 10--367. num. 11.

Annunciatio.

Virginis. Eius filius ex Deo Patre & matre serva. 427. à num. 7.

Arcopagita.

Vid. *Dionysius*.

Ascensio.

Christi. Eilatia, quia Sol ascendit. 556. n. 18. Festum Virginis-Matris. 555. n. 17. Captivos liberavit & secum in triumphum duxit. 157. n. 5--293. n. 8. Ut pretiosa Pantarba, quæ in lacu disperse erant, ut gauderent luce, collegit gemmas. 562. n. 38.

Assumptio.

Virginis Deiparæ. 466. n. 30--560. n. 32.

Augustinus.

Retractionibus falsit doctor. 429. à n. 141

B.

Bacchanalia.

Ante Carnisprivium. 242. n. 12--253. n. 12. Cinis remedium huius amentiz, quippe ut ignis ex oleo medico, non extinguitur aqua, sed pulvere. 176. n. 20. Etiam lachrymarum aqua, quasi præcipitio ex Lencada rupe. 466. num. 38. Vid. *Caro*. Debent huiusmodi festa dici *Fugalia*. Colitur à furentibus *Ridiculus*, Deus. 570. n. 25. Ludus & mors. n. 26.

Benedictus.

Adinstar divitis Pythij sese vivum sepelivit. 550. à n. 24. Ferrum haurire fecit. 553. n. 11. Totus splendor, unde in caelestibus ambulans, tanta eius vultus claritas excreverat. 192. n. 24.

Bernardus.

Ut Hercules Ajax natus in mundum precibus S. Benedicti. 520. n. 21.

C.

Christus.

Eius caritas & propositio in homines. Vid. *Amor*. Tricipitium, ut liberare populum. 195. n. 17--198.

n. 3--409. n. 29. Ut Samson. 101. n. 13. Ut Cimon. 201. n. 13. Morte mortem destruxit. 243. n. 19. Myteria, vid. suis in locis.

Cinis.

Vid. *Mors & Parca*.

Circuncisio.

Christi. 7. num. 2.

Crux.

Hasta rudis. Domuit orbem non ferro sed ligno. Vid. *Heraclides*. Hinc hasta pura sine ferro. 14. n. 15. Pentagonus signum felicitatis & salutis. Ibid. & 378. à num. 4. Quomodo adinstar serpentis Moysis, oportuit exaltari filium hominis? 111. à n. 10--154. n. 19. Serpens in ligno. 486. n. 11. Proserpinalia intercepta signo crucis. 249. n. 17. In vitam per crucem restitutus est homo. 505. n. 30.

D.

Dionysius.

Arcopagita. Postquam decollatus, caput amputantibus manibus sumpsit, longiusque portavit. 115. n. 1--215. n. 11. Imago hominis sine capite. 75. num. 6.

E.

Epiphania.

Reges ac Imperatores post triumphum coronam deponebant in sinum Iovis Capitolini. 6. n. 7. Felicitas Gentilitatis. 106. n. 2. Synagoga repulsa. 485. à n. 34.

Eucharistia.

Panis Salutaris. 567. n. 14. Sub forma Agni videtur Deus invisibilis. 578. n. 17. Scutum animæ. 137. num. 18--387. n. 11. Speculum Charitatis. 288. num. 17. Mors est malis vira bonis. 256. num. 22--579. n. 20--586. num. 19. In mensa fulmea. Ibid.

F.

Francisca.

Remans. Eius vultu botrus in hycina. 100. n. 16.

Franciscus.

Assisinas, extra domum editus in lucem. 463. num. 37. Bene veneris soror mors & amica, moribundus dicebat. 571. num. 29.

G.

Frans

Reflexiones ad Sacra.

Franciscus.

De Paula, ambulat sicco pede super aquas. 483. n. 13.

Franciscus.

Xaverius. Eius corporis incorruptio. 576. n. 10.

G.

Gertrudis.

Magna, rapta à Sole. 520. n. 20. Signum felicitatis, modo à cælo victimæ rapiatur cor. 255. n. 20. Sol inclusus in pectoris eius crystallo. 438. n. 20. Invitatur vocibus Angelicis in gloriam. 466. num. 30.

Gula.

Vid. *Ebrietas*. Quam nocua, maximè calca 96. n. 16.

I.

Iacobus.

Maïor primus omnium calicem Domini bibit. 341. n. 2. Per illum educta Hispania è tyrannide & captivitate demonis. 295. n. 2. Habet pro nobis etiam gladium in sepulchro. 583. num. 7.

Incarnatio.

Verbi Dei. Olim Hilaria festa quia Sol ascendit: nobis autem quia descendit. 556. n. 18. Vid. *Hilaria*. Quæ tunc portenta facta in cælo & terra? 554. n. 13. Factum inauditum arcanum eodem die quo deliquit prævaricator Adamus. n. 12. Facta incarnatio propter nostram salutem. 342. n. 3--346. n. 20. Homo Deus necessarius dux in aeræa potestates debellandas. 421. à n. 14. Sceptrum exactoris superavit. 11. num. 9.

Isidorus.

Agricola, victor reportavit triumphum de animæ hostibus exercitijs agriculturæ. 100. n. 11.

Iudicium.

Universale, quo tempore exponenda plectendaque crimina. 415. num. 14.

L.

Lachrymæ.

Vid. *Mariam Magdalenam*. Quodnam festum lachrymarum? 92. n. 2--333. n. 21.

Luxuria.

Eius damna. 442. n. 7--444. à n. 13. 533. n. 14. Extinguitur ignis meditatione mortis. Ibid. Est præstantissima vulneris medicina. 570. num. 27.

M.

Magdalena.

Ipsa poenitentæ fulget miraculum. 36. num. 12. Secuta Christum medicum propter celestem curationem, quæ sequebatur diabolum propter voluptatum ac illecebrarum debita, quasi seneratorum. 11. n. 9. Eius confessio expressa per lachrymas. 92. n. 2. Lachrymæ in sacrificium. Ibid. & 333. n. 21. Magdalena à delictis absoluta. 584. num. 14. Christus per solum virginibus cor quavit, sicut in fonte lunonis. 528. num. 17.

Maria Virgo.

Eius privilegium singulare Virginis-Matris, expressum in imagine Magnæ-Matris & Iſidis. 51. n. 15--557. à n. 24. Ei templum dicatum, eadem adhuc viveret. 566. num. 11. Imò antequàm esset. 383. num. 23.

Martyres.

Eorum mira virtus & in virtute constantia. 97. n. 17--305. num. 23. Vid. *Virginis*.

Mors.

Christi: vid. *Passio*.

N.

Nativitas.

Salvatoris. Inpiter infans sine fulmine. 413. à n. 9. Homini eius nativitas felicissima. 340. n. 24. Christus nascens combussit chirographa debitorum. 555. num. 14. Dispositio ad recipiendum Christum in corde nascentem. 9. n. 2-18. num. 25. Proclamata Oſiris nativitas. 46. num. 24. *Nativitas Virginis-Matris*. Vid. *Minerva*. Illa in lucem edita Numinis in homines mitigata fuit ira. 509. num. 12. Cum illa natum Rosarium. Vid. *Rosarium*.

P.

Passio.

Christi, & mors. Vid. *Crux*. Mors Solis & Lunæ. 575. num. 8.

Patrocinium.

Virginis. Adinstar Iſidis eius favor in ægros & mortuos. 52. num. 18--575. n. 9. Educit è periculis sibi devotione addictos, filo aureo protectionis, ducendo salvos errantes. 409. n. 29. *Aude*, & fiet olim dicebatur Uraniæ, Virgini cælesti. Vid. *Venus Cælestis*, & *Magna-Mater*.

Peccator.

Obstinatus, etsi pervium videat barathrum, non convertitur. 451. n. 2.

Petrus.

Eius lachrymæ: Vid. *Magdalena*. Unde propriè Vaticanus? 235. num. 9. Victus, præ pudore vicit. 300. n. 19. Vid. *Pœnitentia*.

Pœnitentia.

Qui sperant usque in mortem pœnitere, abeunt sine pœnitentia. 509. n. 13. Pœnitentiæ potentia. 54. num. 15. Per pœnitentiam peccator alius à se, vivens ex mortuis. 588. n. 26. Redditur invisibilis. n. 27. Virtus à pœnitentiæ heilotropio. 104. num. 12. Parcit Apollo crimen confitentis. 542. n. 19.

R.

Resurrectio.

Christi. Victoria de morte. 232. n. 9. Hector surrexit è tumulo sine vulnere, & illustris splendor. 580. n. 25. Statua zœna conversata in auream. num. 26. Virgo-Mater iam læta, quia Sol ascendit. 556. num. 18. Oblita malorum præ consolatione. 221. n. 27--386. num. 31.

Rosa.

Viterbensis, in medio ignis non est æstuata, adinstar statuæ Corliæ. 584. num. 13. Prodigium pro servata castitate. 109. n. 13.

Rosarium.

Virginis in honorem. Natum, nascente virgine Mineræ. 510. num. 17. Virgo adoratur super rosam. 28. num. 18. Educitur è labyrintho criminum, & Minotauri truculentia peccator splendore coronæ. 409. num. 29. & 418. n. 1. Myſteria Rosarij in coloribus stellæ Venetis. 475. à num. 32--559. num. 27. Corona Ariadnæ quibus floribus ornata? 382. n. 18--510. n. 17.

S.

Sebastianus.

Eius reliquiae adversus luem in exterminium gentilitatis. 56. num. 12--299. num. 15.

T.

Theresia.

Anima in columbam. 227. n. 17-514. n. 32. Nullo subiecto igne arsit spontanea flamma. 109. n. 13--577. num. 14. Virgines dispersas virtute mira in unum attraxit & direxit. 561. num. 38.

Thomas.

Apostolus, Sarmentum aridum in eius festo viret & fructificat. 37. à num. 13--100. num. 10.

Thomas.

Angelicus. Eius Theologiae haud integre partes. Non alio intuitu quam ut suae ex defectu meditato probent. Relictum est, dum conditur foramen in caelo, quod dictum Sol, eo quod illa rotunditas plena splendore Empyrei. 527. num. 10. Futuri erant, qui negarent divinum opus, & se crederent esse Deos: sed consultò Deus illud spatium quasi imperfectum reliquit; ut si quis auderet uti divinum gloriam, lacunam implet, quod impossibile. Foramen claudi non poterit, nisi venerit aequalis Conditori. Ibid.

Transfiguratio.

Christi. Reformatur corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. 500. num. 26. Unde humilissimi in corpore claritas? 197. num. 24.

Trinitas.

Umbra mysterij. 312. num. 24--415. num. 2. Eius sum oraculo Echnico. 554. num. 25.

V.

Valvanera.

Imago Virginis sub concavitate arboris. 585. num. 17. In Hyperboreos populos (hoc est, qui inter nivem vivunt) misit Apollo Delphicus primum templum, quod ei fabricatum ab apibus. 261. num. 17.

Venus.

Vid. suprà *Luxuria.*

Veritas.

Culta adversus opinionem. 156. n. 16--295. n. 11.

Virgines.

Martyres. Earum virtus cum armis fragilitatis. 148. n. 20--382. num. 18--449. num. 17--562. num. 39. Mors eis risus atque cordis exultatio. 571. num. 28. Torturae utriusque herba laetitiae. 221. num. 17--386. num. 31. Cuncta difficili pulstro amoris superarunt. 383. num. 21. Flores pulcherrimi de templo Solis. 382. à num. 18. *Virgines Santhimonistes.* Qui ingrediebantur in Trophonij clausuram, bibebant de fontibus oblivionis & memoriae. 462. à num. 26. Modus consecrationis. 46. num. 23. Signum lotus capitata. 405. num. 16--475. num. 31.

Vitia.

Semper nocua, sed in summum, adorata. 100. num. 14. Plus grassantur valentia sub velamine virtutis. 208. n. 15.

